Universidad de Deusto
Biblioteca

D. STELLA O.F.M.

IN LUCAM

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

9-2°

FRATRIS DIDACI

STELLAE ORDINIS MINORUM, in sacrosanctum Iesu Christi Euangelium secundum Lucam Enarrationum.

TOMVS PRIMVS.

AB AVTHORE IN HAC SECVNDA AEDICTIONE auctum, correctum, & locupletatum.

FACULTAD DE TEOLOGIA Universidad de Deusto

BIBLIOTHECA GEBENSIS SOCIETATIS IESV

Cum priuilegio.

COMPLVTI.
EXCVDEBAT ANDRAEAS DE ANGVLO.
M. D. LXXVIII.

Esta tassado a tres maraudis el pliego.

EL REY.

POR quanto por parte de vos fray Diego de Estella de la orden de san Francisco nos fue hecha relacion, diziendo que vos auia des compuesto vnos Commentarios en latin sobre el Euange lio de san Lucas, los quales eran muy vtiles y prouechosos pa ra todos los predicadores suplicandonos los mandassemos ver y examinar, y hallando ser tales os mandassemos dar licencia y facultad para los poder imprimir, y preuilegio para los vender, o como la nue stra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente hecha sobre ello dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon E nos tuuimos lo por bien, y por la presente os damos licencia y facultad para q̃ vos, o la persona q̃ para ello vuestro poder viere y no otra persona alguna podays hazer imprimir y vender los dichos libros que de suso se haze mencion en ellos nuestros reynos de Castilla, por tiempo y espacio de diez años, que corran y se cuenten desde el dia dela fecha desta cedula, so pena que qualquier persona o personas que sin tener para ello vuestro poder los im mieren y vendieren, o hizieren imprimir y vender, pierdan toda la impresiõ que hizieren y vendieren con los moldes y aparejos della, y mas incurran en pe na de cincuenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren: la qual dicha pena sea la tercera parte para la persona que lo acusare y la tercia parte pa ra el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara y fisco, con tanto q̃ todas las vezes q̃ vuieredes de hazer imprimir el dicho libro, durãe te el dicho tiempo delos dichos diez años le traygays al nuestro Consejo junta mente con el original que en el fue visto, que va rubricado cada plana y firmado al fin del de Iuan Gallo de Andrada nuestro escriuano de camara delos que resi den en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, y te os dare licencia para lo poder vender, y se tasse el precio a como vuieredes de vender cada volumen, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha pregmatica y leyes de nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y a otras qualesquier justicias de estos nuestros reynos guarden y cum plan, y executen, y hagan guardar y cumplir, y executar esta nuestra cedula y to do lo enella contenido. Dada enel Bosque de Segouia, a diez y seys dias del mes de Iulio, de mil y quinientos y setenta y tres años.

YO EL REY.

Por mandado de su Mageſtad.

Antonio de Erasso.

Esta siguiente libro conforme al original q̃ corrigio
Pedro de Cobo y lo firmo en Madrid a 30 de Octubre
de 1573 años
Don Pedro de Cauiria
Ber. y Comiſſ. de Su Mag.

ILLVSTRI ADMODVM VIRO D. MARTINO GAZTELV, AB IN. VICTISSIMI PHILIPPI SECVNDI Hiſpaniarum Regis Secretis. F. Didacus Stella. S.

NIQVVM forsan alicui videbitur (vir clariſsime) tibi librum hũc modo conſecrare, cum primam eiuſdem excuſionem Illuſtriſsimo domino Didaco à Couarruuias Epiſcopo Segouienſi ſupremique Cõſilij Præſidi dicauerim: vnica filia plures me velle parere generos iudicanti. Cui facile reſpondebitur, neminem illud varijs poſſe temporibus fieri huc vſque negaſſe. Mortuo ſiquidem primo marito alteri viduam nubere catholica religione non prohibetur. Similiter ergo mortuo Illuſtriſsimo Præſide meique operis fautore, alterum patronum cuius præſidio liber hic nitatur, quærere maxime oportere cenſebo. Nec mihi in hac re primum credideris, quãdo quam plurimis veteribus exceptis, quos niſi breuitati conſulerem afferre poſsim, minime referam: hac noſtra ætate clariſsimum ac de litteris benemeritum Alphonſum de Caſtro librum in hæreticæ prauitatis nouarumq; opinionum cultores editum Ioanni à Tauera Cardinali, & Archiepiſcopo Toletano prius, poſteà Petro Pacheco Cardinali & Epiſcopo tunc Giẽnenſi, ac tandem poſt horum tempora noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi eius nominis ſecundo dicare ſacrareque vidimus. Quare præſtantiſsimo Didaco à Couarruuias mortuo & in numero diuorum vt credere licet ob ſuæ vitæ integritatem relato, & ſi nouũ protectorem adire mihi integrum erat, nouam tamen excuſionem nuper examinatam conſiderans, nouos mihi addidiſſe animos credas, vt hunc denuo librũ in D. Lucam tibi dicare maxime duxerim. Et animaduerſionem ac caſtigationem quam hic liber hac in ſecunda excuſione habet, ſi centies excudatur ac typis mandetur, eandem habiturum perpetuo credas maxime velim. Et vt idẽ hoc nulla peritiſsimorum quiquã adhibendo minuendoue adhibita correctione ſemper integrum opus manebit: ſic illud tuo tutelari præſidio à quibuſcunque fortunæ perfidorumque fluctibus viriliter defendendum cenſeo, vt me tibi pariter deuinctum quibuſcunque in rebus mea opera vti velis accerrimum defenſorem polliceor. Quod cum ita fecero, nihil de te mihi arbitror, nemo enim tan mentis inops qui te ſicut ego nouerit nõ pariter ego amore te proſequatur. Tot virtutis, diuinique cultus, catolicæ religionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarissimi sanguinis, omnibus præterea in rebus assiduæ adhibitę curæ ornamentis, te Deus Optimus Maximus afficere ac illustrare dignatus est: vt postquam hominum animos immanes ac plumbeos, tua eleganter, ac exculta vrbanitatis oratione quo velis duxeris. Mihi tamẽ à tenera ætate deuincto tot ac tãta cognita de te dicenda restabant, vt nemo quantumuis acumine valeat ingenij naturęve dotibus excitetur, ea nõ tantũ nõ quæat illustrare dicendo, sed nec memoria aut cogitatione cõplecti posse videatur. His te meritò & alijs efferunt laudibus quicunque te & tuam omnibus in rebus diligenter adhibitam curam nouerint ac perspexerint. Cum ab archanis Caroli Quinti semperque ouantis Imperatoris esses, virtuteque admodum præditum Imperator nouisset, te funeris, animę, & testamenti curatorem relinquere maxime quidẽ constituit: ac tuæ omnibus in rebus perspectæ fidelitatis, orthodoxæque Philippus conscius, te in sanctum Concilium Tridentinum quo maxima virorum turba omni scientiarum cognitione peritissimorum confluxerat totius Christianæ nominę fidelissimũ legatum misit. Vbi te eũ in laudem ac totius nostræ Hispanię gloriam tanta religione, fidelitate, animi præstantia, ingenijque omnibus in rebus perspicuitate, virũ præstitisti: vt nihil exteri prætules præstãtius, nihil maius ac fœlicius nostra fœliciſsima Hispania præcipue Nauarra quod tales produxerit viros crediderint, duxerint, ac suos in animos testatũ reliquerint. Cũ tua Philippus noster merita nouisset Caroloque dilectissimo filio propriã familiam destinasset quam plurimisque tunc temporis non parum gratia apud Regem valentibus clarissimis viris ab eodem Rege summo animi conatu pro alijs petentibus, vt eis facultãtem exercendi munus à secretis principis concederet, te eodem tempore in Germania absente, nemineque tuam causam peragendam suscipienti, cum primum te in Hispaniam cotulisti, tuis tantum virtutum ac meritorum ornamentis perspectis, te à sui Caroli dilectissimi filij secretis præficere non dubitauit. Quo Principe mortuo nolens Philippus tali admodumque ministro carere, te in archana sua recipiẽs, omnia grauiora ac prẽcipua nẽpe Ecclesiastica, comendata, saltus denique ipsos, quibus nil sibi iucundius voluptatique ac delectabilius, tibi omnia cõmisit, simulque te vnicum ac intimum à suis secretis consiliarium creauit. Præterea constat omnia grauiora ac præstantiora plus veritatis, fidei, ac religionis prę se ferentia acutissimi tui iudicij, censuræ, ac limæ, prius omnia examinanda commissa fuisse: tantum fidei tuis adhiberur verbis, vt tam à Rege, quam à reliquis tibi notis de cœlo penitus lapsa tua dicta maxime habeantur. Quod nulli mirum videri debet, cum ex tota tuæ vitæ institutione

tione honestaque morum educatione (si recte à quibus & cum quibus educatus fueris consideretur) quiquam reprehensione dignum veritatiue indignũ inueniri aut excogitari minime possit. A te autem maxime studiosos diligi viros præcipue Theologos, & litteris sacris excultos video: adeoque diligenter te Deo Regique præterea Philippo inseruire perspicio, vt ex omnibus beneficijs à Deo Opt. Max. in catholicæ veritatis acerrimum defensorem Philippum collatis, hoc vnum præstantius putauerim ac intellexerim, vere catholicam posse gloriari maiestatem in, cum in suis secretis incidisse virum qualẽ nullus religionis Christianæ Catholicus Rex sortiri meritus fuerit. Satis superque mihi notũ est quibus hęc & longe maiora quæ de te dicenda restabãt nota fuerint. minimè me eis nomine latrocinij de tuis laudibus suspectũ fore. Sed quia asserente Diuo Paulo sapientibus & insipientibus debitor sum, curaui tuorum meritorum ignaris meique ingenij maxime ab his adulationibus alieni inscijs occurrere ac satisfacere. Ac ne studiosus tui vereq; blãditor habear, ea de te reticere curaui, quæ lapides iustissime proferẽt, quando homines loco dicendi quæ de te vere sentiunt obmutescere, ac veluti digito labellum compescere videantur. Vale totius nostræ religionis Christianę decus & ornamentum: & quandiu hoc tutissimo pręsidio reipublicæ iuuandæ nostratibus opus fore Deus Opt. Max. iudicauerit, tandiu tibi incolumi illustri admodum integerrimæ ac religiosæ omniumq; Hispaniæ mulierũ virtutis merito clarissimæ dñæ Leonori à Eça charissimæ tuæ vxori viuere liceat præcor, ac vehemẽter exoro. *Roman. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Approbatio Academiæ Complutensis.

EN la villa de Alcala de Henares, a ocho dias del mes de Iulio, de mil y quinientos y setenta y tres años el Illustre señor dõ Iuan Ramirez, Rector del insigne Colegio y vniuersidad de Alcala de Henares, cometio a los Doctores Villalpando, Diego Lopez, Ruyz, Loçano, Francisco Sanchez, Paez, Palacios y Liçaur, vn libro que compuso el padre fray Diego de Estella, que se intitula Enarrationes in Lucam el qual remitio al dicho señor Rector el Consejo Real de su Magestad para que lo hiziesse examinar. Los quales dichos Doctores despues de auerle visto, y estando todos juntos por mandado del señor Rector y en su presencia dixeron, que tenian y tienen la doctrina del dicho libro por muy catholica y prouechosa, y en particular para los predicadores. De todo lo qual doy fe y verdadero testimonio que passo ante mi, y por mandado del dicho señor Rector lo firme y signe con mi signo y nombre acostumbrado, y el dicho señor Rector lo firmo.

Doctor Ramirez Rector.

En testimonio de verdad.

Iuan Rodriguez de Valdiuiesso Notario.

Licentia impressionis huius operis à Generali ordinis Minorum, authori concessa.

FRater Christophorus de Capite fontium totius ordinis Minorũ Generalis minister & seruus, Reuerendo & doctissimo patri fratri Didaco Stellæ prædicatori egregio, salutem in Domino sempiternam. Cum nostra ex munere intersit Christianam rempublicam modis omnibus iuuare, & idcirco eos qui multum ei decoris & ornamenti sunt allaturi aut attulerunt fouere & ornare: te huiusmodi fauoribus & honoribus dignũ arbitramur: quippequi (vt testimonijs fide dignis comperi) Christianæ republicæ tua singulari eruditione non modicam opẽ attuleris, vt non solum in sacri Euangelij pręclarissimis ad concionem exhortationibus, quin etiã tribus voluminibus de seculi vanitate perfectis cum eximio quodam opere in sanctum Lucam etiam posteris magnum præstiteris emolumẽtum Quapropter hęc tibi virtute obedientiæ pręcipimus typis mandare, post castigationem & correctionem adeptamque facultatẽ Senatus Regij: licentiãque pariter concedimus vt possis interesse vbicunque typis mãdabuntur, cum socio tibi grato ad libitum eligendo: adeundique Regiam (si opus fuerit) curiã, & quæuis alia loca, quibus te interesse expedierit. Ad quorum omnium exequutionem Reuerendum patrem tuum ministrum omnesque alios quorum auxilio opus sit rogo, & si necessum est eis pręcipio omnimodam tibi exibeant facultatem & beneuolentiam. Vale in Domino eum pro nobis deprecaturus. Data Hispali, die xxiiij Aprilis. Anno Domini. M. D. LXXIII.

Frater Christophorus qui supra, propria manu.

Approbatio doctissimi Patris F. Francisci à Caceres, instituti D. Francisci regularis obseruantiæ, in sacra Theologia Doctoris, atque apud Inclytam Lusitanorum Vniuersitatem Coimbricensem cathedræ Scoti publici moderatoris.

EGI hoc opus insigne quod vir eruditissimus & ecclesiastes egregius Didacus Stellæ in cõmunem totius reipublicæ Christianæ vtilitatẽ maximè autem eorũ qui sacris concionibus sunt addicti, superioribus diebus produxit in lucẽ. Et dũ (per lectores beneuolos) meã luceat interponere sententiã, ingenue dicere possum: nullũ videlicet id munus hactenus suscepisse quippe tã ingenti hominũ applausu & acclamatione (absit inuidia verbo) publicæ expectationi atq; desiderio feciss e satisueo potissime quod super D. Lucam cõmentarij per pauci ijdemque maiori ex parte mutili & sanctorũ patrum sentẽtijs aliorũque lucubrationibus atque ex propria Officina inferis laboribus parũ referti, imo & prorsus ieiunij inuenirentur. Quo circa Didacus noster vir certe de litteris benemeritus, moribus & religione excultus, cum secum tacitus animaduerteret eos qui docti sunt aliorum ve culturæ necnon institutioni insudauerint, sideru instar promicaturos (iuxta Danielis vaticiniũ) sapiẽter decreuit, curas, studia, cogitatus, labores omnes im rempublicam Christianam illustri emolumento conferre. Etenim se suaque animum scilicet corpus tum ingenij vires ac demum fortunas (si in paupere monacho istiusmodi phrasis locum habet) Ecclesiæ commodis vir vndique suscipiendus videtur deuouisse. Nam præterquam q; inter Theologiæ alumnos nobili loco semper est potitus, & quotidianas præterea præclarissimas conciones in insignioribus Hispaniæ locis erogare non destitit: ne sibi quicquam ad meriti cõsummationem deesse videretur hosce nobiles commẽtarios agressus, tandem quorundam sui nominis studiosorum precibus in vulgus edere curauit. Vbi & eruditione scatet, alegorijs parcissime vtitur, moresque hominum omnipharie condictionis instituit. Cæterum ea est huius tempestatis deprauata quorundam hominum consuetudo (quæ rabidos canes imitati quæcũque attigerint venenata saliua inficiunt, vipereoque detractionis dente corrodunt) vt quãtumuis ad sanctuarij pondus liberata, quantumque limata, quantumlibet ad amussim recognita: ni forte ex seipsos prodierint, vituperio dare ac damnare contendãt: ac si vir multis nominibus Catholicus vel minimam hæreseos, aut alicuius erroris suspitionisve notam vllo vnquam tempore subierit. Quapropter huiusmodi genimina serpentum procul abigentes, vos lectores candidi quibus sacræ ad plebem habendæ sunt conciones, hanc postremam in D. Lucam ædictionem, nocturna diurnaque manu si versabitis, & rei vestræ totiusque populi Christiani commodis vehementer acrescent. Valete, & proficite. Dan. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Errata primi tomi castiganda.

FOlio 7.columna 2.linea 26.gratia iustus sit impius,lege.gratia impius sit iustus.fo. 16.co.1.li.32. signum euidentissimum & maxime amititiæ,lege signeum amittiæ.fo.34.co.2.lin.6.non altissimo,lege non absque altissimo:ibi.co.3.li.24.occiderit.lege mortificauerit,fo.60.col 3.li.27.primogenitum:leg.vnigenitum.fo.99.co.3.li.18,ante finē figmentis habuissent.l.figmentis forte.f.111.col.1.li.18.ante fi.constituerit.l. constituerant opera.fo.134.co.3.li.24.per baptismum.l.per peccatum.fo.136.co.3.li.21.Arphaxat genuit Sale.l. Cainam.Cainam genuit Sale.fo.140.co.4.lin.4. ante fin,reiectus.l.rectus.fo.149.co.4 li.10.ante fi.Christus.l.Christo.fo.186.co.4.li.25.conuersatio.l.conteruatio,f.213. co.2.li.29.amicum.l.inimicū.f.226.co.1.li.5.est opus.l.est qui facit opus.ibid.co.2 lin.16.illuminari.l. illuminari quodammodo.f.227.co.2.li.14.animæ qui.l.animæ curandæ qui,fo.230.co.2.li.5.familias qui.l.familias si in ratione parabolæ & non contentæ significationis consideretur.f.237.co.4 lin.26.Caim.l.Abel.ibidem.li.16,bono oponitur,l.bono materialiter oponitur.ibid.li.eadem.fo,253.co.4.li.2. vt misericordiā.l. vt ex misericordia misericordis. præ.cū alia vitia delendū vsque oppositur. fo.257.co.3.li.13.ante fin.deficit.l.deficient in f.263.co.4 li.26.&patrem.l,& patrem & præseruatorem.ibid.li.30.& dominum.l.& dominum & sanctificatorem.f.264,co 2 lin.19.prælati qui.l. prælati aliqui qui f.266.co.1.li.30 Nihil enim est ꝙ magis delendum ibid li 31.offendat quam beneficiorum,l.offendit beneficiorū, fo.269.co.2 li.13.Nullo indicio euidentius.l.indicium f.271.co.2.lin 28.parabolam quoc.l.parabolam quia erat superabundantioris auxilij ꝙ f.276.col.2,li.13.immobiles.l. permanentes.f.282,co.1,li.18.nihil est ꝙ vsque adeo, Deleo dō. ibidem.li.17,confirmet.l.confirmat.ibid li.18.subeundas quam recordanio.l.subeundas recordatio.ibid.li.4.ante fin. nihil fecisset misericorditer,l.non carnis infirmitate declinasset.fo.295.co.2.li.10,ea dumtaxat ratione.l.ea ratione. fo.302.co.3.li,18.meruerunt nou.l. meruerunt de congruo non,f.306.co 2.li.30.Deum præcipue tamen in,l. Deum & in. fo.310.co.1.li.18,Trinitatis,l.deitatis,f 321.co.3 li.19.Minime potest l,difficile.f.327,co 2 li.7.eradicare.l.frenare,f,333. col,1.lin.6,ædificia habere,l.ædificia odio habere.

¶ Errata secundi tomi.

FOl.2.col,4.li.7.auget,l.facit.ibidem li.5.operentur admodum diuites.l.opere diuites,fo.9.co.4.li,5 ante fi.qui licet mali sint aliquando,finaliter tamē boni futuri sunt.Delendum.10 10.co 1 li,1.tantū,l.præcipue.fo.25.co.2, li.18. ante fi.actiunctum vero & accessorium.l.externa vero.fo.27.co.3,li.21.æqualiter l.non tr2.ibid.col.4.li.17, posset Deo satisfacere,l.Deo satisfaceret.ibid.li.20.ante fin. esse omnium.l.esse omnino dominum.fol.29.col.2.lin.15.quod non semper.l.quod semper.ibid.li.16.obligatur pro.l.obligatur non pro.ibid.li.17.licet licet l.fed.:bid.li.16.ante fi.16 semper.l. non pro semper.f.32.co.4.li.18.nemo mortuus.l.si quis,ibid.f.23.id omne co lequeris.l.id contequeris.fo.31.co.1.li 23.latrones magnates.l.latrones quidam magnates,ibid,li.26,31atores l.prætores quidam.f.44.co.1.li, 17.ante fin. infidelibus nec fi,sit esthecamitis licet Deum.l.in fidelibus Deum.fo.45 co 4 li.5.iuuet vel parum adiuuet, vel ipse adiutorium Dei non adueret l.iuuet nequaquam fo.45,co 4,li.5.ante fi.peccatis incidis,l.peccatū venale incidis.fo.48.co,2,li,9,tentatione capiaris.l.tentatione non capiaris.ibid.co.4.lin.2,absoluta l.ordinaria.ibidē, ordinaria.l.absoluta.f,66. co.4. li.10.nūnecessario.l.nā aliquādo forte.fo.68.co 3.li.ō omnibus.l,multis.ibid li.16.in ipso omnia alia.l,in ipso alia.f.74. co.3,lin.13,ante fin.modos quos. l.modos conuenientiores quos.fo.81,co.2.li 18,positiuo nam.l. positiuo quo ad eorum nam.ibid.co.4.li.12,multos.l.aliquos f.82.col.4.li 8.omi perfecte erat laicus.l.qui erat laicus fo.83.co.3.li.10.iuuabat. l,iuuabant.fo, 84.co.3.li.14.pcius,i.facilius deci,it ibid.lin.19 pernicios sunt l.occultantur.ibid.co.4.lin.11. ante fin. finagoga & modo corrupta est ecclesiæ secundum l.finagoga secundum.fo 86.co.1.li.29. vt bonus.l.vt perfectus.fo.87: co 4.li 19.non parauit hominibus sed demonibus.l.parauit demonibus.f. 90.co.4 li.4.ante fi.fide l.fide viua.fol.99, co.1.li.26,& eorum.l.superborum.fo.111.co.4.li.28.eleemolynam suā.l.eleemolynam in statu gratiæ.fo.104.co.4 li 6.de caritate interpretantur.l.de caritate in literali sensu interpretantur.fo.114 co.1.li.18.vt semper talis.l.vt talis. ibid.li.22.nisi semper infirmus.l.nisi firmus.fo.121.co.1.li.15.& radicitus extirpare.l.& frenare.fo.123.co.2,li,28.nullus vellit.l.nullus fere vellit.fo.128.co.4.li 26.praticam.l praticam seu approbationis.ibidem lin.30.praticam.l.approbationis.fo. 143 co.3.li.7.ante fin.non inuitemus.l.non solum inuitemus.ibidem li.2.Deum.Nam.l.Deum si ex charitate non fit.Nam.fo.153.co.1.li vltima anima.l minime.fo.154.co.2 li 25.cum tam.l. cum aliqui eorum tam.ibid.co.4.lin.17 ante fi.aliter fit,l, aliter aliqui faciunt.fo.155.co.1.li.16.ante fin.rō l.nec.fo.156.co.1.li.28. funt.l suū.fo.158.co.3 li.6.an te fin.murmurationes quanto.l.murmurationes continentes quanto.fo.161.co.1.lin.20,adeo delirauerint illi qui.l.ali qui.ibidem.li.21.oues angelos.l.oues in literali sensu angelos.ibid.co.2 li.21.beda.l.agco.fo.165.co.4.li.8. nihil enim deterius est quam.l.malum enim est.fo.177.co.2.lin.14.ante fin.oculos naturales liberi.l.oculos liberi ibid li.9.ante fi.autem naturaliter per.l.autem per.ibid.li.7.ante fi.explicat naturalem Aperuit.l.explicat.Apperuit. fo.179. col.2. li.23.meruit.l consequitur.fo.183.co.2.li 13.ante fi.& amicitiam.l.& consuetudinem.ibid.li.12.amicitiam & gratiam. l.familiaritatem.ibid.li.7.gratiam.l.familiaritatem.fo 184.co.3.li.20.ante fin.diabolo sicut.l. diabolo præter supersicut.fo.187.co.1.li 16.ante fi.nunc prælati.l.nunc aliqui prælati.fo.189 co 2.lin.8.quotiescunque l.multoties.ibid. co.4.li.11.omnem vitam suam.l.partem vitæ suæ.fo.191.co 3 li.4.ante fin.dispensatores non domine sunt.l dispensatores sunt fo.214.co.4.li.23.ante fin.non credent.l.non credent,nec mortuis credent.fo.217.co.3.li.21.ante fin.Iolue.l.Achā. fo.227.co.3.li.11.ingratos nullum.l.ingratos quia.omne peccatum ingratitudo est,nullum.fo.244.co.1.li.21.Christianum non.l.Christianum impium.ibid.co.3.li.penultima.doctissimi.l diuissimi.fo.257.co.2. li.22. persecutione euasit.l.persecutione aliquando euanescit.fo.263 col.2.li.20.ante fi.impellit.l.monet ibidem.co.1.li 26. cognouerat. l.tractauerat.fo.271.co,1.li.15.ante fi.negatiuis.l. affirmatiuis.fo.283.col.1.li.18.genus homi.l.genus aliquando homi. fo.289.co.4.li.12.Hierosolymi.l.Hierosolymi.fo.290.co 4.li.17.ceciderunt.l,crediderunt.fo.295.co.2.lin.5.ante fi.16. l.vix.fo 306.co.3.li.2.quandoquidem omnium,l.quandoquidem non omnium fo.323.pag.2 lin.14.ante fi.ita arbores, l.ita pie credi potest ꝙ arbores.fo.339.col.3.li 8.nihil posset imprimere l,nihil imprimeret.fo.370 col.2.li.21. ante fin. venisset.l.exisset.fo.244.col.2.li 14.inordinate.l.nimis.

¶ FINIS.

INDEX AVTHORITA-
tum sacræ scripturæ in hoc opere expo
sitarum sparsim,secundum ordinem librorum veteris ac noui testamentis digestus.

¶ Genesis.

Cap.1.Spiritus domini ferebatur super aquas tom.2.folio.41 columna 3
Factum est vespere & mane dies vnus,to.1.fol. 65 col 4.
Benedixitq; eis dicens,Crescite & multiplicamini ,tom.2. fol.121 col 2.
Requieuit ab omni opere quod patrarat,tom.2 fol.247.col.1.
Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona,tom.2 fol.104 col 2.
Producant aquæ reptile,to.2 fo 298.col 3.
2 *Ex omni ligno paradisi comede t.1.fo.179 co.1.*
Lignum erat in medio paradisi to 1 fo 107.c,1
Eo quod mater esset cunctorum viuentium,to 1 fol.62 col 2.
De ligno scientiæ boni & mali ne comedas,tom.2 fol 54 col 4.
3 *Ne forte moriamur tom 2 fol 147.col.4.*
Deambulabat ad auram post meridiem,tom.2. fol 55 col 2.
Aperti sunt oculi eorum,to 2.fo 35 col 2.
Adam vbi es?tom 2 fol 132. col 4.
Maledictus inter omnia animantia,tomo.1 fol. 57 col.3. & tom 2 fol 256 col 3.
Super pectus tuum gradieris,tom.2. fol.15 col 3 & fol 311 col 3.
Inimicitias ponam inter semen tuum & semē illius,tom 1 fol 57 col 1.
Quis indicauit tibi quòd nudus esses ?tom.2 fo. 135 col 3.
Maledictus in opere tuo,tom 2 fol 283, col 1.
In sudore vultus tui vesceris pane tuo, tomo 2. fol.122. col.4.
Emisit Deus Adam de paradiso voluptatis,tomo.1 fol 257. col 1.
4 *Respexit dominus ad Abel & ad munera eius tom.1 fol 41 col 1.*
Omnis qui inuenerit me occidet me,to.1 fo.26. colum 2,
Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur, tomo 2 fol 302 col 2.
Maior est iniquitas mea quam vt veniam mereat,to.1 fo,84 col 3.
Posuitque dominus signum in Cain, tom,1, fol. 32 columna 1,
Egressus à facie domini habitauit profugus,tomo 1 fol 276. col.1.
Vxores Lamec audite , occidi virum in vulnus meum,tom 1 fo.209 col 1
6 *Bitumine linies arcam intrinsecus,& extrinsecus,tom 1 fol.9 col 1*
9 *Euigilans de somno Noe cum didicisset,to.2. fo 118, col 2*
10 *Robustus erat venator coram domino,tom,1, fol.7. col 2.*
12 *Et animas quas fecerant in Aram, tomo 1. fo. 314 col. 4.*
Facta est fames super terram,to.1 fo.327. col.1.
13 *Erat Abrahā dives valde,to.2. fol 248. col.1.*
Sodomitæ pessimi erant ,& peccatores coram domino tom.1 fo.7 col 2.
15 *Respice cœlū & numera stellas,to.2 fo.44.c 4*
Descenderunt volucres super cadauera & abigebat eas tomo 2 fol.50. col.1,
Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum tom.1.fol.84.col.3.
17 *Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum tom.1 fol 28 col 3*
18 *Apparuit dominus Abrahæ sedenti in ostio tabernaculi tom.1 fol 9 col 2.*
Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis,tom.1 fo 107.col.1.
19 *Ne respicias post tergum, tomo.1 fol.25 col 4*
Versa est vxor Lot in statuam salis, to 2 fol. 12, col.2 & fol.68.col 4.
Ingressa est maior dormiuitque cum patre,tom. 2 fol 136 col 2.
21 *Vidit Sara filium suum ludentē cum Ismaele, tom 1.fol.205 col.1*
22 *Cūque alligasset filiū suum to 2. fol.21 col 2.*
Quia fecisti hæc rem & non pepercisti filio tuo tom 1.fol 228. col 2 .& tom 2 fol.237 col 3.
Nunc cognouit quòd timeas Deum,to.2 fol.55. columna. 1.
Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum.tomo.1 fol.57.columna.3 & fol.320 columna 1.
23 *Benedixit dominus domino meo,t 1 fo.93.co 1*

¶ 24 *Dedit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 Dedit in aures aureas & armillas.t.1.f.12.c.1
Vis tre cum nomine isto: Vadam,tom.1.fo.324. col.1
Descendit Rebeca de camelo tom.1.fo 67 co.3
25 Abrahæ filiis concubinarum largitus est munera.tom 1 fo.111.col.2.
Porrexit Rebeca aut consuleret dominum, tomo 1.fo 312.col 2.
Plantã fraxini tenebat manu,to.1.fo 280 col 4.
Oravit Isaac pro uxore sua sterili to 2 f.51 c.4
26 Vidit locum cum Rebecca uxore sua,tom.1 Fo 275 col 1.
27 Benedixit Isaac filium suum Iacob,to.1.fo.13. col.4 & to.77.col 2 & to.98 col 1.
Dixit ad Esau. De pinguedine terræ & de rore cæli tom 1 fo. 95 col 3.
28 Vidit Deus humilitatem meam, tom. 1.fo. 42. colum.3
20 Seruiuit Iacob septem annis pro Lya tomo.2. fo.147 col.4.
Labã dedit Iacob filiam Lyã to.1.fo 48.col.1
30 Introedere ad illã & ædificabor ex ea fo 1 co 2
Tollẽs amygdalas populeas & amygdalinas, tom 1.to.2.74 col.3.
Pepererunt oues maculosæ & varias tom 1.fol. 221 col 4.
31 Rachel uxor est idola patris sui 1.F.182 c.1
Iumentaque Iacob cum turgio ait. Quam ob culpam tom.1 fol 28 col 2.
32 Luctabatur vir cum eo vsque Lane, tom 2.fol. 99 col.4.
Non dimittam te nisi benedixeris mihi, tom.1. fol 87 col 3
Vocaberis Israel,tom 2.fo 262 col 1.
33 Adorauit Iacob Esau pronus in terra,tomo.2. fol.206.col.2.
34 Assensiũt sunt omnes circumcisi cunctis maribus,tom 1 f 312 col 2.
37 Vidit per somnium Solem & Lunam & stellas vndecim tom 2 fo 255 col 1.
38 Zaram misit primũ,to. 1.fo 128. col 2.
39 Benedixit dominus domui Ægyptij. tomo.1. fol.95 col 1.
40 Memento mei dum bene tibi fuerit, tomo.1. fol 24 col 3.
42 Iussit Ioseph ut reponerent pecunias in saccu lis tom.2 fol 289 col 3.
Portantes frumenta in asinis profecti sunt,to.1 fol 127 col 2
43 Peccatrices ego omni tempore, si non adduxero eum tibi,tom .1.61 col.2.
47 Dies peregrinationis vitæ meæ centũ triginta annorum sunt,tom.1.fol.24,col.4.
48 Posuit Iacob dexteram super caput Ephraim, commutans manus,tom 2.fo.213 col.4.
49 Accubuisti vt leo & vt catulus leonis,tom.2. fol.313 col.4.
Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, tom.2. fol 1.col 1.
Dam coluber in via,& cerastes in semita,tom. fol.118.col.3.

¶ Exodus.

1 Ædificauit illis dñs domos, to.1.fol.21 col 1.
3 Ego sum Deus Abraham Deus Isaac & Deus Iacob tom 2.fol.299.col. 4.
Qui est misit me ad vos,tom.1 fol.5 col.1.
4 Proiecit virgam in terra & conuersa est in colubrum,tom 2 fo.243.col.3.
5 Non do vobis paleas,tom.1.fol.29.col.2.
Vacate otio tom 2.fol 29 col 1.
Dispersus est populus ad colligendum paleas, tomo.2 ol 63 col 1.
7 Constituite Deum Pharaonis,to 2 fo 248 co 4
Tulit Aaron virgam & versa est in colubrum tom 1.fo 131 col.2 & to.2.fo.119 col 3.
8 Constitue tempus vt abigantur ranæ. Respondit Cras,tom 1. o.71 col 4.
Venit musca grauissima in domo Pharaonis post cinyphes to,1 fo 131 c 1.2 & 1.2 fo 140 c 4
Abominationes Ægyptiorũ immolabimus Deo nostro tom 1 fo 112 col 4.
10 Nec vagula remanebit,tom.2 fo.68 col.3.& fol 26 col 3.
11 Apprehendito pharaonis qui sedet in solio,tomo 1 fo 27.col.2.
12 Mensis iste primus erit in mensibus anni,to 2. fol. 115 col.2.
Erit autẽ agnus absq; macula.t 2 fo 105.col 3.
Azymos panes cũ lactucis agrestibus, tomo 1. fo.10.col.2.
Neq; os illius confringetis to 1 fo.15 col 3.
Cũ vidisset sanguinẽ desuper liminari, to 1 fo. 313 colum 3.
Petierunt ab Ægyptijs vasa argẽtea & aurea, tom 1 fo 214 col 3.& to 2 fo.9 col.2.
14 Viderunt Ægyptios post se & timuerunt to.2 fol 253 col.2.
Erat nubes tenebrosa illuminans noctem,tom,1 fo 89 col.2.
Cũ misisset lignum in aquas Marath in dulcedinem versæ sunt,to 1.fo.292 col 2.
18 Prouide de omni plebe viros sapientes & timẽtes Deũ to 2 fo 111 col 1.& to 23. col 2.
19 Non accedat populus ad radices montis,tom.2 fo.306.col.4.
20 Memento vt diem sabbathi sanctifices.to.2 fo 316. columna.1.
Honora patrem & matrem tuam vt sis longæuus super terram to 2 fo.142 col 3.
Non furtum facies,non concupisces rẽ proximi tui. to.2,f.148.col.1.
Altare terreum facietis mihi tomo. 2. folio. 303. columna.2.
Non leuabis cultrum super eo.tomo.2. folio.312. columna.3.
21 Seruus nolens libertatem maneat seruus in seculum,to 1.fo.28 col 3.
Vendendi non habebit potestatem eo quòd ipsi pepulerit eam.to.1.fo 30 col 1.
22 Omnem viduam & pupillum non affligetis.to.1. fo,32,columna 1.
23 Tribus vicibus per singulos annos festa celebrabitis to.1 fo 101 col 1.
Non inibis cum eis fœdus tom 2 fo 160.col.1.
24 Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphyrini to 2.fo.232.col.319.col.4.
Septimo die vocauit eum de media caligine. to.1. fol. 9.col.2.
Dimidiam partem sanguinis misit in crateras.to 2. fo 129 col 4.
25 Facies propiciatorium de auro mundissimo tom 2. fol.257.columna.2.
Duos Cherubim aureos & productiles facies tomo 2. f.264 columna 2.
Respiciantq; se mutuo versis vultibus to.1 fo.291. columna 4.
26 Facies saracilicina ad operiendum tectum tabernaculi to.2 fol.39 columna.2.
28 Ad pedes tunicæ per circuitũ mala punica facies. to,1 fol,102,co.1,& to,2,f,226.col.4.
Mixtis in medio tintinabulis to 1.fo 116 col.2.
32 Hi sunt dij tui Israel qui te eduxerunt to,2 f 352. columna 2
Proiecit de manu tabulas & confregit eas.tomo.1. f 111 col.3.
Quid fecit tibi populus iste vt induceres 1.1.f.131. columna 4.
Comminuit vitulum & dedit ex eo potũ.to 2.f.67, columna.2,
40 Oleo vnges tabernaculum to.2.fo,335 col,3.

Leuiticus.

1 Detracta pelle animal offeratur.t.1 f.148. col.4. & to.2.fo,84 col 2
Retorto ad collum capitis turturis to.1 fo 3 col 3.
Plumas proiciet prope altare ad orientalem plagam.to.1 f 232.col.1.
2 Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur to.1 fo.178,col.1.& to.2 fo 295 col 3.
3 Offerent domino adipem & quicquid pinguedinis. to.2,fo.50.col 3,
6 Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos to 1 fo.211 col 1.
7 Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato.to.1. fo 160 col.4.
8 Induit eum tunica Hyacintina desuper humerale: to.1.F.173 col.1.
Vitulum cum pelle & carnibus cremans extra castra.to,2,fo,66 col.4.
Tolle Aaron cum filiis suis & congregabit cetum Israel to 2 fo,308 col 2.
11 Cygnum ne comedatis,to.2,fo 295 co 2.
12 Mulier si suscepto semine peperit masculum. to.1. f 83 columna 1.
Omne masculinum adaperiens vulvam to.1,f.84. columna 1,
13 Quando vero caro viuens in eo apparuerit.to. 1. fo,8 columna 1.
Caput nudum,os veste contectum to 1.fo.162.co 4
14 Offerat passerem pro peccato to 1 f 84 col 3.
21 Sacrificiis non accedet offerre hostias domino. to.2. fol.246.col 1.
24 Qui maledixerit Deo portabit peccatũ suum,to.1, fo.71 col.1.
27 Animal immundum immolari domino non potest. to 1.fol.126.col 1.

¶ Numeri.

10 Si semel tubas clangueris venient ad te capita.t.1.fo. 81 col 2.
11 Congrega mihi septuaginta quos tu nosti quòd seues sint.to 1 f 167 col.2,
14 Tentauerunt me iam per decem vices.to 2.f.167 columna.2.
15 Lapidatus est qui ligna in sabbatho colligebat t.1. fo.30 col 2
16 Vt omnis globus stet contra dñm to 2 fol,134.col.2. Tollat thuribula producatque ea in laminas.tom.3. fo.161.co.1 & to 2 f 120.col 2.
19 Vas sine operimento immundum erit tom 1 f.305. col 3.& to 2 fo,124 col 3.
20 Nuncios misit Israel ad Edon dicens,velociter trãsiemus to 1 fo 198 col 3.
21 Cum filij Israel à serpentibus essent vulnerati intuebantur serpentem æreum. to 1 fol.166 col.2
27 Omnis æstimatio sicli sanctuarij ponderabitur.t 1. fo 202 col 2.
34 Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet. to.2 fo.117 col 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Deuteronomium.

6 Deus Deus tuus, Deus vnus est. to. 1. f. 276 co. 1.
8 Non in solo pane viuit homo. to. 1. f. 145 col. 3.
10 Intrauit Iacob in Aegyptum cum septuaginta animabus, to. 1. f. 188. col. 4.
Tribus Leui non dedit possessionem, quia dominus est possessio eius. to. 2. f. 33. col. 4.
13 Tentat Deus vt sciat an diligatis eum. to. 2. fol. 55, columna 1.
15 Vt cæpit Deus ne tonderent primogenita eorum, to. 2. f. 237. col. 3,
17 In ore duorum vel trium stat omne verum. to. 1. f. 4 columna 3.
21 Rade ab ancilla vngulas & capillos. tomo. 2. f. 85. columna 1.
22 Non texes vestem ex lino lanaq; contextam. to. 2, fo. 24 columna 3.
23 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram sed alieno. to. 1, f. 214, columna 3,
24 Det illi libellum repudij. to. 2 f. 207. col. 4.
32 Eduxit mel de petra. to. 1, f. 10, co 1. & to. 2 f. 235. c. 1.
Ipsi me irritauerunt in his qui non sunt dij, to. 1, f. 3, columna 3.

¶Iosue.

9 Gabaonitæ habentes calciamenta perantiqua. to. 1. fo. 260. col. 2.
Induti veteribus vestimentis to. 2, fo. 131. col. 2. & fo. 134. col. 3.
10 Suspendit quinque reges super quinque stipites, to. 1. f. 104. col. 4,
Non poteritis seruire Deo to 1. f. 221. co. 3.

¶Iudicum.

4 Iael dedit Sisare lac. to. 1, f. 197 co 2,
7 Lagenas frangentes vicerunt Madian. to. 1. fo. 224, columna 4.
9 Ramos de arboribus præcedentes sequebantur ducem. to. 1. f. 314. col 1.
12 Sepultus est in vrbibus Galaad. to. 2. f. 352, col. 3.
Obsecro vt me transire permittas, to. 1. f 150 co 2.
14 Examen apum erat in ore leonis, ac fauus mellis to. 1 fo 41. col. 1.
18 Filij Dan inuenerunt vrbem Lais vacantem, to. 2. fo. 66, columna 2,

¶Ruth.

2 De vestris manipulis proijcite ex industria. tom 2. fo 178. col. 1.
3 Extende pallium tuum super ancillam tuam. tom. 1. fo. 30. co. 3.
4 Qui ædificauerunt domum Israel. to, 1, f, 21. co 2.

¶Primus Regum.

2 Donec sterilis peperit plurimos. to. 2, f. 302 col. 2,
Sublimabit cornu Christi sui. to. 1. f. 55 col. 4.
5 Inuenerunt Dagõ truncum coram arca. to. 2. f. 197 columna 1.
6 Vaccæ ducebant arcam domini in Bethsamis. to, 2 fo. 20 columna 1.
Percussit dominus septuaginta viros, & quinquagintamillia to. 2 fo. 21. col. 1.
9 Nunquid non filius Gemini ego sum to. 2. f. 99, columna 3,
15 Destrue Amalec, non parcet oculus tuus oui, nec boui. to. 2 f 97. col 2.
16 Spiritus domini malus exagitabat Saul. to. 2. f. 55, columna 4.
22 Si quis quæsierit animam meam quæret & animam tuam. to. 1, f. 314. col. 4.
25 Suscipe hãc benedictionem de manu ancillæ tuæ. to 1 fo 23. col. 4.
26 Dormiebat Saul habens scyphum & astam ad caput to, 2, f. 109. col, 3,
28 Posui animam meam in manu tua. to. 1, fo. 55 co, 3.
30. Æqua pars erit descendentibus ad prælium, to, 2, fo 37 colu. 1.

¶Secundus Regum.

2 Surgant pueri, & ludant coram nobis. to, 2. f. 205 columna 1.
6 Michol non fuit nati filij to 1. f. 128. col. 1.
7 Domum ædificabit tibi. to. 1, fo. 21, col 2.
9 Remansit ne aliquis de domo Saul vt faciam cum eo misericordiam domini. to, 2. fo, 255. col. 4.
10 Præcidit vestes & dimidiam partem barbæ, & dimisit eos. to. 1. fo 201. col. 3.
Manete in Hiericho, donec crescat barba vestra. to, 1 fo. 8. col. 2,
12 Dixit Nathan ad Dauid. Duo homines erant in ciuitate vna to, 1, fo. 253, col. 4,
Dominus transtulit peccatum tuum à te. Verumtamen. to, 1. f. 63, co, 3. & f. 84 col 2.
Obside ciuitatem & cape eam. tom. 1 fo. 73. col. 3.
14 Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram to 1. fo, 189 co 4, & fo. 210, col. 4.
Reuersus est Absalon, & faciem regis non vidit, to, 2 f. 207. col 2.
21 Michol genuit quinque filios ex Hadrieli. to 1. fo. 138 columna 2,

¶Tertius Regum.

3 Nec mihi nec tibi, sed diuidatur, tomo. 2. fol. 18. columna 4,
6 In templo erant duo altaria, alterum æneum, & alterum aureum to 1. fo, 243 col, 4,
12 Posuit Ieroboam duos vitulos aureos. to, 1. fol. 30, columna 1.
15 Excepto sermone Vriæ Aczthæi. to, 1. f, 3. col. 3.
17 Præcepit mulieri viduæ vt pascat. to. 1. fo. 154. co. 1, & to 2. fo. 194 col. 4.
Corui deferebat ei panem & carnes. to 2 fol. 13. columna 4.
18 Cecidit ignis & deuorauit holocaustum. to 2, fo. 56. columna 3.
Respice contra mare, ascendit nubecula & venit pluuia to 2. fo. 117. col. 1.
21 Benedixit Deo & Regi to. 1. fo. 93. col. 1.

¶Quartus Regum.

2 Afferte vas nouum & mittite in illud sal. tom. 2. fol. 153. col 3.
4 Illi afferebant vasa & illa infundebat. to. 1. f. 24. col. 2. & to 2. fo. 101. co. 2. & fo. 194 co 1.
In medio populi mei ego habito. to 1. fo. 107 col. 1.
Accinge lumbos tuos & tolle baculum meum. t. 2. fol. 104. col. 3.
Mors in olla. Ac ille. Afferte farinam. t. 2. f. 27. columna 2.
5 Vade & lauare septies in Iordane. to. 1. folio. 155. columna 1.
10 Nunquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo? to. 1. fo. 223. col. 2.
13 Posuit Eliseus manus super manus regis Ioas. to, 1. fo. 63. co. 2. & to 2. fo. 230 col, 2.
17 Cœpit tædere super filios Israel. to, 1. fo, 275. col. 4

¶Secundus Paralipomenon.

9 Magnificatus est Salomõ super omnes reges terræ, to. 1. fo. 62. col. 2.

¶Esdræ.

7 Detur argenti talenta centum, & vsque ad frumẽti, &c, sal vero absque mensura. t. 2, f. 155. co. 4.

¶Neemiæ.

4 Altare manu faciebant opus, & alter gladium tenebant. to. 2. fo, 79. col, 1.

¶Tobiæ.

2 Callida stercora hirundinum inciderunt super oculos eius. to. 2. fo. 167. col. 3.
6 Lauabat pedes eius in flumine Tigri. to. 1. f. 147. columna 1.
Exentera piscem, & repone tibi cor eius & fel & iecur. t. 1, f. 103. co. 4. & fo, 141. col. 4.
12 Quia acceptus eras Deo necesse fuit vt tentatio probaret te. to. 1. fo. 140. col. 4.

¶Iudith.

13 In mansuetudine percussit illud dominus, tom. 1. fol, 3 col. 1.

¶Hester.

6 Iussit afferri historias priorum temporum. to. 2. fo. 251 columna 2.
14 Non tradas regnum tuum his qui non sunt. to. 1. fol, 5, columna 3.

¶Iob.

Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint Deo. to. 1. fo. 93 col 1.
Nisi in faciem benedixit tibi. t. 1. f. 91. co. 1.
Nunquid Iob frustra timet Deum t. 1. f. 202. col. 3.
Surrexit Iob & scidit vestimenta sua. to. 2. f. 139 columna 3.
2 Anima eius seruat. t. 2, fo. 231. col. 3.
Benedic Deo & morere. to. 1. f. 93. col. 1
Commouisti me, vt affligerem eum frustra, tom. 2. fo. 55 col 4.
3 Qui ponit humiles in sublime. t. 1. f. 42. col. 3.
6 Qui timet pruinam veniet super eum nix, tom, 1. fo, 111 col. 2.
Fratres mei præterierunt me sicut torrens. tom. 2. fo, 48. col, 3.
7 Quid est homo quia magnifices eum aut apponis? to. 1. f, 36. col. 3.
9 Si iustificare me voluero os meum condemnabit me. t. 1, f. 250. col. 2.
Dies mei velociter fuerunt cursore. t. 1. f. 5. co. 4
Verebar opera mea nesciens & non parceres delinquentis. to. 1. fo, 115 col. 4.
13 Lampas contempta apud cogitationes diuitum. t. 1, fo. 114. col 4.
14 Homo fugit velut vmbra. to. 1. fo, 5. col. 4.
Expecto donec veniat immutatio mea. to 2. f. 320. columna 1.
15 Qui bibit iniquitatẽ quasi aquã. t. 1. f. 252. col. 1.
19 Quis mihi det vt scribantur sti y lo Ferreo & sculpãtur. t. 2 f. 359. col. 4,
20 Ossa impũ implebãtur vitijs adolescẽtiæ eius, & cum ipso in puluere dormiet. to. 1. f. 235. col. 3.
Cum dulce fuerit in ore eius malum abscondet illud. t. 2 f. 153. col 2,
21 Ducunt in bonis dies suos & in puncto in infernum descendunt. t. 2. f, 118 col. 3.
24 Sicut summitates spicarum conterentur. t. 2 f. 4. columna 2.
31 Osculatus sum manum meam ore meo. t, 2. f. 237, columna 3.
Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. t. 2. f, 120 col. 1.
38 Nunquid ingressus es thesauros niuis. t. 2 f 6. c. 1.
39 Pœna struthionis similis est Herodij. t, 2. f, 84 c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 Ecce absorbebit fluuium & non mirabitur, to 2. fo.171 col.1.
42 Oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo to 1 fo 38.col 1
Dominus benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius to 1.f.23.col.4.

¶ Psalmorum.

1 In cathedra pestilentiæ non sedit, tom.1. fol.180. col 2 & to 2.f.115.col.4.
Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum to 1.f.310,col 4.
Non resurgent impij in iudicio,to.2 fo 144. col,2. & fo.319 col.3.
2 Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum,to 2 fo.352.col,2.
Ego hodie genui te to 2 f 80.co.2.
3 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. to 2 fo,125,col.1.
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa to 1 fo.147 col.2.
4 Filij hominum vsquequo graui corde tom 1.fili columna 3
Multi dicunt quis ostendit nobis bona to 1,fo.212, columna 4.
5 Sepulchrum patens est guttur eorum to,2 fol 224. col.3.& fol 265,col,1.
8 Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē. to 2 fo 278, col 4.
9 Inimici defecerunt framæa in finem ,tom 1 fol 4. columna.3.
11 Argentum igne examinatum purgatum septuplū. to 2 fo.302 columna 2.
14 Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiā. to 1 f 381,col 4.
16 De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. to.1 fo,23 col 2.
17 Ignis à facie eius exarsit,carbones succensi sunt ab eo,to.1,f 271.col 2.
Cum sancto sanctus eris,& cum peruerso peruerteris to,2,fo 361.col,2.
18 Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum to,1 f 45.co.3 & to 2 f 61.co 4
Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce.t,1 f.63 col 3.
21 Ego sum vermis & non homo opprobrium hominū to 1.f 521 co.2.& to,2 f 146 col.1.
22 Dominus regit me & nihil mihi deerit.to.2 fol 7. columna.3.
23 Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit, &c. innocens manibus.tomo.2 fol.219,columna 2 & tom 2 fol.289.col.1.& fol.298.columna.4.
Qui non accepit in vano animam suam. to.1 fo.83. columna.3.
24 De necessitatibus meis erue me.t.2.f.21.col 4.& f 105.col.2.
25 Proba me Deus & tenta me,vre renes meos. to.2. fol.47,col.4.
28 Vox domini in magnificentia t,1,fo,28. col 2,
29 Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem.t.2 f,358.col,4.
31 Dixi confitebor aduersum,&c. Et tu remisisti t.1 f 251.col.2.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem t 2.f,57.col.3,
32 De cœlo respexit dominus vidit omnes filios hominum t,1 f,12.co,4,& t.2,f,22;col.4,
33 Accedite ad eum & illuminamini.t,2 f,42. co,3.
Prohibe linguam tuam à malo. tomo.2. folio.160. columna 3,
34 Cū mihi molesti essent,induebar cilicio,t.1.f.284. columna 1.
35 Cor meum dereliquit me.to.2.f.103.co.4.
Misericordia domini plena est terra.to.1.fol. 216. columna 1.
37 Corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ t 1,f.258,col 1.
Dereliquit me virtus mea,& lumen, &c. tom,2, fo,187 col 4.
38 Substantia mea quasi nihilum coram te t 2,f. 316, columna.1.
In imagine pertransit homo t.1.f,55.co.4,& f,76. columna.2.
Obmutui & attendi quoniam tu fecisti.to 1 f,210, columna.1.
39 Pauper sum & mendicus to 1,f,332.col.3.
41 Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes,&c t.1.f.108 columna.2
44 Diffusa est gratia in labijs tuis.t,1,f,24.co.3.
Intende prospere procede & regna. tomo 2 fol. 45. columna 1.
Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. tomo, 1,f,4 col,2.
Omnis gloria filiæ regis ab intus.to.1.f.7.col 2.& to.2,f,25,col,3,& f,112 col,4
47 Latera aquilonis ciuitas regis magni,to,1,fo, 49, columna.1.
48 Homo cum in honore esset & non intellexit,comparatus est.tom.1.fo.121,col 2.& tomo.2,fol,280, columna.1.
Mors depascet eos to 2,f,319,col.2.
49 Lingua tua concinnabat dolos to.2.fo,24,col,1.
50 Amplius lauame ab iniquitate mea.tom 1 f.255, columna.4.

Pec-

Peccatum meum contra me est semper, to.1 f.256. co,4.& to.2 f,274 col,3.
Tibi soli peccaui,& malum coram te feci,t.1..255. col.4.& to.2 f 179,col.3.
Vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cū iudicaris t 1.f 17.co,1 & 271 col.1.
Cor mundum crea in me Deus t.2.f 70.co.2.
Benignè fac in bona voluntate tua Sion,vt ædificētur muri Hierusalem t.1.f.208,col 1.
51 Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate,to,1.f.245 col.2.
56 Lingua eorum gladius acutus to 2 f 55 col 2,
58 Sicut aspis obturantis aures suas,tomo,2 fol, 277. columna.2.
Portio mea Domine dixi custodiam tom 2 fol.83. columna.2.
Deus meus misericordia eius præueniet me.tom.2. fo.18 col.2.
59 Dedisti metuentibus te significationem,vt fugiāt. to.2.f,311 col 2.
Da nobis auxilium de tribulatione,& vana salus hominum to,1 f,37 col,4.
61 Mendaces filij hominum in statera.tom,1, f.249. to.1.& t.2.f.169 col.1.
62 Benedicat nos Deus Deus noster.t,2 f.176 co.1.
63 Accedet homo ad cor altū,& exaltabitur Deus. to,1,f,40.col.4.
Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.to,2. f,188,co 2.& to 2,f,139.col.1,
67 Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.tom,1. fo,130,columna,4.
Exurgat Deus & dissipetur,&c t,1,f.376,co,3.
68 Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam t,1.f.79,co,2,& f,234. co,1,& to.2,f,193,col.2.
Obscurentur oculi eorum ne videāt,& dorsum eorum semper incurua t.1.f,259,col.2.
Quoniam propter te sustinui opprobriū,t,1.f.202, columna.4.
71 Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis to 2,f 118,columna,1,
Descendit sicut pluuia in vellus t,1,f,32,co,3.
72 Zelaui super iniquos pacem peccatorum vides. t.2. f,63 col,4.
Pedes mei pene moti sunt.to.2.f.316.col 1.
74 Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo to,1. f.7,co,1,& t,2 f 51 col 3,
Calix in manu domini vini meri plenus mixto.t,1. f,116 columna.1.
75 Dormierunt somnium suum & nihil inuenerunt viri diuitiarum.t.1,f,47.co,2 & f.197 col.4.
Cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi,t.2,f.185.col.3.
76 Renuit consolari anima mea.t 1.f,108 col.3.
77 Tanquam potens crapulatus à vino. tom 2 f,149, columna 3.
79 Vineam de Ægypto transtulisti.tom 1,fol,287, columna 2.
80 Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti t.1.f,54 col.2.
Aperui os tuum & ego adimplebo illud t.1,f,24. col.2 & to 2,t.174 col 1.
81 Ego dixi dij estis, veruntamen sicut homines moriemini ,to.2.f.23 col 4.
Iudicate egeno & pupillo, humilem,& pauperem, to 1.f.250 col.2.
84 Deus meus ponecillos vt rotam. tomo.1. folio.276. columna.1.
83 Ascensiones in corde suo disposuit,tomo,1,folio.8. columna.4.
Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui to.1.f.256,col 2.
84 Ostende nobis domine misericordiam tuam,tom.1. fo,44 columna.4.
86 Memor ero Raab & Babylonis ,tomo,2 fol,130. columna 2.
89 Dies annorum nostrorum septuaginta anni to.1. fo.357.col.1.
90 Angelis suis Deus mandauit de te tomo,1.f.149. columna.4.
94 Iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. to.1.f.120.col.2.
96 Dominus regnauit exultet terra,lætentur insulæ. to.2.f.369.col 2.
100 Mane interficiebant omnes peccatores terræ,to.1. fo,203.columna.3.
103 Qui respicit terram & facit eam tremere. tom.2. f,341,columna 4.
104 Posuit pluuias eorum grandinem.tomo 2.fol.83. columna 3.
109 Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. to,2,fo,30. col,3.
Donec ponam inimicos tuos scabellum tom.2.f 117. columna 4.
Ex vtero ante luciferum genui te tomo.1. fol 68. columna.4.
110 Intellectus bonus omnibus facientibus ea.t.1.f.27 columna. 4.& to 2 fo,166.col.3.
111 Iucundus homo qui miseretur & commodat.to.2. fo,192.col.4.
112 Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat tom 1 fol 42.columna 3.
113 In exitu Israel de Ægypto,& domus Iacob,t 1. fol 29.col.4.
114 Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem orationis,to.2. fo.42.col.1.

Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuertere anima mea in requiem tuam,tom,2 fol.226 col.1.
115 *Omnis homo mendax,tom.2 fo 295.col.4.*
Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi,tom.1.fo.57 col 4.
117 *Inimici mei circundederunt me sicut apes,to. 1.fo 209 co.2.*
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes,to.2 fo. col,293 col.1.
Benedictus qui venit in nomine domini. tom 2. fol 278.col. 4.
118 *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui,tom.2 fo.21.col. 1.*
Vide quoniam mandata tua dilexi domine,tomo fo.30 col.1.
Qui timent te videbunt me, & lætabuntur,tomo.1.fo.48.& fo.179. col. 4.
Aufer à me opprobrium & contemptum,tom,2 fo.13. col 1.
Viam iniquitatis amoue à me,to.2 fo. 67 col.2
Me derelinquas me domine vsquequaque, to 1 fol 284.col 3.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine,tomo.1 fo 311 col 2.
A mandatis tuis intellexi,to 2 fo.105. colu.1. & fol 166. col 3.
Anima mea in manibus meis semper,to 1.fo. 55 col.3 & fol.314.col.4 & tom. 2 fo 30. col 4.
Memor esto verbi tui seruo tuo inique mihi spē dedisti,tom.1.fo.90 col 2.
Bonitatem & disciplinam & scientiā doce me, tom.2 fo 24 col 2.
Misericordia domini plena est terra, tom 1 fol. 44. col 3.
Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, tom 2 fo 41.col.3.
Os meum aperui & attraxi spiritum, tomo. 2. fol 57.col 1.
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquē tibus legem tuam,to 1 fo.138. col.4.
Funes peccatorum circumplexi sunt me. tom.2. fo 124.col 4.
Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis to.2. fo.169.col 1.
Inclinaui cor meum vt faciendas iustificationes tuas,propter retributionē.to 1.fo 201. col.3.
Iniquos odio habui & legem tuam dilexi, to.1. fo 106. col.3.
Quā dulcia faucibus meis eloquia, super mel. tom.2 fo.285. col 2.
Longe à peccatoribus salus,tom.2 fo.176. col 4.
Clamaui in toto corde meo exaudi me domine, tom.2 fo.255.col.4.
Redime me à calumnijs hominum vt custodiam mandata tua tom.1.fo.222.col.2.
122 *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis, tom.2.fo. 106 col.4.*
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, tomo 1.fo.112.col 2.
123 *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, tom 2 fo 246.col.4.*
126 *Non confundetur, cum loquetur inimicis suis portā,tom 1 fo 310 col 1.*
127 *Labores manuum tuarum quia manducabis, tom 1 fo 319. col 4.*
129. *Eccé hereditas domini filij merces fructus vētris,tom 1.fol 4.col.3.*
134. *Omnia quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra,tom 2.fo.46. col 2.*
138. *Nox illuminatio mea in delicijs meis,tomo 2. fo.121.col.3.*
Nonne qui te oderunt domine oderam,to.1 folio 206. col 3.
Posuisti super me manum tuā to 1 fo 54 col.1.
140. *Dirigatur domine oratio mea sicut incensum dignum,tom 2 fo 49 col 4.*
142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens,tom.1.fol.6 col 4.*
Non intres en iudicio cum seruo tuo domine, to. 2 fo 313. col.3.
143. *Deus canticum nouum cantabo tibi in psalterio decachordo,tom 1 fo. 48 col 1.*
146. *Qui numerat multitudinē stellarum, tom 1. fo 13,col 2.*
148. *Iuuenes & virgines cum iunioribus, tom.2. fo 116 col 4.*
150. *Laudate dūm in sanctis eius,to 1 fo.244.c.3.*

¶Prouerbiorum.

1 *Sapientia clamitat in plateis. Vsquequo parvuli,tom 2 fo 66.col 3.*
Insidiemur sanguini abscondamus nos tomo 2. fo 74. col.1.
10 *Quasi ēpes pertransiens nō erit impius tom.1. fo.147 col.1.*
11 *Statera dolosa abominatio est apud Deū,to,1, fo.249 col 2.*
12 *Non contristabit iustū quidquid ei acciderit, tomo 2.fol 100.col.4.*
Iustus in principio accusator est sui t.1.f 221 c.1
Inter superbos semper sunt iurgia,t.2.f.62 c.4
14 *Corona sapientiū diuitiæ eorū.to.2.fo.191 co.4*
16 *Melior est patiēs viro forti,to.2.fo 09 col.1.*
19 *Qui dat eleemosynā fenerator domino, te.2. fol.101. col.1.*
Qui festinus est pedibus,statim ruet,to.2 f.169. columna.2.
20 *Misericordia & veritas custodiunt regem.t.2. fol.296 col.1.*
21 *Vir obediens loquetur victoriam t.1 f.33. col.2.*
22 *Qui accipit mutuum seruus est fenerantis. to.1. f.216 col 2.& to.2 f.101.co.1.*
23 *Fili,prebe mihi cor tuum.t.1.f.115 col. 4,*
26 *Sicut qui mittit lapidē in aceruū Mercurij, sic qui tribuit insipientem honorem.t.1.f.316.co.4.*
Spinæ nascuntur in manu ebriosi.t,1,f,119.col,2.
Sicut porta vertitur in cardine sic piger in lectulo suo.t,1,f,105,col,3.
27 *Quomodo probatur argentum in conflatorio. t.1. f 25 col 2.& f.244 col 4.*
31 *Manus eius extēdit ad fortia,& digiti eius apprehenderunt fusum to.2.f.106,col.2.*

¶Ecclesiastes.

1 *Vanitas vanitatū,& omnia vanitas, t.2.f.179. columna.2.*
Nihil nouum sub sole.t,1,f.32 col.1.
4 *Stultus complicat manus suas,t.1,f.53. col.4.*
5 *Peccasti & nihil triste accidit mihi tom.1 f.16. columna 1.*
7 *Iustus periit in iustitia sua.to 2 f,183.col 3.*

¶Canticorum.

1 *Meliora sunt vbera tua vino.to.1.f 39.col.3.*
Oleum effusum nomen tuum t,1.f.82.co.2.
Adolescentulæ dilexerunt te.t.2.f,184.col.2,
Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas. to.1.f.171.col.2.& t.2.f 24.col.3.
Nigra sum sicut tabernacula Cedar,sicut pellex Salomonis to.f.73.col.4.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi t.2.f.250 columna 3.
Ecce tu pulchra es amica mea.t 1.f.295.col 2
Trahe me post te curremus in odorem vnguentorum t.1.f.182 colu.4,
2 *Ego flos campi to.1.f.19 co.2.*
Ordinauit in me charitatem.to 2.f.30.col.1.
Ecce ipse stat post parietem,respiciens per cancellos,t 1 f.144 co 2.
Capite nobis vulpes parvulas.t,1.f 2 col. 3.
3 *Ferculum fecit sibi rex Salomō t.1,f.217,col 4.*
In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. t.1.f.109.col 1.
Qui pascitur inter lilia t.1,f.17.col 1.
4 *Ecce tu pulcher es dilecte mi.t 1.f.295.col.2.*
Odor vestimentorum tuorum sicut odor incensi. to.2.f 99.co.,4.
5 *Ego dormio & cor meum vigilat. tomo. 1.f. 65. columna.3.*
Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum. t.2.f.13 col 3.& f.22, col.3.
6 *Quæ est ista quæ ascendit pulchra vt luna, electa vt sol to 1. f.57 col 3.*
7 *Omnia poma noua & vetera seruaui tibi te, 1, f.37.col.2.*
Pulchra es sicut Hierusalem Quid videtis in Sunamite t 2 f.62.col.4.
8 *Fuge dilecte mi, assimilare capræ hynnuloque. t.1.f.95 columna 2.*
Pone me, vt signaculum supra cor tuum tomo.2. f.35,col.1,

¶Sapientiæ.

1 *Sentite de domino in bonitate,in simplicitate cordis quærite illum,to 2.f.74 column 2.& f.105. columna 4.*
5 *Iusti in perpetuum viuent, & cogitatio eorum apud altissimum to 1 f.6.col.4.*
10 *Iustum deduxit Dominus per vias rectas,tom,1, f.119.columna 1,*
11 *Quoniam tanquam momentum stateræ,t,1,f.13. columna 3.*
16 *Resonans de altissimis montibus echo,t,2,f,115. columna 3.*

¶Ecclesiastici.

2 *Væ duplici corde & peccatori ingredienti duabus vijs.t 2.f.197.col 2.*
10 *Odibilis Deo & hominibus superbia.to.1,f,15. columna 4,*
11 *Neminem laudaueris in vita sua t.1. fol.244. columna 4.*
Mitte panem tuū super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies t.2.f.101.colu.2.& f.193 columna 3.
12 *Quis medebitur incantatori à serpenti percusso,to 2.f.155 colum 2.*
13 *Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea t,1,f,310. columna.4.*
19 *Sagitta infixa fœmori canis sic verbū in ore stulti.to.1.f.298 col 3.*
21 *Tanquam à facie colubri fuge peccatum tomo.1. f.132.columna 1.*
28 *Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam:tom 2.f.104. columna 1.*
Vtilis potius infernus quam illa tomo.2.fol.60. columna 3.
29 *Perde pecuniam propter fratrem & amicum, t.2.f.94.col 1.*
30 *Curua ceruicem filij tui in iuuentute.t,1.f,81. columna 2.*
39 *Os iusti meditabitur sapientiam t.2.f.60 col 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Esaiæ.

1 Cognouit bos possessorem suũ. A planta pedis vsque, &c. t.1. f.231. col.4. & t.2 f.227. col.2.
Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiã. to 2 f.49. col.3.
Discite bene facere. t 2 f 2. col.2.
Si fuerint peccata vestra vt coccinum. t. 1. f. 183. columna 4.
Vinum tuum mixtum est aqua. t 2. f. 221, col. 2.
2 Quia de Sion exibit lex & verbum Domini de Hierusalem. t 2 f.133. col.3.
4 Apprehendent septem mulieres virum vnum. to 2 f 502 col.2.
5 Væ qui coniungitis domum ad domum. tomo 2. f.147. columna 3.
Captiuus ducĩus est populus meus quia non habuit scientiam t.2. f 115. col. 4.
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis. t. 1 fol. 132. col 2.
7 Ne formides à duabus caudis tizionum. t. 1 f. 132. columna. 2.
8 Pro eo q; abiecit populus iste aquas Siloe. to 2. f.87. columna 1.
9 Nunquid parũ vobis est molestos esse hominibus quia &c. Propter quod ecce virgo concipiet. t. 2. f 164 col. 1.
Vocabitur nomen eius admirabilis. t. 1. f. 77. co. 1. & f. 82 colum. 1.
Lætabuntur in te &c sicut in die Madian. to. 1. f. 71. col 4.
Accelera festina prædare. t 1 f. 34. col. 2.
Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. t 1 f 27. col 3.
Populus qui sedebat in tenebris vidit lucẽ magnam t. 1 f 69. col. 1.
10 Nunquid gloriabitur securis, aut serra. to. 1. f. 3. columna. 1.
11 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice. te. 1. f 10 col. 4.
13 Dominus exercituum præcepit militiæ belli vt disperderet. t. 1 f. 62. col 2.
14 Omnes gentes quasi non sint. t. 1 f. 13. col. 4.
De radice colubri egredietur regulus. t. 1 f. 132. columna. 1.
Ascendam in cœlum & similis ero Altissimo. t. 2 f. 15. columna 2.
16 Relinquetur sicut excussio oleæ duarum oliuarum. t. 2 f 302. col. 2.
22 Quasi pilam mittet te in terram. to. 1. f. 276. co. 1.
24 Secretum meum mihi. t 1 f 43. col. 4.
30 Ad vocem clamoris tui respondebit tibi. tom. 1. f. 251. columna. 2.
31 Equi eorum caro eorum. t. 2. f. 98. col. 5.
36 Nonne iste est Ezechias qui abstulit excelsa. t. 2. f 136, col. 3.
38 Conuertit Ezechias faciem ad parietem. tom. 1. f. 115. columna. 2.
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine. t. 2. f 57 col 1.
Ecce in pace amaritudo mea amarissima. tomo. 2. f. 64. col. 3.
40 Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo. t. 1 f. 234. col. 1.
Super montem ascende qui euangelizas Sion. t. 1. fo. 71. col. 4. & t 2 f 319. col. 1.
Quasi tuba exalta vocem tuam. t. 2 f. 4. col. 4.
Clama ne cesses. Quid clamabo? t. 1. f. 25. col. 3.
Omnis caro fenum, & omnis gloria eius. t. 2. f. 313 columna 1.
Rorate cœli desuper & nubes. t 1 f. 32. col. 1.
Morticinia eorum quasi stercus in medio platearum. t. 2 f 222 col 4.
41 Prædicare annum placabilem Domino, & diem vltionis. t. 1. f. 35. col. 3.
42 Dominus sicut fortis egredietur sicut vir prælia tor. t. 2 f 317 col. 1. & 2. & vltra.
46 Audite me domus Iacob & omne residuum. t 2. f. 197 col. 3.
Redite prævaricatores ad cor. t. 2 f. 176. col. 3.
51 In momento indignationis abscondi faciem meã, t. 1. f 35. col 3.
53 Vere languores nostros ipse tulit & infirmitates nostras. t. 1 f 79. col. 4.
Generationem eius quis enarrabit? tom 2. f. 253. columna. 4.
59 Telas araneæ texuerunt. t. 1. f. 166, col. 4.
Ova aspidis ruperunt t, 1. f, 252 col. 2. & to. 2. fol. 289. columna. 4.
63 Quis est iste qui venit tinctis vestibus de Bosra? to. 2. f. 368. co. 1.
64 Tu iratus fuisti & nos peccauimus. t. 1 f. 37. c. 4.
66 Sicut cœli noui & terra nova stabit semen vestrum. to. 2, f, 137. col. 4.

¶ Hieremiæ.

1 Virgam vigilantem. Ollam succensam. t. 2. f. 317. columna. 3.
6 Cursabant cum ignominia populi mei dicentes, pax pax. pax. t. 1. f, 256. col 3.
7 Filij colligunt ligna, & mulieres faciunt adipẽ. t. 2. f 278. col. 1.
Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, tẽplum Domini est, tom. 1 fol. 122. col. 3. & tom. 2. fol. 283. col 3.

4. Vsque-

4 Vsquequo nutabuntur in te cogitationes nexiæ. t. 2 f 290. to. 1. c.
13 Sicut Æthiops non potest mutare pellem suam, &c, tom. 1. 221 col 3 & tom. 2. f. 66. colu 1 & f 24. col 2.
14 Laxis vltra & portæ eius corruerunt to. 1. f. 310. columna. 1.
15 Si steterint Moses & Samuel coram me. tom. 1, f. 2. 2 columna 1.
18 Adduxit Dominus Hieremiam in domum figuli. t. 2 f 293 col. 3.
Sic vos in manu mea to 2, ibidem.
51 Fugite de medio Babylonis. t 1, f. 121. col 4.

¶ Threnorum.

2 Confregit in ira sua omne cornu Israel, t, 1, f. 55. columna. 2.
Effunde sicut aqua cor tuum t. 1. f. 67. col. 1.
3 Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia. t. 1. f. 5. col 2.
Saturabitur opprobrijs t 2 f. 251. col. 1.
4 Gaude filia Edõ, & lætare quæ habitas in terra Hus. to. 2 f. 80. col. 3.
Patres nostri peccauerunt, & nos iniquitates eorum portauimus t. 1. f 84. col. 3.
Maior est iniquitas nostra quam Sodomorum t. 1. f. 85. col. 3.

¶ Baruch.

1. Peccauimus Domino Deo nostro. t 3. f. 179. col. 4.
6 Si quis eorum ex voverit, nec id requirent. t. 1. f. 29. col. 3.

¶ Ezechielis.

1 Facies hominis & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor t. 1. f. 176, col 1.
Pennæ eorum sic ebantur t. 1. f. 8 col. 2.
Coram facie sua ambulabant, nec reuertebãtur cum ambularent to. 1. f. 213 col 4.
Erant animalia oculis plena & coram facie ambulabant t. 2, f. 21. col 2.
De igne fulgur egrediens t. 1 f 9 col 4.
Facies hominis & facies leonis desuper ipsorum quatuor t. 2, f. 306. col 1,
2 Filij hominis vade. tomo. 1. f. 9. colu. 4. & f. 332. columna. 2.
3 Adhærere faciam linguã tuam palato tuo & eris mutus t 2. f. 56. col 2.
5 Sumpta novacula capillos per partes scidit to, 2. f 2. 9. col 3.
8 Cecidit super me manus Domini. to. 1. f 54. co. 1.
Manus apprehendit me in cincino capitis mei t 2 f. 180 col 1.
Fodi parietem & ecce vniuersa multitudo reptilium tom 2. f. 56 col 3. & f. 45. columna 3.
9 Qui habebant signum thau non occidebantur. t. 2. f. 248. col 2.
10 Manus hominis subtus pennas eorũ. t. 1 f. 291. col. 4, & t. 2. f. 4. col 4.
Facies secunda facies hominis. t. 2, f. 97 col. 1.
Similitudo rotarum quatuor t 1 f. 9, col. 4.
13 Ipsi ædificabant parietem & ipsi liniebant eum. t. 1. f. 231 col. 1.
16 Pater tuus Amorrhæus mater tua Cethæa to. 2. f. 122. col. 3. & t. 2. f. 73. col. 4.
Auferam zelum meum à te t 2. f. 19 col. 1.
21 Perdam ex te iustum & impium. t. 1 f 123. col. 1.
23 Peccatum Oola Oliba. to. 2. f. 76 col. 1. & f 132. columna 3.
24 Corona circumligata sit tibi tomo. 2. fol. 234. columna 4.
26 Confractæ sunt portæ populorum tom. 1 fol. 310. columna 1.
27 Cherubim depicti in tẽplo habebant facies hominis & facies bouis t. 2. f. 112 col. 4.
33 Fili hominis filij populi tui qui loquũtur de te t 1. f. 274 col. 1.
34 Væ vobis qui cum potentia & maiestate imperabatis. t 2. f. 115 col. 2.
46 Qui templum ingrediebatur per aliam portam egrediebatur t. 1. f. 172. col 3.

¶ Danielis.

2 Dicite mihi somnium & interpretationem eius. t 2, f, 56 col. 4.
Statua caput habebat aureum & pedes terreos. t. 1, f. 13 col. 1.
3 Misac Sidrac & Abdenago deos nostros non colitis. t. 1, f. 152 col. 1.
Cum audieritis sonitum tubæ citharæ t, 1. f, 100. columna 4.
Effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem. t, 1. f. 188 col 3
4 Subter eã habitabãt animalia & bestiæ. t. 1. f. 63 col. 2. & f. 16 col. 1 & t. 3 f. 114 col. 2.
5 Mane Techel Phares t, 2. f. 37 1. col 1.
7 Antiquus dierum sedit & vestimentum eius cãdidum sicut nix. t. 2, f, 192 col. 3.
13 Venerunt peccata tua quæ operaberis super te, t. 1, f. 131. columna. 4.
14 Attulerunt cinerem & cribrauit per totum. t. 1, f, 232 columna 2.

¶ Oseæ.

2 Vadam post amatores meos. Ducam eam in solitudinem t 2 f, 164 co. 1.
Sepiam viam tuam spinis. to 1. f. 277 col. 1. & tom 2 f. 177. col. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 *Sacerdotes comedunt peccata populi, to.2.f.101. columna 1.*
Sanguis sanguinem tetigit, t 1,f.132 col.1.
5 *Ibunt cum bobus & muneribus suis t.1.f.176. columna 1.*
Egotinea Ephraim, to.2.f.347. col 3.
9 *Memphis sepelit eos.t.2.f.120.col 4.*
Profunde peccauerunt. t.1.f.136.col.3.
10 *Seminate vobis iustitiã vindemiate, t.2.f.367. columna.2.*
12 *Ephraim ventos pascens. to.2.f.173 col.3.*

¶ Amos,

3 *Non est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus.t.1.f.209.col.4.*
4 *Venite in Bethel & impie agite in Galgala.t.2. f.80,columna 3,*
5 *Reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens,t.2.f.314.col.2.*
6 *Putant quod tangũt instrumenta quid.t.1.f.303. columna.2.*

¶ Abdiæ.

1 *Erunt gentes quasi non sint.t.1.f.5 col.2.*

¶ Ionæ.

1 *Propter me hæc tempestas orta est t.1.f.16.col 2.*
3 *Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur. t.2.f.19.col 4.*
4 *Lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. t.1.:222 col 1.*

¶ Abacuc.

2 *Iustus in fide sua viuit.t.1.f.264.col.4 & t.2. f.219.col.1.*
Quia lapis de pariete clamabit.t.2.f.279.col.2.
Et omnis spiritus non est in visceribus eius.t.1. f.32.col 1.
3 *Considerauit opera tua, & expaui.t.1.f.77.col.3.*

¶ Sophoniæ.

1 *Vlulate habitatores pilæ.to.2.f.5.col.4.*

¶ Aggei.

1 *Quia domus vestra deserta est & vos festinatis. to.2.f.97.col.2.*
2 *Magna erit gloria domus istius nouissime plusquã prima.t.1.f.83.col.4.*

¶ Zachariæ.

1 *Perpendiculum extendetur super Hierusalem. t.1.f.76.col.3.*
2 *Ecce quatuor cornua t.1.f.55 col.4.*
9 *Exulta filia Sion, ecce rex tuus venit tibi tom.2. f.274,col.3 & f.276.col 1.*
11 *O pastor & idolum derelinquens gregem.t.2. f.122.col.4.*
12 *Planctus magnus erit in Hierusalẽ sicut planctus Adramedon.t.2 f.354.col.3.*

¶ Malachiæ.

4 *Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit. t.1,f.53,col,1. & f.245.col 3*
Orietur sol iustitiæ vobis timentibus nomen suũ. t.1.f.45.col.1.& f.70.col.3.

¶ Primi Machabæorum.

4 *Ne concupiscatis spolia eorum, sed flate.tom.2, f.246.col 3.*
6 *Eleazarus interfecit elephantem, & mortus est ipse.t.2.f,238.col.1.*

¶ Secundi Machabæorum.

6 *Compellebatur Eleazarus comedere carnes pecinas tom.1.f.207 col.1.*

¶ Matthæi.

1 *Christi genealogia.t.1.f.136.co.2.& deinceps.*
Ex qua natus est Iesus qui vocatur Christus.t.1. f,38 columna.3,
Non cognouit eam donec peperit filium primogenitum.t 1.f,65,col.3.
2 *Cum natus esset Iesus ecce Magi ab Oriente venerunt to 1.f.34.col.2.*
Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cũ illo,t 1,f,62 col.4.
Scisciabatur ab eis vbi Christus nasceretur,t,2. f.24 co 1.& f,254.col.3.
Ite & interrogate diligenter de puero.t.2.f.278 columna 2.
Obtulerunt ei munera aurum thus & myrrhã. t.1.f.232.col 3.
Surgens Ioseph abiit in Ægyptum. to 2 f. 264. columna 2.
Occidit Herodes omnes pueros Bethlehẽ.tom.2. f.213.columna.4.
Baptizabantur ab eo in Iordane t.1.f.133.col. 4.
Cuius ventilabrum in manu eius tom.1. f,129. columna.3.
Christi baptisma.t.1.f.133 col 4.& deinceps.
In specie columbæ Spiritus sanctus visus est,t 2. f.223.columna 4.

4. Du-

4 *Ductus est Iesus in desertum à spiritu.t.1.f.139. col.1.& deinceps.*
Et postea esurit.t.2 f.79,col.3.
Hæc omnia tibi dabo t.2.f.286.col.1.
Vidit duos fratres mittentes rete. tom.1.fol. 43. columna 1.
Erant enim piscatores. to.1.f 11.col.3.
Faciam vos fieri piscatores hominum.t.1.f.158. columna.2.
5 *Aperiens os suum docebat eos. tom 1. fol. 196. columna 3.*
Beati pauperes. Beati mites, &c.to.1.f.26.col.1. & fo.190.col 3 & sequentibus, & tom 2 fo.75. col 1.& fo.101 col 4.
Beati misericordes tom.1 .fol.216 column. 2. & deinceps.
Vos estis sal terræ.t.1 f.104.co.1.& to 2.fo.153. col & deinceps.
Vos estis lux mundi.t.1.f.272 col.1.
Vnus apex non præteribit à lege. tom.2.fol.201. columna.2.
Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum.to 1.f.6.col. 4.
Si offers munus tuum ante altare & recordatus. to.2.f.298 col 1.
Qui te percusserit vnã in maxillã præbe alterã. to 1.f.211.columna 2
Diligite inimicos vestros tom.1.f.206.col.3.& deinceps & to.2 f.198 col.3.
6 *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.to 2.f.101. columna.1.*
Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuũ.to.2 f.103. columna 4.
Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.to 1.f.73 col.3.
Te autem faciente eleemosynam to.1.f.323.col.3.
Pater noster qui es in cœlis, exponitur hæc oratio. to.2.f.43.col.2.
Nemo accedit lucernam to 2.f.77.col.3.
Lucerna corporis tui est oculus tuus.tom 2 f.773 columna 4.
Nemo potest duobus dominis seruire. to.2.f.196. col.4 & deinceps,
Nolite solliciti esse quid manducetis.tom.1.f.300. co.1.& t.2.f.96 co 2 & vltra.
7 *Nolite iudicare & non iudicabimini. t.1.f.216. columna.4.*
Nolite sanctum dare canibus.to.1.f.107.col.4.
Petite & dabitur vobis, to. 2.f.1. column.1.& deinceps,
Intrate per angustam portam to.2.f.127.co.2.
Arcta est via quæ ducit ad vitã.t.1.f.34. col.4.
Intrinsecus sunt lupi rapaces. t.2.f.62.col.3.
Arbor bona bonos fructus facit.to.1.f.221.col,1. 2.& 3. & deinceps.
Arbor nõ faciens fructum bonum excidetur t.1, f.124 columna 1.
Ædificat domum suam supra petram.t 1.f.142. co 2 & f.323.col.3.
8 *Ecce leprosus veniens adorabat eum.t.1,f,169. col 4.& sequentibus.*
Accessit ad eũ Centurio to .f.224.col 3 & 4. per totum.
Ascendẽte Iesu in nauiculam ecce motus factus est magnus to 1.fo 282 col 1 & deinceps.
Ad quid venisti ante tempus torquere nos. to.2. fol.36 columna 3.
9 *Transfretauit & venit in ciuitatem suam.& sanat paralyticum tomo.1.folio 173.colu.2. & sequentibus.*
Vidit hominem sedentem in teloneo, t. 1.f.180, col.1.& f.312 col 2.
Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester to.1.f 182 colu.4 & tom.2. f.264.col 4.
Non veni vocare iustos sed peccatores.t.2 f.166. columna 1.
Ecce princeps vnus adorabat eũ dicens, filia mea defuncta est. Hæc historia explanatur t.1.f.290. columna 2,& per totum.
10 *Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit potestatem t.1.f.209.col.1.*
Ego mitto vos sicut oues in medio luporum. to.2. f.6 col.2 per totum.
Nolite portare sacculum neque peram. to 2.f 7. columna 2.
Inimici hominis domestici eius. tomo.1.fol 156. columna 2.
Tradetur à parentibus & cognatis, &c.hæc & multa de hoc capite. to.2.f.307. columna 4. & sequentibus.
Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini t.2. f.307.columna.1.
Nihil opertũ quod non reuelabitur t.1.f.279 co.3.
Nolite timere eos qui occidunt corpus to.2. f.85. col 4.& deinceps.
Veni separare hominem aduersus patrem suum. to.2.f.116. col 4.
11 *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. to.1.f.218.col per totum.*
Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida.to.2.f.12. columna 3.
Confiteor tibi pater Domine cœli & terræ. to.2. f.17 col 1 & sequentibus.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis to.1.f.61.col 2.& to.2.f.129.colum.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tollite iugum meum super vos.t.1.f.8.columna.3. & t.2.f.199.columna.1.
Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. t.1.f.84.columna.4,
Iugum meum suaue est.t.2.f.127.col.3.
12 *Vellebant discipuli spicas t,1,f.185.col.3.*
Magister volumus à te signum videre.t.2,fo.60. columna 4.
Generatio mala & adultera signum quærit.t 2. f.73.columna 4.
Sicut fuit Ionas in ventre ceti.tom,2,f.74.col.4. & deinceps.
Regina Austri surget, t.2.f.75.col.4.
Cum spiritus immundus exierit ab homine.t.2. f.76.columna 4.
Ecce mater tua & fratres tui foris stant.t.1.f.281 col.1,& sequentibus.
Qui peccauerit in Spiritus sanctum non remittetur.t.2.f.89.col.4.
13 *Venit inimicus & superseminauit zizanniam. t.1.f.2.columna.4.*
Colligite zizanniam.to.2.f.312.col.4.
Simile est regnum cœlorum homini negotiatori. t.2 f.268.columna.1.
Vendidit omnia & emit eam t.1.f.8.col 2.
14 *Contristatus est Heredes propter iusiurandum. t,1.f.283.columna.3.*
Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli.t.2.f.366.columna.1.
15 *Non lauant manus suas cum panem manducant. t.2.f.79.columna 2.*
Populus hic labijs me honorat. tomo 1. fol.41. columna.1.
Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias. t.2.f 84.columna 4.
Cor eorum longe est à me.to. 2.f.170.col.2.
Pharisæi scandalizati sunt.Sinite illos.t.2.f 217. columna 1.
Audite & intelligite,non quod intrat per os.t.2. 65.columna 2
Cæci sunt & duces cæcorum. tomo. 2 folio. 74. columna.2.
De corde exeunt quæ coinquinant hominem. t. 2. f.119.columna.3.
Mulier Cananæa à finibus illis egressa. to.2, f.34.columna.2. Histor. a Cananæa tom.1.fol.228. col.1.& f.230.col.2 & tom.2 fol.50.col,1,& 2. & fol.54.columna.3.
Fili David miserere mei. tom.2.f.256. col.1. & 257.columna.1.
Quinon respondit ei verbum.t.2.f.257.col.4.& f.258.col.3 & f.365.col 4.
Dimitte illã quia clamat post nos.t,1.f.302.co.4,
16 *Quem dicunt homines esse filium hominis.t.1. fo 29.col.3.& f.308.col.2.*
Tu es Petrus & super hãc petrã to.1.f.310,co.1.
Cauete à fermento pharisæorum quod est hypocrysis.t,2.f.84.col. 1.
Si quis vult venire post me abneget semetipsum. t.1.f.311.col.2.& sequentibus.
17 *Assumpsit Petrum,Iacobum & Ioannem & trãsfiguratus est.to.1.f.316.co.1.& t.2.f.249 col.4.*
Si habueritis fidem sicut granũ sinapis.t.1.f.891 col.2.& t.2.f.218 col.4.
Ne scandalizemus eos,solue pro me & te.tom.2. f.217.columna.2.
18 *Nisi efficiamini sicut parvuli.t.1,f.205.col.4.& f.318.col.2 & t.2.f.241 col.1.*
Necesse est ve veniant scandala.t.1 f.216.col.3.
Si oculus tuus scandalizat te t 1.f,128.col.4.
Bonũ est tibi debilem vel claudum in vitã intrare.t,2,f,67.columna 2.
Si peccauerit in te frater tuus corripe illũ.tom.2. f.179.col.4.& f.217 col 4.& deinceps.
Simile est regnum cœlorũ homini regi qui voluit rationẽ ponere t,2,f.47.col.2.& f.210.col.2.
Misit eum in tortoribus t,1,f.219.col.1.
19 *Sicut camelus non potest per foramen acus transire.tom.1.f.221.colum.3.& t.2.f.244,colum, 4. & sequentibus,*
Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. t.1.f.8 col 4.& to,2.f.245.col.4, & f,303,co,1.
20 *Conuentione autem facta ex denario diurno t 2, fo.220,columna.3.*
Misit operarios in vineam suam.t,2,f,100.col.2,
Circa horam vndecimam exut.t.2,f.289: col.2,
Voca operarios & redde illis mercedem,t 2.f,25, columna,1,
Acceperunt omnes singulos denarios,to,1,f,230, col,2,& t,2.f.192.col,1,
Assumpsit duodecim.Ecce ascendimus Hierosolymam,t,2,f,249,col.1,& deinceps.
Dic vt sedeant hi duo filij mei,t,1,f,327, colu, 4, & t.2.f.140,columna,3,
Nescitis quid petatis.t.1,f,87,colu.4.& f.171. columna,4.
Potestis bibere calicem quem ego, &c,to,1,f,331, col,1,& t,2,f,364,col,3,
Dicunt ei.Possumus.t,2 f.76,col.4,
Exierunt obuiam duo cæci t,2,f,255,col,2. & deinceps.
21 *Cum appropinquasset Bethphage ad montem Oliueti.Hanc historiam vide,tom,2,f,273,colum,1. & deinceps.*
Dominus his opus habet, t. 2.f,9.col.1,
Baptismus Ioannis vnde erat. t,1.f.115,col.3.& tom.2.

tomo.2.f.286.columna 2,
Homo quidam plantauit vineam. t.2,f.287 colum,1,per totum.
22 *Alius abijt in villam suam,alius ad negotiationem suam,t.1 f,26.col,3.*
Quod est mandatum magnum in lege.t.2.f,254 columna.4.
Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde.t.1. f.41.columna,2,& tom. 2.fol.26.columna,3, & sequentibus
Diliges proximum tuum sicut teipsum.t.2 f.29. columna.3.
Licet tributũ dari Cæsari an non.t.2.f.296,co 1. & deinceps.
Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis, t.2,f,300.columna,2.
Non nubent sed erunt sicut Angeli Dei, to,2,f, 299.columna,3,
Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob t.2.ibidem.
23 *Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi t.1.f,245.colum,4.*
Amant primos recubitus .tom.2.f,6.co.4.
Qui se humiliat exaltabitur,& qui se exaltat. t.2.f.142 col 3.& f.240.col.1.
Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas. t,2,f,132.col,2,&3.
Quoties voluit congregare sicut gallina congregat.t,2,f.132.columna.3.
Vt requiratur sanguis omnium prophetarum.t,2. f.82 columna.1.
A sanguine Zachariæ filij Barachiæ.tom.2.f.82. columna.3.
Relinquetur vobis domus vestra deserta.tom.2. f,133,columna.2.
Væ vobis pharisæis,væ vobis,&c,t.2.f.80.co,4, f,81.per totum.
24 *Accesserunt discipuli vt ostenderent ædificia templi.t.2.f.30.col.2.*
Cum videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta.tom.2.fol.309.columna.2.
Erunt signa in sole & luna, & stellis.t, 2.f.311. columna,1,
Stellæ de cælo cadent.t.2.f.312.col.2.
Apparebit signum filij hominis in cælo, t.2.f.151. columna. 4.
De die autem illa nemo scit, neque Angeli eius. t.2.f,22 col.1.& f.314 col.3.
Cœpit percutere conservos. tomo.2.fol.114, columna,3.
Acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.t,2.f.106.col.1.& f.108.columna.3, &, 4,
& deinceps,& f.189,columna,1.
Clausa est ianua tom.2.fol. 128.columna 2.& 3. & vltra.
Domine Domine aperi nobis,t.1.f,222.col.4.& t.2,f,189,columna,1.
Dum irent emere venit Sponsus. tom. 2, f, 222. columna,1,
Vigilate quia nescitis diem,neque horã t.2,f.109 col,4.per totum.
Vni dedit quinque talenta, alij duo, t. 2, f,267, col. 4,per totum.
Hedos autem à sinistris. t.1.f.132.col,1.
Venite benedicti Patris mei Esuriui & dedistis mihi manducare.tom,2.f,25.column.1,& f,318. columna,4.
Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. t.2 f.194.col.4.
Ite maledicti in ignem æternum. to.2.f.318.columna.2,& 3.
Ite maledicti Esuriui,& non dedistis. t.2.f.318. columna,2.& 3.
Qui paratus est diabolo & angeli eius,t.2.f, 55. columna,2,
26 *Apud te facio pascha t.1.f.29. col.2.*
Antequam gallus cãret ter me negabis.t.1.f,316. columna,3.
27 *Latrones improperabant ei. t.2.f,352 col.2.*
Recordati sumus quod seductor ille dixit.to.2.f. 269.columna.1.
28 *Vespere autem sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi.t.2.f,366.colu.1.*

¶ *Marci.*

3 *Quoniam dicebant,spiritum immundum habet. t.2.f.50,col 1.& 2.*
6 *Misit Ioannem in carcerem.t 1.f.132 co.2.*
Arguebat Ioannes Herodem.t,1.ibidẽ.& f.258. columna.1.
Timebat Ioannem Herodes t.1.f.132.col.4.
Audito Ioanne multa faciebat.t.1.f.8.col.2.
Volo vt des mihi in disco.t.2.f.74.col.2.
Erant laborantes in remigando. tom.1, fol.211. columna.4.
7 *Redeuntes à foro nisi lotis manibus nõ manducant.t.2,f.79,colum 2.*
9 *Habete in vobis sal.t.2.f.153.col.2.*
10 *Venerunt duo cæci t.2.f.255.col.2.*
11 *Non amplius ex te aliquis fructum manducet. t.1.f.225.col.4.*
Si nõ dimiseritis nec pater vester dimittet vobis. .2.f.218.columna 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 Cum videritis abominationem desolationis. tomo,2. fo.124, col.4,309 col.2.
14 Antequam gallus bis vocem dederit ter me negabit. tomo,1.fol 334. col.2.
15 Crucifixerunt eum hora tertia tomo,2.fo.353.columna,2.
Qui crucifixi erãt cũ eo conuinciabatur ei to.2. fo.351,columna 2.
16 Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata to.2,fol.357,columna.1,& sequentibus.
Et valde mane vna sabbatho rum veniunt ad monumentum to 1,f 132 col 3,
Dicite discipulis eius & Petro. to.2,f 341,to.4. co.4,& fo.369 columna 2.
Apparuit eis in alia effigie. to.2,fo 362. col.1.
Exprobrauit incredulitatẽ eorũ. to 1 f 275. col.1.
Assumptus est in cœlum,& sedit à dextris Dei. to 2.f 376 col 2.

Ioannis.

1 In principio erat verbum tom 1 f 1 columna,3.
Quod factum est in ipso vita erat. to.2.fol 300, columna,3.
Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. tom 1 f 14 columna,1.
Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet to 1 f 4 columna 1.
Verbum caro factum est. tomo.1,folio.141, columna,1.
Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti tom 1.fol 1 columna,1.
Miserunt Iudæi sacerdotes & leuitas ad Ioannem tom 1 f 51,colu 2,& fo.112 columna,1, & fol.127.col 2,3,& 4.
Prophetaes tu tom 1 f 58,columna,3.
Ego vox clamantis in deserto tom 1 f 116 col.4.
Dirigite viam Domini tom.1,f.118 columna,1, per totum.
Sicut scriptum est in Isaia propheta. to 1.f.116, columna,1.
Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. tom 1.f.128 columna 2.
2 Sex hydriæ positæ in Cana Galilææ. to.1.fol. 105,columna,3.
Quid mihi & tibi mulier. tom.1,f 125,colum.3. & f 101,columna,4.
Fecit quasi funiculum tom.2 f 317 columna,4.
Execit vendentes & ementes de templo. tom.2. f.266,col.3 & fo 283.columna,4.
3 Quomodo potest homo cũ sit senex nasci. tom.1. f.297 col 1.& f.305 columna 3.
Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret tom 2 fo 20,col 3.
Qui non credit iam iudicatus est. tom 2 fol 295, columna 1.
4 Mulier da mihi bibere, tom 1 fo.305, col.4,& tom 2.f 162,columna 2.
Quomodo tu iudæus cum sis poscis à me bibere? tom 1.f.129,col 4.
Reliquit mulier hydriam & abijt. to. 1:fol.285. columna,4,
5 Triginta octo annos habens in infirmitate sua. to.2,f 125,columna 4.
Vis sanus fieri. tom 1 f 311. colu 4 & deinceps & tom 2 fol 258.columna,1.
Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. tom 2 fol 515 columna.1.
Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me tom.1 f.312. columna. 4.
Est qui accusat vos Moses. to 2,f 127. columna 4.
6 Miraculum quinque panum & duorum piscium. tom.1 fo,302 col 4.& sequentibus
Vidit quia multitudo venit ad eum, to. 1 f. 45. columna,1.
Facite homines discumbere. to.2 f 280,col 4.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis. tom.2. fo.328 columna,4.
Verba vitæ habes tom.1,f 269. columna 2.
7 Miserunt Pharisæi vt apprehenderent Iesum. to 2 f 295.columna.1.
A Galilæa propheta non surgit tom 1 f 19.col 2.
8 Digito scribebat in terra. tom 1.f 209,colu 1,& tom 2 f 169,col.3,& f.317,columna 2.
Semen Abrahæ sumus,nemini seruiuimus vnquam. tom.1,f.122.columna,4.
Qui ex Deo est verba Dei audit. tom 1,f.154. columna,3.
Abscondit se & exiuit de templo. tomo.1 f.156. columna,4.
9 Præteriens Iesus vidit cæcũ à natiuitate. to 1 fol. 43,col.1 & tom 2.f.18 columna,2.
Veniet nox quando nemo poterit operari tom.2. f.288,columna 2.
Adducunt eum ad Pharisæos to 1.f 148 col 2.
Vbi est ille tom.2,f.132,columna.4.
Bonus est Nõ,sed seducit turbas,& scibj mæcat inter eos to 1,f.309 col.1.
Non crediderunt ei to.2 f.154,columna, 1.
Deus peccatores nõ exaudit. to.2 f.49 col.4.
Ego sum qui loquor tecum, tom.2 f.177. col 2.
In iudicium veni vt videntes non videant,& qui videntes cæci fiant. tom.1,f.94. & f. 271 columna.2.

Qui

Qui non intrat per ostium in ouile fur est.tom.2. f.238.col 2.
Ego sum pastor bonus. tom.2,f.161.col 1.
Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis.to. 2 f.30,columna,3.
Ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Salomonis. to.2.f.30,col.1.& tom.2.f.82 columna,3.
11 Si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus.to. 1.f.231,columna,3.
Quid facimus quia hic homo multa signa facit.to. 2,f 290,columna.3.
Si dimittimꝰ eũ sic veniẽt Romani t.2.f 216 co.3
Cogitauerunt ab illo die illum interficere. to.1. f.63.colu.2.
12 Nisi granum frumenti cadens in terra tom.2.f. 368,colũna.1.
Qui odit animam suam saluam faciet eam to.2. f.143,columna.5.
Si exaltatus fuero à terra omnia traham. to. 2.f. 254,col.2.
Propterea non poterant credere: quia Esaias dixit,excæca cor populi huius. to.2.f.128.col.1.& f.245.col.1.
Ex principibus multi crediderunt in eum: sed, &c.to.2 f.200,columna,4.
13 Ante diem festum paschæ sciens Iesus tomm. 2. f.325 columna 3.
Cum diabolus misisset in cor Iudæ tom.1 f 274. col.3.& to 2,f,324,col.3.
Omnia dedit ei pater in manus.to.2.f.21.columna.3,& 4.
Et cœna facta surgit à cœna to 2.f.326.to.4.
Cœpit lauare pedes discipulorum suorum tom.1, f.146,col 1,& f.207,col 2.
Tu mihi lauas pedes.to 1 f.315.col. 3.
Si non lauero te non habebis partem mecum to 1. f.33,colu.4.& f.305.col.1.& tom 2 f.281 col.2.
14 In domo patris mei mansiones multæ sunt.to 1, f.192,columna 1.
Et alium paracletum dabit vobis. tomo.1, f.254. columna.3.
15 Sine me nihil potestis facere to.1,f.226,col. 4. & to.2.f.380.columna 2.
Omnem palmitẽ in me nõ ferẽtem fructum, to.2. f.25.columna.2.
Maiorem charitatem nemo habet.tomo,1. f,213 columna.4.
16 Si quid petieritis patrem in nomine meo. to.2: f.53.col 1.& deinceps.
Omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se to 2.f.178 columna.1.
Omnia quæ habet pater mea sunt.to.2,f.21,co.3.
Modicum & iam non videbitis me.tom,2.f.318. columna.4.
Tristicia implebit cor vestrum.to.2.f.362. col.2. & f.373.col.3.
17 Hæc est vita æterna vt cognoscant te. tomo.1.fol. 196.columna 4.
18 Ego palam locutus sum mundus. tomo.2 f.224, columna.1.
19 Et baiulans sibi crucem.to.1.f.313.col. 2.
Ioseph discipulus Christi occultus propter metũ Iudæorum to.2.f.355.col.4.
20 Existimabat Christum hortulanum.to.2.f.288 columna.3.
Quia tulerunt Dominum meum.tom.2.f.247.columna,2.
Noli me tangere.to.1,f.135.col.2.
Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. to.1.f.20,columna.1.
Cum sero esset die illa vna sabbathorum.tom.2. f.270.col.1 per totum.
Quia vidisti me Thoma credidisti.tom.1.f.25.columna.1.
21 Petre amas me plus his. to.1.f.107 co.3.
Dixit Iesus Petro,Sequere me.to.2.f.35.co. 2.

¶ Actorum.

1 Et loquẽs de regno Dei to.1.f.131.co.1.& to.2. F.268.columna,2.
Ab Ierusalem sabbathi habens iter. to.1.f.186. columna.2.
Et possedit agrum de mercede iniquitatis.to. 2. f.14,columna.4.
2 Ex omni natione quæ sub cœlo est.tomo.2.f.233. columna,1.
3 Ananias & Saphira partem pretij attulerunt. to.1 f.8.columna,2.
7 Surrexerunt quidam de Synagoga. tom.1.f.256, columna 2.
Positis genibus orabat,ne statuas illis hoc peccatum.to.1.f.213.columna.3.
9 Circumfulsit eum lux de cœlo, tomo.1. f.8. columna,3.
Saule Saule cur me persequeris.tomo.1, f.261.columna.1.
11 Futuram famen in vniuerso orbe. tomo.1.f. 62. columna,2.
12 Præcinge caligas tuas. tomo.2.folio. 66. columna.4.
20 Attendite vobis & vniuerso gregi in quo Spiritus sanctus. to.2.f.113.columna.2.
26 Opto apud Deum in modico,& c.demptis vinculis his.to.1.f.90.columna.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad Romanos.

1 Fides vestra nunciatur in vniuerso mundo to.1. f.62,columna,2.
Iustificati ex fide tom.1.f.264.col.4.
Iustus ex fide viuit to,2.f.259.col.1.
Cum Deum cognouissent non sicut Deum glorificauerunt.to.2.f.12.columna 3.
2 Tu qui es qui iudicas alienum seruũ.to.1.f.217. columna.11.
Secundum impœnitentem cor tuum thesaurizas in diem iræ to 2.f.107,col.2.
4 Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram to.2.f.368. columna,3.
5 Fides iustificat peccatores to 1.f.264 col. 4.
Vbi abundauit iniquitas superabundauit & gratia to.1.f.106 col.4.
Lex subintrauit vt abundaret delictũ.to.1.f.271. columna 1.
6 Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem,ita exhibete. tomo.1.f.258. columna.3.
8 Sapientia carnis inimica est Deo tomo.1.fol.55. columna.4.
Legi Dei non est subiecta,nec enim potest. to.2. f.198.columna.1.
Verba eius spiritus & vita sunt.tomo.1.f.269. columna,1.
Spiritus ingemiscit to 2.f.54 co.4.
Vanitati subiecta est creatura, sed liberabitur. to.2.f.205.colu.1.
10 Corde creditur ad iustitiam, ore autem cõfessio fit ad salutem.to.1 f.8.col.3.
12 Date locum iræ to.2.f.218 col 3.
Mihi vindictam & ego retribuã.to.1.f.73.co.2. & f.261 co.2.
Si inimicus tuus esurierit ciba illum,&c.carbones congeres.to.1.f.211,col.2.
13 Induimini Dominum Iesum Christum.to.1.f.6. columna.4.

1. Ad Corinthios.

2 Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei.to 1.f.41 col.4.
Si Dominum gloriæ cognouissent, non crucifixissent to.2.f.290,columna.2.
Nec in cor hominis ascẽdit quę preparauit Deus. to.2.f.27 co.2.
3 Tanquam paruulis in Christo lac dedi to.2.f.113. columna.4.
Si quis superædificat ligna & stipulam. to.2,fol. 91.columna.1.
Coadiutores Dei sumus to 1,f.227,col.2.
4 Facti sumus sicut peripsema to.2.f.18,co.2.
5 Modicum fermentum totam massam corrumpit. to.2:f.84.columna,2.
Non epulemur in fermento malitiæ.tom.2.f.84. columna.4.
6 Nescitis quod Angelos iudicabimus tom.2.f.76. columna,1,
7 Præterijt figura huius mundi,to.1.f.5,co.4.
8 Si caro scandalizat fratrem,non manducabo carnem to.2,f.215,co,4,
9 Qui parce seminat,parce & metet. tom.1.f.125. columna 3.
Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo.to.1, f.127,columna,3.
10 Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.to 1,f.205,col 1.
Fidelis Deus qui non patietur vos tentari vltra id to 1,f.141.col.4.
11 Dominus Iesus in qua nocte tradebatur. tom.2. f.60,columna.1.
12 Excellentiorem viam demonstro tom.2.f.116, columna.2.
13 Si linguis hominum loquar & Angelorũ to.2, f.2.col 4,& f.115,col 2.
Si habuero omnem fidem tom 2,f.219,col.2.
Charitas patiens est,benigna est. tom.1.f.208, columna 3.
Videmus nunc in ænigmate. tom 1,f.15.co 3.
Gratia eius in me vacua non fuit.tom. 2.f. columna,4.
14 Ignorans ignorabitur. to.2.f.115 co 4.
Malo in Ecclesia quinque verba meo sensu loqui. to.2.f.302 col 2
15 Quem tradidit Satanæ in interitum carnis.to.1. f.61,columna 3.
Non ego sed gratia Dei mecũ to.1.f.306,co.1.
Vbi est mors victoria tua 2o 2,f.85.co 2.
Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur.to.1 f.120,columna 1.
Si Christus resurrexit, & nos resurgemus. to.2, f.368.columna.4.
Absorpta est mors victoria to 2,f,171.col.3.
Prius quod animale est,deinde q̃ spirituale.to.2. f,297.col.4.

2. Ad Corinthios.

1 Gaudium nostrum hoc est testimonium cõscientię nostræ.tom.1.f.39.columna.2.

4. Sem-

4 Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes t.1.f.313,col.3.
5 Omnes oportet nos præsentari ante tribunal Christi t 2.f.188.col.2.& f.269 col 3,
Qui peccatum non nouerat,peccata fecit tom.1.f. 84,columna.3.
Nos excessimus Deo.t.2.f.18.col.4.
7 Dispersit dedit pauperibus t.2.f.307.col.1.
11 Angelus satanæ transfigurat se in angelum lucis.t.1 f.2.col.4.
12 Dum infirmor fortior sum.t.1.f.195.col.3.

¶ Ad Galatas.

1 Si hominibus placerem Christi seruus nõ essem. t.1.f.201.columna.2.

¶ Ad Ephesios.

3 Vt innotescat principibus multi formis gratia. t.2.f.368,col,1.
4 Alios autem pastores & doctores tom,2.fol.113. columna.1.
Nolite locum dare diabolo. tom.2 fol. 66,columna.2.
Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat. t.1.f.52 columna 1.
Donec occurramus omnes in virum perfectum. t.2.f.80,columna 4.
5 Videte fratres quomodo caute ambuletis t,1.f.25 columna.2.
Redimentes tempus quoniam dies mali sunt.t.2. f.107.col.4.
Cantantes & psallentes in cordibus vestris t.2. f.278,col.2.

¶ Ad Philippenses.

2 Deus operatur in nobis velle & perficere. t.1. f.3,co.2.& t.2.f.5.colum.3.
3 Propter quod dedit illi nomen quod est super t.2. f.254.columna.1.
Saluatorem expectamus Dominum Iesum. t.1.f. 319.columna 4.

¶ Ad Colossenses.

2 Cum esseris mortui delictis. tom.1. folio.54 columna.4.
Delens chirographum quod aduersum nos erat. t.2.f.2,3.columna 1.
3 Auaritia est idolorum seruitus.to.2.f, 92.col,2.

¶ Prima ad Thessalonicenses.

4 Nolumus vos ignorare de dormientibus, t, 1,f. 296.columna 3.
Non cõtristemini sicut cæteri qui spem nõ habẽt. t.1.f.234.col.3.
5 Dies Domini sicut fur in nocte veniet.t.2.f.108, columna.3.

¶ Prima ad Timotheum.

1 Vt milites bonam militiam, habens fidem t, 1.f. 89.columna,1.
2 Deus vult omnes homines saluos fieri,to 2,f.133. col.1,& 160 columna 2.
6 Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueũ diaboli.t.2.f.246.columna.3.

¶ Secunda ad Timotheum.

3 Erunt homines seipsos amantes cupidi,&c. t.1. f.86 columna.3.
4 Prædica verbũ,insta,opportune,importune t.1. f,269,columna,3.
De cætero reposita est mihi corona iustitiæ.to.2, f,220,col,2,& fo,263,col.1.

¶ Hebræorum.

1 Multifariam multisque modis.tomo 2 fol. 37.columna,2.
Qui cum sit splendor gloriæ,tom 1.fol 322.col.2.
Et cum iterum introducat primogenitum, t,2.f. 371.colum.3.
5 Recogitate eum qui talem pro nobis. tom.1.f.20. columna.3.
6 Benedicta à Deo,sin autem maledicto proxima. to.1.f.278 columna,1,
10 Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. to,2,f,318 col,1,
11 Fides est substantia,argumentum rerum,to.1,f. 89,columna,2,
12 Quos diligit corrigit,& flagellat filium, tom,1, f,61,col,1,& t.2.f.85.col 4.
Misericordiã non est consecutus Esau.t. 1.f.202. columna 2.

¶ Iacobi.

1 Auditor verbi & non factor comparabitur,to.1. f.276 columna.1.
2 Nonne Abraham ex operibus iustificatus est.t.1. fol.249 columna.4.

Mise-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Misericordia eius superexaltat iudicium. to.1. f.213. columna.4.
Iudicium fiet sine misericordia. tom.1.fol. 219. columna.1.

¶ *2. Petri.*

1 *Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis. tom.2.f.51 col.3.*
Vos tanquam lapides viui.to.1.fol.208.col.1.

¶ *1. Ioannis.*

1 *Omnis qui peccat non videt Deum. tom.1 fo.32. columna.1.*
2 *Nolite diligere mundum tom 1 fo.104.col 1.*
Qui odit fratrem suum homicida est 1o.1.fo.209. columna.3.
3 *Non potest peccare, quia ex Deo natus est. to.2. fol.198.columna.1.*
Nunc filij Dei sumus cum apparuerit similes ei erimus to 1.fol 199.col 3.
4 *Qui non diligit manet in morte. tomo 2 fol.31. columna.1.*

¶ *Iudæ.*

1 *Disceptabat Angelus Michael cum dæmone.t.2. fol.71.columna 3.*

¶ *Apocalypsis.*

2 *Qui vicerit non ledetur à morte secunda, tom.2. fol 16.columna.2.*
Odisti facta Nicolaitarum quæ ego odi.t.2.f.256. columna 4.
3 *Vtinam frigidus esses, aut calidus, tom.2.f.237. columna.2.*
Ego sto ad ostium, & pulso.tom.1.fo.117.colu.4.
4 *Qui sedebat in throno, & viginti quatuor seniores to.1.fol.304 columna.1.*
Qui adorauerunt bestiam requiem non habebant to 2 fr.198.colu.2.
5 *Vicit leo de tribu Iuda t 1.f.72 col.1.*
6 *Expectate modicum donec impleatur numerus. tom 2 fol 55 col 3.*
12 *Vidi mulierem amictam sole to.1 f.38 colū.3.*
Luna sub pedibus eius.to 2 fo 37.col.1.
14 *Cecidit cecidit Babylon magna to.2.fo.1.col 2.*
15 *Quis non timebit te Domine, quia pius es.tom.2. fol 124 columna.1.*
19 *Laudabant Deum dicentes, Alleluia. tomo. 1. folio.257 columna 2.*

INDEX OMNIVM QVAE INSIGNITER IN HOC OPERE dicta sunt, iuxta ordinem literarum studiosè digestus.

A.

AARON religionem in hæreditatē accepit. Tomo 1.fol.6.colu.3.
Abbas à suo debet eligi monasterio.1,1.f.191.col.1.
Abarimathiæ & Iosephi laudes. tom.2. fol.355, colum,3,& 4.
Abdicatio rerum temporalium charitatis est dispositio,t.2,f,243.col.2.
Abiectio humilitatis est indiciū.t.2.f.247 co.4.
Ablata licitum est sine scandalo repetere. to,1. f,212,colum 3.
Abnegare seipsum quid.1,1.f,312,col,3,
Absentia dilecti animæ defectionem parit. t.1, f.87.colu.1,
Abstinētia à venereis homines reddit maximè spirituales,1,1,f,199,col,3.
Acceptio personarum iustitiæ distributiuę opponitur.1,2,f,296.col,1.
Accidia tollit hominī bona gratię & gloriæ t 2. f.272.colum.2
Accingere lumbos quid 1,2,f.104. col.3.
Actiones nostræ exordiendæ sunt in nomine Dei.tom.1.fol,156.col.2.
Actiones Christi vniuersæ ministrare fuerunt. 1,2,fol. 332,colu.3.
Actiones non sunt naturæ sed suppositorum. 1,1,f.294.col,3,
Actus voluntatis duplex.1,2,f,26,col,3.
Actus elicitus quid ibidem.
Actus vnius potest diuersam laudem & præmiū habere.to.1.f 218.col.4.
Accusare proprium officium est diaboli.tom.1. fol,187.col.4.
Accusatio ad conuincendū inimicos in die iudicium mentalis erit.1,2,f,318,col.3.
Admiratio ex ignorantia procedit.1.91.col.3.
Adolescens bonis debet imbui moribus.to, 1. fol,60,col,1.
Adolescentia in scriptura large sumitur,tom 1. fol,241.col,1.
Adoratio latriæ soli Deo tribuenda est, tom,1, fol.148.columna.1,
Aduentus Christi testimonium habuit ab omnigenere personarum tom,1.fol.95.col.4.
Aduentus primus Christi est ab impijs iudicari, secundus vero, vt impij ab ipso iudicentur.tom,1,f.331, col.2,
Aduentus Christi die futurus est tom.2.f, 108, columna 3.
Aduentus Christi in hora mortis quare furi venienti assimiletur.to.2.fol.ibidem.
Aduentus Christi ad iudicium quare fulguri assimiletur.to.2 f.219 col,4.
Aduersarij potius vincuntur rationibus quam contumelijs.to,1.f,145,col,4,
Aduersitas fortunæ,animæ saluti prodest. t.2. fol,127.col.1.
Adulatio peccatum nutrit. to,1,f,205.col. 4.
Adulatores increpandi sunt,1,1,f,138,colu,3.
Adulatore nihil peius.to,2,f.297,col,1.
Afflictio in hac vita indicium prædestinationis est.to,1,f,61,col.1.
Afflictio signum amoris est.to,1,f,9.colu,2, & fol,159,col,4.
Afflictio quænam meritoria dicatur to.1:f,123, columna 4.
Affluentia diuitiarum non facit hominem amplius viuere to,2,f,92,col,4,
Agonia quam Christus patiebatur: quę dicatur esse,to,2.f,337,col,2, &.3.
Altum in scriptura pro profundo sumitur. 1,1, fol,165 col,4,
Amans non est sui proprius.1,1,fo,41, col,2.
Amans Deum in sensu composito perire non potest.1,1.fol,221,col 2.
Ambitio hæresis est mater,1,2,f,332,col,2,
Ambitiosi dæmonis sunt martyres.to,2,f,331, columna,2.
Ambulare in peccatis quis dicatur.1,1,fol, 69, columna,1,
Amicus Dei pro honore Dei vitam amittere non dubitat,to,1,fol,238,col,4.
Amicitia Pilati & Herodis,cuius rei fuerit signum.1.2,f,346.col,3.
Amicitia cum obstinatis in scriptura reprehenditur.to,1.fol,310,col,4,
Amor proprius causa est malorū.1.1,f,86,co,3.
Amor omnia facit dulcia.1,1,f,125,col,1,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amor diuinus vbicunque est operatur. tom.1. fol.182.colu.2.
Amor diuitiarum immoderatus perfectionē impedit.t.2.fol.244.col.1.
Amor diuitiarum immoderatus non impedit adimplerionem præceptorum.ibidem.col.2.
Amor meretes est sui ipsius.t.2.fo.27.colu.1.
Amor soli Deo competit.t.2.fo.28,col.1.
Amor Dei & proximi inter se separari nō possunt.to.2 fo,29,col.4.
Amor Dei principium est mandatorū primæ tabulæ.ibidem.
Amor proximi principium est mandatorum secundę tabulæ.ibidem.
Amor rursus abscondi non potest.to.1.fo.214. columna.1.
Amor malus bona mala reddit.t.1.f.244 col.2.
Amor mūdi germinantem suffocat virtutem. tom.1.f.277.colu.2.
Amor carnalis maximè obest hominibus perfectis to 1.fo.280.col 3.
Anabatistarum error excluditur. tom.2.fo.152. columna.4.
Andreas apostolus B.Petrum in cognitionem Dei adduxit.to 1.fo.124. col.2.
Andreas propter honorem fratet Petri vocatur.to.1.fol.191.col.3.
Angelus ob quid missus.to.1.fo. 18.col.3.
Angelus bonus initio terret in fine vero consolatur.tom.1.fo.13,col.4
Angelus peccatum corē virgine nominare nō audet.t.1.fol.27 col.1.
Angelus naturam humanam honorat t.1.f.68. columna.4.
Angelus quare claritate pastoribu apparuit. fol.50.colum.1.
Angelus natura excellentior est homine to.1. fol.70.columna.1.
Angeli non tantum diliguntur à Deo ac homines. ibidem.
Angeli morituris adsunt. t.2.f.209.col.4.
Angeli proximi nostri sunt.t.2.f,31.col.1,
Angelus non est in alio angelo etiā si in ipsum operetur.t.2.f.46 col 2.
Angeli amici sunt & vicini de oue inuēta gaudentes.to.1.fo.163.col 3.
Angeli quare dicantur beati à Christo.tom, 2. fol.299.col.3.
Angeli ob id virtutes cœlorum vocantur.to.2, fo.313.col.1.
Angeli in iudicio motu insolito mouebuntur, ibidem.
Angelus qui Christum consolabatur in tristitia Michael erat.tom.2.fol.337.columna.1.
Angelus in loco empyreo conditus fuit. to.2, fol,15,columna,3.
Anima magis est vbi amat quām vbi animat. tom.1.fo.12.colu.1.
Anima aliquando transit in spiritum: animam in manibus ponere quid.t.1.f,55.col.3,
Anima in infernum missa liberari non poterit, to.1.fol.124,col.4.
Animæ quare in membris pati dicuntur. to.2. fol,212.columna,3,
Animæ separatæ in inferno igne corporeo cruciantur.f.213:col.1.
Anima separata singularia cognoscit. tomo.2. fol.214.columna.1.
Anima sæpe pro vita corporali sumitur.tom. 2, fol.151.columna,3.
Anima aliquando pro parte sensitiua,tomo.2, fol.26.columna.3.
Anima naturaliter inclinatur in Deum ex amore tom.2.fol.28.col.2.
Anima sine charitate mortua manet.to,2.fo 31. columna.1.
Anima sua natura cupit esse fœlix.t,2.f,72.co.3.
Anima immortalis est.to.2.f.87.col.2,
Anima occidi non dicitur neque corpus, to.2. fol.ibidem col.4,
Anima nostra seipsam intuetur.t.1.f.259 col.3.
Animam pro Christo perdere quid.to.1.f,314. columna.3.
Anima Christi in principio suæ conceptionis habuit gloriam animæ.to.1.f,318,col 2.
Anima in solo Deo quiescere potest.to.2.f.178. columna.2.
Anima solo Deo impletur.t,2.fo.174.col.1.
Anima quare dicatur præcipue res Dei potius quam cæteræ creaturæ. to.1.fo.298.col.3.
Anima glorificata lucē sui corporis potest prohibere ne in visum agat.tom.2 fol.372.col.1.
Anna prophetissa, 106.vixit annos,to.1 fo.96. columna.3.
Antichristus multos efficiet martyres. tomo.2. fol.231.columna.3.
Antiqui patres in rebus arduis cantica componebant.to.1.fo.89.colu.4.
Antiqui pedes hospitis ante prandiū lauabant. to.1.fol.162.col.3.
Antiqui fœlicitatem existimabant sine morbo mori to.2. fol.118.col.3. &.4.
Aperiens os loquebatur, phrasis est Hebræa. to.1.fol 52.col.1.
Apostoli propter officium missi tomo.1.fo. 53. columna.3.

Apostoli omnes vnico die in Apostolatū sunt electi. to,1 fol.171,col.2,
Apostoli non sunt omnes vocati à Christo. ibidem.
Apostolus Græcè missus est Latinè.to.1.f.191. columna.2.
Apostolis quare non sit statim præceptum abstinere à venere.t 2,f,243,col. 3.
Apostoli ob quid omnia reliquerunt. to.2.fol. 246.colu.1.
Apostoli quare nō dicantur agni,sed quasi agni tom.2.fol.6.col 2.
Apostoli ita incedebant vt modo fratres sancti Francisci.tom.2.fol.7.col 4.
Apostoli quare pauperes ad prædicandum mittantur.ibidem.
Apostoli aliter Deum viderunt ac patres antiqui tom,2,fo.23.col.3.
Apostoli potestatem habebant super cœlum, & terram,& super omnem carnem. tom.1. fol.299.columna.1.
Apostoli qualiter portabant panes cum esset prohibitum aportare faculū.t.1.f.304,col.2.
Apostoli quare non dixerint Christo quod dicebāt quod erat violator legis.t.1.f.309.col,2.
Apostoli ob id quid in trāsfiguratione dormierint.to,322.col.4.
Apostoli gloriam transfigurationis, nec viderunt incipere,nec desinere.t.1.f.325.colu.4.
Apostoli fine speciali reuelatione prædicare poterant ex doctrina Christo accepta.tomo.2. fol.91.columna.1.
Apostoli qualiter condemnabunt filios Israel. tom,2.fol.333 columna.1.
Apostoli in passione Christi ad præterita redierunt officia.tom 2.fol.355.col.1.
Apostoli qualiter seduci potuerint post aduentum Spiritus sancti.t,2 f 304.col.4.
Apostoli omnibus gentibus prædicauerūt Euāgelium.to.2.fol.375.columna.1.
Appetitus sensitiuus per volūtatem mouetur, vt conueniat cū superiori parte.t.2 f.26.co.3.
Appetitus excellentiæ deiectionem patit.to. 2. fol.240 col.1.
Arbitrium hominis gratię cooperatur.to.2.f.5. columna.4.
Arreptitij multa facere possunt quæ alij homines non possunt. to.1 f.248.col,4.
Articuli fidei non per se simul colliguntur.to.1. fol.1.columna.3.
Aser vnus fuit ex patriarchis filiorū Iacob.to.1. fol.95.col.4.
Assertio negantium prouidētiam Dei destruitur,tom.2.fol.88.columna 3.
Asina quæ fuit ducta à Christo in die Palmatū non fuit communis,to.2.fo.275.col.2.
Aspectus Dūi omnia mala sanat.t.2.f,123,col. 3.
Asperitas vitæ terrori est dæmoni. to. 2.f.206. columna:2.
Attritio filia est amoris proprij.t 1.f,202,col.1.
Atrium quid.to.1.f.11.col.2.
Auaritia difficilius aliis vitijs curatur.t.1.f.180. col 4.& tom 2 fo,92,col.1.
Auaritia deterior est prodigalitate. to.1. f,218. columna.3.
Auaritia fidem,spem,& charitatem in creaturas refert,to.2 fo.92.colum.2.
Auaritia nunquam satiatur.ibidem.col.2.
Auaritia tempore crescit, & non consumitur. ibidem.col.3.
Auari diuitiarum sunt serui. t.1,f,47,col.2.
Auarus nemini est vtilis.to.2.fo.203 col.2.
Auarus reipubl.maxime nocet.ibidem.col.3.
Auarus sibi ipsi est inhumanus.to.2.fo 93.co.3.
Auarus nō sibi, sed aliis laborat.t.2.fo.93.co.1.
Audientes Deum à Deo exaudiuntur.tom.1, fol.182 columna.2.
Auditus spiritualis duplici constat aspiratione. to 1,f.269.columna.4.
Aue gratiosa pro gratia plena recta translatio est.tom.1.f.22.columna.4.
Augustinus & Origenes qualiter sunt intelligendi cum dicunt Euangelium non fuisse prædicatum per Apostolos per totum mundum.to.2.f.375.col.2.
Auersio à Deo totius mali est origo.to.2.f.169. columna.1.
Auxiliū Dei speciale duplex est.t.2.f.180 co.3.
Auxilium speciale quod sit homini necessariū. ibidem.
Auxilia denegari actus est iustitiæ,& misericordiæ.tom.1,fo.301 col.4.
Auxilium Dei verbis explicari nequit.t.2.f.52. col.3.

B.

Baptismus Ioannis non dabat gratiam.to.1. fol.115.col 3.
Baptismus Ioannis obligabat ad nō sperni. ibidem.
Baptismus Ioannis pœnitētiæ vocabatur. ibid.
Baptismus Ioannis medium fuit inter sacramētum nouæ & veteris legis. to.2 f.201.col.1.
Bartholomæus Apostolus Euāgelium in India prædicauit.t,1.f,191,col.2,
Basilisci proprietas, tom.2.fol.190.col.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baros quid.to.2.fol.109.col.4.
Beatitudo virtute continetur in fine,to.1.f.39. columna 3.
Beatitudo duplex.to.1.f,196.col.4.
Beatitudo donum,ab ea quæ est virtus differt. t.1.fo.197.col.2.
Beatitudo ex rigore iustitiæ debetur seruanti mandata Dei.to.2 f.229.col 2.&3.
Beatitudo formalis quid.to.1.f.199,col.3.
Beatitudo obiectiue quid.t.2.f.192.co 1.
Beatitudo potius ad nos accedit quam nos ad ipsam.t.2.fol.45 col.2.
Beatitudo in diuitijs esse nō potest.t.2 f.72.c.4.
Beatitudo in auditione verbi Dei est, vt fructus in semine.t.2.f.73.col.2.
Beatitudo in auditione verbi Dei est, vt in signo. ibidem.
Beatitudo quare maxime optanda.to.1.f.205. columna.2.
Beatitudo per se quærenda est.t.2 f.99,col.2.
Beatitudo quæri debet sine termino,ibidem.
Beatitudo cœlestis potius explicatur per negationem quam per affirmationē.to.2.fo.108. columna.2.
Beati qui in via Domini ambulant dicuntur. t.1.fol.189.colum.4.
Beati pauperes de paupertate,& non de humilitate est intelligendum.t.1.f.198.col.1.
Beati qualiter velint in infernum ire. t.2.f. 214. columna.1.
Beati non essent iusti si non approbarent iudicium iustitiæ beatificantis.ibid.col.2.
Beati non ita se amant sicut damnati.to.2.f.134. columna.1.
Beati operibus factis in cœlo non merētur. t.2. fol.188.colum.2.
Beati obiectiue omnes sunt æqualiter beati,nō tamen subiectiuè.t.2.f.192, col.2.
Beati coronati sunt reges à Christo. to.2 f.333. columna.1,
Beati qualiter edere & bibere dicantur in regno Dei ibidem.col.2.
Beati illi dicuntur quos Deus liberat à debito. to,1,fol 176.col.4.
Beatus maior est omni viatore non tamen melior.t.1.f.248 col.2.
Benedicere in sacris literis sæpe sumitur pro eo q; est generationem dare t.1.f 24.col 3.
Benedicere laudare est t.1.f,54.col.3.
Benedicere in scriptura aliquando maledicere est.to 1.f.93.col.1.
Benedicere quibus præcipuè conueniat.tom.2. fol 240.columna.4.
Benedici à malis malum est.t.1 f.206.col.1.
Benedicta quid in scriptura significet. tomo.1. fol.23 columna.4,
Benedictio hominis ad hominem bona precari est.to.1.f.93.col.1.
Benedictio hominis ad Deū laudare est.ibidē.
Benedictio Dei ad hominē benefacere est.ibi.
Benefactor proximorum Deum audit.tomo.1. fol.182.col.2.
Beneficia Dei ob magnitudinem dici non valent.t.1 f.43.col.4.
Beneficia etiam ingratis faciēda sunt. t.2.f.225. columna.3.
Beneficiorum tria genera fo.226. col.1,
Beneficia inimico facta extra articulum necessitatis ad perfectionem attinent.to.1.fo.211. columna.2,
Beneficia à Deo collata alijs enarranda sunt. to.1.f.294.col 4.
Bethleem ciuitas fuit Dauid secundum originem,t,1,fo 64.col 1.
Bethphage quid to.2.fo.173.col.4.
Bene viuere in scriptura vigilare dicitur,tom.2. fol.107.col.3.
Blasphemare loquela est inferni.t.1.f.237.col.2.
Blasphemia quid.to.1.f.177.col.1.
Blasphemia quare peccatum in Spiritum sanctum dicatur.to.2 f.90. col.2.
Blasphemia quare irremissibilis dicatur,ibidē.
Blasphemus Deum ex proprio proposito offendit.to.1.fo.177 colum.2.
Blasphemia accusandi sunt, ibidem.
Bom ob difficultatem deferenda non sunt.t.1, fol.34,columna.4.
Bona nostra Dei offerenda sunt.t.1.f,83. col.3.
Bona temporalia Deus parui facit.t.1.f.111.co.3,
Bona diuina amicis Dei reseruantur.ibidem.
Bona mūdi vt vmbra transeunt t.1,f,147.col 1.
Bona sunt quæ hominem ad Deum ducunt. to,1,fo,195.col.3.
Bona occultè faciēda sunt to.2,f.237.co.2.&.3.
Bona nostra dæmonis sunt quando,& nos eius sumus t.2 fol.64.col.4.
Bona dissipare quid.to.2,fo.186.col.3.
Boni laudandi sunt. to,1,f,57,col.3,
Boni in gaudio exultant.tom.1.f.39,col.2.
Boni propriū est suas virtutes in alio diligere. t.1,fo.48 col.4.
Boni à voluntate sunt boni. to.1.f.73.col.4.
Boni mutuò se adiuuant in ministerio Dei. t,1. fol.97.col.4.
Boni loca ad bonum apta quærunt. to.1 f.115. columna,3.

Boni

Boni & mali in ecclesia simul continentur. t.1. fol.129.columna.3.
Boni tritico comparantur.t.1,f.130.col.1.
Boni vniti sunt quasi vnum cor.tom.1.fol.130. columna.1.
Boni à mundo pro nihilo habentur.to.1.fo.131. columna.3.
Boni imitandi sunt.to,1,fo.155.col.4.
Boni timorem Dei cum reuerentia cōcipiunt. tom.1.fo 158 col.4.
Boni in bonis & in malis Deū agnoscunt. to.1. fol.168.col.1.
Boni lætantur in his,in quibus impij cruciātur. to.1.fo.179.col.4.
Bonitas misericors sunt futuri fortes.tom.2.f.203. columna.1.
Boni in omni statu inueniuntur.tom,2.fol.231. columna.4.
Boni sæpius à malis corrumpuntur quàm mali à bonis corrigantur.to.2.fol.223,col.2.
Boni tentatione à mali distinguuntur.to.2.f.42. columna.1,
Boni malum excusant à malitia. tom.2.fol.59. columna 2.
Boni linguam habent in consc.tom.2.fo.10. 60. columna.3.
Boni suorum obliuiscuntur propter Dei honorem.tom.1.fo 238.columna 2.
Boni est misereri peccatoris.to,1,fo,260, col.2.
Boni à Deo ad tempus tantum deseruntur.t.1. fo.284 columna.3.
Boni maximè lætabuntur,habendo Christum iudicem:potiùs quàm aliam diuinam personam.tom.2.f .315.columna.3.
Bonitas discipulorum quanta fuerit.to 1.f.186. columna.1.
Bonum commune semper quærendum est.t.1. fo,69 columna.4.
Bonum est quod cum voluntate diuina mensuratur.tomo.1.fo.119. col.1.
Bonum omni tempore est operandum. tom.1. fol.188 columna.2.
Bonum omni tempore & loco operandū est. ibidem.
Bonum absolutè soli Deo competit. tomo. 2. fo,241.columna.2.
Bonū vbicūque est,est laudandū.t.2,f.30.co.4.
Bonum potius Deo desiderare debemus quam nobis.to.2.f.44.colu.4.
Bonum dicitur in honestum vtile,& delectabile.to.2.fol.65 columna.4,
Brachium Domini eius potentia dicitur.tom.1. fo.45 col.3.

C

CAdere inique agere significat,to.1.fo. 188. columna.1.
Cadere supra Christum quis dicatur.to.2. fol.293,columna.3.
Calciamenta Apostolorum tantum erāt soleæ. tom.2,fol.73,columna.4.
Calumnia pie gesta labefactat. to.1 f.212.col,1.
Calumniatores lege talionis damnantur, to,1. fol 243.columna.4.
Canticum Simeonis velut Epilogus est Euangelij.to.1.fo.92.columna.2.
Capharnaum ciuitas Christi appellatur.tom.1. fol.173.columna.2.
Capharnaum qualiter vsque ad cœlos exaltata dicatur.to.2.fol.13.columna.2.
Capilli quare numerati esse dicantur.to.2.f.88. columna.4.
Carnes suas comedere quid.t.1.fo.53.co.4.
Caro ieiunio est maceranda.t.1.f.97.col.2.
Caro & sanguis Christum non inuenerūt. t.1. fol.104.columna 1.
Caro à perseuerantia orationis semouet. to.2. fol,105,columna 1.
Castellum pro vico in scriptura sumitur.tom.2 fol.37,columna 4.
Castellum ad quod discipuli mittebantur,non erat Hierusalem.to.2.f 274 col 2.
Castigatio cōtumelia vacare debet.to.1,f,264. columna 2,
Casus in quibus homo sine peccato occidi potest.to,2 fo 241.col.4.
Castitas tribuit corporis sanitatē.t.1.f.99.col.2.
Castitas dispositio est ad seruanda cœlestia, ibi. columna.4.
Causa cogitationis Mariæ.t,1,f,25.col.2.
Causa progressionis Mariæ ad Elisabeth, to.1, fol.34,col,2,&.3.
Causa præcepti diliges Dūm Deum tuum.t.1, fol.41.columna,2.
Causa recessus Mariæ ad Elisabeht.t.1.f.48.c.2.
Causa miraculi potius attendenda quam miraculum to,1,f,145 col.1
Cauēdū abeo,qui est proprij officij.t.1,f,59.c.1.
Cæcitas corporis minor anima cæcitate.tom.1. fo.219.col,2, & 61 12.col.2.
Cæcus quare Christus filium Dauid, & non Abrahæ vocauit,t,2.f,255,col.4,
Cæcus vocans Christum filium Dauid Messiā fatetur,fo,256,col,2.
Cæcus quare interrogatus quid velit sibi fieri. to.2,fo,257.columna.4.

b Cœlum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cælum in ſcriptura aliquãdo aërem ſignificat. tom.1.fol.154.col.3.
Cœlum claudi quid ibidem.
Cœlum in iudicio a ſuo ſtatu mutabitur.tom.2. fol.320.col.3.
Cœlum quare in baptiſmo Chriſti apertũ. t.1. fol.134.col.2.
Cœnaculi diſtantia à loco vbi Chriſtus orauit. to.2.fo.336.col.1.
Cœnaculum in quo Chriſtus cœnauit illud eſt in quo Apoſtoli latuerunt.tomo.2.fol. 326. columna.3.
Centurio morti Chriſti affuit.tomo.1.fol.224. columna.3.
Centurio quare dixerit, Domine non ſum dignus.to.1.fo.227 col.2.
Cerimoniæ cuſtodiunt deuotionem.t.1 fo.85. columna.2.
Ceremoniæ eccleſiæ cuſtodiendæ.ibidem.
Ceremoniæ eccleſiæ non ſunt adinuentiones humanæ.tom 2.fo.275.col.4.
Cæſar Auguſtus qualiter principes Chriſtianos condemnabit.to.1.fo.62.col.3.
Charitas in præcepto eſt & modus etiam diligendi.to.1.fo 125.col.4.
Charitas vera alios ſecum vult adducere to.1. fo.181.col.4.
Charitas, Chriſti diſcipulos nos facit.to.1.f.190 columna 2.
Charitas ad proximum non eſt in pœna damnatorum.to.2.f.214 col.3.
Charitas non eo modo dicitur donum ac reliquæ gratiæ.to.2.fo 219.col.1.
Charitas ſine ſacramentis ſtare non poteſt.t.2. fol.25.columna.2.
Charitas vita eſt animæ.to.2.fo 35.col.1.
Charitas forma fidei eſt.tom.2.
Charitas vetat ne proximos iudicemus.tom.1. fo 216.col.4.
Charitas malum non cogitat.t.1.fo.120.col.3.
Charitas maior inter Theologicas virtutes. t.1. fol.128.col.2.
Charitatem habere maius eſt quam Apoſtolũ eſſe.to.2,fo.116.col.2.
Charitatis officium eſt omnia in bonum conſulere.to.1.fo.216 col 4,
Chriſtus vt redẽptor & doctor venit.t.1.f.1.c.2.
Chriſtum inducere quid ſit.to.1.fo.6.col.4.
Chriſtus in Nazareth conceptus.tom.1.fol.19. columna 2.
Chriſtus dicitur filius Dauid.to.1.fo.21.col.1.
Chriſtus à reparatione titulum honoris ſumit. to.1.fo 26.col.4.
Chriſtus quare nõ regnauit in domo Abrahę. to.1.fol.27.col.3.
Chriſtus temporale regnum parui facit.tom.1. fol.28.col.1.
Chriſtus non dicitur filius Dei adoptiuus. t.1. fo.31.col.2.
Chriſti honor Ioanni Baptiſtæ fuit commendatus.to 1.fo.36.col.3.
Chriſtus abſolutè dicitur benedictus.to.1.f.37. columna.4.
Chriſtus in inſtanti cõceptionis fuit perfectus homo.to.1.f.38.col.2.
Chriſtus omnibus ſeipſum præbet.to.1.fol.42. columna.2.
Chriſtus diabolum vicit,& ſpoliauit.to.1.f.56. columna 1.
Chriſtus nihil egit quòd antea non fuerit prophetatum.t.1.ibid.ſcilicet.fo.56.col 1.
Chriſtus ſuo aduentu expulit noſtram ignorantiam.to.1.fo.59.col.2.
Chriſtus quare tempore Auguſti Cæſaris venerit.to.1.fo 61.col.1.
Chriſtus inuolutus fuit pannis non diſsipatis. to.1.fo.66.col.1.
Chriſtus pannis inuoluitur tanquam peccator. ibidem columna.2.
Chriſtus quare in præſepio ponitur.ibi.col.3.
Chriſtus in præſepio humilitatem docet. to.1. fo.67.columna.2.
Chriſtus eſt ob æterno to.1.fo.70. col.2.
Chriſtus hominibus eſt natus.ibidem.
Chriſtus quantum ad effectum naſcitur timentibus Deum.to.1,ibid.col.3.
Chriſtus ſecundum humanitatem ſaluator eſt, & cauſa meritoria gratiæ.fol. 71.col.1.
Chriſtus non eſt vnctus oleo materiali. tom.1. ibid.columna.2.
Chriſtus ſecundum vtraque naturam eſt dominus.ibidem.
Chriſtus non pugnans, ſed ſuſtinens vicit.ibid. columna.4.
Chriſtus in præſepio oſtẽditur, vt ſaluator oſtẽdatur.fo,71.col,2,
Chriſtus natus eſt Saluator hominis,& angeli, ibidem.columna.4.
Chriſtus natus ad gloriam,pacem,& bonã voluntatem.to.1.fo.74. col.2,
Chriſtus humiliatur, vt nos ſubleuemur. to.1. fo.76.col.1.
Chriſtus omnes noſtras miſerias accepit.ibidẽ. columna.2.
Chriſtus non fuit peccator,neque potuit peccare.to,1.fo,77.columna.2.

Chriſtus habuit ſimilitudinem peccati,ibidem.
Chriſtus ſeipſum legi ſubmiſit. tomo.1.fol. 78. columna. 4.
Chriſtus in circunciſione oſtendit ur peccator, fol.79.col.3.
Chriſtus in matris purificatione ſeruus appareret,tom.1.fol.84.col.3.
Chriſtus cognitus eſt à mundo in cruce.tom.1. fol.91.col.4.
Chriſtus ab omni populo ſpectabatur. ibidem.
Chriſtus quomodo multis fuit in ruinam.to.1. fo 93,columna.3.
Chriſtus venit in reſurrectionem fidelium. t.1. fo.94.columna.1.
Chriſtus poſitus eſt nobis in ſignum , ibidem. columna.2.
Chriſtus illuminat cæcos,& excæcat videntes. ibidem.columna,3,
Chriſtus ab omni lingua contradicitur. ibidẽ.
Chriſtus ſcientia experimentali proficiebat.to.1. fol 99.col.1.
Chriſtus quare anno ætatis duodecimo ſapientiam ſuam oſtendit to.1.ibid.col.3.
Chriſtus quare à duodecimo anno vſque ad trigeſimum ſiluit.ibidem.
Chriſtus cur in feſtiuitate perditur.to.1.fo.103; columna 2.
Chriſtus ſan mendicauit oſtiatim. to.1.fo. 106. col.1.& fo.352.col.3.
Chriſtus ſapientia ſuum opus incepit. fol.107. columna.3.
Chriſtus apertè patrem appellat.to.1.fol. 109. columna,2.
Chriſtus magis in paſsione meruit quam in tẽpli diſputatione.t.1,fo. 110 col.3.
Chriſtus quare ſalutare noſtrum dicatur. to.1. fo 120.col.4.
Chriſtus non fuit vſus calciamentis.to,1.f.128. columna.3.
Chriſtus quare à Ioanne baptizari voluit to.1. fo,133.columna.4.
Chriſtus vt peccator venit ad baptiſmã. ibidẽ.
Chriſtus ætate viginti nouem annorum baptizatur.to.1.fo.135 col.4.
Chriſtus non fuit filius Salomonis,t.1.fol. 137. columna.4.
Chriſtus plenus gratia plenitudine ſuperabundauit,to.1 fo,138,col.4.
Chriſtus in deſerto vicit dæmonem. folio.139. columna.2.
Chriſtus per plures tentationes tentatus fuit. tom 1.fo.140.col.1.
Chriſtus non potuit tentari,niſi volens.ibidẽ.
Chriſtus ſupernaturaliter famem ſuſtinuit quadraginta diebus.to 1,fo. 141.col.4.
Chriſtus quare ſpiritualem vitã à ieiunio incepit.fo.143 col.1.
Chriſtus non indiguit miniſterio Angelorum. to,1.fo.149.col.3.
Chriſtus diabolum ſuis armis vicit.t.1. fo,150. columna.1.
Chriſtus vt viator dæmonem ſuperauit.tom.1, ibidem,columna.4.
Chriſtus antequam prædicaret miracula fecit. to.1.fo.151.col,1.
Chriſtus publicè prædicauit.ibidem.
Chriſtus prius fuit in Nazareth,quam in Cana Galilææ.ibid.col.2.
Chriſtus plenus fuit donis gratiæ gratis datæ. to.1.fo 151 col.3.
Chriſtus ad euangelizãdum pauperibus veniſſe dicitur.ibidem.
Chriſtus quare nõ fecit miracula in Nazareth. tom.1.fo.153 col.4.
Chriſtus quare non recipiatur à Iudæis.tom.1, fo,156.columna.2.
Chriſtus vbi magis offendebatur maiora præſtabat beneficia.to,1.fo.158.col.1.
Chriſtus poteſtate creata ſpiritus poterat imperare.to.1.ibid.col.4.
Chriſtus die noctuque laborabat.t.1 f.161.co.3.
Chriſtus quare ſpiritibus immundis tacere præcepit.to.1.fo.162.colu,2,
Chriſtus nunquam eccleſiam ſuã derelinquit. tom.1 fo 165.col.1.
Chriſtus qualiter ſe habuerit in Apoſtolorum vocatione.to.1.fo.169.col.3.
Chriſtus quare leproſum tetigerit,tom.1.f.170. columna 2.
Chriſtus per humanitatem operatus eſt ſalutẽ, ibidem.
Chriſtus tactu leproſi non fecit contra legem. ibid.col.4.
Chriſtus in neceſsitatibus ſpopondit ſe nobis auxiliaturum.to.1.fo 171,col 1.
Chriſtus quos curauit noluit habere in diſcipulos.tom 1,fo.178.col.4.
Chriſtus eos ſanat qui infirmitates ſuas profitentur.to.1,fo,185.col.1.
Chriſtus non venit vocare ſuæ iuſtitiæ confidẽtes.to.1.ibid.col.2.
Chriſtus quare appellat phariſæos iuſtos. ibid.
Chriſtus quare in ſabbatho curabat. to.1.f.187. columna,2.
Chriſtus quatenus homo orabat.t.1.f,190.co.1. & to 2.f.42.col.4,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus duodecim tantum elegit Apostolos. to.1.f.190 col.2.
Christus quare pauperes vocauit in Apostolos. ibidem.colu.3.
Christus cur Iudam in Apostolũ elegerit.to.1. fo.192.columna.4.
Christus legem perfecit & non soluit.tomo.2. fo.201.col.4.
Christus suos in hac vita & in alia præmiat.t.2. f.147.col.4.
Christus cur transfigurari voluit. tom.1.f.319. columna.2.
Christus quare Hierosolymæ mori voluit.to.2. fo.250.col.4.
Christus cur filium hominis seipsum dicit. fo. 251.columna.4.
Christus missus vocatur in scriptura.to.1.fol.1. columna.3.
Christus inuisibiliter in animas fidelium venit. fol.3.columna.1.
Christus salutatione non prohibuit. tom.2.f.8. columna.4.
Christus cur in petitionibus orationis Dominicæ verbo vratur impersonali.tom.2.fol.44. columna 4.
Christus non inuocat trisisse.tomo.1.folio.105. columna.4.
Christus admiratus fuit secundum scientiã experimentalem.tom.1.fol.229 col.2.
Christus quare aliqua iuramento affirmet.to.1. fol.230.columna.1.
Christus cur domos publicanorum non rogatus ingrediebatur,non tamen pharisæorum. tom.1.fol.251.columna.1.
Christus in suis nec minimam sustinet iniurism. tom.1.fol.261.columna.1.
Christus cur parabolis vtebatur.tom.1.fo.267. columna.4.
Christus cur nauiculam ascenderit.to.1.fo.281. columna.1.
Christus si omnis fecisset mirabiliter,nihil fecisset misericorditer.to.1.ibidem.
Christus cur cum laico iuit nõ autem cum Regulo.to.1.fo.291 col.3.
Christum erubescere,ex suo genere peccatum mortale est.tom.1.fo.315.col.3.
Christus testes veteris & nouæ legis cur in trãsfiguratione adduxerit to.1.f.321 col.2.
Christus quare filius hominis in singulari dicatur.tom.1.fol.111 col.4.
Christus qualiter dicatur coarctari ad passionem.tom.2.fol.116.columna.3.
Christus quomodo non venit mittere pacem ibidem.columna.4.
Christus Herodem vulpem appellat. tomo.2. fol.311.col.3.
Christus cur communiorem vitã elegerit. to.2. fol.157.columna.3.
Christus quare ante passionem prædixit mortem.tom.2.fol.252.columna.1.
Christus de passione agens cur in tertia persona loquatur.to.2.fol.252.col.3.
Christus cur nullũ furiosum curauit.to.2.f.258. columna.1.
Christus quare miracula aliqua fidei tribuit.t.2. fol.258.columna.4.
Christus nobilis dicitur secundum vtraque naturam.to.2.fo.67.col.3.
Christus cur in die palmarum honorem sibi fieri permisit.tom.2.fo.277.col.2.
Christus in medio triumphi lachrymas effudit. tom.2.fo.281,col.1.
Christus in sua passione tristatus fuit intẽsiue, & extensiue to.2,fo,355.col.4.
Christus Angelo custode non indiguit. tom.2. f.137.columna.2.
Christus bis à Iudæis concilium ductus est.t.2. fol.343.col.2.
Christus multoties dixit Iudæis se Christum esse.fo.343.col.3.
Christus quare Galilæus existimabatur,tom.2. fo.345 columna 2,
Christus cur Cypheæ & Pilato respondit in sua passione,non autem Herodi.t.2.fo,345, columna.4.
Christus duos in sua passione à morte liberauit,to.2,fo,347 col.4.
Christus maxime omnium mortalium fuit derisus.to.2.fo.358.col.1.
Christus cur in horto sepeliri voluit,& in monumento alieno.to 2,f.35.col.3.
Christus quare sepulchrum egregium habere voluit.ibid.col.3.
Christus propria virtute surrexit. to.2,fol. 358. columna.4.
Christus cicatrices passionis post resurrectionem seruauit,t.2,f,372.col.3.
Christum pati necessarium fuit.t.2 f.374.col.3.
Christus non dixit Apostolis apertè se non regnaturum temporaliter.t.2.f 304.co.4.
Christus in quantum homo iudicaturus est vivos & mortuos t.2.f.315.col.1.
Christus in pane azymo consecrauit.to.2.f.325. columna.1,
Christus cũ adhuc durabat luna decimaquarta mortuus est.fol.325.columna.3.

Christus Petro & Ioanni & non Iudæ mensæ præparationem commendauit.f.325 col 4.
Christus omne q̃ potuit facere fecit cum se nobis in sacramento dedit.to.2.fo 328 col.3.
Christus testamẽti meminit in cõsecratione calicis,& nõ in panis cõsecratione.t.2.f.330.c.1.
Christus præmium accidentale, & dominium omnis creaturæ sibi promeruit. tom.2.f.364. columna.3.
Christus primo omnium apparuit matri suæ. tom.2.fo.369.col.1.
Christianus non debet ab ecclesia recedere.t.1. fol.16.columna.4.
Christianus an possit Virginis Matris beatitudinem assequi.to.1.fo.45.col.4.
Cibi corporalis à spirituali differentia. to.2.fol. 158.columna.3.
Cibus contemplationem impedit tom.1.f.14. columna.4.
Circuncisio non fiebat in templo t.1,f.50.col.2.
Circuncisio abcisio erat carnis.t.1.ibid,col.4.
Circuncisio in remediũ peccati originis data. to.1.fol.79.col.1.
Circuncisio discrimen fuit Iudaici & Gentilis populi.to.1.fo 80.col.4.
Circuncisio an cessauit in circuncisione Christi,ibidem.
Circuncisio veritatẽ humanitatis Christi ostendit.t.1.f.82.columna.1,
Circunstantia legis quam minima seruanda.t.1. fol.172.col.4.
Citare dupliciter in scriptura contingit.tom.2. fo.8 columna.4
Clamor electorum formaliter desiderium est beatitudinis to.2.fo.234.col.1.
Claritas humanitatis Christi,argumentum est eius diuinitatis to.1.fo 27,col.1.
Claritas transfigurationis & resurrectionis, in quibus conueniant.to.1.f.318.col.2.
Claritas Christi in transfiguratione eadem fuit specie cum claritate patris.to.1.f.221,col.1.
Cogitationes sceleratorum vanæ sunt.tomo.2. fol.339.col.3.
Cogitationes hominum cognoscere solius Dei est.to.1.fo.177 col.2.
Cognatio spiritualis carnali anteferẽda est.t.1. fol.281.col.1.
Cognitio coeli nihil prodest non cognoscenti ascensum.to 1.fo.1.col.2.
Cognitio per fidem inchoatio est cognitionis beatæ.to.1.fo.39.col.3.
Cognitio fidei perfectior est cognitione scientiæ. ibidem.
Cognitio quę de Deo aliquando per rationem habetur reuelatio dicitur. tomo. 2. folio.12. columna.2.
Collegium Christi bonos & malos habuit.to.1, fol.192.columna.2.
Columba,in qua Spiritus sanctus non fuit vera columba.to 1.fol.134.col,3.
Comestio Christi post resurrectionem vera comestio fuit.to.2.fo.373.col.4.
Communitas ob vnius delictum contemnẽda non est.tomo 1.
Communicare cum peccatore dupliciter dicitur.to.2.fo.264.col 4.
Concionatorem eligere maximum opus est.t 1. fol.113.columna 4.
Condemnatio iudicium sequitur to.1.fol.217. columna.4.
Confessio qualiter facienda to 2.fo.57.col.1.
Confessio humilis delicti remissionem meretur.t.2.fo.179.col.1.
Confessionis vtilitates.t.2.f.182.col.3.
Confessor peccatorẽ carpere non debet,donec finita sit confessio.t.2 fo.364.col 1.
Confessio boni latronis tres cõditiones habuit vere pœnitentis.to 2 fo.352.col.3.
Confessio exterior de necessitate est salutis.t 1. fol.315,col,2.
Confidentia fides dicitur pro formali.tomo.1. fo.230.columna 2.
Congregatio ad iudicium in momẽto fiet t 2. fo.232 columna.4.
Coniunctio,&,aliquando causalis est.tomo.1. fol.37.columna 4.
Coniunctio,&,aliquãdo idem valet quod, nã. tom.1.fo 127.col 3.
Coniunctio,vt,in scriptura aliquãdo non dicit causam,sed consecutionem effectus.tom 1.
Coniunctio,quoniam,aliquando effectum significat.to.1.fo.263.col.2.
Conscientia bona audaciã præbet.t,2,f,247 co.1.
Consecratio sanguinis quare fiat distinctè à cõsecratione corporis.to.2 fo,330.col 2.
Conseruatio salutis humanæ anteponenda est obseruationi festorum.tomo.1.folio.186.columna.4.
Consideratio propriæ virtutis mater est humilitatis.to,1 fo.42.col.4.
Consideratio Dei quid efficiat in homine.to.2, fol.164.col.2.
Consilia Dei temitæ vocantur.tomo,1,fol,118, columna,2.
Consilium seruorum cõtemnendum non est. to.1.fo.155.col.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consiliunt à lege accipiendum est.to.2. fol.26. columna.1.
Consuetudo bona seruanda est.to.1.f.101.co.3.
Consuetudo emendi,& vendendi in tẽplo vn de orta fuerit.to.2 f.284,col,1.
Contemplatio quid.to 2 fol.42.col.1,
Contemplatio in amore consistit. ibidem.
Contemptus fortitudinem gignit to,1.fo.204. columna,3.
Contritio filia est diuini amoris.tom.1.fol.202. columna.4,
Cõuersationes humanæ fugiẽdæ.t.1.f.21.col,4.
Conuiuia honesta futura.to.1.f 251.col.3.
Conuiuia pia à Christo non sunt prohibita.t.2. fol.145.columna 3,
Cor in scriptura pro quo sumatur. to. 2.f. 364. columna.2.
Corpus animæ est vestimentum,to.2. fo. 205.
Corpus B. Virginis corruptum non fuit. to,2 fol.56.columna.3,
Correctio fraterna quando & quomodo fieri debeat.to.2.fo.217.col 4.
Corruptio in pœnam peccati venit.tom, 2.f.6. columna 4.
Cras in scriptura quomodo accipiatur. tom.2. fol.98.columna.2.
Creaturæ participatiuè bonæ dicũtur.t.2.f.141. columna 2.
Credere & non,in potentia hominis est. to. 2. fol 129.col.1.
Credentes in Christum tangunt ipsum.to.1.fo. 196,columna.2.
Culpa secunda peior est prima.tom. 2. fol. 67. columna 4.
Culpa essentia est peccati.to.1. fo.79.col.3.
Curatio miraculosa propter scandalum dimitti non debuit.to. 1.fo.189.col 2.

D.

DAmnati vruntur in inferno notitia quam habuerunt in via. tomo,2, folio. 214. columna.2.
Damnatis aduentu eorum, quos ad peccata pepulerunt tormentum augescit.to.2.f.214. columna 3.
Damnatis an melius esset non esse quam sic esse.tom. 2.fol.129.col.3,
Damnatorum non esse omne malum transeendit.to,2.fo.122.col.3.
Damnati gloriam beatorum videbunt visione intellectiua to.2.f.130.col.2.
Damnati in inferno non merentur supplicium propter opera illic facta.tomo.2.folio. 188. columna.3.
Damnati etiam si in die iudicij filium hominis videant,non erunt beati. tomo.2. folio. 315. columna.1.
Damnati dulcedinis vitæ præteritæ non recordantur.tom.2.fol,363.col.1.
Damnati nõ pœnitent de peccatis, vt sunt Dei offensiua.tom.2.fol.213,col.2.
Dare præstantius est quam accipere.to.2.fol.51. columna,2.
Dare locum iræ quid.to.2.f.218.col.3.
Dauid apud Iudæos maior omnibus fuit.to, 2. fol.300.columna.3.
Debita non solum verbis rependenda.tomo.1. fol.55.columna,2.
Debitum plus est quam peccatum.to.1. f.262, columna 1.
Decimæ in ecclesia non sunt ex lege diuina,neque naturali,sed expositiua,t.2 fol.81.col 2.
Dedecus est à viro improbo laudari.to,1,f,16, columna,3,
Defectus secreti proximorum reuelandi non sunt.to.1.fo.298.col.2.
Delectatio non est per se bonum.tom.2,fol.72. columna 4.
Delectatio per se nec bonum, nec malum est, ibidem.
Delitiæ Christi animæ sunt.t.2.f.171.col.3.
Delitiæ carnis fugiendæ.tom.1.fo.185.col.3.
De omnibus statibus aliquis saluabitur.tom.2. fol.231.col.4.
Derisores pernicioſissimi sunt.t.2,f.200.co.2,
Deuotio requiritur in miraculis.t.1.f.253.co.4.
Desideria bona sine ipsis operibus fere nihil proficiant,t.2,f,260,col,4.
Deprecantes vindictam alicuius Deũ tentant. to,1.f,150.col,1,
Deus solus animam nostrã satiat.t.1.f.200.col.3.
Deus solum propter seipsum est amandus. t.1. fol.203.col.1.
Deus semper fauet his,qui in bonis operib⁹ se exercent, t,1,fo,2,2,col 3.
Deus misero & egeno subuenit.t.1,f,254.co,4,
Deus in afflictionibus inuocãdus.t.1.f,255 co.1,
Deus in cilicio & cinere inuocandus. ibidem. columna 4,
Deus quare in solennitate sacrificium offerri iubebant pro peccato,t.1.f.217.col 2.
Deus qualiter nos obcæcare dicatur.t.1 f.275, columna 1,
Deus quomodo exijt cum immutabilis sit.to.1. fol,172,columna,2,

Deus

Deus duritiei nostræ nõ est causa effectiuè;sed permissiuè to.1,f.275. col.3.
Deus qualiter dormire dicatur. t.1,f.283.col.1.
Deus quare ostendit pericula à quibus suos eruit to.1.f.284 col.2
Deus cur non præcepit vt patres filios diligãt, to.1.f.290.col.3.
Deus nostras vult cognoscam⁹ miserias,vt magis sua ostendat beneficia t,1.f 295. col.3.
Deum mori necesse fuit necessitate cõditionata.tõ.1.fo.311.colu.1.
Deum alicui faciem ostendere est fauere illi. t,1.f.330.col.1.
Dei dicere,facere est.to 2.f.89. col.4.
Deus pater est indigentium, & non diuitum. t.2.fo.99.col.1.
Deus fortanter & non timide est spectandus. t.2.fo.107.col,2.
Deus qualiter dicatur transiens ministrare. fo. 108.colum.1.
Deus quare charitas sit.to 2.f.116.col.2.
Deus eisdem stirpis in lege gratiæ,quibus vrebatur in lege scripta.tomo.2,fo.119. columna.2.
Deus cur à peccatoribus pœnitentiam exigat. ibidem.
Deus quare aliquos in hac vita puniat.t.2.f.120. columna.2.
Deus quod semel dimisit nunquã repetit. to.2. fol.183.col,1.
Deus dimittere potest peccata absque eo q̃ cõcedat gratiam.t.2 f.181.col.2.
Deus aliquando maiores tribuit consolationes spirituales denuo conuersis tomo.2.fol.183. columna.4.
Deus bonũ opus alio bono opere remunerat. tom.2.fol.196.col.3.
Deus quando stare dicatur.to 2 f.257. col.2.
Deus vbi inueniatur.to 2 fo 262 col 1.
Deus aliter est in ecclesia,& aliter in foro.to 2. fol.266.col.2,
Deus dupliciter cognosci potest.tom 2.fo.269. columna 2.
Deus cum sit summa bonitas odio haberi non potest.ibid.colum 2
Deus iustas petitiones exaudit t. 1.f.87.col 2.
Deus quem vocat commouet rebus ipsi communibus.to 1.ibidem.
Deus magnificentior in dãdo quam in promittendo.to.1.f 88 col.4.
Deus neminẽ ad malum sollicitat.t.1.f.93.col.3.
Deus corripiendo suos,amorem ostendit.to.1. fo.95 columna.1.
Deus in templo magis adest,t,1.fol.107. colu.2.
Deus bonos ad tempus relinquit.fo.102. col.4.
Deus in affluentia bonorũ magis offendit.t.1.1. fol.103.columna.1.
Deus miscet læta tristibus.to.1.f.105 col 4.
Deus pœnitentia quærẽdus est t.1.f 108 col.4.
Deus nunquam obliuiscitur nos, to,1.fol.
Deus non potest sine pœnitẽtia peccata remittere.t.1 fol.115.col.4.
Deus cor ab homine petit.ibidem.
Deus quare dicatur non parcere delinquenti. fol.116.col.1.
Deus nullum peccatum impunitum relinquit. to.1.ibidem.
Deus quare non audit peccatores.to.1.fo.117. col.3.& 4.
Deus non præcipit impossibilia.t.1 f.122.col 2.
Deus quomodo poterat ex lapidibus facere filios Abrahæ.to.1.f.23.col.1.
Deus peccatores expectat.t.1.f.129.col.4.
Deus alijs dona tribuit,alijs fructum donorũ. to.1.fo.132.col.3.
Deus vocem formare non potest.tom.1.fo.135. columna.1.
Deus non permittit hominem tentari vltra id q̃ potest.to.1,f,141.col.4.
Deus quacunque re hominem sustentare potest.to.1.fo.145.col.3.
Deus potius diligendus quam timendus.to.1, f.149.columna 1.
Deum tentat qui sine necessitate miraculũ petit.fo.150.col.1.
Deum tentat qui se exponit periculo ibidem.
Deus placabilis redditur tempore plenitudinis gratiæ.t.1.f.152.col.4.
Deus fidem & hominum merita respicit. to.1. fo.154.col.4.
Dei operibus diligenter incumbendum.to. 1. fol 4.col.2 & fol.75.col.4.
Deus nihil inordinatum vult.fol.4.col.2.
Deo proprium est nomen substantiæ,& subsistentiæ.to.1,f,5.col,3.
Deo placere simul & hominibus magnũ quid. tom.1 fo 8.col.4.
Deus afflictione premit suos. to.1. fo.9, col.2. & fol 61,col,1,
Deus omnia videt.to.1.fo.11 col.2.
Deus fauet his,qui sanctis funguntur officijs. ibid col.3,
Deus leuia suorum amicorum peccata hic punit.to,1.fo 16.col.2 &.3.
Deus abscondit à vulgo sacerdotum defectus. fol.17.columna.1,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus magnifacit humilia.t.1.f.19.col.2.
Deus humilium virtutes manifestat.to.1.fo.29. col.4.& fol.74.col.3.
Deus liberalis ad miserēdum,& piger ad vindictam iumendam.t.1.f.35.col.2.
Dei proprium est misereri semper & parcere. ibidem.col.3,
Dei alienum opus punire,ibidem.
Deus magnificatur in nobis per actus nostros. t.1.f.40.col,4,
Deus dicitur crescere in imperio,ibidem.
Deus magnificatus est super omnem terram. t.1,f.41,col.1.
Deus potius laudandus animam quam corpore.ibidem.
Deus infirmum quem recipit sanat.to.1.fo.43. columna.1.
Deus promissa complet. to.1. fol.47.col. 4.& f.57.colu.1.
Deus detinet se in conferendo,vt meritum augeat.to.1 f.49 col.1.
Deus ex malis bona producit.to.1.ibidem.
Deus non mittit flagellum quin misericordiæ recordetur.t.1, ibid.col. 2,
Deus ora sanctorum aperit.t.1.fol.52.col.1.
Deus pœnitenti dat gratiam, & omnia quæ in statu gratiæ meruerat restituit. ibidem. columna.3,
Deus cur dicatur Dominus & Deus Israel.t,1. fo.54.col.4.
Deus ratione Deitatis odio haberi non potest. to.1 fol 56.col.2.
Deus quare odio non habeatur.ibidem.
Deus Pater seipsum dedit nobis in filio.tom.1. fo.57.columna.2,
Deus filiali timore seruiendus.ibidem.
Deo inseruire non possumus nisi ipse præstiterit.to.1.fol.17.co.3.
Deus vtitur edicto Cæsaris vt Christus in Bethlehem nascatur.t.1.f.64.col.1.
Deus etiam post mortem suorum recordatur. ibidem.col.3.
Deus apparet vigilantibus.t.1 f.68. col.2.
Deus consolatur dilectos suos opportuno tempore.to.1.f.69.col.2.
Deus semper laudandus, vt alij prouocentur. t,1,f.73.columna.1,
Deus vult homines ab hominibus doceri.to,1, fol.76.col.4.
Deus factus est homo ob peccatum.to.1.fo.82. columna.4.
Deus aliter ac mundus,suos honorat.t.2.fo.14. columna.1.
Deus illos nescire dicitur, quos non approbat. to.1.f.127.col.3,
Deus quare vult nos gratos.f.228.col.1,
Deum in sua domo offendunt qui in templo peccant.1,2,f.238.col.2.
Deus ex malis bona elicit.to 2.f.238.col.3.
Deus in lege veteri salutem nostram præfiguravit,1,2,f,251,col,2.
Deus omnia facit propter prædestinatos.to.2. fol.10.col,1,
Deus quare à nobis vult amari. tom.1. fol.37, columna.4.
Deus diligendus quia summum bonum,f.28. columna.1.
Deus diligendus quia Dominus.tom,1. fol.28, columna.2.
Deus diligendus quia tuus.t.2.f.28.col.4.
Deus quomodo diligendus, ibidem,
Deus non obligat nos vt eum diligamus feruētius cæteris rebus,t.1.f.19 col.2.
Deus diligi non potest quin eius præcepta custodiantur.to,1.fo.30,col.1.
Deus quare à nobis velit vocari pater. tomo.1. fo.44.col.1.
Deus qua ratione sit bonum nostrum.tomo,1. fol,45.col.1.
Deus non est in nobis aliquid formale.ibidem.
Deus non est pater eorū qui alijs non parcunt. to.1.fo.47.col.3.
Deus quare vult,vt nos ab ipso petamus, to,1. fol.51.col.3.
Deus suam præsentiam in pœnam peccati tollit.t.1.fo.157,col.1.
Deus à nobis recedit ob nostra flagitia.t.1.ibid. columna.3
Deus magnum beneficiū illi contulit in cuius domum ingreditur.t.1.f.159.col.3.
Deus animas peccatorum tripliciter sanat. t,1. f.160,col.3.
Deus non vult laudari ab habentibus aliud in ore,& aliud in corde.tom.1.f.162.col,2,
Deus dilectos suos suauiter in cœlum ducit. t.1. fol.168.col.4.
Deus quare ostendit præmium hominibus. fo.169.col.1,
Deus cur pastores in reges,& principes ecclesiæ elegit,ibidem.col.2.
Deus immunditias peccatorū detestatur,to.1, ibidem. col.2.
Deo proprium est in instanti agere. to.1.f.171. columna.1,
Deus plura dat quam ab illo petuntur. tom.1. f.176.col.2.

Deus

Deus facile placatur.to.1.ibidem.col.3.
Deus obediendum est in prosperitate,& in laboribus.to.1.f.179.col,1.&.2.
Deus ob quid voluerit peccata sanctorum manifestari.t.1.fol.180 col.4.
Deus sua sola misericordia nos vocat. fol.181. columno,1,
Deus in quibus præceptis potest dispēsare. t.1, fol.187.col.2.
Deus ex malis frpe bona elicit.tom.1.ibidem. columna.3.
Deus creauit homines in reparationē angelicarum.to.1.f.190.col,4.
Deus ad se tribulationibus trahit, & suauitate vocat.t.1.f.194 col.1.
Deus sic vtitur misericordia,vt iustitia sua saluma neat.to.1.ibidem col.4.
Deo inseruiens in omni seculo iucunde viuit. tom,1.fol.198.col.1.& 2.
Deus quare alios diuites & alios pauperes esse cit.to 2.fol.206.col.4.
Deus impijs in hoc seculo bona elargitur,vt bona quæ in illis sunt remuneret. tom.2.fo.213. columna.2,
Deus cur tantum puniuit Adam nō autē Caim. tom 2.f.281.col.1.
Deus qualiter à nobis nunc absens dicatur t.2. fol.288.columna.2.
Deus cognosci non potest à creatura quantum cognoscibilis est,to.2.fo.22.col,1.
Diabolus est in homine vt motor in eo,q̄ mouet.t.2.fol.67.col.3.
Diabolus miracula conatur facere.to.1 fol.
Diabolus quare volueris cœlis assimiletur. t.1. fol 274 col.2
Diabolus ab intellectu & voluntate nostra nihil eripere potest.ibidem.
Diabolus circa phātasmata operari potest,ibid. columna.3.
Diabolus quare à corde hominum verbū Dei tollere dicatur.ibidem.
Diabolus per arteriam loquens in ventre est. to.1.fo 286.col.4.
Diabolus in nuditate hominis lætatur.fol.287. columna.1.
Diabolus cum lædit nos in temporalibus animam nostram quærit.t.1.f.287.col.4.
Diaboli quare cōcessum in porcos intrare.fo. 288.columna.1.
Diabolus scire nō potest determinate gloriam beatorum.t.2.f.30.col.2.
Diabolus Deum naturali quodā amore plusquam seipsum diligit.to.2.f.269. col.2.
Diabolus in deserto ambulare solet.to.1.f.139. columna.3.
Diabolus non expugnat qui sui sunt.to.1.f.140. columna.3.
Diabolus virtuti dedites tentat. ibidem.
Diabolus nos spontaneos vincit.tom.1.fo.142. columna.1.
Diabolus nos tentat quādo virtus debilior est. to.1,fo,144.col.1.
Diaboli mysterium incarnationis non intellexerunt donec Euangelium audierunt prædicari ab Apostolis.ibidem.col.2.
Diabolus suis minima dat.to.1.fo.145 col.2
Diabolus arte magica ostendit Christo mundi gloriam.to.1.fol.146.col.3.
Diabolus minima res nos tentat. fo.147.col.1,
Diabolus semper auget tentationes. ibid.
Diabolo contentientes illum adorant. ibidem. columna.3.
Diabolus in omnibus promissis mendax. ibid.
Diabolus homines extollit, vt in infernū deijciat.t.1.fo,148,col.2.
Diabolus conatur ducere homines ad exteriora.ibidem.columna.3.
Diabolus viros probos de confidentia tentat. ibi l.columna 4,
Diabolus ab hominibus timorem conatur auferre.fol.149.col.1.
Diabolus scripturas legit vt decipiat.to,1 ibid. columna.2.
Diabolus virtuti cedit.fol.150. col.2.
Diabolus non recedit vsque in finem,sed ad tēpus. ibidem.
Diabolus aliquando se finit vincit. to.1. ibidē. columna.3
Diabolus facile in principio vincitur.to.1.fo.2. columna.3
Diaboli tentatio legi non subiacet. fo 3.col.1.
Diabolus aperit impiorum ora.to 1.fo.52.col.1.
Diaboli nos odio habent,quia ipsi Deū odiūt. to.1.fo.56.col.2.
Diabolus quare nos ita persequatur. 1, 2.fo. 55. columna.2.
Diabolus diem iudicij differri vult. ibidem.
Diabolus directē non vult damnationem nostram to.2.fo.55.col.3.
Diabolus quare permittatur ingredi humana corpora.ibidem.col.2.
Diabolus diuersum dominium habet in corpus,& in animam.ibid.col.3.
Diabolus intra animam esse non potest. ibid.
Diabolum à corporibus ejicere clare demonstrabat Christum verum esse Messiā in lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

promissum.tomo.2.fol,62.columna.3.
Diaboli principem & principatū habent.to.1, fol.63.col.3.
Diaboli inter se,vt homini noceāt consentiūt, fol.63.col.2.
Diabolus inferiorem dæmonem à corpore eijcere potest.ibidem,
Diabolus ante Christi aduentum duplicem in hominibus habebat potestatē.t.2.f.64.col.1.
Diabolo post Christi aduentum potestas non est omnino ablata,ibidem,
Diaboli potestas nō se extendit ad iustos. ibid. columna 2.
Diabolus spiritus nequam dicitur non natura, sed moribus.tom.2 fo.65 col.3.
Diabolus quiescere non potest.ibid. col. 4.
Diabolus turbator est nostrarum cogitationū. tom.2.fol.29.col.3.
Diabolus non dicitur proximus noster.tom.2. fol.27.col.4.
Diabolo quando datur locus.to 2.fo. col.
Diabolus maximè in nouitatis inuentione studet.to,1.f 258 col.3.
Diabolus etiam si vera prædicet non est audiēdus.to.1.ibidem.
Diaboli non credebant Christum esse Messiā. to 1.fo.162.col.1.
Diaboli diem iudicij timent.t.1.ibi. col.2.
Diabolus pauoni assimilatur to.1.fol.171.col.3.
Diabolus abstinente fugit.tom.1.fo.185.col.3.
Diabolus ab effectu immundus appellatur.t.1. fol.196.col.4
Diabolus caput est impiorum,t.2.fo 197.col,2.
Diabolus diligi non potest. ibidem.
Diabolo adhærere,& illū sustinere idē est, ibi.
Diabolus suis nullum dat premium.to 2.f.199. columna 4.
Diaboli non habuerunt potestatem in animas iustorum ante Christi aduentum in sinum Abrahæ.to 2.f 209.
Diabolus qualiter in Iudam intrauerint. to. 2. fol.324.col.1.
Diabolus quare fulguri cōparatur.t 2.f.15.co 2.
Diaboli quinque notantur vitia.t 1 f.150.col.3.
Dicere Dei est eius facere.to.1.fo.12 colu 1.
Dicta Prophetarum de libertate Israel in Christi aduentu spiritualiter sunt intelligenda. to.1.fo.155.col.1.
Diebus festis quare ab occupationibus cessatur.to 1 fo.151.col.3.
Dies iudicij dies retributionis dicitur. tomo.1. fol,1[illegible] col.4.
Dies iudicij dies Christi dicitur,t.2.f.229.co.4.
Dies iudicij à nemine sciri potest sine Dei reuelatione.tom,2.fol.314.col,3.
Dies azimorum quis dicatur.t 2.f.325 col 2.
Differentia inter diem sabbathorum, & diem sabbathi.to 1.fo.151.col.2.
Differentia visionis boni & mali Angeli. to.1. fol.12.col.4.
Differentia veri à falso prophetæ.t.2.f.59.co 4,
Differentia Dei & idolorum to.2.fo.197.co 2.
Differentia libelli repudij à dimissionis vxoris nouæ legis.to.2.fo.202.col.2.
Diffidentiæ nostræ origo.to.1.fo.15 col.3.
Diffidentia ab orationibus, perseuerantia nos semouet.to.2,fol,50.col.3.
Digitus Dei virtus Dei dicitur.tom,2.fo. 132, columna 4.
Dignitas hominis per peccatum cecidit.to 1. fol.69.columna.2.
Dilectio inimici maioris meriti est quam amici. to.1.fol.233 col 2.
Dilectio proximi modum seruare debet.tom.1. fo.127.colum.4.
Dilectio Dei cum naturalis sit quare præcipiatur.to 2.fol,28,col.2.
Dilectio Dei prior est ratione, & natura dilectione proximi to 2.fo 141.col.3.
Dilectionis Dei multa.to.2.fo,26,col.3.& f.27. colum.2 &,3.
Dilectionis proximi quam plurima.to.2.fol.29. col. 4.& sequentibus ibidem.
Dilectio a voluntate oritur, to.2. fo.col.
Diligentia iustorum est Deo placere. to 1.fol,6. columna.4.
Diligentia hypocritæ quid.ibidem.
Diluuium quare omnia animalia terrestria suffocauerit to.2 fo.149.col 1.
Discendum prius quam docendum est.tom.1. fol 107.columna.2.
Disceptatio malorum & bonorum in die iudicij in tempore erit,t.2 fo,318.col,3.
Discipulo quare non sit permissum ire ad sepeliendum patrem.to.1.fo.333.col, 2.
Discipuli Christi ministri sermonis. to.1.fol,3. columna.3.
Discipuli minores septuaginta duo fuerunt.t.2. fol.2.columna.3.
Discipuli quare bini mittebantur.t.2.f.2.col.4.
Discipuli Christi mundum virtute diuina superarunt.to.2.fo 7.col.1.
Discipulis quare præceptum est pacem offerre hospitibus.to.2 fo.9 col.1,
Discipuli existimabāt Christum temporaliter regnaturum.to.2.fol.304.col.2.

Discipa-

Discipuli existimantes Christum temporaliter regnaturum non peccabant mortaliter ibi. columna,4.
Discipuli quare de primatu contendebant.t.2. fo.331.columna.2.
Discipuli quare in Christi apparitione turbabātur.to.2 f.371.col.4.
Discipuli Christi tribus casibus puluerem excutiebant.to.2.fo.11.col.4.
Discipuli Christi potestatem habebant calcandi omnia animalia venenosa.tom.2.fol.16. columna.1.
Discipuli euntes Emaus qui fuerint. t 2.f.359. columna.4.
Discipuli euntes in Emaus statim post meridiē Christum inuitauerunt.tom 2 fo.365.col.4.
Discipuli Ioannis in ieiunio summa perfectionem ponebant tom 1.fo.185. col.4.
Discipuli Ioannis se de oratione iactabant.fol. 184.columna.1.
Discipuli Christi non ieiunabant ieiunia supererogationis.ibidem col.2
Discipuli Christi filij sponsi.t.Christi sunt.ibid. columna 3.
Discipuli Christi sunt qui habent charitatem. to.1.fo.190 columna.2.
Discipuli Christi in dilectione cognoscuntur. tom.1.fo.115.col.2.
Dispensare in præceptis decalogi quādo Deus potest.to.1.f 187.col.2.
Disperdere,opus diaboli est.to.2.
Distantia quotuplex sit.to.2.fol.176.col.2.
Distare longius à Deo quid.to 2 f.170.col 4.
Dives non est sui dominus,sed omniū seruus. to.1 fo.199.col 1.&.2.
Dives quis dicendus est.tomo.2.fol.
Diuitem intrare in regnum cœlorū quare impossibile.to.2.fo.17.col 3.
Dives epulo ob tria damnatus est. to.2.fol.205. columna.1.
Dives epulo quare non nominatur. ibidem. columna,3.
Dives auaris ab omnibus vult adorari.ibidē.
Diuitis & pauperis differentia.t.2.fo.205.col,3.
Dives epulo animam Abrahæ & Lazari diuinitus cognouit.t.2.fo.211.col.2.
Dives epulo tatum à paupere Lazaro distabat, quantum gratia Dei à peccato.ibidem.
Dives epulo ob quid à Lazaro potius quam ab alijs auxilium petebat.to 2.fo.213.col.1.
Diuinitas Christi cū corpore fuit in cruce mortuo,& cum anima ad inferos descendente.t.2. fol.338.col.1.
Diuites à pauperibus regnum cœlorum emere debent.to.1.fo.199.col.4.
Diuites difficulter ad Deum accedunt.to.1.
Diuites in regnum Dei intrare possunt difficulter tamen.to.2 fol.244.col.3.
Diuites sunt in triplici differentia.ibid.col.4.
Diuitiæ veræ potius minuendo cupidinem, quam coaceruando thesauros adquiruntur. to.1.fo,198.col.3.
Diuitiæ quare spinis comparantur.to.1.fo.276. columna.3.
Diuitiæ magnas secum afferunt curas. t.2.f,92. columna 3.
Diuitias semper comitantur voluptates. to. 2. fol,93.columna.4.
Diuitiarum pericula.to 2.f.147.col.3.&.4.
Diuitiæ qualiter iniquæ dicantur. tom.2.f.291. columna.3.
Diuitiæ lingua Assyriorum mammona vocantur ibidem.
Diuitiæ temporales vanæ sunt. tom.1.fol.146. columna.4,
Diuitiæ & saturitas causa vitiorum. to,1.fo.57. columna.3.
Diuitiæ tripliciter haberi possunt.tomo.1.fo.2, columna.3.
Diuitias cōtemnere sine auxilio Dei nemo potest.to.2.fo 246.col.3.
Diuitiæ laquei sunt diaboli.tom.2.ibid.col.3.
Diuitiæ factæ sunt dominæ per obedientiam illis præstitam.to.2.fo.197.col.4.
Diuitias habere per se benedictio Dei est, & non malum.ibidem.
Diuitijs seruire malum est.ibidem.
Diuitiarum amatores lepori sunt maximè similes.to.2.fol.209.col.1.
Doctores scholastici decepti sunt in expositione aliquorum locorum scripturæ. to,2,f, 80. columna.4.
Doctores sine templo qui dicantur.t.1.fo.106. columna.4.
Doctrina prædicatorum bonis operibus sustentari debet.to.1.f, 138.col.3
Doctrina Christi per discipulos ab ore in os translata.to,1,fo,1,col.1.
Docere alios sine studio est Deum tentare.to.1. fo.150,columna.1.
Docens extra ecclesiam nō docet, sed seducit. to,1,fo,165,col,2.
Docere dupliciter contingit.tom.1.folio.196, columna,3,
Dominium in Deo in sua potentia fundatur, tom.1,fo,195,columna,1.

Domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominatio in Deo respectu creaturarum non est æterna. to. 1. fo. 40. col. 4.
Dominium orbis quare in Christi natiuitate describitur. to. 1. fo. 60, col. 4.
Domus iusti à Christo nō dicitur perfodienda, sed impij. to. 2. fol. 109. col. 1.
Domus ædificari quid in scriptura dicatur. t. 1. fol. 21. columna. 2.
Domus Pilati quantum à Caluario monte distet. to. 2. fo. 349. col. 1.
Dona gratiarum aliquando dantur peccatoribus. to. 2. fo. 129. col. 2.
Dona Dei vigilanter sunt seruāda. to. 1. f. 102. columna. 2.
Dona spiritualia in seipsis deficiunt si per ea nihil fecerimus. to. 2. fo. 271. col. 1.
Donum Dei quare absconditi dicatur, & q̄ reddēdum Deo integrū seruetur. t. 2. f. 271. co. 3.
Donorum exercitatio ad bona dupliciter prodest to. 2 fo. 272 col. 3.
Dona spiritualia aliquando occultanda sunt. to. 1. fo. 17. col. 3.
Dona Dei fratribus communicanda. to. 1. f. 35. columna. 1.
Dona à Deo data, ipsi offerenda sunt. tomo 1. fol 160 columna. 4.
Dona diuina ibi attribuit, pessimus genus superbiæ est. tom. 2. fol. 14 co. 4.
Donec in scriptura temporis æternitatem significat. tomo. 2 fol 218 col. 1.
Ducentæ & octoginta fuerunt inter philosophos de beatitudine sententiæ. tom. 2. fol. 72. columna. 4.
Duplex bonum operatur qui eleemosynā tribuit. tomo 2 fol. 207. col. 1.

E.

EA quæ nos tenemur manifestāda sunt. t. 1. fol. 171. columna. 3.
Ebrius cum flagitium perpetrat non peccat, peccat tamen in suo fonte inebrians se. to 2 fol. 321. col. 1.
Ebrietas inanua est omnium malorum. ibidem.
Ecce magnum quid significat. tom. 1. fo. & to mo. 2. f. 14. col. 4.
Ecce aliquando idē est q̄ vtique. t. 1. f. 32. col. 4.
Ecclesia iudicauit euangelium opus Dei esse, tom 1 fo. 1. columna. 3.
Ecclesia potuit iudicare de scriptura. ibi col. 4.
Ecclesia nunquam finietur. to. 1. fol. 20. col. 4.
Ecclesiæ nostræ quæ respiciunt Orientem. to. 1. fol. 65 col. 1.
Ecclesia contemnenda non est etiam si improbi in ea sint. to. 1. fo. 130. col. 3.
Ecclesia sponsa Christi est. to. 1. fo. 184. col. 2.
Ecclesia quare noluerit ecclesiasticos viros esse vxoratos. to. 1. f. 303. col. 2.
Ecclesia Dei vinci non potest t. 1. f. 310. col. 2.
Ecclesia humilitate incrementum suscipit. to. 2. fol. 100 col. 3.
Ecclesia quare assimiletur grano sinapis. tom. 2. fol 129. col. 4.
Ecclesia cur etiam vineæ assimiletur. tomo. 2. fol. 287. columna. 3.
Ecclesia quibus danda sit. fo. 288. col. 1.
Ecclesia Dominica in tamis instabilem conditionem hominum ostendere in officio conatur. to. 2. fo. 273 col. 3.
Ecclesia à tempore Apostolorum vtitur benedicere signo crucis to 2 fo. 373. col. 2.
Eclypsis in passione Christi facta, miraculosa fuit, & supernaturalis to. 2, fo, 353. col. 3.
Eclypsis in Christi passione vniuersalis fuit per totam terram. ibidem.
Electio facta in terra, factæ in cœlo correspondet. to 2 fol. 17. columna. 3.
Electores digniorem debent in prælatum eligere. to. 1. to. 190 col. 2.
Eleemosyna occultè est eroganda. to. 1. fol, 125. columna. 3.
Eleemosyna pauperibus non diuitibus erogan da est ibidem.
Eleemosynam non dare ex cordis siccitate prouenit to. 1 fol. 87. col. 4.
Eleemosyna iustitia vocatur, tom. 2.
Eleemosyna pio animo effecta non potest non esse Deo grata. tom. 2 fo. 207. col. 1.
Eleemosyna ex propijs bonis facienda est. t. 2. fol. 100. col. 4.
Eleemosynæ vilitatis ipsam faciētibus fo. 101. columna. 1. & 2.
Eleemosyna ob Deum solum non facta vilissimi est pretij. to 2 fol. 105. col. 2.
Eleemosyna secreto facienda est. ibid col. 3.
Eleemosyna in statu gratiæ fieri debet. ibidem.
Eleemosyna in Deum solum dirigi debet. to. 2. fol. 143. columna 4.
Eleemosyna qualiter faciēda sit. t. 2. f. 190, co. 3.
Eleemosyna alacriter facienda, t. 2. f. 192 col. 4.
Eleemosynæ laus to. 2 fo. 192. colum. 3. & 4. & fo. 141. & 144 per totum.
Elisabeth triplicem habuit prophetiæ spiritū. tom 1. fo. 40 col. 2.
Elisabeth quomodo cognata fit Mariæ. tom. 1. fol. 31. columna. 4.

Eliseus

Eliseus quare in aduentu Naamam non surrexit. to 1. fo 155. co. 2.
Episcopi proprium munus docere to. 1. f. 219. columna. 4.
Episcopi officium est prædicare. tom 1. f. 299. columna. 4.
Episcopi immediatam habent potestatem ordinis à Christo. tom. 2 f. 113 col. 2.
Episcopi potestatem habent quoad iurisdictionem à Papa ibidem.
Episcopi qui per simoniam vel alijs malis artibus episcopatum adepti sunt verè episcopi sunt etiam si non voluntate Dei ibidem.
Episcoporum residentia in suis ecclesijs. to 1. fo. 21. columna 1. 4. & f. 12 col. 1.
Epulones ventrem pro Deo honorant. tom. 2. fol. 204 col. 2.
Error perdit opus. to 2. fol. 78 col. 2.
Error de prohibitione laudum vocalium Deo exhibēdarum damnatur. t. 2. f. 278. col. 2. & 3.
Errores circa expositionem parabolæ filij prodigi refutantur. to. 2 fo 164. col. 3 & 4.
Esaias Euangelista dici meretur tom. 1. fol. 116. columna. 4.
Essentia diuina vnitur per modum luminis intellectui humano to. 1. fo. 204. col. 1.
Essentialia eadem sunt numero in personis diuinis. to. 2. fo. 21. col. 1.
Esuries omne necessarium ad vitam significat. to 1. fo 200. col. 2. &. 3.
Esuries iustitiam gignit. to 1 fo. 204 col 1.
Esurire est exoptare profectum in omni virtute. tom. 2. fo 200. col. 3.
Euangelistæ scribunt fundamenta themata & conclusiones. to 1. fo. 110. col. 4.
Euangelistæ quare de Ioanne Baptista, quā de Virgine Mariæ scripserunt. tomo. 1. fol. 133. columna. 2.
Euangelistæ allegantes scripturam solum sensum exprimunt. to. 1 f. 111 col 4.
Euangelistæ cur de Virginis Mariæ Assumptione nihil dixerunt. t 2. fo. 56. col. 2.
Euangelistarum concordia in annumeratione dierum transfigurationis. to. 1. fo. 316. col 2.
Euangelistarum concordia in hora, qua Christus Dominus crucifixus est. to. 1. f. 353. co 2.
Euangelistarum concordia de apparitione Angelorum & mulierū aduentu ad sepulchrū. to. 2, fo. 369. col. 1.
Euangelistæ multoties de se loquuntur quasi de alijs. tom. 1, fo. 332. col. 2.
Euangelistæ de quibus pharisæis mentionem fecerint. to. 2. fo. 259. col. 1.
Euangelium scribi debuit. to. 1. fo. 1. col. 3.
Euangelium quid. ibidem.
Euangelia sunt quatuor flumina à paradiso manantia. to. 1. fo. 1. col. 4.
Euangelij Lucæ tria excellentia ibidem.
Euangelium bonum nuncium sonat. to. 1. f. 15. columna. 4.
Euangelium in omni prouincia prædicatū est. to 1 f. 120 col. 3.
Euangelium Ioannis inter omnes scripturas eminentissimum est. to. 1. fo. 191. col. 3.
Euangelium miraculis fuit prædicatum. to. 2. fol. 75. columna. 2.
Euangelium vniuerso orbi prædicatum fuit ante excidium Hierosolymitanum. to. 2. f. 375. columna. 1.
Euangelium incredulis etiam prædicandum est to. 2. fol. 12 col. 1.
Eucharistiæ sacramenti quam plurimæ. tom. 2. fol. 328. col. 1. & f. 329 per totum.
Eucharistiæ nomine omne sacramentū intelligitur. to. 2. fo. 46, col. 3.
Euge interiectio designat affectum comendantis. to. 2. f. 270. col. 3.
Exaltatio præmium est humiliatis. t. 2. fo. 248. columna. 1.
Exercitus circundans Hierusalē ante eius euersionem quare abominatio dicitur. t. 2. f. 309. columna 2.
Excommunicatio Euangelium audite non interdicit. to 1. fo. 259. col. 1.
Expositio germana parabolæ de oue inuenta. to. 1 fo 161. columna. 1.
Expositio germana parabolæ filij prodigi. to. 2. fo. 164 col. 1 & 2 & fo. 165. col. 1. & 2.
Ezechias cur conuersus est ad parietem, vt oraret. tomo 1. fol. 115. col. 2.

F.

FAma non contemnenda. tomo. 1. folio. 20. columna 3.
Fama difficulter integre restituitur. tom. 1. fol. 243. columna. 2.
Fama bonorum non obscuratur. to. 2.
Fama bona stimulus est ad bene agendum. t. 1. fol. 229. columna 4.
Fama bona homines, in virtute conseruat. to. 1. fol. 232. columna. 1.
Familiæ maxima est habenda cura. to. 1. f. 239. columna 3.
Famuli tales sunt quales domini. tom. 2. fol. 208. columna. 3.

Fœminæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fœminę religiosiores sunt viris.tom.1.fo.266. col.1.
Festa celebranda sunt.tom.1.ibidem colum.2.
Festa quare stabilia.tom.1.fol 266.col.2.
Fides à solo Deo est.tom.1.fol.3.col.3.
Fides dispositio est ad perfectas operationes tom.1.fol.40.col,2.
Fides clarissimis testimonijs fulcita est. tom.1. fol.54.col.4.
Fides sola non sufficit ad animæ salutem. to.1. fol.89.col.2.
Fides fundamentum est Christianorum.ibidē col.3
Fides non denegabitur facienti quod in se est. tomo,1.fol.120.columna.4.
Fides ea quæ supra rationem humanam sunt credit.tom.1.fol 165.columna.4.
Fides leprosi maior fuit fide Centurionis tom. 1.fol.170.col.1.
Fides duplex est.tom.1.fo.257 & to.2.fol.219. columna 1.
Fides in scriptura pro fide viua sumitur.ibidē.
Fides sola quare non iustificet.ibidem.
Fides initium est beatitudinis.tom.1.fo. 196. col.4.
Fides virtus Theologica propriè non dicitur donum.tom.2 fol.219.col 1.
Fides quæ est virtus in nostra potestate est. to. 2 fol 216.columna 2
Fides quæ est donum non est in nostra potestate.ibidem,
Fides vera non disputat, sed rationem mysterijs subijcit.ibidem.
Fides sine charitate esse potest. ibidem.col.3.
Fides à fidendo dicitur. tom 1.fol.230.colu.2.
Fides qualiter dicatur saluare peccatores.to.1. fol.264 columna 4.
Fides origo est vitę spiritualis,ibidem.
Fides viuæ à mortua differētia.to, 2.fol 257.c.2.
Fidei finis.tomo.2.fol.259 columna.1.
Fides Romanæ Ecclesiæ nunquam deficiet. tom.2.fol.333.columna.4.
Fides cum amicismaximè seruanda. tomo.1. folio 244.col.2.
Fidelis qualiter ad confessionem fidei teneatur.tom.2 fol.89.col.2.
Fidelium plures saluantur, quam damnātur. tom.2 fol.270 colum.4.
Filius pacis quis dicatur.tom.2,fol.9.colum.3.
Filij negotio Euangelico à parentibus non dependent.tom.2 fol.116.columna,4.
Filius hominis qualiter dicatur nescire diem iudicij.tom.2.fol.314.
Filij sæculi qualiter prudentiores filijs lucis dicantur.tomo.2.fol.191.columna.2.
Filiatio per adoptionem nihil prodest Christiano sine virtutibus.tom.2.fol.23. columna.4.
Fimbria quid.tom.1.fol.293. columna.2.
Fimbrię cur à Iudæis deportabantur. ibidem.
Finis omnibus in rebus Christus est.tom.2.fol. 126.columna,2.
Finis operis à Deo magis attenditur. tomo. 1. fol.202.columna 3.
Firmitas status voto stabilitur tomo,1.folio.29. columna.3.
Flatus ventorum aliquando humectat, & aliquando exiccat,tom.2.fol.117.columna 2.
Fletus qualiter esse dicatur in damnatis. tom. 2.fol.130 columna 2.
Fletus arma sunt piorum.tom.2.fol. 241.co.1.
Fomes peccati post baptismum manet. tomo. 1 fol.134.columna.2.
Fomes peccati quale malū sit.to.2.fol.48.co.1.
Forma baptismi Ioannis quæ fuerit.tom.1.fo. 115.columna.3.
Fornicatio simplex contra legem naturalem,& diuinam est.tom.2.fol.242 columna.1.
Forte vbi nulla est dubitatio ponitur in scriptura tom.2.fol.117.col 4.
Fractio qua Christus fregit panem in Emaus miraculosa fuit tom.2.fol.367.columna.3.
Fratres quatuor modis aliqui in scriptura dicūtur.tomo. 1.fol 280 columa.1.
Fructus charitatis.tom.1.fol,7.columna.3.
Fructus prædicationis soli Deo tribuendus est. tom.1.fol.168.columna.1.
Fructus passionis Christi maximus fuit.tom.2. fol.353 columna.4.
Furiosi fugiendi.tom.1.fol.157.columna.2.
Futurorum contingentium non est certa cognitio.tom.2.fol.326.columna,2.

G

Gabriel Princeps est suæ Hierarchię.tom. 1.fol.19.columna.1.
Gaudium in Deo est tanquam in obiecto, & fine.tom 1.fol.42.col.1.
Gaudium nativitatis quare magnum dicatur, tom.1.fol.69 columna.3.
Gaudium mundi fallax.ibidem.
Gaudium cœleste homines de se obliuisci facit.tom.1.fol,78.columna.4.
Gaudium delectatio est quæ sequitur rationē. tom.1.fol.203.colum.3.
Gaudium in voluntate suscipitur.ibidem.
Gehenna timenda est.to.2.fo.87.col 4.
Gemmæ non sunt datæ,vt illis peccemus.to.2. fo.204.col.3
Genealogia Christi continet septuaginta & sex personas.to.1.fo.136 col.1
Generatio pro generatis aliquando sumitur. to 1.fo 248.col 3
Genesatia ciuitas est Arabiæ.to.1.fo.286.col.4
Genesaræi qualiter Christum timuerint. tom. 1.fo.289.co 1
Gentiles nullum occiderunt prophetam. to.2. fo.82.col.2
Genus vindictæ laudabile.to 2.fo.46.col.4.
Gens popularis paratior est ad correctionē potentibus.to. 1.fo 83.col,2
Gloria sanctorum à morte incipit,to.2. fol.209 col.4
Gratię infusio à solo Deo est. to.1,fo.122.col.2.
Gloria seculi fugienda,to,2.fo.142 col.2.
Glorificari & gloriose glorificari differentia.to, 2.folio.125 colum.2
Gradus redeundi in Deū tres to.2 fo.180.co.4
Gratia totam Mariam occupauit,tomo.1. folio 22.colum.3
Gratia cur non datur nobis copiose,tomo.1.folio 125.col.2.
Gratia præsupponit naturam,to 1 fo.119.col.4
Gratia euangelij obseruantia cerimoniarum liberos fecit,to.1.fo.152.colum 3.
Gratia prædicandi donū Dei est.to.2.fo.5.co.3
Gratia primę non cadit sub mer.to.tom.1.fol. 225.col.3.
Gratia suo bono vsu augeri meretur,tom.2.fo. 272.colum.2
Gratiæ pro beneficijs Deo agendæ tomo.1.folio 52 col.2.
Gloria impiorum morte finitur. ibidem.
Gratia est quando homini Deus materiam sustrahit peccandi,tom.1.fo 157 col.1
Gula mors est animæ & corporis,t.1.fo.205.c.2

H

Habentes Deum omnia habent. tom.1. fo. 23.col.3
Habentes Deum de Deo loquuntur.to. 1.fo 57. col.1
Habitus dissuetudine delentur,to.2. fo.171.c.1
Habitus in malis peior est, quam actus.tomo. 1.fol 236.col.3.
Habitus potentiam reddit facilem.tomo.1.fol. 187.col.3
Hebræi ea per prophetas quærebāt de quibus dubitabant.tom 2.fo.241.col.1
Hebręi genitiuo pro nominatiuo vtuntur.to.2. fo 191.col.2
Hebræi pro prima die, vna dicere solent.to.2. fol.357.col. 2.
Hæmorrhoissa fuit prima quæ tetigit vestem domini,to.1.fo.293.col.1
Hęretici quare scripturas legant,to.1.fol. 149 colum.4
Hæretici prohibendi sunt à ministerio verbi diuini,tom.1.fo.163.col.1
Heretici qui sint censendi,tom. 2.fo.218 col. 1.
Hæretici Euangelium audite possunt. tomo.1. fo.269. col.1
Hæreticos non tenemur corrigere,tom. 2. fol. 218.col 2
Hæreticis non licet Deum patrem appellare, tom 2.fol.44.col.1
Herodes venale fecit sacerdotium, tom.1. fol. 13 colum.3
Herodes Ioannem Baptistam timebat,to.1.folio 132 col 4
Herodes quare Christum videre desiderauerit tom.2.fo 345.col.3
Herodes quare inimicus erat Pilati, tom.2. fol. 346. colum.3
Hydropisis descriptio,tom.2.fo.139.col.2
Hierusalem quare non fuerit saluata quando quidem Christus eam saluare voluit,tom.2. fol. 133. col.2
Hypocrisis abominabilis est apud Deum,tom. 2.fol. 200.col.3
Hypocritarum duplex est fictio,tom.2. fol.84. colum 2
Hypocrisis definitio,ibidem.
Hypostasis Christi eadem fuit post mortē quæ ante,tom.2.fol.354. col.2
Historialis consequentia in scriptura non semper potest stare,tom.1.fol.119. col.2
Hystoria Noe & Lot,ad omnia tempora referendæ sunt,tom 1 fol.151. col.2
Holocaustum quid,tom 1.fo.312. col.3
Holocausti à sacrificio differentia.ibid.col.4
Homicidę irregularitate puniuntur,tom.2 fol. 241.colum.4
Homo superbit honore,tom.1.fo. 9.col.2
Homo dominus est suæ voluntatis,to.1.fo.74. colum.1.
Homo in scriptura dicitur qui iustitiam sequitur,tom,1.fol.85.col 3
Homo à principaliori patre spiritus dicitur, ab inferiori aīa,ab exteriori caro,to,1.f.120.co.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo cum Dei auxilio se potest disponere ad gratiam.to.1.f.122.col.1.
Homo in scriptura quasi arbor censetur. to. 1. fo.124 columna 2.
Homo dispensare potest in præceptis partim moralibus,& partim cerimonialibus.tom.1. fo.187.columna.2.
Homo per se potest facere malam, non tamen bonum.to.2.f.239.col.1.
Homo aliquid habet in operibus virtutis. to.2. fo.240.columna.1.
Homo dupliciter potest esse dignus bono diuino.to.2.fo.9.columna.4.
Homo naturalius diligit Deū quam seipsum. to.2.fo.18.columna.2.
Homo magis debet seipsum diligere quā proximum.to.2.f.30.col.3.
Homo magis debet diligere secundum naturam interiorem, quam exteriorem,ibidē.
Homo magis tenetur diligere Deum quam seipsum.to.2.fo.30.col.3.
Homo magis tenetur diligere proximum, quā suum corpus.ibidem.
Homo qualiter necessarius Deo dicatur. to.2 fo.46.columna.2.
Homo per peccatum constituitur debitor Dei ad pœnam.fo.46.col.4.
Homo in scriptura non dicitur malus malitia naturæ.to.2.fo.53.col.2.
Homo qualiter à diabolo obcæcatur.to.2. fo.57 columna.3.
Homo sua libertate bonum & malum facere potest.to.1.fo.121.col.2.
Homo in esse moris absolutè bonus & malus esse non potest.ibidem.
Homo per peccatū potestate non libertate privatur.to.1 fo.227.col.1.
Homo sine gratia aliqua bona moralia agere potest.to.1.fo.262.col.3.
Homo quare in prima sua creatione non fuerit à Deo laudatus.to.2.fo.104.col.1.
Homo in peccato mortali libertatem habet eleuandi se à peccato,non potestatem. tom.2. fo.168.columna.1.
Homo ante iudicem quando delictum confiteri tenetur.to.2.fo.186.col.2.
Homo dupliciter perdi potest.tomo.2.fol.292. columna.1.
Homo aliquando in malam partem sumitur. to.1.fo.201.columna.2.
Homo in beatitudine omnino immutatur. t.2. fo.201.columna.3.
Homo in mendacio peior est diabolo.tomo.1. folio.116.columna.3.
Honor Luciferi Ioanni Baptistæ est datus.to.1. fo.129.columna.1.
Honor virtutis est præmium.to.27. fo.2.col.4.
Honor Dei magis est desiderandus,quam beatitudo nostra.to.2.fo.45.col.2.
Hora mortis quare Dominus noluerit à nobis sciri.to.2.fol.111.col.2.
Hospitales non esse peius est peccato Sodomorum.tom.2.fo.12.columna.2.
Hostis maligni natura.to.1.fo.2.col.3.
Humanitas Christi instrumētum est immediatum diuinitatis.to.1.fo.161.col.4.
Humanitas Christi si per impossibile in peccato mortali discessisset gloria æterna priuaretur. to.2.fo.134.columna.1.
Humanitas Christi causa est instrumentalis nostræ resurrectionis,to.2.fo.268.col.4.
Humilitas vera in honoribus splendet. tom.1. fol.118.columna.4.
Humilitas gratiam conseruat.ibidem.
Humilitas Deum esurijt.tom.1 fo.47.col.1.
Humilitas Mariæ quanta fit.tom.1.fol.35.co.3.
Humilitatis duplex modus.to.1.fol.37.col.4.
Humilitas sumitur pro abiectione. to.
Humilitate immortale nomē comparatur. t.1. fo.135.col.3.&.4.
Humilitas intelligentiam parit. tom.2 fol.238. columna.4.
Humilitas cordis vera.to.1,fo.259.col.1.
Humilis tutior est constitutis in dignitate.to.1. fol.221.columna.4.
Humilior qualiter alijs dicatur maior. tom.1. fol.328.columna 4.

I.

Iacob & Heli fratres non fuerunt. tom.1.fo. 137,columna.4.
Iacobus fuit primus martyr Apostolorum. tom.1.fol.191.col.4.
Ieiunium telum est ad superandas tētationes. to.1.fo.241.col,4,
Ieiunium corpori & animæ est utile.ibidem.
Ignorantia à lege naturæ non excusat.tomo.1. fo,212.columna.4.
Ignorantia quotuplex.to.2.fo.115.col.4.
Ignorantia quando à peccato excusat fol.116. columna.1.
Ignorantia omnium malorum est fundamentum.tom.2.fo.167.columna.3.
Illuminatio cæci facta à Christo appropinquāte Hierico alia est ab ea quam Marcus, & Matthæus narrant. tomo.2 fol.255. colum.2.
Imperatiuus in scriptura aliquādo optantis est. tom.2.fo,45 columna.1.
Imperandi appetitus procedit ex ignorantia sui.to.2,fo,140.columna.3.
Imperandi mundi lapsu temporis finiuntur. to.1.fo.20,columna.4.
Imperio præceptorum Dei sine eius dilectione non est meritoria vitæ æternæ.t.1.fol.202. columna 1.&.2.
Impossibile in scriptura pro difficile ponitur. to.2.fol.221.columna.3.
Impossibilitas non præ tenditur per impossibile,sed raritas.tom.2.fo.216.colu.3.
Incarnatio Christi misericordia facta est. to.1. fo.44.co..4.& fo.,9,col.1.
Incarnationis mysterium potentia Dei dicitur. to.1.fo.45.columna.3.
Incarnatio Verbi non cadit sub merito.tom.1. fo 56 columna 3.
Incertitudo mortis consilium est ad vitam cōponendam.tom.2 fo.109.col.4.
Incipere multorum est, paucorum verò perseuerare to 2.fo.126.col.4.
Inconstantia in virtute aliquando ab externo prouenit.to.1.fo.176 col.3.
Indumentum signum est peccati. to.1.fol.66. columna.1.
Indurati difficulter resurgunt à peccatis.to.1. fol.236.columna.3.
Infamia quæ dicatur.to.2.fo.186 col.1.
Infamia non fuit Christo cum infamibus tractare.to 2 fo.160.columna.1.
Infernus mortem impij expectat.tom.2.f.209. columna 3
Infernus quare timendus. tomo.1. folio.203. columna.2.
Infideles diabolum habent regem.tom.1.f.27. columna.3.
Infidelium opera aliquando peccata non sunt. to.1.fol.262 columna.3.
Infirmitates quas Christus reliquit perfectiones sunt virtutum.to.1.fo.79.col.4.
Infirmitates vtiles sunt. tomo.1. folio. 155. columna.3.
Infirmitas animæ sine propria fide sanari non potest.to.1 fo,174 columna.3.
Infirmitatis à langore differentia.to.1.fo. 299. columna.1.
Ingratitudo pessimum est vitiorum. tomo.2. fo.227.columna.3.
Ingratitudo hominum quanta sit. to.2,fo.60. columna.1.
Inimicus dupliciter consideratur. tomo.1. folio 206.columna.3.
Inimicus, qualiter necessario diligendus sit. ibidem.
Inimicus à cōmuni oratione excludendus non est.ibidem columna.4.
Inimicum alloqui debemus ad cuitanda scandala ibidem.
Inimicus magnis bonis nos afficit. folio. 107. columna.4.
Inimicus fœnum est peccatorum. to.1 fol 108. columna,1,
Inimicus alios persequens se occidit.folio.209. columna.2.
Inimicus potius vincitur bonis operibus, quam malis.to.1.fo.211.col.2.&.3.
Inimicus corde,ore,& opere est diligendus. ibidem.columna.4.
Iniuriarum punitio Deo incumbit.to.1 fo.218. columna.3.
Iniuriæ illatæ Christo quare blasphemiæ dicantur.tom 2.fol.342 columna.4.
Iniuriantis ignoscere ex fide procedit. tomo. 2. fo.218 columna.4.
Iniustitia via obliqua dicitur. to.1.fo.119.col.3.
Institutio baptismi Ioannis à Deo fuit.tomo.1. fol.115 columna.3.
Intellectus hominis ligatus est.tomo.1.fol.44. columna.4.
Intellectus à quo moueatur ad assentiendum rebus fidei.to,2,fo,26 columna.3.
Intentio animæ eius operationes illuminat.t,2. fol 77.columna.4.
Intentio imprimit speciem operi.ibidem.
Intentio bona quid. folio. 78. columna.2.
Intercessio sanctorum maxime est vtilis. to.1, fo.160.columna 1.
Interrogatio in scriptura dupliciter solet fieri, tom.2 fo 368 columna 1.
Intuitus Christi ad Petrum spiritualis fuit, & non corporalis.tom.2,fo 342.col.2.
Inuidia charitati opponitur. tomo.1,folio.237. columna 4.
Inuidia omni bono opponitur.to.1. ibidem.
Inuidia nulli vitio opponitur. ibidem.
Inuidus discipulus est diaboli ibidem.
Inuidis omnia cooperantur in malum ibidem.
Inuidi solum considerant opera mortua. to,1, fol.186 columna.1.
Iob quare ministerio dæmonis à Deo fuerit correctus tom.2,fo,15,columna, 4.
Ioannes Baptista finis fuit veteris testamenti. tom,1,fo,14 col,1,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannes Baptista principium noui testamenti, ibidem.
Ioannes ad duo venit, to.1.ibidem.col.4.
Ioannes Baptista corda patrum in filios conuertebat, ibidem.
Ioannes Baptista meruit spiritum alijs tomo.1. fol.37.col.1.
Ioannes Euangelista propter Baptistam sortitus est nomen, tom.1.fo.51.col.2
Ioannes Baptista quare hoc nomine nominetur, ibidem.col.2.
Ioannes à natiuitate missus, tom.1.fol.53.col.3.
Ioannes Baptista natus est apostolus, ibidem.
Ioannes Baptista suo baptismo non remittebat peccata, tom.1.fo.58.col.4.
Ioannes.15.annis vixit in solitudine, tom.1.fol. 60.col.3.
Ioannes Baptista completis triginta annis cœpit prædicare, tom.1.fo.111 col,1.
Ioannes Baptista sanctitatis paternæ fuit imitator tom.1.fo.115.col.2.
Ioannes Baptista institutor fuit sui baptismi, ibidem, col.3.
Ioannes Baptista primus omnium prædicauit regnum cœlorum.tom.1.fol.116 col.2.
Ioannes Baptista quare dixerit Christum post se venturum, tom.1.fo.128.col.2.
Ioannes Baptista quia iustus erat ieiunabat, tomo.1.fo.184.col.1.
Ioannes Euangelista solus fuit virgo inter apostolos, tom.1 fo.196.col.2
Ioannes Euangelista mortuus fuit & resuscitatus corpore & anima, tom.1.fo.191.col.4.
Ioannes Baptista legem nouam non inchoauit sed fuit dispositor eius, to.2 fol.201.col.1.
Ioannes Baptista quare plusquam propheta dicatur & angelus, tom.1.fo.245.col.2.&.3.
Ioannes Euangelista quare calamitates, venturas super Hierusalem non narrauit, tomo.2. fol.305.col.4.
Ioseph commendatio, to.1.fo.20.col.1.&.2.
Ioseph patet Christi legalis fuit, ibidem.
Ira Christi imperium rationis nõ præueniebat, tom.1.fol.189.col.1.
Israelitæ non poterant contrahere matrimonium cum gentibus, tom.1.fo.341.col.1.
Iudas non credidit Christum esse filium Dei tom.1.fo.192.col.2.
Iudas quare semper proditor nominetur ibid.
Iudæi Christum intellexerũt nasciturum in Bethlehem: tom.1.fol.64.col.1.
Iudæi infirmos poterant curare in sabbatho. tomo.2 fol.137.col.4.
Iudæis mille passus licebat in sabbatho ambulare, tom.2.fo.186.col.2.
Iudæi quare extra ciuitatem sepeliabantur, tomo.1.fol.231.col.1.
Iudæi ob quid dispersi sunt per orbem & Iudæa est deserta, tom.2.fo.133.col.3.
Iudæi maiorem habebant laborem in non credendo Christum Messiam quam in credendo, tom.2.fo.134.col.3.
Iudæi quibus argumentis vtebantur ad probandum Christum non esse Messiam ibidem, colum.4.
Iudæi quare duos offerebãt agnos in sabbatho, tom.2 fol.137 col,4
Iudæi quare accusabant Christum in sabbatho curantem, tom.2.fo.138.col.3.
Iudæi duplicent fecerunt concilium aduersus Christum, tom.2.fo.343.col.2.
Iudæi ob quid vnum hominẽ in die paschæ deuictum populo dimittebant, tomo.2.fo.347. columna.2.
Iudæi quare Simeon Cirenensem ad portandã crucem angariauerunt, tomo.2. folio. 349. columna.1.
Iudicare quomodo competat apostolis, tom.2. fol.247.col.4.
Iudicare quid tomo.2.ibidem, col.4.
Iudicare quibus modis contingat, tomo. 2.ibidem, col.4.
Iudicare ex signis quando liceat, tom.1.fol.216 col.4.& fol.217.col.1.
Iudicia Dei maximè differunt à iudicijs hominum, tom,2.fo.200.col.3.
Iudicium temerarium à quo proueniat, tom.2. fol.39.col.4 & to.1.fo.217.col.1.
Iudicium hominis apud Deum fallax est to.2. fol.60.col.2.
Iudicium sine charitate in crudelitatem cõuertitur. tom.2.fol.81.col.2.
Iudicia apud veteres in portis fiebant vbium tomo.1.fol.310.col.1.
Iudicium vniuersale ex parte Dei & nostra fieri est expediens, tom.2 fol.316.colum 1.
Iuramentum immutabilitatem consilij Dei significat, tomo.1.fol.230.col.1.
Iustitia vera internam pietatem requirit, to.1. fol.184.col.2.
Iustitia nostra soli Christo tribuenda est, tom.1 fol.181.col.2.
Iustitia originalis homini concessa fuit tanquã primo genitura, tom.1.fol.190 col.4.
Iustitia in principio mordere videtur reum, in fine verò non, tomo.2.fol.233.col.3.

Iustitia

Iustitia vera compassionem habet & non dedignationem. to.1.fol.260.col.2.
Iustitia distributiua quid. to.2,fo.296.col.1.
Iustitiæ officium. to.2.fo.54.columna.4.
Iustitiæ defectus incrementum est discordiæ. to.2.fo.63.columna.1.
Iustitiæ obseruatio pacem gignit. ibidem.
Iustus laude se humiliat. to.1.fo.35.col.3.
Iustus in via Dei delectatur to.1.f.42.col.2.
Iustus etiam de bono alieno gaudet. to.1.f.44. columna.4.
Iustus peccatum veniale ferre non potest. to.1. fo.85.columna.4.
Iustus morte lætatur. tom,1.fo.90.col.4.
Iustus domus Dei est. tom.1.fo.117. col.4.
Iustus in hac vita maiores consolationes habet impio. to.1.fo.120.col 1.
Iustus quomodo seruus inutilis dicatur. to.2. fol 219.columna.4.
Iustus nihil est satis præter Deum. to.2.fol.247. columna.3.
Iustus duplex retinet præmium. tom.2.fo,249. columna.2.
Iustus mortem desiderat. tomo.2.folio.209.columna.3.&.4.
Iustus tribulatione illustrior redditur, tomo.1. folio.245.columna. 3.
Iusti vita non est tota afflictio. tomo.1.fo.34. columna.2.
Iusti quare timeant iudicium. tomo.2.fol.313. columna,4.
Iustum ex iniusto facere maius est quam mundum creare. tom.2.fo.58, col.3.
Iustificationes ad iudicialia pertinent. to.1.f.8. columna.4,
Iustificatio beatitudini cœlesti assimilatur. to.1. fo.264.columna.3.
Iustificationis acceptiones. to.1.fo.249.col.3.

L.

LAbor pro Christo gloriosum fructum præbet. to.1 fo 167.col.2.
Labor medium est ad promerendum cœlum. to.2,fo.121.col.4.
Labores Christi medicinæ extitere nostrorum peccatorum. to.2.fo.156.col.3.
Lachrymæ omnibus inimicis nostris aduersantur. to.1.fo.217.col.1,
Laici in porticum templi Salomonis intrare poterant. to 2.fo.82.col.3.
Lapidatio contra occisionem non distinguitur sicut species contra genus. to.2,fo,132, col.3.
Largienti eleemosynam nunquam deficiẽt necessaria, tom.2.fo.105.columna, 4.
Laudate Deum idioma cœleste est. to.1. fo.237. columna.2.
Laudare seipsum quando liceat. t 1.f.229.col.1.
Laus humana fugienda. to.1.fo.163.col,2,
Laus Christiani est persecutiones pro Christo pati, to.1,fol.183.col.4.
Laudes vocales à Christianis à primo ortu ecclesiæ redditæ sunt. to.1.fo.278.col.4.
Legio quid. to.1.fo 287.col,3.
Leprosus quare præcipiatur se ostendere sacerdotibus, to.1.fo.171.col.4.
Leprosi quare à Christo ad sacerdotes mittebantur. to.2.fo.224.col.2,
Lex Dei vt quid data to,2.fo.199.col. 1.
Lex Dei iugum quare appellatur. to.1.f.8. co.3.
Lex Dei magnum donum est. to.1.f,78.col 3,
Lex potius est attendenda secundum rationẽ quam secundum eius verba tom.1,fo,170. columna.4.
Lex legi aliquando cedere cogitur. to.1.f.186. columna.4.
Lex humana qualiter sit interpretanda & quãdo. ibidem.
Lex Christi in sua autoritate, fundatur. tomo.1. fol.195.columna 2.
Lex Dei quare difficilis videatur. to.2.fol.199. columna.1.
Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem præparatoria fuerunt. to.2 fo.201.col.1.
Lex vetus peccatum non potuit dimittere. to.2. fo.214.columna,1.
Lex Christi omnes leges exuperat. to.1.fo.199. columna.4.
Lex noua veteri correspondet in benedictionibus & maledictionibus, tomo.1.fol,204. columna.3.
Lex naturalis in cordibus nostris insita est. t.1. fol,213.columna.1.
Lex Christi quare leuis sit. to.2,fo,127 col 3.
Lex Christi de Sion exiuit. tomo, 2. folio. 135. columna.3.
Legi nouæ noua conueniunt vocabula. tom.2. fo.45.columna.1.
Legis naturæ duo sunt communia præcepta. to.1.fo.212.col.4.
Legis nouæ ab antiqua differentia. to.2.f 320. columna.2.
Libido imperandi iustitiam pernertit. t.2.f.233. columna.2.
Liberalis nunquam caret amicis. tom.1.fo,218, columna,2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liberalitas necessaria etiam propter Deū, elargitur,tomo.2.fo.208.col.2
Libertas à potestate differt,to.1.fo.227.col.1
Libertas liberi arbitrij quanta sit,tomo.1.fol.275.col.4.
Lingua magis nocet quam manus,tomo.2.fol.213.col.1.
Lingua in corde esse quid,tom.2 fol.60.col.3.
Literatus sine virtute stultus est,tom.2.fol.24.colum.2
Locus ad bonum aptus eligendus est.tomo.1.fol 115.col.2
Locus desertus vtilis est vt Deo seruiamus,tomo.1.fo.165.col.1
Loca quæ in scriptura campestria nominentur tom.1.fo.195 col.1
Loca sacra maximè veneranda sunt, tom.2.folio 266.col.3.
Locus ascensionis Christi non fuit in Bethania sed in monte Oliueti,tom.2 fo.376.col.1
Loculus quid,tom.1.fo.235.col.1.
Locutiones vniuersales scripturę non sunt intelligendæ in rigore logico,tomo 1. foli. 133. colum,3.
Lucas Christum in carne non vidit,tomo.1.folio.3.col.2
Lucas non tradidit omnia ad salutem necessaria,tomo.1.ibidem.
Lucas quare in prędicatione Ioannis principes numerat,tom.1.fo.113 col.3.
Lucas quare genealogiam Christi nō numerat, vt Matthæus,tom.1.fo.136.col.2
Lucas in narratione tentationum naturalē ordinem non seruat,tom 1.fo.146.col.1.
Luctus prudentiam gignit,to.1 fo.104.col.3
Ludere quibus modis accipiatur in scriptura, tom.1 fo.105.col.1
Luxuria cebetat intellectum,tomo.1.fo.96. columna 2.
Luxuria omnia bona gratia consumit,tomo.2, fol.172.col.3.
Luxuria fugiendo vincitur, tom.2 ibidē.col.4.
Luxus vitiorum est fomes,tomo.1.folio.177. columna.1.

M

MAgistratus omnem obedientiam debet Deo & ecclesiæ Romanæ.t.2.f.298.c.2
Magistratus secularis ecclesiam defendere tenetur,ibidem.
Magistratus ecclesiasticus non est prohibitus in illis verbis,reges gentium,&c. tomo.2.folio.352.col.1
Magnanimitas ex quo nascatur,t.2.f.230.col,2.
Magnus est qui à Deo commendatur,tom.1. fol.13.col.4.
Malitia intentionis ad malitiam operis sufficit, tomo.2.fo.78.col.2.
Malitia persequenda,to.1.fo.208.col.1.
Malitia sæpe confunditur ratione veritatis,corrigitur nunquam,tom.2.fo.285.col.2
Mali in obscenis exultant:tom.1.fo.39.col.2.
Mali mala & non bona proximorum narrant, tom.1.fo.53.col.1.
Mali ex voluntate mali sunt,tomo.1.folio.74. colum.1.
Mali mala perficiunt,non tamen bona, tom.1. fo.102.col.1.
Mali loca apta ad mala quęrunt,tomo.1 fo.115. colum.3
Malus post mortem radices in terra relinquit, tom.1.fol.124.col.4
Mali in hac vita vtiles sunt bonis,tom.1.fo.130. colum.1.
Nali semper impeius pro sunt,to.1.fo.131.col.1
Mali nihil intentatum relinquunt, tomo.1.fol. fol.148.col.2.
Mali in malis Deum agnoscunt,tom.1.fo.173. colum.1.
Mali immobiles sunt ad bonum.t.1.f.173.co,3.
Mali mirabilibus Dei obstinatiores reddūtur, tom.1.fo.189.col.3.
Mali diabolo adhærent sicut membra capiti. tom.2.fo.197.col.2.
Mali iacturas proximorum parui faciunt,to.2. fol.215.col.1.
Mali cor habent in lingua,tomo.2,folio.60.columna.3.
Mali exteriora tantum curant,tomo.2.fol.79. columna 3.
Mali principium sunt suæ perditionis. tomo.2. fol.76.col.3.
Mali in æternum à Deo deserentur,to.1.f.284: colum.3.
Mali quare socios in malitia habere desiderāt, tom.1.fol.136.col.1
Mali speciali punientur tristitia habendo Christum iudicem potius quam aliā diuinam personam,tom.2,fo.315.col.2.
Malis nihil sufficit nec placet,tomo.2. fol.214: colum.4.
Malis inditum est ab initio bonos persequi,tomo.1.fo.201 col.2.
Malis in die iudicij quare non dicitur ite maledicti patris mei,sed tantum ite maledicti.tomo.2.fo.318.col.4.

Malum

Malum de absentibus dicendum non est.to.2. fol.226.columna 2,
Mala quæ in peccato reperiuntur.tom.2.f.116. columna.1.
Mala per se mala,per bonam intentionem tolliter bona effici non possunt.to, 2.fo.347. columna.1.
Mandata ad moralia pertinent. tomo.1.fol.8. columna.4.
Manifestationes factæ patribus veteris testamenti per Angelos factæ fuerunt. to.2.f.25. columna 2.
Manus complicare quid.to 1.f.53.col. 4.
Manus significationes.ibidem.
Manus arida ex corde fitarido. tomo,1.fo.187. columna 4.
Maria beatissima tempore annunciationis oravit.to.1.fol.22.columna.1.
Maria omnes creaturas gratia superauit. to.1, ibidem.columna.4.
Maria quare non salutatur nomine proprio. fol.13.columna.1.
Mariæ dignitas.ibidem.
Mariæ gratia,infinita aliquo modo dici potest. to.1.fol.24.columna.1.
Maria virgo sola in vtero concepit.to.1.fo. 26. columna,3.
Maria in verbis Angeli non dubitauit.tom, 1. fo.37.columna,2.
Maria modum conceptionis ignorabat fo,29. columna.1,
Maria Deo virginitatem vouerat.ibidem.
Maria magnanima fuit.to.1,fo.54.col.1.
Maria quare benedicta,to,1.fo.37.col,2.
Maria omnes mulieres superauit.ibid,col.3.
Maria ab omnibus nationibus laudatur, to.1. fo,45.col 2 &.3.
Maria prophetauit.to.1.fo,46.col,4.
Maria sine dolore peperit.fo 65 col.3.
Maria mater Christi legi non subiacebat. to.1. fol.83 columna.1.
Maria plusquam martyr fuit.to.1,fo.94.col.4.
Maria passa est in parte impassibile. ibidem.
Mariæ gaudium inuento Christo quantū fuerit.tom.1.fo.105 columna.2.
Maria non sensit dolores in morte. to.2 fol. 36. columna.2.
Maria gloriosa in sua morte dæmones no vincit.ibidem.
Maria statim post mortem resurrexit.to.2.f.37. columna.2.
Maria meliot fuit omnibus Angelis. ibidem.
Maria virgo in peccato originali concepta non fuit,tomo 1.fol.133.columna 3.
Maria Magdalena quare vnguēta coram Christo attulerit.to,1.fo.253.columna. 4.
Mariæ Magdalenæ contemplatio. folio. 254. columna.3.
Maria Magdalena unare stetit post terga Christi,& capillis pedes abstersit. tom.1,fol.256. columna.1.
Maria Magdalena sexies ad pedes Domini processit.to.1.fo.258.columna.1.
Maria Magdalena omnes in dilectione Christi superauit.to,1.fol,263.columna 4.
Maria Magdalenæ in resurrectione bis Christus apparuit to.2.fo.359.col.3.
Maria Magdalena quinque Angelos vidit in die resurrectionis.ibidem.
Maritus vxorem adulteram nō tenetur dimittere,nisi ipsa fuerit incorrigibilis. to.2.f.202. columna,1,
Maritus sine licentia ecclesiæ occultè quantum ad torum seperari potest à muliere adultera.ibidem.
Maritus vxorem publicè adulteram sine licentia Ecclesiæ dimittere potest quod ad habitationem.ibidem.columna.2.
Martha ex charitate murrebatur. tom.2.fol.39. columna 2.
Martha non fuit mulier , quæ fluxu sanguinis ægrotabat.to.1 fo.292 columna.1.
Martyrium pro Christo pati ad pœnitentiam sufficit.to.2.fo,89.columna 2.
Martyrium in virtute continet pœnitentiam. ibidem.columna.2.
Martyrium corona & baptisma dicitur.ibidē.
Martyrem non perfecit pœna sed causa pœnę. to.1 fo.202.columna.1
Matthæus quomodo fecerit conuiuium cum omnia dimiserit.to.1,fo.182.col.1.
Matthæus primus omnium Euangelium scripsit.to.1.fo.192 col.1.
Matrimonium ratum & consummatum quo ad vinculum dissoluitur. tomo.2.folio.202. columna.1,
Matrimonium remedium est ad conseruationem generis humani. tomo. 2. folio. 148. columna.4.
Medio esse quid.tom.1.fol. 107.columna.1.
Melius est esse principium nobilitatis quam finis,to.1.fo.125,col.2,
Membra experria rationis Deo obediunt.to.1. fo 189 columna,1.
Memoria beneficiorum omnium virtutum est firmissima.to.2.fo.217.columna.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mendacium à dæmone, vt à fonte manat. to. 1. fol. 31. columna. 4.
Mendicare in veteri lege licitum erat. t. 2. f. 206. columna. 3
Mendicauit Christus quod cum dignitate eius non pugnat. to. 1. fo. 332. col 3.
Mens qualiter in definitione orationis. tom. 2. fol. 1. col 2. &. 3.
Mensura quare detur maior bono quàm malo. to. 1. fo. 219. columna 2.
Mentiri quid dicatur formaliter. tom. 2. fo. 334. columna 2.
Meritum non est vbi non est libertas. tomo. 1. fol. 74. columna. 1.
Merita Christi maioris ponderis sunt quã nostra peccata. to. 1. fo. 76. col. 2.
Militia de se mala non est. to. 1. fol. 126. col. 3.
Milites ministri publici sunt ad defensionem bonorum. ibidem.
Minores natu ratione ducè maiorum exempla sequuntur. to. 2, fo, 208. columna. 3.
Ministerium verbi diuini fidelibus est cõmittendum. to. 1. fo. 163. columna 1.
Miraculum incarnationis Trinitatis est. tom. 1. fol. 30. columna. 2,
Miraculum tantum reperitur ex parte nostra. tom. 1, fo, 227. columna. 3.
Miracula sine necessitate petere tẽtare Deum est. to, 1. fo. 76. col. 4.
Miraculum factum in probationem conclusionis, conclusionem veram facit. to, 1. fol. 145. columna. 1.
Miracula signa sunt potentiæ Dei. t. 1. f. 165. columna. 3.
Miraculum virtutem postulat infinitam. to. 1. fo. 177. columna. 3.
Miracula qualiter inter se æqualia sint. ibid,
Miraculam in instanti fit. to. 1. fo. 171. col. 1.
Miracula non semper sunt facienda. t, 2. f. 214. columna. 4,
Miracula quærenda non sunt in his, quæ nobis tradit ecclesia. tom. 2. fol.
Miracula Christi specula erant diuina. tomo. 2. fo 74. columna 2.
Miracula nunc necessaria non sunt. t. 2. fol. 74. columna. 4,
Miracula facere neminem saluum facit. tom. 1. fo. 223 columna. 1.
Miraculum facere quid. tomo. 1. folio. 237. columna. 3.
Miraculum filij principis synagogæ quare non sit factum coram turba. tomo. 1. folio. 296. columna. 1.
Miseria obiectum est misericordiæ. to. 2. f 193. columna 2.
Misericordia Dei infinita est. to. 1. fo. 44. col. 3.
Misericordia & iustitia in Deo pari gradu currunt. to. 1, fo. 194. col. 4.
Misericordia pœnitentibus tantum tribuitur. ibidem.
Misericordia & veritas quando hominem deserat. to. 2. fo. 34 columna. 1.
Misericordiæ officium. ibid. col. 3.
Misericordiæ & charitaris discrimen. ibidem.
Misericordia pons est transitus ad Deum. to. 2. fo, 47. columna. 2.
Misericordia Dei quare maior iustitia dicatur. to. 1. fo. 216. columna. 1.
Misericordia similes nos efficit Deo. ibidem.
Misericordia quid. to, 1, fo, 233. col. 2.
Misericordia qualiter Deo conueniat. ibidem.
Misericordia non iudicat de meritis sed de miserijs. ibidem. columna. 3.
Misericordia Dei necessaria est vt pœnitentia à nobis agatur. to. 2. fo. 181 col. 2.
Misericordes ius habent ad misericordiam diuinam. tom. 1. fo. 216. col. 2.
Missio in diuinis processionem ab alio dicit. tomo. 2. fol. 375. columna. 4.
Mysteria diuina humilitate cognoscuntur. t. 1. fol. 68. columna. 1.
Mysteria sancta infidelibus non sunt communicanda. to. 1. fo. 295. col. 4.
Mysterium passionis quare solis discipulis declaratum. to. 2. fo. 250. co. 2.
Mysteria diuina quare paruulis & non potentibus reuelata fuerint. to. 2. fo. 18. col. 3.
Modus salutandi Mariæ. to, 1. fo, 36, col. 1.
Modus, quo vsus est diabolus ad cognoscendũ filium Dei. to. 1. fo, 145, col. 2.
Modus benedicendi Iudæorum. to. 1. fol. 306. columna. 2.
Modus interpretandi scripturam perfectissimus. to, 2. fo. 309, columna. 2.
Molestia dupliciter sumitur. tomo. 2. fol. 48. columna. 4.
Moloc quid sit. to. 2, fo, 88, col. 1.
Monachus secularis sit secularibus, cõuersans, to 1 f, 104, co, 2,
Monachus in domibus regum non sit. tom, 1. fo, 247. col. 1.
Mores optimi iudicis assignãtur. to. 2. fo. 235 c. 2
Mors peccatum comitatur. tomo. 1. folio. 19. columna. 3.
Mors in vita consideranda. tomo, 1, folio. 87. columna. 4.

Mors

Mors aduentu Christi dulcis facta est. tomo. 1 fol. 90. columna. 1.
Mors vbi bona est vita suauis est. to. 2. fol. 210. columna. 4.
Mors iusti propriè mors non est. tom. 2. fol. 86. columna. 2.
Mors duplex. ibidem. columna. 3.
Mors nostra quare somnum dicatur, t. 1. f. 297. columna. 1.
Mors pauperibus bona est & vtilis. to. 2. fol. 95. columna. 3,
Mors non est in potestate hominis. to. 2. fo. 270. columna, 1.
Mors Christi vitam animarum amplificauit, & mortem corporis debilitauit. tom. 2, fo. 254. columna. 1.
Mors iustorum flenda non est. tom. 2. fol. 349. columna. 2.
Mors Christi turpissima fuit. ibid. col. 4.
Mortuos sepelire maximè placet Deo. tomo. 1. fo. 232. col. 4,
Mortui in purgatorio detenti proximi nostri sunt. to, 2, fo 32. col. 1.
Moses quare nihil de creatione Angelorũ dixit t. 2 fo 71. col 3.
Mosi corpus quare occultatum sit. ibidem.
Moses & Helias quomodo in transfiguratione fuerint to, 1. fo. 321. col. 1.
Moses & Helias quare in transfiguratione de passione & non de resurrectione loquantur. to. 1 ibid columna. 4.
Mulier quando audienda sit. tomo. 1. fol. 51. columna 1.
Mulier adultera à marito quando dimitti non possit. to. 2, fo. 202. col, 1.
Mulier peccatrix quare non nomine proprio in Euangelio nominetur. tom. 1. folio. 252. columna 2.
Mulier qualis fuerit. ibidem.
Mulier peccatrix in qua erat ciuitate. ibidem.
Mulieres sanctæ bis parauerũt aromata vt Christum vngerent. to. 2 fo. 356. col. 4.
Mulieres quæ ad monumentum Christi venerunt quot & quæ fuerint. tomo. 2. fol. 359. columna. 2.
Mulieribus quasi innatum est non remittere iniurias. to. 2, fo. 47. col. 3.
Multa sunt in scriptura quæ in re gesta non inueniuntur. to 2 fo. 43. col. 1.
Multi sub specie boni tentantur. tomo. 1 fol. 2, columna 4.
Multi orationem in voce tantum habent. to. 1. fol. 41. col. 1.
Multi Deum credunt, & diabolum dominum habent. ibidem, col. 3.
Multi quia saluari nolunt pereunt. to. 1. fol. 45. columna. 2.
Multi animas in vanum recipiunt. to. 1. fol. 83. columna. 3.
Multi misericordia abutuntur, tom, 1, fol. 94. columna. 2.
Multi Deum ex ignorantia amittunt. tomo. 1. fol. 103. columna. 4.
Multi per ebrietatem mortui sunt. to. 1. fo. 143. columna. 1.
Multi peiores sunt diabolo. to 1. fo. 162. colu. 1.
Multi sequuntur Christum nõ propter illum, sed pro ster sua bona. to. 1. fo. 312. col. 2.
Multi qualiter dicantur habere infirmitates nõ suas, to. 2. fo. 124 col. 4.
Mundus ad similitudinem falsi artificis operatur. to. 1. fo. 33. col. 3.
Mundus promissa non seruat. to. 1. fo. 47. co. 4.
Mundus fugiendus est. to, 1, fo. 60. col. 1.
Mundus mundo arridet. to. 1. fo. 64 col. 3.
Mundus in necessitate omnes deserit. tom. 1. fol. 75, columna. 3.
Mundus veritatis amator odit. tom. 1. fol. 131. columna. 3.
Mundus mala reddit pro bonis. tom. 1. fo. 155. columna. 4.
Mundus & diabolus difficillima præcipiunt. to. fo. 198. columna. 2
Mundo seruire difficilius est quam Deo. ibid.
Murmuratio plus commodi quam damni illis in quos intenditur affert. to. 1. fo. 261. c. 3.
Murmuratio sapientium timenda est. tomo. 2. fol. 159. col. 2.
Murmuratio de filio prodigo vera murmuratio fuit. to. 2 fo. 166. col. 2.
Mutare fortitudinem quid. to. 1, fo, 55, col. 3.

N.

NAaman quare solus ab Eliseo curatus sit, to, 1, fo, 154, col, 4.
Narratio Lazari & diuitis, historia est & non parabola to, 2, fo, 215 col, 3.
Nathan legitimus filius fuit Dauid. t. 1. f, 136. columna. 3.
Nativitas Christi omnibus non oportuit statim manifestari. to. 1, fo, 74, col, 3.
Natura nostra sine Deo parum potest. tomo. 1. fol. 32. columna. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Natura brutorum hominum duritiem vincit. to.2.fol.209 col 2
Naturale est quodam modo ciues ciuibus inuidere.to.1.fo.153.columna.3.
Naturale est homini vilis insolitis timere.to.1. fo,168.columna 4.
Nazaritæ peiores diabolo fuerunt.to.1.f.156, columna.1.
Necessaria ad vitam cum modo quæréda sunt. to.2.fo.99.columna.2,
Necessitas proximi consideranda est in dationc eleemolynæ.to.2.fo.34.col.2.
Necessitas & vtilitas Christianæ fidei argumentis probari possunt. tomo.2.folio.215. columna.2.
Negare Dei quid.to.1.fo 89.col.4.
Negare quibus modis sumatur.ibidem.
Negationes Petri quando inceperint & finitæ fuerint.to.2 fo 354.col.2.
Negotiatio quando licita sit. tomo.2. fol. 148. columna.2
Nemo ab orationibus est excludendus.to.n.1. fo.69 columna.4.
Nemo sibi sufficit in ecclesia. tom.1. fol. 167. columna 3.
Nemo in præceptis primæ tabulæ dispensare potest.to.1 fo.187.col.2.
Nemo de statu gloriari debet. tomo 1 fol 192. columna.4.
Nemo in sensu composito Deo & mammonæ seruire potest tom 2.fol.198 col.1.
Nemo etiam malus contemnendus est. tom.1. fol.51.columna 3.
Nemo audebit approginquare Deo in lege veteri.to.2.fo.156.col 4.
Nemo debet committere peccatum veniale, vt mortale alterius cuitet. tomo.2.folio.117. columna 2.
Nicolaus vnus ex septem diaconibus hæresim docuit.to.1 fo.2 col.3.
Nihil i mitis accipiendum. to.1.fo.145.col.4.
Nihil casu fit apud Christum. tomo.1.fol.232. columna.2.
Niniuitæ quare cõdemnabunt peccatores. t.2. fo.77. columna.1.
Nobilitas cessus est virtuti debitus.to.1.fol.21. columna.2.
Nobilitas corporis est mortalitatibus non subiacere.to.2.fol.205.columna.1.
Nobilitas sanguinis apud Deum nihil valet. to.2.fo.23.columna.4.
Nobiles vestes libertatis dicuntur. to.1.fol.55. columna.4,
Nomina propria in cœlesti patria non reperiũtur.to 1.fol.25.col.2.
Nomen tetragrammaton soli Deo conuenit. tom.1.fo 55.col.1.
Nominis Iesus excellentia.to.1.fo.81.col.4.
Nomen peccatoris omnibus nominibus est pejus.fol.82.columna.3.
Nomen Iesus diuinitatẽ Christi ostendit.ibid.
Nomen dæmon commune est bonis & malis spiritibus.to.1.fo 158.col.2.
Nomine animæ totus homo significatur tom.1. fo.188.columna.3.
Nomen chaos impossibilitatem significat.to.2. fo.214.columna.1.
Nomen Dei qualiter sanctificari non possit,& qualiter in oratione sanctificari petatur.t.2. fol,44.columna 4.
Nomina numeralia in scriptura ab vno vsque ad quinque diminutionem significãt à quinque vero vsque ad.10.augmentum. tomo.2. fol 285.columna 2,
Nomen, Amen, in aliam linguam transferre non licet.to 2.fo 320.col.2.
Nos quare Dei coadiutores dicamur.t.1.f.227. columna.1.
Nouitates fugiendæ.to.1.fo 51.col.2.
Nubes in transfiguratione miraculosè facta est. to.1 fo.324.col.4.
Nubis generatio.to.2.fo.117.col.1.
Nubes, in qua Christus ad iudicandum venturus est supernaturalis erit.t.2.fo,316.col.4.
Nuptiæ à Christo damnatæ non sunt, vt Tatianus credidit.to 2 fo,148 col.4.
Numerus duodenus mysterium continet.to.1. fo.190.col,2.
Numerus 100 quare in parabola ouium ponatur,& non alius t,2 fol,361.col.2.
Numerus pluralis in scriptura pro singulari ponitur,& econtra;to,2,fo,352.col.2.

O.

OBedientia optime experientia discitur.t.1. fo,210,col 2.
Obedientia vera in quo consistit. tom.1. fol.166.columna.2.
Obedientia in omnibus est obseruanda.tom.1. fo,188.columna.3.
Obedientia vera veritatem mandatis non inquirit.to.2 fol.224.col.3.
Obedientia qualis futura sit.t,2.fol.264.col.2.
Oblatio quid.to.1.fo.312,col.4.
Obsecratio quid.to.1,fo.184.colu,2.
Obseruatio mandatorum via est cœli.t.2.f.241. columna.3.
Obstinatus quantum potest Deo resistit. to.1. fol,56.columna,2.
Obstinati difficulter agunt pœnitentiam. to.1, fo.121.columna,4.
Obstinati peiores fiunt correctione,t.1 fo.155. columna.4.
Obumbrare quid.to.1.fo.30.col 2.
Occasiones peccati maximè fugiendę sunt,t.2. fol.66.columna.4.
Ociositas mater est vitiorum.to,2 f.125 co.1.
Oculi Christi tenestræ sunt salutis. to,2 fol.225. columna.3.
Oculi quando in scriptura aperiri dicantur.t.2. fo.367.columna,2.
Occupationes exteriores contemplationẽ impediunt,to.2.fo.38.co.4.
Odium Dei maius est omnibus peccatis. to.1. fol.56.columna.2.
Officium publicanorum quod, tom.1 fol,180. columna.4.
Officium Dei colligere est,to.2.fo.65. col.1.
Omne verbum deum est ac multum verbum to.1 fo.11.columna.4.
Omnes egemus manu Dei,tom.1.fo.54.col.1.
Omnia relinquenda sunt propter Deum.tom.2. fo,74.columna.4.
Omnia quæ in Ioanne erant vox erant.tom.1, fo.146.columna.4.
Omnes summis similes in moriendo,to,2.f.219. columna.3,
Omnia contenta in Euangelio ad pacem ordinantur.to,2.to.63.col.2.
Omnes ex charitate diligere tenemur.tomo.1. fol.206.columna.4.
Onus proponere & leuitate accipitur. to.2. fo.81.columna.4.
Opera nostra Deo adscribenda sunt,to.1.fol.3. columna.1.
Opera amorem sequuntur to.1. fo.39.col.3.
Opera bona illustres viros pariunt.to.1.fol.51. columna.3.
Opera Dei alijs enarranda sunt tom.1,fol,77. columna.1.
Opera bona ad perfectionem sunt ducenda. to 1.fo.98.columna.3.
Opera bona etiam absque lege facienda sunt. to.1.fo.100.col.2.
Opera meritoria fieri non possunt in peccato mortali.to.1.fo.160.col.4.
Opera bona etiam in peccato mortali sunt facienda,t,1 ibidem,
Opera Dei diligenter sunt operanda. tomo. 1. fo.164.columna.1.
Opera inuoluntaria Deo non sunt accepta.t.1. fo.164.columna.4.
Opera supererogationis secretè facienda sunt. to 1.fo,171.columna.4.
Opera nostra ex quo mereantur. to.2.fol.221. columna.2,
Opera nostra quando perfecta sint.to.2.f.247. columna.4.
Opera signa sunt charitatis.to,2.f.35.co.1.
Opera heroica sine recta intẽtione nullius sunt valoris to.2,fo.78.col.1.
Opera ex amore fieri debent. ibidem.
Opus malum esse potest etiam si cum bona fiat intentione.ibi.col 2.
Opera meritoria peccato mortali extinguuntur.to 2.fo.78.col.4.
Opera bona præmium assequentur. to.1,f,258. columna 3,
Opus innocens quod dicatur. tom.1.fol.317. columna.4.
Opera naturæ præstantiora sunt artificiatis.tomo.2.fo.98.col.2.
Opera bona finem præsupponere debent. t.2. fo.99.columna,2.
Opera bona quare lucernæ appellentur.tom.2. fol.105.columna.1.
Opera sine charitate facta nullius sunt valoris. ibidem.
Opera seruilia quando in festis licita sint.to.2. fo.137 columna.4,
Opera Dei ad iustificationem peccatoris concurrentia, triplicia sunt, tomo.2. folio. 181. columna.2.
Opera nostra primam iustificationem non merentur to.2 fo.263.col.1.
Opera recta primam iustitiam præcedentia hominem ad eam suscipiendã disponunt.ibid.
Opus ad hoc quod magnificum sit quid requiratur.to,2,fo,328.co.2,&.3.
Opera bona propter murmurationes relinquẽda non sunt.to.1,fo,188 col.2.
Operatio miraculosa in instanti fit.to.2.fo,258. columna.4.
Operatio studiosa quare difficilis sit.to 2.f.127. columna.2.
Oratio sanctorum Deum non obligat. tom.1, fol.122.columna.4.
Oratio antidotus est salubberrimus contra fomitem.to 1.fo.134.col.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Oratio & ieiunium Christi victoriam nobis attulerunt.tom.1.fo.142.col 4.
Orationis definitio,tom.1.fo.175.col.1
Oratio omnia bona antecellit.to.2.fo.232 col.3
Oratio facienda est perseueranter.tomo.2.fol. 234.col.1
Oratio deficit vbi non est fides,tomo,2 ibi.c.2.
Oratio vera extra se rapit orantem. tomo.2. fol.235.col.3
Oratio sine humilitate esse non potest,ibidem.
Oratio omni tempore facienda est,tom.2.fol. 42.col.4
Oratio mentalis nobilior est vocali,fol. 43. columna.2.&3
Oratio vocalis maximè vtilis est.ibid.
Oratio vocalis obligat ministros ecclesia, ibid.
Oratio dñica excellentior omni oratione,ibid.
Oratio futura est celeris,ibidem.
Oratio facienda est perseueranter,ibi,col. 4
Oratio ab infortunium non est omittenda,tomo.2.fol.50. col.2
Oratio Deum vincit.ibid.col.3
Oratio quid,ibid.col.4
Oratio medium est vt homo transfiguretur, tom.1.fo.318 col.1.
Oratio Christi omnes circunstantias perfectæ orationis complexa est,to.2.fol.336.col 2
Oratio Christi in cruce pro persequentibus se facta vtrum exaudita fuerit; tomo. 2.fol.337. colum.1.&.2
Oratio potius corde quam ore facienda est,tomo.2.fol.211.col.4
Orationis excellentia & virtus,to.2.fol.48.colum.4. & fo.49.col.1
Orationis conditiones quatuor,to.2.fo.53 co.3
Orans celestia solum considerare debet.tom.1 fo.189.col.4.
Orantes sine deuotione Deum tentant.tom 1. fo.150.col.1
Ordo ecclesiæ ab apostolis traditus est. tomo 2 fo.369.col.3

P

PAnis corporalis instrumentum est ad beatitudinem:tom 2.fo. 46.col.3
Panis in scriptura omnem cibum significat tom.2.fo.136.col. 1.
Panes propositionis soli sacerdoti comedere licebat,tom.1.fo.187.col.1.
Panes propositionis qui erant,ibidem.
Papa maiorem habet autoritatem omnibus regibus,tom 1.fo.113. col.2
Papa de rebus fidei iudicare debet, tom.1.fol 309.colum.4
Papa potestatem habet claudendi,& aperiendi cœlum.tom.1.fo.310.col.3
Papa vt est caput ecclesiæ errare non potest,tomo.2.fol.333.col.4
Parabola qualiter considerati debeat.tomo.2. fol. 48.col.1.&,2
Parabola quid,tom.2.fo.144.col 3
Parabola centum ouium de Angelis & natura humana intelligi non potest.tom.2.fol 160. col.4.& fo.161 col.1.
Paradisus in promissione quã Christus fecit latroni non sumitur pro cælo Empyreo.tomo 2.fol.353 col.1.
Parare viam domino in propria potestate est. tom.1.fo.118.col.2
Parasceue quid,tom.2.fol.353.col.3
Parentes in virtute filios erudire tenentur,tomo.1.fo.100.col 4
Parentibus quare non præcipiatur filios diligere,tom.2,fo,242.col.2
Parenti prius quam filijs est subueniẽdum. ibidem.coluio.3.
Parentes quando obediendi sint,tom.2 fol.151 colum 2
Parere sine dolore est,tom.1.fo. 65.col.3
Participio de futuro vti pro præterito phrasis est Græca tom.1.fol.239.col.2.
Particula dictionis in scriptura aliquando non legitur cum proxima dictione sed cum remota,tom.2.fol.71.col.4
Parturire cum dolore est.tom.1.fol.65.col.3.
Paruulus non habens fidem infidelis non est, tom.1.fo.174.col.3
Paruuli maximi sunt apud Deum, tomo.2.folio.241.col.1
Pascha occidere in die azymorum quare necesse fuerit,to.3.fo.325 col 2.
Pascha idem est quod saltus,ibidem.col.3
Pascha multipliciter sumitur,ibidem.
Passiones Christi actiones nominandæ sunt,tomo.1 fol.179. col.2
Passio Christi excessum fuit quo ad satisfactionem,tom 1.fo.121.col.4.
Passio & resurrectio Christi quare sepe in scriptura,simul ponantur,tom 2. fo.253.col.3
Passio Christi quare maximè sentienda sit,tomo.2 fo.322 col 3
Passio Christi virtutem dat pœnitentiæ,tom.2. fol.374.col 3.& 4.
Pater æternus qualiter dicatur homo,tomo.2. fo 287.colum.2
Parer in diuinis mitti nõdicitur,t.2.f 375.co.4

Patet

Patientia maximè habenda in infirmitatibus. tom.1. fo.176.col.1
Patientia tres sunt gradus,tom.2.fo.309 .col.1.
Pauci operatur secundũ charitatẽ,t.1.f. 96 c.1
Pauci sunt qui adimplent præceptum charitatis.tom.2.fo.34.col.2
Paulus quare doctor Gentium sit constitutus. tom.2.fo.60.col.4
Paupertas est velut radix spiritualium diuitiarum,tom.1.fo.198.col.2.
Paupertas vitam humanam sustinet, tomo.1. ibidem,colum. 4
Paupertas clauis est cœlorum.to.1.fo.199.co.3
Paupertas temperantiã gignit,t.1. fo.204. c.3.
Pauper hospitio est suscipiendus.tom.1. folio, 67. col. 4.
Pauper minime contẽnendus.to.1.fo.159.co.1
Pauperes furientes qualiter beati dicantur, tom.1.fo.196.col.4
Pauperes in veteri lege mendicare poterant, tom.2.fo.206.col.3
Pauperes de liberalitate Dei quæri nõ possunt. tom.2.fo.207.col.1.
Pauperes esse vtilius diuitibus, quam pauperibus diuites esse ibidem.col.3
Pauper nõ est semper pauper,to.2.fo. 215.c.4.
Pauper in necessitate fouẽdus,to.2.f.243.col.4
Pauperes pascua sunt diuitum,to. 2.fol.3.col.1
Pauperes beati sunt in vita, in morte & post mortem,tom.2.fo.195.col.1
Pauperes diuinam hæreditatem in hac vita obtinent,tom.1.fol.200.col.1.
Pauper ob quid factus,tom.1.fo.218.col.2
Pauperes oĩiatim debent petere eleemosynã & non per alios,tom.1.fo.233.col.1
Pauperes quare potius inuitãdi quam diuites, tom.2.fo.143.col.4.&fo.144.col.1
Pauper liberalis esse potest.tom.2.fo.328.co.2.
Pauperibus datum in cœlo custoditur,tomo.1. fo.125.col.3
Pax hominis & angelis facta est in incarnatione.tom.1.fo.68.col.3.
Pax tanquam testamentum nobis commendata est,tom.1.fo.75.col.4.
Pax vera in solo Deo inuenitur, tom.1.fo.91. colum.3.
Pax omne bonum importat,to.2.fo.10.col.1.
Pax Christi,pax specialis est,ibidem.
Pax sancta regnum Christi stare facit. tomo.2. fo.63.col.3
Pax iniqua regnum dæmonis facit stare ibidẽ col.4
Pax cum peccato non manet,to.1.fo.265 col.1
Pax victoriæ fructus est,tom.2.fo.370 col.3
Paci nihil magis contrarium quam latrones,tomo.2.fo.242.col.2.
Pacem ad aliquem reuerti quid,to.2.fo.10,c.1
Peccare Deo quis dicatur,to.2.fo.179. col.3.
Peccator in virtute à diabolo relinquitur, tomo.1.fo.8.col.1
Paccator per ea quæ peccat, punietur,tomo.1. fol.17.col.1
Peccator scelera non sentit,tom.1.fo.79.col.4.
Peccator captiuus est diaboli,tom. 1.fo.152.c.3.
Peccator à suis peccatis captiuus tenetur,tom. 1.fo.159.col 4.
Peccator separatus à Deo post sua ambulat desideria tom.1.fo.161.col.2.
Peccator diabolum non amat etiam si diabolo consentiat,tom.2.fol.197.col.3
Peccator nunquã satiatur,tom.2.fo.199. col.3.
Peccator nomen non habet apud Deum,to.2. fol.203.col.4.
Peccator qui sua bona prædicat & mala tacet salute caret,tom.1.fo.240.col.1
Peccator per peccatũ omnia bona opera amittit,tom.2 fo.68.col.3.& 4.
Peccator in peccato mortali opera meritoria vitæ ęternę facere non potest ibid.col.4.
Peccator in mortali peccato omnia peccata vitare non potest.fol.69.col.1.
Peccator quadrupliceter per peccatum torquetur,ibid.col.2
Peccator quare in pristinum peccatum recidit. tom.2.fol.69.col.4.
Peccator diligentes se amore carnali diligit,tomo.1 fol.213. col.2.
Peccator sua peccata non videns & alia reprehendens quare hypocrita dicatur,to.1.fo.221 colum.1.
Peccator instatu peccati bona opera facere debet,tom.1.fo.225 col.4.
Peccator prima sentit peccata, alia autem non, tom.1.fo.252.col.1.
Peccator à peccato surgere nõ potest, sine Dei auxilio,tom.1.fo.255. col.3
Peccator contemnendus non est,tom.1.fo.260 colum.4.
Peccator non est dignus officio predicatoris, tom.1.fo.273. col.2.
Peccator obstinatus non exaudit diuinas vocationes,tom.1.fo.275. col.1. &.2.
Paccator qualiter à Deo distare dicatur, tom.2. fol.170 col.3.
Peccator cũ discedit à misericordia Dei in eius iustitiam incidit,tom.2.fol.171.col.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccator quare à Deo in iudicium vocetur. t. 2. fo. 183. columna. 1.
Peccator non solum alijs sed sibi nocet. tom. 2. fol. 294. columna. 4.
Peccator quare in inferno perpetuo puniatur. to. 2. fol. 318. co. 4. & fo, 319. col. 1.
Peccatoribus etiam obstinatis vtilissimum est prædicare. to. 1, fol. 278. columna. 1.
Peccatores duplices sunt, tomo. 2. folio. 49. columna. 4.
Peccatori omnia sunt doloris plena, tomo. 2. fol. 198 columna. 3
Peccatorem à Deo derelinqui idem est quod Deum derelinqui à peccatore. tom. 2 fo. 19. columna 3.
Peccatum exemplo Christi detestandum. to. 1. fol 34. columna. 3.
Peccatum vmbra dicitur mortis. to. 1. fol. 59. columna. 3.
Peccati principis damnum. tomo. 1. folio. 64. columna. 4.
Peccatum principis occultum esse nequit. ibidem.
Peccatum hominis in Christo homine grauius pœnum est quam Angeli. tomo. 1. fol. 66. columna. 4.
Peccatum adulto remitti non potest, sine propria fide. to. 1, fol. 174. columna, 3.
Peccatum quid. to. 1. fo. 76. columna. 1.
Peccatum in scriptura aliquando pro pœna sumitur. to. 1. fol. 84. columna. 2.
Peccatum aliquando pro immunditia legali accipitur. ibidem. columna. 3.
Peccatum causa est excæcationis hominū. to. 1. fol 112. columna. 1.
Peccatum omissionis dignum est in inferno. tomo. 1. fo. 124. columna. 3.
Peccatum causa est alterius peccati. tomo. 1. fol. 131. columna. 4.
Peccatum pœna est peccati. ibidem.
Peccatum etiam leue fugiendum. to. 1. fo. 132. columna. 1.
Peccatum magnum raro nos in infernum ducit sed paruum in quod quotidie labimur. to 1. fo. 159. colum. 4.
Peccatum dimittere solius Dei est. to. 1. f. 177. columna. 2.
Peccatum onus est intolerabile. tom. 2, fol. 197. columna. 3.
Peccatum supplicium est peccatoris. t. 2. f. 198. columna. 2.
Peccata ex corde exeunt. tomo. 2. folio. 239. columna. 2.
Peccata ante Deum clamantia quæ sint. to, 2. folio. 241. columna. 4.
Peccatum dupliciter consideratur. to. 2. fo. 46. columna. 4.
Peccatum inuitat qui non tollit occasiones peccandi. to. 2. fo. 66. columna. 3.
Peccatum non est quid positiuum. to. 2. fo, 67. columna. 4.
Peccatum omni bono opponitur. ibidem.
Peccatum summū malum est. ibidem.
Peccatum qualiter Deum eiicit ab anima? ibidem.
Peccatum omni bono spirituali hominem priuat. t. 2. fol. 68. columna. 2.
Peccata carnalia minora sunt spiritualibus, t. 2. fol. 80. columna 2.
Peccata populi quare prælatis tribuuntur. to. 1. folio. 251 columna. 4.
Peccatum causa est instabilitatis in homine. t. 1. fol 246. columna. 1.
Peccatum Magdalenæ quare magis aliorum peccatis apparebat, tomo 1. foli. 251. colu. 2.
Peccata grauia grauissimis indigent lamentis. to. 1. fol 256. columna. 3.
Peccata in memoria haberi debent. ibidem, columna. 4.
Peccata quare debita dicantur. tomo. 1. fo, 261. columna 4.
Peccata aliquando dimittit, quod culpam manente pœna. fo. 262. columna. 1.
Peccata prælatorum coram populo arguenda non sunt, to. 1. fol 290. columna. 3.
Peccata quædam suam crucem baiulant. to. 1. folio, 327. columna. 4.
Peccatum in cogitatione esse potest. t. 1. fo. 328. columna. 1.
Peccatum in Spiritum sanctum quod dicatur. to. 2, fol. 89. columna. 4.
Peccata omnia ad superbiam & luxuriam reducuntur. tom. 2. fo, 114 colu. 3.
Peccata quæ fiunt ex fragilitate minora sunt factis ex malitia, to. 2 fo 116. col. 1.
Peccatum omne ex ignorantia est. ibid.
Peccatum carnis hominem reddit bestiam. t. 2. to 149. columna 2.
Peccatum publicum faciliùs secreto curatur. to. 2, fo, 158. columna. 4.
Peccatum magis dependet ex corde quam ab opere. to 2. fol. 179. columna. 3.
Peccatum, excusare peccatum est. tom. 2. f. 271. columna. 2.
Peccatum mortem & tristitiam in mundum inuexit. to. 2, fol, 280. columna. 3.

Pecca-

Peccata quæ Christus fleuit super Hierusalem quæ sint. ibidem.
Peccatum senex cæteris paribus grauius est peccato iuuenis. tomo. 2. folio. 285. columna. 4,
Peccatum quod per pœnitentiam non diuitur statim trahit ad aliud. to. 2, fol. 289. columna. 1.
Peccata iustorum in die iudicij in cœlo apparebunt. tom. 2. fo. 316. columna. 3.
Peccatum est orationem Dominicam animo vindictæ dicere. tom. 2, fol. 46. col. 4.
Peccati ex malitia quanta sit grauitas, to. 2. f. 135. columna 4,
Peccatorum remissio iudicio diuino pēsatur. to. 1. fo. 256. col, 4.
Pecuniam nimiam vtilitatē affert homini. to. 2. fo, 96. columna. 3.
Pedes nostri ad malum sunt proni. to. 1. fol, 35. columna 4.
Pœna ignis alijs grauior est. tomo, 1. fol. 130. columna. 3.
Pœna damni maior est omnibus alijs. tom. 2. fol. 211. colu. 2.
Pœna sensus multiplex. ibidem. columna. 3.
Pœna accidentalis in damnatis augescit, to. 2. fo. 117. columna 4.
Pœnitentiā in iuuentute est facienda. to. 1. f. 85. columna. 1.
Pœnitentia propter Deum summè dilectū fieri debet, to, 1. fo. 123, col. 4.
Pœnitentia ex timore mala non est. tomo, 1. ibidem.
Pœnitentia ex timore bona nō erit nisi ad amorem progrediatur. ibidem,
Pœnitentia statim agenda est. ibidem.
Pœnitentia de peccatis publicis publicè facienda est. to. 1. fo. 254. col, 2.
Pœnitentia vera esse non potest vbi non tollitur occasio peccandi. tomo. 1. folio. 254. columna. 1.
Pœnitentia quare vsque ad mortis articulum differenda non sit. to. 2. fo. 110. col. 3.
Pœnitentia quare secunda tabula post naufragium dicatur. to 2. fo. 119. col. 2.
Pœnitentia scaphæ comparari non debet. ibidem.
Pœnitentiam habere, & à pœnitentia haberi in quo differant. tomo. 2. ibidem. col. 4.
Pœnitentia etiam ab amico Dei vt gloriam consequatur facienda est. tomo. 1, folio. 171. columna, 4.
Pœnitentia facta solum ad fugiendum infernum non est meritoria vitæ æternæ, tom. 1. fo 202. columna. 1.
Perdere pro Deo lucrum est, tom. 1. fol. 169. columna. 2.
Perfectio Christiana operibus constat. tom. 1. fol. 124 columna. 3.
Perfectio Christiana in charitate consistit. to 2. fo. 243. columna. 2.
Perfectio bonorum operū in quibus consistat. to 2. fo 78. col. 4.
Perfectionis via est despicere quæ amamus. tomo 2 fo. 243. col. 4.
Perfecti totam curam ponunt in bonis aliorū. to. 1. fo. 159. columna. 3.
Perfidia confiteri potest, credere vero non potest to. 1. fo. 177. col. 1.
Persequutores maximè vtiles sunt. to. 2. fo, 87. columna. 1.
Perseuerantia columna est omnium virtutum. to. 2. fo. 352. co. 3. & 4.
Perseuerantes in peccatis Deum tentant, to. 1, fol. 150. columna. 1.
Persona vna diuina qualiter in alia sit. tomo. 1. fol. 138 columna. 4.
Persona diuina vocem nō potest formare. to. 1. fo. 325. columna. 3.
Petrus Apostolus, quare Simō Petrus dicatur. tom. 1. fo. 191. col. 3.
Petrus Apostolus bis voluit passionem Christi impedire to. 1. fo. 313. col. 3.
Petrus Christum potuit non negare. t. 2. f. 334. columna. 3,
Petrus scindens auriculam Malchi non peccauit to. 2. fo. 339. col, 1.
Petro quare permissum sit grauius cæteris Apostolis labi. to 2 fo 334. co. 1.
Petrus quare doctor Iudæorum constitutus sit. to 2. fo 60. col. 4.
Petere miserum est. tomo. 2. fo. 52. col. 1,
Petere actum oris respicit. tomo. 2. folio, 52, columna, 1.
Petitio bona quæ petit consequitur. to. 2. f. 258. columna. 3.
Pharisei quare potius quam alij Christum arguebant to 1 fo 188 col 1.
Pharisei quare pueris assimilantur. to. 1, f. 248. columna. 3.
Pharisei qualiter iusti dicantur. tomo, 2. fol. 122. columna 1.
Pietas Mariæ Virginis, tomo. 1, folio. 36. columna. 2.
Pilatus cuias sit, tomo. 2, fol, 344. col. 3.
Pilatus quare misit Christū ad Herodem to. 2.

fol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

folio.345.columna.2,
Pilatus quare Christum flagellauit, tomo.2. fol.347.columna.1.
Pilatus ter Christum innocentem cõfessus est. to.2.fol.348.columna.1.
Pilatus quinque modis voluit Christum liberare.ibidem,
Pilatus minus peccauit in occisione Christi quã Iudæi ibid.columna.2.
Pilatus quare titulum super crucem in tribus linguis apposuerit. tomo.2. folio, 352. columna.2.
Pinna seu pinnaculum quid.tom.1. folio.148. columna 1.
Piscationis temporalis à spirituali differentia. to.1.fol 168.col.3.
Placere iustis hominibus bonum est.to.1.f.201, columna.2.
Plaga tristitia cordis est. tomo.2. folio.33. columna.2.
Plagæ vt plurimum peccatorum pœna sunt.tomo 2 fo.223 columna,3.
Plagæ Christi innumerabiles fuerunt.t.2 f.347. columna.2.
Pondus quibus modis falsum sit. to.2. fo.169. columna.2.&.3.
Populus Gentilis illuminatus est Christi aduẽtu.to.1.fo.92.columna.1.
Populus Gentium latera erat diaboli. ibidem.
Populus Ecclesiæ ministros tenetur sustentare. tomo.1.fol.172.columna.4,
Populus ex quo existimauit Christum esse Ioãnem Baptistam.to.1.fo.309.col.2.
Populus Iudæorum nulla in re magis offendit Deum quam in murmuratione.to.2.fo.363. columna.4.
Possibile moraliter quid. tomo.2.folio. 244. columna. 4.
Possidere quid tom.2.fo.25 col.3.
Potens quid dicatur. tomo. 1.folio. 44. columna.1.
Potentes potenter tormenta patientur. tom 1. fo 124.columna.3.
Potentia Dei à Christiano consideranda est. to.1 fol.44.columna.1.
Potentia in miraculis requiritur.tom.1.fo.153. columna.4.
Potentiæ per actus & obiecta cognoscuntur, non solum quo ad esse naturale, sed etiam quo ad formale. tomo.2. folio. 222. columna.3.
Potestas in tyrannis sine virtute est,to.1.f. 44. columna.1.
Potestas Regia ex Deo est. tomo 1.folio. 64. columna.4.
Potestas Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate.to.1,fol.286 colu.1.
Potestas humanitatis Christi maior est omnium creaturarum potestate. tom.1.fo.293. columna.3.
Potestas faciendi miracula in Apostolis non erat qualitas, seu virtus actiua. to.1.fol. 299, columna.1.
Potestatis & virtutis differentia. ibidem. columna.2.
Prauitas malorum in tentatione cognoscitur. tomo.1.fo.142.columna.1.
Præcepta Domini facienti omnia eueniunt secundum voluntatem.tomo.1.folio.76.columna.4.
Præcepta Dei via Dei, tomo.1.folio.118. columna.2.
Præcepta Dei omnes seruare tenemur. ibid.
Præcepta Dei sine mora adimplenda sunt. t.1. fo.165.columna.1.
Præcepta primæ tabulæ in præceptis secundæ continentur. tom 2,folio. 241.col.3.
Præceptum de dilectione Dei nõ obligat semper, sed pro semper. tomo.2. folio.29.columna 2.
Præcepta etiam diligenda sunt. ibidem. columna.4.
Præcepta custodiri possunt absque eo quod Deus diligatur.to.2 fo.30.colu.1.
Præceptum affirmatiuum maioris est perfectionis negatiuo. tomo. 1. folio. 212, columna.4,
Præcepta affirmatiua semper obligant,& non pro semper.ibidem.
Præcepta Dei non debent scrutari qualia sint antequam exequantur tomo.2.folio.275.columna.1.&.2.
Præceptorum de non faciendo furtum,& non concupiscenda re aliena expositio. tomo.2. fo.148.col.2.&.3.
Præcipere participatiue conuenit humanitati Christi.tom 2.fo.213.col.1.
Præcipites corde qui dicantur.tom.1.folio. 55. columna.3.
Prædestinatio sine nobis est quantum ad principium non tamen quantum ad finem.to.2. fo 25.columna 1.
Prædestinatio propria multis reuelata fuit.tomo.2 fo.16.columna.2.
Prædicatio quæ & qualis esse debeat. t.1.f.279. columna.1.

Prædicatio Euangelij viribus humanis non est aggredienda tomo.2.fol.91.col.2.& fo.307. columna.2.
Prædicatio ab Apostolis quare ab Hierosolymis incepta fuit. tomo.2.fol.375.col 2.
Prædicationis finis.to,1.fo 279.col.1.
Prædicatio Euangelij quibus committẽda sit. tom,1.fo,111,columna.1.
Prædicator vox est.to.1.fo.116.col,4.
Prædicator sit sine peccato ibidem.
Prædicator deuotus est futurus.tom 1.fo.149. columna.3.
Prædicator verbis, & factis populum erudire debet.tom.2 fol.4.col.4.
Prædicator non deber in vno loco quiescere. to.1.fo.163,colu.4.
Prædicator in suum quæstum non debet prædicare.to.2.fo,166 col.3.
Prædicator vitam humanam & contemplatiuam exercere debet. tomo.1.folio.173 columna 1.
Prædicator quare operatius dicatur tomo. 2. folio.5 columna 2.
Prædicator etiam si non audiatur apud Deum meretur.to.1.fo.10.columna 1.
Prædicator à populo debet sustentari. ibidem. columna.3.
Prædicator amorem carnalem fugere debet, to.1.fol.280 columna.2.
Prædicator quis à Deo missus dicatur.tomo.2. fol.145.columna.3.
Prædicatoris mores sal esse debent eius doctrinæ.tom.2 fo 135.columna 3,
Prælatus defectus subditorum portare debet. tom.1.fo.38.columna.3.
Prælatus dignum se habens, tali nomine non est dignus tom.1.fo.107.col 3.
Prælatus aliquando meliores habet subditos. to 1.fol.109.columna 3.
Prælati subditos suauitate tractare debent,t.1, fo.127.columna.1.
Prælati Theologos in ministerium vocare debent.to.1.fo.167.columna.3.
Prælati priores alijs esse debent in obsequium Christi to.1.fo.181.col.4.
Prælati qualiter eligendi sint.tomo.1.fol.189. columna.4,
Prælati sua loca personaliter debent visitare. to 2 fo.5.columna.3.
Prælati mores subditorum statim exterminare non debent,to.2 fo.54 col 2.
Prælatus episcopus futurus est Theologus.to.1. fol.219 columna,4.
Prælatus ignarus alios regere non potest. ibid fo.220.columna.2.
Prælati consilia subditorum audire debent.t.1. fol.303.columna.4.
Prælati senes secum debent habere consulares. fol.304 columna.1.
Prælati non sunt domini subditorum sed conserui.ibidem.
Prælatus malus qualiter à domino diuidẽdus sit.ibidem.
Prælatus malus qualiter cum infidelibus collocabitur.tom.2 fo.115.col.3.
Prælatus murus futurus est ouibus suis.tom,2. fo.123.columna.4.
Prælatus alijs perfectior futurus est.to,2.f.140. columna. 4.
Prælati quare sal dicantur.tom.2.fo.154.colũna.1.2.&.3
Prælati accusatum ante se debẽt vocare vt pro se respondeat.to.2 fo 187. col.1.
Prælati accusatorum nomina aut testiũ prodere non debent,ibid.col,2.
Prælati etiam improbi obtemperandi sunt. t.2. fo 13.col 3.& fo.225,col,3.
Prælatus personaliter assistere debet. to.1.f.12. columna.1,
Prælati vmbra subditum sanat.tom.1.ibidem. columna.3.
Prælatis optimis maior gloria concedetur quã subditis.to.1.fo.114,col.1,
Prælatorum officia quæ. tomo.2, folio. 112. columna.1,
Prælato pessimo nihil peius.tomo.2.folio.156. columna.1.
Prælatura quærenda non est.tomo.1.folio.328. columna 2.
Prima malorum sunt supplicia conscientiæ.tomo.2.fo.199.columna.4.
Præmium quare ponatur in præcepto de honorandis parentibus.tomo,2,folio,242.columna.3.&.4.
Præmia concessa in hac vita meritis Magdalenæ,to 1.fol,258.columna 4.
Præmium ab his quibus expectandum est,to.1. fo.163,columna,1,
Præmium merito correspondet. tom.1.fo.219. columna.2.
Præscientia Dei non ponit necessitatem in rebus.to,2,fo,334.columna,3,
Præterire & cadere idem sunt,tomo.2,fo,201, columna. 4.
Præteritum in scriptura sepe ponitur pro præsenti.tom,1.fo,135.columna,2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primogenitus quis dicatur. tomo.1.folio. 136. columna. 2.
Primogenitus masculus aperiens vuluam dicitur.to,1.fo.84 columna.2.
Primogeniti Abraham,Isaac,& Iacob in genealogia Christi non numerantur. to.1,fo.136. columna.2.
Primum factum Christi fuit Ioannem visitare. to 1.fo.36 columna 2.
Primus gradus conuersionis in Deum est propriam cognoscere iniquitatem. tom. 1.f.253. columna.4.
Principatus ecclesiæ quare Petro tribuatur.t 1. fol.168.columna.4.
Principatus à potestate differentia.to,2.fo.295. columna,1.
Princeps exemplo virtutis magnum affert cõmodum populo. tomo. 1. folio, 183. columna.3.
Principes acceptatores personarum non sunt futuri.to.1 fol.193 columna 3.
Principes sacerdotum qui dicantur.to 2.f.285. columna.4.
Principes sacerdotum qualiter dicantur venisse ad capiendum Christum.tomo.2.fo.339. columna 3.
Principium salutis à muliere procedit.tomo.1. fol,40.columna.3.
Prodigus insipientior videtur auarus. tomo.1. fol 307,columna. 4.
Prodigi stultitia.ibidem.
Promissio quando præterire dicatur. tomo. 2. fol.201.columna. 4.
Pronomen,hoc,in consecratione corporis pro quo supponat,to 2.fo.329 columna 3.
Propheta non est causa operis.tomo.2.fol. 251. columna 3.
Prophetiæ quare patribus antiquis fuerunt obscuræ.to,2.fo.359.columna,1.
Prophetare opus Dei est. tomo.1.folio.54.columna.2.
Prophetæ oleo vngebantur apud Hebræos.t.1. fo.71.columna.1.
Prophetæ omnes vno sunt loquuti ore.tom. 1. fo.56.columna.1.
Prophetæ non cognoscunt omnia.tom.1.f.259. columna 4.
Prophetæ quare in propria persona loquebantur de passione Christi loquentes. tomo. 2. fo.242.columna.4.
Prophetæ Nahum, & Abacuc post onera multa quare consolationem subdunt. to.2.f.253. columna 4.
Prophetæ in actu prophetiæ mentiri non possunt.to.2.fo 300.columna.3.
Prophetæ suas scripturas intelligebant.tomo.2. fol,374.columna.1.
Propria Saluatoris quæ sunt.tomo.1. folio. 82. columna.1.
Proximus etiam si peccator fastidiendus non est.tom.1.fol,170 columna.3.
Proximus noster quis sit. tomo.2. folio. 32. columna.2.
Proximus libenter est adiuuandus,to.2.fo. 40. columna.2.
Proximum feriens prius Christum ferit. to.1. fol.107.columna.1.
Prudentia maior est inter virtutes cardinales. tomo.1.fol.328,columna. 4.
Prudentia quid,to.2.fo.111.columna 3.
Prudentia ordinem in virtutibus constituit. ibidem.
Publicani qui dicebantut. tomo.1. folio. 125. columna.4.
Publicani Iudæi,& Dei cultores erant. tom.2. fol.164.columna.4.
Publicani quare infames habebantur.tomo.2. fol 179.columna.2,
Puellæ clausæ futuræ sunt.tomo.1,folio.21. columna,4.
Pueri nomen Dei debet primum audire. to.1. fol,52,columna.2.
Pulsare actum operis respicit. tomo 2.folio. 51. columna.1.
Pusillanimitas vtilitatem spiritualem impedit. tom.1.fo,119.columna 2.
Pusillanimitas causa est quod aliqui malis adhæreant.ibidem.
Purgatorium esse ex scriptura conuincitur.tomo.2.folio,90.columna,4.

Q

Quadragenarius numerus pœnitentiæ est accommodatus. tomo.1. folio.139. columna.3.
Quadragesima ab Apostolis ordinata fuit.to.2. folio.369.columna.3.
Quærere actum cordis respicit.tomo.2.fol.51. columna.1.
Quæ in datione eleemosynę consideranda.t.1. folio 144.columna.2.
Quæ Deus à sapientibus abscondat.tom.2.f.20. columna,2.
Qui in vno offendit omnium factus est reus, to.1.fo.7.columna 4,
Qui in vita peccata non, persoluet in inferno. to,1,fol 61.columna 1.
Qui de domo Dauid dicantur,tomo.1.fo,64. columna 3.
Qui sine timore est iustificari non potest, to,1. fol,85.columna. 4.
Qui malum ob timorẽ vitat proximus est vt peccet.tom.1,fo.149.col.2,
Qui alicui veniam postulat non sibi, sed alteri illam petit,to.2.fo 47.col.1.
Qui de tribulationibus cõqueritur Deũ offendit,to.1.fo.101.col.3.
Quies non est admittenda in via Domini.t,1. fol.8 columna. 4,
Quies & humilitas contemplationi necessaria sunt.to.2.fo,38.columna.3.

R

RAtio humana fidei non est præponenda. tomo.1.fol.15,columna.3.
Ratio naturalis abstinentia docet seruare. tomo.2.fol,204,columna.4,
Recedere à Deo vera tristitia est. to.2,fol.244. columna.3.
Recordatio in damnatis ad illorum pœnam necessaria est,to.2.fo.214 col.2.
Recordatio mortis remedium est ad vitanda peccata.to.1.fo.131.col,1,
Rectitudo animæ corporis animæ rectitudinẽ significat.to,2 fo,265.col.2.
Reges oleo vngebantur. tomo.1.folio. 71.columna.1.
Reges Iudæorum quare nomine Christi vocabantur. tom,2.fo.344.col.3.&.4.
Regis imperium in obedientia subditorum cõsistit.to,1,fo.40 columna. 4.
Regibus iure naturali debẽtur vectigalia. to.1. fo.116.columna.1,
Regina Sabba qualiter dicatur condemnare Iudæos.to,2 fo 76.columna.3.
Regnum Dei non terminatur finibus. tomo.1. fo.18.columna.3.
Regnum Iudæorum quare ad Romanos translatum.to 1.fo.112.col 3.
Regnum cœlorum quinquemodis possidetur. tomo,2.fol.101.columna.1.
Regnum Dei prius venit ad nos quam nos ad illum.tomo.2,fo. 64.columna.1.
Regnum Christi à pauperibus incipit.tomo.1. fo.242.columna.2.
Regnum Dei qualiter primum omnium quærendum.to,2 fo.99.col.2.&.3.
Regnum Dei quare præcipiatur quæri & non eius honor.ibidem,
Regnum Dei cœlorum & Christi idem sunt, & quare his dicatur nominibus.to.2.fo.125. columna.3.
Regnum Dei aliquando Christus dicitur. ibidem.
Regula scripturæ necessaria. tomo.1. folio. 151. columna.3.
Regula seruanda in parabolis.tomo.2.fol.165. columna,1.
Religio Christiana crux est & pœnitentia.to.1. fol.183.columna.4,
Reliquiæ sanctorum venerandæ sunt. tomo.1. fol.295.columna.3.
Remissio culpæ & receptio gratiæ in eodem fiunt instanti.tom.2 fo.182 col. 2.
Renunciare omnibus & relinquere omnia in quo differant.tomo.2.fo.155.col.1.
Reprobatio facta in terra factæ in cœlo respondet.tom.2 fo.17.columna,3.
Reprobi paleæ vocantur tomo.1. folio. 130. columna.2.
Res quanto charior est, tanto maiori dolore quæritur.to.1.fo.108.col.3.
Res propria cum offensione diuina repeti non licet.to,1.fo.212 col.3.
Rerum diuisio. to 1. fol 214.colu.4,
Rerum vsus quando pretium accipi possit. ibidem.
Residentia prælatorum in quantum necessaria sit.tom.1.fol. 11.col.3.
Respicere misereri significat. tomo.1.folio. 18. columna 1.
Respicere in scriptura elargiri dona est,tom.1. folio.42.col.4.
Respondere aliquando in scriptura dicere significat to.2,fo,124.columna.2.
Responsiones Christi qualiter considerandæ sint.to,2,fol.287 columna.1.
Resurrectio Christi in omnibus fuit articulus difficilis creditur. tomo. 2. folio. 359. columna.4.
Resurrectio Christi illum verum Deum ostendit.to.2,fo.368.columna.1.
Resurrectio fidem passionis traxit. ibidem.
Resurrectio Christi necessaria fuit. ibidem.
Resurrectio Christi qualiter causa nostræ resurrectionis sit.ibidem.col.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reuelare Spiritui sancto appropriatur. tom.1. fol 87.columna.2,
Reuelatio diuina Apostolis quando necessaria fuerit.tom.2.fol.91.col.1,
Robur & fortitudo appellata spiritus & virtus.tomo.1.fo.14.columna. 4.

S.

SAbbathum quicunque dies festus appellabatur,to.1.fo.185.columna.2.
Sabbathum secundo primum quid dicatur.ibidem.
Sabbathum quare in diem Dominicum mutatum sit.to.2.fo.137.col.3.
Sacerdotes quales esse oporteat. tom.1.fo.17. columna.1.
Sacerdotes scire debent distinguere inter peccatum & peccatum . tomo. 1, folio. 172. columna.1.
Sacerdotes eriã improbi honorandi sunt.ibid. columna.2.
Sacerdotes non se debent ostendere graues.tomo.1.fo.172.columna.3.
Sacerdotes potestatem habent dimittendi peccata.tom.1.fo. 179,columna.3.
Sacerdotes veteris legis peccata remittere nõ poterant.tom.2.fo 224.columna.1.
Sacerdotes minores in lege veteri incensum ponere poterant,to,1.fo.10,col.4.
Sacerdotes oleo vngebantur.tom.1.folio. 71. columna,1.
Sacerdotes habitaturi iuxta ecclesias. tomo,1. fol.115.columna,2.
Sacerdotes peccatores à peccatis soluere debẽt,tomo 2.fo.174.columna.
Sacerdotes quare Christo non restiterunt eos de templo eijcienti. tomo. 2.folio. 248.columna.3.
Sacerdotes capillos tondere & corona insigniri quid.tom.2.fo.33.col.4.
Sacerdotes misericordes esse tenentur. ibidẽ.
Sacramenta omnia ad eucharistiam ordinantur tanquam principale. tomo,2, folio, 46, columna.3.
Sacramento accedere solis mundis licet.tom.1. fol.187.columna.1.
Salatiel filius est Iechoniæ qui dicitur filius Nerei.to.1.fo.137 col.1.
Salis proprietates. tomo.2.folio. 154. columna.1.2,3.&.4.
Salus animæ solicitè quærenda est.to.1.fo.174. columna.1.
Salutatio Mariæ noua fuit. tomo.1. folio. 36. columna.2.
Salutatio Mariæ ad Elisabeth Christi dicenda est.to.1,ibidem.
Salutare Dei nostrum appellatur.tom.1.fo.91. columna.3.
Samaritani nec Gentiles,nec Iudæi erant.to.1. fol.329,columna.3.
Samaritani Christum quare non receperint,tomo.1.ibidem.columna.4.
Samaritani idola colebant. tomo. 2. folio. 33. colmna,4.
Sanare infirmum imperatiuè solius Dei est. tomo.1.fol.177.col.3.
Sanare corporaliter quomodo sit eque magnũ ac sanare spiritualiter.ibidem.
Sanare corpus quomodo maius sit Christo, quam sanare animam. to.1.ibidem. col.4.
Sanguis à Christo in sudore effusus qualiter fuerit naturalis,& qualiter miraculosus.tom.2. fo,337.col.3.&.4.
Sanguis & aqua à latere Christi effusa verus sanguis & aqua fuerunt.ibidem.
Sanguis Christi in circuncisione effusus sufficiens erat ad satisfaciendum pro peccatis nostris.to.1.fo.321.col.4.
Sanitas miraculosa perfectè sanat.to.1,fo.160. columna 4
Sanitas in diuinis mandatis exercenda est. ibidem.
Sancta sanctorum quid. tomo.1. folio. 11. columna.2.
Sancta nisi sponte contaminari non possunt.tomo.1.fo.160.columna.1,
Sancti instrumenta sunt separata diuinitatis. to.1,fo.161,columna.4.
Sancti virtutem habent faciendi miracula. ibidem.
Sancti timendi & honorandi sunt.to,1.fo,168. columna.2.
Sancti in hac vita inuocandi sunt. to.2,fol.216. columna.1,
Sancti suas laudes referunt Deo.tom.2,fo.241. columna.3.
Sancti hospitio recepti vtilitatem afferunt.t.1. folio. 48.columna.3.
Sancti patres incarnationem de congruo meruerunt.to,1.fo,56.col.5.
Sancti ieiunio maximos exercitus superarunt. to.1.fo.143.col. 1.

San-

Sanctorum vigilia quarè prius quam festũ celebratur.to.1.fo.205,columna.3.
Sancti non solum sunt participes regni Christi , sed etiam gloriæ.tomo.2. folio. 333. columna,1.
Sancti in cœlo pro peccatoribus orant.tom. 1. fo.122,columna. 4.
Sanctificari dupliciter sumitur.tomo.2.fol,44. columna.4.
Sapientia Dei ad nihilum redigit sapientiã humanam.tom.2.fol.125.col.1.
Sarepta vibs erat inter Tyrum & Sidonẽ.to.1. fo.154.columna. 4.
Sanctum quid.to.1.fo.125.columna. 2.
Satisfactio pro peccatis necessaria est. tomo.1, fol.265.columna.2,
Scandalizari in Christum est in ipsum nõ credere to.1.fo 241.col.4.
Scandalizantium pœnæ, tomo.2. folio.217.columna.3.&.4.
Scandalum duplex.. & tomo,2. folio. 216,columna.4.
Scandalum actiũm semper est peccatum.t.1. fol.189 columna.2.
Scandala esse necesse est necessitate cõditionata.to.2.fol.216.col.3.
Scandalum actiuum quid ibidem.
Scandalum passiuum quid. ibidem.
Scandalum quando sit peccatum veniale, quãdo vero mortale.to.2.fo.117.col.1.
Scelerati nihil possunt facere in iustos. tom.2. fol.139.col.4.
Scientia vituperanda non est, tomo.1. fol.45. columna.4.
Scientia multiplex fuit in Christo.to.1.fol.99. columna.1.
Scientia virtuti coniuncta bona est. to.2 fo.24. columna.2.
Sciens grauitatem peccatorum & faciens peccata grauius à Deo punietur. tom.2. fol. 15. columna.4,
Scoria in scriptura pro peccato sumitur.tom.2. fo.238.columna.3
Scorta non sunt consentienda in medijs ciuitatibus.to.2.fo.222.columna,4.
Scribę & Pharisęi quare genimina viperarum. to.1.fo.121 columna.1.
Scribæ & Pharisæi in principio prædicationis Christi cognouerunt illum esse Messiam.t.2. fol.134.columna.3.
Scribæ & Pharisæi peiores facti sunt satana in persequendo Christum. tomo. 2. folio.324, columna.1.
Scriptura elegantia in quid.to.1 fo.3.col.1,
Scriptura sacra in omni verbo habet mysteriũ. tom.1.fo.5.columna.2.
Scriptura quod obscurè dixit statim declarat. to.1.fol.10.columna.2.
Scriptura quid apparere dicatur.tomo.1.fo.11, columna.3.
Scriptura aliqua esse dicit quia sic à populo existimantur.tom.1.fo.83.col.2.
Scriptura eundem hominem sæpe diuersis nominibus nuncupatur..to.1.fo.107.col.3.
Scriptura sape singulari pro plurali vtitur. t,1. fo.245.columna.2.
Scriptura arma habet contra veritatis aduersarios.to.1.fo,148.col.1.
Scriptura in re minus insigni insignioré intelligere tolet.tomo.1.fol.266.col.4.
Scriptura quare non permittatur in vernaculo sermone.to. 1.fo.270.col.2.
Scriptura quando ponit notabilem quantitatẽ alicuius rei non curat de modico quod defuit, aut superfluit.to.1.fo.304.col.4.
Scriptura qualiter interpretanda.tom.1.fo.350. columna.2.
Scriptura multa dicit iuxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur. to.1.fol.183. columna,3.
Scriptura sæpe vtitur hyperbole.tom.2.fol.233. columna.1.
Scriptura sæpe loquitur de multitudine sub vna persona.to.2.fo.145.columna.3.
Scriptura qualiter Deo humanos mores imponat.to.2,fol,149.columna.3.
Scriptura quando dicit miracula facta esse in virtute fidei,fidem viuam intelligit, tom.2. fol.189,columna.2.
Scriptura sæpè vocat res ex apparentia. tom.2. fol.166.columna.1.
Scriptura per oleum misericordiam significat, to,2 fo,193.columna.2.
Scriptura quare tristitia lætis solet adiungere, to.2.fo.253,columna,4.
Scriptura de insensibilibus loqui solet ac sensum haberent.tom.2.fo.279.col.2,
Scriptura simplicibus,& verissimis verbis tradita est.tom.2.fo,107.co.2.
Scriptura quare obscura est.tomo 2.folio. 374. columna.1.
Scriptura quod ad opprobrium pertinet minutatim narrat quod vero ad gloriam breuiter.tom.2 fo 376,col.4.
Scriptura aliquando numero certo pro incerto vtitur.to.2.fo.67.columna 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturæ adornari debent sententijs philosophorum.to.2.fo.85 colu.1.
Scripturæ potius est adhibenda fides, quam mortuis resurgentibus.tomo.2.fol. 215, columna.1.&2.
Sectæ pharisæorum quot fuerint.to.2.fol.199. columna.1.
Securitas premij potissima pars beatitudinis. tom.1.fo.248.columna.2.
Sedere in cathedra pestilentiæ quid,t.2 f.136. columna.1.
Sedes pro statu sumitur. tomo.1.folio. 27, columna.2.
Sempiternum non sumitur semper pro perpetuitate.to.1.fo,28 columna.3.
Senarius numerus mysterium habet. tomo.1. fol.18.columna,1,
Sensus literalis aliquando ille est qui per similitudinem insinuatur, tomo.1. folio. 118. columna.3.
Sensus verus scripturæ ex antecedentibus, & consequentibus colligitur. tomo.2.folio. 80. columna, 4.
Sensus parabolæ quis sit. tomo.1. folio. 167. columna.3.
Sensus verus literalis parabolæ filij prodigi.tomo.2 fo.165 columna.2.
Septuaginta duo discipuli quare non dicãtur Apostoli.to.2 fo.2 col.2.
Sepulchra prophetarum ornare quid.t.2.f. 81. columna.3.
Sepulchrum Christi an videre tres Mariæ,to.2, fo 356.columna 4.
Sequi Christum perfectionis Christianæ est.tomo.2.fol.247.columna 1.
Sequi Christum quid.ibidem.
Sequentes consilia Dei sæpius à dæmone tentantur to 1.fo 118.col.3.
Sermo noster iudicio semper disponendus est. to.1 fo.155.columna.1,
Sermo imago est cordis.tomo.1.folio.222. columna,3.
Seruantes verbum Dei in corde quare mater Dei dicantur.to.2.fol.127.col.2.
Serui tanquam fratres habendi sunt. tomo.1. fo.214.columna.4.
Serui in scriptura pueri vocatur.tom.1.fo.218. columna.4.
Seruis Dei naturæ necessaria non deficient.tomo.2.fo 6.columna 2.
Sibyllæ donum habuerunt prophetiæ.t.1.f.96, columna.3.
Sicera nomen est generícum.t.1.fo.14.col,2.
Sicomorus quid.to.2 fo.161.col.3.
Signum quid.to.1.fol.94.col.2.
Signa generalia amicitiæ inimicis denegari nõ possunt.to.1.fo.221.col.2.
Silentium murus est deuotionis.tom.1.fo.114. columna.4.
Siliqua quæ dicatur.to.2.fo.176.col.1.
Simeon animarum cõsolationem expectabat. to,1.fo.86.col.2.
Simeon viso Christo nihil amplius videre optabat.to.1.fo.90.col.3.
Similitudo amorem generat.to.1.fo.70.col,3.
Simon Pharisæus non solum peccauit in Deũ, sed etiam in Magdalenam. tomo.1.fol.260. columna.3.
Simon & Iudas fratres fuerunt Iacobi minoris.to.1.fo.192.col.1.
Simon Cirenensis qualiter crucem Christi portauerit.tom.2.fo.349 col.1.
Simplex rectum sonat.to.2.fo 78.col 2.
Simulatio facti quando licita sit.tom.2. fo.365. columna 4.
Sinus Abrahæ supra locum pœnarum fuit. t.2. fol.210.columna.1.
Sinus Abrahæ quare sic dicatur.ibidem.
Sol & luna quare ante iudicium obscurabuntur.to 2,fo.311.co.2.&.3.
Sol & Luna eodem tempore ecclipsari nõ possunt.ibidem.
Solis oscuritas ante iudiciũ ex quo proueniet. ibidem.
Solicitudo rerum temporalium quibus modis illicita sit.to.2 fo.96,col.2
Solicitudo rerum temporalium verbum Dei. to.2.fo.97.co.2.&.3.
Solitudo murus est deuotionis.tom.1.fol.114. columna.4.
Solitudo amplectenda est. tomo.1. folio, 60. columna .1.
Solus paralyticus à Christo in Euangelio filius vocatus est.to,1 fo,175.columna 2.
Solutio quæstionis orte tẽpore Apostolorum an ad gentes pertinere salus.tomo.2.fo.267. columna .1.
Sperare in Deum debemus semper.t.1,fo.114. columna.3.
Spes homini necessaria est. tomo.2.folio. 177. columna.3.
Spiritus sanctus quare in specie columbæ venerit.to.1,fo,134. columna.3.
Spiritus sanctus ob quid in similitudinem venti ignis & linguæ venerit.tomo.1.fol. 169. columna.3.

Spiri-

Spiritus sanctus quare linguis igneis in discipulos apparuit.tom.2,fo 215.columna.1.
Spiritus sanctus quibus infundatur & detur. tom.1.fo.114.columna,3.
Spiritus sanctus quos impleat. ibidem.
Spiritum sanctum dicere à Patre tantum procedere erroneum est. tomo.2.folio,375.columna.3.&.4.
Spiritus prophetiæ triplex. tomo.1.folio.40, columna.1.
Spiritus acumen,est rationis.tomo,1.folio. 41. columna,4.
Spiritus vbi sine addito inuenitur in bonã accipitur partem.to.2,fo.65.col,2.
Spiritus malus exiens à corpore non potest ire vbi vult,ibidem.col.3.
Spiritus malus quando in loca atida esse dicatur,ibidem.
Spiritus Domini quare continuit Apostolos ne prædicarent in Asia. tomo.2. folio. 70. columna.4.
Spiritus variè in scriptura sumitur.to.1.fo.331. columna 2.
Spiritus quando carnem adorat.tom.2.fo.206. columna 2.
Spiritus mali quatuor conditiones assignantur.to,1.fo.195.col.4.
Spiritualia tẽporalibus anteponenda sunt.t.1. fol,103.columna.2.
Spiritualia pro temporalibus omittenda non sunt.to,1.fo,333.columna.3.
Splendor exterior cum interior bonus est.to.1, fol.7.columna.2.
Splendor cordis melior est dignitate.tomo.1. ibidem.
Splendidè comedere interdum vitium non est to.2.fo.106,columna.2.
Spuere in faciem alicuius apud Iudæos abominabile erat to.2.fo.342.col.2.
Stagni Genezaret descriptio.tomo.1.fol 164, columna.3.
Status in quo est virtus cum vitijs periculosus est,tom.1.fo.8.columna.4.
Status continentiæ perfectior est statu cõiugij. tom.1.fol.18.columna.1.
Status firmitatem dicit.tomo.1. folio, 29.columna.3.
Status secundus peccati peior est primo. to.2, fol.70 columna.1.
Status humilitatis præstantior est quam dignitatis.to.2.fo.141.columna.4.
Status viuentium qualiter peior sit statu eorum qui in inferno torquentur, tomo. 2. folio.159.columna.3.
Stare in peccatis quis dicatur.tom.1 folio.69. columna.1.
Stare ad viram pertinet bene operantis.tom.1. fol.188.columna.1.
Stare rectè agere significat.ibidem.
Stridor dentium in damnatis ex qua causa procedat.to.2.fo.130.columna.2
Stupidi asini in scriptura dicuntur,to.1.fo.121, columna.2.
Subditus malus prælatus bonus esse nõ potest. tomo.2 fo.361.col.3.&.4.
Suggilari quis dicatur, tomo.2.folio.233.columna.4.
Summus sacerdos perpetuus erat.to,1.fo.113. columna 3.
Superbia principium fuit nostræ miseriæ. to.1. fol.82.columna.4.
Superbia origo est discordiæ.tomo.2.folio. 62. columna 4.
Superbia occultari non potest,tom.2,fol.235. columna.4.
Superbia societatem fugit,tomo.2.folio. 236. columna.4.
Superbia hominem facit hæreticum. tomo. 2, fol 15.columna.4.
Superbus in sensu composito saluari non potest. tomã.fo 221.columna.2.
Superbus extra se est. tomo.2. folio, 146. columna,3.
Superborum triplex genus. tomo. 2.folio.236. columna.1.
Suscipere quid.to.1.fo, 47.columna.2.
Suspicio finanis gloriæ fugienda. tom.1.f, 163. columna.1,

T.

TAbernaculi à diuersorio differentia.tom.2, fol.192.columna.1
Tabor montis descriptio.to.1.fo 317.col.2.
Teloneum quid.tom.1.fo.180,columna, 4.
Temerarij in periculis Deum tentant.tomo,1, fo,150.columna 1,
Temperantia medicamen est corporis & animæ.to.1.fo.205.columna.2.
Templum sine doctoribus quid dicatur.tom.1. fol,106.columna.3.
Templum dupliciter sumitur,tom.2, folio.82, columna 4.
Templum Dei à Iudæis dicatum quare Deus voluerit penitus deuastari.to.2.fo.303.col.4.
Tẽpli Salomonis descriptio.t.2 f.82.co.3.&.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tempus vitæ ad quid datum. tomo.1.fol.58. columna.2.
Tempus dolum detegit. tomo.2.folio.307. columna.3.&.4.
Tempus natiuitatis Christi tempus est lætitiæ. to.1.fol.72.columna.4.
Tempore iudicij boni & mali seperabũtur.t.2. fol.232.columna,2,
Tempore aduentus Christi pax in mũdo erat. tomo.1,fol.62.columna.3.
Temporalia fugienda.tom.1.fol.28.col.2,
Temporalia in oratione non sunt petenda tanquam principalia. tomo.2,folio.43.columna,3.&.4.
Temporalia non vt nostra petenda sunt.tom.2. folio.100.columna.1.
Temporalia male adquisita diu conseruari nequeunt.to,2.fo.291.columna 3
Tentatio Christi externa fuit. tomo.2.fol.140, columna.2.
Tentatio ab omnibus timenda est.ibidem.columna.4.
Tentatio in rebus prosperis maxime timenda. ibidem.
Tentatio vtilis est.to.1.fo.141.col.2.
Tentatio à Deo permittitur.ibidem.col.4,
Tentatio bona est.to.1.fo.142 col.2.
Tentatio malis nihil intulit mali.ibidem.
Tentatio secunda diaboli ad Christum replica est responsionis primæ. tomo.1.fo.146. columna.2.
Tentatio duplex bonum affert. tom,2.fol. 47. columna.4.
Tentatio Petri secunda à muliere simul cum homine facta fuit,tom.2.fol.341.col.1.
Tentationes discipulorum tentationes Christi dicuntur.to.2.fo.332 columna.4.
Tentationibus sine charitate resisti non potest. to,1.fo.223.columna.4.
Tentare dæmonis officium est.tomo.2.fo. 24. columna.2.
Tentari vel non tentari non est in nostra voluntate.to.1.fo.140.columna.2,
Tentari bonum est.tom.2.fo.47.col.4.
Tepiditas in oratione ab eius perseuerantia semouet.to 2.fo.50.col.3.
Terra promissionis pars est Syriæ.to.1.fol. 63. columna,4.
Terrena despicienda sunt, tomo,2. folio.244. columna.2.
Terrena animam nostram non complent.to.1, fo.200.columna.3.
Testamentum vetus sanctum dicitur. tomo.1. folio.56.columna.3.
Testamentum nouum sanctum dicitur.ibidẽ.
Testis optimus quis dicatur. tomo.1,folio.4. columna.3.
Tetrarcha quarta pars est regni.t.1.f.111,col.3.
Thesaurus cœlestis à mundi thesauro differt. tomo.2.fo.111 columna.4.
Thesaurus cordis intentio cogitationis est. t.1. fol.222.columna.2.
Thesaurizare quid.tom.2.fo.121.col.4.
Thesaurizandi genera. ibidem.
Thesaurizare quomodo prohibeatur. ibidem.
Times peccata mortem non timet, to.2 fol.86. columna.1.
Timens Deum ab alijs timoribus liber est.to.1. fo.26.columna.1.
Timor Dei iustitiam conseruat.tomo.1.fol.86. columna.1.
Timor pœnæ bonus & salutaris est.to.1.fo.123. columna.4.
Timor pœnæ à malo præseruat.tom.1.fol.149. columna.1.
Timor Dei vsu peccandi dimittitur,t.2.fo. 65. columna,4.
Timor humanus quandoque peccatum mortale est,to.2.fol,66.columna.1.
Timoris species.ibidem.columna,2.
Tollere crucem quid.tom,1.fo.313.col.1.
Tormenta in hac vita amicis Dei parata sunt. tom.2.fo.65.columna.3.
Tormenta quomodo in inferno non consummat damnatos. tomo.2. folio. 319. columna.1.&.2.
Transfiguratio Christi nocte facta fuit. tom.1. fol.312.columna.4.
Tradere quid.to.2.fo.324.col.3.&.4.
Traditiones ecclesiasticas negare hæreticũ est. tom.2.fol.14.columna.3.
Transfigurari quid.to.1.fo.318.columna.2,
Transfiguratio quare non fuit visa ab omnibus Apostolis.to.1.fo.316.col.3.
Transfigurationem quare reuelare prohibitum sit vsque ad resurrectionem.tomo.1. fo.326, columna.1.
Tribulatio quæ à proprijs infertur maxima est. tom.1.fo.156.columna.2.
Tribulatio patienter toleranda est,tom.1.f.278. columna,2.
Tribulatio post Christi aduentum dulcis facta fuit.to.2,fo,153.columna,4.
Tribulatio Iudæorum in euersione Hierusalem maior fuit quã illa quæ sub Antichristo erit. to.2.fo.310.colu.4.

Tribulatio,in qua Christus ab angelo confortatus est alia fuit ab ea quam passus est in deserto,tom 2.fo.337.col 1.
Tributa quare redduntur, tomo.1.folio.126. colum.3.
Tributum à Iudæi Cæsari debitum quale fuerit.tom 2 fo.269.col.1.&.2.
Trinitas diuina in cõuersione peccatorum gaudet,tom 2.fo.163.col.3.
Tristari excessiue super mortuos non licet,to. 1.fo.234 col,3.
Tristes omnes existimant suæ tristitiæ gnaros esse.tom 2.fo.362.col.3.
Triũphis Christi in asello maior omnibus fuit. tom.2.fol.276.col.1.&.2.& folio.277. colu.1 &.2,
Tunica vna in scriptura necessarium alimentũ significat duæ autem superfluum.tomo.1.fo. 300.col.2.
Turba fugienda,tom.1.fo.173. col. 4.
Turba quare in montem ascendere non poterat,tom,1.fo 163 col.4.
Turpe vtile non potest.tom.2.fo.291,col.3
Tyrus & Sidon ciuitates erant in Syria,tom.2 fol.12. col.3.

V

Vanagloria fugienda est,tomo,1.fol.171.columna.2.
Vanagloria virtutibus est similis , tomo.2. fol 237 col.4.
Vanagloria omnia bona tollit,ibidem.
Vbi amor ibi Deus,tom.1. fol.51.col.3.
Væ,comminatio est aterna,tomo.1.folio. 204. colum.4
Velle,vt delicta puniantur sanctum est.tomo,1 fol.212.col.3.
Velum cẽpli scissum fuit in passione Christi,nõ autem vellum sancta sanctorum,tom.2.folio.353.col.4.
Venia peccatorum in hoc seculo petenda est. tomo.2.fo.2[illegible].col.1.
Verbum in scriptura sepe pro facto sumitur, tom.1.fol.75.col.1.
Verbum domini à solitarijs auditur,tomo.1.folio.114.col.3.
Verbum in scriptura aliquando pro resumitur, tomo.1.fol.145,col.3.
Verbum aliquando pro re significata per illud sumitur.tom.1.fo.158.col. 4
Verbum Dei diligenter quærendum,tomo.1. fol.164.col.1.
Verbum Dei peccatorem iustificat & iustum sustinet.tom.1.ibidem. col.2.
Verbum Dei delectabiliter audire signum est prædestinationis,tom.1.fo.194.col.3.
Verbum Dei audire ad beatitudinem non est satis,tom.2.fo.73. col.2.
Verbum,amen,quare in omnibus linguis immutatum,remanserit,tom.1.fo.230. col.1.
Verbum Dei semper opportune prædicatur. tomo.1,fol.269,col.3.
Verbum Dei quare vita dicatur.t.1.f.271.c.4.
Verbum Dei quare verbum crucis appelletur. tom.1.fo.278 col.2.
Verbum Dei propter bonum temporale relinquendum non est,tomo.1.fol. 281.col.1.
Verbum Dei sine personarum acceptione prædicandum,tom.2.fol.135,col,2.
Verba domine per seruos contemnenda non sunt,tom. 1.fol.16. col.4.
Verba sancta cor inflammant,tomo.1, fol.98. colum.2.
Verba inutilia charitatem extingunt,ibidem.
Verba Christi spiritualem habebant virtutem, tomo.1.fol.158.col 2.
Verba Christi gratiam hominibus tribuebant, tomo.1,fo.194.col.2.
Verba Christi instrumenta erant diuinitatis, ibidem.
Verba aliquando supplenda sunt in scriptura, tom.2 fo.282 col.2.
Vere pœnitentes corde contriti sunt,tomo.1. fol.152.col.2.
Veritas propter scandalum minimè dimittenda,tom.2 fo.217.col.2.
Veritas à quocunque dicatur est magnifacienda,tom.2.fo.286.col.3.
Veritas quando abscondenda tom,2. foli.286. colum.4.
Veritas in scriptura varia significat,tom.2. fol. 295.col.4.
Veritas nullo temporali periculo deserenda, tom.2.fol.344.col.1.
Vestimenta Christi in transfiguratione quare niui assimilẽtur,tom.1.fo.319.col.3.
Vestis de aurata quare hominibus pulchrior lilio videatur,tom.2.fol.98.col.2.
Vespar quibus modis sumatur,tom.2. fol.365. col.4.& fol.366.col.1.
Via ad dominum per pœnitenciam paratur,tomo.1.fol.118.col.1.
Via dominum virtus est,ibidem.
Via recta quæ dicatur,tom.2.fo.119. col.1.
Via cæli delectabilior est omnibus diuitijs mũdi.tom.1.fo.120.col.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Victoria est à malis fugere. tomo. 1. folio. 157. columna. 2.
Videre mortem. quid. tom. 1. fo. 87. col. 4.
Videre Christi in scriptura quid. tom. 1. fol. 180. columna 2.
Videntes Christum in hac vita damnari poterant. to. 2. fo, 25. colu. 2.
Vidua quasi monialis est. tom. 1, fol. 96. colu. 4.
Viduæ status bonus est. to. 1. ibid. col. 3.
Vindictæ de iniurijs soli Deo reseruatur. to. 1. fol, 73 columna, 2.
Vinum mentem ad cœlestia volare impedit. to. 1 fo. 14. columna. 2.
Vir robur denotat. tom. 1. fo. 20. colu. 1
Viri boni & mali discrimen. tomo. 1. folio. 29. columna 3.
Virtus principio aspera est. tom. 1. fo. 25. col. 4.
Virtus a pueritia est amplectenda. tom. 1. fo. 81. columna 2,
Virtus bonorum in tentatione cognoscitur. tomo. 1 fo. 142. columna. 1.
Virtus spiritus operatiua est signorum. tomo. 1. fo. 150. columna. 4.
Virtus faciendi miracula nõ est fixè in sanctis. tom. 1. fo. 161. columna, 4.
Virtus futura abscondita. tom. 1. fol. 171. col. 2.
Virtus humanæ naturæ est consentanea. to 2. fol. 198. columna. 4.
Virtus vera ab animo incipit. tomo, 2. fol. 84. columna. 2.
Virtus falla externa tantum quærit. ibidem.
Virtus laudibus est honeranda. tom. 1. fo. 245. columna. 1.
Virtus perfecta studium vitionis non habet. tomo. 1 fo. 331 columna. 1.
Virtutes narranda sunt. to 1. fo. 244. col. 1.
Virtutis finis considerandus est. tomo. 1. fol. 25. columna 4.
Visio beatifica nos formaliter bonos reddit. tomo. 2. fol. 45. columna. 1.
Visio beatifica summum bonum nostrum est. ibidem.
Visio discipulorum qualiter beata dicatur. to. 2, fol 22. columna 3.
Visus Dei homines humiles reddit. to. 1. fo. 180. columna 2.
Visus amantis cor amati in se transfert in seipsum. tom. 1, ibidem.
Vita & interitus eadem via ingrediuntur. to. 1. fol. 18. columna. 2.
Vita contemplatiua non est semper excellentior actiua. to. 1 fo. 35. col. 1,
Vita Christi nostram metitur, t. 1. fo. 76. col. 3.
Vita nostra contraria vitæ Christi. to. 1. fol. 79. columna. 1.
Vita sapientis meditatio est mortis. to. 1. fo. 88. columna 1.
Vita Christi disciplina est morum. tom. 1. f. 94. columna. 3.
Vita pro Dei gloria parui facienda. to. 1. fo, 101. columna. 1.
Vita prædicatoris qualis futura. tom. 1. fo. 116. columna. 4,
Vita nostra locus est tentationis. tom. 1. fo. 141. columna. 2.
Vita hominis Christiani militia est sine pacto. ibidem.
Vita nostra ex diuino beneplacito constat. to. 1. fo. 145. columna. 4,
Vita spiritualis à ieiunio incipienda, t. 1. f. 143. columna. 1.
Vita æterna ab omnibus naturaliter desideratur. tom. 2. fo. 24. columna. 4.
Vita æterna sine bonis operibus assequi non potest. fo. 25. columna. 1.
Vita actiua, & contemplatiua necessariæ sunt in ecclesia. to. 2. fo, 41. columna, 1.
Victa actiua impediri potest, non tamen contemplatiua. ibidem.
Victa actiua aliquando magis meritoria est cõtemplatiua ibidem.
Vita actiua & contemplatiua se se inuicem adiuuant, ibidem columna. 4.
Vita & vera vita non separantur. tom. 2, fo, 87. columna. 1.
Vita pauperis potior est vita diuitis. t. 1 fo. 198. columna. 4.
Vita quare odienda, tomo, 1. fol, 103. col. 2.
Vita nostra quare via dicatur. tom. 2. folio 117. columna. 3.
Vita sine morte sustineri non potest. tomo. 2. fol. 120. col, 2,
Vita æterna quare merces iustorũ appelletur. to. 2, fol, 261, columna, 2,
Vitia abijcienda sunt. tomo, 1, fol, 8 col, 3.
Vitia principio leuia sunt. tomo, 1, folio, 25. columna. 4.
Vitia sua natura homines attrahunt. tomo, 1. ibidem.
Vitia narrantes autorem non debemus nominare. to, 1, fo, 252. columa. 4.
Vitulus in parabola filij prodigi quid significet tom, 2, fol, 66, columna, 3.
Vitulum occidere apud Iudæos solennissimũ erat. ibidem, col, 4,
Vnusquisq; est causa suę punitionis. t 1, f 47. c 3.

Vnusquisque in suo statu potest saluari. tom. 1. fol. 197. col. 3.
Vnguentum Magdalenæ quale fuit, tomo. 1, fol. 253. col. 4.
Voces prædicatorum voces Dei sunt, tomo. 1. fol. 117. col. 3.
Voluntas Dei nostrę est anteponenda, tomo. 1. fol. 50. col. 4
Voluntas radix est boni & mali, tom. 1. fol. 74. colum. 2.
Voluntas necessaria est ad iustificationem, tomo. 1. fol. 118. col, 1.
Voluntas diuina regula est nostrarum operationum. to. 1. fo. 139. col. 1.
Voluntas Dei eius potestas est, to. 1. fo. 171. c. 1.
Voluntas libera compelli non potest, tom, 1. folio. 311. col. 1,
Voluntas media est inter rationem appetitum tom. 1. fo. 331. col. 1.
Voluntas Dei causam nõ habet, to. 2 fol. 20. c. 4
Voluptates artes sunt dæmonis, tom. 1. fo. 201. colum. 1.
Vox patris æterni quare in baptismo, & transfiguratione facta fuit, tom. 1 fol. 135. col. 1.
Vox Christi mortuos suscitabat, tomo. 1, folio. 256. col. 4.
Vox Christi vltima in cruce naturalis non fuit, tomo. 2 fol. 354. col. 1.
Vsura quando licita fuerit, tom. 1. fo. 214. col. 2.
Vsura ex natura sua mala est, ibidem.
Vsuratius tempus vendit, ibidem.
Vulnus lanceæ Christo factum quare crudele dicatur, tom. 1. fol. 209. col. 1.

Z

Zacharias non fuit summus sacerdos, tom. 1. fol. 10. col. 4.
Zacharias incensum posuit ad sacrificium. fol. 11. col. 4.
Zacharias sorte exijt sacerdos, ibidem.
Zacharias quare timuit, tom. 1. fol. 12. col. 4.
Zachariæ oratio quæ, tom. 1. fol. 13, col. 1.
Zacharias in fide hæsitauit, tom. 1. fol. 15. col. 2.
Zacharias venialiter peccauit, to. 1. fol. 16. col. 1.
Zachæus quare ab euangelista nominatur, to. 2. fol. 260. col. 1,
Zachęus Christum interrogationibus inuitauit tomo. 2. fol. 263 col. 3.
Zachæus qualiter filius Abrahæ dicatur, tom. 2 fol. 266. col. 4.

FINIS TABVLAE.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illustrem. D. Stellam, virum religione & sacra rum literarum cognitione clarisi. necnon rarum ac celeberrimum diui ni verbi concionatorem, Licentiatus Ioannes de Cordoua in Academia Complutensi Collega Theologus, hæroico laudat Encomio.

CEu, quando auricomus consurgit ab æquore Titan
Vere nouo, pulchram rubicundo illuminat ore
Tellurem, camposque rosis & floribus ornat:
Haud secus, ô nostro vir laudatissime sæclo,
Donec ad æthereos populos, celsumque Sionem
Carpis iter, salicesque fugis Babylonis & vndas,
Qua te cunque pedes ducunt fulgentia cuncta
Reddis, & humanas, facis efflorescere mentes
Exemplo verboque tuo. regit vnica nanque
Virtus clara tuos ardenti lampade gressus:
At linguam sacer afflatus delapsus Olympo:
Nam cum plena loco fundis, ceu Paulus, ab alto
Flumina doctrinæ, quis non stupefactus ab ore
Pendet? Et attonitus quanuis sit ferreus, intus
Diuina, sentit, sese mollescere flamma?
Ecquis in Hesperia tota est, cui cedere possis
Eloquio sancto, & misto grauitate lepore?
Corde gerit silicem, quisquis tua fulmina sentit,
Et non flectit iter, lachrymisq; fluentibus ora
Mœsta rigat, solymamque ardet Ierichunte reuerti.
Sed quô notitia sacrarum surgere rerum,
Et calamo possis, non est ostendere promptum,
Sit sentire satis, pro me toto orbe loquetur
Hoc opus, ergo, pater, cum sis clarissimus almæ
Doctrina fidei, lingua, candoreque vitæ,
Et genere illustri (nam te quoque sanguis auorum
Stemmate condecorat) Stellam te iure vocamus,
Teque suo fœlix Nauarra exultat alumno.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATI LVCAE EVANGELISTAE, in Euangelium ſuum, Præfatio.

QVONIAM quidem multi conati ſunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſequuto omnia, à principio diligenter & ordinatè tibi ſcribere optime Theophile: vt agnoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatē.

AVTHORIS ENARRATIO.

EST admirabilis Dei bonitas & clemētia, vt nō ſolùm dignatꝰ fuerit in hūc mūdum deſcēdere ad inuiſendū hominem, quem à miſera dæmonis, & mortis tyrannidæ cripuit: verum eiuſdem hominis intellectum diuinis ſui luminis radijs illuſtrare, & ab eo omnes ignorātiæ tenebras repellere, altiſsimo decreuit conſilio: vt vel ſic vnuſquiſq; facillimo negotio veritatis doctrinam poſſet apprehēdere, & ſanctis inſtitutis ſeipſum componere, vt tandem fœlicē illum beatorum ſtatum (quem ſignato lumine nonimus ipſi hominicondītum) non ſine magno fœnore glorioſus ſibi obtineat. Nam non ſolùm propter crimen primi noſtri parentis voluntas hominis violata & ex praua natura male affecta extitit: verùm etiam ipſius intellectus acumen ea cæcitatis pœna obtuſum & hebetatum manſit, vt in rebus cognoſcendis nihil aliud caleat, quàm oculi noctuæ ad lumen ſolis. Quamobrē ſi ignorat homo quæ ſunt cognitu facillima & percipit quæ natura ſua manifeſtiſsima ſunt: nonne in diuini numinis altiſsima contemplatione, quando humanum captum prorſus ſuperat, ignoranter errabit: Quapropter vnigenitus Dei filius homini cęco & perdito non ſolùm redemptor, verùm & doctor ſuauiſsimus venit: qui ſuo precioſo ſanguine nos redemit, ſua nos pauit doctrina, & ignorantiam noſtram expulit, vitam ſua morte tribuit, & in libertatem aſſeruit, & tandē moriens cælum aperuit, docens quo pacto illud ſimus conſequuturi. At quid rogo nobis conduceret cælum noſtris manifeſtum eſſe, niſi cognoſceremus ſimul quid nobis faciendum eſſet vt ad id conſcenderemus? Idcirco cùm in omnibus operibus ſuis Deus abſolutiſsimus ſit & perfectus, cùm nos redemit, ſimul etiam noſtræ ſalutis remedium præſtitit: quod & ipſe per Oſeam prophetam multis retro temporibus iam prædixerat. Tempus autem requirendi dominum cùm venerit qui docebit vos iuſtitiam. Hanc ſacram Euangelicam doctrinam diuinus concionator, qui ſimul & magiſter venit, per vniuer-

Oſeæ. 10.

Matth. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum Iudææ regnum,& per Galilæa prædicandam prædicauit:quam cælestem doctrinam sanctissima & puritissima vita confirmauit, necnon clarissimis miraculis illustrem reddidit. Vnde necessum erat vt post Christi sermones ad Ionines habitos, postque eius Ascensionem in cælum, essent scriptores & Euangelistæ,qui vniuersam Christi anteactã vitam describerent,ipsiusq; præclara gesta.Et quanquam Christi doctrina per suos discipulos & Apostolos fuit labore in os translata:nihilominus operæpretium erat libros Euangeliorũ scribere,tam ad fidem liberam & incolumem seruandã,quã ad statum noui testamenti,& sanctã morum institutionẽ.Nãq; articuli fidei non per se simul colliguntur,sed ex aliquibus longis narrationibus habẽtur,quas Euãgelistæ audierũt,& viderunt & postea tenerãt̃ ministri sermonis sacris literarum monumentis consecrarunt.Neq; aliter impios hæreticos perfricatę frontis poteramus conuincere,nisi sacros haberemus codices,ex quibus clara veritas nobis elucesceret,quibusq; paganorũ & hæreticorum impetus valeremus reprimere.Quod si scire cupias,quid Euangeliũ sacrũ sit,id tibi esse intelligas,muri tutissimã armorum aulam,quam nobis reliquit dominus ad tui nominis defensionem.Præterea,quia non solũ erat nobis necessaria fides ad vitã æternã consequendam,sed etiam recta operatio:ideireò legem nobis dedit,quæ actiones nostras dirigeret,& gubernaret,& hæc in sacro continentur Euãgelio.Multi autẽ in ipsa primitiua ecclesia prophetæ surrexerũt, qui scripserunt Euangelia vt Basilidas, & Apelles. Itemq; & alij falso titulo Euangelium à Bartholomæo & Mathia scriptũ suum esse dicebant.Fuit etiam & aliud euangeliũ Nazareorum,& quod vocant Euangeliũ secundum Aegyptios,& Euangelium secundũ duodecim.At ecclesia sancta Dei diuino illustrata spiritu hæc omnia Euangelia tanquam apocrypha reijcit,& sacratissima quatuor Euangelistarum volumina Matthæi scilicet,Marci,Lucæ,& Ioannis suscipit,non quòd authoritatem habeant ab Ecclesia(quauis non sine Ecclesia) quæ sic iudicauit. Quod quidẽ apposutissimo similitudini tibi ostẽdam. Gẽma abluis reperta qui gemmarum pretium ignorant,licet suum valorẽ habeat ex natura sua, attamẽ eis qui inuenerunt nullius est pretii, donec peritorũ iudicium in hac re accedat. Adducam etiam & aliud ex sacra pagina exẽplum non minus elegans.Nam cum duæ illa meretrices ad regem Salomonem accesserunt de puero contendentes vtrius esset filius,cùm prudentissimus rex puerum dedit ei,quæ verè mater erat,nõ id efficit,vt puer propriæ matris esset filius:at decreto iudicia li declarauit,vt deinceps filius illius mulieris reputaretur,& q̃ de illa re nunquàm amplius contenderetur. Sic sancta Ecclesia iudicat & definit de scriptura, & hanc habet authoritatem, quia prior est Ecclesia quàm scriptura.quæ quidem excipiens doctrinam Christi,necnõ Apostolorũ suorum,vidensq; tanta tanque diuina miracula quibus cœlitus cõprobata fuit,rectè potuit iudicare de traditionibus scripturarum, quæ postea fiebant an conformes essent ei doctrinæ quã ab Apostolis acceperat. Nam si tu audisses Christi doctrinã,eiusq; adfuisses miraculis: none postea iudicare posses de scriptura vbi hæc reconderentur vera esset, necne? Potuit ergo primitiua Ecclesia hanc ob causam de scriptura iudicare,dicente domino. Et vos testimoniũ perhibebitis,quia ab initio mecũ estis.Vnde Ioannes non immeritò inquit. Quod audiuimus,quod vidimus oculis nostris,annunciamus. &c. Et beatus Lucas in hac præfatione.Sicut tradiderunt(inquit)nobis,qui viderunt.Ita sanè Ecclesia catholica quatuor hæc Euangelia gemmas pretiosissimas iudicauit,& definiuit:alia autẽ nihil facienda duxit.Sancta hæc quatuor Euangelia quatuor sunt illi vastissimi fluuij è terreno paradiso premanantes:hoc est, ex sacratissimo pectore Christi redemptoris nostri, quæ vniuersam catholicã Ecclesiam lauacro regenerationis inundant,& altis radicibus propagant.Hæc sunt quatuor illa sancta animalia, quæ, vbi erat impetus spiritus, gradiebãtur: quiq̃ repleti spiritu sancto,eodemq; dictãte tanquã illius viua organa plena fide & veritate:sacrosancta Euangelia conscripserunt. ¶ Porrò quantæ excellẽtiæ sit & dignitatis hoc Euangeliũ Lucæ inter reliqua alia nõ ita facile esse dictu.Verũ omnia prætermitto, tria tantũ cõmemorans,quibus beatissimus Lucas reliquos Euangelistas antecellit. Primũ adeò eleganti præcedit sermone, vt dicat sacer Hieronymus,q̃ redolet quandã secularẽ eloquentiã.Neq; id mirũ cùm fuerit philosophus & medicus,& Græci sermonis nõ ignarus.Deinde beatus Lucas cãcellarius fuit virginis

ginis matris,necnon secretarius eiusdem & Christi redẽptoris nostri. Solus hic scripsit angeli Gabrielis salutationem,colloquiũ virginis cum angelo,visitationẽ Mariæ ad Elisabeth,canticum Magnificat,Benedictus dõs, Nunc dimittis,conceptum Saluatoris, eius natiuitatẽ,circuncisionẽ,virginis purificationem,laudes Annę & Simeonis,& quidquid ad infantiam &puericiã Christi pertinet:quę omnia à virgine Dei genitrice audiuit, cui familiaris semper extitit. Præterea sanctus hic Euangelista dulcior & suauior est, dum Christi misericordiam & pietatem magnificat & cõmendat. Hic est qui maioribus criminibus grauatos & afflictos dulci consolatur eloquio.Hic vires ipsis peccatoribus addit,ne de pietate & misericordia diuina desperent,eamq; copioso sermone pertractat. Solus hic scribit Magdalenæ & Zachæi conuersionẽ,vbi maxima pars illius diuinæ bonitatis relucet.Solus enarrat quomodo publicani & peccatores appropinquabant vt audirent Iesum, vbi parabolã centũ ouium & drachmæ apponit.Solus parabolã illam filij Prodigi amoris dulcedine & suauitate plenã scribit:ita graphicè & artificiosè,vt dura hominũ obstinatorũ corda,ea audita,tanquàm cera liquefiant,& in diuini numinis dilectionem rapiantur & eleuẽtur.Solus hic scripsit, quomodo Christus in cruce pendens, non oblitus suorum crucifixorum pro illis ad patrem orauit.Deniq; solus hic meminit, quomodo Christus latroni in cruce dixit. Hodie mecũ eris in paradiso:& tandem scribit quo modo Christus misericordia motus,dixit viduæ,noli flere. Et turbis,estote misericordes sicut pater vester misericors est,& damnationem & pœnam illius diuitis,qui pauperis Lazari non est misertus. ¶ Quapropter ego nõ eorum hoc Euangelium præ cæteris omnibus summo non prosequi amore:quod etiã omnes peccatores facere tenentur,quandoquidem portæ cæli & diuinæ misericordiæ clarius in eo,quã in alijs nobis patent.Vnde vt aliquid persoluã huic sacro Euangelistę promea in illum deuotione (etsi nostrarũ virtutũ imbecillitati multũm sit impar) operæpretiũ duxi illum interpretari,dũm diuinum numen calamum simul & mentẽ direxerit.Sed interim id nobis sum missis precibus est orandum,vt veniens agnus de tribu Iuda signatum librũ dignetur aperire: vt intelligamus, quid ipse per secretariũ suum Lucam nobis voluerit commendare, & vt possimus legis intelligentiam spiritualẽ percallere, cum eo qui dixit.Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. Accedamus igitur pro ingenij nostri tenuitate ad textus explicationem. *Psalm. 118*

QVONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem. Solus beatus Lucas inter cæteros Euangelistas suo Euangelio præfationem præmittit: quia specialiter ad vnum hominem illud dirigebat.Alij autẽ Euangelistæ sine vlla speciali ratione scripserunt.Vbi statim animaduertendum sese offert,quanta sit charitatis vis atq; potentia.Et enim beatus Lucas non recusat vnius hominis gratia tantum oneris & laboris sibi assumere:vt vel sic cum in accepta fide cõfirmaret,cui etiam acta Apostolorum consecrat. Ad eundem modum Christus propter vnã Samaritanam defatigatus ex itinere prædicauit,& post resurrectionem propter vnũ Thomam incredulũ apparet.Multi(inquit)conati sunt ordinare narrationem.Nõ Matthęus, non Marcus,sed Basilides,Apelles,& alij.Isti cœperunt,sed non perfecerunt:cùm diuina gratia illis abesset. Mali propria virtute sua opera incipiunt:vnde euenit,vt frustra & sine fructu laborent. Quod diuinus vates Hieremias prædicit.Vt iniquè agerent,laborauerunt.Sic etiam & alij sub Pauli nomine epistolas scripserunt,vt ipse fatetur. Quod quidem de se nimis præsumentes sunt aggressi, vt hoc modo suas hæreses suaderent,quo fecerunt,vt laborem tantũ non fructum colligerent.Non sic laborauit beatus Euãgelista: sed diuino spiritu sermonis vbertatem ministrante dictorum simul & factorum, fœliciter cœpta cõpleuit. Admonet iste locus, vt quidquid volumus incipere,sub Christi nomine id incipiamus non nostro freti auxilio, sed diuino lumine præuio,quod omnes cæcitatis tenebras & errorem præcipitia portes est auertere.Hinc est q̃ dicat Apostolus.Omnia in gloriam Dei facite.Illi nanq; qui nomen suum gloriosum in terra esse voluerũt, quiq̃ cœperunt turrim Babel in Senaar ædificare:quia in nomine domini non cœperunt,pœnitus confusi sunt. Lucebunt opera tua & optatum finem assequentur,si sub nomine Christi initium feceris. Vbi diligenter animaduerte quàm cito angelus Satanæ in Ecclesiam Dei falsam doctrinam voluit inserere,& pestiferum venenum diffundere. Fa

Ioan.4. *Ioan.20.* *Iere.9.* *2.Thess.2.* *1.Cor.10.* *Gen.11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genes.3.

Matth.2.

Act.6.

Apoc.2.

etenim est huius maligni hostis natura, vt semper nostris inceptis insidietur. Sic primũ nostrum parentẽ in terreno paradiso deiecit, sic cũm secundo ingentes habuit cõgressus. Sic & innocentes pueros interfici fecit. Sic denique initio nascentis Ecclesiæ molitus est hæreses, errores, & mendacia disseminare. Nicolaus vnus ex septem diaconis ab Apostolis electis hæresim docuit. Et Ebionitæ sub rexerint negatu esChristi saluatoris nostri diuinitatem, aduersus quos Ioannes Euangelium scripsit, & multi alij, vt noster Lucas ait, conati sunt proprio ducti spiritu, Christi gesta narrare. Sic etiam nobiscum impius hic & nefarius Satan consueuit agere: nã quando in virtute infantes sumus, & Deo seruire incipimus, tũc maximas suas tẽtationes nobis parat, vt facilius nos in virtute debiles & imbecilles vincat. Quo circa cũm Deũ colere cupieris, ab eo discede, & Ecclesiasticum dicentem audi. Fili accedens ad seruitutẽ Dei præpara animã tuã ad tentationem. Bonis enim inceptis semper insidiatur: quod experimẽto

Eccl.2.

Gen.31.

Exod.14.

in Iacob comperies, quẽ fugiente Laban est persequutus. Sic Pharao Israelẽ abeunte per sequitur. Nunquã dæmon cum persequitur, qui iam captus est, & in eius seruitute detentus: sed tunc potissimẽ, quando Deo seruire cupis & illum deserere. Vbi (si ita loqui licet) ipse diabolus nos mõnetinã eo modo quo in virtute debiles nos tẽtat, ità etiam principio oportet nos eas vincere, quãdo minorẽ vim habent. Tũc enim rectè serpentẽ aliquẽ interficies, si caput eius contriueueris: sic benè ipsum dæmonẽ infernalẽ serpentẽ morti trades, si eius caput abscideris: quod quidẽ tũc abscindi ur, si in principio fuerit victus. Vnde dominus de muliere loquutus, ad serpentem dixit. Ipsa conteret caput tuum. Lubricus est antiquus serpẽs, qui nisi capite apprehẽdatur, facilè labitur. Vndè dominus in Cãtico iubet capi vulpeculas antequãm fiãt vulpes. Dauid quoq; Gigantẽ Goliath in fronte percussit. Is enim diabolũ in fronte percutit: qui initio tentationis illũ vincit. Pharao etiã populum Dei in morte primogenitorũ libertũ reliquit abire, quod in alijs plagis non fecerat. Nec diabolus populũ Christianũ omnino dimittit, donec sancta mater Ecclesia correctioni paruulorum studeat, & laboret, vt interficiat peccata & tentationes dũ recentia sunt. ¶ Aduerte etiã ꝙ diabolus non solũ initio nostra bona studia destruere satagit:

Gen.3.

Cant.2.

1.Reg.17.

Exod.12.

sed etiam fucata & palliata pelle se induit, vt sub specie virtutis & recti vitia inferat. Sic isti sub nomine Christi conati sunt Euangelium scribere, vt aliquibus veritatibus mendacia ingererent, & zizaniam inter triticum seminarent. Sicut vxor Hieroboan, quæ mutata veste voluit decipere Ahiam prophetam. Sed Deus reuelauit veritatem prophetæ, & ostẽdit veritatem simulantis. Et beato Lucæ veritatẽ euangelij manifestauit, vt detegeret aliorum insidias & fucata verba. Nec diabolus hac nostra tempestate assueta relinquit: nam etiam nunc multi sub specie boni & recti tentantur, & decipiuntur. Ita nimirũm, ꝙ sub specie pietatis furtum suadet, vt de emolymã de alieno tribuas indigenti: & inter virum & vxorem discordias seminat sub specie deuotionis, quando ipsis mulieribus prædicat abstinentias quasdam, pœnitentias, & peregrinationes quãdam, pœnitentias, & peregrinationes, quãdo inter duos principes, Christianũ videlicet, & Turcam, bellum aliquod nauale agitur, si fortè Christianos Turcarũ naues nauigantes & à longè per mare venientes videant, statim ficta principis Christiani vexilla erigunt, vt ipsi Christiani securiùs ad Turcas accedant, vt vel sic falsi & delusi capti ui capiantur. Sic non dissimiliter Christiani hominis sunt arma & signa charitas, oratio, ieiunium, &c. diabolus autem inimicus noster fallax & astutus multoties nobis prædicat, & hortatur ieiunium, eleemosynam, & peregrinationes, vt quanquã inimicus sit, amicum cum esse putes, cui sic omnia tua credas, vt etiam vitam in eius manus cõstituas, vt tandem tibi in eis sit pereundũ. Multi certè stulti & amentes cùm ignorent angelum Satanam in angelum lucis figurari, dæmonis tentationem, diuini spiritus motum esse existimant, & hac de causa multoties à via veritatis aberrant, & toto falluntur iudicio, cùm à diaboli tentatione vincantur. Tamẽ cũ ecclesia semper iudex fuerit, & rectè cognouerit veras scripturas à falsis distinguere, & apocrypha & mẽdacia reprobare: ità tu viros doctos & probatæ fidei consule, quos sequi debes, nec tuo viri iudicio. Atque ita nisi omnino errare velis, credere te oportebit ecclesiæ illud euangelium esse diui Lucæ illudq; falsò beato Bartholomæo adscribi. Ita tu qui inciderit es, & arcana scripturarum non nosti, tuas tẽtationes cum doctis & senioribus hominibus verses, quorum consilio iudicium tuum submittes. Vnde fiet, vt nisi tibi fideris, non

errabis.

errabis. Nanque illi tibi aperient, hanc esse dæmonis tentationem, & qua via poteris illam euadere, quæ legi diuinæ minimè subiecta est: licet boni similitudinem afferat: & illud malum esse licet boni similitudinem præ se ferat. Iam igitur ad cõtextum reuertamur.

Quæ in nobis completæ sunt rerum. Rerum ait non verborum: elegantia nanq; scripturę nõ est in verbis, sed in factis. Si rhetores, poetas, & humanarum rerum historiographos legeris, in eorum phrasi magnam verborum elegantiam, & apparatum inuenies: at verò nihil vtilitatis aut fructus inde videbis, nisi mera mendacia fucatis verbis inuoluta. Et tanquàm malus cibus toto hoc indiget condimẽto, vt comedi valeat. At verò sacra scriptura animæ nostræ cibus & substãtia est succo pleniss ima, quæ nullum sibi postulat obsonium vt libenter comedatur. Veritas quippe quem admodum ipsa per se pulchra est, ita nulla ornatu habet opus, & ea maximè, quæ in sacris literis nobis aperitur. Ipsa etenim sua natura ita iucunda est & suauis, vt nullo addito sibi reliquas omnes facillimo negotio antecellat. ¶ Aduertes præterea quod non dicit Lucas à nobis, sed in nobis: sibi nihil, Deo omnia tribuens. Quo admonemur loco, vt quidquid fecerimus soli Deo adscribamus: à quo omne bonum nobis promanat. Apostolus nanq; post longos labores susceptos, & maximas tentationes superatas dixit. Non ego, sed gratia Dei mecum. Quapropter vel vnico hoc exemplo liquidum tibi erit, quomodo sancti collati honoris gratiam Deo potius, quã sibi referunt. Sic sanctissima illa fœmina Iudith, postquàm impium Holofernẽ trucidauit, dixit. In manu fœminæ percussit illum dominus. Non dixit, ego percussi, sed dominus, ipsi Deo honorem tribuens. Vnde etiam Paulus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tãquàm ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et per Esaiam. Nũquid gloriabitur securis contra eũ, qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Et ipsemet dominus inquit. Sine me nihil potestis facere. Nam quamuis sanus sit oculus, nihil potest cernere, nisi lucis claritate sit adiutus: sic etiam & nos, nisi diuino lumine cœlitus fuerimus adiuti, nihil possumus operari æterna salute dignum, etiam si bonũ oculum, hoc est, etiam si liberum habeamus arbitrium. Quid igitur est, quod tu ipse de bono facto gloriaris? Itaq; sicut serra non habet vnde glorietur, sed artifex qui secat in ea: sic tu non glorieris de bono quod Deus per te operatus est. Vnde meritò diuus Paulus. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere. Nam in quolibet genere ad vnum primum deuenimus, à quo tanquã à fuo principio omnia illius generis descendunt: quod quidem apertũ est in motu: nam omnis motus à motu primi mobilis est. Et idem dicendum est de motore, de moventibus quippe & motis non resultat processus in infinitũ, sed deueniendũ est ad aliquem motorem primum. Sic etiam omnia bona opera necessario debent deriuari ab illa prima & inexhausta bonitate. Vnde gratia semper Deo agẽda est, de quocunque opere quod ipse per nos fuerit operatus. Quapropter Dauid toties idem diuersis verbis replicat. Fortitudo mea & laus mea dus, & factus est mihi in salutẽ. Et nisi quia dominus adiuuisset me &c. Et factus est dominus firmamentum meum, & refugium meum. Simile etiam est illud. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Nõ dixit nostra virtute, sed in te: hoc est, in virtute tua, & in dextera tua. Iam hic vides omnia in Deum referri, tanquàm in authorem vitæ & salutis. Quia verò Moyses & Aaron hunc honorem non tribuerunt, non introduxit illos dominus in terram promissionis. Si Moyses & Aaron, qui maximũ cum domino inierant amicitiam, ita puniti sunt: quid tecũ faciet, qui teipsum laudas, & quodcunque bonum opus à tuis viribus profectum esse dicis? Sed de his alias. *Sicut tradiderũt nobis, qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Vt ex illis verbis, scilicet, ipsi viderunt, doctrinam & scientiam significet: ex illis verò ministri fuerunt sermonis, opera ostendat. Nam cùm dicit, sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, ostendit, se dominum in carne nõ vidisse: quia beatus Lucas post Christi mortem ad fidem fuit conuersus, & Paulũ sequutus. Quapropter qui dicunt Lucam vnum fuisse ex duobus eunubus in Emaus omnino errant: cùm dicat hic ab Apostolis didicisse Euangelium. Et enim si Lucas esset vnus ex illis duobus, quibus dominus interpretabatur scripturas, non dixisset, sicut tradiderunt nobis qui viderunt: sed dixisset vtique, sicut tradidit nobis Christus. Accepit nãque euangelium à beato Paulo, qui illud per reuelationem habuerat: accepit etiã ab alijs Apostolis, qui dominum in carne secuti

P.Philip.2.

Psalm.117.

Psalm.93.

Psalm.70.

Psalm.43.

Num.20.

Luc.24.

Galat.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,quod Paulus nō fecit. Etenim nō solus Lucas & Marcus auditu didicerunt quę scripserunt,sed etiam Matthęus & Ioannes multa de infantia,de puerit:,& geneal:gia Saluatoris alijs narrantibus literis consecrarūt. Matthæus nanq; non vidit transfiguratiōē domini,nec passionem: nec Ioannes vidit, quomodo Christus Magdalenæ apparuit, *Matth.17.* nec eorum aliquis vidit resurrectionem domini,quæ tamen scripserūt. Verùm licet apo *Ioan.20.* stoli & euangelistæ multa ab hominibus didicerint,fides non est nisi à solo Deo,& donum nobis ab ipso collatum. Etenim fides ex *Rom.10.* auditu est,quantum ad cogitare decreditis, circa quæ est fides,& est ab illuminatione diuina,quantum ad consensum,qui est in fide. Et sic beatissimus Lucas,quanuis audierit à virgine Deipara,& ab Apostolis, nihilominus Spiritu sancto dictante & mouente scripsit:quod quidem ipse sub silentio præteriit,vt superbiam & iactantiam vitaret. Viri nanque boni non audent dicere in suis operibus se à diuino spiritu dirigi: nisi ab alijs cogantur super re aliqua,quę ad laudem & gloriam Dei spectet. Sic beatus Paulus, loquutus ad Corinthios,& grauiter propter eorū *2.Cor.13.* peccata indignatus dicit. An experimentum quæritis eius,qui in me loquitur Christus? Vbi videas rogo sacri Euangelistæ Lucæ humilitatem,qui vt humiliter loqueretur, potius dixit se ab hominibus eruditum, quā ab Spiritu sancto dirigi: qui dicendi modus conuenientior est,& maiorem humilitatē ostendit. Id autem oportebit te considerare quod Lucas dicit de Apostolis,& vidisse,& ministros fuisse sermonis,nam in hominibus perfectis gemina virtus est,visio scilicet & actio. Factores etenim fuerūt sancti Apostoli eorū, quæ viderunt & audierunt,illud l. cebi attē *Luc.1.* dentes. Estote factores verbi,& non auditores tantūm,fallentes vosmetipsos,nā si quis auditor est verbi,& nō factor.&c. Docemur etiam iuxta ea,quæ audiu mus,& credimus, *Leui.2.* operari. Nanq; dominus præcepit in Leuitico,vt os turturis sub ascella torqueretur, vt hoc significaret,ori eciungendam esse actionem. ¶ Expende etiam dixisse, ministros fuisse sermonis. Sermones vocat res gestas, qui modus dicendi à sacris literis non est alienus: nam in libris Regum sic legimus de Dauide. Non declinauit ab omnibus quæ præce- *2.Reg.15.* perat ei dominus cunctis diebus vitæ suæ,excepto sermone Vriæ Aethæi. Ministri fuerūt Apostoli earum rerum,quas viderunt Certissimus est testis oculatus, & Apostoli & discipuli vani testes non fuerunt,quorū vita miracula declarabant. Non enim quę Christus gessit,vulgaritur tradita sunt, sed omni certitudine & indubitata fide sunt edocta. *Matth.11. Ioan.* *Visum est mihi assequuto omnia.* Omnia inquā non quæ Christus in vita gessit: nam si singula scriberentur,nec ipse mundus capere posset libros vbi scriberentur. Et quanis Lucas *Ioā.* dicat assequutum esse omnia,non tamen intelligas quod omnia necessaria ad salutem in suo Euangelio tradiderit. Nam de fide tenē- *Ioā.* dum est,ita vt quis saluus esse non possit, ni *Ioā.* si id crediderit,quòd Christus cōuertit aquā in vinum,& quòd illuminauit cæcū à natiuitate,& Lazarum iam mortuum suscitarit, & plura alia quæ Lucas non scripsit,sed Ioannes transactis iam sexaginta annis post mortem Christi. Nec Ioannes,nec Lucas nec omnes simul scriptores tradiderunt omnia mysteria fidei: nam plura viua traditione,ac velut per manum transfusa,in omnium ætatem cusodiuntur. Paulus enim ait. Tenete tradi- *2.Thes.2.* tiones,quas didicistis,siue per sermonem,siue per epistolam. Videsne quomodo Thessalonicenses moneat,vt teneant quæ per sermonem audierunt Corinthijs etiam ait. Lau- *1.Cor.11.* do vos fratres, vt per omnia memores mei estis:& sicut tradidi vobis præcepta mea tenebitis. Laudantur,quia tenent præcepta sine scriptura. Sine scriptura dico,quia epistola,qua eos laudat, prima est ad eos scripta, quos non per scripturam,sed viua traditione docuerat. Quæ loca versans D. Chrysosto- *Aug. ep. 119. ad Ianuarium.* mus sic ait. Hinc patet,quòd non omnia per epistolam,sed multa etiam sine literis Apostoli Christi tradiderunt. Quorum alia sæpè meminit Apostolus. At verò tanta fide hæc,quam illa sunt digna. Ita quoque traditionem ecclesiæ dignam putauit us: traditio est,nihil quæras amplius. Hęc ille. Eadem ferè verba dicunt in hūc locum Pauli,Theophilatus,& Vulgarius vetustus author probatæ eruditionis,& D. Damascenus in quarto libro fidei orthodoxæ. Itaq; vt finem dicēdi faciam in hac re,si omnia credenda & agēda sufficiēter scripta erant in euāgelijs Matthæi,Marci,& Lucæ, quid est quod beatus Ioannes necessarium existimauit in extrema sua senecta quartū euangelium esse superaddēdum? Rursum. Si scripturis quatuor euangeliorum omnia comprehēdebatur: ad quid erat opus: vt Apostoli multa detegerent in suis epistolis? Cur Lucas scripsit *Acta* Apostolorum,& Ioannes Apocalypsim? Deinde si omnia ad salutem scripta sunt in codicibus noui testamenti: cur dicit Paulus, cætera cū venero,disponā? cur Ioannes dicit, multa habeo vobis scribere: sed nolui per chartā? Cur monent,vt persistāt in traditionibus per sermonem,vt teneant etiam præcepta tradita, quorum nulla extat scriptura? Ex quo manifestum apparet,quā nullum sit argumentum quod negatiuè sumitur ab authoritate scripturæ. Non legitur hoc in scripturis sacris,ergo non pertinet ad veritatem religionis Christianæ. Hoc autem alienum est ab omni bona argumentatione,nam illatio negatiua ab authoritate nihil concludit. Etenim non rectè sequitur. Cicero parens eloquentiæ non fuit eo pacto loquutus: igitur nemo sic dixit Latinè. Similiter non sequitur. Christus viuens in terris nihil tale docuit, igitur nō est credendum. Ipse etenim dixit. Multa habeo vobis loqui,quæ non potestis portare modo. Valet tamen hæc illatio. Christus hoc non docuit,nec prophetæ ante Christū,nec Apostoli post Christum,nec sancta ecclesia diuino illuminata spiritu hoc tradidit, ergo non pertinet ad veritatem religionis. Iam enim argumentum nectitur per sufficientem inductionem,à remotione omniū,quibus in hac parte debetur authoritas. Nam si ex eo quod aliquid non inueniretur in scriptura ob id non esset credendum,sequeretur inde quòd antequàm Matthæus scriberet suum euangelium,qui primus omnium scripsit, nihil esse credendum per totum illud spaciū quin decim annorum post Christi ascensionem,in quibus nulla erat noui testamenti scriptura: quod quidem ineptissimum est asserere. Deniq; si hæretici non credunt,nisi soli scripturæ,sequitur quòd nihil credunt. Nam quis illis dixit hæc euangelia esse Matthæi,Marci: Lucæ & Ioannis,nisi ecclesia? Si ergo ecclesiæ non credunt,nec scripturæ credunt,ergo nihil credunt. Verùm si scripturæ credunt, eo quod dicit ecclesia scripturæ diuinæ esse credendum,credant & alijs ab ipsa ecclesia traditis. Sed de his satis. Iam euangelistam audiamus Theophilo vlterius dicentē. *Aprincipio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile.* A principio ait, quia Lucas ordinē seruat historiam,& suum euangelium exordit ur à conceptione beati Ioannis Baptistæ,

quod nemo alius euangelista facit: nā Marcus & Ioannes à prædicatione beati Baptistę cœperūt, Matthæus à Christi natiuitate: Lucas verò à conceptione præcursoris,& incarnatione verbi initiū euangelij sumit. Atque ideò dixit à principio tibi scribere. Vbi iā singula verba notanda veniunt. Diligenter inquit: nā materiæ altitudo, & grauitas huius operis,& hominem circunspectum & reuerenter loquentē postulabant, vt maledictio *Ierc.48.* nem Ieremiæ fugeret dicentis. Maledictus ille qui opus Dei negligenter facit. Nam quanto diuiniora & altiora sunt quæ tractantur, tanto diligentius scribenda sunt. Qui locus docet operibus Dei diligenter,non segniter esse incumbendum. Vnde Paulus. Cum soli- *Rom.12.* citudine spiritu feruentes: domino seruientes. Petit dominus in nostris operibus & spiritū & feruorē, nimirum quia gratior & iucundior est illi vna hora feruidè & ardenter in eius obsequio consumpta,quā mille dispenderis dies,segnitèr & tepidè collocatos: etenim quia potiùs attendit spiritū quo illū colimus,quā tempus malè consumptum. Breui quippe tēporis spacio,si ardenter & cum charitate laboraueris,maiori eris dignō mercede,quā si multū male consumpseris. Paruū *Luc.23.* quidē fuit momentū temporis quo latro infignis in cruce pendens,Christo seruiuit: tamē propter sedulā diligentiā,qua Deo mirificè placuit,amplissima retributione fuit dignus. Nec absq; magno sacramento paschalis agnō *Exod.12.* properanter & cū festinatione comedi præcipiebatur,vt nobis significaret omni semota pigritiā illi esse inseruiendum. Addit insu per beatus Lucas ex ordine velle scribere: quod multùm confert ad clariorem sermonis intelligentiam. Nā Apostolus ait. Quæ à *Rom.8.* Deo sunt,ordinata sunt. Sic in Leuitico in *Leui.1.* oblationibus; & sacrificijs ordinem seruari voluit. Sic Moyses loquutus de sacrificijs,dixit. Subijciet in altari ignem,strue lignorum arte composita, & membra quæ sunt cæsa desuper ordinantes. Vbi iam vides quomodo nihil incompositum aut inordinatum velit dominus in suis sacrificijs. Vt nos docti simus in omnibus rectū,& debitum ordinem *1.Cor.14.* seruare. Omnia in vobis (dicit Paulus) secundum ordinē fiant. Sapientis enim est & verbis & factis ordinem seruare. ¶ Porrò Theophilus hic præsul Antiochenus septimus fuit, ex qua vrbe Lucas suam originē traxit: cuius precibus acquiescens euangeliū hoc scripsit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec non etiam eidem acta Apostolorū dicauit. Nec dubiū est quin Græco sermone scripserit in partibus Bœotiæ & Achaiæ. Quapropter iuxta sanctorum Patrum doctrinā: si qua difficultas oritur in sacris literis adfontes Hebræorum, & Græcorum (vt vis verbi melius intelligatur) recurrēdū est. Multa enim sunt in exēplaribus, quę Latinè nec plenè nec perfectè transferri possunt. Nam literæ nostræ nō ex æquo respondēt Hebræo, & habet suas peculiares phrases vnaquæque lingua, vt testis est D. Hieronymus. Nā multa sunt in scriptura sacra loca, quę nisi ad Hebraicā vel Græcam linguam te contuleris, vix ea intelligere poteris. Vt est illud Psalmi. Inimici defecerunt framęæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti. Nam inimici iuxta aliquorū sententiam est nominatiui pluralis casus, sed melius est, vt sit genitiuus in hūc sensum. Inimicorum nostrorum vires fractæ, debilitatęque sunt. At verò iuxta Hebraicam veritatem vocatiuus est & inimice legendum. Atque ijs error irrepsit, ex affinitate literarum. Loquitur aduersus Goliath Philistim, atq; irridens vires eius, miratur quomodo tā celeriter fuerint fractæ. Et in alio psalmo. Ecce hæreditas domini filij merces, fructus vēntris. Nomen filij potest esse genitiuus singularis, aut nominatiuus pluralis, quod rectius videtur, ac si dicat. Hæreditas domini

Amb. libr. de spiritu ſā cto c. 6 aug. libr 1. doct. Chriſ ca. 11

Hiero. con. Heluid. & ſuper Ezec. cap 6.

Hier epiſto la ad Tit. c. 3

Pſalm. 9.

Pſalm. 129.

sunt filij, nam hæc erat fœlicitas veteris legis. Et subdit, qui filij sunt merces & fructus ventris materni. Et alibi etiam. Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Primum nomen (vt Hieronymus ait ad Principiā virginem) est in vocatiuo ad hunc sensum. Propterea ô Deus, vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Et nisi breuitati consulerem plura & fere innumera scripturæ loca afferre possem, vbi lingua Hebræa & Græca necessario consulendæ essent, vt exactè possent interpretari. *Vt cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.* Hic est scopus & ratio scribendi, vt ad veritatis agnitionem veniamus. Solemus quando quis nobiscum loquitur sine scripturis suspicari, ne quid mendacij illis verbis admixtum sit: quando verò quę loquitur scribit, tunc credimus quod non scriberet, nisi vera diceret. Propterea igitur scripsi tibi euangelium: vt veritatem, de qua sine scripturis eruditus es, maiori securitate cōserues. Quo circa quam recto ordine, quàm à principio, quā dexterè, exactè, eleganter, & diligenter Spiritu sancto dictante bratissimus hic euangelista Lucas hoc volumen scripserit, satis ostendit. Ad cuius explanationem, finita iam præfatiuncula auxiliante domino nostro Iesu Christo, eiusque beatissima matre, nec non secretario eius Luca accedamus.

CAPVT I.

Ioan. 1.

DESCRIPTVRVS Lucas ea quæ Christus gesit in terris, à natiuitate Ioannis exordium sumit. Ad hoc venerat Ioannes vt testimoniū de eo perhiberet. De ipso nāq; scriptū est. Hic venit in testimoniū, vt testimoniū perhiberet de lumine. Sed nunquid testis vnus sat erit, vt fidē faciat: cū

Deut. 17.

scriptura dicat: in ore duorum, vel trium stat omne verum? Nonne rectius esset duos, vel tres præcursores à domino mitti, vt suæ diuinitatis sufficiens testimonium ostenderent? Ad quod dubium facile tibi sume respōsum. Tantæ tanque probatæ fidei & integritatis potest esse vnicus testis, vt eius testimonium plus valeat, quàm decem alia testimonia contrarium asserentia. Beatissimus Baptista tanta fuit præditus sanctitate, tanto morum & vitæ candore, tam cælesti & admiranda vita, vt vniuersus populus potiùs ei soli crederet, quàm mille alijs testibus. Quapropter quando vitæ integritas testem commendat, qualis fuit beati Baptistæ: dignus est, vt ei soli fides adhibeatur. Etenim insanus & amens esset ille, qui tanto tāque probato viro non crederet: qui præter sanctissimā ipsius vitam, viriliter & magna cum audacia ipsos pharisæos & primates Hierusalem increpabat, appellās eos genimina viperarū. Qui tā amicus fuit veritatis, vt aduersus impium Herodē non dubitauerit eā dicere, & randē pro ea defendenda in capitis & vitę discrimen seipsum offerre. Intētio igitur euangelistæ fuit, nobis significare & tradere Iesum esse speratum illū Messiā à prophetis & sanctis patribus desideratū, eundemq; esse filiū Dei & mundi redemptorem. Quod statim initio sui euangelij ex duplici capite probat.

Primò

Primò ex testimonio beatissimi Ioannis qui hoc asserit: & vt D. Ioannes testimoniū magnificet, prius eius personā laudat & extollit, dicēs illum esse ortum ex sanctissimis parentibus iam senibus & in sterili ætate constitutis, fuissęq; Spiritu sancto plenū antequā ex vtero materno in lucē prodiret. Cuius rei causā rationis vsus in eo ipsum naturæ ordinē superauit: qui tandē cum in deserta loca recederet purissimā & admirandā vitam degit, ita vt cū angelis merito, si velis possis illum cōferre. Quā ob rem vix credibile est, talem hominē in rebus tanti ponderis, & momenti aliquo modo mētiri posse. Vult enim sacer euangelista D. Ioannis personam summopere cōmendare, vt maiorē authoritatē suis dictis afferat: vt merito tantam fidem illi adhibeas, quantam decē alijs testibus possis adhibere. ¶ Secundò probat beatus Lucas suam intentionem, testimonio prophetiæ: quā olim Iacob morti appropinquās prædixit. Nō auferetur (inquit) sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius: donec veniat qui mittēdus est: & ipse erit expectatio gentiū. Ostēdit igitur Euangelista Ioannis excellentiam vt maiorē eradhibeas fidem, postquam dicentem audieris. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ostendit insuper eo tempore quo Christus cōceptus & natus fuit adimpletam esse prophetiam Iacob, & finitū esse sceptrū regni Iuda: quia tum temporis imperabat in Iudæa Herodes alienigena, qui natione erat Idumæus. His duobus innitens fundamentis probat Euangelista, Iesum verum Messiā esse, & filium Dei, qui tollit peccata mundi: & ita inquit. *Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam nomine Zacharias.* Ad quod vsq; tēpus huius Herodis rex vel dux in Iuda de eius tribu nunquā defuit. Nā in captiuitate Babyloniæ mortuo Sedechia rege, cœpit regnare Zorobabel: qui de stirpe Dauid erat, & de domo Iuda. Et quanquam Babyloniæ suum imperium exequi non poterat impediente captiuitate: tamen postea in patriam suam reuersus cœpit regnare, & sceptrum regni accipere, vt liquido constat in Zacharia & in Aggæo. Postea autē succesit Neemias, & eius successores, vsq; ad summos sacerdotes, qui populo imperare cœperunt eumque regere, vt in Mathatia & in filijs eorum Machabæis. Et isti erant de tribu Iuda: nam summi sacerdotes ducebant vxores de tribu regia, de filiabus regum, vel de stirpe regali, vt constat in Aaron qui duxit Elisabeth filiā Aminadab, & fororem Naason ex principibus tribus Iuda. Et temporibus regum Iuda idem factum constat, quia Iosabeth regis Ochoziæ soror Ioiadæ summi sacerdotis vxor erat: quæ Ioas regem abscondit. Et mortuis tribus fratribus Machabæis regnauit Ioannes Hyrcanus filius Simonis Machabei, qui sibi ipsi regis coronam imposuit. Postea autem regnauit Aristobolus, deinde Iannæus, deinde vxor eius Alexandra, & postea Hyrcanus vltimus Iudæorum naturalis rex. Statim verò post omnes hos Herodes iste alienigena regnum suscepit, & triginta annis superbè & tyrannicè contra Iudæorum volūtatem imperauit. Qui iam tam dura seruitute defessi, vltro sese illius imperio tradiderūt, & regnum obtulerunt, abstringentes illi in posterum suam fidem & obedientiam. Anno igitur trigesimo secundo regni Herodis, & sui legitimi principatus anno primo natus est Christus. Nec frusta euangelista noster dicit tum temporis regnare Herodem in Iudæa: vt intelligas iam adesse tempus Messiæ. Porrò hic erat Herodes Ascalonita vocatus: qui infantes in Bethleē interfecit. Alius fuit Herodes Antipas filius huius, qui Ioannē iugulo tradidit, & Christum in passione deriſit. Tertius autem fuit Herodes Agrippa, qui Iacobū decollauit, & Petrum in carcerē detrusit: qui tandem ab angelo percussus, vermibus consumptus est. Tamē quia postquàm in hoc D. Lucæ opere contextum euangelij fuero interpretatus, statim conuersurus sum eius doctrinam ad mores componendos, & ad commodum & ad vtilitatem animarum: nā vt Paulus ait, quidquid scriptū est, ad nostrā doctrinā scriptum est: statim hic in principio aliqua esse cēseo, ad nram eruditionem notatu digna. Et in primis offertse verbum illud, fuit præteriti temporis, à quo noster Lucas exorsus est euangeliū suū: quod certè mihi cōsideratione dignū videtur. Verum nāq; illud est: nullum esse verbū in tota sacra pagina, vbi aliquod non lateat mysteriū: plena quippe est multis sacramentis, licet nobis propter angustiam ingenij nostri ignotis. Contingit enim aliquando vt in agro pastorē videas recumbentē super floribus & eas terentem, cū earū virtute atq; naturā prorsus ignorer, tamen si accedat pharmacopola eas magni pēdit vtpote necessarias & vtiles ad precios medicamēta conficienda. Sic scriptura sacra

Num. 2.

4. Reg. 11.

1. Mac. 16.

Mat 2.
Mar. 6.
Matt. 26.
Actо. 12.

Rom. 15.

Ori. hom. 8. ſuper Leui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inscijs hominibus mysterijs carere visa est: at tamen qui penitus & alta mente illâ cõtemplatur, (si humiliter sibi inuocent diuinũ spiritũ) nullũ verbum inuenient sine mysterio, nullã syllabam sine doctrina, nullã deniq; literã sine causa appositã. Deus dixit Abrahæ: *Gen.17.* Non vocaberis vltra Abram, sed Abraham. Et Sarai vxori suę dixit. Nõ vocaberis Sarai, sed Sara. Vide quo pacto in vnica tantùm littera in.h. aspiratione, vel .A. significauerit aliquod magnum latere mysteriũ. Lucas igitur *Ioan.1.* à verbo præteriti temporis exorditur: Ioannes autẽ suum euãgelium incipit per verbũ erat, imperfecti tẽporis dicẽs, in principio erat verbum: in quo aliquid mysterij esse absconditũ intelligas. Illud nẽpe quia cũ Ioanne à diuinis incipiat, vsus est verbo, erat, ad significãdã diuinarũ personarũ æternitatem. Lucas autẽ ab humanis exordiũ sumens, per verbũ fit incipit propter earũ transitionẽ & mutabilitatẽ. Etenim diuina manẽt, humana trãseunt & deficiunt. Quod egregius psaltes loquens de creatore & creaturis Deo dixit. *Psal.101.* Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficiẽt. Deus enim semper est permansurus: creatura verò fuit, & desinit esse. Quo nimirũ docemur vt omnes nos, & amicitiam nostram in Deum conferamus: vtpote quæ firma & stabilis erit: nõ vero in homines, in mundum, nec in creaturas: quia natura sua deficientes & non perpetuæ sunt. Nomẽ nãq; Deo magis proprium & peculare: est nomẽ subsistẽtiæ & substãtię. Ideò ad Moysem ait. Ego sum qui sum: *Exo.3.* & iuxta Hebraicã trãslationem. Ero qui ero. Et Moyses populo dixit. Qui erit misit me ad vos, ideſt, qui sẽper futur⁹ est. Etenim voluit significare se Deũ esse, cuius vita æterna est: & non esse, sicut sunt dij gẽtium. Deus itaq; est, qui est, & qui erit, mundus autem nõ est: *Hier. in cõmẽ Abdiæ.* naim in sacris literis (vt optimè. D. Hiero annotat) ea quæ pereunt, quæque peritura sunt nõ esse merito dicũtur. Vnde Abdias inquit. Viuent omnes gentes iugiter, & erunt, quasi non sint. Et in libro Hester legimus. Non *Hester. 14. Deut.32.* tradas domine regnũ tuũ his qui nõ sunt. Et loquẽs scriptura sacra de vocatione gentiũ ait. Ipsi me irritauerunt in his qui non sunt dij: & ego eos irritabo super gẽte quæ nõest. Dicuntur impij non esse propter eorũ nullã vitã: quod de omni fas est dicere. Etenim vnus ex his, quibus maximis tenentur homines erroribus, is est, existimare in hac vita res aliquas firmas & stabiles esse. Si nihil in mũdo staret, si nihil æque consistit, si omnia continuo currunt: qui fieri potest vt firmum sit id quod nunquã firmo pede cõsistit? Homo (in *Iob* quit sanctissimus Iob) fugit velut vmbra, & nũquã in eodẽ statu permanet. Nõ dicit homo mouetur, sed fugit: vt innuat velocitatẽ & breuitatẽ vitæ. Nec dicit fugit, velut corpus aliquod solidũ, sed vt vmbra: qua nihil incõstãtius, nihil futilius, nihil fugatius. Dauid etiã inquit. Inimagine pertrãsit homo. Et *Ps.* Apostolus. Præterit figurã huius mundi. Nõ *1.Co.* ait sustantia, sed figura, vmbra, & imago. Vnde si vt prudens de alicuius vita interrogaueris, ne dixeris, quot habet annos: sed quot nõ habet. Vnde B. Augustinus. Res cũ crescunt *Au.* & tendũt esse: cum magis crescũt vt sint, eo *cen.* magis festinant vt non sint. Et Gregorius, Vi- *Lib.* uere (inquit) est à vita trãsire. Si cursor quidã *vi.* maxima cum celeritate ciuitatem hanc pertransiret, qui magnis clamoribus & alta voce prædicaret, dicens, mea est hæc ciuitas Salmantina, mea est hæc ciuitas Salmãtina: qui protinus ab eadem ciuitate discedẽs, nusquã amplius appareret: nõne huius imperiũ ridiculũ existimaretis. Nõne dignus esset homo iste vt amẽs & insanus iudicaretur? Talia igitur imperia & potestates huius mundi debetis iudicare. Ita rex quidam Hispaniæ, & statim alius, quem terrius est sequutus breuissimè trãsierunt. Quod si mihi in hac re nolis fidẽ præstare: Iob dictis vellẽ te acquiescere, qui inquit. Dies mei velociores transierunt *17.* cursore. Dixit velociores cursore: quia etiã si *21.* maximã celeritatẽ & breuitatẽ in currendo *24.* seruet: tamẽ tẽporis aliquantulũ & in comedẽdo, & in dormiẽdo cõsumit: cuius rei causa aliquantulã morã facit. Tamẽ dies hominis, modo comedat, modo bibat, modo dormiat tã celeri & veloci cursu in mortẽ tendũt, vt vix hæc quæ prosequor, valeas intelligere. Quapropter sanctissimus Iob verissimè fuit loquutus, dicẽs: dies hominis cursorib⁹, & equis pẽnatis velociores esse. Quòd si hoc ita verò cõsonat, nõne mũdi regna & principatus vmbra sunt & vanitas? Cito omnia prę- *19.* tereunt, & in momẽto tẽporis iam nõ sunt. Nondũ ad signatũ terminũ cursores deuenerũt, quãdo iã inde proficisci cogũtur. Ita omnes res mũdi cũ primũ nascũtur, iã earũ vitę finis imponitur. Quã ob rẽ salubre erit consilium, vt ne in huius mundi res oculos aut

mentem

mentem conijcias, vtpote quæ cras sine dubio peribũt, teq; solum derelinquent. Illum non esse hominẽ dicimus, qui in rebus peragendis inconstans & mutabilis est: ob quã causam eius amicitiã nemo cupit. Huiusmodi sunt omnia terrena, in quibus nullã cõstãtiam nullamq; stabilitatem inuenies. Quocirca res constantes, & quæ natura sua permanẽtes sunt, nimio amore prosequi debes: eas vero odio prosequi, quæ cũ mutabiles sint, & inconstantes nullũ esse habẽt. Nã si nunc mũdanæ res tibi arrideãt, lataq; tibi frontem ostẽdãt: nihilominus eis nec credas, nec fidas: fit enim vt vẽturo die earũ causa in luctũ, & in planctũ te cõuertas. Nã si hodie diligeris, crastino die odio habeberis. Itaq; maximè tibi est obseruandũ, vt eum eligas amicum, qui semper in tua amicitia perseuerat, quiq; nunquã nec in periculoso neq; in tuto loco te deserat. Cuius conditionis, & ingenium solum Deum reperies, cui te credere possis, cuiusq; am citiã tibi adiungere, cũ in perpetuũ sit duratura. ¶ Vbi animaduertere debes Dei curã & diligẽtiã, qui nunquã mundum dereliquit. Priùs quidem iustorum hominum ministerio ecclesiæ prouidit, vt si forte malorũ vitia & peccata te perterruerint: bonorũ virtus & eorũ studiosæ actiones te in charitate solidũ & firmum reddãt. Tẽpore Herodis iniqui, vixit etiã Zacharias bonus, ac rectus: nã si te malus & iniquus ad male agendum prouocat, boni exẽplo ad virtutẽ sectãdã inciteris. Sic dedit Heliã tẽporib⁹ Acab. Sic Esaiã tẽporibus Manasses. Ieremiã tẽpore Sedechię: qui omnes iniqui & scelerati fuerũt. Et cũ ad id tẽporis mũdus deuenisset, vt omnis caro corrũperet viã suã, inuentus est Noe vir iustus & sanctus. Neq; id in hoc loco silẽtio prætereundũ q̃ cùm Helias putaret se solũ seruũ Dei in terra manere, dixit illi dñs. Dereliqui mihi in Israel, septẽ millia virorũ, quorũ genua non sunt incuruata ante Baal. Malis regnantibus, mittit dominus viros iustos & probos ad malitiam reprimendam: & vt plebi suæ prouideat. Habet etenim dominus suorũ curã: ita vt quãus mali & improbi in mundo repertiãtur, nõ desunt etiã multi boni & probi, quorũ virtutes, & sequi & imitari possimus. Etsi multi ignorantes & inscij sunt, multos doctos & eruditos inuenies, quos possis pro tui ingenij tenuitate consulere. Quod si pauperes & egeni sunt: diuites multi adsunt qui succurrere possint paupe-

rum egestati. ¶ Vbi tertio loco operæpretiũ erit animadu ertere q̃ sub impij regis imperio erat sanctus sacerdos Zacharias: & ita fẽ pè in mundo contigit malos dominari bonis, & sapiẽtes ab stultis regi. Quod quã ratione sit dissonũ vel etiã ea cus videre poterit. Neq; id sub silẽtio prætericit Ieremias di- *Thren.1.* cens. Serui dñati sunt nobis. Neq; id nouũ in mundo est, aut inusitatũ, nã Salomon cũ tot iniqua & scelerata in mundo mirareturꝫ inquit. Vidi malum sub sole: positũ stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: & principes ambu- *Eccle.10.* lantes super terrã, quasi seruos. Hunc tamen deprauatũ ordinẽ adhuc in mundo fieri videmus. In illa nanq; frõdosa & altissima arbore quàm vidit Nabuchodonosor in ramis *Dan.4.* erant aues: & subtus eam habitabant animalia & bestiæ. Sed quid quæso hoc genus mõstri est, quòd vrsi, leones, & quælibet alia fera animantia sursum per superiores ramos hinc inde ferunt: at volatilia inuerso naturæ ordine (quem Deus in omnibus præstituit) in imis & infimis premantur locis? Quoties *Psal.36.* ego vidi impium exaltatũ super cedros Li- *Mat.17.* bani? Non sic Christus dominus cui in sua transfiguratione præstatiores Apostolos Petrum videlicet, Iacobum & Ioannẽ secũ duxit in mõtẽ excelsum, quia vt Chrysostomus *Chrys hom.* ait, digniores erant alijs relictis. At nunc hac *57.in Mat.* nostra misera tempestate Iudas impius in altam dignitatem ascendit. Petrus autem in puluere sedẽs iacet. Sed de his inferius cap. 9. Iã ad contextum reuertamur. Et quia Euãgelista dixerat, Zachariam fuisse sacerdotem, modo cuius classis & ordinis fuerit, declarat dicẽs. *De vice Abia.* Cum Dauid ordinare vellet cultum Dei elegit sibi ex viginti quatuor *1.Para.24.* generationibus viginti quatuor sacerdotes, qui tẽporis successu per hebdomadas in tẽplo domini seruirẽt: & octaua sors cecidit super Abiã à quo descendit Zacharias. Discat igitur prælatus, qui Christi vices in terris gerit quo pacto moribus & vita illi studeat esse similis, nemini præbens scandalum aut offensionis causam: vt sicut Paulus inquit, non vi- *2.Cor.6.* tuperetur ministerium eius. Quia si Ioseph ab Arimathæa extinctum Christi corpus in *Mat.27.* munda & candida sindone inuoluit: & illud sepeliuit in monumento in quo nul ũ aliud fuerat positum: quãto maiori iure Christi corp⁹ viuũ in visceribus & anima mũdis tu debes recõdere, vbi nec cadauer nec aliquod

peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatum mortale sit? Magna equidem debet esse munditia tã corporis quã spiritus illius, qui frequenter corpus domini & manibus & mente contrectat. Quod clarè ostenditur à dño dicente, Leuitas ter lotos debere esse, vt vitulũ pro peccato offerrent. *Et vxor eius de filiabus Aaron, & nomẽ eius Elisabeth.* Non solũ carnẽ & sanguinẽ Aaron in hæreditatem accepit, sed etiam religionem & sanctitatem: de Aaron nanq; scriptura inquit. *Num.8.*

Sap.18. Properãs homo sine querela. Et de Elisabeth & Zacharia ait noster hic Euangelista, q̃ sine querela erant. Qua propter tu qui nobilis es, & te ex illustri sanguine eorum magnificas, tuorũ maiorũ studiosa facta & sequi & imitari cures, & ita virtutibus imbutus esse, quales illi fuerũt. Nobilitas nãq; census quidam perpetuus est virtuti debitus, quem ex nobilibus progeniti per vniuersum tẽpus suæ vitæ excluere tenentur. Si ex nobilibus parentibus ortum trahis, maiori detentus es obligatione, vt bonus & studiosus sis: vt bonis à te gestis operibus clarũ tuæ nobilitatis argumẽtũ exhibeas. Ex eadẽ radice rosa nascitur & spina, & ex eadem matre filius nobilis vel ignobilis nasci potest. Bene poteris tu ex pulchra & nobili radice originẽ ducere: & nihil ominus veneriosa spina, & pessimus aculeus videri poteris. Fratres nobiles, & parẽtes nobiles Cã & Cain & Esau fuerũt: tamẽ ipsi eorũdẽq; filij vides homines & pagani fuerunt, quos macula eximia dignitatẽ suã contaminarũt. Quòd si domũ cõstruas, studiosum opus est: si tamẽ eã perdas, vitiosum. Vnde tu iniquus cũ sis, tuã domũ quã maiores condiderũt destruis & pdis. Melius est initiũ familiæ facere, quã familia finiri. Quo circa bonus esse studeas, & à te ea nobilitas incipiet: qua tui superiores caruerũt. Si verò fueris vitiosus, etiã si ex nobilissimis parẽtibus duxeris ortũ, tui causa genus tuũ, & splẽdorẽ & nobilitatẽ amittit. Hęc illustris ex Aarone virosanctissimo originem duxerat, quẽ simul & maiorũ probitatem imitata est. ¶ Notabis etiã quòd proprio nomine eam Euangelista appellat, vt intelligas prophetico spiritu claruisse. Nomina autem matrum Esaiæ & Ieremię non referuntur, sed patrum tãtummodò: nã vt Hieronymus annotat, patres horũ prophetarũ, prophetæ etiã nõ verò matres fuerunt. Vt cũ dicit, visio Esaiæ filij Amos, intelligas prophetam fuisse. At verò & patris & matris nomina beatissimi Ioannis hic apponuntur, quia vterq; Prophetа fuit. *Erant ambo iusti ante Deum.* Si igitur scriptum est. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs: quomodo corã Deo quis potest dici iustus? Si iustitia attẽ datur, quatenus aliquid cui pæ habet admixtum, nullus iustificabitur: quia in multis offendimus omnes, & quasi pannus menstruatæ sunt omnes iustitiæ nostræ. Item si collationem feceris nostræ iustitiæ ad iustitiã divinam, nullus equidem saluus fiet. Vnde Iob sanctissimus inquit. Numquid homo, Dei comparatione iustificabitur? Atsi secundum modum humanæ conditioni commensuratum hæc iustitia consideretur, sic electi, & omnes qui in diuina amicitia existunt aliquo modo iusti dicuntur apud Deum. Parũ aut nihil est corã hominibus esse iustum, vt sunt hypocritæ, qui foris iusti apparent: intus autẽ omni virtute sunt vacui. Magni autẽ faciendũ est, aliquem coram Deo iustum esse: vt parentes beati Ioanis, quorũ laus (vt inquit Paulus) nõ ex hominibus, sed ex Deo erat. Pharisæi ieiunãtes iusti videbãtur, sed q̃les illi fuerint, Christus ostẽdit dicẽs. Væ vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. Homines vidẽt faciem, Deus autẽ intuetur cor. Illi enim verè iusti dici possunt, qui Deo curant placere. Iusti nanq; (vt inquit Sapiens) in perpetuum viuent. Sequitur. Cogitatio corũ apud altissimum. Tota solicitudo & diligentia iustorũ circa id versatur vt Deo placeãt. Quapropter Paulus Romanis cõsulit dicẽs. Induimini dominũ Iesum Christum. Nõ dicit. Induite vos Christi veste: nam hoc est habitu tantum & ceremonijs se induere: vt hypocritæ qui vestẽ induunt Iesu Christi. Nam vt sancti loquũtur in corũ sermone, in incessu, infecta humilitate, & in pallere vultus iusti videãtur: intus autẽ si eos aspexeris, nõ Iesum Chrũm sed diabolũ ferũt. Tamẽ inter aliquẽ Iesu Christo est, illũ in secretioribus animæ, & in intimis penetralibus adducere: qui quidẽ vera iustitia, & vera sanctitas est. Verũm sicut plurimi Pharisæi nõ inducebant Christum nisi tantũ exteriori habitu, & iusti erant corã hominibus, nõ corã Deo: dixit Iesus turbis. Nisi abũdauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. Id autem hoc loco cauere debes, ne existimes nos dãnare exteriorẽ sanctitatis cõpositionem, nec ceremonias: sed tãtũ id vitio vertimus, quòd multi vacui interiori virtute, solũ hominibus placere

Hieron. in commem. Sophon. cap. 1. Esai. 1.

cere student. At qui exteriori cultu religiose & sancte incedunt, & Ecclesiæ ceremonias, & præcepta obseruant, & his addunt interiorem animi candorem & munditiam, digni æquidem sunt illi omni laude & veneratione. At exteriorem lauare cuticulam, & quæ corporis sunt tantum curare: hoc impijssimũ & nefarium facinus est. Qui corde iustus est, sui ipsius curam habet, vt Deo p̃aceat. Ideò de viro iusto dicitur in psalmis. Ascensiones in corde suo disposuit. Et has ascensiones intelligas, de quibus ibidem dicit. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion: sicut ascendebant Angeli per scalam illam quam vidit Iacob à terra in cœlum tangentem. Quas quidem ascensiones vir iustus posuit in corde per virtutum gradus. At quæ sit vera iustitia, & quæ falsa in fine huius vitæ, & in hora mortis clarius elucescet, Tunc enim manifestabuntur abscondita tenebrarũ & reuelabuntur obscura cordium. Vnde dominus per Psalmistam ait. Cùm accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Iudicabo inquam & videbitur quis sit iustus corã Deo, & quis coram hominibus. Et addidit vlterius. Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea. Quasi velit nos reminisci, quòd tempore niuis omnis terra candida & pulchra est: at cũ venerit sol, & liquefecerit niuem, tota terra apparet deformis, & immunda, & loca vbi sunt cadauera & serpentes clarè conspiciuntur. Sic hypocritæ falsa iustitia & candore externi cultus sua peccata, et immundos mores dissimulãt, & pulchri & sancti videntur coram hominibus, sicut terra cooperta niue. At cum Christus verus sol iustitiæ apparuerit, sicut nix liquefit ad solis radios (vt inquit Dauid) ita liquefacta est terra, hoc est homines terreni, & eorum opera exteriora in nihilum conuertentur, & interiora corda apparebũt dolo plena. At iusti & recti viri, qui non terra, sed marmoreæ columnæ sunt in altum erectæ, quorum conuersatio in hoc seculo, viuendo in cœlis, est, tunc in gratia confirmabuntur iam enim cadere ab amicitia diuina non poterunt, sed perpetuo in gloria manebũt. Atque ideo subdit Dauid. Ego confirmaui columnas eius. Vocantur iusti columnæ terræ quia illi sustinẽt impios in terra: & propter eorum merita multoties dominus cum magna patientia suffert peccatores. Nonne fuit Moyses, piusquã columna marmorea vniuerso populo Israel, nã cũ veller dominus illos p̃dere orationibus Moysi pepercit illis? sic & sanctum Loth Sodomam sustinebat. Et eo modo quo sublato substerniculo totũ ruit ædificium: ita vniuersa ciuitas Sodoma, statim vt ipse ab illa discessit funditus euersa & combusta est. Ideò velim vt intelligas, quantum oporteat, vt iustitia tua abũdet plusquã scribarum & Pharisæorum ne in die illa tremenda in damnationem æternam abeas. Nõ erant Zacharias & Elisabeth, sicut illi de quibus, Christus dicit. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: sed similes Noe, de quo in Genesi dicitur. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. Cum Deo ambulauit, &c. Salomon fenestras fecit obliquas in templum: & templum Ezechielis fenestras habebat obliqua in thalamos: foris enim latæ erant, intus verò strictæ, vt parũ exterioris luminis reciperent: diuino nã q; splendore potius quam corporeo lumine illustrabãtur. Etsi vtrũq; lumẽ bonũ sit interius per cõscientiã, & exterius per exẽplũ: tamen multo p̃stãtius est interius quã exterius. Omnis gloria filiæ regis ab intus (inquit Dauid) in fimbriis aureis circũamicta varietatib⁹. Acsi vellet dicere. Omnis decor & pulchritudo interius in aĩa debet esse claris virtutibus insignita. Et quia curat etiã exteriorẽ ornatũ, vult aureas fimbrias, & exemplorum bonorũ varietatem in operibus exterioribus relucentem. Bonus itaq; est vterq; splendor, sed ille longè præstantior qui in rectis & sanctis operibus inuenitur. Idq; Paulus asseuerat. Hæc (inquit) est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ. Quemadmodum pyri & nucis nucleum comedimus, putamina verò in terram reijcimus: sic virtute oblectamur, speciem autem virtutis ab ipsa virtute separatam contemnimus. Vera virtus solum Deum quærit, & ipsi placere satagit, sicut Zacharias & Elisabeth qui ambo coram Deo iusti erant. ¶ Potest etiam locus iste exponi ad modum loquendi linguę Hebraicæ, corã domino. Idest, quòd vndequaque absolutã & perfectam habebant virtutem. Cùm enim diuinæ scripturæ aliquid magnum, aut excellens significare volunt vsitata phrasi dicunt coram domino. Vt est illud Genesis. Robustus venator coram domino. Id est, excellens venator. Et illud de Sodomitis. Erant peccatores corã domino. Idest, maximi & abominabiles peccatores. ¶ Demum vt concludam illud in hoc loco obseruatione dignum esse cen-

Exo.32. *Gen.19.*

Luc.16.

Gen.6.

3.Reg.6. *Eze.41.*

Psal.44.

2.Cor.1.

Gene.10.

Gene.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse censeo: nimirùm quod vterq; & Zacharias & Elisabeth erant iusti. Beata illa domus dici potest, in qua vterq; coniux eiusdē sunt voluntatis & vnum quærunt vt in præceptis domini ambulēt, & in iustificationibus suis, vt mox dicit Euangelista. Vbi verò alter cōiugū claudicat, & à recto deuiat ordine, accidit id quod in boū iugo si alter fugiat, tūc enim nihil rectè fieri potest. Sic fuerunt illi duo Abraham & Sara sancto matrimonij iugo copulati, qui in seruiendo hospitibus & peregrinis ambo erant simul. Nec solus Zacharias iustus erat coram domino, aut Elisabeth, sed ambo simul. Sed quomodo iusti coram domino? Si hoc ab impijs Lutheranis peteres, facilè tibi respōderent, quòd sola fide: sed si à beato Luca petieris, ipse tibi respondebit. *Incedētes in omnibus mādatis & iustificationibus domini*. Vides iā quomodo non sola fide iusti sumus, sed obseruatione etiam mādatorum Dei? Cōcedimus enim quòd sine fide impossibile esta placere domino. Radix enim & origo iustificationis est. Ideò Petrus de fide ait, quod purificat corda: nēpè ab infidelitate: & illud tāquā iustificationis ad gratiā præparat suscipiēdam, qua gratia iustus sit impius. Verū iustificatio non fit per solā fidē, sed per gratiam & bona opera quę fructus sunt charitatis, iuxta illud. Siquis diligit me sermonem meum seruabit: obseruatio autē mandatorum charitatis est fructus: & sic etiā cętera bona opera. Itaq; à charitate præcedit hęc obseruatio mandatorū, quę hominem iustum efficit. Et Ioannes inquit. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in illo? Nō dicit, quo modo fides Dei, sed quo modo charitas Dei manet in illo: siquidem opera bona sunt fructus, non fidei, sed charitatis. Denum doctori illi qui petebat à Christo, quid facturus erat, vt vitā æternam possideret, respondit Christus per illam parabolā descendentis à Ierusalem in Iericō, & Samaritani exemplo dixit. Hoc fac & vives. Ideò qui exercet opera misericordiæ: exercet charitatem, quæ vitam præstat, non tamen sola fides sufficit. Igitur mandatorum obseruantia homo iustus fit, & anima ex charitate viuit. Aliàs mortua esset, vt Iacobus testatur. Hoc autem est, quod omnis scriptura proclamat dicente domino. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cū Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Non dicit, secundum fidem eius, sed secundum opera eius. Quæ doctrina clarior & illiustrior redditur verbis illis Matthæi, qui bus multi dicent in illa die. Domine in nomine tuo dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus. Non poterāt equidē isti prophetare, nec dæmonia ejicere: nec miracula facere, nisi fidē haberent: qui tamen cum sua fide separantur à domino, quoniam inanem & vacuam sine diuina charitate eam habuerunt. Et in die illa finalis iudicij de operibus erit tantum disceptatio: dicet enim dominus iustis. Esuriui, & dedistis mihi manducare, si sitiui. &c. fides igitur sine operibus nō saluū facit, nec vnit aliquē cum Deo. Et quia inferius in capite septimo huius de fide & iustificatione dicturi sumus, hæc satis sufficiant.

¶ Disce exemplo parentū beati Ioannis Baptistæ non segniter te habere in vijs mandatorum domini, sed sanctis & rectis operibus incumbe. Nihil tibi proderit, si fidem tantùm nudam & informem habeas. Nam quid prosunt in naui oculi: nisi essent manus? Quid proderit, nautam in gubernationis chartam respicere, aut solis altitudinē metiri: nisi adsit qui puppim voluant, aut restim nauis apprehendat, aut qui vela complicet, aut extēdat? Sit aliquis qui in cœlum dirigat, necessum est: tamē quid hoc prodesset, nisi esset simul, qui ad nauis carchesion ascenderet? Sic etiā quid proderit quòd in cœlum respicias, & quòd intellectum habeas, vt Deum cognoscas, & vt credas etiam quidquid ecclesia tenet: si manus & pedes colligatos habueris, vt ne quid boni proximo facias? Quid vtilitatis tibi accidit, quòd credas Deū in cœlis esse: si tu ita vitam agis, acsi Deus non esset?

¶ Obserua etiā quòd non solū incedebāt in aliquibus mādatis, sed in omnibus: nam qui cūq; vniuersam legē seruauerit, dum in vno offenderit, factus est omniū reus. Videbit etenim plurimos castos, benè compositos, qui nemini maledicunt, rebus sacris assistētes: at verò auaros, & rei alienæ cupidissimos, qui etsi pauperē videāt fame pereuntē, nec obolū ei tribuunt. Alios idē magnificos & liberales videas, qui mundi & perfecti apparent: quorum viscera ambitionis & dignitatis honor crudelissimè corrodit. Et denique inuenies plurimos multis virtutibus circūdatos, quos alia etiam vitia comitantur: quæ virtutes coinquinant, & labefactant. Quorum

Gen. 18.

Hebr. 11.
Act. 15.

Ioan. 14.

1. *Ioan.* 3.

Luc. 10.

Iacob. 2.
Mat. 7.

status adeò periculosus est, vt periculosior fit eorum status qui omnino perditi sunt: nā si omnino mali essent aliquādo suæ conscientiæ terepulus eos à peccati seduceret. Tamen isti priores bonis quæ fecerunt, nituntur; & patrata scelera non adducunt: & cū se bonos existiment, malorum quæ fecerunt nunquam pœnitentia subit. Et quod deterius est, contingit sæpius diabolum christianis hominibus bona opera consulere, vt his fidentes operibus incauti viuant: quo fit vt laqueo diaboli detenti magis quieti & tranquilli sint. Facit adhoc illud Iudici quòd dominus dixit. Si effloruerit discurrens lepra in cute & opperuerit omnem carnem. &c. homo mundus erit. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc fœdatus iudicio polluetur: & inter immundos reputabitur. Hæc in Leuitico. Mirum equidem videtur quòd corpus omni ex parte scabie plenum, sanum & integrum iudicetur: non autem id quod lepra aliqua parte tetigerit. Quo nimirum ostenditur cum in maiori versari periculo, qui aliquas partes habet læsas, aliquas verò intactas: quia iste talis de malis non curat, fiduciam habens in reliquis bonis. Nolite (inquit Ieremias) cōfidere in verbis mēdacij, dicētes. Tēplū domini tēplū domini est. Putabant nanq; Iudæi omnia illis esse tuta, si boues & arietes in templo mactarent, si calendas celebrarent. Ad dominus per Esaiam has oblationes & obsequia detestatur, quia manus eorum sanguine erāt plenæ. Sic Simō ille Pharisæus, quia aliqua operabatur bona & in parte lepra infectus erat, sanum se existimabat: at Magdalena, quæ vndique coinquinata erat & tota leprosa, sanitatem adipiscitur. Christus sacerdos & iustus iudex hanc mundam esse iudicauit: illum verò immundum & lepra percussum diffinuit. Cùm piscator magnum aliquem piscem habet captum, non statim violenter extrahit, sed funiculum extendit, donec piscis hamū simul & escam deglutierit: nam si confestim nimis cōpresserit, scindetur funiculus, & aufugiet piscis. Sic cū diabolus inimicus noster aliquē peccatorē suo hamo deuinctum habet, scilicet scelere aliquo mortifero constrictū, & voluptatum illecebris alligatū: non illum statim vehementer opprimit, aut discruciat, ne vel hoc irritatus obrumpat vincula, & celeriter euadat: sed potius demulcet illū, & finit aliquibus virtutum actionibus incū bere, & quoad fieri potest funiculum extendit, vt securius illum teneat & possideat. De Herode ait Marcus quòd audiebat Ioannem, & audito eo multa bona faciebat. Permittebat nanq; Herodi isti nefario nebulo, quem hamo suo habebat apprehensum, vt Ioannem Baptistam audiret, & eius consilio nōnulla facta ad iustitiam dirigeret: at habebat illum irretitum luxuriæ fortissimis vinculis. Nam quemadmodum auis si alterum pedem ligatum habeat, nequaquàm volare potest: ita homo licet ad eleemosynam largiē dam, & ad preces fundē das, liber esse videatur: nihilominus totus ligatus, & vndiq; deuinctus, si vel solo vno vitio fuerit detentus. Nec mirū est, si Dauid noluerit videre eos, qui dimidiam barbā rasam habebant: sed præceperit eis, vt manerent in Iericō. Sic dominus nequaquā eos conspicere potest, qui aliquam sui partem intactā, aliquam verò coinquinatam habent. Nec illud quod in Ezechiele legitur mysterio vacat: scilicet quòd pennæ sanctorum animalium copulatæ erāt vnius ad alterū. Vt vel hoc nobis significare tur, virtutes, quæ ad modum alarū se habēt, quibus ad cœlum conscendimus, debere sibi mutuo cohærere. Qua propter apprime necessarium tibi est, vt omnes virtutes tibi copulatas habeas, omnia etiam præcepta Dei obserues: si talis esse cupis, quales Zacharias & Elisabeth fuerunt. Etenim Euangelicus ille negotiator inuēta sibi preciosa margarita, vniuersa quę habuit, vēdidit. Et Apostoli Christi obseruātissimi sectatores nō partem aliquā, sed omnia bona derelinquerūt. Ecce (inquit angulare fundamētum ecclesiæ) nos reliquimus omnia. Nec immerito Ananias & Saphira puniti sunt subita & impręuisa morte: eo quòd partē pretij vēditi agri tulerūt Apostolis, & partē sibi reseruarūt. Quod si infœlices illi nihil sibi reseruassent, non vtiq; mortui essent. Sic multi se omnino negare nolunt: adimplēt etenim voluntatem prælati, in eis, in quibus per omnia nō coguntur: in his autem in quibus potissime se negare debuissent: suo palato satisfaciunt, suāq; voluntatem exequūtur. In aliquibus sunt obtē perantes, in alijs verò obedire recusant: partim diuina mādata custodiūt, partim verò ea trāsgredi non magnificiunt. Quid rogo, tibi proderit si vniuersas ciuitatis portas clauseris, vnam tamen patentē reliqueris, qua inimici ingredi & ciuitatem capere possint,

Mar. 6.

2. *Reg.* 10.

Ezech. 1.

Mat. 13.

Mat. 19.

Actu. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vitam simul & animam auferre? Ad quid conducet te nouem decalogi præcepta obseruatissime custodire, si vnum illorum fregeris? Maximi enim refert omnia simul custodire. Vnde Dauid cantabat domino dicens. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. Et Christus legem appellauit iugum omnium præcepto-
rum. Tollite (inquit) iugum meũ super vos. Vbi diligenter est animaduertendum, quod non dicit, tollite iugum super collũ vestrũ, aut super humeros vestros, sed super vos totos. Vniuersa enim Christiani hominis pars iugum legis asportare debet. Quo sane argumento concludimus, quod qui huius oneris partem recusauerit, sciat se totum iugum abiecisse. Rectè Dauid totum hoc onus supra se sentiebat, cùm dixit. Omnia ossa dicent. Domine quis similis tibi? quia videlicet Deũ gerebat super omnia. Et rursum. Benedic anima mea dominum, & omnia interiora nomen sanctum eius. Qua ratione cùm Paulus iret Damascum circundatus est luce cœli: vt insinuaret illũ oportere, in omnibus mãdatis incedere. Aliquos circuit lux cœli, nõ tos sed partẽ: hoc est quia partim lucidi sunt, partim verò tenebrosi. Oportet enim vt cœlesti lumine totus fulgeas, nullam habẽs partem obscuritatis. Omnia vitia & peccata in te extincta esse debent. Nã cũ Pharao perijt in mari, simul & vniuersus exercitus suffocatus est, ita vt nec vnus ex eis remanserit. Sic & tu omnia vitia propellere debes. Leprosus nanq; qui mundandus erat, secundũ legem omnes capillos tenebatur radere. Sic tu omnia vitia & passiones debes scindere à corde tuo. Præcepit dominus Saüli vt omnes Amalechitas destrueret, & quod nemini parceret: quia vero hæc non fecit, à domino reprobatus est. Tu autem quomodo à domino vis probari, qui vitia quæ tibi omnino non placent, destruis: illa verò quibus delectaris viua relinquis: quemadmodum Saül fecit, qui omnia pecora & armenta pinguiora ex gregibus Amalech sibi reseruauit? Quod si Deo placere cupis, omnes Amalechitas debes interficere: hoc est omnia vitia & peccata in te extincta esse debent.

¶ Rursus hoc notabis quod non solum dicit obseruatores seu custodientes omnia mandata: sed incedentes in mandatis. Singula enim verba suam emphasim habent. Non enim satis est vt omnia Dei præcepta custodias, sed opus est vt incedas & ambules in via mandatorum Dei. Ne igitur in chœnice sedeas, aut otio indulgeas: sed propera, ambula, & curre in via mandatorum Dei, & ita ibis de virtute in virtutem, & videbis Deum Deorum in Sion. In via domini non proficere, retrorsum est. Nam sancta illa animalia quæ vidit Ezechiel, vbi erat impetus spiritus gradiebatur: nec reuertebantur cùm ambularent. Sic tu dum diuinus flauerit spiritus, de bono in melius debes proficere. Sicut fluuius, qui semper in mare tendens nũquam ab itinere desistit, quousque ibi cõsistat: & sicut luna quæ semper crescens nunquàm cessat quousque complementum luminis attigerit. Et denique sicut ignis qui semper ascendit, vt quiescat in naturali sua sphera. Sic proculdubio nos nunquàm ab incepto virtutum itinere debemus desistere, quousque ad mortis terminũ deuenientes ingrediamur illud gloriosum paradisi mare vbi in Deo sphera nostra quiescamus. Qui vltra nõ progreditur, retrouertitur. Nam si rota putei non semper voluatur statim retrouertitur, & mutatur. Sic humana mens nunquàm in eodem consistit: quo circa si à virtutis profectu cessat, statim retrorsum in vitia abit. Sic Isaac proficiebat, donec magnus effectus est. Nec non etiam Dauid, qui robustior semper fiebat. Ideoq; Angeli in scala Iacob ascendebant, & descendebant: vt inde tu intelligas quod in via mandatorum domini (quæ scala sunt cœli) nulla tibi est admittenda quies.

¶ Porro dixit Euangelista quod incedebant in mandatis & in iustificationibus domini. Mandata quippe ad præcepta moralia pertinent, iustificationes verò ad iudicialia, quibus & ad proximos, & ad Deum rite ordinamur. Nam (vt Origeni placet) quando bene & rectè de aliquibus iudicamus in iustificationibus domini incedimus, sed quãdo hoc aut illud facimus in mandatis illius ambulamus. Vnde non immerito Lucas prædicauit in his duobus laudem esse perfectam. Quibus mandatis & iustificationibus intentus erat Dauid, cùm dicebat. In mandatis tuis exercebor, & meditabor in iustificationibus tuis. Verùm enimuerò, quia maximum encomium est non solum Deo placere, sed hominibus etiam esse gratum, subdit sacer Euangelista *Sine querela*. Maxima profecto hæc est laus iustorum: nam multi boni sunt, & coram Deo iusti: tamen quia nec comes, nec benigni proximis sunt, ideò nec amabiles, nec grati hominibus sunt. Grande quidem negotium est, ita viuere, vt hominibus etiam improbis satisfacias. Nanq; de Moyse scriptum est. Dilectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Et de Iudith etiam dicitur. Erat in omnibus famosissima, quoniam timebat dominũ valdè: nec erat qui loqueretur de ea verbum malum. Vnde diuus Paulus. Prouidemus (inquit) bona, non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Nec absq; cõsilio præcepit dominus Noe, vt ligna, ex quibus fabricanda erat arca, & intrinsecus & extrinsecus bitumine linirẽtur. Tales enim nos dominus desiderat, vt & intus mũda cõsciẽtia splẽdeamus, & foris sancta cõuersatione hominibus placeamus. Discere igitur nos oportet horũ iustorũ exemplo, sic de fratribus loqui, & cũ illis agere, vt omnibus grati & dilecti simus: iuxta illud apostoli. Nemini dãtes vllã offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrũ. Et idẽ Philippenses hortatur dicẽs. Omnia facite sine murmuratione vt sitis sine querela simplices filij Dei in medio nationis prauæ atq; peruersæ. ¶ Potest & locus iste aliter explicari. Potest nanq; ambulare aliquis in omnibus mãdatis & iustificationibus dñi, non tamen sine querela. Nã quando aliquis, adimplet præcepta domini, & facit quod ipse iubet: at nõ propter Deũ solũ, sed potius vt hominibus placeat: is equidẽ non sine querela operatur. Ideò dominus. Iustè quod iustum est, persequeris. Nisi esset iustum aliquid quod nõ iustè sequeremur, nequaquã nobis præciperetur, vt iustè quod iustum est, sequeremur. Quando iusta Dei præcepta propter ipsum exequimur in mandatis domini incedimus & in iustificationibus suis sine querela, & tunc iustè quod iustum est, adimplemus. Aduerte autem quod in græco est, ἀμέμπτως, quod & actiuè & passiue accipi potest: nec ipsi querebantur, nec de ipsis aliqua erat querela. *Et non erat eis filius*. Quæ verba non absque digna commendatione sunt prætereunda. Nam cum res illis accidisset tam infœlix scilicet carere prole: non ob id à iustitia recedebant nam sterilitas antiquis erat opprobrium, & inter præcipua vitæ mala numerabatur. Sic dominus dixit. Non erit infœcunda nec sterilis in terra tua. Et in Deuteronomio. Non erit sterilis apud te vtri-

usque sexus. Putabant enim eum populum à domino esse reiectum, cui fœlix aliqua proles non obtigisset. Quo sterilitatis opprobrio percussi sunt Zacharias, & Elisabeth, cùm adhuc essent iusti apud dominum. Vbi iam apertè vides, quomodo Deus dilectis, suis afflictiones & tribulationes mittit. Sed quare? Quia infirmitatem nostræ carnis cognoscit: & intelligit multoties homines tum fauoribus, tum honoribus superbire, & hac de re radicitus perdi. Quod si huius rei exempla vel ad oculum patere cupis: adducam tibi Petruni, qui cum à Christo laudaretur, hac elatus laude, ausus est Christo contradicere, à quo laudatus fuerat. Sic etiam Moyses nimia prosperitate elatus, à Deo petijt quem erat missurus cum eo, quando cum illo facie ad faciem loquebatur, & dixerat. Noui te ex nomine: quasi vellet Deum compellere, vt mysteria abscondita, & arcana sua illi reuelaret. Sic cùm sponsus laudaret sponsam, audiens ab ore eius, quod cæteris pulchrior esset, in audacem vocem prorupit dicens. Indica mihi, quem diligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in meridie. Sic etiam filij Zebedæi quia affinitate cum ipso Saluatore erant coniuncti, ausi sunt in regno suo dextram & sinistram impetrare. Qui omnes etsi asperum à domino responsum audierunt, vtile tamen, & quod spẽ suæ petitionis præbebat. Petrus nanque audiuit. Vade post me Satana. Moyses. Posteriora mea videbis. Spõsa. Si ignoras te. Et filij Zebedæi. Non est meum dare vobis, sedere ad dextram, & sinistram. Nam quando alicui famulo vinum purum damnum infert: præcipit dominus antequam iterum purũ porrigatur, parum aquæ illi admisceri, vt vini robur leniatur. Ira sanè dominus cum intelligat prosperis & fœlicibus superbire: & in multas insanias labi: his tribulationes & afflictiones iungit, vt vel ita vires frangat & extinguat. Ita Moysi contigisse cernimus. Permisit nanque dominus & voluit septem dierũ spatio in mõte à Moyse expectari quibus finitis in septimo illũ vocauit dominus. Vt nimirũ ne tãta familiaritate & amore elatus superbiret. Idem fecit cum Abraham dilectissimo: ad quẽ, si aliquãdo venire dignabatur, nunquam tamen domum eius ingredi voluit. Iustus quippe soler aliquando diuinis fauoribus insolescere: quapropter domi-

Psal. 118.
Mat. 11.
Psal. 34.
Psal. 102.
Acto. 9.
Exo. 14.
Leui. 14.
1. Reg. 15.
Lege Greg. lib. 11 Mor. cap. 16.
Mat. 16.
Exod. 33.
Cant. 1.
Mat. 20.
Exodo. 24.
Gen. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus eorum prosperitatem temperat, ne eos perdat, quos ardenter diligit. Quod vt tibi clarius elucescat, vel collatione appositissima facilè demonstrabo. Nam si aliquis nobilis accipitrem habet, quem maximi æstimat, propria manu ipse necessaria præstat, mira diligentia plumas componit, demulcet, & in eo videndo maximè delectatur. Nec his omnibus contentus dominus, compedibus accipitrem deuincit, & oculis apponit capitiũ. Quod si quæras qua de causa tantam curam & solicitudinem erga illum habeat? respondebo tibi: quia mirum in modũ illũ diligit: Quod si iterum interrogas. Quid est, quòd compedibus & funibus illum constrictum teneat? respõsum tibi accipe: ne dilectus accipiter fugam faciat. Quod quidem dominus consueuit facere cum amicis & dilectis suis, vt est videre in sancto Propheta
1.Reg. 16. Dauid: qui multis beneficijs & fauoribus af-
1.Reg.17. fectus fuit à domino. Fuit nanq; in regẽ vnctus à domino, & à custodia ouiũ eductus, datus fuit illi Propheticus sermo, & gloriosa victoria aduersus gigãtem Goliat. Tandẽ effecit in eius gratiam, vt vniuersus populus in gloriam & laudem eius tympanis & psalterijs caneret ouãtibus virginibus: Saul percussit mille, & Dauid decẽ millia. Quæ omnia dominus in illum cõtulit, quia maximè illum diligebat. At ne margarita hæc preciosa amitteretur, nec tot fauoribus elatus superbiret, datus est illi Saul in persequutorẽ, cuius persecutionibus velut quibusdam cõpedibus opprimebatur. Adducam tibi aliũ ex non contemnẽdis dilectis & amicis Dei Ioseph: qui quemadmodùm patri suo Iacob amabilis fuit, ita etiam non minus iucundus & gratus extitit oculis domini sui Putifar.
Gen.27. At ne tantus amor & indulgentia illum perderet, à fratribus fuit in Ægiptum vẽditus.
Gen.29. Ne autem tanta gratia & amicitia domini sui inflaretur (videbatur nanque & sibi ipsi, & alijs dominus, cùm super vniuersam domum Putifar imperaret (in carcerẽ & in ferPsal. 104. reas chatenas fuit detrusus, veluti accipiter, qui à domino deuincitur, ne in fugam se cõuertat. Humiliauit enim Deus (vt de ipso Dauid canit) in compedibus animã eius. Familiaris etiam & charus amicus erat domi-
3.Reg.19. no Propheta Helias cum quo suauissimè loquebatur: ne autem in superbum euaderet, immisit in illum persecutionem Iezabel, vt vel sic in Sancta humilitate immobilis persisteret: & vt de hac re finem iam dicendi faciam, audiamus Paulum dicentem. Ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c. Sic igitur hos iustos sterilitatis opprobrio dominus humiliauit: ne nimia prosperitate superbirent. Sic etiam Propheta sanctus Ezechiel ne multis reuelationibus elatus insolesceret, vocatur à domino frequẽter filius hominis. Nam filius hominis hebræa phrasi, verum hominem significat, obnoxium calamitatibus & doloribus, vt vel sic insolẽtiæ nullus locus detur, neue tantum lumen propheticum magni lapsus esset causa. Quod quidem non paruum est beneficium in nos collatũ ne secundis insolentes simus. Vnde nõ ab re illud Ezechielis erit in memoriã reuocãdũ, nimirũ q; de igne egrediebatur fulgur: quia ex amoris igne egreditur fulgur calamitatis. Et quemadmodum fulgur terram ferit & cœlum illustrat: sic afflictio propter Deũ corpus debilitat, & dolore frãgit, mentem autem purificat & clariorẽ reddit. Vnde euenit, vt homo humilietur, & se ipsum cognoscat. Mittit igitur dominus tribulationes pro tanto in nos amore, ne secundis rebus in elationem animi descendamus. ¶ Secundò tribuit dominus afflictiones amicis suis: vt celerius ad Deum ire satagant: neue his terrenis detineantur. Contingit nanque sæpius viatoribus ex itinere fessis, vt si forte viderint amœna aliqua loca, à recto itinere deuiant & moras nectunt, allecti pulchritudine loci, & animi requiescendi gratia. Quæ etiã de causa dñs dilectis suis iter ad eum fãcientibus asperũ iter facit, ne floribus & amœnitate huius vitæ detẽti, ad Deũ tendere impediãtur. Tribulationes sic mittit, vt omni sublata mora ad Deũ celeriter tendãt. Vult nanq; dominus ab his terrenis hominum animos auertere: & ad ea inducere, quæ perpetuo sunt duratura. Ad hoc enim permisit dominus, vt filij Israel à Pharaone persequerentur, vt terrã promissionis maioribus conatibus cuperent: quos velut vilia mancipia tractabat, præcipiẽs illis, vt lateres efficerent & paleas colligerent ad concoquẽdos lapides. Sic nimirũ, vt hęc terrena nobis displiceãt, grataq; sint illa superna & immortalia bona permittit nos in laboribus, & afflictionibus ambulare. Nam si in insulam quis aliquo dierũ spacio segregar⁹ esset, vbi omnia quæ vellet, quæq; placida illi essent,

abundan

abundanter supperetent: nulla equidem amplius animum ipsius recordatio propriæ patriæ subiret. At verò si misera fame & infœlicitatibus ibi premeretur, sine dubio nihil magis quam propriam patriam ardenter desideraret. Quæ vel vnico exemplo ex sacra pagina adducto non erit incommodum tibi comprobare. Nam tantum temporis Iacob in domo Laban permansit: quantũ quæ sibi placita erant, fiebant: neque aliquando patriæ suæ recordatus fuit: nisi cum domus illa iam illi incœpit displicere. At verò quando Laban ipsum Iacob toruis & inimicis oculis aspexit: statim dixit. Volo recedere; nõ respicit me Laban sicut heri, & nudius tertius. Indeque fit vt isti sancti coniuges sterilitatis afflictione afficiantur vt totam suam
omi. spem in vnicum Deum reponant. Videbis
pu. de his Chrysostomum egregiè loquentem. Iam igitur videris, quam iustus & rectus sit dominus, & quomodo quos diligit: flagellat: vt omnia credas Dei incorruptissimo iudicio fieri. Nec mireris, si aliquando videris simplicem & rectum adolescentem immatura ætate surripi: & deprauatum peccatorem diu in seculo viuere. Quo circa optimo
118. iure canebat domino Propheta regius. Omnia iudicia tua equitas iniqui persequuti sunt me. Nunquàm Iob proprias facultates amisisset nisi Dei voluntate traditus esset Satanæ. Sic omnia mala pœnę, quibus dominus nos affligit, non sine eius voluntate fiunt: quam voluntatẽ cùm tu nullatenus videas, & ignores, in murmurationem prorumpis. Quis obsecro, si oculos conijceret in bonitatem & simplicitatem Iob, non diceret, iustè posse de eo conqueri? At iudicia domini abyssus multa. Nec ideò ipsam virtutem deferere statim debes, si Dei seruos oppressos videris. Nã si deformitas & nubecula mulieris suo amatori grata est, cur virtutem amantes ea quæ ipsi sunt coniuncta & amare & summo prosequi studio non debent? ¶ Voluit etiam alia de causa dominus, vt Zacharias & Elisabeth tot annis steriles essent: vt postea de suscepto filio maior esset alacritas & gaudium. Nam quæ magis desiderata accidunt: maiorem voluptatem adducunt. Voluit dominus hos sanctos ita
33. Moyses eduxit mel de petra. Nec inuenimus populum de petra mel comedisse, sed aquã bibisse: at cũ populus siti defatigatus esset (vt ait Chrysostomus, aqua illa tanquam mel illis sapuit. Mirum in modũ id gustũ recreat, quod fame comeditur. Ita dominus in hac vita vult nos laboribus opprimi, vt quæ postea bona acceperimus, melius cognoscamus. Maiori nanque gaudio affectus fuit Zacharias cum suscepto filio in senectute: quã si in iuuentute daretur. Vnde dominus præcipiebat, quod agnus lactucis admixtis co- *Exodo 12.*
mederetur. Tribuebat dominus eius amarũ condimentũ, vt in esu agni magis delectarẽtur. Nam post hyemis grandines, pluuias, & tempestates, veris claritas magis æstimatur. Quo circa dominus in conferendis beneficijs aliquantulũ remeratur: prius que labores ad nos mittit, & alia quibus angimur in fortunia, vt postea munus, quo à domino efficimur & pluris fiat, & magis gratũ nobis contingat. Quæ omnia iterum ex sacris eloquijs adductis testimonijs, non pigebit demonstrare. Nam antequam dominus Abrahæ quietem daret, in peregrinatione vitam egit. Et antequam Iacob boni potiretur for- *Gene.12.*
tuuit Laban. Et Ioseph antequam dominaretur in Ægipto, multa passus est in fortunia. *Gen.19.*
Et Dauid antequam regno potiretur, mirũ *Gen.27. &*
est, quas calamitates & afflictiones insulue- *29.*
rit. Et filij Israel antequam desideratam ter- *4.Reg.19.*
ram ingrederẽtur: quibus laboribus & infortunijs fuerunt obnoxij? Denique liber aduertere quod quæ miraculo fiunt, præstantiora sunt quam quæ natura producit. Sic vinum illud effectum à domino ex aqua in nuptijs in Chanaa Galileæ præstantius fuit, *Ioan 2.*
quam à vitibus vnquam productum. Vnde qui ex mulieribus sterilibus nati sunt, præstantiores fuerunt, quam reliqui alij illius temporis, vt Isaac, Ioseph, Sanson, Samuel, & Ioannes Baptista. Vt igitur mundo ostenderet Deus Ioannis Baptistæ sanctitatem, & parentes ipsius lætos faceret, voluit vt ex sterili nasceretur. Causam autem cur non esset filius Zachariæ & Elisabeth: subdit Euangelista dicens. *Fo quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis*. Hîc obser- *Gen.11.*
uat scriptura morem, vt siquid obscurè dixit, statim id explicet. Vt est videre in Gene si, vbi dicitur. Erat Sarai sterilis, & id statim explicat, dicens. Nec genuerat filios. Et iterum ait, quod dixit Abraham Deo. Ego vado spoliatus & nudus, & filius procuratoris domus meæ. Et statim declarat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene.15. *Esa.51.* *Deute.7.* Mihi non dedisti semen. Et Esaias. Aspicite ad petram vnde excisi estis. Et subdit explicans. Attendite ad Abraham, &c. Et in Deuteronomio. Non connubia junges cum eis, scilicet, cum Cananæis. Et sequitur. Non dabis filiam tuam filio eius. Sic in præsentiarum: non erat eis filius. Declarat se ipsum dicens. Eò quòd Elisabet esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Ex duplici causa naturaliter filium habere non poterant. Primò quia natura sua erat sterilis, cùm neque in iuuentute concepisset: tum secundò, quia iam anus erat. Ideò concipiẽdi duplex impedimentum abstulit dominus. Hæc sunt diuina & admirabilia opera, nã vbi maior est naturalis difficultas, & vbi nulla prius spes desiderati relucet, ibi Deus maximè suam gloriã ostẽdit. Vbi discere oportet, nunquã esse de diuina misericordia desperandũ licet arduum & difficile negocium videatur. De reliquis dominus filios Israel, quousq; iam nullus apparebat aditus. *Iudith.3.* Et cùm exercitus Assyriorũ duce Holoferne in obsidione haberet Bethuliã, ita vt cũ desperati essent, iam decreuerant post quinque dies tradere ciuitatem: tunc dominus cùm iam de omni remedio esset desperatũ, misit fortissimam fœminam Iudith, cuius manu eos liberauit. *Mat.14.* *Mar.6.* Et Apostolis qui tota nocte laborantes pernoctauerant, apparuit Iesus, nõ in prima vigilia noctis, sed circa quartam vigiliam: cùm iam fere de labore desperabant. *Abacue.2.* Qui locus nos admonet, nunquàm de Deo, vel etiam in maximis & periculosis rebus desperandum. Nam licèt aduentum differat, vt experimentũ faciat: veniens tamen veniet & non tardabit. Ideò si morã fecerit, expecta eum in omnibus angustijs & tribulationibus, quemadmodum Sãcta illa fœmina Susanna: de qua dicitur: quod eius cor erat fiduciam habens in domino. *Dan 13.* Quis rogo crederet post tot sterilitatis annos futurum esse, vt Elisabeth pareret? Insuper & Zacharias iam ad senilem deuenerat ætatem, vt inde intelligas conceptum magis desperatum esse. *Factum est autem cũ sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deũ secundum consuetudinem sacerdotij: sorte exijt, vt incensum poneret: ingressus in templum domini.* Factum est, inquit. Hæc loquutionis forma frequens est apud Lucam: ac si diceret. Accidit. Porrò Zacharias ingressus est in tẽplum domini, in festo expiationis quod celebrabatur decima die Septembris. Ingressus est autem vt incensum poneret, offerens dona pro peccatis. At nostra hac tempestate multi relinquunt officium offerendi, & assumunt sibi munus auferendi, & expoliandi templa domini. Hinc fit vt isti diuites & pingues fiant bonis ecclesiasticis & decimis ipsæ verò ecclesiæ pauperrimæ: quorum domus miro artificio sunt elaboratæ: eclum & eius fulcra pauimentis aureis strata, altaria verò dñi omni ex parte neglecta. Qui deniq; argenteis & aureis vasis potum assumũt: calices verò multi ecclesiarum plumbo & vili ære sunt confecti. Sed de his satis. ¶ Ex hac autem diui Lucæ lectione existimarunt multi Zachariam fuisse summum sacerdotem & pontificem, quia incensum apponere semel in anno intra Sancta sanctorum tantũmodo soli pontifici licebat. Sed quia nullus Iudæorum de hoc pontificatu & sacerdotio loquens, aliquam mentionem sacerdotij Zachariæ facit mihi rectius apparet, si dixero, illum non fuisse summum sacerdotem. Nam apponere incensum etiam minores sacerdotes facere poterant: quia quilibet lotis manibus & pedibus, accipiens prunas de altari holocaustorum intrans primam partem templi, quæ vocatur Sancta concremabat thymiama & tunc erat sacrificium cõsummatum. In illam verò partem quæ vocatur Sancta sanctorum, solus summus sacerdos intrabat cum sanguine hirci, & vituli immolati pro peccato populi, vt illo sanguine propiciatorium aspergeret. At si Zacharias esset ingressus cũ tali sanguine in Santa sanctorum, non vtique euangelista tacuisset: cũ id esset maximũ inter omnia quæ ad officium summi sacerdotis pertinebant. ¶ Præterea Angelus apparuit ipsi, dũ nuntium afferret, in præcipua parte vbi suum officium exercebat: & hic dicitur quod apparuit ei stans à dextris altaris incensi quod altare non erat intra Sancta sanctorũ. Quod si dixeris soli summo sacerdoti licitum esse apponere incensum intra Sancta sanctorum in die expiationis: dicendum, id verum esse: sed illud aroma non ponebatur ad sacrificium, sed vt nebula inde consurgens operiret locum illum, dum Pontifex aspergebat sanguinẽ hirci, & vituli. At Zacharias nõ posuit incensum isto modo, sed offerens illud super altare incẽsi ad cõsummationẽ sacrificij. Deniq; in patrocinium meę sentẽtiæ face-

v.10. facere intelligo id, quod in libro Paralipomenon secundo ad sacerdotes loquitur Ezechias. Nolite negligere filij mei. Vos elegit Deus, vt stetis coram eo & ministretis ei, colatis eum, & cremetis incensum. Hoc ergo incensum, cuius ministerium ad minores sacerdotes attinebat: posuit Zacharias accedendo thymiama prunis ardentibus, ponendo hoc incensum super altare incensi, quod item altare aureum appellatur. At si literam diui Lucæ introspexeris, satis constat quod non erat summus sacerdos cum dicitur illum esse de vice Abiæ, qui ex viginti quatuor sacerdotibus minoribus erat, quique sorte exijt, in ordine vicis suæ: quæ omnia ad minores sacerdotes pertinere clarè constat. ¶ Notabis etiam quod sacerdotium illud sorte illi contigit, non vsurpatum aut male acquisitum. Vbi discas sacerdotium aut officium prælato non adeundum esse negotiatione, aut ambitu, sed tanquam alteri Aaron. Nam cum Ozias sacerdotis officium arroganter sibi assumeret, lepra cooperti est. Et Core cum suis consumptus est igni. Zacharias autem sorte exijt. Vnde sapiens ait. Dabitur illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Illis autem verbis, quibus ait, in ordine vicis suæ, docemur ne in Ecclesia Dei ministeria sint cõfusa: sed vnusquisque ita ministerium suum exerceat, vt alienum nolit vsurpare. At sunt aliqui homines qui cùm ad sua munera obeunda minime sufficientes sint, aliorum officia volunt facere, & sic contingit sæpius ministerium domini in ecclesia confundi, vnde etiam fit, vt inter ipsos ministros rixæ & contentiones oriantur. Ideò dominus Aroni de Leuitis loquutus ait. Ad vasa sanctuarij, & altare non ascendant, ne moriantur. Vult nanque dominus vt vnusquisque suo proprio munere fungatur, nec confusio sit in ministerio domini. Vide etiam quod dixit, ordine vicis suæ ante Deum, hoc est, in conspectu domini. Nã certè quidquid agimus, in diuino conspectu agimus, cùm omnia nuda & aperta sint oculis eius. Quodquidẽ in omni opere & cogitatione tua attentius cõsiderare debes, cũ quidquid agas, coram Deo agas. Sed væ hominũ impudentiæ qui maiori pudore coram hominibus suffunduntur, quam coram Deo. Nam multa audemus facere in Dei conspectu, quæ puderet nos facere corã hominibus, sed beatus est ille (Ecclesiasticus inquit) qui videt circunspectionem Dei. Deuenit nanque peccator in id genus stupidum stultitiæ: vt exilimet, quod cùm ipse non videat Deum, nec ipse videtur à domino: in cuius gratiam hæc insana verba proferuntur. Quis videt me? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circũspicit me. Quem vereor? *Eccle.14.* Delictorũ meorum non memoratur altissimus. Et nõ intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Vnde putabat Iudas filius Iacob peccatũ suum occultũ esse: sed Thamar misit annulum & baculũ & patefactum est. *Eccle.23.* Sic Dauid dixit Nathan. Tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel. *Gen.38.* *2.Reg.12.* *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Hoc est in atrio tẽph: quia non licebat secundum legem, populũ ingredi Sancta, aut Sancta sanctorũ, id est secundam partem templi. Tres nanque habebat tẽplum Salomonis potissimas partes. Priorẽ partem Sancta sanctorũ vocabãt: secundam verò, Sancta, vbi omnes ministri & sacerdotes ingrediebantur. Tertiam verò partem Atrium appellabant, in quam vniuersus populus congregabatur. Sic etiã & olim in nostris obseruabatur templis & ecclesijs: in cuius rei gratiam quoddam decretum erat sancitum, vt laici inter clericos nõ sederẽt, interim dũ sacra peraguntur: quod quidem sanctè & religiosè institutũ est. Nã si tanta reuerentia volebat dominus vt in illo templo antiquo omnes incederent, vt dum sacra celebrabantur, non licebat populo tẽplum ingredi, cum omnia illa vmbra essent & figura eorũ, quæ facienda erant in tẽplo nostro: vbi Christus verus Deus, & hostia immaculata pro peccatis offertur: quanto maiori reuerẽtia deberet Christianus populus sacris interesse? Tamẽ ad id genus impudentiæ multi seculares deueneriũt, vt ita sint altaribus proximi, vt celebrãtibus sacerdotibus maximum sint impedimentũ, vt ad cornua altaris non possint volui. O vtinam, Ecclesia nra plures haberet Ambrosios: qui sanctissimus vir vel ipsi imperatori Theodosio concedere noluit vt prope altare accederet: sed iussit illi, vt recederet in locũ ipsi populo signatum. Et illa olim memoria digna erat consuetudo, quòd interim dum lectiones & euangelia legebantur vniuersus in templo aderat populus: postea tamen dum sacerdos Christi corpus conficiebat, cũ *De consecratione sacerdotum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciebantur foras cathecumeni: nũc etiam nõ
ſolum ſeculares & mulieres, ſed etiam canes
vſq; ad aras ingrediuntur. Sed de his a i. s.
Vbi autem dicit ſacerdotem eſſe intra San-
cta, populum autẽ foris: datur nobis intelli-
gi, quòd Chriſti ſacerdos myſteria domini &
arcana magis perca lere debet, quam popu-
lus: & cũ proximus Deo ſit tractare debet ea
frequẽtius & profundius penetrare. Is enim
debet eſſe paſtor & vitæ integritate, & mori
bus incorruptis vt ipſius cõparatione cęteri
greges dicãtur. Tenetur nanq; ſacerdos quæ
Dei ſunt altius & profundius cognoſcere,
quã reliqui alij homines. Vtinã non à popu
laribus edoceamur, neuè propinquiores Deo
ſint quam nos, cum multis negotijs ſecula-
ribus & exterioribus impediti ſimus. Vtinã
cum fatuis virginibus nõ excludamur: & ſe-
culares cum Chriſto ſponſo ad gloriam ad-
mittantur. *Apparuit illi autem Angelus domi-*
ni ſtans à dextris altaris incenſi. Bene apparuiſ-
ſe dicitur ei (vt Auguſtinus differit) quando
quidẽ repente eum aſpexit. Quod quidem
ſcriptura diuina de Angelis, aut de Deo lo-
quẽs cõſueuit dicere: vt quod præuideri ne-
quit apparere dicatur. Sic in Geneſi dicitur.
Apparuit Dous Abrahæ in cõualle Mambrę.
Apparuit autem ad altaris dextram Angelus
lata nunciaturus: nam quæ dextra ſunt fœli-
citatis nomen ſortiuntur. Talem enim locũ
Angelus elegit, qualia erant nũcia, ab ipſo al
lata. Vbi nõ ab re notandũ erit: quòd nuſquã
Angeli certius inueniuntur, quam vbi ſan-
ctis & pijs operibus vacatur. Qualem operũ
tuorum deſideras inſpectorem, talia opera-
re. Vbi nanque conuiuijs, epulationibus, mẽ
dacijs, & carnis voluptatibus datur locus:
ibi non Angelus domini, ſed Satan appare-
bit, quia ipſius operibus aſsiſtitur.

Matt. 25.

Augu. de ci. dendo Deũ epi. 112. c. 5.

Gen. 18.

¶ Præterea non omnibus, ſed mundis corde
& ſanctis apparuit, qualis erat Zacharias. Ap
paruit illi otiãti, & ab amplexibus abſtinenti,
& à mundana turba ſeparato. Sic nimirum ſi
tu cœleſtibus cupis frui gaudijs, à terrenis ne
ceſſum eſt te ipſum abſtinere. ¶ Denique id
diligẽter obſerua, quod dũ Zacharias ſuo of
ficio & munere fungeretur, apparuit illi An
gelus domini. Quia bono muneri erant intẽ
tus, meruit Angelum domini videre. Fauet
enim dominus hominibus qui ſanctis mu-
neribus funguntur. Sic dominus Petrum &
Andream piſcãtes vocauit: quos diſcipulos,
& Apoſtolos ſuos fecit. Nec ſine myſterio in

Mat 4.

telligas Euangeliſtam dixiſſe. Erant enim piſ
catores. Quid enim ad nos facit ſcire, vel
non ſcire illos eſſe piſcatores? Quod cer-
tè dictum fuit, vt ſciamus multos aliquan-
do ad piſcandum ire, qui quidem piſcato-
res non ſunt, funguntur enim piſcatorio mu
nere vt delectentur, non vt eo viuant. Pe-
trus verò & Andreas piſcabantur, quia eo
munere neceſſaria vitæ comparabant. Quod
quidem Euangeliſta expreſsit, vt doceat
Deum ſuis officijs & muneribus intentis fa-
uere: & ijs qui ſuis manibus, non alienis of-
ficia exequuntur. Sed tu qui Epiſcopus es,
quid ad hæc dices: Et tu qui beneficium ha-
bes, & animarum curam: quid eſt quod eas
tradis manibus conducti mercenarij? quid
eſt quod eas non viſitas, non lactas, non paſ-
cis, nec ſacramenta porrigis? Quare paſtor
cum ſis, paſtoris officio non fungeris? Qua
re oues iugulo tradis, poſtquã ſanguinẽ ſuxi
ſti? Quare Eccleſiæ tuæ nõ aſsiſtis? Tibi profe-
cto non Angelus lucis apparebit à dextris:
ſed Angelus Satanæ in articulo mortis à ſini
ſtris: & ſicut perpetuo abſens es à tua Eccle-
ſia, ita perpetuo diuino regno deſtitueris.
Nec id faceres, ſi intellexiſſes, quantam per-
niciem tuo gregi inferas, cum tua abſentia.
Nam abſente Moyſe populus idolatriæ ſer-
uiuit: quod vtique non feciſſet ſi ipſe Moy-
ſes adeſſet. Nec mirum ſi actis ab Apoſtoli-
cis legamus, quod vmbra Petri ſanitatem
dabat infirmis, vt intelligas quantum inter-
ſit, vt prælati ſemper ſint ouibus cuſtodien-
dis aſsiſtant: cum vel ſola vmbra ſanos eos
faciat. In regalibus curijs prælati nihil aliud
mihi videntur, quam mortua caluaria.
Quando canis moloſſus, cui data cura eſt pe-
cus cuſtodiendi relicto grege in monte do-
mum petit vt panis quadram, vel aliud quid
poſsit capere: ſolent filij familias & famuli,
vocibus obſtrepentes canem è domo ejice-
re, & illum fuſtibus cædere dicentes. Abi
ad pecus, abi ad pecus, vt iterãm at cuſtodiẽ
das oues abeat. Ita in regum, & aliorum ſe-
cularium principũ curijs plures prælatos &
antiſtites videbis, quibus animarũ cura data
eſt qui ſemper habẽt in faciẽ regis oculos cõ
iectos, vt ſi forte pinguior epiſcopatus vel a-
lia opima dignitas vacet: quos quidem vã-
ſimiles ego eſſe iudico canibus, qui buccellã
panis à manibus domini ſui ob re ipſius pen
dentes expectant. Quos certè principes,
& vniuerſi homines à ciuitate vocibus: &
clamori-

clamoribus deberent expellere, dicentes.
Canes nequam & proditores pergite ad ve-
ſtras oues cuſtodiendas, nolite amplius hic
demorari. Solent aliquando mulieres, præ-
ſertim illæ quæ delicatam nimis & mol-
lem vitam inſtituunt, poſtquam infantem
peperunt, nutricibus alendum tradere, &
illis imponunt omnem laborem & diligen-
tiam, quam ipſæ deberent præſtare. Et id
nulla alia de cauſa faciunt, niſi quia iterum
ipſæ volunt grauidæ fieri, cum maritis car-
naliter & vitioſè accumbendo: vt vel ſic
nullam curam erga filios nutriendos adhi-
bentes totas ſe libidini voluptatibuſque tra-
dant. Similes his mulieribus ſunt multi
Eccleſiaſtici in regum curijs, qui vt in liber-
tate & ſine labore viuant oues ſibi creditas,
conductis miniſtris & mercenarijs tradunt,
vt ſecundum regulas carnis in aulis regali-
buſque domibus aſsiſtant. Quod ſi di-
xeris alium Eccleſiæ in tuum locum ſubſti-
tuiſſe, qui rectè officio tuo poſsit fungi,
quem quidem non immerito omnes cre-
dant pro te eandem diligentiam, quam tu
præſtaturum. Quaero à te, ſi tibi tanquam
digno, & literato huiuſmodi officium col-
latum eſt, tu verò alium ſubſtituis, qui te
indignior ſit, nonnè oues tibi commiſſas ma
niſeſta iniuria afficis: Siverò mercenarius ſub
ſtitutus ita eſt dignus, vt tu, & vel forte di-
gnior maiorique præmio afficiendus: nun-
quid illi iniuriam non infers, ſi non dona-
ueris illi omnes fructus beneficij, quos tu o-
cioſus colligis cum illi potius eſſent tribuen
di: quando quidem ita doctus, & dignus ſi-
cut tu, vel forte dignior, omne pondus &
laborem ſuſtinet, quem tu ignauia & pigri-
tia perditus ſubterfugis? Quod ſi hæc quæ
dicimus vera ſunt, quid eſt quod omnes fru
ctus beneficij ab eo poſcis: nihil ei relin-
quens, quo vitæ ſuæ poſsit conſulere? Qui
non laborat (inquit Paulus) non manducet.
At ſi tu non laboras, quare manducas? In
Numeris legitur, dixiſſe dominum ſacerdo-
tibus, & Leuitis. Excubate in cuſtodia ſan-
ctuarij. Nã quẽadmodũ ianitor, ianuæ ipſi
debet aſsiſtere, & nauis gubernator in puppi
ſedere: ita etiam præſul adeſſe debet ſuæ Ec-
cleſiæ, vt oues ſuas doctrina & exemplo paſ
cat, quod proculdubio vel non, vel ſumma
cũ difficultate abſens præſtare poterit. Quis
non videt, hæc quæ diximus proprium ho-
minem requirere? Qui epiſcopatum deſi-
derat (inquit Paulus) bonum opus deſiderat.
Non dicit bonam dignitatem, aut diuitias
bonas, voluptates ſed redditus (quæ omnia,
quanuis non damnanda, tamen non eſt in
eis omnis paſtoralis cura conſtituenda) ſed
bonum opus, & bonum laborem. Per præ-
ſentiam ſuam ſuſcitauit dominus filiam ar-
chiſynagogi, filium viduæ, & Lazarum: non
tamen per procuratorem, aut ſubſtitutum.
Qua de cauſa dominum noſtrum Chriſtum,
vt nobis ſempiternum documentum relin-
queret ſuo exemplo: quum per alium ſalu-
tem largiri poſſet, nunquam legimus valitu-
dinem præſtitiſſe, ſingulis manus imponens
(ait noſter Euangeliſta) curabat eos. Iacob
reddens rationem quomodo oues Labam
cuſtodierat, dixit. Noctu diuque gelu vrge-
bat, & ſomnus fugiebat ab oculis meis. Cum
dicit, ſe oues cuſtodiſſe, non dicit ſe habitaſ-
ſe in aula regia, nec in Pontificis curia, neue
ſomnos delicatos & dulces cœpiſſe, aut per
miniſterium alicuius oues obſeruaſſe: tunc
nanque non diceret: & ſomnus fugiebat ab
oculis meis. Ita nimirum neceſſum eſt vt ſem
per paſtor ouibus cuſtodiendis adſit. Nam
Samaritani tamdiu morſibus leonum fue-
runt infeſtati: quandiu inter eos ſacerdos
non fuit: ſed poſtquam ad eos venit ſacer-
dos domini, qui cultum diuinum eos do-
cuit: ira leonum fugit ab eis. Ita enim præſen
tia prælatorum admodum eſt neceſſaria, vt
illis abſentibus, prorſus ignoret populus di-
uinum cultum, & obſeruantiam diuinorum
mandatorum: ſicut contigit illis Samarita-
nis. Vnde in Prouerbijs habetur. Vbi non eſt
gubernator, corruet populus. Quando mul-
tas dignitates re habere dicis, ridiculum eſt,
vt fatearis, in pluribus poſſe ſimul locis eſſe.
Quando in Dei Eccleſia deficerent homi-
nes, non mirum eſſet, ſi vnus homo Epiſco-
pus, & Cardinalis, & abbas eſſet: itẽque plu-
ra haberet beneficia. Tamen immenſæ gra-
tiæ ob id Deo agẽdæ ſunt eo quod permul-
tos & ſapientes viros, & in Theologia, & in
ſacris iuribus nobis dedit, tum etiam ſanctis
moribus imbutus, qui nec buccellã panis ad
comedendum habẽt. Sed quare tria vel qua-
tuor beneficia ſimul habere vis, cùm nec tres
homines in illis ſint, de quibus cura tibi ſit
habenda: præcipue cum pluribus ſacerdoti-
bus abunder Eccleſia Dei, qui in miſera pau
pertate vitã agũt, quiq; ad id beneficiorũ obti
nẽdũ te digniores & præſtatiores ſunt. Quod

Mat. 9. Luc. 7. Ioan. 11.

Luc. 4.

Gene. 31.

4. Reg. 17.

Prou. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si generosum & illustrem te esse dicis,& tuæ personæ dignitati omnes illos reddirus esse necessarios: assumens tibi omnes redditus, quos vel ditissimus episcopatus habet,vt tuã libidinem & auaritiam explere possis: O nefandum dictum,& dæmonis laqueus astutissimus:cùm velint isti Christi patrimonio vanitatibus mundi, & insaniæ suæ deseruire. Quod certè nihil aliud mihi videtur,quã homine velle esse Centaurum,aut Minutaurũ: hoc est mediã feram, & medium hominem. Nam ecclesiasticus cùm sis,& mundo renũciaueris,adhuc mũdo imperare cupis,& suis voluptatibus immisceri. non attendens dictũ domini. Regnum meum non est de hoc mundo. Quapropter si saluus esse cupis,vnũ tibi accipito beneficium,quod pro dignitate & persona tibi sufficiens sit:cætera autem in bonos & doctos viros cõferas:cumq; tuæ ecclesiæ inseruieris,& in eo laboraueris,postea refectionẽ accipe,cũ dignus sit mercenarius mercede sua. Nãq; luna cũ minor sit stellis, plus tamen mouet hæc inferiora,quam quilibet illarum:non quòd natura sua efficatiorẽ habeat virtutem, sed quia proximior est nobis in infimo orbe constituta. Vbi iam videris quantum valeat propinquitas ad mouendum. Eodem modo præsul debet præsentia sua subditos regere, nec ab eis discedere, vt eos possit ad virtutem inclinare, quibus ita familiariter debet agere,vt ipsorum nomina comperta habeat. Quòd si dominus voluit vt Adam subditorum animantiũ nomina cognosceret:quid respõdebit prælatus, qui per totum annum ecclesiam non videt? Quomodo nomina eorum cognoscet? Quòd si quãtum pertineat prælatorum persona in omnibus agendis veris intelligere,scias Giezi non potuisse baculo Elisei mortuum puerum suscitare, quousque ipse Eliseus domũ adiuit. Præsentia præsati vel mortuos suscitare valet:ipsius verò absentia nefanda scelera committuntur. Quis enim tam stupidus & mentis inops est,vt non intelligat perpetuã prælatorum absentiam à suis ouibus contra legem diuinam, naturalem,& positiuã esse? Etenim scriptura diuina, sacra concilia, necnon & naturalis ratio id nobis demonstrat prælatos teneri suis ecclesijs assistere. Quòd si placuerit, legas aliquando de hac re beatum Augustinum, Gregorium, Nazianzenum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium, Chrysostomum, Bernardum,& tandem post plura alia concilia sacrum Concilium Tridentinum eleganter de hac re loquutum. Etnihilominus licet hæc ita sint,non desunt plurimi Theologi qui in oppositam sententiam eãt, etiam sistim vlus conscientiæ eos pũgat, hoc argumento moti, vt Episcoporum gratiam sibi concilient,& vt rudi plebi suam scientiam & acumen ingenij ostendãt. Id enim est hominum ingenium, vt tunc existiment coram rudibus & ignorantibus aliquod magnum facinus perfecisse,si singularem aliquam opinionem,quantum vires valuerint,defenderint. Nam id quod alij tenent sibi commune videtur, & non se peritos existimant,nisi peculiarem aliquam opinionem tueantur, etiam si ex diametro cum ipsa veritate pugnet. Quos insipiens & stolidum vulgus scientes appellat, cùm aduersus communem sententiam insurgũt. Quod hominum genus arrogantiam & superbiam tanquam humilitatem amat: nec mirum si tales aliquando in periculosas hæreses & miseros delabantur errores. *Et Zacharias turbatus est videns,& timor irruit super eum.*

Quod contigit ex subito & insolito angeli aspectu, & ex humana fragilitate: sicut Danieli contigit,qui viso angelo dixit. Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & non habui quidquam virium. Nec subinde mireris, si audieris Zachariam viso angelo turbatum esse: nam vulgo celebratum erat, eum hominem statim moriturum, qui Deum vidisset & angelum eius. Quòd verùm esse historia Gedeonis manifestè nobis indicat. Nam videns Gedeon quòd angelus ei fuisset loquutus: dixit. Heu mihi domine Deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque illi dominus. Ne timeas,non morieris. Sic etiam Manue pater Sansonis intellexit, sibi angelum apparuisse: dixitque ad vxorem suam. Morte moriemur,quia vidimus dominum. *Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia.* Multum interest inter boni angeli,& mali visionem. Nam Angeli boni initio visionis terrorem & timorem incutiunt: postea reficiunt, & consolantur. Nam cum primum hic Angelus bonus Zachariæ apparuit,illum deterruit,statim verò illum consolatur dicens. Ne timeas, & illum lætum facit,promittens illi futurum filium, gloriam & decus totius seculi. Apparuit etiam bonus angelus beatissimæ virgini, quæ licet statim tremuerit:

tremuerit:subinde tamen tanto, & tam incredibili gaudio illam perfudit, vt humanis verbis explicari nequeat. Apparuit etiam pastoribus: qui etsi principio turbati fuerunt,tamen postea incredibili gaudio sunt perfusi cum læto nuncio natiuitatis saluatoris. Ita quæ sunt Dei nimis põderosa & grauia principio apparent:vt sunt virtutes,quæ earũ nouos cultores deterrent: tamen si ipsum finẽ respicias delectabilis,gratus,& suauis est. Si toracem nouum induis,caligas,vel tunicam, prima die, defatigatus incedis,itavt teipsum mouere non possis:at si tres vel quatuor dies hęc assueueris,grata tibi & iucunda videtur. Vnde diuus Paulus dicebat. Induimini dominum Iesum Christum. Qui quidem vestis nostra est,nobisque ipsis confecta: qui si principio visus fuerit, non tibi commensuratus, perseuerandum tamen tibi est,tuncq; æquè illum & corpore & anima indues. At demũ & carnis vitia multò aliter sese habent: nam principio dulcia,amica,& iucunda accedũt, postea tamen animam torquẽt. Induit enim: se dæmon cùm ad tentandum accedit, lęto & amœno vultu,tamen in fine animã ipsam tristem relinquit, & inquinamentis carnis contaminatam. Statua illa,quam vidit Nabuchodonosor,caput habebat aureum, pedes verò terreos:quia vitia omnia aureis & pretiosis vestibus induta nobis ostendit,pulchra & decora facie picta:quæ(si attentius consideres) finem habent vilem,miserum & infœlicem,qualis est peccati. Vnde memorem te esse oportet in visione tam angeli quã dæmonis ipsius finis. Virtus nanque in fine delectat,vitium verò torquet. Verùm vt scias, quomodo sancti angeli fortes reddunt illos, quibus apparuerunt,postquam angelus Zacharię dixit, noli timere:statim illum consolatur,dicens. *Quoniam exaudita est deprecatio tua.* In primis certum id est,Zachariam nõ orasse,eo quod dominus illi prolem concederet,quando de ea angeli promittenti desperabat. Quo circa dici solet, quod orabat pro populi salute,qui exauditus est, cum filius datur:nãque natiuitas Ioannis Baptistæ initium fuit libertatis populi. Verùm quantum ego cõijcere possum,orabat,vt Messias daretur, tanquam alter Simeon:& ideò subditur ab angelo. *Et Elisabeth pariet tibi filiũ.* Quorum verborum sensum intelligo. Messiam pro quo oras,dabitur:& vltra hoc Elisabeth pariet tibi filium,huius Messię præcursorem,cuius tu pater eris. Et post pauca addit angelus. Ipse præcedet ante illũ. Hoc est precedet Messiam; pro cuius aduentu deprecatus es. Quæ sententia apertè conuincit quia relatiuum,illum,nõ refert nisi Christũ, quem Ioannes anteiuit,quem Zacharias summis precibus postulabat:& coniunctio,& addit ionem significat,scilicet,quòd pater esset Zacharias præcursoris domini. Vbi obserua, quod quando angelus hic loquutus est Ioseph de partu virginis,non dixit,pariet tibi, sed pariet absolutè: quia Ioseph nihil sibi operatus est. At Zachariæ dixit, pariet tibi filiũ: hoc est,pariet filium à te genitum. *Et vocabis nomen eius Ioannem.* Quod quidem magnum priuilegium est,vt ab ipso domino Ioanni nomen imponatur:quòd dominus non consueuit facere, nisi cũ dilectissimis amicis suis,vt cum Abraham & beato Petro. Innuit nanq; dominus,cùm nomen alicui imponit, donũ aliquod diuinitus illi esse concessum. Sic dictum est Abrahę. Appellaberis Abrahã,quia pater multarum gentium constitui te. Et Petro. Tu es Petrus:& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Imponitur enim huic viro nomen aptissimum & sibi conueniens: futurus nanque erat Ioannes,vt coram vniuerso mundo gratia & donis diuinitus concessis illustris & splendidus esset. Nam sicut Adam nomen omnibus rebus imposuit conueniens earum qualitatibus & naturæ:nomen igitur à Deo alicui impositum aptius & conuenientius illi adaptabitur. Vnde Psalmista loquẽs de Deo inquit. Qui numerat multitudinem stellarum, & eis nomina vocat. Omnes nanque angelos (quos hic nomine stellarum intelligit) proprio vocat nomine: quanuis scriptura tantùm trium meminerit. Tamen si per omnium angelorum & hominum nomina (duobus exceptis) discursum feceris,nullum ita sublime, ita magnificum & illustre inuenies sicut Ioãnis:Ioãnes quippe gratum significat,gratia plenum,miris indultis,immunitatibus & priuilegijs insignitum. Etenim in humana creatura nihil magis magnificum,aut excellentius inueniri potest quàm Deo placere. Nam si ij, qui in cœlis & in sanctorum habitaculo sedent, Deo non placuissent,nequaquam vlla beatitudo illis esset:& si qui in infernis torquentur aliquid diuinæ gratiæ participarent, vtique miseri non essent,sicut qui in purgatorio detinentur,non sunt miseri. Verè Ioannes beatus &

Ioan 19. *Mat.10.* *Gene.2.* *4.Reg.4.* *Aug.lib.de pastо. Nazi. in oratione de statu epi.* *Genes.17.* *Matth.16.* *Gen. 2.* *Psalm.148.* *Gre.hom.33. super Gen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus & fœlix dici potest, qui tale nomen consequi meruit, non ab ore ominum aut angelorum positum, sed ab ore Dei. Et quemadmodum hoc nomẽ maius & excellẽtius est omnibus alijs nominibus: ita ille, cui nomen est impositum maior & illustrior est omnibus hominibus. *Et erit gaudium tibi & exultatio.* Nam vt inquit Salomon, filius sapiẽs lętificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matri suæ. Zacharias quippe protinus, vt vidit filium, maxime lętatus est: & vt suæ lætitiæ signum manifestum ostenderet, cãtauit. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, &c. Sic in prouerbijs legimus. Exultet in gaudio pater iusti: & qui genuit sapiẽtem lætabitur in eo. *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et inferiùs dicit noster Lucas, quod vicini omnes audientes magnificasse dominum misericordiam suam cum illa, congratulabantur ei. Quod quidem eueniebat, nam cum Zacharias & Elisabeth iusti & sine querela essent, & nemini malum inferrẽt: ab omnibus diligebantur, & de bono Zacharię omnes lætabantur. Gaudebant etiam videntes miraculum nouiter factum de conceptu sterilis mulieris, & cum cognoscerent maximã vtilitatem venturam populo, & considerabant diuinam visionem, quam habuit Zacharias in templo, completam esse in puero nato. Hoc quidẽ in huius sancti natiuitate commendatione dignum existimo: quod non solum Christianus populus, sed vniuersus terrarũ orbis Mauri, Turcæ, & infideles in festo natiuitatis eius miris lætitiæ & exultationis signis exultant. *Et erit magnus coram domino.* Mirabile dictu angelum dixisse, Ioannem futurum magnum coram domino. Audite obsecro, qualis & quantæ excellentiæ sit iste, de quo nobis est sermo. Nam si collatione regis terreni nullus subditorũ dicitur magnus: qualem illum existimatis, qui coram Deo, ante cuius conspectum vniuersi imperatores & reges terræ nihil sunt, magnus appellatur? Audias obsecro sapientem, qui Deum alloquitur dicens. Tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarũ, & tanquã gutta roris, qui cadit in terram. Et sanctus Esaias. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Omnes fluuij ingredientes mare nomen suum amittũt: nam cum mare ita vastum sit & profundum omnes ingurgitat. Sic nimirũ magnitudo & excellentia Dei ita grandis & incomprehensibilis est: vt si quid magnum in nobis esse dixerimus comparatione facta ad ipsius magnitudinem statim magnitudinis nomen amittet, & nihili nomẽ assumet. Nã si liberalitatem nostram cum diuina conferre velis, auaritiæ nomen meritò sortietur: si bonitatem nostram cum diuina æquiparare nitaris, malitię nomẽ & peruersitatis induet: si denique nostrum esse & diuinũ æqua lance perpendas, iam nostrum nihil, & tãquam vmbram esse merito dices. Sed velim certe intelligere, quid est, quod diuus Ioannes nõ solũ magnus appelletur, sed magnus coram dño? Hæc quidẽ magnitudo in admirationẽ me rapit, vt magnus appelletur iste, in illi⁹ cõspectu ante quẽ vniuersę creaturę nihil sunt. Magnus hic fuit nõ natura, sed æstimatione. Multi coram oculis sui magni sunt, vt superbi, qui & magnus se esse putant, & ad grãdia natos: de quibus in Esaia dicitur. Væ qui estis magni coram oculis vestris. Sic fuit Lucifer, qui sibi ipsi placens dæmon factus est. Sic fuit Nabuchodonosor qui tantã sui ipsius voluptatem cœpit, vt in irrationale animal fuerit conuersus. Hi sibi ipsis sunt causa, vt luant pœnas, cùm se aliquid esse putantes nihil sint. Putantes sapientes se esse, stulti facti sunt. Huiusmodi erat episcopus ille, de quo in Apocalypsi habetur sermo. Dicis quod diues sum, & nullius egeo & nescis quod pauperes, & nudus, & cęcus. Solus ille vere magnus habendus: qui à domino plurimi sit, quique domini statera & incorruptissimo suo iudicio perfectus iudicatus fuerit. Vnde egregie diuus Paulus. Nõ qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quẽ Deus commendat: sicut beatissimus Ioannes commendatus fuit. Sed quem obsecro Deus vnquam sicut Ioannem commendauit? Nemẽ vtique. Commendauit, & laudauit Nathanaelem dicens. Hic verè Israel ita est, in quo dolus non est. Et Magdalenæ dixit. Simte illam, bonũ enim opus operata est in me. Et Petro. Beatus es Simõ Bariona. Centurioni. Non inueni tantam fidem in Israel. Paulo. Vas electionis es mihi. Et Cananææ. O mulier, magna est fides tua. Verùm enimuerò has laudes dominus obiter & velut in transcursu protulit: quæ duo tantum vel tria verba continent. At verò non ita se gessit laudibus Ioannis Baptistæ, sed pleno ore, & absoluto sermone in laudes eius prorupit: & postquam illud laudauit, de vitæ conitancia, de aspe-

Prouer. 10.

Prouer. 23.

Sap. 11.

Esa. 40.

7.

8.

4.

9.

11.

1.

ritate, & sanctimonia, eum angelum, prophetam, & plusquam prophetam, & internatos mulierum maiorem appellauit. Talibus encomijs à domino celebrari, magnę laudis est. In quo obsecro diuus Ioannes magnus fuit? Imo in quo non magnus fuit? Magnus in conceptione, magnus in natiuitate, magn⁹ in vita, magn⁹ in doctrina, magnus in officio & sanctitate, & magnus in sua morte. Habuit nanque sacros euangelistas tuorum gestorum scriptores, & Christum suarũ virtutum egregium concionatorem. Nec illud silentio pretereundum, quod cùm Ioannes Euangelista tanquam aquila volasset, & post quam mysteria diuinitatis, originem & natiuitatem verbi pertransisset, ad humanas res descendens, prior, in quagradũ sistit fuit Ioannes Baptista, tanquam in sublimiori vertice & cacumine totius mundi. Quando quis in lucem respicit, & oculos luce circunfusos habet, si tunc auertat à sole oculos, & aliò trãsferat, nihil videt, vel maxima debet esse res, vt aliquid videre queat: quo argumento colligitur magnam & sublimem rem esse Ioannem Baptistam. Nam cum sacer Euangelista oculos remoueret à radio solis (cũ sicut aquila in solem respexisset) statim ad Ioãnem Baptistam se conuertit & dixit. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Vt videas quis Ioannes Baptista sit, & quam propinquus sit Deo. Si aliquando videres regẽ à principibus & magnatibus comitatum per publicam viam incedentem, nónne illũ magis familiarem regi diceres & magis amicum, qui propinquior regi esset: Coram Christo rege æterno omnes veteris testamenti patres audierunt, & post eum omnes homines noui testamenti. Sic Abrahæ dixit. Ambula coram me. Et Ezechias dixit domino. Memento, quod ambulauerim coram te. At vero omnibus noui testamenti dicit. Sequimini me. Petro & Andreæ dixit. Venite post me. Idem dixit Marthæo, & omnibus alijs discipulis. Similiter nobis dicit. Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Tamen Ioannes non est ex illis qui præeunt, aut qui illum sequuntur. Fuit nanque finis veteris testamenti, quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam duraueruntiat fuit principium noui testamẽti, quia ipse incæpit prædicare regnum cœlorũ. Et de illo dixit Christus. A diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur. Ideò nec coram rege, nec post regem, sed proximus regi venit, vt magnum & optimatẽ illum iudicemus. Et hinc illum est, quod omnes veteris tastamenti de futuro prædixerint. Veniet rex. Esaias. Ecce dominus veniet. Sic Dauid, sic & alij prophetæ. Tamen omnes noui testamenti, qui illum sequuntur, dixerunt regem venisse de præterito & iam præcessisse. Sic Paulus. Misit Deus filium suum. Tamen cùm Ioannes proximus sit regi, inquit de præsenti illum digito demonstrans. Ecce agnus Dei. Sed cùm de excellentia Ioãnis multa possemus dicere, breuitatis causa ea omittimus: & quia in visitatione sanctæ Elisabeth aliqua etiã dicemus. *Et vinum & siceram nõ bibet.* Diuites huius seculi omnem suam fœlicitatẽ, laborem & industriam collocant in parandis sibi cibis lautis & opiparis, potuque frigida niue comixto vt magnitudinem suam ostendant: quæ res nihil nobilitatis in se habet, imò rusticitatem & ignobilitatem. Nam diui Ioannis magnitudo & excellentia ea fuit, vt se paucissimo cibo & potu aleret: vt mirum sit, quo modo vita ipsa consistere potuit. Ioannes non fecit miraculum, quia omnis eius vita miraculosa erat. Nam siue vitam, siue esum, siue potum, siue denique indumentum respicias: hæc omnia miracula sunt, & portento simillima. Porrò sicera apud Hebræos nomen generi-cum est, omne id significans, quod inebriare potest: dicitur enim à verbo שכר sachar, quod est inebriare. Quo verbo angelus voluit significare, diuum Ioannem ita abstinentissimum esse, vt nec vinũ, nec aliquid aliud biberet, quod ad ebrietatem spectaret. Sic etiam angelus apparens vxori Manue, quæ erat conceptura Sansonem, qui saluaturus erat populum, præcepit ne ipsa vinum biberet. Et similiter idem angelus apparens Manue præcepit ne permitteret filium eius, qui nasciturus erat, bibere vnquã vinum in omni vita: debebat enim esse Nazare⁹, hoc est domino consecratus. Quanto melius Ioannes Baptista, qui ab vtero fuit domino consecratus, & qui nunciaturus erat mũdi saluatorẽ, oportebat, vt mirabili abstinentia polleret? Nam cùm totus deberet esse in deserto intẽtus altissimæ contemplationi, ideo oportebat à cibis & vino abstinere: quia impedimẽto sunt, ne mens à terrenis ad cœlestia euolet. Vnde in lege veteri sacerdotes prohibebantur vinum bibere: quãdo ingressuri essent sanctuarium domini. Qui locus admoner vt ebrie-

Esai. 40.

Psalm. 49.

Galat. 4.

Ioan. 1.

Iudi. 13.

Ioan. 10.

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ebrietates & nimios cibos fugiamus, si Deo
Ephe.5. vacare volumus. Vnde Paulus. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Noe, quia vinũ
Gen.9. biberat nudus iacuit, & irrisus fuit a filio. Ho
Iudi.13. lofernes etiam vino sopitus, sua ebrietate extinctus fuit. & filij Iob comedentes & bibentes in domo fratris maioris, cecidit domus
Tob.11. vbi erat conuiuium: & omnes perierunt simul. Quid dicam de Loth: quem abstinentia ab incendio Sodomæ liberauit? At in mõte postquam vino inebriatus est, ad filias accessit, & cum illis rem habuit. Et Amon filius Dauid cum in conuiuio temulẽtus esset,
Geneſ.19. miserè occisus fuit: & multi alij sic infœliciter vitam finierunt, quos longũ esset recensere. Vnde merito Ecclesiasticum dixisse intelligas. Multi per crapulam perierunt. *Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.*
2 Reg.15. Quemadmodum speculum nulla contagionis macula mundum esse oportet, vt ad vium imaginem expressam referat: sic nimirum beatissimum Ioannem purum esse oportebat & mundum, vtpote qui speculum esse debebat, quod Deum dedebat exprimere, & vbi ipse Deus relucere debebat: & ideò ab
Eccl.37. vtero matris sanctificatus, & spiritu sancto replerus fuit iuxta illud Ieremiæ. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam dedi te. Dicitur autem spiritus sanctus infundi & dari, quibus dona gratũ facientia infunduntur: illos verò implere dicitur, quos singulari & abundanti perficit gratia. *Et multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum Deum ipſorum.* In Euãgelijs etiam legimus, quod egre-
Hier.1. diebatur ad Ioannem omnis Iudææ regio, &
Matt.3. *Marc.1.* *Luc.3.* Hierosolymitani vniuersi, & baptizabantur ab eo. Noster etiam Euangelista inquit, quod milites & publicani veniebant ad eum dicẽtes, quid essent facturi, vt salui fierẽt. Instruebat & baptizabat oẽs cõfitentes peccata sua: quia verba eius spiritu sancto erant plena, & hominũ corda penetrabant: ita vt ea renouaret, & sanctis institutionibus cõponeret. Ideò vt quæ dixerat angelus probaret, scilicet, ad prædicationem multos esse conuertendos, & illum potentem & illustrem in sua predicatione futurum, subdit dicẽs. *Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ.* Duobus prophetis expressius figura Ioannis contigit, eo quod in vtero materno vterque sanctificatus fuit. Ieremiæ quippe dictum est.
Iere.1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te. Cùm ambo ex genere sacerdotali fuerint. Heliæ verò similis fuit vitæ austeritate, & libertate correctionis. Sicut Helias fuit præco iudicis, sic Ioannes fuit præco redemptoris. Ambo in deserto vixerunt parcissimo victu, in culti vestitu, ambo regum insaniã tollerant. Ille Iordanem diuisit, cœlum petiturus: hic ad lauacrum regenerationis, quo cœlum additur, hominum corda cõuertit. Ille virili pectore, & incredibili libertate vitia regis Achab arguebat, hic acerrimus erat accusator flagitiorũ Herodis. Ille cum domino gaudebat in gloria, hic cum eo conuersabatur in terris. Ille persequutus fuit à Iezabel, hic ab Herodiade. Demum de Helia dicitur, quod erant verba eius sicut facula ardens: de Ioanne verò saluator inquit esse lucernam ardentem. Ambo codẽ spiritu & virtute venerunt, & efficax erat verbum eorum. Nominantur hic parentes Ioannis, Helias verò sine parentibus introducitur, sicut Melchisedec: quia Ioannes præuenit aduẽtum in testimonium carnalis generationis Christi: Helias verò secundum, vbi carnalis generatio nullum locum habebit, sed spiritualis. Vnde ipse saluator: In regeneratione cùm sederit filius hominis. &c. ¶ Sed vnũ hic aduertẽdũ est quod cũ dicit angelus in virtute & spiritu Ioannẽ venisse: nomine virtutis non intelligitur aliqua virtus moralis, aut Theologica: sed per virtutem intelligit hic fortitudinem, sine animi vim: nam beatus Ioannes virili & audaci fuit pectore ad vitia principum & magnatũ expenda: quemadmodum Helias fecisse dicitur: & hoc animi robur & fortitudinem vocauit angelus spiritum & virtutem, quæ ita magna fuit, vt dixerit angelus. *Vt conuertat corda patrum in filios & incredulos ad prudentiam iuſtorũ.* Vt alter Moyses, qui præparabat corda filiorum Israel vt acciperent legẽ Dei dicens. Estote parati in diẽ tertium. Sic Ioannes dicitur Christo præparasse viam. Nam quis noctu domum perueniat, non ab omnibus excipitur, sed solum à vigilantibus. Sic Ioannes præparauit populum domino.

¶ Aduertendum autem tibi est, Ioannem ad duo venisse: primum, vt præpararet populum ad suscipiendum Messiam: deinde verò, vt ostenderet hunc Christum esse Messiam illum à sanctis prophetis & patriarchis delideratum. Primum præstitit prædicando baptismum pœnitentiæ: secundum verò, quando homines peccata detestabãtur & disponebãtur ad vitæ perfectionẽ: quod efficitur, quando homines se inuicẽ diligunt, & inter se cõcordãt. Ideò dicitur, vt cõuertat corda patrũ in filios, & incredulos ad prudentiã iustorũ. Secundum efficit negando se esse Messiam & suo sermone saluatorem ostendens, cùm dixit. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Altera autem die videns Ioannes saluatorem ad se venientẽ dicit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et tamen nemo potest peccata tollere nisi Deus. Ideò clarissimum testimonium perhibuit, illum, quẽ ipse ostendebat, esse Messiam. Quod quidẽ Ioannes non semel, sed sæpissime populis significauit. ¶ Porrò conuertere corda patrũ in filios, est efficere vt Iudæi illius temporis essent amabiles & conformes patriarchis & prophetis iam defunctis, inducendo illos ad Christi fidem & baptismum. Et incredulos, hoc est perfidos Iudæos, cõuertat ad prudentiam iustorum: hoc est ad veram sapientiam euangelicamque doctrinam, spiritualemque scripturarum intelligentiam, ne legem carnaliter intelligant, ne literam, quæ occidit, sequantur. Vera autem scientia prudentia est iustorum: qua Deo rationabili obsequio inseruiunt. De qua prudentia loquitur Paulus cùm inquit. Prudentia spiritus, vita & pax. In hac autem reformatione cordium per pœnitentiam, vtilitas, quæ inde sequitur, est prepa
Luc.7. ratio viæ ad susceptionem Messiæ. Ideò sequitur in contextu. *Parare domino plebem perfectam.* Per illam conuersionem ad prudentiam iustorum disponit eos ad euangelicæ legis obseruantiam, per quam fiat plebs Christi perfecta: quia neminem ad perfectum duxit lex, vt Paulus Hebræis inquit. Ideò illa lex dicitur lex timoris: quia imperfectorum est, timore pœnæ à malis retrahi. Lex autem euangelica dicitur lex amoris, quia perfectorũ est retrahi à malis amore boni. Hæc igitur est narratio angeli, qua laudat sanctissimum domini precursorem, & ostendit virtutem & fructum prædicationis eius. Quæ omnia si diligenter euangelia legeris, inuenies à duo Ioanne perfecta esse. Sed vnde rogo tanta virtus Ioanni inerat, vt suis verbis corda patrum in filios conuerteret, & vt præpararet domino plebem perfectam? Ioannes nõ aliud euangelium, quam nos prædicabat, nec magis subtilia, nec altiora, quam nos proferebat: sed cur tot homines ad Christi perfectionem inducebat, nos verò nullos aut paucos? Fiebat vtique cum moribus & vita

prædicaret. Cur Heliæ verbis rex Achab pessimus obtemperauit? Certè quia in suo con- *3.Reg.18.*
spectu hominem videbat pœnitentia pallidum, rigidum, squalidum, perizomate & cilicio indutũ, & noctu diuque altissimæ contemplationi vacantem. Quis etiam non crederet beatissimo Ioanni caprinis pellibus induto, & aspera pœnitentia confecto: Tremebant homines, & corda eorum in admirationem rapiebantur, dum viderẽt tantam vitæ sanctimoniam & tam diuinũ spiritum semper in cœlestia eleuatum. Itaque iam concluditur beatum Ioannem vitæ sanctimonia & asperitate plus prædicasse quã verbis. Vnde discas prædicator charissime, vt semper vita verbis tuis respondeat, si velis animas ad Christi mandata & ad eius suauissimum iugum flectere. Sed quia de his inferius actu *Cap.3.8. &*
risumus, vbi opportunus se obtulerit locus, *10.*
audiamus nunc, quid angelo respondeat Zacharias. *Et dixit Zacharias ad angelum. Vnde hoc sciam: Ego enim sum senex & vxor mea processit in diebus suis.* Quibus verbis hominum in gratitudo iam reprehendenda venit, nam cum pro tanto beneficio & læto nuncio Zacharias, gratias esset acturus: id incredulitate rependit. Quod non multum alienum est à nobis, nam multoties Dei nuncijs & inspirationibus ingrati sumus. Amon derisit nuncios Dauid, atque ideò punitus fuit: & sic *2.Reg.10.*
etiam Zacharias, vt statim in sequentibus videbimus. Non itidem si nũcios Dei & ipsius sanctas inspirationes contemnimus, acri plectemur supplicio. Quam rem Zacharias ratione naturali metiebatur, atque ita ipsi naturæ repugnans videbatur, vt cùm eius vxor sterilis & senio esset confecta, & concipere, & parere posset. Non eius conditionis fuit Abra- *Rom.4.*
ham, qui (vt Paulus ait) non est infirmatus in fide, nec considerauit corpus suum emortuũ, quia considerauit diuinam potentiam. Sed Zacharias hæsitauit: quia tantum humanam rationem cõsiderauit. Vt fidei diuinę credas, nequaquam humanæ rationi est tibi acquiescendum: quod si huic aures tuas attentas præstiteris, nequaquam poteris in fide constans esse. Quam ob causam necessum tibi erit, naturalem rationem prorsus non admittere. Nam quemadmodum, qui plãtare vult vitem aliquam, prius extracta terra foueam facit, & statim subtus foueam vitem ponit: quo facto iterum terram in suum locum admouet, vt plãta fixa & bene confita maneat

ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita nimirum ad fidem plantandam, & inserendam cordibus, rationes naturales (quæ tenera sunt) explodere debes: postquam verò plantaueris, rationes naturales poteris iterum admouere, quibus eam corrobores, & confirmes. Nam si ratio naturalis fidem præcesserit, mirum in modum offenditur: quod si post fidem sequatur, & augetur multum, & illustratur. Vnde tuo iudicio adhibito res fidei nunquam metiaris: excellunt quippe, & longo interuallo superant omnem humanum captum. Præcipiebat nanque dominus in
Exo.12. Exodo, vt os cuiuddam paschalis agni dentibus non frangeretur, sed vt deglutiretur in tactum & integrum. Ita tu, res, quas ecclesia tradit credendas, integras deuora si nolis te ipsum præcipitem dare. Moyses dominum alloquuturus velamen ante faciē ponebat.
Exo.34. Sic nunc videre nos oportet in ænigmate. Si
1.Cor.13. fixis oculis solem aspexeris, statim visu priuaberis: in cælis autem illum facie ad faciem videbis. Tunc (ait Paulus) cognoscam sicut & cognitus sum, id est, sicut cognitus sum modo à Deo distinctè & clarè: itatunc ego cognoscā c ara & aperta visione. Nolis obsecro, potentiam Dei infinitam tuo fragili iudicio metiri. Quia mirabilia eius nequaquam intelligere potes: hoc ideò maximè illi est credendum, quā si cōprehendisses. Quod cū ita cognitum sit, milliades milliadūhominū in mūdo sunt, qui ei non credunt. Mirum quidem valde est, quod verbis dæmonis sine vllis signis, sine miraculis credimus: Deo autē post tot confirmationis signa nō credimus. Nunquid quando dæmon primo homini immortalitatem promisit, dedit aliqua signa? simpli ci verbo credidit. At Zacharias signum petijt dicens: vnde hoc sciam? Sed vnde rogo
Genes.3. originem in nobis habuit tanta diffidentia? Arbitror equidem ax malitia nostra natam esse: nam quemadmodū nos fallaces sumus, ita credimus & alios fallaces esse. Nanquè cum multoties ego & Deo & hominibus fuerim in promissis mentitus, sic idem de alijs iudico. Merito itaque punitus est Zacharias, quia tot aderant signa, vt absque peccato suā incredulitatem saluare nequeat. Nam angelus apparuit ei in loco sacro, ministerio diuino absistenti, & nunciabat ea, quæ ad hominum salutem pertinebāt, & ad Dei gloriam: quæ omnia Zachariæ argumento esse deberent, illum bonum esse angelum, perindeque mentiri non posse. Crediderim tamen quod solum venialiter deliquit *Et respondes angelus* .12.
dixit ei. Ego sum Gabriel qui astio ante Deum. .14.
Ac si diceret. Simul hic, & ante Deum astio. Non sum angelus, expulsus à facie domini: vnde nec mentiri queo, cùm semper videam dominum, & eo fruar. Quibus etiam verbis significat, se paratum esse ad implenda Dei iussa. Et ita docemur semper debere esse prōptissimos, ad implendum diuina mandata. Hanc animi promptitudinem habebat Dauid cum dixit: Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Parati quidem erāt & prompti illi Machabæi adimplendas iustificationes domini, cùm dicebant. Parati sumus mori magis quam patrias 16.
& Dei leges præuaricari. Nec non Esaias ita erat paratus quando illi dixit dominus. Quē mittam? Et quis ibit nobis? Et dixit. Ecce ego. Mitte me. Et Saulus dixit. Domine quid me vis facere? Sed vbi nūc inuenies tales Paules, tales Esaias, & Machabæos? Inuenies equidē plurimos ad nefanda scelera & flagitia paratissimos. Pedes eorum (inquit Salomon) ad malum currunt: & veloces (inquit Dauid) ad effundendum sanguinem. Et Hieremias omnes conuersi sunt ad cursum suū: quasi equus impetu vadens ad prælium. At oportet, vt sicut volumus cum angelis in cœlo gaudere, ita illis similes simus coram Deo adstantes & præceptis ipsius obsequētes. *Et missus sum*
loqui ad te: & hæc tibi euangelizare. Cùm Iacobum nuncium afferret, verbo euangelizare vsus est: nam verbum euangelium bonum nuncium sonat. *Ecce.* Quæ demonstratiua particula in sacris literis semper magnū aliquid significat. *Eris tacens & non loquens vsque*
in diē, quo hæc fiant. Iam appropinquabat tempus, quādo incredula synagoga debebat obmutescere. Vnde hac pœna in Zachariam animaduertitur, vt ostendatur in aduentu Christi legi veteri impositum esse silentium, & locum fieri legi euangelicæ. Nec mirum est si obmutuerit ob propriam incredulitatem: cum Ezechielem mutum reddiderit aliena incredulitas. Deus nanque dixit illi. Eris mutus nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Ad tuam autem eruditionem adhibere debes, quanto odio sit domino peccatum: ita vt nec veniale in suis amicis reliquerit impunitum. Non enim angelis (vt inquit Petrus) pepercit: sed eos æternis ignibus reliquit cruciandos. Non dimisit peccatū Adæ impunitum licèt sanctissimus esset. Non peccatum

catum Adæ impunitum licet sanctissimus esset. Non peccatum Dauid, licet arctissimo amicitiæ vinculo cum eo esset constrictus. Non denique peccatum Moysi, licet dilectissimus ei esset. Quomodo ergo Deus tua scelera & flagitia silentio præteribit: Non dereliquit peccatum Zachariæ impunitum cùm veniale fuerit: & putas, quod tua mortalia manebunt impunita? Quod quidem nō absque diuino consilio sanctissimus Lucas perpetuis literarum monumentis consecrauit, vt discas omne peccatum fugere, vt fugias etiam pœnam, quam alieno capiti infligi vides. Etenim fœlix ille est, qui alieno periculo fit cautus. In Numeris legimus præcepisse dominum Eleazar, vt tolleret thuribula ænea, in quibus obtulerant illi, quos incendium deuorauerat, & vt produceret ea in laminas: vt haberent postea filij Israel, quo recordarentur. Voluit etenim dominus, vt ista punitio non excideret à memoria, & laminas illas esse ante oculos filiorum Israel: vt cauerent postea in talia crimina incidere, quibus dominus vehementer offenditur, & cū in tales peccatores grauiter soleat animaduertere. Ita nimirum beatus Lucas hæc scripsit, vt diuinam punitionem debitā mortali peccato fugias: præsertim cùm ita seuerè se in illis puniendis gerat, vt Zachariam reddiderit mutum per nouem menses propter venia le peccatum. Secundò docemur predestinationis esse signum [redacted] amicitiæ cum Deo quempiam in hac vita puniri. In qua re ignoranter errant multi, se fœlices & gratos Deo existimantes, cum omnia secundum palatum illis contingunt: qui si attentius rem istam perpenderent, intelligerent vtique, nullum certius esse signū, aliquem ex numero damnatorum esse quam cum ei omnia prospera & fœlicia in hac vita contingunt. Peccaui (inquit peccator) & nihil triste accidit mihi. Qui si responsum huius sui amentissimi sermonis à me peteret, dicerem ei, si nihil triste & calamitosum in hac vita tibi accidit, sempiterna, te manet miseria & stridor dentium. Quod si id quod Deo nobiscum contingit, exemplō appositissimo videre cupias, audi. Solet aliquādo pater, qui charissimos & amātissimos filios sibi habet, ob leuem rem, vel minimam negligentiam grauiter eos affligere: quod si publica via incedens, forte alios videat grauia scelera committentes, velut nihil videns silentio ea præterit & inceptavia pergit: cuius ratio est, quia istorum nulla est illi cura, illos verò maximè diligit. Eodem modo Deus vel ob leuem culpam & ignorantiam eos, qui sui gregis sunt, acerrimè corrigit & velut amantissimos filios & castigat: extraneos verò vel grauissimis sceleribus contaminatos, non curat, imò tradit eos suæ libidini & voluntati. Quorum infœlicitas dignis lamentis esset celebranda. Vnde iam videbis argumētum efficax, quod si deliqueris, & non punitus fueris intelligas te à domino esse oblitum, & in libro vitæ tuū nomen deletum esse. Quod si huius rei pulchertimum exemplum in sacra pagina audire velis, legenda tibi erit prophetę Ionę historia. Cui cùm dominus præcepisset, vt abiret prædicaturus ad Niniuitas, ipse aliud sibi elegit iter, & mare fuit ingressus: cuius causa ingens inter ventos & in mari orta fuit tempestas. Ità vt ipse Ionas dixerit. Propter me
Ioan.1. tēpestas hæc orta est. Qui cū eiectus esset è naui, statim sedata fuit tempestas: quæ nauis, vbi Dei propheta nauigauat, plena erat hominibus idōlatris, pessimis & infidelibus, & certum est illos esse Gentiles, cùm ex ipsa historia constet. Etenim illi dixerunt: t prophetæ. Surge, inuoca Deum tuū. Et etiam Ionas dixit. Hebræus ego sum, & dominū cœli & terræ ego timeo. Vbi vides quomodo impijssimis idololatris Deus parcit, & inobedientiam Ionæ ita grauiter punit. Quæ quidem maris pacatio & tranquillitas prosperitatem peccatorum significat. Sic etiam dominus multa bona temporalia in homines peccatores cōfert, & in Christianos & pios homines multa flagella. Nec ideò propter hoc Christicolæ animus inconstans esse debet: nec putare debemus illorum dominum recordari, nos verò obliuioni tradidisse: imò è cōtrario credendum nobis est, nos tanquam dilectos filios corrigi. Cuius rei, typus est populus ille Israeliticus, quem dominus per manus impij Pharaonis puniebat, per Nabucho donosor, per Assur, per Antiochum, per Philistim, & denique vt vno concludam verbo,
Exo.1. 4.Reg 25. per alias barbaras & gētiles nationes. Suffert
Esa. 10. 1.Mac.1. dominus multa patientia inimicos suos, quo
Num.12. 2.Reg.12. 2.Mac.6. rum animaduersionem in infernum seruat: dilectis verò suis, statim, vt flagitiū committunt, punitionem mittit. Sic animaduertit in peccatum Moysi, sic Mariam sororem eius le
Num.12. 2.Reg.12. pra percussit, sic dilectissimum Dauid, peccatum etiam Ionæ, deniq; & peccatum Zacha

Universidad de Deusto
Biblioteca

riæ. Facit etiam ad noſtrum propoſitum id,
2. Mac. 6. quod in libris Machabæorũ legitur. Etenim
multo tẽpore non ſinere peccatores ex ſen-
tẽtia agere, ſed ſtatim vltiones abhibere, mag
nibeneficij eſt indicium. Non enim ſicut in
alijs nationibus dominus patienter expectat,
vt eas cùm judicij dies aduenerit, in pleniu-
dine peccatorum puniat: ita & in nobis, &c.
Volunt dominus auſtam vltionem de pecca-
to Zachariæ ſumere: vt ſciant peccatores, qui
impune delicta ſua tranſeunt, grauiſsima tor
Luc. 3. menta illis parata eſſe. Nam ſi in ligno viridi
hoc fit, in ſiccо autem, quid fiet? Tamen ſciãt
iuſti & amici Dei hanc illis inflictam animad
uerſionem paternam eſſe: quodquè ſi vna ma
nu de illis ſupplicium ſumit, altera eos ad ſe
allicit, & ſuis flagellis medetur. Quod quidẽ
hinc clarius ex hoc textu colligitur: quia poſt
quam dixit angelus, eris tacens, & non pote-
ris loqui: ſtatim terminum pœnæ impoſuit,
dicens. Vſque in diem quo hæc fiant. Quaſi
diceret. Non perpetua erit pœna, nec dura-
bit multum temporis ſpatium, concedet nan
que tibi dominus filium, cum quo etiam re-
ſtituetur loquela, & erit tibi ingens gaudiũ,
& lætitia. Vbi iam vides, quo pacto dominus
iuſtos conſoletur in ſuis laboribus & afflictio
nibus, & quomodo iuſtitiæ ſuæ rigorem pia
quadam conſolatione mitiget. Idcò ipſe ait,
Deut. 11. Num 20. Ego percutiã, & ego ſanabo. Moyſes & Aarõ
peccauerunt, cuius cauſa in pœnam delicti in
terram promiſsionis non ſunt ingreſsi: quo-
rum pœnam ita ſedauit, & ambos conſolatus
eſt, cùm permiſerit, vt Eleazarus filius
Aaronis ei in ſacerdotio ſuccederet cũque
cum vidcrit ſacerdotalibus veſtibus indutũ.
Parenti nanque extrema vitæ parte conſtitu-
to, maximum ſolatium eſt, vt filius eandẽ dig
Dete. 34. nitatem & munus ſubeat, quod ipſe. Conſo-
latus eſt etiã dominus Moyſem, cùm oſten-
deret illi terram promiſsionis antequam mo
Pſalm. 88. reretur. Ideò in Pſalmo habetur. Si autem de
reliquerint filij eius legem meam, &c. viſita-
bo in virga iniquitates eorum, & in verberi-
bus peccata eorum. Videas ergo quomodo
dominus iuſtitiam ſuam cum miſericordia
temperet: nam ſubdit ſtatim. Miſericordiam
autem meam non diſpergã ab eo. Nec alijs
teſtimonijs tibi opus erit hãc veritatem com
probare, ſcilicet, quod quanuis dominus in
præſenti vita iuſtos corrigat: ſtatim in cadẽ
eos conſolatur & fouet, quemadmodum fe-
Iob. 12. ciſſe legimus, cum Iob, Zacharia, & multis
alijs, quos modo longum eſſet recenſere: ta-
men peccatores, qui in hac vita flagella Dei
non ſentiunt, ſine vlla miſericordia illa infer
no experientur. *Pro eo quod non credideris ver-
bis meis, quæ implebuntur tempore ſuo.* Vt intel-
ligas verba domini per ſeruos ſuos prolata
non eſſe contemnenda: nam ipſe dicit. Ecce
ego mitto angelũ meum. Et ſequitur. Obſer-
ua eum & audi vocem eius: nec contemnen
Exo. 30. dum putes, quia non dimittet cùm peccave
ris, & eſt nomen meum in eo. Sic per ſpon-
ſam Chriſti dilectã eccleſiam catholicam nos
docet, quam impij hæretici non audiũt. Qui
Luc. 10. vos audit (inquit Chriſtus Prælatis eccleſiæ)
me audit. *Et erat plebs expectans Zachariam, &
mirabantur, quod tardaret ipſe in templo.* Vide
populi huius deuotionem. Nam quanuis ſa-
Luc. 16. cerdos, moras faciebat, non ideò templum
deſerunt, & domos abeunt ſed expectant do
nec finita ſit oblatio. At hiſce noſtris tempo-
ribus tam exigua deuotio eſt, vt ſi concionа-
tor pluſquam horam concionem protulerit,
vel faſtidiũ ingerit, vel ſaltim ab eccleſia diſ-
cedunt. Volunt iſti pro exigua ſua deuotio-
ne ſacrificiũ breue, nec expectãt ſibi copiam
à ſacerdote fieri, cucuſque dicat. Ite, miſſa
eſt. Quę miſera conſuetudo in multis Hiſpa
niæ locis iam inualuit, vt poſt communica-
tionem factam à ſacerdote, vnus tantum ve
alter in eccleſia remaneat, in miſsis, quas vul
go, cantadas, vocãt. De populo antiquo tem-
poribus Samuelis ſacerdotis, habetur in pri
mo regum. Non comeſturus eſt populus pa-
nem, donec ille venerit, & benedicat hoſtiæ.
Sic Chriſtianus populus non debet ab eccle-
ſia recedere niſi adepta à ſacerdote licentia,
cùm dixerit. Ite miſſa eſt. Vbi ſtatim bene-
dictionem præbet vt fœlices & in pace vadã.
Egreſſus autem non poterat loqui ad illos.
Quod idem, ſed diuerſimode accidere ſo-
let eis, qui in diuinam contemplationem
rapiũtur. Moyſes enim domino dixit. Ex quo
loquutus es ad ſeruum tuum impeditioris
& tardioris linguæ ſum. Et Daniel. In viſio-
ne tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil
in me remanſit virium: ſed & halitus meus
intercluditur. Propter quod in notitiam veri-
tatis deuenerunt, & ideo ſequitur. *Et cogno-
uerunt quod viſionem vidiſſet in templo.* Quod
vtique cognouerunt ex facta mora in tem-
plo: ex ſubita mutatione vultus, ex colloquio
cum angelo: ex priuatione loquelæ. Porro vo-
luit dominus vt populus ſciret, angelum ap-

paruiſſe Zachariæ, vt poſteà cognita veritate
de conceptione beatiſsimi Ioannis, iam popu
lus ſe diſponeret ad ſuſcipiẽdam fidem Meſ
ſiæ. ¶ Aduerte autem, quod non dicit popu-
lum cognouiſſe quod Zacharias eſſet incredu-
dulus: ſed quòd vidiſſet viſionem in templo.
Etenim non vult dñs, vt vulgus hominũ co-
gnoſcat ſacerdotum & magnatum defectus:
ſed quoad fieri poteſt, eos abſcondit & occul
tat. Abſcondit eos in abſcondito faciei ſuæ à
conturbatione linguarum. Ita Deus noluit,
vt Aaron in media congregatione populi Iſ-
rael moreretur: ſed iam moriturus iubet, vt
aſcendat verticem montis. Et Moyſi & Aaro
ni principibus populi, quando ad aquas con
tradictionis peccauerunt, non ſtatim princi-
patum abſtulit, ſed poſt multos dies. Nec cre
diderim quod eos publicè arguerit, ſed ſecre
tò & occultè. Vt inde videre poſsis, quanti fa
ciat dominus ſuorum ſacerdotum honorẽ.
Et ipſe erat innuens illis, & permanſit mutus.
Per ea, quibus quis peccat, punitur. Quia nõ
obedierat, factus eſt ſurdus: & quia contradi
xerat, damnatur, vt teneat ſilentium. Quas
punitiones ſilentio non præterit hic euange-
liſta. *Et factũ eſt, vt impleti ſunt dies officij eius,
abijt in domum ſuam.* Poſtquàm tam lætum,
tanque iucundum nuncium accepit, non tan
ta lætitia elatus ſuperbit, nec ad amplexus
vxoris currit: ſed expectat, vt adimpleantur
dies muneris & miniſterij ſui, & poſtea do-
mum proficiſcitur. Vt inde conijcias, viros
ſanctos & coniunctos Deo omnia maturè fa
cere, grauiter & circunſpectè. Erant quippe
ſacerdotes illi ſeparati ab vxoribus, Deo in
templo ſeruientes: quouſque complerentur
dies ſui miniſterij. Vide obſecro & tu ſi ſacer
dotes veteris legis, quorum ſacerdotium col
latione noſtri vile & vmbraticum erat: ſi ita
ſe à proprijs vxoribus abſtinebant: quam abo
minandi ſunt ſacerdotes Euangelici, qui ſan
ctiſsimum Chriſti corpus conſecrantes, &
ſuis manibus contrectantes, vilia ſcorta ſuis
domibus habent? Si diuites huius ſeculi mũ-
dos ſibi eligunt ſeruos, qui eis ad menſam mi
niſtrent: quanto magis munditiæ amoris e-
ritis, de quo in Canticis dicitur, quod paſci-
tur inter lilia: hoc eſt, qui inter candorem ca-
ſtitatis delectatur? Nonne æquiſsimum tibi
videtur, & rationi conſonum, vt is, qui Chri-
ſti corpus conſecrat, contrectat, & in paſtum
animæ ſumit, nullatenus mulieribus immi-
ſceatur? Quæſiuit à Dauide Abimelec ſacer-
dos, cùm eſuriret ipſe, & qui cũ eo erant: an
mundi eſſent pueri, vt panis propoſitionis
poſſent comedere. Maiori igitur ratione à
mulieribus ſe abſtinere debet, qui ſacratiſsi-
mum Chriſti corpus tangit, conficit, & mi-
niſtrat fidelibus. Nunquam legitur aliquem
poſt ſuſceptos ſacros ordines vxorem duxiſ-
ſe: licuit tamen initio naſcentis Eccleſiæ, qui
vnicam vxorem duxerat, eamque virginem,
vbi illa extremum obijſſet diem ad ſacerdo-
tium, & Epiſcopatum poſſe aſcendere. Alias
nunquàm licuit alicui ſacerdoti vxorem du-
cere. Et hoc eſt quod Paulus perit ab epiſco-
po, & diacono, quòd ſint vnius vxoris viri. 1. Tim. 3.
Quoniam qui ad ſecundas nuptias tranſijt,
tanquam de caſtitate ſuſpectus non admitti
tur ad ſacerdotium, nec ad diaconi miniſte-
rium. Audi igitur dominum Deum tuum, tu Exo. 19.
qui ad ſacra accedis. Sacerdotes (inquit) qui Eſa. 52.
accedunt ad dominum, ſanctificentur: ne
percutiam eos. Et per Eſaiam. Mundamini,
qui fertis vaſa domini. *Poſt hos autem dies cõ-
cepit Eliſabeth vxor eius.* In menſe Septembri,
octauo calendas Octobris, luna vndecima,
in æquinoctio autumnali. Vide quomodo do Abac. 3.
minus inter flagella dat filium, & aufert op-
probrium ſterilitatis. Sic Deo dixit Abacuch.
Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordabe-
ris. Sic primis noſtris parentibus poſt puni- Geneſ. 3.
tionem fecit illis perizomata, vt defenderẽ-
tur à frigore & calore. Ex quo loco prælati
diſcere debent: vt poſtquàm ſubditos ob pec
cata correxerint, eis etiam amoris & pietatis
ſigna oſtendant: nec propterea victum, & quę
neceſſaria illis ſunt, auferant. Nam ſi pecca-
tor puniendus eſt: homo tamen fouendus, &
amoris & pietatis ſignis tractãdus. Qui mos
antiquus & familiaris eſt domino. Nam in
Eſaia legimus, quòd cum propheta ex man-
dato domini populum obiurgaſſet, dixit ſta-
tim ei. Conſolamini, conſolamini populе E Eſa. 9.
meus. Idem legitur in Oſea, vbi poſt plu-
res reprehenſiones plebem Iſraeliticam cõ- Oſee. 2.
ſolatur, dicens. Ducam eam in ſolitudinem,
& loquar ad cor eius. ¶ Obſerua etiam quòd
poſt dies muneris ſacerdotalis concepit: in
quo oſtenditur ſpiritualia anteponenda eſſe
carnalibus. Prius nanque ſpiritualia comple-
uit, deinde operibus carnis inſeruiuit. Vn- Luc. 10.
de cùm Martha ſolicitudinem rerum tem Matt. 6.
poralium potius curaret, quàm ſpiri-
tualium, increpata fuit à Domino. Quo
circa Chriſtus ait. Primũ quærite regnũ Dei:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hæc omnia, videlicet temporalia adijcientur vobis. Quod dominus quibusdam dixit, qui relictis ecclesiis suis,& rebus diuinis,circa res exteriores toti erant intenti:sic inquit.

Aggei.1. *Quia domus mea deserta est,& vos festinatis vnusquisque in domũ suam: propter hoc prohibiti sunt cæli,ne darent rorem,& terra prohibita est,ne daret germen suum. Quia pro temporalibus d. reliquistis spiritualia: propter id vtrunq; perdidistis.* Non sic contigit Apostolis,qui spiritualia tẽporalibus præferentes dixerunt. Non est nobis æquum relinquere verbum Dei,& ministrare mensis.

Act.6. *Et occultabat se mensibus quinque.* Quantæ curæ fuerit sanctis viris & mulieribus pudor & verecundia,vel ex istis verbis colligi potest: quia & ipsa Elisabeth de re honesta & sancta sic adeò erubuit,vt vel quinque mensibus se occultaret,ne prauis hominibus speciem præberet mali. Nanque malorum , id est,ingenium honoris proprij nullam habere rationem,ita vt gaudeant,cùm malè fecerint & exultent in rebus pessimis. Peccandi con-

Prouer.2. suetudo sanctum & honestum pudorem tollit. Sic virtus tantam honestatem in se continet,vt non solum quod peccatum est facere vereatur, verùm etiam id quod affine carni & sanguini licet licitum sit,facere pertimescat. Cognouerat enim benè hæc sancta &cauta mulier,quàm promptum sit hominũ vulgus ad malè de quacunque re iudicandum & loquendum, quod vel leui etiam occasione,quodcunque sese offert,nulla adhibita cõsideratione,statim profert. Sic Paulo contigit,cùm Mileti exciperetur, cumque viperã

Act.28 in manu eius vidissent,statim dicere cœperunt illum homicidam esse. Quibus docemur sancta proposita & cogitationes,nec nõ dona spiritualia per aliquod tempus occultanda esse:ne initio spiritualis vitæ inaniter extollamur,& boni incepti faciamus iacturã. Absconditur à sanctis spiritualis conceptio, tanquàm lumen sub modio,ne ventus inanis gloriæ illud extinguat. Vbi consideres oportet,quod iniuria afficiebatur propter conceptum in senecta ætate :putabat quippe indecorũ esse in tali ætate filium generare. Si grauida fieret tempore iuuentutis,nõ vtique ob id erubesceret. At tu plus deberes erubescere,quia adolescens cùm sis,& robustas vires habeas ad pœnitentiam agendam,decrepitam ætatem expectas. Age igitur pœnitentiam in adolescentia tua,nec expectes in senili ætate bonas cogitationes concipere:ne sterilis semper sis, nec sine fructu potiores vitæ tuæ annos consumas. Illum tu verum pudorem existima,quem concipies, cùm ante iudicis tribunal fueris præsentatus,quàm iste quem beata Elisabeth de se concepit,cùm is miraculosus omnino fuerit. *Quoniam sic fecit mihi dominus.* Non dixit:sic fecit mihi maritus meus:sed sic fecit mihi dominus:sed gratiæ Dei totum est tribuendum:ita non dicatur. Ego sum Cephæ,ego verò Pauli:sed cum Esaia. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Vbi docemur: omnia quæ Deus operatur in nobis,ipsi Deo adscribi debere , non nobis. Nam cùm Moyses & Aaron miraculum in petra factum non Deo tribuissent:dixit illis dominus. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel , non introducetis hos populos in terrã,quam dabo eis. Nabuchodonosor seipsum laudans dixit. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ,& in gloria decoris mei? Et statim audiuit vocem de cælo dicentem. Regnum tuum transibit à te: & ab hominibus eijcieris &c. Sanctus propter quandam victoriam , quæ illi à domino fuit concessa, dicebat. In mandibula asini percussi eos : & ideo punitus fuit tali pœna, vt ferè siti fuerit peremptus. Sic angelus domini percussit Herodem , eo quod non dederit honorem Deo:& consumptus vermibus vitam finiuit. Eliezer seruus Abrahæ omnia bona domini sui ipsi Deo adscribebat. Ita in Exodo scriptũ est in illo Cantico populi Israelitici. Fortitudo mea,& laus mea dominus , & factus est mihi in salutem. Vbi rex Ezechias iam taxandus venit:nam cùm per nuntios à rege Babylonis visitaretur,non dedit gloriam Deo,sed dixit. Venerunt ad me de longinquo: quod quidem non debuisset facere, si sanæ mentis esset:sed potius in diuinum miraculum referre. Nam cùm mirabiliter conualuisset,cumq; sol retrorsum esset versus,misit rex Babylonis legatos ad illum. Ob quam causam obseruandum tibi puto,quod semper in omnibus quę tui causa dominus operatur, illi te fidelẽ præstes,nec auferas gloriã Deo, tanquã fur & latro Præterea admonet locus iste quãti faciendа sint beneficia Dei præsertim soboles. Dedit tibi dñs vitam & salutem,& opes,& non solũ ei gratias nõ agis,sed nec cognouisti talia beneficia ubi ab eo esse collata. Demũ est hic

hic considerandum, quàm patienter Zacharias,& Elisabeth opprobrium sterilitatis sustinuerunt. Vnde discere te oportet, vt omnia aduersa in multa patientia animi tui tolleres. *In diebus ,quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Opprobrium scilicet sterilitatis. Eodem modo loquuta fuit Rachel. Abstulit Deus opprobrium meum : & Sara vxor Tobiæ iunioris . Peto domine vt de vinculo improperij huius absoluas me. Vbi aduertas,quod respicere pro misereri sumitur. Sic Dauid in Psalmo. Respice in me , & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego:& inferius scribit Lucas,quendã dixisse Iesu. Obsecro domine respice in filium meũ, id est,miserere ei,& sana:& libera illum à dęmone:& facit etiam illud. Respexit dominꝰ Petrum,quia misertus est illi. Et in psalmo habetur. Respexit dominus super filios pauperum,& non spreuit preces eorum. Aliquando solet dominus respicere iratus. Sic respexit super castra Aegyptiorum , & omnes in fluctus deiecit. Respexit etiam dominus Sodomam & Gomorram,& subuertit eas. Et in psalmo scriptum est. Respicis super terram, & facis eam tremere. ¶Expende etiam pro maiori huius literę declaratione, quod dixit Elisabeth inter homines, non apud Deum : quia infœcundi non erant apud Deum maledicti:cùm nec Ieremias,nec Helias viri sanctissimi habuerint vxores:sed maledictio illa fuit erga homines opprobrium: quoniam veluti quidam pudor est , coniugio copulatos , nuptiarum fructu carere. Quod in lege gratiæ nullatenus est intelligendum : nam sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnũ cælestę. Etenim perfectior status est continẽtiæ,quàm coniugum. Quam sterilitatẽ ipse Sapiens fœlicem esse ait,dum inquit, Fœlix sterilis & coinquinata,quæ nescíuit torum in delicto. ¶Sed iam nunc pedetentim ad narrationem sacratissimæ incarnationis diuini verbi gradum faciamus. Postquam Angelus Gabriel præcursoris Christi nunciauit conceptum,subditur. *In mense autem sexto.* A conceptione Ioannis,qui Martius erat: vt sic eo tempore,quo mundus conditus erat,eodem reparatus esset. Porro velim intelligas senarium numerum non vacare mysterio. Quia enim perfectus est homo inter cætera opera Dei,sexto die conditus est. Ideò Christus venit sexta mundi ætate, & sexto numero annorum, & sexto mense conceptus, & sexta feria passus, & sexta hora in cruce suspẽsus vt vel sic significaretur venisse in plenitudine temporum,& perfectione. Distulit autem dominus incarnationem : quia voluit vt intellectus cognosceret peccatũ:& voluit vt voluntas haberet remedij desiderium,Ideò duram legem Moysi dedit , vt cognoscerent grauitatem peccati: & etiam alia ratione aspera & ponderosa fuit,vt ab illa liberari cuperent,& clamantes peterent aduentũ Christi,& in eo maximè gauderent. ¶ At postquã venit plenitudo temporis , scilicet , à Deo æterno electi. Venit enim tempus clementiæ,& benignitatis , tempus miserendi eius, tempus acceptabile & dies saluris. Audiens igitur pater misericordiarum , & Deus totius consolationis , gemitus compeditorum & clamorem oppressorum:& videns hominꝰ nes,quos impius Pharao in miseram conditionem seruitutem,non potuit amplius in ira sua persistere,nec misericordiam suam continere, & ideò decreuit filium suum in terram mittere,vt mundus per illum reconciliaretur. Dignus autẽ nuntius legationis huiꝰ. *Missus est angelus Gabriel à Deo.* Iuris regula singularis est,vt per easdem causas,quibus aliquid fit,dissoluatur. Ità per easdem causas, quibus in mundum ingressa fuit mors, per easdem egreditur. Mors igitur mundũ intrauit propter dialogum habitum inter angelum & mulierem:vita itidem ex simili colloquio angeli,scilicet &mulieris. Et sicut per fœminam transgressio facta fuit (à muliere quippe initium omnis peccati est) ita per fœminam opus reparationis contigit. Nã qui vult ex aliqua arbore ramum scindere , non truncum aut fortiorem partem arboris sibi sumit:sed debilem & delicatum ramum eligit,vt facilius propositi compos euadat. Ità nimirum inimicus noster (vtpote qui sagax & supra modum astutus est) volens hominem à sua radice & origine segregare , non incipit ab Adam,qui fortior erat & Deo coniunctior:sed ipsam mulierem fuit aggressus,quæ quidem infirmior & fragilior erat, vt vel sic post eam ipsum virum ad peccandum induceret. Quia autem ea, quæ à Deo sunt, sapienter & miro ordine disposita sunt: cùm videret ab ipso hominem per mulierem separatum:ita & ipse,vt hominem sibi vniat mulierem in instrumentum sibi assumit. Vt vel sic eo ordine,quo diabolus fefellit, & ipse fallus sit. Principium nanque

Luc.1. 24. 66. 101. 68. 25. 19. 6. 5. 28.

Gala.4. 2.Cor.6. 2.Cor.1. Psalm.11. Exo.1. Eccle 25. Gen.3. Rom.13. Sapien.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

interitus nostri ortum habuit ex colloquio Euæ cum serpente: principium autem reparationis ex colloquio virginis Mariæ cũ Gabriele. Ille angelus malus: hic angelus bonus, Ille per terrã repsit: hic è summo cælo à Deo mittitur. Ad hoc (inquit Ioannes) venit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et sicut regina Vasthi conturbauit regem Assuerum superbia sua: ita Hester placuit ei sua humilitate, Et sicut Eua occidendo obfuit: ita Maria viuificando profuit. Et tãdem per eandem viã, per quam noster interitus ingressus fuit, per eandem vitã. Quæ omnia ad id adduximus, vt discas, si spiritualiter mortuus es, vitã quærere ea via, qua mortem inuenimus. Quod si mala cupias fugere: egredere per portã, qua intrasti, & vestigia dissolue, quibus malũ cõparasti. Nec mirum si cùm agitatur taurus, semper ad portam, qua ingressus est, redeat: naturali quippe instinctu docetur, per illam viam à laboribus esse euadendum. Quapropter si à mundo exagitatus es, respice portã, qua ingressus es, scilicet malitiam tuam, & voluntatis tuæ consensum, & eo egredere peccati pœnitentia ductus, hoc est, quod tibi Deus præcipit, quando tibi dicit. Pœnitentiã age: vt nimirum voluntas quæ in peccato cõsensit, postea repugnet. Et quemadmodũ cõsensus voluntatis dæmoni per peccatum portam aperuit: ita etiam det Christo cõsensum pœnitentiæ. ¶ Sed quare Deus angelum mittit? Nonne posset ipse Deus hoc mysterium ipsi virgini reuelare? Poterat quidem, sed vó fuit angelum mittere. Primo vt manifestũ sit nobis charitas & amor, quibus nos prosequitur, ità vt ministerio angelorum nostram redemptionem curet. Sic Paulus. Nonne omnes administratores spiritus sunt, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Ex quo loco iam argumentum potest elicere homo, vt seipsum magnificat, & plurimi æstimet, quandoquidem ipsi cælestes spiritus ad ipsius ministerium mittuntur. Si puer aliquis pædagogum haberet episcopum, vel optimatem aliquem: vtique statim puerum illum, vel regis vel imperatoris filium esse existimares, quem etiam plurimi faceres. Quod exemplum ideò adducimus, vt consideres, quomodo cælestes spiritus tuo ministerio adsunt, vt te custodiant, defendant, & in omnibus vijs tuis quasi manu ducant. Quapropter ne obsecro vllo huius mũdi rebus tepidum tradas: cùm gloriari possis de nobilitate, & illustri sanguine. Nam si princeps aliquis vel comes se in terram abijceret, vt colligeret micas quæ ex mensa ceciderunt: contemnẽdus profectò esset, & nihili æstimandus. Sic tu qui illustris & generosus à Deo es factus, cùm tibi angelos ministros habeas, flecti non debes in hæc terrena, quæ vilia sunt, & nihili æstimanda. Si homo aliquis rusticus infimæ sortis, & media plebe natus, solicitus ambularet, vt ad tuum amorem reginam aliquã mulierem alliceret: non solùm talis mulier precibus huius rustici non acquiesceret, verum etiam contra rusticum indignata cum fustibus ex di præciperet. Sic igitur corpus tuum rusticum, fœdum, & vile, si aliquando animã excellentem reginam & principem ad turpe aliquod patrandam facimus incitauerit: non solum anima consentire non debet, verũ fustibus illud & pœnitentia corrigere, vt insana eius audacia & temeritas, debitas pœnas luat. Quod si iterum contra stimulum vel calcitrare, lachrymis, verberibus, vigiliis, ieiunijs, & orationibus, in illud est animaduertendum, vt obediens sit, ne postea resiliat, & animi compos euadat. ¶ Mittitur secundo angelus, vt maximo honore ipsã angelica natura efferatur. Etenim angeli erant quasi iniuria lacessiti, cùm viderent à se prodijsse illũ, qui tantam perniciem nobis moliebatur, vt fuit Lucifer malus angelus, qui in paradiso terreno primos nostros parentes tentauit. Atque ita dominus decernit nunc angelos honorare: vt quemadmodum angelus fuit causa nostri damni & miseriæ: ità etiam angelus sit author nostræ fœlicitatis, vt de illo neutiquam conqueri possimus: nam si vnus parauit nobis damnum & interitum, alter gloriam & vtilitatem afferat. Quod si tuo intellectui scandalum ingerit angelus, qui Euæ fefellit: to constantem possit reddere angelus, qui hodie Mariam alloquitur. Vt inde intelligas nequaquam tibi esse murmurandum, si aliquos malos videris, iam statim abrit vnus, & alter bonus. Quod vitium frequentissimum est hominibus secularibus, qui statim quãdo vident religiosum aliquem, vel in minimum peccatum delinquentem, protinus vniuersum monasterium & totam congregationem condemnant illud peccatum omnibus narrantes, & de bonorum afflictionibus gaudentes. Quemadmodum amœnus & fertilifer hortus nõ ideò contẽnendus est & execrandus, eo quod vrtica inter alia olera nascatur,

1. *Ioan. 3.*

Hester. 1.

Aug. ser. 2. assum. virg. fol. 10.

Luc. 13.

Hebræ. 1.

Hier. super ca. 18. Mat.

sic nec damnanda est religio, si inter multos viros sapientia & virtute præstantes, quidã inueniatur voluptatis, aut ambitionis igne contactus. Nam in sacro Christi collegio fuerunt, apostatæ, qui Christum dereliquerunt, nec vnquàm redierunt. Fuerunt etiam gloriæ humanæ cupidi, qui dextram & sinistram in regno petierunt. Fuit etiam alter, qui illũ iuramento asseueranter negaret: fuit etiã quidam proditor, qui Christum triginta argenteis tradidit, qui post à misere & infœliciter vitam finiuit. Sed nunquid rogo, quia isti mali fuerunt, vniuersio Apostolico collegio detracturus es, nec non sanctissimæ domini doctrinæ? Nunquid sacras religiones condemnabis, quæ marmoreæ columnæ sunt, quibus bona pars totius Ecclesiæ nititur, propter vnum vel alterum, qui flagitiosus sit? Sed iam hos tam perfrictæ frontis homines missos facio, neque cum illis vlterius sermonẽ contextam, ne cum belluis digladiari videar.

¶ Tertio non absque consilio ad hanc salutationem Angelus mittitur, cùm lapsus angelorum per Christum incarnatum restaurandi essent: iuxta illud diui Pauli. Quoniã proposuit in eo in dispensatione plenitudinis tẽporum instaurare omnia in Christo: quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. Et in psalmo dicitur. Iudicabit in nationibus & implebit ruinas. Nam cùm ex singulis choris, & ex singulis speciebus aliqui ceciderint, consentaneum fuit, angelum nuncium mitti, qui negotium ageret attinens ad restaurationẽ suę naturæ. ¶ Missus fuit Gabriel potius, quàm alius, vt promissi: dominus staret: nam sicut per hunc angelum mysterium hoc fuit Danieli prædictum, sic per eundem manifestatum fuit virgini. Ecce (inquit Daniel) vir Gabriel, quem videram in visione à principio citò volans, tetigit me tempore sacrificij vespertini, & docuit me: & sequitur. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super sanctam vrbẽ tuam, &c. ¶ Præterea quia inquit euãgelista, missus fuit à Deo, existimauerunt aliqui hunc angelum esse ex supremis Seraphinorum choris: quod ego non credo, cùm illa superiora agmina ab intimis nunquàm discedant. Angeli enim infimæ Hierarchiæ à Deo mittuntur, & omnes mittũtur ad intra, vel ad extra, mediatè, vel immediatè ab ipso Deo. Crediderim tamen hunc Gabrielem maximum esse inter omnes suæ Hierarchiæ, vtpote qui nunciaturus erat tantum, & tam diuinum mysterium virgini tantæ & tam eximiæ virtutis. Vbi etiã consideres oportet, quomodo Angeli nõ dedignentur nobis ipsis ministrare: cùm videant & ipsum regem cæli iam propter nos hominem velle fieri. Quia quando famuli regis aliquem hominem vident à rege diligi, & maximi haberi, omnes illum honoribus afficiunt, & de eius vtilitate sunt soliciti. Vnde Angeli qui Adam & Euam è paradiso eiecerunt, & qui Sodomam castigabant, cùm modo videant nos à domino honorari, & ipsi nostram salutem quærunt. Sic tu amicos Dei quo potueris, honore afficere debes: sicut sanctus ille Dauid qui dicebat. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. &c. Apparuit autem Angelus hic beatissimæ virgini humana specie indutus, pulcherrima & decora facie, iuuenili ætate & candida veste ornatus. Facta autem fuit hæc salutatio vigesima quinta die Martij. feria sexta, ante solis ortum, vt significaret nobis angelus, verum solem iustitiæ Christum redemptorem nostrum iam iam nasciturũ. Sed quo mittitur. *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* Nõ in agro, aut in quouis alio loco Dominus cõcipi voluit: sed in ciuitate, quæ hominum habitatio est: vtpote qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Et quia carnem sumpsit, vt Iudæos & Gentiles saluos faceret: propterea in Galilæa, quã hi duo populi tunc incolebant annunciari & concipi voluit. ¶ Præterea non absque causa ciuitas, in qua Christus concipitur, vocatur Nazareth, quæ florem sonat: cùm ipse sit, qui in Canticis alloquitur sponsam dicens. Ego flos campi, Non hortorum, quia flores hortorum humana diligentia, & industria nascuntur: at Christus nullo opere intercedente viri, sed spiritu sancto conceptus est. Secundò flos campi omnibus patet: sic Christus pro omnibus carnem assumit, & omnibus seipsum præbet. Tertiò bruta animalia flores cõculcant, & super eis recumbunt, sed homo prudens colligit: sic Christus ab impijs qui vitam agunt bestiarũ more conculcatur, & à iustis honore afficitur. Ideò flos campi, & nõ hortorum dicitur. ¶ Vbi iam expendes quanti Deus faciat humilia & abiecta. Elegit nanque Nazareth ciuitatem paruulam vt conciperetur: & in minima Bethleem nasci pro sua misericordia dignatus est: qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Ab ini-

Gen. 3.
Gen. 19.

Psalm. 138.

Cant. 2.

Luc. 2.
Psalm. 137.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio quippe mundi hoc dominus habuit ingenium, vt amator esset humilitatis. Et vt testimoniis sacræ paginæ comprobetur hæc veritas, scias quod ex prioribus fratribus, qui in mundo geniti sunt Cain scilicet, & Abel, dominus minorem elegit: & ex filiis Abraham
Gen.4. Isaac elegit, qui minor quàm Ismael erat: &
Gen.25. ex filiis Isaac elegit Iacob, qui minoris erat
Gen.27. ætatis quàm Esau. Et ex duodecim filiis Iacob
Gen.41. elegit Ioseph, vt dominaretur Aegypto, qui etiam ex minoribus fratribus erat. Et ex octo filiis quos Isai genuerat, sibi Dauidem assumpsit, vt esset rex, & magnus propheta: qui an-
1.Reg.16. tea paruulus pastor erat, & corã hominibus
1.Reg.9. contemptus. Elegit etiam dominus Saulem in regem, qui ex minori tribu erat, & ex inferiori domo & familia Israel. Et denique in mundum veniens hic sanctissimus humilitatis amator, non magnates aut principes sibi
Matt.4. associauit, sed humiles & pauperes piscatores. Nouit minimum animal formica tritici vim regeneratiuam abrodere, ne nascatur & crescat, & ipsum ad solem producere, ne putrefiat, & spelunca claudere, ne aqua introeat: & denique alia multa, quę longũ esset recensere: quam scientiam & cognitionem Deus, nec elephãti dedit, nec bouı, nec equo maioribus animantibus. Et inter volatilia quid mirabilius cerni potest, quàm apum industria in fabricandis fauis: vt si hæc contempleris, in diuini artificis amorem neutiquam non rapiaris? Hanc scientiam & industriam, nec aquilæ, nec maioribus aliis volatilibus donauit, At si mundi creationem velis inspicere, iam ex materia prima re vilissima vniuersum tam pulchrum, tãque diuino artificio elaboratum videbis condidisse. Et tandẽ
Gen.1. si claro testimonio hæc quę diximus comprobari velis, conuertas oculos in præclarum, & maximum opus, quod pro nobis fecit libentissimè. Nanque pro nobis morituras ignominiosius mortis genus subiit, ita vt se ipsum
Phi 2. humilians vsque ad mortẽ crucis, factus fue-
Matth.19. rit obediens. Ita dominus paruulorum fuit semper amicus, vt diceret. Sinite paruulos venire ad me, istorum enim est regnum cælorum. superbiam autem, & elationem Caphar-
Mat.11. naum exprobrans inquit. Et tu Capharnaũ,
Mat.2. nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque
Mich.5. in infernum descendes. Et tu Bethleem humilis & paruula nequaquàm minima es in millibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat Israel. Nam etiam si parua sis, non ideò te ipsam vilipendas. Hac quippe de causa Deo gratior & iucundior eris: afferet quippe natalis eius tibi ipsi nobilitatem, & splendorem. Et à Nazareth exigua & contempta (vt pote quam Nathanael illudens dixerit. A Nazareth potest aliquid boni esse?) exiet cõcept⁹ *Ioan.* Christus, qui illustrem illam & splendidam *1.* faciat. Quod si propter paruitatem & contemptum suum Nazareth coram oculis domini tantum meruit: si pauper & humilis es, cur te istius paupertatis pœnitere debet? Ex quo loco humilitatem & abiectionem semper teneris diligere. Nam quãto profundior est puteus, tanto eius aqua dulcior est: & quã to humilior fueris, tanto Deo gratior & iucundior. Nam cùm Centurio de se ipso humiliter sentiret, cumque non se dignum existimaret, vt Christus domum suam ingrederetur, omnibus Iudæis illum dominus antetulit. Et Paulus qui se minimum apostolorum vocauit, præstantiori vi in concionando polluit, & plus omnibus laborauit. Et Petrus, qui se indignum Christi consortio iudicauit, factus est Apostolorum princeps, & Ecclesiæ maximus Pontifex. Et Ioannes qui dixit. Nõ sum dignus soluere corrigiam calciamẽti ei⁹: meruit, vt coram eo Christus genibus flexis in Iordane incinaretur. Diligit itaque Christus humilitatem: & loca humilia velut Nazareth amplectitur, & honorat. ¶ Vbi nec illud tibi sub silentio prætereat, quod in humili Nazareth conceptus fuit Christus: & in superba Hierusalem crudelissima morte interemptus. A cordibus humilibus concipitur Christus, & à superbis interficitur. Qua propter esto semper humilitatis amator, & ipsum Christum in anima tua concipies. Quod si ipsum audire velis per Esaiam lo- *Esa.*
quentem, fieri non poterit, quin in ipsius *42.*
amorem totus rapiaris. Ad quem (inquit) ego respiciam, nisi ad contritum, & humilẽ & trementem sermones meos? ¶ Secundo in hac re cautus esse debes, vt nunquam glorieris te ex nobili ciuitate natum, quemadmodum multi stolidi & amentes facere consueuerunt. Potuisset nanque dominus, si vellet in dituissimis & potentissimis ciuitatibus nasci, videlicet Romæ, quæ regina est & princeps vniuersi: aut Athenis, vbi tum temporis florebant multi, & sapientissimi & acutissimi philosophi: aut Hierusalem, vbi tunc sanctitas & religio inualescebat: sed ad Nazareth mittitur angelus, quæ erat parua & contempta

tempta ciuitas: vt ostendat se mundana non quærere, sed potiùs ea contemnere, & tantũ humilia diligere. Amauit igitur Christus humilitatem in conceptione, amauit etiam in natiuitate, amauit in vita, amauit in morte: necnon etiam post mortem eiusdem amore tenetur. In conceptione humilem Nazareth elegit, in natiuitate paruam Bethleem, in vita non habuit vbi caput reclinaret, & iam iam moriturus admirabili humilitatis exemplo pedes discipulorũ lauit: quod fecit vt innueret, quanto amore illam prosequebatur. Humiliauit semetipsum vsque ad mortẽ, & post mortem hanc virtutem non tradidit obliuioni. Nam Magdalenæ dixit. Die fratribꝰ meis. Ascendo ad patrem. &c. Poterat bene illos vocare discipulos & seruos, sicut ipsi vocabant illum magistrum & dominum. sed noluit, vt humilitatem nobis commendarer. Denique & post Ascensionẽ ad cælos nõ est oblitus huius virtutis, sed Saulo persecutori dixit. Saule Saule, cur me persequeris: causam discipulorum pauperum propiam iudicans. Merito ergo & ipse clamat, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Iam igitur videmus, quis mittitur & à quo mittitur: restat inuestigare ad quem mittatur. *Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Viro dixit non homini: viri nanq; nomen fortitudinem, animi robur, & virtutem significat. Ea enim vxor vnicuique danda est secundum suam sortem & conditionem. Regi quippe aut duci, aut illustri viro non ancillam, aut Aethiopissam dares. Sic nimirum dominus (vtpote in cuius operibus semper admirabilẽ sapientiam & consilium inuenies, volens primo nostro parẽti sodalẽ tribuere, oculos cõcit in vniuersas creaturas: cũq; nullã eius dignitati & altitudini similem inuenisset, quęq; ipsius Dei capax esset, vt Adam, decreuit ex Adæ costa similem ei efficere. Sic nimirũ ipse dominus: vt daret socium & sponsum beatissimæ virgini, non quæsiuit hominem humanis rebus intentum, aut voluptatibus seculi deditum, sed virum optimum, virtute & sanctitate perfectum, & omnibus suis numeris absolutum. Nam sicut dominus eam mulierem elegit, vt mater esset filij sui, qua melior aut similis in vniuerso non reperiretur: ita etiam talem virum in sponsum illi matri dedit, quo sanctior, aut purior vix queat reperiri, cùm etiam & filij sui custos & pedagogus deberet esse. Et sicut rex custodem filij sui præstantissimum & optimum hominẽ constituit, sic etiam dominus virum purissimum & sanctissimum filio suo præfecit. Nam semper dominus ad sua ministeria idoneos sibi quærit. Idoneos (inquit Paulus) nos fecit Deꝰ *2.Cor. 3.*
ministros noui testamẽti. Cùm igitur Ioseph Christi pædagogus futurus esset, necnon maritus eius mulieris, quæ Christi sponsa erat: potest ne aliquis sanæ mẽtis homo existimare ipsum dominum in tali electione errauisse? Hoc certè stultissimum esset, & ab omni prorsus humano intellectu alienum. Ipse nanque fuit primus omnium hominũ, qui Christum in carne vidit, & adorauit. Extollitur miris laudibus Ioannes Euangelista, & meri- *Ioan.19.*
to quidem, eo quod matrem suam illi dominus commendauerit: sed Ioanni commenda tа fuit, cùm iam virgo adoleuisset, & ad maiores annos ætatis suæ peruenisset: at Ioseph tradita est iunioribus suæ adolescentiæ annis. In quo quidem apparet maxima ipsius Ioseph comendatio. Ioannes etiam paucis annis cũ ea habitauit: Ioseph verò spatio trigin ta annorum. Ex hoc itaque contagio tantum honoris & laudis ipse Ioseph comparauit: vt matrem Dei in subditam habuerit, simul & filium. Nam vt inferius videre est in nostro Lu- *Luc.2.*
ca, Christus erat subditus illis, scilicet Mariæ & Ioseph. Quod si verum est illud quod ad- *Psalm.17.*
seuerat regius propheta, scilicet, Cum sancto sanctus eris: quid iudicãdum erit de Ioseph, qui familiarissimè intra eandem domum tot annis cũ Christo, & sanctissima eius matre angelicã & purissimã vitã egit? Cũ nullo homine Christus & sanctissima ipsius mater in hac mortali vita ita familiariter egerunt. Certè verè loquutus est Christus in illis verbis cùm dixit. Qui mihi ministrat, me sequatur, *Ioan.12.*
vt vbi ego sum, illic sit & minister meus: iste in cælos inter supremos videt collocãdꝰ, qui in terris ipsi Christo familiari obsequio seruiuit, & fidelior omnibus post Mariam inuentus est. Quod si Christus Apostolis dicit. Bea- *Luc.10.*
ti oculi qui vident, quæ vos videtis, quanto præstantius obsecro est, non solum videre, sed etiam tangere? Quanto beatior est Ioseph, qui non solùm Christum vidit, sed eum *Matt.10.*
sæpius fuit osculatus? Si ille qui prophetæ dederit vas aquæ frigidæ, mercedem ab ipso propheta accipiet, quam mercedem is accipiet, qui non solùm vnum vas aquæ dedit, sed multa, panem & obsonium ipsi prophetarum domino? Denique vt ad alia quæ nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

expectant gradum faciamus meruit in terris Christi pater appellari, vt inferius capite sequenti noster Lucas inquit: & nullam puram creaturam, sic adeò dilexit beatissima virgo sicut sanctum Ioseph. ¶ His omnibus adijcies aduertendum non solum Iosephum ab Euangelista tanquam partem putatiuum hic positum esse, sed tanquam verum patrem: nō naturalem, sed legalem. Cumque talis esset Ioseph, ipsius genealogiam narrandam sumpserunt Euangelistæ, licet virginis matris naturalis esset filius. Et hoc ità fuit, quia Christus in temporalibus succedebat Ioseph, cuius hæres legalis erat. Vnde illi qui asserunt scripturæ morem nō esse genealogiam ex parte mulierum, sed virorum computare, non videntur prorsus satisfacere, quia multoties in sacris literis cùm narratur genealogia alicuius, dicitur, talis mulieris fuit filius. Et quanuis in alijs hoc non fieret, conueniens fuit in hoc loco: cùm Christus ab homine non fuerit genitus, sed tan um à virgine. ¶ Primò autem beatissima virgo desponsata fuit, ne conceptionis causa honor & fama ipsius detrimentum paterentur: quia si innupta conciperet: mala mulier reputaretur. Ne verò sacratissima virgo aliqua infamiæ labe contaminaretur, voluit dominus eam viro coniūgi. Vbi docemur famam alicuius nunquam esse contemnendam: iuxta illud Sapientis. Cura de bono nomine. Nam qui famam contemnit flagitiosus est, aut prorsus inhumanus. Arguēdi quippe sunt illi, qui dicūt: mea intētio & cogitatio sancta est, & syncera: dicat aūt vnusquisq; quæ pro libito voluerit. Quid enim refert tuam intentionem bonam esse, si factum tuū animam præbet, vt de te homines malè suspicentur, & sentiant? Homines quidem intentionem non vident, sed exterius opus, quo eis scandalum præbes: cum prudentiam, in dictis & factis tuis non serues. Et id quod dicimus dominus commendauit, cùm discipulos rogauit, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Bene ipse sciebat quid homines dicerent: sed id fecit, vt nos intelligeremus semper curam habendam esse de bono nomine. Vbi videre licet, quā bonus amicus sit dominus dilectis suis. Mauult enim dominus aliquantulum detrimenti patiq; vt patiantur amici. Maluit dominus (vt inquit Ambrosius, de suo ortu, quam de matris pudore dubitari. O quam fideles amicus nobis est Deus, & quanti suorum honorem facit: ità vt non velit cum alterius iniuria honorem sibi comparare. Curandum igitur tibi maximè est, vt Deo amicus sis, præsertim cū tanto te ipse prosequatur amore: & mundum fugito, & eius amicitiam, quando data fidem non seruat. Perierunt principes Edom, memoria Amalech euanuit, & superbia Philistinorum dispersa est: tamen sacri sancta ecclesia & honor amicorum Dei nunquam finietur: permanet in seculum seculi, & vsque in sempiternum. ¶ Secundo voluit dominus vt sacratissima virgo viro nuberet, vt Ioseph custodia esset, & honestas virgini. Namsicut frondes arboris defendunt fructus ab iniurijs cœli: sic Ioseph virginem protegebat, ex qua sicut amœnissimus flos egressus est Christus. Et quia flos aliquando in medio foliorum nascitur, ne existimares, quod de Ioseph Christus natus est, dixit Esaias. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascēdet. Non inquam de folio, sed flos, qui Christus est de radice: id est de virgine natus est, nō autem ex Iosepho. *De domo Dauid.* Videas obsecro quibus terminis & fine continentur regna, imperia, & totius mundi principatus. Regia & opulenta domus Dauid, tam potens & magna, cui alij reges obedientiæ signa præstabant: vbi est, aut quo termino & fine clauditur? vtique fabro pauperculo contenta est: qui et si diues & iustus coram Deo, tamen hominum oculis egenus. Quot quantiq; erunt in Hispania homines, qui originē ducāt ex illustri Gothorū sanguine ipsi tamē sutores, sartores, lixæ & pauperrimi sint: Vtique apparet hic, quomodo principatus & imperia mundi, & omnis eius nobilitas & potentia lapsu temporis finiuntur: quia mortalium opera, mortalem finem sortiri debent. Sic etiam illustre & præclarum Corinthiorum regnum finitum est, & potentissima Assyriorum Monarchia, Medorum item & Persarum temporum iniuria corruerunt. Vt discas omnia hæc mūdana parui facere, & tantum Deo placere studeas: quippe memoria iustorum vsq; in seculum seculi: & in eternum permanet. ¶ Dixit autem Ioseph esse de domo Dauid, vt ostendat Christum ex semine Dauid descēdisse, sicut ei dominus promisit. Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam supersedem tuam. Et Esaias. Super solium Dauid, & super regnū eius sedebit. Et rursus in Ieremia. Suscitabo Dauid germē iu-

Luc. 2.

Ecclē. 41.

Matt. 16.

Amb lib 2. cōmē in Lu cap. 1.

Zach. Exo.

m 36.

aie. 7.

l. 131. eg. 11.

Esa.

ne. 22.

Ps.

t. 25.

Esa. Ier.

stum, & regnabit rex & sapiens erit. Quāuis autem Ioseph nihil in conceptione Christi operatus sit, ex hoc colligitur virginem fuisse ex eadem domo. Nam mulieres in hereditate paterna succedentes non poterant cōtrahere matrimonium, nisi cum viris suæ tribus, ne fieret confusio inter sortes, vt habetur ex domini sententia. Iam igitur videas quomodo dominus adimplet promissa, cū mittat filium suum ex semine Dauid. Promisit dominus populo Israelitico filium suū daturum: populus autem promisit domino ipsius præcepta obseruare: at quanuis Israel datam fidē non seruauit, nihil ominus Deus verbum suum adimplet. Promisit dominus Dauid, filium suum hominibus missurum, ne autem cùm homines viderent Dauid homicidam & adulterum, existimarent, dominum fœdifragum futurum filium suum nobis donauit, & cum eo innumerabilia bona. At si dominus cum eis qui illi fidem frangunt, promissis stat quantò melius gloriam tibi dabit, si præcepta eius custodieris? ¶ Præterea obseruandū tibi est, quod Christus potius dicitur filius Dauid, quam filius Abrahæ: cū etiam facta fuerit promissio Abrahæ: vt nos doceret dominus, quāto amore Deus prosequitur peccatorem ad se pœnitentia conuersum, vt tu non dubites quantumuis flagitijs & sceleribus sis contaminatus, ad illum accedere. De peccatis Abrahæ nihil legimus, imò constat, semper domino obedientem fuisse: at Dauid grauiter Deum offendit. Nihilominus, vt dominus ad pœnitentiam peccatores alliceret, maiori honore Dauid affecit, quam ipsum Abraham. Quando nobilis aliquis ad venationem tendit, si forte syluestrem suem interficiat, plus gaudet ipse & eius famuli, quam si arietem vel bouem ad comedendum interficerent. Ita nimirūm viri iusti sunt domestica animalia domus Dei, & quanuis alicuius delicti in quod ceciderunt, subeat eos pœnitentia: non ideò tantum gaudium fit, quātum per conuersionem vnius peccatoris, qui tanquā rusticum & syluestre animal est, qui appetitum suum sequens, vsque ad præcipitium non sinit currere. Quando igitur dominus huiusmodi peccatorem venatur, maximum fit gaudium super eo pœnitentiam agente. &c. Sic Dauid, qui prius carnem & appetitus suos sequebatur, conuersus est ad dominum per pœnitentiam: atque ita maiori honore illum affecit quam Abraham: etsi, ab ambobus secundum carnem descenderit. ¶ Preterea cùm ait Euangelista, de domo Dauid: de familia, sanguine & generatione Dauid intelligendum est. Et sic intelligendū puto id quod in Exodo dicitur de obstetricibus Ægypti, quod Deus ædificauit illis domos. Hoc est, quod dedit eis generationem & successionem. Nam quia ipsæ pepercerūt filijs Hebræorum, dedit illis dominus filios, vt factum illum more Talionis solueret. Ædificare enim est dare posteritatem: quare familia vocatur domus, quia ad modum domus ædificatur: vt in scriptura, multiplicare sobolem dicitur ædificare domum. Sic Nathan dixit Dauid. Domum faciet tibi, idest familiam multiplicabit. Et paulò inferius. Domus serui tui stabilita erit coram te. Et Rachel dixit Iacob. Ingredere ad ancillam, & ædificabor (vt Hebraismus habet) in ea. Et in Deuteronomio de muliere quæ spuebat in faciem viri habetur, quod dicebat. Sic fiet homini qui non ædificauit domum fratris sui. Et in libro Ruth dicitur de Sara & Lia, eas ædificasse domos Israel. ¶ Deniq; pulchrè Euangelista regalem generationē, & originē Ioseph, & virginis Mariæ expressit: ne Christi parentum paupertas despiceretur: quia quamuis pauperes essent, tamen nobiles erant. Sed hæc misera nostra tempestate ille solus nobilis est, qui multas habet pecunias. Nam quantumcunque aliquis nobilis sit, si paupertate premitur, vel ipsis fratribus & consanguineis odio habetur, & despicitur. Filij nanque huius seculi solas diuitias in honore habent. Demum expendas Christum voluisse & nobilē & pauperē esse. Nobilis, quia nobilitas ad virtutem obligat. Diuitiæ autem (vt Apostolus ait) laqueī sunt diaboli. Ideò Christi parentes & nobiles, & pauperes fuerunt *Et nomē virginis Maria.* Huius nominis sororem habuit Moyses mulierem præstantissimam, omnium earū, quæ transierunt per mare rubrum: quæ quidem glorioso cantico dominum magnificauit dicens. Cātemus domino, gloriosè enim magnificatus est. &c. Hæc autem secundi legislatoris mater diuinis laudibus & canticis dominum suum exaltauit. ¶ Porrò non solum nomen sponsi, sed etiam sponsæ Euāgelista expressit: nam sicut dominus illos cōiunxerat in matrimonium, ità nec hic separandi erāt ab Euāgelista. Nomen autem Ioseph

Exode. 1.

2. Reg. 7.

Genes 30.

Deu. 15. Rut. 4.

1. Tim. 6.

Exo. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seph priori loco apponitur: quia vir caput mulieris est. Sic etiam Maria postea honorē contulit ipsi Ioseph dicens. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et iterum. Erāt pater eius & mater mirantes. Sic & Sara virum suum Abraham dominum vocauit. Sed iām in nostra Hispania dolendum est, vt viri suarum vxorum mancipia videantur: incedunt quippe ornatæ & compositæ ad similitudinē templi: ità vt si maritos videris simul cū eis ambulantes, illas reginas iudicabis, eos verò famulos, & seruos. Quis obsecro vnquàm vt dic talem confusionem, aut talem monstrū: vt pedes sint caput, caput autem pedes? Vtique prouenit ex carnis concupiscentia, quæ sic adeò creuit, vt homines carnis appetitum & desiderium sicut Deum adorent, & seipsos mulieribus sicut bruta animantia tradāt. ¶ Præterea id obiter annotabis, sacrum Euangelistam & nomen prouinciæ nominasse, ciuitatis, angeli, virginis, & etiam sponsi: vt intelligas miram diligentiam habuisse, in scribendo hanc historiam. Prætereà tot circunstātias, & verborum ambages adduxit, vt inde veritatis certitudo clarius eluceret. Si enim in ciuilibus causis tā seriò agitur, vt ipsi scribæ locum apponant, tempus, testes, & eorum nomina: deinde traduntur libelli, & appenduntur sigilla, vt dictis & narratis fides adhibeatur: quanto potiori iure hoc fieri debet in tā ardua causa, nēpe in incarnatione diuini verbi, vt nos de promissionibus certos redderet, & hæreticorum impetus. & Hebræorum obstinationem conuinceret? Signum enim manifestæ veritatis est, cùm quis tibi aliquid narrat, si locum & personam, vbi id contingit, significauerit. Est nanq; quoddam hominum genus, qui amicorū prætextu, te ipsum dictis suis lacessunt, mentientes illa ab aliis audisse, & cùm ipsi authores sint, in alios culpam reiciunt. Illi nanq; senes, qui falso Susannam accusarunt, conuicti postea de mendacio fuerunt: quia vnus dixerat vidisse Susannem adulterantē sub cino: alter verò sub pino testificabatur. Ita tu cautè verbis mendacibus detractoris attendere debes, vt sic facile ipsum de mendacio conuincas. *Et ingressus angelus ad eam dixit.* Equidem manifestissime insanire veniet reprehendendus, qui conatus fuerit ad Mariam ingredi, nisi angelicam puritatem prorsus redoluerit. Etenim si in Moysi faciem Israelitæ non poterant oculos intendere propter gloriam vultus eius: quanto minus humanus oculus amictam sole poterit intuerī? In quo loco illud attenta animi consideratione debes aduertere, scilicet, quam procul distaret sacratissima virgo ab humanis solicitudinibus, quam à tergo relictis humanis honoribus, quantum orationi & contemplationi vacans, quando Deus ad altissimam & supremam omnium dignitatem illam euexit, nempe vt ipsius mater esset. Nec solicitus erat Ioannes quærendis honoribus, cùm factum fuit illi verbum domini in deserto, vt eius præcursor, & concionator esset. Nec vlla solicitudo Abraham vexabat, cùm eduxit illum dominus de terra sua, & eum fecit in gentem magnā. Et ipse Moyses cùm pascendis ouibus curam intenderet, cùm ei appareret dominus, constitutus est in principem populi sui. Et deniq; Dauid sanctus in deserto oues pascebat, quando ad gubernandum regnum fuit vocatus. Vt his omnibus intelligas, quod si honores & dignitates à tergo reliqueris, & Deo inseruieris, ipse te opportune vocabit. Nec quisquā (ait Paulus) sibi sumit honorem, sed qui vocatur tanquam Aaron. Sicut Christus nō semetipsum clarificauit. &c. Quod si honorem fugeris, illū facilè obtinebis: si eius fueris oblitus, Deus recordabitur tui. Nam cū sacratissima virgo in secretiori cubili esset clausa, tantæ dignitatis oblita, tunc mater Dei eligitur. Cùm autem angelus dicit, quòd ingressus fuit ad virginem, manifestè ostendit, beatam virginem intra clausum ostium esse, & in secreto cubili. ¶ Qui locus nos docet, quod si nos Deo tradere cupimus, humani strepitus, & humanæ conuersationes sunt nobis omnino fugiēdæ. Nam vt dominus Abrahæ nota faceret beneficia, quibus illum volebat afficere, ab hominum conuersatione illum educit. Et Moysem perduxit dominus ad verticem montis Sinai, & præcepit etiam ne quis ad montem appropinquaret. Et in solitudine montis apparuit Angelus Agar, & Helias ab hominum cōfortio procul abetat, quādo angelum domini vdit. Etenim quando dominus cor nostrum solum & omnibus terrenis exutum inuenit, mox veniens cœnat cum eo. Ingrediamur igitur ad cor nostrum, & ipsius aditum negotiis & murmurationibus claudamus, si colloquiis angelicis, & diuina familiaritate frui volumꝰ. ¶ Vnde discant oportet puellæ, exemplo sanctissimæ virginis clausas esse, & sui obseruantissimā custo

custodiam habere. Sic adeò hæc quæ modo diximus in fœmineo sexu dominus requirit, vt præcepit in veteri lege homines ter in anno ad templum venire, mulieribus autem nec semel in tota vita. Vt inde intelligas oculis domini pergratum esse mulierum obsequium (& præcipuè virginum) si intra priuatos parietes fiat. Ideò Beatus Ambrosius ait, beatam virginem cùm festinatione ascendisse in montana, vt visitaret Elisabeth, vtpote quæ ab hominum conuentu videri renuebat. Ità infructuosæ arbores in medijs campis & in montibus sunt consitæ, nec vlla ad est illis custodia: at arboribus, à quibus fructus in maturo tempore colligi expectatur, & sæpibus & custodia prouiderur. Nec Dina pretiosam virginitatem amitteret, nisi egrederetur ad videndas mulieres regionis illius. Nec immerito Salomonem de mulieribus, quibus & consortia & itinera grata sunt dixisse scias. Ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio, præpatata ad decipiēdas animas: garrula & vaga, quietis impatiens, non valens in domibus consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, &c. At beata virgo merito dicitur, & anima, & corpore hortus conclusus tanquam bona & fructuosa arbor. Non inuenit eā angelus in plateis, non in foro, nec in conuiuijs: sed in cubiculo orantem. Orabat beatissima virgo patrē in abscondito clauso super se ostio. Nam si conceptio præcursoris annunciata fuit patri sacrificijs & oblationibus intento: probabilius multò iudicandum est, cōceptionē Saluatoris virgini annuntiatam esse in oratione & contemplatione existenti. Quod si Iudith in secretiori parte domus suæ recondito erat: & Sara vxor Tobiæ iuniores in supremas domus suæ partes ascēdens, tribus diebus & noctibus assiduis lachrymis dominū orabat, vt eam ab omni angustia liberaret: quanto meliùs de sacratissima virgine dicēdum erit, eā ab alijs separatam in oratione, pernoctasse? Erat tum temporis virgo sancta non solùm intellectu in Deum transformata, contemplans mysterium incarnationis (vtpote quæ nouerat ex scripturis iam iam illam appropinquare) verum & ipsa voluntate, quæ eiusmodi naturæ est, quæ potius & magis est vbi amat q̄ vbi animat: nāq; vbi animat adest quantū adesse quod habet: at autē vbi amat quantū ad ipsam operationem. Mirabile quidem visu esset, tum temporis virginis pulchritudinem aspicere, illius faciem solem & lunam splendore longo interuallo superantem, & denique sanctam ipsius animam in diuinum illud verbum transfiaram, quod statim erat conceptura. Credite enim mihi animam nec pulchriorem nec deformiorem esse re illa, quam studio & amore prosequitur: nec magis graphicè ab aliquo pictore desingi posse, quam ibi, vbi per dilectionem adest. Quod si ità verum est cùm diuinitas sculpta esset in pretiosissima virginis anima, ab eo desumens excellentiam, quòd in se translatum erat: quam obsecro pulchritudinem & decorem haberet anima illa, cuius Deus imago & idea erat? Talem igitur intelligite fuisse conceptum, qualis in anima fuerat contemplatus. Et ita diuina virgo in admirabilem ectasim eleuata, mente & spiritu in Deum trasformata, incredibili gaudio orans dominum, psallebat. Mitte domine quem missurus es. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Veni ad liberandum nos, domine Deus virtutum. Qui regis Israel intēde, qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes super Cherubin, Benjamin, & Manasse. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos Deus: conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. Ecce sceptrum de Iuda abla tum est, & dux de fœmore eius. Danielis hebdomadæ impletę sunt: veni ergo domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. Exurge igitur domine & miserere Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Exaudi domine, placare domine: attende & fac. Ne moreris propter temetipsum Deus misericordia mea, spes mea à iuuentute mea, & vsque nunc & in æternum. Talibus & similibus orabat virgo, cùm fuit ab angelo salutata. Qui humano & aëreo corpore indutus iuuenili ætate, iucunda facie, maxima humilitate & reuerentia salutans virginem, dignitatem ipsius admiratus, colens & honorans illam ait. *Aue gratia plena.* Similis salutatio nulla inuenitur in sacris literis, nec etiam inuenitur cur dictum fuerit, aue: quæ sola salutatio beatissimæ virgini fuit reseruata. Rex Artaxerxes salutatus fuit à dicentibus, Rex in æternum viue. Et Absalon salutatur. Saluе rex. Et Ruth. Benedicat tibi dominus. Tobias. Gaudium sit tibi fenex. At salutatio hæc virginis noua est, & merito ab ea principium sumit. Quia væ, & calamitas

quam

Ephe. 5. Luc 2. Gen. 18. *Psal. 143.* *Dan. 13.* *Exo. 34.* *Exodo. 23.* *Ambr. lib. 2. in Luc.* *Luc. 2.* *Gen. Exo. 34.* *1. Reg. 7.* *Heb. 4.* *Luc. 6.* *Gen.* *Exo.* *Gen.* *Ruth.* *Psal. 16.* *Psal. 84.* *Psal. 79.* *Gene. 49.* *Dan. 9.* *Psal. 34.* *Abacuc. 2.* *Psalm. 101* *Dan. 9.* *Psalm. 70.* *Neem 2.* *2. Reg. 16.* *Ruth. 3.* *Tobiæ 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam propter peccatum introduxit Eua, hæc sacratissima virgo in causa fuit vt cessaret. Ideò non immeritò virgini dicitur. Aue quod idem est, quod, sine væ, sine miseria, sine infœlicitate. Nomen quippe Euę à contrario sumitur: quia beata virgo per diuersã & contrariam viam remedium miseriæ contulit, quam Eua antea adduxerat: vt iam diximus. Eua quippe propter leuitatem, inobedientiam, & garrulitatem multa perdidit: virgo autem maxima humilitate resarciuit, quidquid Eua amiserat. Quo circa angelus à nomine Euæ initium salutationis sumit. Salutat enim eam secundum suam qualitatẽ & merita. At mundus (quæ sua superbia est) omnes titulos elationis maxima tyrannide sibi assumit. In fine quippe sortis & cõditionis homo magnifici titulum sortitur, quem nobiles soliti fuerunt sibi assumere. Nobilis autem illustris vult appellari, sicut potens dux aut comes: & hi magnates non contenti illustrium nomine, excellentiæ titulum sibi ascribunt. Et denique ad id impudentiæ genus reges peruenerunt, vt diuinum nomẽ (quod incomunicabile est) arroganter vsurpent. At Angelus virginem appellat eo nomine, quod illi decens erat & conueniens. Nam, quia in vrbanitate domus Dei omnia rectissimo ordine sunt constituta: & quia beata virgo omnibus alijs puris creaturis excellentior erat hæc salutatio fuit illi reseruata. Verbum nanque χαῖρε apud Græcos significat valere. Aue (inquit Angelus) ab omni vel tenuissimo peccato originali etiã prorsus immunis. Aue tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena: ità vt nunquam in te vel pro temporis momento, vel ad ictum oculi quicquam fuerit, quod Deo displicuerit: vt nimirum verissimum sit, quod te totã gratia occupauit, & quòd te totã gratia possedit. ¶ Habuit nãque beatissima virgo gratiam habitualem gratũ facientem: cuius donis & virtutibus ei annexis diuinitus fuit circummunita. Et licet de beato Stephano dixerit Lucas fuisse plenũ gratia, & idẽ referat Ioãnes de Chro Saluatore nostro: nõ tamẽ Maria habuit eam gratiæ plenitudinem, quã Christus, licet maiorem Stephano. Quippe gratiæ plenitudo multiplex est. Est enim plenitudo gratiæ quoad sufficientiam, qua alicui secundum suum statum, & merita sufficiens est, qua ille & cõtentus, & satiatus est. At hæc in omnibus sanctis est, quam alius vberiorem, alius verò minorem habuit: sua tamen gloria vnusquisque gaudet & contẽtus est. Maria autẽ gratia omnes puras creaturas longo discrimine superauit. Nam quãto quis in vno quoq; genere primo principio est coniunctior & propinquior, tãto magis effectum illius principij participat. Ideò angeli vtpote qui propinquiores sunt Deo, ipsius bonitatis magis participes sunt. Vnde cum sacra virgo Deo fuerit coniunctior omni alia quacunque creatura, relinquitur certum, eam maiorem gratiæ habuisse plenitudinem. Nam cum diuina sapientia fateatur, se cum filijs hominum in hoc seculo delectari, id vtiq; non posset facere nisi in sacris virtutibus, & ipsarum effectibus: cũ igitur præ cæteris cum hac præclara virgine magis delectetur, decebat eam præ cunctis gratiæ donis & titulis exornari. Verùm licet Maria ab instanti suæ purissimæ conceptionis hãc habuerit gratiæ plenitudinem: crediderim tamen angelum hic non loqui, nisi de magna familiaritate, qua beata virgo Deo erat coniuncta. Et ita Græco sermone vnica tantum dictio est, gratia plena: quæ dictio participium est præteriti passiuæ vocis cuiusdam verbi quod acariciar, significat, quod latinè dicitur beneficijs allicere vel beneficijs exornare. Verbum nanq; κεχαριτωμένη indulgere significat. Hispanus nanq; noster sermo ex Græco sermone multas dictiones sumpsit, inter quas est hæc dictio, acariciar, quod vocabulum idem est Græcè, quod & Græco sermone dicitur κεχαριτωμένη significatq; aliquam gratiosam fuisse factam. Vnde interpres qui hic vertit, Aue gratiosa, recte transtulit. Et huius salutationis propria explicatio hæc est. Fœlix sit allecta, quæ fuit domino & grata. Aue gratiosa, beneficijs à domino affecta, iucunda, placida, indulgentijs & immunitatibus decorata: quæ maiores fauores & gratias à domino consequuta es, quã omnes quæ fuerunt, quæque in posterum suntventuræ. Et hic sensus qui germanus & genuinus est literæ nihil à virginis honore detrahit, imò ipsius honor maximè hac explicatione augetur: quia dicere illam esse gratia plenam, si solum de gratia gratum facientẽ intelligamus, etiam de quolibet iusto dici potest, vel de infantulo solùm octo diebus nato, qui iam baptismum suscepit. At quòd dicat angelus magnum fauorem illam obtinuisse erga Deum, maximum quidem est.

Pro

Actu. 6. *Ioan 1.*

Maius

Maius quippe est aliquem regi familiarem & amicum, quam si subditus, sit, vel si alicui ministerio in regali domo sit signatus. Nam rex suos subditos diligit, at familiares & amicos maiori amore prosequitur. Hoc autem quod angelus dicit, insinuat virginem gratiã gratum facientem, & Dei amicitiam habere: nam certum est regi familiarem regis gratiã habere, & quod maius est ipsius conuersetudinem. Et de hac familiaritate, quæ gratiam præsupponit, loquutus est angelus, quando dixit, κεχαριτωμένη vocans eam gratiosam, allectam, & iucundam oculis domini. ¶ Sed cur angelus proprio nomine non illam appellauit: dicens, Aue Maria, sed tantum inquit, Aue? Primò quia per Antonomasiam earum personarum nomen intelligimus, quę dignitate aliqua sunt insignes. Ita si dixeris, hoc sapiens dixit, intelligeretur Salomon: nẽpe quia mirabili sapientia fuit clarus. Sic nimirum cùm angelus dixit, Aue gratia plena, intelligitur virgo Maria, vtpote quæ omnes puras creaturas dignitate gratiæ superauit: quod quidem in honorem cedit virginis, sicet licet quòd angelus eam non nominauerit. Nam maiori honore sacrum Euangelistam Ioannem afficeres, si illum appellares discipulum dilectum Iesu: quia statim insinuas inter dilectos à domino, illum magis fuisse dilectum. Sic virginem vocat angelus gratiosam, quia inter omnes plenior gratia, inter familiares familiarior, inter pulchras pulchrior, & inter omnes electas electissima. Ità vt si centum virgines ibi adessent protinus, vt angelus diceret, Aue gratiosa, intelligeretur, angelum de ea fuisse loquutum, cum ipsa gratiosior & iucundior dño esset. ¶ Secundò non eam proprio nomine nuncupauit propter suæ dignitatis altitudinem & excellentiam, quia personas in sublimen dignitatis gradũ constitutas titulo dignitatis nominamus. Sicut dicimus rex, vel dux, vel episcopus talis ciuitatis hoc fecit: quia dignitate proprij nomen amittitur. Dignitas quippe sanctissimæ virginis talis ac tanta fuit, vt cuncta sua potẽtia altiorem maternitatẽ alicui dare Deus non poterit. Nam sicut fieri non potest quẽquam æterno verbo meliorem esse: ita fieri nequit, vt altior maternitas, aut dignitate sublimior reperiatur. Et ita propter magnitudinem excellentis dignitatis, nomen amisit. Postea verò cùm videret angelus beatam virginem pro eximia sua humilitate timidam & pauentem, prudentissimè eam salutauit & proprium nomen expressit, dicens, Ne timeas Maria, quasi dignitatis ipsius oblitus, vt illi responderet. ¶ Tertiò non proprio nomine illam salutauit, quia cum ea tanquam cum ciue cælesti egit. In hac quippe misera & caduca vita omnes propria nomina habemus: nam si aliter fieret, nihil aliud mundus esset, quam chaos & confusio, & nulla esset conuersatio inter ipsos homines. Vnde primus noster parens Adam prudentissimè rebus omnibus nomina imposuit, & vnum ex filijs vocauit Cain, alium Abel, tertium verò Seth. Sic & Abraham filio suo nomen imposuit. Quod vtiq; fit propter ingenij nostri tenuitatem, & intellectus angustiam. At in beata illa cælesti patria, vbi habitantes sunt perspicacissimi intellectus, nulla sũt propria nomina. Quando autem in scripturis imponitur nomen alicui angelo: id fit cum ad terrã mittitur, vt aliquo munere fungatur: propter quod nomen illi datur, quod antea non habebat. Sic ille angelus qui labia Esaiæ calculo ignito tetigit, vocatus est Seraphin, cum talis non esset: & ille qui missus est ad Tobiam vocatus est Raphael, id est, videns: quia illum illuminauit. Et hic qui mittitur ad Mariã vocatur Gabriel, vtpote qui potentiam & fortitudinem domini ostensurus erat, quam hoc nomen significabat. Itaq; loquitur angelus cum beata virgine tanquam cum cælesti ciue, quibus nullum est impositum nomen. Nã sicut Angeli in gratia fuerunt creati, sic virgo Maria: & sicut angeli purissimi, ita & virgo Maria purissima, ad quam ità loquitur angelus, quia etiam si mortali carne erat induta, & in hac lachrymarum valle vitam degebat, tamen cum purissimis angelis conuersabatur, & cœlesti contemplatione tota imbibebatur. ***Dominus tecum.*** Per modum deprecãtis loquitur, acsi diceret, dominus tecum sit. Intellexit autem singularissimo modo, scilicet per verbi incarnationem: ac modum explicandum postea reseruauit. Dominus (inquit) tecum non tantum per essentiam, potẽtiam, & præsentiam, vt est in omnibus rebus, nec solum per gratiam, vt est in alijs hominibus: sed per carnis assumptionem, quia corpus diuinitati vnitum fuit formatum ex beatæ virginis purissimis viscerib⁹ & sanguine, & per nouem mensium spatium intrà eadẽ viscera latuit. Nullus dolor, nullaque miseria, o sacra virgo cruciare te poterit, cum in te

Gene. 2. *Gen 3.* *Gen. 21.* *Esai. 6.* *Tobiæ. 5.* *2 Reg. 7.*

singu

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulari modo tanquam in proprio tabernaculo requiescat Deus. Natham dixit Dauidi regi. Quidquid in corde tuo est, vade, age, & & perfice illud: tecum enim dominus est. Eodem modo salutauit angelus Gedeonem dicens. Dominus tecum. Cuius verbi virtute percussit ille castra Madianitarum. Quanto obsecro verius potuit angelus virgini dicere. Dominus tecum? Vnde tu adhibeas oportet diligentiam, vt dominus tecum sit, tunc quippe omnia poteris. Qui Deum habet, omnia habet: nam cum Deus omnia habeat, si illum tenueris, nihil tibi deerit. Nã si diuitias, opes, honores, aut voluptates sitis: si requiẽ, lætitiam, gaudium, & consolationem desideras, si pulchritudine delectaris, hic vnus hæc omnia abundanter suppetet: ideò quanto potueris conatu age, vt tecum sit. Vnde Dauid qui Dominum habebat, dixit. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Solus ille qui deũ possidet, dicere poterit, Nihil mihi deerit. Nitere igitur, vt tecum si dominus. Multi narrant sanctorum vitas, & eorum præclara gesta, & quomodo Deus cum illis fecerit: cum ipsi procul sint à Deo. Quid tibi prodest, aut quod emolumentum inde tu excerpis, quòd dominus cum alijs fuerit, si tecum non est? Mihi crede omnia bona cum illo habebis, nec præsentiam suam tibi denegabit, dũmodo feceris, quantum tuæ vires valuerint: nã facientem quod in se est, nunquam dominus deserit. ¶ Expende etiam, quàm rectè subdiderit angelus, Dominus tecum, postquam dixit, gratia plena. Quia quemadmodum sine Deo nihil possumus facere, aut habere: ità nec sine eo acquisita conseruare. Ideò post datam gratiam, necesse est vt nobiscum adsit, vt custodiat, quod ipse dedit. Etenim quanuis ipse in danda gratia nos præueniat, tamẽ adiutores sumus in custodiendo eam: nec vigilat super nos, nisi vigilemus cum eo.

¶ Rursus expendas, quòd dominus Gabrielem virgini miserat: sed ipse dominus priusquam Gabriel, iam virgini aderat. Quod cõsiderans angelus, non dixit, dominus veniet ad te, para ei hospitiũ: exorna cordis tui thalamum, sed ostendens hæc omnia iam parata esse, & dominum ante ipsum venisse, dixit, Dominus tecum. De alijs sanctis dicitur, quòd cum Deo sunt, quòd eius voluntati obediũt, & ꝙ faciũt ea, quæ domino sunt placita. Sic Enoch coram domino ambulauit: sed Mariæ dicitur, Dominus tecum: quia Maria super omnes ipsius voluntati obtemperauit.

Iudith.6.

Psal.22.

Gene.5.

Benedicta tu in mulieribus. Obserua tibi in his verbis, quòd benedicta nullam designat vocalem laudem, nec sumitur pro benedictione, quæ communi vocabulo dicitur benedicere, nec etiam pro laudare aliquem, aliquã bonitatem vel perfectionem illi tribuens: tamen benedicta idem est acsi diceret, cui dominus benefecit, id est, quæ à domino maxima & diuina beneficia accepit: ità vt nulla in vniuerso beneficiorum cumulo illi fuerit æqualis. In Hebræo est Berucha בְּרוּכָה id est, benedicta: quæ dictio donum, vel beneficiũ, vel munus propriè significat. Nec solùm in hoc loco, sed in varijs scripturæ locis benedictio pro beneficio & munere accipitur. Vbi statim offert se illud primi regum, vbi legitur, quòd postquam Abigail obuiam Dauid fuit, & obtulit ei munus suum, nempè ducentos panes & duos vini vterculos, & quinque arietes cum alijs rebus postquam Abigail illum salutauit, dixit. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit tibi ancilla tua domino meo. Vbi clarùm est benedictionem ibi pro dono, vel munere accipi. Idem in Genesi inuenies in benedictione Isaac & Iacob: quam benedictionem non existimes, aliquam oris laudem esse, vel quid aliud: sed translationem, quam facturus erat Isaac suæ primogenituræ & substantiæ, quæ sub nomine benedictionis significatur. Idem dixit Iacob Esau de Mesopotamia redeunti, cum illum maximo beneficio affecit. Esto mihi propicius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi. Et Naaman Syrus offerens munera Eliseo dixit. Obsecro vt accipias benedictionẽ à seruo tuo. Sic igitur benedictio Dei collatio suorum munerum est. Ad quod illud facit. Benedixit dominus domui Ægypti propter Ioseph: & multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam eius substantiam. Et iterũ. Benedicat te Deus Deus tuus in cunctis frugibus, &c. Item dominus benedixit nouissimis Iob magis, quam principio eius. Sequitur. Facta sunt illi quatuordecim millia ouiũ, sex millia camelorum, &c. Itaq; cùm benedictio Dei sit collocatio munerum, & eorundẽ multiplicatio: tantò beatior est virgo Maria, quantò maiora & altiora munera à domino accepit. Vnde ipsã tam magnificè ab angelo salutatur non solùm propter præsentem dignitatem & merita, sed propter mox futurã dignitatem, quæ in præ destinatione fuerat æterna.

Gen.

4.R.

Gen.

Iob.1

æterna. Quomodo Ozias laudauit Iudith dicens. Benedicta es tu filia à domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Quod ideò dixit, quia dominus multa dona contulit Iudith, quæ & castitatem amauit, & Holofernẽ iugulauit. Sed multo beatior virgo fuit, quando dominus illam in matrem elegit. Fecit nãque Deus sanctos suos suis muneribus idoneos. Vnde diuus Paulus. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. At mundi reges & principes, etsi maxima officia & munera suis inferioribus tribuant: tamen sufficientes & dignos illis officijs non reddunt eos: quia in eorum potestate non est, hanc sufficientiam illis conferre. Summus nanque pontifex etsi possit episcopũ & cardinalem eligere, tamen non potest eundem illa dignitate dignum & aptum facere. At quando dominus officium aliquod impartitur, prius illum aptum reddit ad illa munera obtinenda, eundemque idoneum efficit, vt dignè illo munere fungatur. Vnde quando in aliquem Apostolum oculos coniecceris, non statim prima fronte illum apostolũ considerare debes: at considerandus homo talis tibi est, eis virtutibus abũdans & præditus, vt merito ad apostolatus dignitatem potuerit ascendere. Et idem de Euangelista, & de virgine matre existimandum est: quã dominus ità præparauit, ità exornauit, ità illustrauit, vt digne mater Dei potuerit esse. Vnde manifestè colligitur, quòd cum hæc virgo tanta puritate polluerit, tanta sanctitate fuerit clara, tanta animi mundicie fulgens, & denique tantis virtutum titulis insignita, vt eam Deus in filij sui matrem elegerit: post Christum dominum nullam puram creaturam illi fuisse æqualem. Ideò beatus Anselmus inquit. Docuit virginem ea puritate nitere, qua maior nequit sub Deo intelligi. Vnde aliquatenus virginis matris dignitas infinita dici potest propter partum filij Dei: quoniam in alia creatura alia dignitas inueniri nequit, cum qua ista conferatur. Et ideò admiranda maximè & suspicienda venit sanctissimæ virginis puritas & integritas, ità vt infinita hæc appellare possis. Non quia hæc omnia ex sui natura ad eum gradum, ad quẽ gratia, peruenire possint, quia hoc Christi proprium est: tamẽ infinita dicuntur, si personã attenderis cui insunt. Si nanque id aduerteris, matrem Dei puram creaturam fuisse, intelliges, quod nulla maiori gratia splendere potuit: habuit tamẽ eã puritatem, quæ in puram creaturam potest cadere, relicta semper absoluta & diuina potẽtia: loquor solum de ordinaria. Itaque tantam gratiam Deus virgini contulit, quantam puræ creaturæ dare decreuit. Quia credere non est dignum, quid quam gratiæ virgini Deum denegasse, quam secundum potẽtiam suam puræ creaturæ dare potest. Lege de hac re diuum Thomam. Vnde Hieronymus. Cæteris virginibus, Præstatur gratia per partes: Mariæ verò tota se infundit plenitudo gratiæ. Et beatus Anselmus alloquitur virginẽ dicẽs. Nihil tibi domina est æquale, nihil cõparabile. Omne enim quod est: aut supra te est, aut infra te est. Quod supra te est, solus Deus est: quod infra te est, omne quod Deus non est. Considerate ergo hanc virginem, & non statim matrem Dei: tamen tam sanctam mulierem, tam puram, tam singularem, vt digna mater Dei esse possit. Animaduertite etiam quot quãtisque beneficijs à domino fuerit affecta: quam benedicta, quam diues gratia, quam insignis singularibus virtutibus, quantis immunitatibus & priuilegijs decorata, quam denique gratia plena. Sed dicas, rogo: his omnibus beneficijs quæ virgini à domino sunt collata, nunquid diuinæ bonitatis fons exhaustus est? Nũquid potẽtia Dei diminuta? Nunquid manus eius abbreuiata? Nihil minus. Plura nãque & modo potest conferre, quam tu vasleas accipere: nec ipsi voluntas deest, vt te suis beneficijs exornet. At quid est in causa, quòd tanta beneficia tibi non impartit, quanta virgini, & alijs sanctis? Respondebis, quia non vult, aut quia nõ potest: Minime: sed quoniam tu manum non porrigis, vt ea accipias. Ipse nanq; est qui singulis dicit. Aperi ostuum & ego adimplebo illud. Sed quare nõ implet os? quia tu non aperis illud. Deus nanque sanctis suis impartit gratiam & multa cum ea beneficia, ipsi verò cum & arbitrium disponant, & pro acceptis laudem referant, vberiorem & maiorem illis confert: & hæc est causa quare in domo domini tot sancti & illustres viri fuerunt. Tamen cùm tu ingratus sis, & limina cordis tui domino claudas: fieri nequit, vt aptus sis suis donis & muneribus accipiẽdis. Opus est, vt pandas cordis tui ostia: si vis, vt dominus gratiam suã illi infundat. At quòd subseruiret illud Eliſei exemplum: qui viduæ, præcepit vt omnia vasa vacua oleo impleret: tandiuque oleum abundauit, quandiu vasa appo-

3.part.q.7.ar.10.

Hier.serm. assump.vir.

Anselm.de cõcep.virg.

Psal.80.

4.Reg.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apponebantur vacua. Cumq; iam omnia vasa essent plena, dixit vidua filio suo. Affer mihi aliud vas: tuncque cum nullum vacuum superesset, defecit oleum. Dū vasa vacua erāt, dumque apponebantur, non defuit oleum: tamen, finitis vasis, & oleum finitū est. Quod nimirum insinuat, quòd si tu obtuleris domino cor tuum vacuum, terrenis cogitationibus, & ab omni carnis inquinamento mundum: tunc ipse præsto adest, vt misericordiæ suæ oleum, & beneficiorum suorum gratiam in illud infundat: cùm ipse sit bonorum omnium fons perpetuò scaturiens. Nanque si oleum cessauit, non ideo est, quia diuina magnitudo finita est, sed quia vasa, quibus oleū erat infundendum defuerunt: quia sicut filij viduæ vasa illa solum adimplenda obtulerunt, totidem si offerrent, non dubium quin diuina munificentia & liberalitate adimplerentur. Sancti ideò multum recipiebant, quia multum offerebant: tu verò nihil recipis, quia cor tuum mundum Deo non offers, & ab omni mundano amore longè remotū. Primùm enim mundanum amorem à corde tuo oportet expellere, vt cor tuum vacuum domino offeras. Virgo nanque Maria cum amore terrestri vacua esset, meruit prorsus diuina gratia impleri. Quapropter angelus tot laudibus illam salutat, & gratia plenam illam vocat, & benedictam inter mulieres: hoc est plusquam omnes mulieres.

¶ Potest etiam locus iste benedicta inter mulieres aliter interpretari. Sepè enim benedicere in sacro eloquio sumitur pro eo quòd
Psal. 127. est generationem dare. Vnde Dauid in Psalmo ait. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Sequitur statim. Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum. Vbi apertè egregius psaltes dare prolem benedictionem vocat. In alio etiam psal
Psalm. 44. mo inquit idem regius propheta. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Hoc est. Propter dulcedinem labiorum tuorum excellentiamque doctrinæ tuæ. O rex Christe, conuertetur ad te vniuersus orbis: dabitq; tibi Deus plurimos spirituales filios, fide & aqua baptismatis regeneratos: qui in æternum viuent. Et illud
Gen. 12. quod dūs loquutus est Abrahæ dicens. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Sic etiam intelligendum puto, quòd dominus dixit Adæ & Euæ. Benedixitq; illis Deus & ait. Crescite & multiplicamini, & replete terram. Marcus quoq; Euangelista refert Petrū dixisse Christo. Ecce ficus cui maledixisti aruit. Quid autem maledicere significet, declarat Mattheus describens Christum dixisse ficui. Nunquàm ex te fructus nascantur. Itaq; si maledicere sterilitatem insinuat, ecōtra benedicere prolem dare significabit. Sensus igitur huius loci est. Tu virgo Maria benedicta eris inter omnes mulieres: quia dabit tibi dominus præ excellentem, præstantissimamq; generationē: eris enim mater filij Dei, quod vtique nulli mulieri acciderit. Quapropter cæteris mulieribus beatior: quia erit tibi benedictionis fructus omnium filiorum, quos partus in lucem edidit: quia quod ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei. Hic mihi congruus & genuinus huius literæ sensus visus est. Nam quisque politicus adducens nūcium aliquod, postquàm intrauit & salutatus est illum, ad quem missus est: statim absq; verborum ambage nunciat rem sibi prædictam, neque debet verba intexere quæ ab re sint. Vt si eques famulum mitteret nunciare vxori, si hic postquàm exhibuit veniā dominæ, salutauitque eam, statim ei diceret, tu speciosior alijs huius ciuitatis fœminis es, insignis, nobilisque, & omnibus prudentior: huiusmodi fatuus iudicaretur esse, dicereréque ei domina. Nuncia ad quid venisti, ne verba consumas. Sic paranymphus Dei nūcius missus vt verbi diuini incarnationem nunciaret virgini, non decebat statim, vt ingressus est ad eam laudare dicens. Tu o domina ab omnibus benedicteris, aut inter omnes preciosa, & alia huiusmodi, quæ longè aberant à fine propter quem missus est: vnde dico quod postquàm eam vrbanè salutauit dicens, Aue gratia plena, statim egit de eo, ad quod fuerat missus dicens: quod eam præelegerat Deus in matrem, & quod electa erat ad maiorem benedictionem prolis, quæ sub cœlo futura erat, neque fuerat vsque adhuc: quippequæ futura erat mater vnigeniti filij Dei, & hoc voluit angelus significare sub nomine benedictionis. Sed satis sit de hac re. Nunc quid beata virgo egerit, audiamus. Ait noster Euāgelista Lucas. *Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius.* Grecè habetur, quæ cùm vidisset διε' ἰδοῦσα & hoc modo in vetustis exēplaribus scriptū reperitur: & sic legit D. Ambrosius. Sed propter excellentiam sensus virtus multoties in scriptura ea, quæ audiuntur vel

vel quæ tanguntur, videri dicuntur. De priori exemplum est in libro Exodi, vbi dicitur quòd omnis populus videbat voces domini, vbi videre pro audire sumitur. De secundo exemplum habes in Euangelijs, vbi de Thoma apostolo dicitur, quod vidit vulnera domini. Quia vidisti me (inquit Christus) Thoma credidisti: vbi videre pro tangere sumitur. Interpres autem noster transtulit, quæ cùm audisset. Nam in Græco exemplari videre pro audire sumitur. Nam ex sermone angeli, quem audierat, turbata fuit beata virgo: quæ quidem turbatio ex virginea verecūdia, & vera humilitate processit. Verum ex sermone turbata dicitur, non ex visione, sicut Zacharias: quia virgo solita erat multōties angelos videre. Sermo autem Angeli turbationis fuit causa, cùm se tam excellenter audiret laudari, cumque ipsa tam humiliter de se sentiret. Quia (vt inquit Chrysostomus) vir sapiens cùm laudatur in facie, percutitur in meate. Hæc enim vera humilitas est, vt quātò quis profundiores & altiores, in virtute egerit radices, tantò de se humilius indicet. Huius autem ratio est, quia nunquàm quis progredi poterit vlteriùs in recta vita, nisi intellexerit, plura & maiora superesse, quam quæ hactenus superauit. Nā in literarum studio quantò quis doctior est, tantò magis suā ignorantiam cognoscit: cùm intelligat multa alia illi restare, quæ intellectu sunt difficillima. At verò indocti, qui nondum scientiarum limina salutarunt, iam elati existimant se ingentes fecisse progressus. Ità similiter contingit in ratione bonorum operum, nam qui maiorem vitæ partem in studio vitiorum, quam virtutum consumpsit, vehementer insolescit. Sic auari cùm maiores opes congesserunt, eo maiori semper cupiditate inflammantur. Cernunt nanque illo pecuniarum & facultatum incremento aliud maius maiusque superesse. Quæ quidē insatiabilis sitis rerum humanarum semper digna reprehensione non vacabat si iste inexhaustus appetitus verorum sit animi bonorum, quæ hominem fœlicem & beatum reddunt, maximis encomijs est celebrandus, vtpote qui summum illud bonum quantum fieri potest conatur imitari. Hanc igitur ob causam prudentissima virgo quanuis mirabili præconio esset digna: tamen ei videbatur hanc salutationem suæ humilitatis terminum & lineam prorsus transcendere. Turbata itaque fuit beata virgo hac salutatione, & ipsius cor percussum, cùm se laudari videret. Humilis nanq; egriùs fert honorem, quā contemptum superbus: & hic quando contemnitur, leuiori pœna afficitur, quam ille cū laudibus extollitur. Quid obsecro sentire potuit Lucifer superbissimus, quādo è cœlo ejectus est? Nihil minus existimo pro eximia sua humilitate virginem sensisse, quādo angelus dixit illi. Aue gratia plena. &c. Nec extollitur, sed in humilitate progreditur, & turbatur. Nam vt sapiens inquit. Sicut argentum *Prouer. 27.* igne probatur, sic virtus ore laudantis. Quod purum argentum est, si ignis accedat, facilè examinatur: at quod alchymia vel immundicies est, in fumum conuertitur. Ita insanus cū laudatur, facilè deuanescit: humilis verò si laudibus extollitur, tunc de se abiectius existimat. Quæ enim hic virgo gessit, & Christū fecisse in Ioannis euangelio legimus. Nam cū *Ioan. 12.* eum quærerent Gentiles quidam & illū magnificarent, dixit. Nunc anima mea turbata est. Quid nos miseri dicturi sum⁹, qui multis virtutibus prorsus vacui, humanas laudes semper sitimus, maiori studio & diligentia, quā Epicurus voluptatem quærebat: & tunc potissimè conturbamur, quando quis non benè sentit de nobis? *Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Nouerat nanque virgo beata Sata-
2. Cor. 11. næ angelum in angelum lucis aliquando se transfigurare: ideò antequam responderet, prudenter considerauit, quid hoc esset, iuxta
1. Ioan. 4. illud quod Ioannes monet dicens. Nolite credere omni spiritui: sed probate, an ex deo sit. Quod virginis exemplum nos docet, vt in agendis rebus cauti & prouidi simus. Non vult dominꝰ vt præcipitāter aliquid faciamꝰ: sed vt prius maturo & cordato consilio quid faciendum sit iudicemus. Requirit dominus prudentiam & considerationem in nostris operibus: quia qui futura non prospicit, in posterum egere cogetur. Quippe scriptum est.
Deu. 32. Gens sine consilio & prudentia. Nam si Da-
1. Reg. 1. uid repente nō credidisset Sibæ, nō vtiq; protulisset iniustam sententiam aduersus Miphiboseth. Non cuiquam repēte fidem adhibeas:
Eccle. 19. quia qui citò credit, leuis corde est. Ne moueatis ab omni vento, ne incedas omni via.
Ephe. 5. Vnde Paulus consulit dicens. Videte fratres quomodo cautè ambuletis: non quasi insipiētes, sed vt sapientes. Ideo priusquam aliquid facias, id considera, quia si prudentiam non habueris, in tenebris, & extra viam curres: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanto maiori periculo curris, quanto maiori impetu proficiscēris. Et hac de causa priusquā aliquid facias, id perpendas, & antequā proiicias, ad quid adstringaris. Hisq; omnibus ità cōsideratis neutiquā in agendis errabitur. Quādo mulier adultera coram saluatore fuit adducta, priusquam accusantibus responderet digito in terra scribebat. Quodsanè exēplum fuit, vt priusquā de aliqua re sententiā proferas, aut aliquid faciendum decreueris te prius contineas: & digito cōsiderationis aduertas, quid te oporteat facere. Et antequā ad interrogata respōderis, rectè excogita, sicut beata virgo fecit, quæ cogitabat qualis esset ista salutatio priusquā angelo respōderet. ¶ Secūdò docemur, nunquā debere loqui dū animum aliqua perturbatio inuaserit: nam sæpe contigit homines ira præcipiti multa fecisse & dixisse, de quibus postea grauissima subit pœnitētia. Quodquidem si apposirissimo exēplo sacræ paginæ audire cupis, attēde. Dixit dñs Esaiæ. Clama ne cesses. At verò sanctus Esaias antequam clamaret, voluit scire quid esset dicturus, ideò dixit. Quid clamabo? Et audiit. Omnis caro fœnū. Vide quomodo antequā loqueretur voluit scire, quid esset dicturus. Tu autē loqueris quidquid venit in os: ideò tace & cogita priusquā loquaris. Quòd si quispiam dixerit, de te multa audiuisse, quæ ad honorē tuum attinent, existimare debes vel alio tendere, vel diuerso fine esse prolata, quā tu iudicas. Et tunc in mentē illud adducas de Christo Saluatore multa & maiora mala dicta esse, quam de te dici potērūt: qua via gloriam tibi, & immortalē vitam consequeris. Considera etiā multa secreta flagitia de te pandi posse, quorum manifestatione dignus es: quodq; si cognitus esses ab hominibus multa peiore de te possent prædicare. Attende etiā q̄ si minus cautè coram hominibus fueris loquutus, stolidus iudicaberis: q̄ si tacueris & linguam cōpresseris, & iniustas hominum contumelias patienti animo tuleris, prudēs reputaberis. Audi regium prophetā. Turbatus sum, & nō sum loquutus. Videns itaq; angelus virginem pauentē & trepidantē, fortem illam reddit, & animū restituit, & aufert ab ea omnem timorē dicēs. *Ne timeas Maria.* Ne timeas, quia non affero igneum gladium, vt claudam portā paradisi: imò annūtio eū, qui aperturus est ianuas paradisi. Ne timeas, quia nō sum missus ad puniendū peccatores, sicut illi angeli qui venerunt vt Gomorrā & Sodomā euerterēt: sed illius nūtium affero, qui tollit peccata mundi. Ne timeas, quoniam non affero legem oneris & timoris, sicut ille angelus, qui apparuit Moysi in monte Sinai domini vices gerens: sed affero legislatorem suauissimum, qui mandata dabit amoris. Ne timeas, quia nō venio necē daturus, sed denunciaturus authorem vitæ. Ne timeas, quia non veni, vt obmutescas, sicut Zacharias, quia meis dictis fidem non adhibuit: sed vt meo nūtio leteris: & vniuersum orbem iucunditate adimpleas. ¶ Iam verò illud venit obseruandum, quod superius retigimus: cùm idem hic angelus similia verba diceret Zachariæ, scilicet, ne timeret. Solent namque Angeli boni initio, dum apparent, terrere: at in fine maximam consolationem & lætitiam relinquere: quod facile est videre in beata virgine in hoc loco, & cum Zacharia, necnon cum pastoribus & cum alijs multis. Visio autem & apparitio angeli Satanæ visioni angeli boni cōtraria est. Quia omnia mundanarum rerum principia iucunda & delectabilia sunt: finis autem tristis & amarus est: virtutes verò in principio durę & asperæ sunt, in fine perfectum gaudium gignunt. Quod si hæc, quæ prosequimur exēplo sacræ paginæ videre cupias audi. Amon ingenti amore sororem suam Thamar prosequebatur: & postquam cum illa accubuit, tātum illius odium concepit, vt dicat scriptura, hoc odiū maius esse, quam fuit amor, quo illam prosequebatur. Ideo in Prouerbijs dicitur. Fauus distillans labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absinthium. Ne cōijcias oculos in pulchritudinē peccati, quod sicut vinum inebriat, calet nanq; & illo homines euanescunt, & suorum sensuum impotentes efficiūtur, & virus tanquā Basiliscus diffūdit. Ideò angelus præcepit Loth & vxori ipsius, filijs & filiabus vt domū citiùs exirent: & vt neq; oculos retro verterent in ciuitates, quæ igne cōburebantur. Fœlicius nāq; vxori Loth cōtingeret, si iter suū insequens nō retro aspiceret: vitia enim natura sua homines alliciūt, & attrahunt: ità vt si in ea respexeris, omnino detineāris. Quod si ad vitia respexeris, non tam principia, quam exitus illorum considera: at si virtutem, non initium, sed finem, nā principio forsā difficilis via tibi videbitur. Arcta est via, sed id attēdas, q̄ ad vitā ducit. Non sinas hanc corticē aperire & frangere. Intus

Ioan.8. *Esaiæ.40.* *Psalm.76.* *Gene.3.* *Gen.19.* *Ioan. Exod.* *Prou.* *Prou.* *Gen.* *Mat.*

intus nanq; medulam & cibum suauissimū inuenies. Nā malum punicum etiam si corticem amarā & insipidam habeat, non ideò est reijciendū. Quod si agricola hyemē horridā grandine & pluuijs abundantem expauesceret, non vtiq; messes in maturo tempore colligeret. Respicit tepus fructus, tempus Augusti, in quo maximè delectatur & gaudet: sic nos attēdere debemus ad virtutis exitus, nā si principia inspicimus, ab incepto desistēmus earū asperitate deterriti. Pascebat oues Moyses, cū apparuit illi dñs, & dixit, vt proijceret virgam in terrā, quæ cùm proijceretur conuersa fuit in colubrū: at Moyse caudam coluberi apprehēdente, iterum coluber in virgam fuit conuersus. Quod insinuat, vt si virtutis principia apprehēderis expauesces, & trepidabis, illam colubrū & basiliscum iudicans: atsi finē intueāris facilis tibi tanquā virga videbitur. Vnde si quis audiat dicere, Beati pauperes, beati humiles, beati qui lugent, qui persequutionē patiūntur, prima facie protinus mirabitur & deterrebitur: at si finē attendat, & consideret, quoniā ipsorum est regnū cœlorum, & quoniā ipsi consolabuntur, gaudebit vtiq;, & animus eius lætitia reficietur, nec non intelliget, q̄ ex amara virtutis radice dulcissimi & suauissimi fructus colliguntur. In virtutis exitus vas illud electionis coniectos habebat oculos, quādo Corinthijs suis dicebat. Considerantibus nobis non ea, quæ videntur, sed quæ non videntur: ea verò quæ videntur, momētanea sūt, quæ nō videntur, æterna. ¶ Vbi iam randē in his angeli verbis considerandum venit, vt in visione angeli principio beata virgo timuerit, in fine autem angelus illam cōsolatur, & timorē propellit, ità vt mater Dei virgo māserit, & in altissima omniū dignitatū constituta: vt inde intelligas, quam beatū & fœlicem finem ipsa virtus sibi sortiatur. Subdit deinde angel⁹, vt virginis gaudiū magis augeat. *Inuenisti gratiam apud Deū.* Reddit angelus rationē, quare non debeat timere. Timeant illi, qui sunt sceleribus & flagitijs cōraminati, timeant peccatores seuerū iudicū dūi, timeant malefactores subire tribunal iudicis: tu verò, qui gratiā apud dñm inuenisti, gaude & lætare, tantum abest, vt aliquis timor animū tuum possit inuadere. Qui Deū non timet, reliqua omnia mundi timere debet: at tu qui Deum times, immunis manes à reliquis alijs timoribus. Cain pronus vt timorē domini amisit, totus animo inquebatur, ità vt dixerit. Omnis qui inuenerit me, occidet me. Mirabile quidem est, vt qui animū habuit & vires, ad occidendū crudelissimi fratrem iam se fatetur animi deliquium pati ad vniuersas res mundi. Quemadmodum enim miles scuto & hasta amissis, magno timore corripitur: & vt nauta fracto gubernaculo in medijs fluctibus cōstitutus maximo metu deterretur: sic homo diuinis gratiæ armis spoliatus, & timore domini amisso pertimescit, ne fluctibus inferni absorbeatur. Qui verò Dei gratiā habuerit, nihil est quòd timeat. Quocirca dominus Esaiæ dixit. Ne timeas, quia ego tecum sum. Iacob cùm existimaret forsitan aliqua culpa teneri, cum Laban idola sua quærebat, tacuit: at cum omni culpa vacare intellexit, timore repulso audacter eum reprehendit. In quo facto considerare debes quam fortem reddat animum recta conscientia. Quod si recta conscientia nō es, tunc supplitium times, fulmen times, & infernum, & deniq; tuorum factorum reddere rationem formidas. Sapiens ait. Fugit impius, nemine persequente: iustus autem vt leo confidit. Tu autem beata virgo noli timere, quia inuenisti gratiam apud Dominum. Rex cum comitatus incedit hominibus illis hastatis, & ensibus munitis, omnem timorem procul expellit, nescio autem cur timeat homo, cum Deum in custodem suum habeat. Si quando cum amicis & sodalidus incedis, nihil formidas: minus multo timere debes cum Deum in custodiam habeas. Etenim regius vates inquit. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus salus mea, quem timebo? ¶ Iam verò hæc verba angeli, scilicet, quòd apud Deum gratiam inuenit, singula æqua lance sunt perpendenda. Multi nanq; quærunt gratiam, non apud Deum, sed apud mundum, cuius certè gratia & mendax, & fallax est. O bone Deus quam anxio labore & solicitudine ab istis gratia quæritur, & quanto labore hæc eadem gratia sustinetur, & quanto animi dolore tandem relinquitur. Vtinam vt Deo essent grati, tam anxiam curam & solicitudinem præstarent. Hi certè videntur terrena hæc & caduca æternis illis, & nunquam perituris bonis anteponere. Qui quidem admodum similes sunt Iudæis illis qui tyrannidem Pharaonis in Ægipto ferre maluerunt, potiusquam aliquantulum laboris sustinentes, terram promissionis ingredi. Similes etiam sunt isti conui-

Gene.4. *Esaiæ.41.* *Gene.31.* *Prouerb.8* *Psal.26.* *Prouerb.31* *Num.21.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis illis, de quibus legitur in Euangelio, qui
Matth. 12. pluris habuerunt sua negotia conficere: quã
summa animi requie & lætitia regis æterni
nuptijs interesse. Omnes vtiq; huic soli rei o-
peram intendunt, in id vires & neruos exhau
riunt, vt gratiam principum & magnatũ con
cilient, gratiam autem Dei vel nihili pen-
dunt. Quod certè studium hominum stupi-
dorum & amentium est. Viri autem iusti
eam diligentiam, quam mali adhibent, vt gra
ti & iucundi sint hominibus secu i, eandem
ipsi impendunt, vt grati & chari sint Deo.
Quæ quidem solicitudo & diligentia à beata
virgine non fuit aliena, ipsa etenim maio-
rem gratiam, quam reliquæ omnes mulieres
apud Deum fuit consequuta. Sed iam ange-
lus postquam timorem expulit à virgine, in-
cipit suum nuntium declarare dicens. *Ecce
concipies in vtero*. Expende, quòd non dixit
solum: ecce concipies, sed subdidit, in vtero:
vt ostenderet ipsam parituram sua virginita-
te intacta & integra permanente. Sola hæc
virgo in vtero concepit: reliquæ nanque mu
lieres, licet fœtus suos in vtero portent, ta-
men non concipiunt in vtero, sed extra vte-
rum. Virgo non sic: sed ipsa sola nullo inter-
ueniente opere viri, sed Spiritu sancto assi-
stente concepit. Quod si conceptum tibi an-
nuntio, nulla macula aut iniuria tuę virginita-
tati fiet: quia non sicut aliæ mulieres, sed iux-
Esai. 9. ta Esaiæ vaticinium, spiritu sancto obumbra
ta concipies. Benè igitur addidit angelus, in
vtero: nam cum beata virgo cogitaret, esset
ne illa salutatio ab angelo lucis, vel à dæmo-
ne, cùm virginitatis votum promisisset, existi
maret forsan illum dæmonem esse, nisi in v-
tero adderet, cùm suaderet vt votum virgi-
nitatis frangeret. Ideo sapienter angelus tuã
salutationem pronunciauit, acsi diceret. Quia
quem paritura es, vnicus est filius Dei, & ve
rus homo, ità modus nascendi peregrinus &
inauditus erit: quia matris gaudio fruetris,
Psalm. 86. nec ideo amittes coronam virginitatis, quia
hoc opus miraculosum erit, factum ab Spiri-
tu sancto. Ideò diuinus psaltes inquit. Homo
natus est in ea, ipse fundauit eam altissimus.
Prætereà non supernacuè addidit in vtero,
vt ostenderet diuinum verbum ex virgina-
lis vteri substantia carnem sumpsisse, & ex pu
rissimo ipsius sanguine sacratissimum cor-
pus fuisse formatũ. *Et paries filium*. Tui ipsius
Saluatorem, & omnium hominum redem-
ptorem, & fiet ablq; aliquo dolore, & pudo-
re tuæ virginitatis. Nã sicut in cõceptione li-
bido non erit: ita neq; in partu corruptio. *Et
vocabis nomen eius Iesum*. In Hebræo יהושע
Iesuah, quod est Saluator: quæ dictio latinè si
gnificat eripere, vel aliquid ex aliquo pericu-
lo liberare. Itaq; Saluator liberatorem vel e-
reptorem ab aliquo periculo significat. Et ità
duces illi cõstituti à domino super populum
Israeliticum, de quibus fit mentio in libro Iu
dicum, vt Sanson, Gepte, Gedeon, & alij, qui
liberabant filios Israel in aliqua necessitate
constitutos Saluatores vocabantur. Suscita-
uit illis dominus Saluatorem: hoc est virum
qui illis ab inimicis eripuit. Sic Christus vo-
catur Iesus: id est saluator, qui à dæmonis ser
uitute nos liberauit. Quemadmodum enim
Romani duces illustria nomina sunt sortiti,
vt Britannici, Africani, Germani, eo φ animi
sui virtute has nationes debellarunt: ità Chri
stus inuictissimus dux, rectè Saluatoris no-
men sibi accepit, quandoquidem humanum
genus à morte & imperio dæmonis eripuit.
At Christus multo potiori iure. Quia cæteri
Romani imperatores à deuastatione, à de-
structione, & à morte honorem vsurparunt:
Christus autem à reparatione, à restauratio-
ne, & vita honoris titulum sibi asciscit. Nan-
que Scipio ille, qui cognomento Africanus
fuit vocatus, hoc cognomẽ sortitus est, quia Luc.
Romano imperio Africam subiecit. Christus
autem, quia diabolum vicit, & animas tulit,
quæ ipsius erant spolia, hominũ Saluator ap-
pellat⁹ est. Qua de causa meritissimò, inquit
apostolus, Dedit illi Deus nomen, quod est Phil.
super omne nomen, vt in nomine Iesu omne
genu flectatur. &c. Notabis autem, quòd nõ
dixit angelus, impones illi nomen, sed voca-
bis: quia hoc nomen iam illi erat impositũ à Esa.
Deo patre, iuxta illud. Vocabitur tibi nomen
nouum, quod os domini nominauit. ¶ Deni
que obseruandum hic est, φ quando angelus
loquutus fuit cum Iosepho virginis sponso,
de hoc sanctissimo & benedicto nomine Ie- Mat.
sus dixit. Vocabis nomen eius Iesum: ipse e-
nim faciet populum suum liberum à pecca-
tis eorum. Vbi iam vides quomodo angelus
Ioseph & nomen pueri & eius declarationẽ
aperuit. Quod cum virgine neutiquam fecit:
tum propter virginis excellens ingeniũ, cum
ipsa ità omnia percalleret, vt nulla emẽdicata
expositione indigeret: tũ etiã, quia angelus
peccatũ nominare noluit corã ea, quæ libera
ab omni peccati contagione nata fuit. At ve-
rũ

rò cũ nec ipsè angelus coram beata virgine
au sus fuerit peccatum nominare: etamen mul
ti sunt, se ipsos discruciantes, qui maxima cu
Psal. 9. riositate voluunt, & reuoluunt libros, vt in
ea peccatum inueniant. Quæretur peccatum
illius & non inuenietur. Sed post nominis
impositionem, qualis futurus sit Saluator,
subdit angelus dicẽs. *Hic erit magnus*. Tot tan
tis; illi erunt virtutum tituli, vt nemini alij,
Luc. quã homini & Deo conuenire possint. Vnde
nec cõsentaneum rationi esset, vt eo honore,
quo Deus vnigenitũ filium suum decorauit,
n. 1. reliquum aliũ illustrare. Nanq; maximũ ar-
gumentum erat ad probandã Christi diuini-
tatem, humanitatis ipsius claritatem conside
rare. Quod quidem efficax argumentum di
uus Ioannes cognouit, cũ dixit. Verbum caro
factũ est. Sequitur. Vidimus gloriam eius: glo
riã quasi vnigeniti à patre. Vbi dictio illa, qua
si, neutiquã diminutiua est: at sonat idẽ quod
tanquam. Nec adiungenda est nomini vnige
niti, ità vt efficiat sensum. Vidimus; gloriã ei⁹,
quæ tam egregia ac tanta est, ac si esset gloria
vnigeniti filij Dei. Quiquidẽ non bonus sen
sus est, quia vere fuit gloria, non quasi vnige-
niti, ità quod particula, quasi, diminutionem
significet: sed tanquam vnigeniti, quia gloria
Christi verè & putè fuit vnigeniti filij Dei
gloria. Itaq; dictio, quasi, nõ connectẽda aut
iungenda est genitiuo vnigeniti, sed accusati
uo, gloriã, & tunc reddit sensum. Data est illi
gloria, quæ decebat vnigenitum patris æter-
ni, quæ soli illi cõueniebat, vel quæ in eum so
lũ cadere poterat, vel quæ sibi, & non alij tri
bui poterat, cũ esset filius Dei. Filio enim dei
conueniebat, ex ea matre nasci, quæ ante par-
tũ, & in partu, & post partum virgo existeret:
& ipsum solum decebat, vt in natali suo an-
geli canerent, & vt eũ reges adorarẽt. Ipse so
lus est, qui meruit à Simeone, & Anna mag-
nificis laudib⁹ extolli, à magno Baptista præ
dicari, & testimonio patris filius declarari, cũ
dixit. Hic est filius meus dilectus: quæ vtiq;
laus & honor ipsi soli conueniebat. Huic soli
miracula illa portentosa tribuenda erãt, quæ
in morte sua, passione, & resurrectione acci-
derũt. Itaq; illius humanitas talib⁹ titulis fuit
illustrata, qualibus oportebat filiũ Dei deco-
rari. Ideò rectè dixit angelus. Erit magnus.
Et quid vlterius addit? *Et filius altissimi voca-
bitur*. Ac si diceret. Ità illustris & magn⁹ erit,
vt facilè possit colligi, eũ esse naturalem altis
simi filium. Et hinc est, φ ipsius gloria & cla-
ritas, tãta erit, quanta decuerit filium altissi-
mi patris. Antea filius altissimi erat, sed post-
quã carnem assumpsit, vocatus est à multis, Mat. 16.
vt à Petro, Martha, Cẽturione & multis alijs. Ioan. 11.
Ideò nõ dixit, erit, quia anteà iã erat: sed vo- Mat. 27.
cabitur. Non autẽ adoptiuus, vt cæteri: sed na
turalis, coæternus, vnicus, & coæqualis, iuxta
illud. Dominus dixit ad me: filius meus es tu,
ego hodie genui te. ¶ Expende autẽ φ quan Psal. 2.
do angelus loquitur de magnitudine appo-
nit verbum, erit, futuri temporis: at cum lo-
quitur de filiatione inquit, filius altissimi vo-
cabitur: vt scias, φ quando dixit magnus, de
Christo homine intellexit, quia si de Christo
Deo intelligeret, nõ opus esset dicere, magn⁹
erit, sed solũ, hic est magnus. Itaq; cum dixit,
filius altissimi vocabitur, de ipsius diuinitate
fuit loquutus, qui semper & ab æterno filius ei-
us naturalis extitit, ideò nõ dixit, erit, sed vo
cabitur, vt æternus pater illum vocabit, & Cẽ
turio, & alij. *Et dabit illi Dominus Deus sedem* Mat. 3.
Dauid patris eius. Conditionem describit, sta- Mat. 27.
tum & dignitatem, quã habiturus erat Mes-
sias. Dabit (inquit) sedem Dauid. Vbi sedes
pro statu sumitur. Ità ad eundem modum di
cimus, sedes vacans, cum summus Pontifica-
tus, vel aliud quoduis imperium vacat. Ità cõ
suetum est dici. Papa sedit annis decem, quia
tanto temporis interuallo Pontificatum gu-
bernauit. Sic intelligendum est illud Exodi, Exod. 11.
à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio
eius vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est
ad molam, hoc est, à primogenito, qui guber-
nat. Sic Christus quatenus homo sedit in do
mo Dauid, quia sceptrum habuit domus suę
& dominus fuit Dauid, quatenus Deus. Idcò
Esaias ait. Multiplicabitur eius imperium, Esai. 9.
& pacis non erit finis. Super solium Dauid,
& super regnum eius sedebit: vt confirmet
illud & corroboret in iudicio & iustitia. Vbi
animaduertas, Prophetam non dixisse in ac-
quisitione gloriæ temporalis, aut diuitiarum
terrenarum: nam temporalis gloria fuxa,
& momentanea est, sed dixit, in iudicio &
iustitia. Per hæc enim regnum Christi in
omnibus suis fidelibus confirmatur & per-
maner. Quo circa Romanorum regnum, de
fectu iustitiæ cecidit, & plura alia regna, quæ
longùm esset commemorare. *Et regnabit* Psalm. 44.
in domo Iacob in æternum. De hoc Christi
regno ait Psalmista. Regnum tuum re-
gnum omnium seculorum, & dominat⁹
tus in omni generatione, & generationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esai. 9. Et Esaias. Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis: super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt cõfirmet illud.
Dan. 3. Et Daniel. Magnum eius regnum sempiternum, &c. Et Michæas. Regnabit (inquit) super eos in monte Sion ex hoc nunc & vsque in seculum. Aduerte autem, quod loquês angelus de Christo, non dixit, illum regnaturũ in domo Abrahæ, quanuis pater fidei fuerit: nec in domo Isaac, cui factæ fuerunt repromissiones: quia Abraham habuit filiũ Ismaelem à quo Ismaelitæ (gẽs idololatra & infidelis) ortum duxerunt. Similiter Isaac filium habuit Esau, à quo processit rex Edom cum populo suo Gentili idololatra & infideli. At filij Iacob omnes fuerunt, fideles: à quibus origine traxit Dei populus, & in quo Deus, & notus erat, & adorabatur. Propter infidelitatem filiorum Abrahæ, & Isaac non regnauit Christus in domo Abrahæ aut Isaac, non propter peccata: nam in domo Iacob etiam peccatores fuerunt. Omnes nanque Christi fideles licet peccatores sint, dummodo salua & incolumis in illis fides maneat, ad Christi regnum pertinent. Infideles autem hæretici, & perfidi Iudæi, diabolum habent regem: nos tamen Christum & regem & ducem nostrum sequimur, qui in sua Sancta & catholica regnat Ecclesia. Diximus superiùs omnem illum, qui Christi fidem incolumem habet: etiam si aliquo peccati inquinamento noxius sit, nihilominus eiusdem Christi esse membrum, licet mortuum. Nam
Gen. 8. Mat. 13. que in arca Ecclesiæ animalia sunt munda & immunda, & in eadem triticum est paleis admixtum: & item sagena est: vbi sunt pisces boni & mali. Quod ideò prosequimur, vt totis viribus nitaris, nè huius regni mortuus ciuis sis per mortuam fidem: & id præ oculis semper habeas, quod Christus dicit. Filij regni eijcientur in tenebras exteriores.
Mat. 8. Vbi manifestè innuit, quo pacto fides sola non sufficiat ad consequendam vitam æternam: nam Israelitæ illi, de quibus Christi est termo, per fidem erant filij regni, tamen defectu operum exclusi sunt à regno cœlesti: nam cùm congregauerit pater familias triticum in horreo suo, paleas comburet igni inextinguibili. Vt intelligat Christicola nequaquam illi de sola fide esse gloriandum. Quòd si te sola fide dignum honore putaueris, fortasse continget, vt illam amittas: iuxta illud beatissimi Pauli, de quibusdam hæ-
1. Tim. reticis Timotheo scribentis. Habentes bonam conscientiam, quam quidem repellentes circa fidem naufragauerunt. Si bonam amittis conscientiam: etiam post conscientiam forsasse fidem perdes. Continget quippe illud tibi, quod pomis reconditis, quod quando vnum corrumpitur, corrumpitur etiam alterum illi adiunctum: ita sanè voluntate viciata ex multitudine & affinitate vitiorum, multories & fides in intellectu corrumpitur. Intellectus bonus omnibus
Psal. facientibus ea: qui enim mandata Dei custodit (inquit Dauid) bonum habebit intellectum ab ipsorum mandatorum obseruantia, & ab ipsa legis custodia: nam dominus non permittit, vt in hæresim labatur, qui Christi obtemperat. Qui manum supra oculos suos ponit, ipse sibi est impedimento, nè à solis radijs illuminetur. Quod vtique multi ex catholicis fecerunt, qui inter oculos suos & lumen fidei multa flagitia & scelera constituentes, non lucente illis sole iustitiæ, fuerunt in causa, vt miserum illorum cor excæcaretur, & vt in Barathrum hæresum laberentur. Princeps huius cateruæ fuit Lutherus nostri seculi miseranda pestis, qui priusquam in hæresim laberetur, superbus fuit, luxuriosus, & multis alijs flagitijs & sceleribus contaminatus. Homini spurcitijs carnis dedito facilè persuadebis, simplicem fornicationem non esse peccatum. Nec erit ab re illud relatum à diuo Augustino, quod quidam nomine Aerius qui episcopatum ambiebat, cùm nõ posset illum attingere, in id insaniæ descẽdit, vt assereret simplicem sacerdotem tantã habere potestatem sicut episcopus. Intellectus nãque cùm nostræ voluntati assentetur protinus, vt in aliquam rem inclinatur, etiam si mala sit, tanquam bonam approbat. Vnde Esaias, quem
Esa. beatus Ioannes citat, ait. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videãt oculis, & non intelligant corde: & conuertãtur, & sanem eos. Sed de his aliàs. ¶ Pro maiori autem huius literæ explanatione meminisse oportet, historiam tertij libri regum recolere, vbi habetur quod domus Iacob Dei cultoris diuisa fuerit in duo regna temporibus Roboam nepotis Dauid: & habuit duos
3. Reg. 12. reges scilicet Ieroboã, quem sequuti sunt decem tribus & vocatus est ipse, & eius successores rex Israel: & duæ tribus sequutæ sunt Roboam, qui vocatus est rex Iuda.

Idcò

Ideò ne existimaret beata virgo, quòd in regno Iudæ solum esset Christus regnaturus, cuius successio est illa, quæ profecta est à Dauid, & non in reliquis tribubus: ideò inquam postquam dixit, in domo Dauid patris eius addidit Angelus, regnabit in domo Iacob: vt inde intelligas Christum regnaturum super duodecim tribus, & vtrumque regnũ & imperium Iudæ & Israel complexurum, quę tribus omnes erant successores & filij Iacob patriarchæ. ¶ Vbi autem dicit hoc Christi regnum esse æternum, manifestè insinuat non esse temporale, sicut multi falso existimarunt: scilicet Messiam copulaturum omnes duodecim tribus, quæ antea sparsæ & diffusæ erant per diuersas nationes & imperaturum omnibus duodecim tribubus, quèad modũ Dauid & Salomon. Ita Christum interrogauerunt discipuli dicentes. Domine si in tẽpore hoc restitues Israel: Ita credidit Herodes, & ideò turbatus est, ne forsã perderet tẽporale suum regnum. Itẽ cùm dixit Angelus regnum eius æternum fore, insinuauit clare illud futurum esse spirituale: quia temporalia æterna non sunt. Sic Daniel de Christi regno inquit Regnum eius potestas æterna. Dauid etiam in Psalmo quem de Christo
Psal. 44. in sensu literali allegat Paulus, dixit. Sedes tua Deus in seculum seculi virga æquitatis, &c. Ferè nihil erat Christo ab aliquo imperatore regnum temporale auferre, sicut abstulit à Pharaone: at temporale regnum, & omnia quæ in eo sunt nihili penditur à Christo. Sed hac nostra misera tẽpestate, omnis fons & origo discordiæ inter reges Christianos est: quis eorum maiori dominaturus sit imperio, aut quis magis acturus, aut locupletaturus sit suum regnum. Si quatuor palliola ex vili lana confecta volentibus tragœdiam repræsentare in medium adducerentur, & protinus inter eos rixa oriretur, quis meliori lana confectum pallium esset indueturus: nonnè manifestissima insania hæc esset, & omnino illi mentis impotes iudicarentur? Omnia nanque palliola ex eadem lana sunt confecta, & peracta comœdia ibi manere debent, quia mutuata fuerunt. De nihilo alio certè reges inter se pugnant quam de lana caprina, quis maiora regna possideat, quis pluribus gentibus dominetur. Ideò oportet aduertere, ne quis rerum mundanarum imagine capiatur, omnia nanque palliola sunt vili lana contexta, & omnia hic relinquenda sunt. Quocirca optimo iure Christus hanc controuersiam noluit acceptare: imò fugit
Ioan. 6. quando Iudæi illum in regem eligere voluerunt. ¶ Admoner locus iste vt temporalia fugiamus, & vt amemus cœlestia. Hæc enim quæ videntur temporalia sunt quæ non vi-
2. Cor. 4. dentur æterna. Quid enim obsecro aliud est aurum & argentum nisi terræ immunditia? Quibus hæc quibus induimur, nisi ferarũ & brutorum coria? Quid bõbicinum, & sericũ, quibus pretiosę vestes conficiuntur, nisi viliũ vermium stercora? Quid pretiosæ purpurę & regalia indumenta nisi animalium vellera? Quid denique supremæ arces altissimis mœnijs vallata, quid fortia castella, quid laquearia miro artificio elaborata, quid nisi terra sunt? Omnia quæ sub cœlo sunt vile stercus & vanitas sunt. Talia Apostolus iudicauit cũ dixit. Omnia arbitratus sum vt stercora. Et re-
Philip. 3. gius vates hos miratus qui superbas istas do-
Psalm. 4. mos nimis amant dicit. Filij hominum vsque quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ: quia hæ nõ sunt permanentes nec veræ diuitiæ. Quod si hæc ità sunt, quot & quantos in mundo inuenies, qui harum terrenarum rerum amore depereunt, & superbia elati nimis deuanescũt? Vnde regius Propheta, postquam de impijs multa mala dixerat, statim de ipsorum moribus adiecit dicens. De absconditis tuis
Psal. 16. adimpletus est venter eorum. Nam si regiã domum vel alterius nobilis ingrediaris protinus omnia cubilia videbis pretiosis ornata pauimentis, vasa omnia nitida & fulgentia, lectum & fulcra miro artificio elaborata: tecta denique eburneis, & aureis laquearibus fabricata, quæ omnia si rectè consideres videbis materiam ab ipso opere superari. At verò si conieceris oculos in alia ministeria infima, non apparent, cum tamen & his domus etiam abundet: quæ nunquam propter earum vilitatem ante conspectu domini adducuntur. Sic nimirum amor Dei sanctus, virtutes & multa alia illustria dona in publicum sunt collata, tanquam supellectilia magnifica, & tanquam margaritæ pretiosę, quæ in conspectu Domini sunt: vt omnibus notæ fiant. Tamen aurum & argentum & alię pretiosæ margaritæ humanis oculis in pretio habitæ, diuinis autem contemptæ, in inferioribꝰ terrę partibus reponũtur, vt in ipsius viscеribus, & in marinis conchis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi ipse generantur. Ait itaque dauid Domino. Vide & considera quales isti sunt, quorũ venter & animus de absconditis tuis adimplebitur. His nanque rebus, quæ ob earundem vilitatem in infimis terræ partibus sunt recõditæ, vt aurum, argentum, gemmæ, & alia huiusmodi his inquam eorum animus & venter est repletus: quibus superbi & elati incedunt, nec non & eas magnificiunt. Qui certè non alio solidiori cibo, quam vento aluntur. Et dimiserunt (inquit) reliquias suas paruulis suis. Hæc quippe bona filijs & hæredibus suis impartiuntur, alij domum, alij vineã, alij fundum, quorum singulis singuli sunt cõtenti. Quod si à diuino vate quæras, nunquid eius venter his omnibus satietur? respõdebit vtique. Ego autem satiabor cùm apparuerit gloria tua. Hic nanque bonis spiritualibus (inquit Dauid) delector, & deinde diuinis & nunquam perituris satis ero cõtentus. At verò quia de his vberiorem fecimus sermonem in prima parte libri, quem de vanitate mundi nos scripsimus superiori anno, quæ tu videre poteris, ad contextum Euangelij sancti gradum iam facimus. ***Et regni eius non erit finis.*** Quæ verba & superflua & angelo indigna per transennam considerata videbuntur. Quia cùm prius dixisset, & regnabit in domo Iacob in æternum: quid vlterius opus erat addere, & regni eius non erit finis: Quia quod æternum est, apertè constat idem finẽ non habiturum. Quam obiectionem facili negocio dilues: si aduerteris coniunctionem &, expositiuam esse. Hæc enim nomina æternum, & sempiternum, multoties in sacra pagina non pro perpetuitate temporis, sed pro multorum annorum spatio vsurpantur. Nam de circuncisione dixit dominus esse pactum sempiternum, quæ tamen modo mortifera est. Si circuncidimini (inquit Paulus) Christus nihil vobis proderit. Et loquutus de sacrificijs dixit, esse legitimum sempiternum: quibus non obstantibus finita sunt iam sacrificia illa deleta & mortifera. Vnde necessario conficitur legitimum sempiternum in tempus finitum & limitatum debere resolui. In Exodo etiam dicitur, quod seruus nolens libertatem manear seruus in seculum: & tamen in anno Iubilei omnes sua libertate fruebãtur, vt habetur in Leuitico. Idem de festo paschali dicitur in Exodo, & de Sabbato. & de sacrificijs in libro Numerorum. Et plura alia loca in sacra scriptura inuenies, in quibus æternum & sempiternum, non pro perpetuitate temporis, sed pro longo aliquo interuallo accipiuntur. Itaque coniunctio, & in hoc loco expositiua est, præcedentia verba declarans. Alia etiam loca inuenies in sacris literis his simillima, vt est illud Genesis. Benedixit dici septimo, & sequitur. Et sanctificauit illũ. Hoc enim est benedicere. Et in Matthæo colligent de regno suo omnia scandala: & declarans id Euangelista dicit. Et eos qui faciunt iniquitatem, mittent in caminum ignis. Et in Apocalypsi. Fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. Vbi coniunctio &, exponit Deum esse patrem Iesu Christi filij sui. Ne igitur beata virgo existimaret regnum Christi aliquo tempore finẽ habiturum, addidit angelus, & regni eius non erit finis. Acsi diceret. Tali modo æternum erit, vt nullis terminis aut finibus claudatur. ¶ Siue aliter tibi placuerit respondeo, quòd etiam si. ternum significet infinitum tempus: dico tamen quod licet æternum sumatur pro tempore perpetuo & semper duraturo: accipitur hic, regni eius non erit finis pro extensione latitudine & magnitudine regni eius. Quod regnum nullis terminis aut regionibus claudetur, non solum quantum ad durationem tẽporis verùm etiam tam amplum, tã latum, tam extensum, vt nulla possit circũscribi mẽsura. Regno quippe Hispaniæ Pireneæi montes finem imponunt. Fracorum verò Alpes: & alia itidem regna suis finibus cõtinentur. At regnum Christi nec Hispania, nec Gallia, nec Italia, nec Constantinopoli finitur, quia regni eius (inquit angelus) non erit finis: sed in omnem terram, in quãlibet remotiss mã regionem vbi aliquis Christi fidelis fuerit se extendit eius imperium. Vnde & ipse inquit. Regnum cœlorum intra vos est. Non habet circunscriptum locum regnũ eius, quia possessio eius vbique est. Dominabitur, (inquit Psalmus) à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. ¶ Tertiò huic difficultati potest satisfieri, quod cùm dixit: & regnabit in domo Iacob in æternum, intellexit de rege Christo: nunc verò cùm dicit, & regni eius non erit finis, loquitur de regno eius, hoc est de subditis suis, atq; ità rex, & ipsius regnum nullum finem habebunt. Quod prius est, ad regem pertinet: secundũ verò ad eius subditos. Poterit ne Hispanus, vel Francus Rex alicui subditorum dicere. Nunquam morieris? An poterit hunc eundẽ à morte eripere, & perpetuum facere? Minimè. Christi autem potentiæ, vel hoc parũ est, qui suis dicit. Capillus de capite vestro non peribit: omnes enim sunt numerati. Ná Christi subditi, qui in cælo cum sanctis regnant, nunquàm mortem agnoscẽt. Quod si tu perpetuus esse vis, Christi seruus esto: quando quidem humana diligentia nihil aliud magis curat quàm seipsam perpetuam facere: quod vtique consequetur is, qui ex Christi regno fuerit. Si autem mundanus fueris, peribis: siquidem & mundus perijt. ***Dixit autem Maria ad angelum.*** Licet angeli verbis firmiter crederet de conceptione filij: quia tamen non exactè modum concipiendi angelus explicuit, idcirco rogat beatissima virgo. ***Quomodo fiet istud?*** Principio turbata est, quia cognouerat Satanam, aliquando figuram gerere Angeli lucis, & poterat eam tentare, sicut & ipse Christus tentatus fuit. At cum nedũ ipse angelus sermonem finiuisset, cognouit diuina reuelatione tunc facta, illum nó esse dæmonem, sed angelum bonum. Atque ita non dubitauit, sed fidem verbis præstitit. Nõ sicut Sara, quæ in risum prorupit & in illusionem, nec sicut Zacharias, qui dubitauit, cùm vterque sciret angelum esse bonum, qui illis apparuit. Ideò dixit ei Elisabeth. Beata quæ credidisti: nanque virginem non latebat Esaiam multò antea prædixisse. Ecce virgo cõcipiet, & pariet filium. At (vt inquit sacer Augustinus) modum quo conceptura erat, ignorabat. Et hoc est quod modo ipsa quærit: quo modo fiet istud de facto non dubitans, sed prudenter modum inuestigãs, rationem subdit suæ interrogationis. ***Quoniam virum non cognosco.*** Quasi diceret intra se. Si mea virginitatis tæturam aliquam sum passura, & promissum votum violare, nolo esse mater Dei: at verò, quia scio dominum potentem esse, vt mea virginitate intacta manente possim parere: quæro quomodo dominus id facere disposuerit. Vbi protinus aduertere debes, quam curam & solicitudinem habeat beata virgo de obseruando virginitatis voto, & virginali puritate: dicit nanque angelo, se tantã dignitatem & honorem neutiquam ascendere velle, si aliquantulum detrimenti suæ puritatis & virginitatis passura esset. Quòd si quæras à beata virgine, nunquid malit virginitatem custodire, quàm matrem Dei esse: non dubito quin tibi respondeat, melius & salubrius esse, cordis synceritate, & animi virtuti bus splendere, quàm dignitatem aliquã quã tunuis sublimem & excellentem subire. Omnes nanque dignitates & honores parui pendendi sunt, si diuinis mandatis, vel minima aliqua offensa irrogetur. Sed ó mundum omnino perditum, & amentem: quid de te, deq; ingenij tui moribus dicam, prorsus ignoro. Quis enim hac nostra misera tempestate hominum reperiretur, cui si regalis dignitas oblata esset, quàm vel grauissimis flagitijs esset ascensurus, prorsus renueret? Sed quid dico regem: contentus esset ille si minimus dãretur redditus. Nam multos hodie inuenies, qui propter lucrandum teruntium, vel minimum aliquod stipendium, grandia facinora perpetrabunt, imò quotidie perpetrant. At virtus nunc paruipenditur: & gratia sine aliqua necessitate à nobis maximè offenditur. Quæ res in causa est, vt beata virgo tam solicitè & diligenter, rem hanc requirat, ne fortè aliquod ibi lateret incommodum, quod suæ virginitati & puritati nociuum esse posset. Quam vtinam curam virgines nostri temporis tam solicitam haberent suę virginitatis seruandæ, & religiosæ seruandi vota, quæ domino suo vouerunt. Quod autem beata virgo votum fecerit virginitatis apertè ex hoc loco colligitur. Nam si solum hoc intelligeret ipsa de præterita virginitate, quam hactenus custodierat: esset nihil dicere. Quia virgo quæ nuptias expectat, & nubendi propositum habet, non reputabit inconueniens, dicenti filium se parituram esse, virginitatem hactenus obseruasse. Nam si ipsa diceret, virgo sum, facilè ei posset responderi. Poteris nubere viro, & filium parere. Ideò cùm Maria iudicauerit ad id inconueniens esse virginitatem: clarè constat, propositum illam habere custodiẽ di promissam virginitatem. Nam cùm dixit, Virum non cognosco, idem est, ac si dixisset, nec cognitura sum. Quæ quidem loquutio Hebraismus est, & apud nos vsitatus loquendi modus. Sic Pharao dixit filiis Israel. Nondo vobis paleas, id est, nec dabo: vt reuera nũ quàm illis dedit. Sic Ioannes cùm misit discipulos suos Christo, vt interrogarent, an ille esset, qui venturus erat: ibi venturus in Hebræa veritate est participium præsentis, ac si dicerent, es tu veniens? Et Christus Petro, & Ioanni dixit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha. Hoc est, decreui pascha vobiscum celebrare. Et alibi. A Galilæa propheta non surgit: pro præterito, surrexit. Sicut & ali

Gene. 17. Gala. 5. Exodo. 28. & 30. Leui. 16. & 27. Exo. 21. Leui 25. Exodo. 12. Exod. 31. Num. Gen. Mat. Apoc. 21. Ioan. 10. 11. 4. 18. 9. Aug. lib. 16 cap. 24. Exo. 5. Mat. 11. Mat. 26. Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando plus̄tur præsens pro futuro. *Qui* loquendi modus frequenter vrit̄ur, nam cum aliquem inuitamus, vt vinum bibat, solet respondere. Ego non bibo vinum: quasi velit dicere: nec bibiturus sum. Vt si aliquem Carthusiensem monachum inuitares ad comedēdas carnes, responderet: nō comedo carnes, id est, nunquā comesturus sum illas, quia ex voto & instituto ordinis non possum illas comedere. Sic modo beata virgo inquit. Non cognosco virum, id est, nec illum vnquam cognoscam. Ex quibus verbis colligunt sancti Patres, Augustinus, Bernardus, & Beda voto se castitatis & virginitatis astrinxisse. *Quia* nō solùm id in animo habuit, scilicet, virginem esse, sed hanc suam virginitatem stabili voto consecrauit. Nam cùm fides catholica teneat Mariam perpetuo virginem fuisse, optima ratione elicitur, perfectissimum statum virginitatis habuisse, qualem Dei matrem decebat. Status autem firmitatem sonat: firmitas verò non nisi per votum stabilitur, quo certum est virginem seipsam astrinxisse. Hoc enim discreti minis est inter bonos & malos: quòd boni ità mala decernunt facere, vt facilè ab instituto recedant. Non iurant mala facere, nec ad illa voto obligantur: ad bona autem facienda etiam teneri volunt. Sic Abraham iurauit se non neciturum Regi Abimelech. Et Dauid. Iurauī (inquit) & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et alibi. Votum vouit Deo Iacob: nū quàm ingressurum lectum strati sui, donec inueniret locum domino. Mali verò bona ità faciunt, aut facere proponunt, vt facilè ab incepto desistant: ad mala autem patranda (si opus est) arctissimo se adstringunt voto. Quē admodum illi, qui promiserant, se nec comesturos, nec bibituros, donec occiderent Paulum. Et Iezabel promittens & iurans, se Heliam occisuram dixit. Hæc faciant mihi Dij, & hæc addant, si non. &c. Et quod deterius est, ita se his votis obligant, vt nunquam velint ab eis recedere: sicut impius Herodes, qui iurauit se daturum saltatrici quidquid peteret. Beata itaque virgo de re iusta votum fecit, quod semper integrum inuiolatumq; seruauit. Vnde oportet discere, vt non mala, sed bona domino promittas, & ea firmo & stabili animo semper seruare. Hieremias propheta, vt habetur in capite vlt. Baruch, qui fuit scriba Hieremiæ, mittens epistolam populo Israelitico in Babylonia captiuo, adduxit illis in memoriam differentiā, quæ est inter Deū Israel, & Deos quos Babyloniæ colebant. Dij Babyloniæ sunt lignei, lapidei, aurei, & argentei: si quis illis votum vouerit, neque id reddiderit, nunquàm id requirent. Videte igitur quid facitis, quia agitis cum Deo Israel, Deo viuo & vero, qui vobis fidem promissam peteret: & grauiter in vos animaduertet, nisi stetetis promissis. Quia Deus lapideus aut surdus nō est, vt non audiat votum quod tu religiose ei promisisti: nec sine memoria est, nec elinguis aut mutus, vt non possit exactè rationem voti petere. Itaque cuilibet religioso aut moniali existimandum est, cum Deo viuo se agere, vt à memoria non excidant vota ab eo promissa. Vult nanque dominus vt adimpleamus vota, etiam si inde nullum commodum ipsi eueniat. Nam cùm dominus iustus sit, diligit proprium honorem: vt sic honor Dei cultoribus suis prosit. Nam si homo, qui vermis terrenus est, iniuriā afficitur, cum promissis illi non statur: ita dominus ægrefert, vt illi promissa non adimpleantur. Vult etiam dominus, vt vota persoluamus propter propriā vtilitatem nostram, quia maxima vtilitas homini accidit, si Deo promissis satisfecerit.

¶ Aliud autem inde notabis, & ad tuam doctrinam disces, quam optimum sit, aliquod bonum incipere. Maria nanque prima omnium virginitatem vouit domino, quam postea multæ aliæ sunt sequutæ, iuxta illud psalmi. Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius offerentur tibi. Nec dominus tanti obsequi immemor, grandia beneficia in eos confert, qui boni alicuius authores fuerunt. Vt est videre in Aminadab, qui in exitu Israel de Aegypto primus ipse fuit, qui cū sua tribu mare rubrum fuit ingressus. Quapropter tribus Iuda meruit princeps esse inter alias tribus, cùm nata non esset maior: & ipse princeps fuit nobilioris tribus, ex qua reges originem duxerunt. Quo fit vt sponsa in Cāticis dicat. Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Et in Psalmo. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: facta est Iudea sanctificatio eius. Tūc enim elegit dominus tribum Iudæ in regiam dignitatem, ex qua Christus humanam induens vestem natus est. Deseruiet etiam nobis in huius rei exemplum templum illud, quod Salomon Hierosolymis ædificauit, licèt à Chaldæis destructū fuerit, & in reædificatione Hierusalem post transmigrationem Babylonis aliud fuerit à Zorobabel ædificatum

Aug. lib. de virgi. cap. 1. Bern. ser. 4. in can. Beda super Luc.

Gen. 20. Esai. 118. Psal. 131.

Act 23. 1. Reg. 19.

Mar. 6.

Bar. 6.

rum: nihilominus templum illud Salomonis nomen retinuit. Quod & confirmat euāgelium Ioannis qui inquit, ambulasse Iesum in porticu Salomonis. Quem honorem sibi Salomon comparauit, eo quòd primum templum ædificauerit: quanuis non illud, in quo redemptor noster ambulabat. Cuius etiā honoris beatus Ioannes baptista fuit particeps, quia prior fuit, qui regnum cælorum nunciauit, & pœnitentiam prædicauit. Quem numerum etiam ingreditur sanctus Dei martyr Stephanus, qui antesignanus fuit, qui pro Christi nomine incredibili gaudio sanguinē effudit. Nec memoria tibi excidat, quibus honoribus, quibus laudibus, quibus encomiis celebrantur modo, & per sæculi immortalitatem celebrabuntur sanctissimi religionum principes & fundatores, vt Benedictus, Augustinus, Franciscus, & Dominicus, & alij etiā sancti, qui lapides angulares fuerūt Christianæ nostræ religionis. Itaq; cum beatissima virgo prior fuerit, quæ sanctam suam virginitatem Deo consecrauit, dici non potest, quibus encomiis, quibusq; laudibus digna est, vt celebretur. Vnde tibi curandum est, vt ad quodcunque opus bonum prior & paratior inueniaris. Ita vt si ad rem sacram pulsetur iā tu alios in itinere præcedas. Si eleemosyna est alicui eroganda, nunquam moras nectas, dicens, eras istud faciam subinde repotens: vt velit a bono exemplo alios multos alicias ad idem faciendum. Nec dubites quin futurus sis particeps horum etiam meritorum in cælo, vbi aduentitium præmium tibi augebitur, cùm alios videas, qui tuis hortatibus cœlum conscenderunt. ¶ Dispari autem modo cum eis agitur, qui principes sunt & authores alicuius mali, qui maiori plectuntur supplicio, & in inferno manet illos, aliud accidētarium. Venit iam præ oculis rei huius exemplum. Nam Ieroboam ne populus reuerteretur ad domum Dauid, ascendens vt adoraret Deum Hierosolymis, vt ipse & posteri sui regno temporali potirentur, aureos vitulos fecit, vt eos adoraret Israel: quem iniquū regem ipsiusq; exemplū sequuti sunt illius successores, quorum multi idololatræ fuerunt. Vbi aduertas quòd sæpius scriptura horum scelera Ieroboam ipsi tribuit: nam cùm de aliquo sceleratoregeloquitur, inquit. Non recessit à viis Ieroboam, qui peccare fecit Israel. Vbi scriptura sacra culpam reijcit in Ieroboam, nam ipse prior fuit, qui vitulos conflauit, cum aliis peccandi ansam præbuerit. Vnde & tormenta Ieroboam in damnatione, istorum augebantur. Idem etiam in libro Numerorum habetur, quod cùm filij Israel inuenirent, quendam colligentē ligna in die sabbathi, quem iussu domini lapidauerunt, quia (vt inquit glossa) primus sabbathi violator fuit, & occasionem aliis præbuit violandi festos dies. Sic etiam diues ille epulo, qui suo malo exemplo quinque fratres corruperat, rogauit Abraham vt mitteret aliquem, qui eos auerteret à via iniqua, ne ad loca tormētorum peruenirent: quod quidem non motus charitate fecit (cùm nulla in inferno habitet) sed propterea quia timuit, ne eorum aduentu grauioribus suppliciis torqueretur. Vnde cauendum nbi est, vt ne aliis occasionem delinquendi præbeas: nanque hoc tibi imputabitur, vt acrioribus pœnis plectaris. *Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te.* In hoc admirabili & diuino opere facta Trinitas operabitur sine alicuius interuentu: cumque opera Trinitatis externa indiuisa sint, id quod actionis fuit in incarnationis mysterio toti Trinitati tribuendum venit. Vocatur autem opus spiritus sancti per appropriationem: quia spiritui sancto donū gratiæ tribuitur, & merito cùm hoc fuerit sū premum quod in vniuerso ipse operatus fuerit. Nanque cùm diuinus spiritus distributor sit omnium donorum & gratiarum, quorum omnium cùm in Christo summa plenitudo fuerit, ideò spiritus sanctus author conceptionis Christi dicitur. Nam non solùm anima Christi, sed etiam ipsius caro viuificat, & vitā spiritualem largitur, digne eam comedenti: cùm verum sit Christi humanitatem gratiā tribuere meritorie, & etiam efficienter. Meritò ergo illa humanitas de spiritu sanctō est, quæ in spiritum ita absorpta erat, & rapta, vt spiritum largiretur. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Qui tenent beatam virginem in originali peccato conceptam esse: in hanc abeunt sententiam, vt obumbrare in hoc loco idem sit, quod fomitem extinguere. Nā cùm munus vmbræ refrigerare sit, ita obumbrare nihil aliud est, quàm refrigerare incendium (quod est fomes) quem nullum post Christi conceptum sensit. Alij autem de maiori gratia ei collata ista verba interpretantur. Verū hæc nihil ad rem nostram attinent, sed standum est in sensu literali & proposito in quo angelus fuit loquutus. Nanque Maria non quærit,

Num. 15.

Luc. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærit,quæ gratia illi donabitur in verbi incarnatione,aut quod bonum Christi aduentu fit susceptura:sed inuestiget,quomodo hoc fiet. Itaque sensus huius loci legitimus est. Si interrogas ò sacra virgo quomodo istud fiet: dico quod spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi,id est,spiritus sanctus geret vicem viri: & in hac sanctissima conceptione tota trinitas operabitur. Aderit ibi sacra trinitas,nam de eius consortio agimus,qui verus Deus erit. In re hac nullum viri opus interueniet:nam diuina virtus id totum præstabit. Ideò apposuit duo verba quæ matrimonij actionem significant: nimirum superueniet & obumbrabit. Quæ duo verba viro ratione mulieris competunt, scilicet mulierem obumbrare,& pallio illam operire,qui actus est matrimonij. Quod licet videre in libro Ruth,quæ cũ ad pedes Booz obdormiret,& eam ipse sentiret, admiratus est:ipsa autem rogabat eum,vt vellet eam in vxorem ducere,quæ in petitione sua his verbis vsa est dicens. Extende pallium super ancillam tuam,quia propinquus es. Quod idẽ fuit,ac si diceret. Ducas me in vxorem. Et idẽ intellexit Booz,vt ex ipsius verbis patet. Quie sce nocte,& facto mane si te voluerit propinquitatis iure. Lege caput tertium libri Ruth: ibique clarè colliges,quod extendere palliũ, & obumbrare,& vmbram facere ad actũ matrimonij pertineant: nempe ad amplexum, & ad amorem,quibus vir & mulier copulantur,vt fiant caro vna & cor vnum, qui amor ad matrimonium perneccessarius est. Vnde cũ in Exodo dicitur dominum non habere potestatem vendendi ancillam,cuius honorem contemptui dederit, verti poterit, quoniam operuit eam,id est,quasi si maritus esset,cum illa egit. Nam in Hebræo est verbum Bagad, quod est tegere & operire. Vnde & Beged, בגד id est vestis,qua quis tegitur & operitur. Mos namque erat Israelitarum, vt quàm primum aliquis vxorem vellet ducere,extenderet pallium,& cooperiret eam in signũ matrimonij:hanc protectionem & tutelam significans,quam vir præstat vxori. Itaque altissimi virtus obumbrabit tibi:quippe in hoc opere sancta Trinitas viri fungetur officio: & tu sacra virgo in conceptione hac concurres, sicut & cæteræ mulieres in conceptibus filiorum. Id tamen non in tempore, sed in instanti fiet:& ita fiet vt naturalis & supernaturalis mater Dei sis. Supernaturalis,quia concipies sine virili semine:& naturalis, quia verè ex substantia tua saluatorem gignes. Vnde & dicendum est plus beatam virginem fuisse operatam,quam reliquæ aliæ mulieres, quia ex solo virginis purissimo sanguine Christi corpus formatum fuit: quia secundum carnem Christus non fuit filius alterius personæ, sed solius virginis, quod quidem nunquam in mundo accidisse constat. Aduerte tamen q licèt posset angelus dicere,Deus viri munus præstabit in hac conceptione, vsus tamen est verbo obumbrare,hoc est, protegere: vt intelligas talitec Deum in hac incarnatione interuenisse,vt sacra virgo & actiuè & passiuè cõcurreret. Nam quemadmodum multories cõtingit,vt lucidissimis solis radiis caligent nostri oculi,vt nihil operis conficere valeamus: tamen interuentu alicuius nubeculæ iam oculi suo munere funguntur:nanque nubes illa calorem solis temperat,& mitigat, & radiorum eius vires debilitat. Ita virtus diuina nõ aliter,vt ostendimus in hoc opere adfuit, & vices viri gessit. Si autem diuina sola potentia opus hoc efficeret,& nihil virgo operaretur,non tam tanta proprietate diceretur mater Dei: ideò temperat Deus potentiã & virtutem suam,vt virgo possit operari,& reuera operetur. Posset vtique Deus(si vellet) carnẽ humanam sumere absque aliquo interuentu virginis & ipsius labore: tamen seipsum comprimere voluit, vt & ipsa operis esset particeps,& tali honore & excellentia gauderet.

¶ Vbi iam Dei bonitatem & clementiam expendere licet,quæ talis & tanta est, vt aliquãdo suæ potentiæ vires reprimat,vt amicos & dilectos suos honoribus afficiat. Nam cùm ipse sit author huius diuini operis: vult tamẽ quòd virgo suam partem accipiat,vt verè titulo matris Dei gaudeat. Quod idem frequẽter consueuit facere in aliis multis operibus, quorum etsi ipse præcipuus author sit, non in eis secundum omnem potentiam suam operatur: sed aliquid amicis suis faciendum relinquit,vt eiusdem laudis & honoris sint participes. Nec opus esset rem istam aliis exemplis illustrare, quàm ipsomet experimento. Quid enim Deo erat opus, vt Moyses mare virga percuteret,vt populus liber & incolamis id transiret, nisi dominus vellet ipsum Moysem & laudibus & honoribus afficere? Posset etiam sine ministerio pallij Eliseij Iordanem aperire,id tamen voluit,vt suæ virtutis diuini radij in sanctis suis mirabiliter splẽdeant

deant. Nec illud silentio prætereundũ,quod Gedeon fecit,vt expugnaret fortissimum exercitum Madiã: sonare fecit tubas, buccinas tangi, lagenas frangi, quæ omnia infirma & debilia erant ad tantum exercitum debellandum,nisi dominus sua virtute vires inimicorum infringeret: nihilominus voluit,vt Gedeon laboris aliquid applicaret,vt insigni victoria illustris redderetur. ¶ Nec suum ingenium adhuc dominus mutauit: id nanque quod antiquitus fecit,& nobiscum etiã modo facit. Posset nanque dominus sine aliquo nostro impenso labore, ad illam beatorum patriam,vel solo nutu nos ducere, & nos ab omni peccato immunes,& in gratia confirmatos condere: tamen id renuit,vt nostris etiam laboribus patriam illam cõscendamus, vt illustrior,vt grãdior, & vt nobis copiosior laus & gloria inde consurgat: quia melius & laudabilius est gloriam nostris meritis adipisci,quam gratis, & in chœnice sedentibus.

Quod etiam manifesta veritate videre licet in duobus filiis Zebedæi,quibus noluit concedere honorem illum,quem gratia consanguinitatis petebant,nisi prius passionis calicem degustarent. In quoetiã domini benignitas & amor sui admirãda liberalitate,multis nominibus splẽdet,qui plus donauit duobus fratribus,quam ipsi postulabant: animus quippe illorum honorem efflagitabat sine aliquo merito & labore. Ipse verò dominus certos promissi fecit,martyrij lauream illis designans,quod mortis genus necessario gloria consequitur. Facilè enim posset dominus petitioni eorum acquiescere: tamen potentiam suam mirabili modo compressit,& sine martyrij discrimine gloriam non tribuit, vt verè eum Paulo cooperatores Christi possint dici. Non sunt(inquit)condignæ passiones huius seculi,ad futuram gloriam: tamen quæ Dei bonitas est,& clementia pro tanto in nos amore illam libenter nobis donat: vult tamen & aliquid laboris nos impendere, vt & gloriosius donetur nobis brauium. Ita vmbræ interstitio inter virginem & suæ potentiæ vires vlus est dominus: vt non solùm ipse, sed etiam beatissima virgo sinum adderet laborẽ, vt merito tali gloriã & honore illustraretur, *Ideoque quod nascetur ex te sanctum.* Christum sanctum vocat, ad differentiam sanctitatis, quæ in nobis est. Christus nanque fons & origo est totius sanctitatis: à quo tanquã à principio sanctitas reliquorum iustorum deriuatur: nos autem licèt sancti simus,& hoc nomen nobis sortiamur,non ità proprie assumimus(cùm tanquàm arundines simus mutabiles)sed quadam participatione illius,quę in Christo capite nostro residet. Lumen quippe à sole ortum longo interuallo differt ab eo,quod procedit ab igne. Nã quod ab igne est,semper fumum sibi habet admixtum, & aliquam imperfectionem. Nam cùm Christus sit lumen de lumine,quemadmodũ lux à sole oritur absque aliqua corruptione: non aliter Christus limpidissimum speculum ab hac beata virgine sanctum nascitur. *Vocabitur filius Dei.* Pro huius literæ clariori intellectu operæpretium est animaduertere, quòd solet aliquando in quæstionem verti: vtrùm Christus quatenus homo sit naturalis filius Dei, aut adoptiuus. Quæ quæstio responsionem habet,esse filium Dei naturalem: nam filiatio suum fundamentum habet in supposito & persona,non autem in natura. In Christo verò non sunt duo suppositа, quãuis duabus naturis constet,sed vna tantùm persona, eaq; simplicissima. Et perinde manifestò concluditur,non posse habere hanc filiationem adoptionis,cùm naturalis illi propria sit. Nihil tamen obstat,quòd eam gratiam habeat, quæ in nobis sufficiens est causa,vt filij adoptiui dicamur. Qui tamen etiam si virgo,doctor,& martyr fuerit: tamen illum habuisse aureolas non dicimus, quia aureolæ significant participationem perfectionis in actu,cũ ipse non habuerit participationem perfectionis,cùm fons & origo sit,à quo omnes perfectiones emendicauerint. Sic etiam in corpore immortali surrexit,impassibili,claro, subtili: tamen in ipso non vocantur dotes corporis glorioſi propter connotationem vocabuli. Sic etiam vocandus venit filius naturalis Dei: quia adoptio videtur naturalitatem negare. Aliqui nanque dicere voluerunt filium Dei adoptiuum etiam debere nominari, eo quòd sanctissima trinitas sine viri ministerio operata fuerat, Literam hanc malè intellexerunt isti,assumẽtes illam particulam, ideoq;, in rigore,ita quòd significaret causam præteriti, ad id quod sequens est: vt si diceres. Ego sum homo,ideo risibilis. Simili etiam modo dicunt: Spiritus sanctus superueniet: ideò quod ex te nascetur filius Dei vocabitur. Quia etsi spiritus sanctus non veniret, erat nihilominus Christus filius Dei naturalis: ergo(inquiunt ipsi)de alia filiatione intelligendum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum est. Hi certè falso & infirmo nituntur argumento, quia ibi particula, ideò, non dicit causam verborum præcedentium, imò differitur ab effectu ad causam, vt si dixeris. Dies est, ergo lux & claritas est. Et ita intelligẽdus est locus iste: Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus. &c. ideoque. &c. scilicet. Quia ipse filius naturalis Dei est, ideò spiritus sanctus superueniet in te. Ideò cognoscet mundus Dei naturalem filium esse. Sic ecclesia hunc locum interpretatur: nam in quodam responsorio, loco ideoque posuit, quod enim ex te nascetur sanctum. &c. Sequitur. *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concipiet filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.* Exemplo non erat opus illi, quæ firmiter credebat: quo circa hic locus duplicitèr exponendus venit. Primo dico hoc exemplum adduxisse, non vt crederet, sed ad maiorem lætitiam & gaudium virginis, & ad maiorem firmitatem eorum, quæ circa fidẽ ipsi virgini dixerat. Quia fides à ratione offeditur, quâ ipsam ratio præcedit: tamen secus contingit, quando sequitur. Nam postquam credimus quod naturali ratione non probatur, ratio quæ post fidem sequitur, iuuat & fortiorem efficit ipsam fidem. Et ita post sufficeptam fidem, quæ adducuntur rationes, nõ sunt, vt per eas credamus: sed vt cognoscat fidelis, id quod credit consonum rationi esse, etsi humanum prorsus excedat intellectum. Itaque non adduxit hæc angelus virgini, vt crederet: sed vt eius animus reficeretur, & vt intelligeret id mysterium secundum rationẽ esse. Vbi aduertes particulas illas, & ipsa, maxima emphasi pollere. Nam si ipsa concepit à fortiori & tu concipies, vt tibi dixi. Ex parte Dei nullum est miraculum: quia quidquid producit, libera sua voluntate producit. Ex parte autem nostra maius erat miraculum, vt conciperet Elisabeth: nam duo erant illi impedimenta, alterum sterilitas, alterum verò senectus. Nihil enim vnum miraculum sufficeret, quia etsi viginti annis natu esset, nõ pareret propter sterilitatem: & licèt fœcunda, non pareret propter senilem ætatem. At vt virgo pareret, vno tantum miraculo fuit opus: quia nec sterilis, nec ad senectam peruenerat. Rectè igitur angelus disputat, & sumit argumentum à minori ad maius, recensens vtrunque miraculum: alterum quando dixit, concepit filium in senectute sua: alterũ verò cum subdit: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis. Ac si diceret. Si solius hominis conceptionem duo præcedunt miracula, quid mirum si conceptionem veri Dei vnum miraculum anteeat? Secundo, locus hic venit exponendus, nam cùm angelus in hac re summopere virginis consensum optaret, intendebat, vt breuiter ipsi responsum daretur, etenim cupiebat, vt quàm citissime donum acceptaret: & ideò dixit: Ecce Elisabeth cognata tua. Nec particula, ecce, sua emphasi caret, acsi diceret. Considera ô gloriosa virgo Elisabeth cognatam tuam filij tui præcursorem ab hinc sex mensibus concepisse, vt vel sic virgo sacra dictis annueret. ¶ Sed offert se statim dubium, quomodo Elisabeth cognationem habuerit cum beata virgine, cùm lex prohiberet eos, qui diuersæ tribus erant matrimonio copulari, & virgo vt ex priori capite Matthæi constat, erat de tribu Iuda, & de domo Dauid: Elisabeth verò vxor fuit sacerdotis, qui ex tribu Leui ortum ducebat? Satisfit autem huic obiectioni si aduerteris, hanc diuisionem factam fuisse propter confusionẽ possessionum, vt habetur in Numeris. Sed tribus Leui non habebat possessionem: ideò poterat contrahere matrimonium cum aliis tribubus. Mos verò erat sacerdotibus, vt semper contraherent cum filijabus de tribu Iuda, quæ & regalis & nobilior erat. Sic Aaron qui erat ex tribu Leui, accepit in vxorem Elisabeth sororem Naason, filiam verò Aminadab, qui erat princeps tribus Iuda. Et Ioyada summus sacerdos duxit vxorem Iosabeth filiam Ioram regis Iudæ, sororem regis Ocoziæ: qui erat ex tribu Iuda. Ideò quamuis Zacharias esset de tribu Leui, benè poterat vxor eius beata Elisabeth esse de tribu Iuda. Fuit enim mater Elisabeth soror Annę matris Mariæ virginis, sed natu minor, quæ virum habuit Aaronitem, ex qua nata est Elisabeth, & sic cognata fuit virginis Mariæ. Nam vt Augustinus ait, caro Christi ex vtroque genere regum, scilicet & sacerdotum fuit propagata: & Maria virgo Aaronitica erat, & ex semine Dauid regis. *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Quia non solum id quod fit, sed idetiã quod cogitatu comprehendi potest facilè domino est: cùm verbum & oris, & mentis opus ambiat. Ita enim licèt diuinam maiestatem venerari & suspicere, vt quemadmodum angelus absolutè dixit, omne verbum: ita intelligas nullum esse verbũ, quod Deo factu impossibile sit. Ipse enim est qui

qui dixit, & facta sunt: qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, qui imperium habet sicut & vitæ ita & mortis. Vnde nec dixit angelus, nulla res est ei impossibilis, sed verbum, quia dicere Dei est facere. Homines multa consuescunt dicere, quæ facere neutiquam possunt. Esaias dixit. Ecce virgo concipiet. Dixit ipse, & factum est ab spiritu sancto. Nihil Deo factu difficile, in cuius potentia per obedientiam est omnis creatura. Ieremias inquit. Non erit tibi difficile omne verbum, qui facis misericordiam in millibus. Et diuinus psalmistes. Omnia quæcunque voluit, fecit. ¶ Aduerte autem omne verbum, in hoc loco, idem valere quod nullum, ac si diceret. Nullum verbum est ei impossibile. Sæpè enim in scriptura sacra particula, non, quę præcedit aut sequitur post dictionem omnis, significat idem quod nullus. Vt ad Ephesios ait Paulus. Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat, id est, nullus sermo malus. Et Abacuch. Omnis spiritus non est in eo, id est, nullus spiritus. Et in Ecclesiaste. Non est omne nouũ sub sole. Et in Exodo dominus ait. Omnem viduam & pupillum non affligeris. Et in Leuitico. Omnem adipem & omnẽ sanguinem nõ comedetis. Et iterum in Exodo. Non facietis omne sculptile. Et Ioannes. Omnis qui peccat, non videt Deum. Et in Genesi. Vt non interficeret eum, omnis qui inueniret eum sic in præsentiarum. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. ¶ Sed ad maiorem huius loci explanationem, non parua videtur hic oriri difficultas. Videtur nãque quòd angelus his verbis velit, paruæ fidei nota ipsam virginem innuere, vel saltim desperationis crimine. Inquit enim, nihil esse Deo impossibile: quasi ipsa de hoc dubitauerit, vel crediderit, aliquid esse Deo impossibile. Nã si virgo credidit hæc omnia esse Deo possibilia: quid opus erat, vt angelus hæc verba subderet? Solutio huius dubitationis tibi erit, quòd illa verba quæ angelus fuit loquutus, dantur in responsionem his, quibus virgo interrogauit cùm dixit. Quomodo fiet istud. Ac si diceret. Iam tibi modo dixi, scilicet spiritum sanctum in te venturum esse, & Deũ habiturum se loco viri: & non solùm hũc modũ, sed & alios plures dominus habet, quos nec possum comprehendere, & meipsum latent. Hoc tamẽ vnum scio, nihil difficile, aut impossibile esse admirabili suæ potentiæ, cũ multis & variis modis idipsum possit præstare, tamen hic modus conuenientior fuit.

¶ Sed his omnibus prætermissis, aduertat hic Christianus lector, hęc verba. Nihil apud deũ impossibile, maximum esse nobis solatium. Semper nanque dominus vult, & potest nobis vel iam desperatis supperias ferre! Non possum non eorum animos reprehendere, qui in suis vitiis & peccatis iacentes existimant se nunquàm posse ad meliorem vitę cõditionem resipiscere. Aliud hominum genus est, qui nunquàm læti incedunt, & iudicant vix fieri posse, vt eorum animos aliquando exultatio saluter. Alij verò sunt ita mentis impotes, & vitio carnis dediti, vt vel monstrũ esse fingant, posse vel vno die sine mulieribꝰ conuersari, vel castum & mundum esse. Qui omnes si attentis auribus suæ insciticæ reprehensionem velint auscultare, audiant vas electionis Paulum dicentem. Omnia possum in eo qui me confortat. Libenter nanq; tibi, quicunque fueris concedimus sine Deo, adiutorio nostro parum aut nihil imbecillam nostram & fragilem naturam posse: tamen si ipse dominus nobis adest, quod pelagus non audebimus intrare? aut quod periculum non aggrediemur? Illud autem in omni angustia, aut infirmitate agendum tibi est, vt semper rogationibus instes, vrgeas, ores, illum inuocando: potens quippe est, & castratem tuam custodire, & te obseruare immunem à peccato, & ingentem spiritus consolationem præbere, nisi forte tu fidei imbecillitate ipsi obstaculo fueris. In quorum omnium gratiam, si tibi placuerit, leges septimum caput libri quarti Regum, vbi eleganter videbis, quomodo omnia domino sint facilia, etiam si humanis viribus longe ardua & impossibilia videãtur. Dixit enim Eliseus. In tempore hoc erat modius simile vni staterę. Respondit autem incredulus quidam. Si dominus etiam fecerit catharactas in cælo, nũquid poterit esse quod loqueris? Nihilo minus factum est, vt dixerat propheta, & incredulus ille mortuꝰ est. Quo circa tibi laborandum est, Deum semper exorare, vt velit te ad se ipsum cõuertere, & nerues tuos in id debes intendere: vt adimplea, ad quæ teneris: tuncque videbis omnia negotia tua fœliciter succedere, etsi hodie tristis es, crastino die lætus eris. *Dixit autem Maria.* Tunc beatissima virgo auditis verbis angeli, quæ profundissima sua erat humilitas genibus flexis, manibus corporis simul, & mente eleuata, dixit. *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum*

Ps. 4.

4. Reg. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum verbum tuum. Statimq; prolatis verbis angeli & ipsius virgi is consensu adhibito quatuor miracula fuerunt facta. Primum, corporis Christi ex puro virginis sanguine cõceptio & formatio. Secundum, animæ Christi ex nihilo creatio. Tertium, animæ ad corpus vnio, siue infusio. Quartũ, assumptio humanitatis nostræ à diuinitate. Quemadmodũ enim terræ vapor solis præstantiori vi in sublime fertur, vbi sub aurora concretus in rorem conuertitur, qui decidens terram ferrilem & lætam reddit. Sic purissimus sanguis virginis gloriosæ virtute Spiritus sancti vterum influens sine vlla virilis seminis commixtione creuit in corpus Christi, qui editus in lucem, terram ingenti gaudio affecit, & generi humano spiritus fœcunditatem tribuit. Quod
Esa. 45. intuens Esaias dixit. Rorate cæli desuper, &c. Aduerte autem hæc quatuor in eodem instãti fuisse facta: quia in his non fuit prius aut posterius tempore: sed naturæ tantum. Nanque non per temporis incrementum formatum fuit corpus Christi sanctissimum, sicut cætera humana corpora, nec anima facta cõpleris quadraginta diebus: sed vnico temporis momento Iesus Christus filius Dei factus est perfectus homo, assumens verbum diuinum naturam humanam in vnitate suppositi, in quo eodem instanti celebratæ fuerũt in vtero intemeratæ virginis nuptiæ hypostaticæ vnionis. O admiranda erga miseriã & fragilitatem hominum diuina dilectio. O diuinus amor, qui ex duobus vnum efficit. In primitiua ecclesia erat cor vnum & anima vna.
Act. 4. Quod factum intelligendum venit, vel in voluntatibus, vel in piis affectionibus, quod re vera non ex duobus vnum conficit: quia etsi duo fratres ardentissimo inter se conungantur amore: at hic amor finitus cùm sit, neutiquàm ex duobus vnum faciet. Verũtamen diuinus ille & supernus amor, quo Deus nos fuit prosequutus, cum nullis finibus aut terminis clauderetur ex duabus naturis personam vnam fecit: vt ita Christus non duplex, sed vna tantùm simplicissima persona est. De
Psal. 71. scendit Dei filius facturus ex duobus vnum: sicut descendit pluuia in vellus. Non autem sicut pluuia in terram, nam tunc sonitum reddit: super vellus autem nullum. Cùm igitur filius Dei descenderit non cum sonitu & strepitu, ideò ait egregius psaltes descendisse, sicut pluuia in vellus, cum magno silentio & taciturnitate, ita vt ipsum dæmonem latuerit ingressus eius in virginalem aulam. ¶ Præterea descendit pluuia in vellus, nullo inducto discrimine in ipsum, sed integro & intacto manente. Sic Christus descendit in virginis vterum, ipsius virginitate intacta & incorrupta manente. ¶ Tertio, extrahitur aqua à vellere sine corruptione velleris. Sic Christus ab vtero matris micans exiit, ipsius virginitate exomni parte integra manente. ¶ Quarto, purius & nitidius propter pluuiam manet vellus. Sic beata virgo sanctior, melior & excellẽtior fuit post partum quàm antea. Addidit vlterius Psalmista. Et sicut stillicidia stillantia super terram. Nimbus si magnus est submergit & vitiat terram: tamen stillicidium cadẽs eam vberiorem reddit. Quod quidem mysterium sancta ecclesia significare voluit, cùm inquit Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellus descendisti. De cuius pluuiæ fructu sequitur: vt saluum faceres genus humanum. ¶ Verum enimuero iam erit operæpretium singula verba huius tanti mysterij discutere: & protinus videbimus singulares virtutes, quas virgo sacra his excellentibus verbis pandit. Et in primis obserua particulam ecce, idẽ esse quòd vtique, siue sane: estque significatiua obtemperantis seu dedentis se in Dei obsequium. Vnde Esaias dixit, Ecce ego, mitte me. Et in Psalmo. Tunc dixi, ecce venio. Et quando dominus apparuit Samueli, respondit Samuel. Ecce ego. Ac si diceret. Paratus sum tuos iussus adimplere. Et in hoc sensu sumitur in isto loco. Significat enim promptũ, paratum, solicitum, diligentem seruum, qui paratus est vt sine difficultate obediat. Ecce ego, non fugio, non me abscondo, promptus sum, & parata. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. ¶ Vtitur etiam verbo, fiat. Per primum fiat, conditus est mundus, & per secundum Mariæ reparatus. Hoc verbo fiat vsus est dominus creaturus cœlum, terrã, & lucem. Videtur tamen excellentiorem & præstantiorem fortitudinem habuisse hoc virginis, fiat: quàm illud quo mundus est conditus. Nam illo domini, fiat, factæ fuerunt omnes creaturæ: hoc autem, fiat, virginis, vniuersi creator homo factus est: qui æternus cùm esset, nostram mortalitatem induere fuit dignatus. ¶ Obserua etiam non dixisse, fiat in me, sed mihi: cùm & optimo iure posset dicere, fiat in me: quandoquidem in ipsa operatus est dominus illud diuinum mysterium, & in ipsius

in ipsius ventre Christus conceptus fuit. Sic angelus. Quod in ea natũ est, de Spiritu sancto est. Et in psalmo. Nunquid Sion dicet ho
86. mo, & homo natus est in ea. Ideo iure optimo posset dicere: fiat in me secundum verbũ tuum. sed noluit ita dicere, sed fiat mihi, id est, in meum bonum, in meum honorem, & vtilitatem. Omnes afficiuntur donis hac sancta virginis obedientia, quia omnibus remedium præbuit: tamen maioribus me ornauit beneficiis: qui me elegit in matrem excellentiori modo gratiæ suæ me ipsam præstruans.
¶ Aduerte autem domini nomen esse in hoc loco, ecce ancilla domini, nomen proprium. Pro quo sciendum Deum in scriptura sacra multa nomina habere, quæ aliis communicantur. Nam nomen אֱלֹהִים elohim, Deo proprium est, nihilominus angelis & iudicibus tribuitur. Tamen vnum solum nomen tetragrammaton incommunicabile aliis præter Deum est, quod quatuor literis constat יוד, ה he, ו vau, & ה he, quod est יְהוָה Iehouah, quod ineffabile erat apud Hebræos, vel eo quod literæ quæ nomen componunt quiescentes & insonæ sint, & nullam per se ipsas articulatam vocem possint exprimere, vel propter diuinæ maiestatis reuerentiam: cuius proprissimum nomen nec audire, nec nominare fas putant. Et quia antiqui gentiũ poetæ audierant Deum appellari Iehouah finxerunt Ieum suum, quem vocauerunt Iouem deductum à Iehouah. Quod nomẽ Dei proprium portabat sacerdos in lamina aurea. Ne autem tam potens & ineffabile nomen Iudæi nominarent, loco Iehouah vtebantur nomine אֲדֹנָי Adonai, quod significat idem quod dominus: quia dominus & Deus appellatiua sunt, quia Deus commune nomen, & non singulare est, etsi de vno tantum verificetur, sed id propter suam significationem non est, sed quia dij plures non sunt. Sicuti sol qui verificari non potest, nisi de hoc sole, quem dominus condidit: quod nomen appellatiuum est, quia si plures soles essent, quilibet isto nomine gauderet. Eodem modo hoc nomen dominus, appellatiuum est, & cõuenit Deo respectu creaturarum, in quas omnes dominũ habet. Tamen nomẽ Iehouah proprium Deo est, & ipsius naturæ: & significat vnitatem naturalem essentiæ in trinitate personarum sine aliquo respectu ad creaturas, & sine relatione ad extraneam rem. Significat etiam summam entitatem sine dependentia: significat tandem fontem & originem totius esse. Tanto enim honore nomen hoc apud Hebræos habebatur, vt si legentes scripturas ipsum inuenirent, non voce, sed mente tantum illud proferebant, ita vt dignos se non iudicarent ad tantum nomen exprimendum, & ita loco nominis Iehouah vtebantur nomine Dominus. Et ita in versionibus transferebant, Dominus. Virgo autem Maria totum sermonem istum habuit Hebræa lingua. Et ita dixit. Ecce ancilla Iehouah, fiat mihi secundum verbum tuum. ¶ Iam verò videre restat, quas virtutes sacra virgo verbis istis manifestauerit. Primò nanque mirabilis obedientia ipsius splendet, cùm se ipsam totam in domini manus committit: vt pro libito in ipsa operetur. Ex qua obedientia poteris tu exemplum elicere, vt prælatis & superioribus obtemperes. Nam sapiens inquit. Vir obediẽs loquetur victoriam. Vnde tempore quo Adam obtemperans erat domino, ipsi omnia subijciebantur. At verò postquàm mandatis domini non acquieuit, animalia etiam obedientiam illi denegarunt. Nec mireris si
Ioan. 1. aduersus inobedientem Ionam ipsum turbulentum mare, pauis & venti insurgant, & resistant: postquàm verò domino se subiecit, pisces qui ipsum deuorauerat, illum euomuit, & Niniuitæ se ipsi subiecerunt, & eius dictis obtemperarunt. Leones subiecti sunt Danieli, comi seruiebant Heliæ: nec pueros in caminum iniectos, ignis combusit. Et quod maius est ipsemet dominus homini obtemperanti obediuit: nam ad vocem Iosue stetit sol in cælo contra Gabaon. ¶ Secundò humilitas eius ostenditur: nam cùm in reginam cæli, & matrem Dei eligitur, ancillam se vocat. Quod quidem ingenium est iustorum & sanctorum virorum, qui dum magis laudibus extolluntur, ipsi abiectius & humilius de se sentiunt. Cuius rei exemplum in rege Dauide experieris: cui cũ Nathan egregia & præclara dixisset, ingressus templum in terra humiliter sedens dixit. Quis ego sum domine, &c. Sic & Abigail cùm in vxorem à Dauide acciperetur, in terram prona humiliter respondisse fertur seruus Dauid. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Quemadmodum enim superbi cùm laudantur, & honoribus afficiũtur, magis ac magis insolescũt: sic viri perfecti altius in virtute radices agũt.

Prouer. 21.
Gen. 3.
Dan. 14.
3. Reg. 17.
Dan. 2.
Iosue. 10.
2. Reg. 7.
1. Reg. 25.

FACULTAD DE TEOLOGIA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Artifex nanque paruam domum constructurus, non altum iacit fundamentum, quia parietes non multùm erigendi sunt. At ædificaturus templum, turrim, aut aream, profunda mittit fundamenta. Sic dominus quãdo vult aliquem pro sua ingenti in nos liberalitate sanctissimum efficere: prius humilitatis sanctis documentis illum instituit, ità vt quanto perfectior & sanctior fuerit, tanto sit in humilitate profundior. Nec longè huius rei testimonium habes in Ioanne: quicùm exemplar sanctitatis esset: dixit. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. &c. Et Paulus Apostolus. Ego sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus. Et alibi. Christus Iesus venit peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Et sanctissimus ille fidei pater. Loquar ad dominum meum, cù sim puluis & simis. Nec beatissima virgo super omnes angelorum choros exaltata esset, nisi prius infra omnes humilis se ipsam abijceret. Cùm igitur beata mater promouenda esset ad tantam dignitatis celsitudinem: ideò profundissima humilitate decuit exornari. Verùm enimuero si in hac re mundanum morem attenderis, videbis eũ ad similitudinem falsi artificis operari. Nam quos mundus extollit, nullis iactis humilitatis fundamentis, cito corruunt. Et in hoc facile dignoices eos, qui vel à mundo, vel à Deo extolluntur. Quippe quos dominus ad dignitates & excelsa munera eligit, ij suis officiis humiliter præsunt: & in suis honoribus, nec latam vnguem ab humilitate discedunt. At electi à mundo superbè imperant. Vnde beata virgo sicut dignitate omnes antecelluit: sic omnibus humilitate præstantior. Et ita ab Angelo salutata, & à Deo exaltata respondit. Ecce ancilla domini. Nec mirum videri debet, quòd in infimo statu aliquis constitutus humilis sit: sed illud maximum est, & omni laude dignissimum, vt inter honores & dignitates sedens, humilitatis documentum in ipso splendeat. Quod si forsitan dixeris Dei matrem non fuisse humilem, quia maior humilitas est honores à se abijcere, quã acceptare illos: vt est videre in illis, quibus episcopatus, & maximæ dignitates offeruntur, quas renuunt: & Christus humiliter se gessit, quando in regem illum voluerunt eligere. Quod si Maria humilis erat: quid est, cur hanc dignitatem acceptauit? Ad quod attendas rogo. Aliter nanque cum hominibus, aliter cum Deo agendum, quia dignitates, quæ ab hominibus tribuuntur, cedunt multoties in acceptantium dispendiũ & periculum. At quod Deus iubet, in nostrã vtilitatem redundat, & humilitas est, id amplecti: esset autem superbum obicem apponere. Si autem Deo contradiceres, venires arguendus superbiæ, cùm significares, Deum in præceptis errare, te verò non falli, Vnde Christus dominus merito Petrum reprehendit, cùm nollet, vt eius pedes lauaret. Existimabat Petrus, dominũ id quod faciebat nõ rectè agere: quod genus superbiæ est. Si magnatum aliquis famulo suo præciperet, vt in scabello sederet, volens illius pedes lauare, si tunc famulus resisteret, superbus esset: quia existimaret se recto consilio duci, dominum autem suum aberrare. Humilitas exercetur, cùm de voluntate superioris constat ipsi obedientiam præstari: cùm vero virgini diuina reuelatione constaret, illum esse angelum domini, & velle dominum virginem in matrem suscipere: quanquàm ipsi videbatur tanti honoris esse indignam, tamen se ipsam diuinæ voluntati obtulit templum immaculatum. Potest etiam responderi appetitum nostrum honoris sitientem duabus indui virtutibus humilitate scilicet, quæ retrahit ne voluntas aliquem honorem ambiat præter debitum ordinem. Ex altera autem parte adest huic appetitui magnanimitatis virtus, quæ animum addit & stimulum voluntati, ne dignitatem subire timeat, quando illam dominus confert in multorum vtilitatem. Quæ duæ virtutes in sacra virgine micant: nanque magnanima fuit acceptando dignitatem, quæ futura erat remedium humani generis. Item & humilitate fuit præclara: quia nec dignitatẽ cupuit, nec solicita de illa fuit, sed ex diuina domini voluntate virgini confertur. Quo facto non solùm obedientiæ & humilitatis exemplum dedit, sed etiã præclaræ magnanimitatis: cuius munus est, alta & egregia sua lance conferre. ¶ Ostendit etiã animi sui fiduciã. Posset nanque tunc tẽporis virgo Angelo respõdere. Videas, me parentes habere, quibus huius rei rationẽ sum reddditura. Quid enim Ioseph vir meus dicet, si grauidam me viderit? Quid secum cogitabit: Si autem astruero opus esse spiritus sancti, nequaquam dictis meis fides dabitur. Iudicabor blasphema. Confidit virgo in dño: & se omniaq; sua in eius manus commendauit

pro

Ioan. 1. *1. Cor. 15.* *1. Tim. 1.* *Gen. 19.* *Ioan. 6.*

pro nimia spe & fiducia animi sui. Sic de Susanna legitur, quod cùm falsò accusaretur, cor eius habebat fiduciam in domino. Et denique vt breuius agamus in hac incarnationis historia nouem præclaras & excellentes virtutes de virgine sacra narrat Euangelista. Virginitatem, cùm inquit. Missus est Angelus Gabriel ad virginem. Vitæ suæ honestatem, cùm dicit: ingressus Angelus ad eam. Verecundiam, his verbis. Turbata est in sermone eius. Silentium, his, cogitabat qualis esset ista salutatio. Prudentiam, vbi inquit. Quomodo fiet istud? Obedientiam. Fiat mihi. Humilitatem, se ipsam domini ancillam vocans. Magnanimitatem: quia pro vniuersi generis humani salute matris dignitatem acceptauit. Fiduciam, quia se totam Deo commisit. ¶ Postquàm Angelus legationem suam absoluit, cùm iam in virginis vtero filius Dei esset conceptus incredibili lætitia, quasi licentiam postulans à regina sua, quàm vt Dei matrem ià venerabatur. *Discessit, Angelus ab ea.* Crediderim ego maioris reuerentiæ signa Angelum in discessu ostendisse, quam principio salutationis: nam prius futuræ matris Dei cultum præbuit, posteà verò ipsam veneratus est, vtpote quæ iam reuera domini mater effecta erat. ¶ Scias autem oportet præter omnes virtutes enarratas sacram virginem excellenti charitate fuisse præditam, quæ regina est, & princeps omnium virtutum. Nã protinus post Angeli discessum, non monstrũ asperitate deterta omni difficultate itineris aut laboris procul reiecta ascẽdit in mõtana. Proprium quippe charitatis ingenium est, omnia ferre, omnia inuicto animo tolerare: Abiit per loca aspera, inuia, & quæ virum alioqui robustum & fortem à tanto labore possent deterrere, vt visitaret Elisabeth: quia locus vbi Zacharias morabatur altior erat Galilæa, à qua recessit Maria. Ideò sequitur. *Exurgens Maria, abiit in montana.* Cum rex ad aliud regnum proficiscitur, nemini non est notum, quo profectionem suam dirigat, ità vt nihil aliud in omnium ora incidat, quàm regis profectio & omnes meditentur, dicentes. Quid sibi vult hoc inopinatum regis iter? Quod est tam odii negotium ità arduum & difficile, vt possit regem à propriò regno & à propria patria commouere? Huius autem rei causa ea est, quia nobiles & principes in altis locis & in sublimi sunt constituti, ità vt gressus eorum non possint non ab omnibus iudicari: & si aliquando pro imbecillitate oculorũ existiment se à nemine videre. Ecce nunc rex regum, & dominus dominantium proficiscitur in breui virginis vtero à Galilea in Iudeã, à prouincia in prouinciam non deterritus itineris asperitate. Equidem non sine causa, nõ altissimo consilio tales ac tanti viatores iter aggrediuntur. Duabus igitur moti rationibus tendunt à Galilæa in Iudæam. Primùm ea voluntate motus vt ei operi initium daret ad quod in mundum venit, vt peccatores saluos faceret. Proficiscitur iam diuinus hic mercator animam Ioannis lucraturus. Incipit iã filio diuino redemptoris munere fungi: & initium faciet libertatis peccati ab anima diui Ioannis. Vnde postquàm Esaias dixit. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, prophetans natiuitatem Domini: subdit statim. Accelera, festina, prædare: antequàm puer sciat vocare patrem, aut matrem, auferetur fortitudo Damasci. Auferet vires diabolo, & prædam ab ore ipsius extrahet. Et in Psalmo egregius vates, postquàm de Christi natiuitate fuit loquutus, inquit, Et ipse tanquàm sponsus procedens de thalamo suo. Et subdit. Exultauit vt gigas ad currendam viam. Quod idem insinuauit Matthæus dicens. Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, ecce Magi ab Oriente venerunt. Ac si diceret. Statim vt natus est Christus vocauit gentes, & venerunt ab Oriente. Non distulit eorum vocationem, nec procrastinauit in distribuendis suæ pietatis & misericordiæ thesauris: nam nondum natus, Magis se ostendit: & statim conceptus Ioannem Baptistam vocauit. Certè inertia nostra & segnities digna reprehensione non vacat: nam cùm Christus ita diligenter se gerat in nostra salute seruanda, nihil magis nos posteriori mandare mandamus cùm sit nobis diuus Paulus exemplum præsentissimum, qui inquit. Cursum consummaui. Et Dauid. Viam mandatorum tuorum cucurri. Benè igitur Esaias inquit. Deprædare, accelera spolia. Nam si ad huc infantulus manibus & pedibus deuinctis, in ventre clausus, ô sanctissime redemptor, talem prædam à draconis faucibus eripuisti: quid de te in Caluario apertis brachijs poterimus expectare? Non possum equidem non mirari, ô bone Christe, tuam istam sedulam diligentiam, & solicitudinem: quã erga oues tuas lucrandas attulisti. Nã cùm posses Ioannẽ à Nazareth sanctũ efficere, & gratiã

tuam

Apoc. 19. *1. Tim. 1.* *Esa. 9.* *Psalm. 18.* *Matt. 2.* *2. Timo. 4.* *Psalm. 118.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuam illi conferre, dignatus es, ad illum proficisci: vt maiori donorum cumulo tibi deuinctus reueretur. Rectè Dauid in persona Ioannis inquit. Dominus solicitus est mei. Non
Psalm 39. dixit, quòd illius curã habebat: sicut rex suorum subditorum habet, aut alius quispiam; sed solicitus est. Vt rectè verba verbis, & promissa promissis consonent. Quia non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.
Psal. 120. ¶ In cuius loci consideratione gradum sistas oportet, & videas quanto odio peccata dominus prosequatur: nam protinus vt in virgineo vtero carnem assumpsit, incepit ipsum peccatum expugnare. Qui locus mihi aliud nos admonet, quam vt semper peccata tanquàm pernicioliſsimam pestem detestemur, vel eo maximè, quia Iesus Christus maximis laboribus, & tanto suæ vitæ discrimine id ab animabus relegauit. Quòd si videre cupis, quo gradu ipsum peccatum oderit, pluribus possem demonstrare: sed vt reliquis patientes aures mihi accommodes, breuibus tecũ agam modo. Ità dominus peccatum detestatur, vt illius causa filium suum interfecerit. Vt peccatum destrueret, & ab animabus nostris relegaret, filium vnigenitum morti exposuit. Quæ ratio deberet teipsum ità conuincere, & commouere, vt nihil magis à te, alienũ esset, quàm flagitium committere.
¶ Secundò proficiscitur virgo in domũ Zachariæ, vt semper in illa maiora beneficia & honores cumularentur. Vult enim dominus vt virginis dignitas & excellentia, quæ ab angelis erat solùm cognita, nota sit etiã hominibus, vt ipsa tanquàm mater Dei laudetur. Postquàm enim angelus matris honore illã salutauerat, vult etiam vt à beata Elisabeth laudetur, & debita veneratione colatur, cũ dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Vbi diligenter aduertas obsecro, quantam adhibeat dominus diligentiã in colendis suis amicis, & in manifestandis mundo ipsorum virtutibus, quas ipsi propter humilitatis virtutem abscondunt. Quis enim valebit dicere, etiam si flumen ingenij pro animi sententia ei natura concesserit, quibus encomiis, quibus laudibus, & honoribus sanctum Ioseph in Aegypto venditum extulerit? Quis beneficia Dauidi collata (etiã si lacertis eloquentiæ fons illi fœliciter contigerit) potest enarrare? Quis denique attingere audebit laudem Moysi enarrationẽ, qui electus à domino fuit in ducẽ populi Israel?
Gen. 41.
1. Reg. 16.
Exo. 3.

Nec mirum si tecum paratissimus sit id facere, si vanas mundi laudes non captaueris, & soli Deo placere studueris. Nanq; officium domini & munus est, abscondita mundi inuestigare, vbi sanctis vitæ documẽtis serui sui delitescunt, vt eorum nomina per totum terrarum orbem celebret & prædicet. Itaq; exurgens beatissima virgo abiit in montana, nõ de verbis angeli incerta, sed lumine cælesti illustrata dictis angeli fidem adhibens; vt vel sic per eius aduentum ea Ioanni contingerent, quæ angelus Gabriel prædixerat, scilicet, vt adimpleretur Spiritu sancto. Quòd autem verbo exurgere vtatur, hebræa loquutio est, aliquid agendum significans. Vt est illud Canticorum. Surge propera amica
Cã. 2. mea. Et in Psalmis. Surge domine in requiẽ
Ps. 131. tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Et iterum. Exurge domine non præualeat homo.
Ps. 9. Et exurgat Deus, & dissipentur omnes inimici eius. Et possemus idem sexcentis aliis locis comprobare. ¶ Quòd si attentiùs hunc locum considerare velis, inuenies aliquid adhuc, quod possit in tuum lucrum & emolumentum cedere. Nam sicut beata virgo cũ primum iter aggreditur montes & laboriosa loca inuenit, nec his omnibus ab incepto destitit: sic tu si aliquod virtutis opus facere inceperis, scias multos labores paratos tibi esse, multa obstacula & impedimenta, quæ omnia leuissima esse debent, vt te ipsum possint deterrere. Omnes nanque qui piè volunt viuere in Christo, persequutionem patiuntur. Vnde iam te persuasum esse velim, vt nolis per mollia & blanda vitæ tuæ cursum peragere, nolis vitiis & voluptatibus pacato animo indulgere: sed manu semper apprehende ea, quæ difficilia & aspera sunt, vt per semitam virtutis recto tramite ad culmen gloriæ valeas peruenire. Secundò aduertas, nè vnquàm difficultatis causã à bono incepto discedas: quia nõ sine labore ascẽditur ad montana loca. Nam Saluatoris est dictum. Arcta est via, quæ ducit ad vitã.
Mat. 7. Huius nanque difficultatis & laboris considerationẽ à bonis inceptis gradum retrahit. Israelitæ etenim audientes fertilitatem terræ promissionis gauisi sunt valde, & se ipsos pa-
Num. 14. rauerunt ad possidendum eam, & ad præliandum: at postquàm difficultatẽ & laborio sum ter inspexerũt, ingẽti timore sũt percussi. Tertiò scias oportet nõ satis esse vt omnia tibi sint prospera & felicia, & q̃ nihil tibi desit: sed

sed etiam est per necessariũ, vt fratrum & vicinorum tuorum curam semper habeas: vt & in laboribus & afflictionibus eos consoleris, & in necessitatibus liberali, & amica manu eis subuenias. Abiit Dauid, vt visitaret fra-
25. 17. tres suos in prælio constitutos, & interfecit
27. Goliam. Abiit etiam Ioseph, vt inuiseret fratres suos: & quanuis prius venditus fuit, inde tamen consequutus est sedem regni. Licet etiam aliquando vitam contemplatiuam relinquere, vt actiuæ possis ministeria præstare. Etenim etsi contemplatiua excellẽtior sit actiua, nihilominus multoties propter eõ modum proximi eam licet deserere. Vt est exemplum sacræ virginis, quæ vt visitaret Elisabeth contemplationem reliquit. Nec intelligas magis meritoriã semper esse contẽplatiuam vitam, quam actiuam. Huius autẽ rei ratio est, nam meritum charitatis perpendiculo mensuratur. Vnde cùm aliquis ità feruidus in Dei amorem actiuo operi possit incũbere, alijs verò remissè & tepidè contempla-
9. tioni vacare: inde manifesto elicitur eo casu actiuam vitam suis gradibus contemplatiuã antecellere. Hinc fit vt beatissimus Paulus dicat, se velle à suauitate contemplationis abduci propter salutem fratrum, quibus prædicãdi munere maiorem diei partem consumebat: quod quidem actiuæ vitæ præclarum excrcitium est, & magnum pietatis & misericordiæ opus. Hæ duæ nanque vitæ ita mutuis officijs sẽ adiuuant, vt nequeat contemplatiuus dici, qui actiuæ non succurrerit, videns proximum in necessitate constitutum.
¶ Quinto loco curandum tibi est, ne dona tibi à domino collata parca manu tuis fratribus communices. Ne tibi contingat, quod ser-
Mat. 25. uo illi in euangelio, qui damnatus fuit, eo quòd talentum à domino traditum abscondit. Ad cuius rei recordationem te facile adducet pulchritudo & ornatus cœli, Sol, luna, stellæ, arbores, & denique vniuersæ creaturæ, quæ omnia sedulo ministerio, & sui creatoris nutui obediunt, & nobis suas virtutes cõmunicant. Cur igitur dedignaberis tu, eruditione & doctrina tua alios instruere, non recordatus Pauli dictum: dispensatores sumus
1. Cor. 4. ministeriorum Dei? Non dicit, domini sumus, sed dispensatores. Volunt beatissima virgo domum Dei communicare sanctis Zachariæ & Elisabeth: vt eius aduentu Ioannes spiritu sancto adimpleretur, & vt Zacharias & Elisabeth spiritu prophetico clari essent.

¶ Vt autem intelligas Deo esse seruiendum non repidè aut ignauè, subdit statim euangelista virginem abiisse. *Cum festinatione.* Quid verba hæc sibi volunt, vt virgo honestissima, itineris inimica, cubilis amatrix, cum tanta festinatione proficiscatur? Certè id altissimo mysterio non vacat. Ex omnibus, quæ protinus & incitare & inuitare nos deberent, vt in domini obsequiũ diligentes essemus, id vnum est, cùm videamus pro eximio suo in nos amore, eum pigrum esse ad vindictam sumendam: liberalem autem & magnificum in venia condonanda. Nam cùm primum primus noster pa- Gen. 3.
rens in delictum incidit, inquit scriptura, ꝙ deambulabat dominus ad auram post meridiem: quando venerat sumpturus de scelere vindictam. Non dicit scriptura, quòd currebat, sed ambulabat: vt intelligas, pedetentim, & plusquàm testudineo gradu incedere, cũ vult supplicium infligere. Cuius rei exemplum videre licet. Nam cùm esset in animo Gen. 19.
grauiter in Sodomitas animaduertere ad Abraham loquitur, & fit illi obuiam: vt pro tã iniquo populo roganti. Cuius voluntatis signum euidentissimum est, vt dixerit, quòd si decem iusti in ciuitatibus illis inuenirentur, se relicturum illas ciuitates liberas & incolumes. Et cùm decreuit vniuersum aquis diluuij subuertere, centum annis ante subuersionem id Noẽ manifestauit. Et Pharao- Gen. 7.
nem septies monuit priusquàm in mari ru- Exo. 14.
bro illum submergeret. Et Niniuitas etiã pri- Ione. 3.
monuit & misit ad eos sonam prædicaturũ. Contrarium autem morem obseruat, cùm tendit sua misericordia cum aliquo vsurus: festinat, accelerat solicitus & anxius tendit. Nã Zachæo dixit, Zachæe festinans descende. Luc. 19.
Quare cũ festinatione: quia tendebat ad iustificandum peccatorem: in his autem quæ spectant ad misericordiam non opus est mora. Et impio illi ac nefario Iudæ dixit. Quod Ioan. 13.
facturus es, fac citiùs. Cupiebat iam piissimus redemptor pretiũ nostræ salutis persoluere. Et ipse dũs ait. Baptismo habeo baptizari: & Luc. 12.
quomodo coarctor donec perficiam illum? Act. 2.
Loquebatur de sua passione, & redemptione nostra. Sic spiritus sanctus repentè descẽdit super Apostolos eos sanctificaturus. Nec id silentio prætereundum quòd centum & Gen. 8.
quinquaginta diebus diluuiũ durauit, paucis verò aquæ defecerũt: vt ostẽderet se magis promũ esse ad miserendũ quã ad flagellan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum, & vix ferre possit semper in punitione
Esa. 41. persistere. Et Esaias inquit. Prædicare annum placabilé domino, & diem vltionis Deo nostro. Vbi elegantibus verbis iam videris, vltionem vnica tantum die claudi: expiatione verò & misericordiam per anni spatium. Exo. 34. Quod etiam idem Esaias confirmauit dicens. In momento indignationis abscondi faciem meam à te: & in misericordiis sempiternis congregabo te. Perpendas autem, quomodo indignatio per temporis momentum duret: misericordia autem sempiterna sit. Nec mirum si dominus promptior sit ad miserendum quàm ad vindicandum. Nec mirum etiam si piget & cum tarditate ad puniendum abeat: ad condonandum verò cum properatione. Nam si lapidem sursum velis in altum ædificium collocare magnis ingeniis, machinis, & sumbus opus est. Quod si in centrum vsque velis eam proijcere, non alia vt indiget, nisi vt à manu excidat, cũ grauis natura deorsum sit tendere, leuis autem sursum. Ita sanè sicuti lapidi proprium est nulla facta mora descendere: ita Deo proprium misérationibus vti. Vnde ecclesia sancta diuino spiritu gubernata domino canit. Deus, cui proprium est misereri, semper & parcere. Peccatoribus irasci, & in
Esa. 28. eos animaduertere, opus Deo alienum est, vt inquit Esaias: quia ei aduentitium est ratione transgressionis mandatorum. Ideò quasi coactus, & nostris flagitiis exigentibus dolens punit, vt ipsemet per Esaiam inquit. Heu consolabor super hostibus meis: & vindicabor de inimicis meis. Ratio autẽ cur dominus proprium sit, misereri, ea est: quia ad completam rationem effectus misericordiæ non requiritur actus, vel meritum nostrum, sed solùm quod Dei est. Ad rationem autem effectus iustitiæ, demeritorum exigentia requiritur. Ideò proprium est ei parcere & miserere, alienum autem punire. Vnde idẽ Esaias hoc domini ingenium clarioribus verbis expressit dicens. Egreditur Deus de loco suo, dum punit. Et Ieremias in Threnis dicit non ex corde suo abiecisse filios hominum. Diligens itaque est dum miseretur. Hac de causa virgo beata properat in domum Zachariæ cum festinatione. Mouebat Christus gressus matris vt festinanter incederet, quia ibat ad parcendum peccata. Ad quid ô beata virgo cum tãta festinatione properas? Non certè vt aliquẽ occidas, non vt vindictam sumas: sed vt par
Esa. 21. catur, & vt misericordia vratur. Ingenium hoc est filij tui, vt festinanter pergat ad condonandum, quod idem à te non esse alienũ existimo. ¶ At nos ad nihil aliud videmur
Thre. 3. voluntatem Dei cognoscere, nisi vt in omnibus & per omnia aduersarij illi simus. Velocissimi nanque sunt pedes nostri ad vindictã de illatis iniurijs reposcendam, ad debita exigenda: & vt appetitus nostri semper adimpleantur, & vt voluptatibus nostris latissimus pateat campus. Diligens mercator surgit primo mane, vt diuitias sibi cumulet. Impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes. Et alius, vt illatam iniuriam vindicet, noctu diuque in cogitationibus euanescit: ità vt velocissimo cursu vadat ad effundendum sanguinem. Et sapiens inquit. Pedes impiorum ad malum currunt. Et Ieremias. Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium. Mirum enim est videre quot quantique sunt, qui vel vno die, imò vnica tantum hora multos & varios ascendunt equos, vt celerius, vt breuius, & vt maiori impetu in infernum prolabantur. Currentes properant à peccato in peccatum, & mille fœditatum & abominationem genera inueniunt, vt grauiùs contra se Deum incitent. Ità currunt vt brauium constitutum videatur ei, qui priùs ad illum miserum & infœlicem locum appulerit. Vt autem Deo seruiant, non est opus meis dictis, vt videas quàm segniter se habeant in via mandatorum domini. Non ità faciebat ille, qui dixit. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et Paulus, vt moneat nos in via mandatorum domini esse incedendum inquit. Sic currite vt comprehendatis. Sed iam vlterius progrediamur vt innotescat nobis, quo tam properanter sacra virgo abeat. *In ciuitatem Iuda.* Vbi erat domus Zachariæ. *Et intrauit in domum Zachariæ.* Quisenex & mutus erat. Vt nobis fiert exemplum eos, qui recta valetudine fruuntur, iturus esse, vt videant, vt consolentur, & vt subueniant ægrotis & indigentibus. Ità vt in nobis adimpleatur illud. Non te pigeat ministrare infirmo, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Et expende quod dicit, intrauit. Ingrederis tu domum amici vel familiaris tui nulla licentia impetrata, aut vt plerunque contingit hospite insalutato. At ignoti domũ vt inimici, pri? ad fores pulsas & clamas,

Ità

Ità dominus domum Zachariæ iusti ingreditur sine pulsatione tanquàm domum familiaris iui: quia ianuam apertam inuenit. At peccatorum ianuas prius pulsat, & foris ad postes stat, expectans & rogans an velint illi aditum præbere, vt amicitiam cum eis ineant. Vt facilè videre est in illo Apocalypsis loco. Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, &c. Fœlix ille nuncupari potest, qui portas animę suæ patentes habet vt Deum excipiat. Et verè beatum enim dicere possis, qui in corde suo nullum obicem posuerit, vt dominus dignetur ingredi: tamen sunt multi eiusmodi ingenij & conditionis, ad cuius fores per multum temporis spatiũ dominus clamat, nec ipsi aditus datur. Quòd si nos tanta dona & beneficia, quibus quotidie afficimur, vel aliquo obsequij genere pẽderemus, videremus certè quomodo amicorum suorum domos dignetur visitare, cùm nec vocatus, nec inuitatus fuerit. Imò ipse est qui maximis bonis cumulaturus, nos inuitat, vt videre licet in hoc sacro euangelio Lucæ, vbi legitur ad Zachæum dixisse. Hodie in domo tua oportet me manere. Sic etiam in domum Marthæ & Mariæ tendebat, vt beneficio hospitalitatis gauderent. Ità nec Zacharias nec Elisabeth dominum inuitarunt, vt ad eos veniret: ipse tamen gaudens & libens proficiscitur: nam eius moris est vt semper maximam & solicitam curam adhibeat erga eà, qu? suorum amicorũ sunt. *Et salutauit Elisabeth.* Quid dixerit, Euangelista non explicat. Sed ego crediderim alterum duorum dixisse. Pax vobis: vel, Pax huic domui. Primo salutandi modo vsus est Christus: secundum autem ipse docuit discipulos, vt ingredientes aliquam domũ eo vterentur. Hoc verosimile videtur, quia vt inquit Augustinus, prius beatæ virgini fuit Christus magister, quàm filius. Et ideò quod postea docuit discipulos, docet & nunc matrem. Et si discipulis dixit. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: quantò potius id modo faceret, cum diuino spirito matris lingua moueretur? Filius loquitur per os matris, & sicut postea ipse dixit, pax vobis, ità & nunc. Hæc nostra salutatio debuerat esse, & hic loquendi modus: sicut Paulus multoties, vt inquit in epistolis suis salutabat. Mundi, heu, vanitas Christi sermonem suffocat, & stultus iam habetur & irrideturqui ad exemplum Christi loquitur. ¶ Vbi virginis matris pietas iam venit multis nominibus prædicanda, quæ tantum sibi sumit laborem, vt congratuletur Elisabeth de Ioãnis cõceptione. Nanque vera pietas potius congaudet de fœlicitate aliena, quam studeat iactare suam. Vnde diuino incensus amore Paulus dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Nec mirum si regis summi mater militis matrem salutet, & ministret: vt sanctissimis humilitatis documentis nos instituat. Quia humilitatis magister inquit. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester seruus. Quod faciebat Paulus cùm dixit. Cùm liber essem ex omnibus, omnium me feci seruum. Quod idem pijssimus redemptor adimpleuit qui de se ipso inquit, Non veni ministrari, sed ministrare. Et iterũ. Ecce ego in medio vobiscum sum tanquam qui ministrat. ¶ Verùm enimuero hæc salutatio non tam dicenda est virginis ad Elisabeth, quam Christi ad Ioannem. Sed non potest non factum istud me ipsum in admiratione rapere. Id nanque quod prius fecit Christus post incarnationem fuit Ioannem visitare. Nec dubitandum est, captum fuisse dominum Ioannis amoribus: quando quidem protinus vt humanam induit vestem ad ipsum accedit. Rex Assuerus maiori fuit amore prosequutus Sulam ciuitatem, quam reliquas omnes sui imperij, ea tantum ductus ratione, quia regni sui principium fuerat: vnde singulis annis ibi omnibus splendida conuiuia solebat facere. Dauid etiam nimio amore ciuitatis Sion tenebatur, & ita speciali priuilegio illam suam esse vocabat, quia prior erat, quam ipse acquisierat: & ita arcam fœderis eo tulit, vt arcæ præsentia, benediceretur ciuitas. Id nanque quod magis diligimus, & maiori ipsius amore tenemur, maioribus afficimus beneficijs. Sic prior ciuitas quam dominus expugnauit fuit Ioannes Baptista, & sui regni principium: & ità gratior & dilectior regi Christo præ cæteris alijs fuit. Nonne magnum quidem regem primo mane surgere ante ortam lucem iturus ad visitandum seruum? Magnam certè familiaritatem videtur exprimere. Nonnè satis est seruum accersere? Non equidẽ, si dominus nimio ipsius teneatur amore. Ità dominus sua præsentia Ioãnẽ visitat: nec id immerito, cùm dixerit angelus eum magnũ esse corã domino. Hæc enim

Mat. 20. Luc. 22. 1. Cor. 9. Mat. 20. Hester. 1. 2. Reg. 5. 2. Reg. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt. 4. est differẽtia inter mediæ plebis homines & magnates: quod ad magnatum & nobilium domos vadit magister, eos docturus: alij verò domum magistri petunt. Christum doctu rum Apostolos ipsi sequuntur relictis retibus & domibus: at in domum Ioannis magister cælestis properat, vt eum doceat. Vbi iã vides, quomodo dominus cum Ioanne agat tanquàm cũ magnate & principe regni sui. Vnde in maximam admirationem rapiebatur sanctissimus Iob, cùm dixit. Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid? &c. *Quis* Iob. 7. est, ô Christe sancte, iste Ioannes, qui cùm sit homo tot tantisque honoris ornamentis à te afficitur? Ad cuius cor nullo verborum strepitu & murmure ità loqueris? quem ità diligenter & sollicitè inquiris, vt ante diluculum illum visites, vt rectè admiretur Iob (visitas eũ diluculo) nec in his gradum sistas, sed subito probes illũ? *Quod* si inquirat aliquis, quomodò probatur Ioannes, intelligat ità probari, vt Christi honor in ipsius manibus fuerit Ioan. 21. constitutus. Ecclesiam dominus commisit Petro, & suum vicarium illum constituit: & ma Ioan. 19. trem suam Ioanni Euangelistæ credidit, cor Matth. 27. pus suum Ioseph ab Arimathæa, crumenam Ioan. 12. suam Iudæ: at honorem (qui totius humanæ vitæ pondus est, & quo nihil pretiosius, nihil excellentius, aut pulchrius hominibus existimatur) Ioanni Baptistæ tradidit. Nanq; cùm Ioan. 1. rogatur, sit ne ipse Christus, clarè & verè respondit, non esse: imò nec esse dignum, vt soluat Christi cãlciamenta. Quod si interrogationis affirmatiuam partem astrueret, nihil dubites, protinus ipsum tanquàm Christum coli & suscipi. Vbi iã videris quòmodo Christi honor totus ab ore & responsione Ioannis pendeat. *Et factum est.* Ac si dixisset. Accidit vel contigit. *Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth exultauit infans in vtero eius.* Cùm 1. Reg. 16. spiritus domini malus exagitabat Saulem (vt legitur in primo regum) accipiebat Dauid citharam, & statim spiritus nequam ab eo recedebat. Sic Christus velut alter Dauid accipiens vt instrumentum sanctissimam matrẽ, labia ipsius mouendo propulsauit à Ioãne spiritum nequam: & sic ad virginis salutationẽ exultat infans in vtero repletus spiritu sancto. ¶ Vbi iam expendere libet quàm magnũ beneficium domini fuerit incarnatio Christi, cùm voluerit spiritus sanctus tanto cultu & obseruantia per hunc puerum manifestari & celebrari. Docemur itidem, quid singuli facturi simus maiores natu, & ætate perfecti, quandoquidem inter breues corporis angustias puer iste clausus talem habuit obseruantiam. Exultauit gaudio, ità vt externis corporis signis internum gaudium demon- rauerit. Si rex sanctus Dauid coram arca 2. Reg. 6. domini constitutus canebat & saltabat: quo iubilo, quibus gaudiis credendum est virginem sacram, & Christum à Ioanne fuisse ac- Luc. 2. ceptos? Si gaudisus fuit Abraham, hunc diem in spiritu videns: qui iam præsentem eundẽ habebat, quid credas eum fecisse? O quàm diligens seruus diuus Ioannes appellari potest: qui cùm nondum cœlum & terram vi- Virgo 28. disset, iam cœli & terræ creatorem adorabat. Vix erat ei spiritus vitæ, & iam inerat spiritus gratiæ. Insinuauit illi gratia, quæ natura nequiuit attingere: & latentem in vtero regem, parentis euangelizauit eloquio. Ab vtero matris præcursoris, officio fungi incipiebat: nam cùm esset homo, ostendens Iesum Ioã digito dixit. Ecce agnus Dei. Sic modo cùm intueretur illum oculis animæ, corporis obsequio eundem demonstrauit: & quem verbis salutare non potuit, prophetico cognouit spiritu. Sicut enim in horologiis solaribus contingit, vt cùm index vitio ex alia qua parte laborat, cùm primum à magnete tangitur, statim correctus ad septentrionalem polum vertitur, certam horam designans: sic beatissimus Ioannes in ventre matris delitescens, Spiritus sancti gratia tactus, digito Saluatorem indicat, & tempus iam aduenisse, in quo mundum perditum visitandum esse censuit, cùm & rationis vsus ipsi diuino beneficio fuerit acceleratus. Vnde & ipsius pater Zacharias cum eo loquens dicit. Tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis enim, &c. Sed miraberis forsitan quod de rebus tanti ponderis & momenti cum puero agat, nec puer cùm sit de puerilibus sit sermo: at neutiquam mirari oportet: quia etsi Ioannes infans erat non eum latẽt, quæ proferuntur à patre. Nanque quod multi viri iusti & sancti fecerunt adhuc ad senectutẽ peruenientes, ipse diuinitus adiut⁹ à matris vtero præstitit. Mirũ etenim nõ est, quòd quis ad triginta vel quadraginta annorum numerum accedens, iudicio & intellectu polleat: at si his in vtero matris vtatur, omnem prorsus admirationem superat. Contingit enim frequenter, vt aliquibus viginti annis natis iudicium accedat, aliis triginta, aliis verò

verò quadraginta: alijs verò post sexaginta & septuaginta nondum illud contigit. Nec mirum si post tempus, hoc cùm iam senuerint, ornati incedant, compti, & perpoliti, & in id dementiæ & stultitiæ genus lapsi sint, vt mulierum amatores efficiantur. At nostro Ioanni priusquam nasceretur iudicium contigit, & vsus illius. Ab vtero materno dominũ cognouit, & cubiculario ministerio præcipuo regi gloriæ Christo deseruiuit in cubiculo virginalis vteri conclusus. Vnde de eo canit Ecclesia. Ventris abstruso recubans cubili, Senseras regem thalamo manentem. Sed mirabile est, quod sequitur. Hinc parens nati, meritis vterque. Abdita pandit. Quemadmodũ enim antiquitùs accepit dominus de spiritu Moysi, quẽ inter septuaginta viros diuisit: sic modo de spiritu Ioannis accepit, quem parẽtibus suis impartitus est. Tantum Moyses & Ioannes apud dominum meruerunt, vt ipsi alijs etiam spiritum meruerint. Itaque non quia parentes Ioannis Prophetæ fuerũt, ideò & Ioannes propheta fuit: sed è diuerso intelligere debes. Et ex abundantia gratiæ filij partis aliquid in parentes redundauit, ità vt in sequentibus verbis subditur. *Repleta Spiritu sancto Elisabeth.* Nihil mirum si Christi aduẽtu & ipsius præsentia diuino spiritu, & multis alijs donis repleatur. Nam si olim dominus præsentia Iacob multa bona contulit Laban, & præsentia Ioseph largitus est multa Putifar: quanto potius Christi aduentu repleri debet Spiritu sancto Elisabeth? Et ità. *Exclamauit voce magna & dixit.* Ex plenitudine internæ deuotionis in altas voces prorupit: nãque ex abundantia cordis os loquitur. Qui Deum secum habet, de Deo loquitur: qui verò Saranæ spiritum, blasphemat, malè dicit, peierat, & proximi sui famam ignominiosis verbis intingit. Quilibet enim homo suo sermone satis apertè demonstrat, qualis sit, aut quo ducatur spiritu. Sicut æs sono cognoscitur quale sit, & an habeat aliquod metallum, quod rationi sonitus non bene adaptetur: & quemadmodum, si intus horologij rotæ benè compositæ sunt, etiam cymbalum foris debitum sonitum emittit: ità etiam homo verbis rationi rectæ dissonis clare demonstrat in tus nullum ordinem in conscientia habere. At Sancta Elisabeth, vtpote quæ plena erat Spiritu sancto, in domini laudes prorumpit: necnon sanctissimæ matris eius. *Benedicta tu in mulieribus.* Sunt mulieres benedictæ in no uo testamento propter donum & aureolam virginitatis: & in veteri testamento propter fœcunditatem. Vxor tua sicut vitis abundans Psal. 27. in lateribus domus tuę, &c. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Sed tu ô sacra virgo maiorem benedictionẽ es adepta: quia & intacta virgo existis, & fœcundissimæ prolis mater. Vnde in Cãticis dicitur. Omnia po Cant. 7. ma noua & vetera seruaui tibi. Pomum vetus est, matrem esse: pomum verò nouũ esse virginem. Aliæ mulieres vel virgines sunt, vel matris munere funguntur, & propter alterũ benedicuntur: sed tu alterutram benedictionem attingis, quia mater es, & virgo. ¶ Non Ser assump. virg. solum autẽ inter omnes benedicta, quia mater est, & virgo: sed quia vt beatus Hieronymus ait, cæteris virginibus præstatur gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Solent omnes virtutes diuisæ reperiri in cæteris mulieribus: sed in vna Maria omnes simul tanquam in cumulum conuenerunt. Nam si de hac re discursum velis facere, nulla tibi tanta naturæ & eloquẽtiæ subsidia contigerint, vt possis fœlici pede rẽ ità difficillimam pro sui magnitudine & excellẽtia exprimere. Etenim si vrbanitatem & humilitatem quæras, inuenies alteram Rebeccam à qua cùm famulus ille Abraham aquã Gene. 25. efflagitasset, respondit, se non solum illi, sed etiam camelis omnibus libenter concedere. Si animi constantiam & iudicium ad gubernandum expectes, quis hac præstantiori modo habuit, quam Debora, Iudith, & Esther: Iudi 4. quæ imperatorũ officijs functæ sunt? Si pru- Iudith. 14. dentiam, quis maiorem quàm Abigail? Si ho Hesther 5. spitalitatem, nulla maior quã in Raab, & Sũ- 1. Reg 25. namite. Et in nouo testamento Lidia Purpu Iosue. 2. raria, Thabita, Priscilla, & mulieres illæ, quæ 4. Reg. 4. Christum sequutę sunt insignibus virtutibus Act. 9. floruerunt. Paulus laudat Saræ fidem, quia si Act. 18. de concepit sterilis: sed dignior laude est sa- Luc. 8. cra virgo, quia Sara risit, & virgo credidit Angelo. Et ideò dixit ei Elisabeth, Beata quę credidisti. Istæ mulieres singulæ singulis virtutibus excellentes fuerunt: sed virgo Maria omnes, quas temporis obliuio non deleuit, quæque in posterum venturæ sunt facillimo negotio longo interuallo superat. Nanque ipsa sola omnes gratias, quas reliquæ habuerunt dispersas in cumulum comparauit. Quemadmodum egregius ille pictor Zeuxis graphicè & appositè volens Iunonis figuram depingere omnibus virginibus Agrigentinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

inspectis, quinque illarum elegit, ex quibus quod præstantius & pulchrius erat penicillo expressit, vt imaginem absolutam & perfectissimam effingeret: ita dominus pro admirabili sua sapientia omnes fœminarum perfectiones & gratias visus est in virginem matrem cumulasse, cuius splendescens corona vniuersum mulierum opprobrium abstulit, in qua sola plus reperitur eximia laude dignum, quam in omnibus vt vituperetur.

Cant. 6. Itaque excedit longo discrimine beata virgo reliquas alias mulieres, quarum laudes à sacra pagina decantantur. Vnde spiritus angelici alter ad alterum admirati dicebant. Quę est ista quæ ascendit, pulchra vt luna, electa vt sol, &c. Sedes solis in medio planetarum habitat: tres subtus se habet, tres verò supra se. Ità sanè altiori ordine supra virginem nihil aliud pulchrius constitutum est, nisi diuinæ illæ tres personæ: sub se verò tres angelorum hierarchias habet, & omnia quæ à domino effecta sunt: ideòq; præstantior angelis & hominibus. Sic ascendit in montana Iudæa pulchra vt luna, electa vt sol, & terribilis varia virtutū supellectile circūmunita. Et ideò meretissimò laude eximia inuēta est in ter omnes mulieres. ¶ Ex quo loco iam aliud documentū tibi suboritur, vt sæpe probos laudibus afficias, & eorum virtutes insignibus ornamentis prosequaris. Nam Angelus & beata Elisabeth spiritu diuino repleta in

Eccle. 44. virginis laudes prorumpunt, & illam benedicunt, illud Ecclesiastici recordati. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. Sed de his vberior alibi continget sermo: nunc autem historiam prosequamur, & dictis Elisabeth aures accomodem⁹, quę vlterius addit. *Et benedictus fructus ventris tui.* Quę verba Angelus nō protulit, quia tunc nondum beata virgo filium Dei concepérat: sed expendas obsecro differentiam. Nā Mariam benedictam appellat cum limitatione & restrictione inter mulieres dicens: at verò ipsum Iesum benedictum dicit, sine aliquo termino, sine limitatione, nulla denique facta collatione. Vbi obseruabis, quod quando Deus in peccatū Adæ animaduertit, male-

Gen 3. dictionem intulit in serpentem: homini autem non maledixit, sed terræ propter eum. Cuius rei mysterium est, nam dominus benenouerat se aliquando sumpturum carnem, quapropter humanam naturam noluit male dictionis nota inurere: fructus enim virginis multis benedictionibus erat afficiendus. Præterea Christus secundum vtranque naturā benedictus est, quamuis diuerso modo. Nam quatenus diuinitatis est compos per naturā benedictus est & sanctus: iuxta illud. Benedictus es domine Deus patrum nostrorum. Secundum verò humanam naturam per gratiā dicitur benedictus quonā plenitudo gratiæ ipsi fuit collata nullis terminis, aut mensura clausa. Sed id aduertas, quod fructus non benedicitur propter arborem, sed arbor propter fructum. Vnde Christus non matris causa benedicitur: imò mater ipsius causa, absoluta & perfecta benedictione decoratur. Quā propter coniunctio, &, valet pro, quia. Acsi diceret: Benedicta tu in mulieribus, quia benedictus fructus ventris tui. Consueuit nanque scriptura coniunctionē, &, accipere pro quia, vt hic: & in Marci Euangelio, vbi dicitur. Annuntia illis quanta tibi fecerit Deus, & misertus est tui, id est, quia misert⁹ est tui. Et in Psalmo. Da nobis auxiliū: & vana salus hominum, id est, quia vana salus est ab homine. Et Esaias. Tu iratus fuisti: & nos peccauimus, id est, quia nos peccauimus. Et in Ioanne habetur, Christum dixisse, scio illum: & mandata eius seruo. Sic etiam illud intelligēdum esse puto. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, id est qui in terra pax: quæ contigit probona Dei voluntate erga homines, aut hominum erga Deum. Quem locum ità interpretatur Gregorius Nisenus in homilia natalis domini. *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?* Quemadmodum Ruth mirabatur, quādo venit ad Booz, dicebat enim. Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos: & nosse me digneris peregrinam mulierem? Petrus etiam expauescens Christi præsentiam dixit. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et Centurio, ipsius maiestatem admiratus dixit. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meū, &c. Sic sancta Elisabeth cum solis & Lunæ claritatem intueretur, suæ paucitatis venit in cognitionem: & ità his verbis exclamat. Vnde hoc mihi? Duos humilitatis modos esse comperimus. Alterum ad quem deueniunt serui & ministri fustibus & flagellis icti, quæ humilitas tribulationum, & persequutionū causa in eis nascitur: quæ potiùs humiliationis (vt ita loquar) & abiectionis nomen meretur, quam humilitatis. Alter est nobilis & vrbanus, qui non tantum coactione, & vi fit, quan

quantum boni hominis arbitrio. Hanc humilitatem habuit beata virgo, Ioannes, & Elisabeth. Mirantur aliqui diuum Ioannem, cū ità humilis, ità sanctus & omnibus gratiosissimus fuerit: sed ego in maiorē admirationem rapior, quare humiles non sumus, quando ità peccatis & flagitijs sumus detenti. Peccatori nanque facilè erit suum humilitatis fontem inuenire, quia in medio sui locatus est. Tamē in his, qui innocenti & immaculata vita vixerunt, vt Ioanes & Elisabeth, vnde hoc principium & ortum habet? A Deo quidem, & è cœlo manat & à consideratione diuinæ potē tiæ & magnitudinis. Animaduertas rogo id virorum proborum & rectorum ingenium: nam quæcunque ipsi habent & possident, omnia existimant à Deo sibi tradita esse, nihil que boni suis viribus comparasse. Si ferrum igne accensum eum ipso igne vellet competere: vtique diceret ignis: quod tibi mutuatum & emendicatum à me est, depone: & statim videbis, quantum valeas, & quousque tuæ se extendant vires. Sic viri sancti & iusti quanto sanctitatis & iustitiæ magis participes sūt, quanto Dei altiorem cognitionem sunt asse quuti: tanto humiliùs & abiectius de se ipsis iudicant & sentiunt. Quocirca sanctissimus & humillimus Iob dicebat, Oculus meus videt te, propterea ego in cinere & fauila pœnitentiam ago. Quia domine vidi & cognoui quam magnus & potens sis, propterea me ipsum puluerem iudicaui. Gloriatur quis maximè de suis natalibus & aliquod imperium habere videtur: at si iste ad regis vel imperatoris curiam accedat, statim suæ miseriæ & amentiæ in cognitionē venit, nec vllam collationem cum his, quę diximus habere. Nobilis quippe si à propria patria non recesserit, magnum se existimat, & potentem: in curia verò nemini notus sit, paruiducitur & habetur. Ità nimirum quantumuis aliquis homo potentissimus & ditissimus sit, si cum domino velit comparari nomen potius amentis & insipientis subibit, quam aliquid faciat, ex quo vel minimum laudis sibi comparet. Nam cum longo discrimine à Deo distemus, ideò fit, vt nostra æstimatione & iudicio plurimi ducimur: & hinc superbia nostra ortum ducit: tamen si ad diuinum illius fontis lumen accedamus, nihil nos esse fatebimur. Vnde factum est, vt qui iustiores & sanctiores erant, potissime de humilitate gloriabantur: tanto enim quis sibi humilior videtur, quanto propinquior & coniunctior est Deo; Sic Abra- *Gen. 19.* ham. Loquar ad dominum meum, cùm sim puluis & cinis. Vnde fit, vt beata Elisabeth cū sanctissima esset, ita humiliter & reuerenter loquitur. Quia repleta Spiritu sancto ipso inspirante matrem Dei cognouit. Edocta nanque diuino spiritu cognouit illam & hominis & Dei esse matrem: quo fit, vt tanta reuerentia & obseruantia puerum & matrem coleret. At tu cùm Deum ignores, nulla obseruatione & reuerentia erga illum vteris. Velut rusticus & egrestis, qui obuius in agro regi fit, nulla veneratione illum afficit, cùm incognit⁹ illi sit. Anima nostra multories ipsum Deum contemnit: quia altitudinem ipsius non attigit, nec vnquam quis sit, cognouit. Nobilis autem, qui semper & regem alloquitur, & in ipsius ministerio diu vixit, maxima veneratione & reuerentia ipsum regem veneratur, cùm & illum cognouerit, familiariter egerit, & denique cum nimio ipsius amore teneatur. Sic viri sancti & iusti, vtpote qui in regia aula nutriti & educati humiliter ipsum colunt: at peccatores, qui admodum similes sunt rusticis hominibus in syluis educatis, quibus semper custodia porcorum sibi cura est, Deum & dominum suum despiciunt, & ipsum nulla vrbanitate prosequuntur. At beata Elisabeth virginis matris dignitatē cōsiderans, summa reuerētia excepit illam. Vbi discere oportet, vt non negligenter, nō ignauè, sed attentissimè virginem beatam colas & obserues. Nam si à tota cælesti curia summo venerationis studio prosequitur: quanto potiùs nos, qui virtutis sumus inops, studiosissimè illā venerari oportet? ¶ Perpende autem quòd ex verbis sanctæ Elisabeth apertè colligitur Christum redemptorem nostrum in instanti suæ conceptionis perfectum fuisse hominem: nam ista verba prolata sunt paucis diebus post incarnationem: sed si imperfecta prolis inchoatio esset in virgine, sicut & in alijs mulieribus, in quibus transeunt saltim quadraginta dies antequàm corpus infantuli organizetur, & anima infundatur: tūc beata Elisabeth, imò diuinus spiritus, qui ipsius labia mouit, non dixisset mater domini mei, sed mater embrionis. Vide etiam, quib⁹ laudibus, & encomiis sacra virgo ab Elisabeth tam breuibus & succinctis verbis extollatur. Aliqui dicunt sacros euangelistas in virginis laudibus laconismo fuisse vsos. Qui certè nulla verosimili ratione mouentur, quia

etsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

etsi in eius laudibus pauca verba cumularũt, nihilo secius hac tanta breuitate altiùs mas & heroica ipsius virtutes decantarunt. Qui bus obsecro verborum ambagibus, aut quibus eloquentiæ & facũdiæ luminibus altiùs posset extollere virginis matris encomia Lucer euangelista Matthæus, quã breui loquio illorex qui natus est Iesus, qui vocatur Christus? Quid magis supremam quid diuinius, aut excellentius de illa posset canere? Equidẽ vnico verbo id omne protulit, quod in pura creatura laude dignum inueniri potest. Sic in isto loco beata Elisabeth, cùm Mariam matrem Dei appellat, tacitè dicit virgini matri maiorem gratiam fuisse collatam, quam puræ alij creaturæ. Itaque esse Apostolum, Euãgelistam, Prophetam martyrem Angelum, Seraphin, & Cherubin, velut nihilum reputabis hæc omnia, si matris Dei dignitatem cum illis velis componere. Nec mirum si hæc constanti animo asseramus, quando nobiscum consentit Angelicus doctor diuus Thomas, qui dicit, matrem Dei infinitam dignitatem habere, propter infinitum bonum, qui Deus est. Nihil enim beatius & egregius, quam mater Dei, in quantum terminatur in Deum: quia finis & termin⁹ dignitatis virginis, deus est. Et hoc esse matrem Dei excellentiam quãdam, magnitudinem, atque dignitatẽ suprem am secum affert. Nam cùm cuiusuis mater significet illius esse autorem & principium, quanuis non actiuum sed passiuum principium sit: sic matrem Dei esse aliquo modo principium & rei causam & autorem Dei denotat esse: in quo Deus aliquo modo virgini subiectus exitit, quia eius filius est. Quocirca noster Lucas dixit, Christum subditũ fuisse virgini. Nihilominus quanuis omnia hæc dicta sint humanitatis titulo, etiam meritissimo & pleno ore matrem Dei illam appellamus: nam etsi hominem concepit, hic homo Deus etiam erat. Res equidem non parua admiratione digna: nam beata virgo vnico solo partu præcipuum locum & magis excellentem inter omnes creaturas obtinuit ità vt nihil sit illi æquale, nisi solus Deus, qui virginẽ super omnem modum excedit. Nec mireris si Ioannes in Apocalypsi illam viderit amictã sole iustitiæ Christo Redemptore nostro, & sub eius pedibus lunam: quia vniuersæ creaturæ, quæ mutabiles sunt sicut luna inferiores sunt illa. Graphicè igitur & appositè beata Elisabeth virginem laudauit, matris domini titulo, ex quo omnes excellentiæ, immunitates, gratiæ & priuilegia ipsi concessa tanquã à suo fonte & origine dimanarunt. ¶ Vbi à aduertere libet, quomodo magnum illud & diuinum incarnationis mysterium vniuersis hominibus absconditũ mutuò à duabus sanctis mulieribus explicetur & proferatur. Cuius facti non possum non magnopere mirari, cùm apud Plutarchum legerim libro de viris illustribus Catonem illum Censorinum dixisse, se de tribus facturum pœnitentiam, si aliquando per totum vitæ suæ spatium illi cõtigissent. Quorum primum erat, si mulieri alicui quod arcanum aliquando detexisset. At contrarium factum videmus à Christo, qui & sapientior & prudentior erat Catone: mysteriũ incarnationis humanæ omni sapientiæ incognitum duabus mulieribus reuelauit, & de quo inuicem ab illis confertur. Nam quando mulieres sunt prudentes, non inconuenit negotia illis pandere, cùm audiamus Ecclesiasticum dicentem. Mulier sensata & tacita non est immutatio crudelitæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sed iam opus est attendas aures Elisabeth præstare. *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo* Protinus, vt facta est vox. O quam mirum & citissimum est opus diuini spiritus. Statim, vt facta est vox. In illo instanti, eo tẽporis momento, quo vox facta est, gaudium infantis nascitur? quia statim vt vox aurium intima penetrauit, eodem temporis articulo virtus spiritualis attigit cordis penetralia audientis. Nec solùm genitricem sed & genitũ Dei amore aduenientis accẽdit. Profiliit puer nondum natus, velut occurrere gestiens domino suo, ac debitum honoris officium exhibere: & applaudens voci, quam Adam in paradiso timuit audire. Ada de plublico in absconditum fugit: Ioannes verò de abscondito in lucem gestit, vt omnibus manifestet agnum, qui tollit peccata mundi. Sẽtiens Ioannes domini præsentiam exultat: Christus lætatur illi gratiam, Ioannesque ipsi gratiam rependit ob acceptum beneficium: ità vt vterque infans inuicem certarent, alter gratiam tribuens, alter verò gratum animum ostendens ob acceptum beneficium: & in posterũ ardentissimi obsequij signa demonstrans. Quotum infantum pugna longo distat discrimine, ab ea, quæ fuit inter Iacob & Esau. Pugnabant nanque illi vter esset prius in Lucem

Mat. 1.

1 par. q. 25. ar vltimo ad 4.

Luc 2.

Apoca. 12.

cem euasurus: ar certamen istud amoris pugna est. Vbi aduertas oportet ex hoc motu Spiritu sancto reuelante matrem collegisse diuinam virturem in puerum esse infusam ob maximam reuerentiam in eius conditorem. Erat quippe Hebræis mos in diuino cultu morum corporis ex spirituali lætitia colligere. Vnde legim⁹ hac incredibili animi exultationem Dauidem coram arca domini saltasse. Existimabat nanque gloriosissimus ille vates rem dignissimam esse deposito regali sceptro coram arca testamenti tripudiare. Quãto rogo meliori iure coram arca viua oportebat externis signis, internum animi gaudium demonstrare? Nam si Magi illi (vt refert Matthæus) videntes stellam gaudio magno sunt gauisi: quid illum facere oporteret, qui iustitiæ solem verum præsentem habebat? Quod si euangelicus ille negotiator inuento thesauro præ gaudio nimio abijt, & vendidit omnia quæ habuit: quid decuit Ioannem facere, cùm iam sibi inuenisset fontem illum, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt? Quemadmodum enim Zachæus ingenti spiritus gaudio Christum excepit: sic oportebat, vt lætus & gaudens ipsum susciperet, ità vt signa interioris lætitiæ in externa prodirent: in quo motu ipsa Elisabeth Spiritu sancto reuelante cognouit Christum esse clausum inter breues virginis vteri angustias. ¶ Vbi diligenter obseruandum est, quomodo ad Christi & ipsius matris aduentum & Elisabeth & Ioannes exultant. Nemo quippe verè exultare potest, nisi Christi præsentia. Omnia læta, omnia fœlicia, tranquilla & tuta sunt Christo præsente: quia ipse perfectum & absolutum est gaudiũ animi nostri: at verò sine ipso omnia tristia & misera sunt. Nec mirum si ipse regius vates ità absentiam domini lamentetur dicens. Fuerunt (inquit) lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sed quid est in causa, quod huiusmodi lachrymas ità fuderit Dauid sanctus? Si ab ipso quæsieris, respondebit tibi. Dum dicitur mihi quotidie: vbi est Deus tuus? Nihil aliud restat miseris peccatoribus, qui propter scelera & flagitia exterminati sunt à domino, nisi suam tristitiam & solitudinem dignis lamentis celebrare. Exemplum huius rei appositissimum in sacris literis erit nobis, filius ille prodigus, qui domum paternam egressus, nihil aliud inuenit nisi famem, miseriam, & dolorem: at reuersus inuenit vitulum saginæum, tympana & choreas. Ità sanè peccator si à domo domini fugerit: non valebis numerare quot ærumnas, quot miserias, quot calamitates & angustias sibi paratas habet. Verùm si ad paternam domum in animo fuerit reuerti, omnia gaudio plena sine dubio inueniet. Sed quid de te dicam insane, qui per huius mundi deuia & peritura lætitiam quæris: cùm fieri non possit, vt in his vera lætitia & gaudium possit consistere? Reuertere, reuertere, ne ità cæcus in miseras inferni tenebras incidas: & solum Christũ quære, vbi verum iubilum, propriam sedem habet. Sed de his inferius in parabola filij prodigi continget sermo. ¶ Vlterius verò operæ pretium est aduertas, non solùm dixisse beatam Elisabeth, infans exultauit, sed addidit, in gaudio: quod quidem digna consideratione non vacat. Omnes nanque tam boni, quã mali lætantur & gaudent: sed id est discriminis, quod boni exultant *in* gaudio, mali verò minimè. Id enim de peccatoribus in Prouerbijs dictum est. Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed proh dolor, gaudet peccator quia illatã iniuriam digna compensatione vindicauit, alius verò quia obscœnum & iniquum suorum desideriorum pelagus expleuit: & tandẽ alius, quia cùm diuitias sitibundus concupisceret, eas sibi comparauit. Sed vt vera dicam, hiæ lætitia & exultatio vana est, quæ à rebus infirmis & perituris suam originem ducit: exultatio autem iusti firmum & stabile subsistenticulum habet in gaudio interiori rectæ & immaculatæ conscientiæ. Vnde Paulus. Gaudium nostrum (inquit) hoc est, testimonium conscientiæ nostræ. Ideo enim mundi gaudium nullius momenti est, quia infirmum sibi iacit fundamentum: quo fit, vt citò cadat & arescat. Defuit Ismaeli aquæ, qui filius erat Abrahæ secundum carnẽ: tamen Isaac non defuit, quia filius spiritualis erat. Mundi solatia & gaudia carnis facile carnalibus hominibus finiũtur: tamen iustorum gaudia fontes sunt aquæ viuæ perpetuò scaturientes, sicut putei Isaac, qui nunquam exhausti sunt. Vana enim mundi oblectamenta & voluptates minimè animi interiora attingunt. Nam si adusta febri laboranti guttas minimas aquæ dederis, vt palato satisfaciat, nequaquam sitis extinguitur, imò magis ac magis videtur exardescere: quippe nimius calor guttas illas minimas prius consumit, quam ad stomachum perueniant. Ità non dissimiliter malos & flagitiosos

1. Cor. 1.

Gen 16. Gene. 36.

Cant. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sos mundi voluptates non satiant: quia non vlterius, quã ad corporis sensus pertranseũt. Nam si homini fame perenti ciborum multitudinem in pectus conijceres, vtique famẽ illius non subtraheres quia cibus in loco suo non est repositus. Quodquidem manifesta ratio conuincit, cùm fames intra ipsum hominem sit, cibus autem exterius adsit. Sic nimirum gaudium & voluptas & omnia ista bona mundi in corporis sensibus sunt, quæ perfectam lætitiam non generant: at gaudium animæ quia ad cor peruenit, perfectum est, & ideircò iusti exultant in illo, quemadmodum Ioannes: quæ quidem exultatio propria est iustorum. Sed iam illam vlterius procedẽtem audiamus. *Et beata quæ credidisti.* Virtutis fidem in ipsa cõmendat, quæ veluti annulus est, quo anima Chro cõungitur: quã beatissima virgo Dei genitrix & sponsa gloriosa mirabili & supremo modo habuit. Nã cùm fides lumen quoddam sit animæ nostræ in caligine mundi huius degenti, clarum est beatam virginem præ omnibus fuisse illuminatã, quando fidei lumine super omnes illustrata fuit. Beata autem dicitur, quia credidit: quia cognitio per fidem, inchoatio quædam est cognitionis beatæ in patria: ipsum quoque credere ex charitate meritorium est beatitudinis cõsummatæ, & ad illud dirigitur tanquã meritum ad præmium. Quemadmodũ enim clara & apertu visio summi illius rerum omnium conditoris in ciuitate illa sanctorũ patriæ beatitudo dicitur: ità sanè cognitio fidei & beatitudo viæ, quia imnum est beatitudinis, beatitudo nuncupatur, quæ auriga est ducens nos in ciuitatem illam Hierusalem cœlestem. Sicut enim fructus in virtute sunt in semine: sic in virtute continetur beatitudo nostra, & felicitas in fide. Omnium primum est credere, vnde diuinus amor continuo proficiscitur & deriuatur: amorem verò ipsa opera sequuntur: ex operibus verò in diuina amicitia factis felicitas & beatitudo nostra consurgit: quo fit vt merito credentes beati dicãtur. Vnde facillimum est colligere fidei cognitionem præstantiorem esse, quacunque alia scientiarum & rerum omniũ notitia: quia hæc nullam felicitatem stabilem secum afferunt, illa verò beatos in patria cœlesti nos efficit. Qua ratione ductus spiritus sanctus in *Cant. 1.* Canticis Ecclesiam laudat dicens. Meliora sunt vbera tua vino. Multum interest inter lac quod infantulus ex matris vberibus sugit & vinum: quia quando vinum bibimus continuò nobis intotescit quem colorem sortiatur album sit necne, vel rubrum, vel flauum: at puer neutiquam percipere potest cuius coloris sit lac. Omnes humanæ scientiæ veluti Philosophia, Astrologia, Cosmographia, & scientiæ illæ, quæ de rebus humanis tractant sunt veluti vinum, quæ & ipso experimento cognoscuntur. Nam si tibi dixerit Philosophus, nihil esse vacuum in natura vel cœlum esse rotundum, vel minimam stellam maiorem esse terra: vel alias similes propositiones, nullo modo illi fidem adhibebis, nisi id tibi firma ratione probauerit. Itaque quãdo his propositionibus assentiris, oculis interni ipsius intellectus eas cõspicis: nam alias, non præstares illis fidem. At si fidelis homo dicat tibi Deum esse trinum & vnum, si huius rei rationem petas, nulla tibi reddetur, quia trinitas in diuinis nulla ratione naturali tibi probabitur. Eodem pacto neque aliquis tibi probabit vlla ratione naturali quantumuis subtili & peregrina aliquem articulum fidei, Et ideò aduertere oportet fidem esse veluti lac, quod ex vberibus sanctissimæ nostræ matris Ecclesiæ sugere oportet, captiuantes intellectum in ipsius obsequium. ¶ Sed núquid puer dicit matri, cùm ab ea proprijs vberibus lactatur, vt ostendat illi cuius coloris sit lac? minime. Sic nimirum tu nulla ratione licet, vt ab Ecclesia postules, quid est, quod credis, aut quomodo id proprijs oculis cognosces. Sed potius audire debes principem Ecclesiæ Petrum tibi dicentem. *Quasi modo* geniti infantes sine dolo lac concupiscite. Bene igitur & eleganter inquit. Meliora sunt vbera tua vino. Acsi clarius diceret. O sancta Ecclesia catholica, quod filijs tuis docendũ proponis, omni scientia præstantius & excellentius est. Fides igitur melior est, quam reliquæ omnes scientiæ naturales. Sed iã id percontari libet quã ratione præstantior, & excellentior sit? Ea sanè, quia in fide & propter fidem digni sumus præmio, alijs verò scientijs nihil meremur. Sed si à me roges, si Lunã dixero maiorem, quam terrã esse, idque probauero tibi ratione naturali: si meis rationib⁹ assenseris, mereris aliquid? Nihil prorsus. Quòd si eadem in natura nihil esse vacuum dixero, & manifesta experientia tibi comprobauero: quia mercede ob id rogo ero dignus? nullã certè. Tamen si Deum optimum maximum, dixerim tibi mortem libẽ animo sub-

ijsse,

isse, & mortuos iterũ debere resurgere, quid mereberis? summam illam fœlicitatem. Meliora igitur sunt vbera tua vino: quia meliora sunt ea, quæ homines beatos faciunt, quam illa, quæ fœlices reddere nequeunt. Beata igitur Maria, quæ credidisti, & assensum præbuisti his, quæ omnem prorsus humani ingenij capacitatem superabant. Beata enim es, quia hæc tua fides initium est illius beatitudinis, quam postea tãto Angelorum gaudio, & cœlestium spirituum iubilo consequutura es. ¶ Sed iam etiam opus est aduertere, beatam virginem non laudari ab Elisabeth ob grandem diuitiarum suppellectilem, aut propter mundi huius prosperitatem: quemadmodum consueuerunt facere mundani, & amentes homines, qui dixerunt. Beatus populus cui hæc sunt: sed eam commendat ob eximias, & admirabiles virtutes, quæ in ipsa relucebant, & præcipuè de fide, quæ radix est omnium aliarum virtutum. At multò aliter mundus, qui carnis pulchritudinem laudat, vitia & peccata, vt solet facere scurræ & gnatones, qui principum & magnatum pessimos mores eximijs laudibus prosequuntur, vt eorum bonis stomacho suo satisfaciant. ¶ Itidẽ obseruandũ est in hoc loco, quod ex his, quæ hic loquitur sancta Elisabeth, ostendit perfectum habuisse spiritum prophetiæ. Triplex namque est (vt optimè explicat D. Gregorius) spiritus prophetiæ: de præterito, de præsenti, & de futuro. De præterito prophetauit Moyses cùm dixit. In principio creauit Deus cœlũ & terram. De futuro Esaias dicens. Ecce virgo concipiet & pariet filium. De præsenti verò cùm Paulus dixit. Si autem omnes prophetant intret autem quis infidelis vel idiota, cõuincitur ab omnibus: dijudicatur ab omnib⁹, occulta enim cordis eius manifesta fiunt. Cũ dicit, occulta cordis eius manifesta fiunt, ostẽditur per hunc modum prophetiæ spiritum non prædicere quod futurum est, sed quod iam est. Rectè prophetia dicitur, nõ quia prædicit ventura: sed quia prædicit occulta. Ventura enim res venturo tempore occultatur, præsens autem cogitatio absconditur in latẽti corde. Est enim prophetia præsens, cùm res quilibet non per animum, sed per absentem locum tegitur, quæ tamen per spiritum denudatur, & ibi sit præsens prophetãtis animus, vbi per præsentiam non est corpus. Nam Giezi longè à propheta recesserat cùm Naamã Syri munera percipiebat, cui tamen idẽ propheta dixit. Nonne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Itaque manifestò colligitur beatam Elisabeth de præterito prophetasse, cùm dixit. Beata quæ credidisti, scilicet, verbis angeli. Nouit enim illustrata diuino Spiritu habitum colloquium inter angelum & virginem. De præsenti verò prophetiam explicuit, cùm dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Nanque diuino spiritu cognouit illam, quam oculis intuebatur, esse matrem Dei & hominis. Prophetiam etiã de futuro pandit, cùm virgini nunciauit, adimplenda esse, quæ angelus illi promiserat, dicens. *Quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi à domino.* Quia verbis angeli integram fidem præstitisti, omnia dicta tibi ab Angelo suo rẽpore à domino complebuntur. Obserua autem quòd ex fide duplici modo procedunt opera perfectionis & miraculorum. Primò per dispositionis modum, quia fides est dispositio ad operationes perfectas, & naturam transcendentes. Quippe grande & superbum ædificium nequit stabiliri, nisi priùs firmissima fundamenta fuerint iacta. Oportet igitur fidem stabilem permanere, in eo, qui perfectis operibus illam corroborauerit. Ideircò *Psalm. 32.* diuinus vates. Omnia opera eius in fide. Quia verò Maria firma stetit in fide credens angelo nuncianti ex parte domini, inde factũ est, vt in ea diuina & mirabilia opera facta fuerint. Alio modo proceduntopera per modũ meriti. Nam multorum fides meruit, vt Christus in eis operaretur & exterius & interius: vt videre licet in Magdalena, Cananæa Centurione, Paralytico, & in multis alijs, qui pro *Luc 7.* pter fidem in pristinam valetudinem sunt re- *Mat. 15.* dacti. Sic etiam beatissima virgo fide meruit, *Mat. 8.* vt in ea perficerentur quæ dicta sunt ab an- *Ioan. 5.* gelo. Optimè igitur hæc diuina miracula tribuit fidei beata Elisabeth, dicens. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea. &c.

¶ Sed iam rogo quid erat quod adhuc restabat perfici, an non iam erat mater Dei? Audi. Octo dixerat Angelus virgini Mariæ, & vnũ tantum cùm hæc loquebatur ei Elisabeth erat adimpletum: alia verò septem adimplenda & perficienda erant. Primùm dixit Angelus, Ecce concipies in vtero: quod iam peractum erat. Secũdò dixit, & paries filiũ: quod adimpletum fuit in Christi natiuitate. Tertiũ dixit, Et vocabis nomen eius Iesum: hoc impletum fuit in eius circuncisione. Quartùm

dixit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit,hic erit magnus: quòd sanè tunc temporis factum est, quando Christus insignia miracula faciebat & prædicabat:nam tunc effectus est magnus coram hominibus, qui dicebant. Propheta magnus surrexit in nobis. *Luc.7.* Quinto loco dixit, Filius altissimi vocabitur: quod factum est,quando Petrus, Martha, & *Mat.16.* Centurio dixerunt illum esse filium Dei.Sex *Ioan.11.* to subdidit. Et dabit illi dominus Deus sedē *Matth.26.* Dauid patris eius: hoc quidem adimpletum *Mar.28.* est,post resurrectionem, cum ipse discipulis dixit.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Septimò. Regnabit in domo Iacob in æternum, quod factum fuit, cùm assumptus est in cœlum,& sedit à dextris altissimi. *Mar.16.* Octauo,dixit.Et regni eius non erit finis.Re- *Psal.144.* gnum eius (vt inquit Dauid) regnum omniū seculorum:quod sanè quotidie videmus adimpleri,nam Christus per seculorum omniū immortalitatem, supremus iudex regnabit. Vides igitur quā rectè dixerit Elisabeth,perficienda esse in Maria ea quæ dicta sunt ab angelo,cùm ex omnibus vnum tantum, idque primum opere esset completum?Nunc ergo beata virgo si in te laudamus silentium,& solitudinem:videas obsecro optime à sapiente *Eccle.3.* dictum, tempus loquendi, tempus tacendi. Modò iam ô beatissima virgo tempus est loquendi,ne diuinis in te collatis beneficijs videaris ingrata.Nam si Anna mater Samuelis post sterilitatis opprobrium,quia conceperat prophetam,laudauit dominum & canticum cecinit dicens,exultauit cor meum in domi- *1.Reg.2.* no:quanto potius tu id facere debes,qui prophetarum doctorem,& summum totius vniuersi opificem genuisti.Cecinit Debora can- *Iudi.5.* ticum domino:cecinit,& casta Iudith pro vi- *Iudi.16.* ctorijs,nunc &tu primas non feres inter omnes tuo mirabili cantico. *Et ait Maria.* Canūt sancti,& celebrant suum dominum propter summa beneficia in eos collata, sicuti Dauid qui psalmos composuit, & beatissima virgo: nos verò sicut ingrati & immemores beneficiorum domini ea silentio inuoluimus. Expē de etiam quòd ante Ioannem prophetat Elisabeth,& ante ortū saluatoris prophetat Maria. Quia sicuti peccatum incepit à muliere, & deinde descendit in virum:sic & principiū salutis à mulieribus habuit ortum. Itaque ne forsitan ingrati animi sacra virgo argui posset, vtpote quæ gratum & promptum animū super omnes domino suo semper ostendit, in ipsius laudes concinit. *Magnificat anima mea dominum.* Si tu sancta Elisabeth me ipsam laudibus affers, si magnis me celebras encomijs: verùm cùm sciam me nihil boni habere,vniuersa ista quæ tu in me conijcis, ego in dominum meum refero: ipsumque immensum & summum dominum fateor.Deū magnificare dicimur,cùm ipsius maiestatem,sanctitatem, & diuinitatis suæ altitudinem nostris verbis, & operibus ostendimus. Vnde fit quod impij dicantur sanctum nomen domini polluere: quoniam quantum pro vitibus possunt illum,dedecorant & inhonestāt, Itaque magnificamus Deum,siue Deus magnificatur in nobis,non quod ei aliquid accrescat: sed quia magnificatur in nobis per actus nostros diuino suo iuuamine affectos. Regis nanque imperium non in ipsius persona, sed in subditorum obedientia consistit. Sic dixit Esaias. Erit sicut seruus dominus,& sicut ancilla domina eius. Illi igitur, qui non tantummodo sunt contenti obsequio & obedientia domini,sed vlterius gradum mouēt, exhibentes ei alia excellentiora officia,ij sanè magnum & potentem dominum faciunt. Quo fit,vt rex sanctus dicat. Acceder homo ad cor altum,& exaltabitur Deus. Etenim vniuersis naturæ bonis renuntiare,& nihil de futurum iudicare magnanimi & excellentis viri cogitatio est. At verò mundani homines abiectum & infirmum animum habent, custodientes hæc bona sicut pupillam oculi, & existimantes sibi omnia de futura,qui Deum ipsum terminis & mensura claudūt de ipsius potentia desperantes. At verò quando quis virili animo rebus omnibus huius mundi cōtemptis patria substantia,parentibus & amicis posthabitis religionem ingreditur,tunc tē poris magnificatur: quia magis illum suspicimus & veneramur. In maiorem & excellentiorem dignitatis altitudinem Deus non potest ascendere:tamē aliquo modo potest crescere in famulis & seruis suis, si illorum numerus magis ac magis crescat, & multiplicetur. Imperium nanque quidam respectus est creaturarum ad dominum: & sicut creaturæ nō sunt æternæ,ità nec dominatio in Deo est æterna:quia Dominus quis non dicitur, nisi seruū,& famulitium habeat: & ità Deus crescit in imperio suo,quando homo ipse in obedientia domini crescit & augetur. Beata igitur Maria omnes suas potentias offerens domino suo,& exhibēs ipsi quantam poterat obedientiam,magnificat & extollit domini imperium.

perium. Et ideò vocauit illum dominum & non Deum, quia eius dominium magnificatur,non autem maiestas,nec deitas. ¶ Secundò,quia ante incarnationē eius dominiū brevioribus terminis claudebatur:quia notus in Iudæa Deus:sed post incarnationem magnificatus est super omnem terrā. Idcircò agens beata virgo de incarnatione,per quā notus factus est Deus per totum orbē, magnificat & prædicat ipsius dominiū. ¶ Tertiò cùm Christus imago sit Dei inuisibilis,& anima nostra imago sit illius: cùm illum cognitione & operibus veneramur, tum imago nostra in nobis grandis efficitur & ipse dominus in nobis magnificatur.Nec mirum si Maria hoc fecerit exemplo sanctissimi Dauidis:qui dixit. Magnificate dominū mecum, & exaltemus nomen eius in id ipsum.Sed cùm singula verba huius cantici dignissima sint consideratione,operæpretium erit ea expendere. Anima (inquit)mea:& merito cū Deus potius mente & animo,quā voce sit laudandus, iuxta illud Pauli. Cātantes in cordibus vestris Deo. Vnde etiā dicebat. Psallā in spiritu, psallam & in mente. Magnificat(inquit) anima mea. Quia lingua balbutiens est,vt tāta in me collata beneficia possit numerare: ideò interiorem animi affectum in agendis gratiarum laudibus offero. Anima inquit mea. Quasi diceret.Mirabilia quæ Deus protulit, in meo corpore exercebit: sed non infructifera erit anima mea apud Deum. Conuenit nanque mihi & voluntatis fructum producere. Nam quanto ampliori doceor miraculo,tanto maiori vinculo teneor eum glorificare, qui talia in me operatur. Vbi docemur Deum potius laudandum esse animo & mente,quam corpore.Sed multi habent vocis & oris orationem tantum,non autem cordis, quibus dominus dicit. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.Similes admodum sunt isti leoni illi, quem Sanson interfecit, qui habebat in ore mel: & ipse non comedebat, sed pater eius, & mater & ipse Sanson. Sic multi modo canunt suauiter in choro, & habent mel in ore:sed ipsi non percipiunt internam animi dulcedinem:imò potius si aliqui sentiunt, seculares sunt venientes ad Ecclesiam,qui spirituali lætitia gaudēt: sicut Sanson & parentes eius, qui comederunt de melle oris leonis, ipse vero leo ieiunus mānsit. ¶ Sed iam modo aduertere debes beatam virginem nō fuisse suam animam exhortatam,vt Deum magnificaret: sicut legimus Mariam sororem Moysi feciſſe: quę pro *Exodo.15.* uocans alias mulieres dixit. Cantemus domino,glorioſè enim magnificatus est.Neque vti Dauid, qui in plurimis psalmis exhortatur & inuitat animam suam, vt velit Deum laudare.Vt ibi.Lauda anima mea dominum. Et *Psal.145.* iterum.Benedic anima dominum. Et sępius *Psal.102.* ait in psalmis.Benedicam dominū in omni tē- *Psal.33.* pore.At beata virgo non dixit,lauda,magnifica,seu benedic, sed magnificat: quia ipso actu in illo instanti erat laudans & benedicens dominum:nam auditis his,quæ dicebātur ab Elisabeth,& visis illis mysterijs in domo Zachariæ sanctissima ipsius anima in dominum suum erat transiata:quod fuit in causa ne esset opus se ipsam incitare in domini sui laudes. Obserua etiam non tantum dixisse, Magnificat anima: sed addidit,mea. Nanque ille solus potest dicere anima mea, qui immunem illam habuerit ab omni scelerис & flagitij contagione. Nam etiam si multi existiment se animam habere, fallūtur omnino:quia pro mundano amore, proque vanis & perituris voluptatibus illam vendiderunt. Amor quippe distrahit amantem propter rem amatam: ità vt amans non sit suus proprius, sed potiùs illius rei, quam studio & amore prosequitur. Quocirca præ- *Mat.22.* ceptum est à domino, vt illum super omnia diligeremus:non autem ob id, quia amoribus nostris indiget,sed ob id solum, quia de nostro lucro, de vtilitate, & honore agitur. Quia cùm voluntas ociosa esse non possit, cumque necessium sit aliquid diligere: fit consequens quòd quando diuitiārum amore teneris,animam tuam pro opibus vendis, cumque ipsa pretiosior sit omnibus mundi opibus pro vili stercore illam mutuas: tanquam puer vberibus matris lactatus,qui lapidem pretiosum contēnit,si pomum ei offeratur.Quam ob rem præcepit dominus, vt illum toto pectore,& totis animi viribus diligamus, vt hanc miseram mutuationem tollat honoris, quam in nobis mundus efficit, qua quidē & fallimur & decipimur.Idcircò, si animam tuam thesaurum pretiosissimum, Dei comporem & participem pro miseris voluptatibus tradidisti: iterum eam redde domino suo, vt vel ità non solùm ore, sed etiā anima tua ipsum dominum magnificare possis,tanquam re & possessione propria, cuius dominus es. ¶ Notabis præterea vlteriùs nō

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisse beatam virginem, Magnificat anima mea filium, sponsum, vel Deum, vel dominũ meum: sed absolutè dixit dominum. Vbi intelliges psalmum istum altissimis mysterijs non vacare, & vnumquodque ipsius verbũ proprium pondus secum habere. Non dicit virgo sponsum filium, aut patrem, quanuis singula & omnia verè dicere potuerit: sed tãtum dicit dominum, vt in omnibus & per omnia laudes proprias fugeret. Etenim si dixisset dominũ suum, humilitatem tacuisset: si autem dixisset sponsum, patrem, vel filium, multum laudis sibi adscriberet. Idcircò dominum appellauit, quod ad seruum & ancillam respectum habet: quod etiam nomen quãdam vilitatem & abiectionem secum importat. Dicens dominum, se ipsam ancillam vocauit. Et quemadmodum respondens angelo dixit, ecce ancilla domini: ità modo in suo Cantico non dedignata est id nomen sibi sumere. Dominum etiam dixit absolutè, quia non est loquuta de aliquo domino, qui aliquam huius mundi partem possidebat: sed de illo de quo est scriptum. Dominus

Hester.13. vniuersorum tu es: & in ditione tua cuncta

Sap.1. sunt posita. Dominum itidem dixit, vt suam mentem ad illius timorem & reuerentiam excitaret: quia initium sapientiæ timor domini. ¶ Age & tu vt Deus sanctus, & omnipotens sit dominus tuus. Quid obsecro tibi proderit si vniuersorum sit dominus, super te verò nullum habeat dominium? Multi nanque sunt, qui illum in Deum habent, non autem in dominum. Credunt etenim Christiani illum esse Deum, & illum tanquã deũ verum adorant: sed diabolum habent dominum, cui obediunt, cui inseruiũt, & ad nutũ obtemperãt. Sed id obsecro, vt quẽadmodũ Deꝰ tuus est, ità & sit dñs: & tũc erit dñs tuus, si ipsius mãdata sedula diligentia obseruaueris, si in omnibus & per omnia illi placere studueris. Meritò quidẽ regius vates inquit. Beatus cuiꝰ

Psalm. 143. Deus, dominus illorum est. Beatus populus, qui habet Deum in dominum. Vt igitur omnia dicta in cõpendium redigamus: quia primus fructus spiritus est pax & gaudium, & virgo sancta torã sibi auferat spiritus gratiũ: meritò subiũgit. *Et exultauit spiritus meus.* Id est, anima rationalis. Idẽ sonat anima & spiritꝰ, sed anima dicitur eo quod viuificat corpꝰ. Vnde fit, vt vitæ integritate & sanctitate hęc Deum magnificat, qui fecit illam. Dicitur autem spiritus, propterea quòd cœlestia & altissima contemplatur, cuius est proprium in Deo exultare. Anima enim talem vim habet, vt possit se à corpore segregare, atque in deũ suum conuerti: & tunc in spiritum transit, & tunc vocatur spiritus. Quod si ab igne similitudinem velis accipere, cum ignis ligno admouetur, vt in id possit agere, primum ad id se applicat & extendit vt illud inflãmet: deinde verò curat, vt ab ipso separetur, vt seorsũ in spherã suam euolet. Sic anima dum vitam corpori præstat illi se communicat, atq; ob id tũ temporis multũ corporeæ naturæ esse videtur: verùm dum separatur à corpore tanquam in propriam naturam couerta, tanquã fortissimus spiritus alta & sublimia petit diuina charitate incensus. Atque spiritus hic est acumen ipsius rationis & quodammodo intellectu superior, quo in primis ipse Deus à nobis percipitur. Sic apostolus distinxit inter spiritum & animam cum Thessalonicensibus dixit. Vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Vnde per spiritum intelligere possumus præcipuam & potissimam hominis partem, qua diuina percipit: anima verò ea pars dicatur, quæ naturales exercet ratiocinationes: corpus verò affectus, qui nescio quid corporeum sapiunt: qui nisi regantur & frenentur, hominem ipsum ferum & immanem reddunt. Quam ob causam apud eundem Paulum reperies, alios homines spirituales appellari, alios animales, alios verò carnales: spiritualem dicit omnia diiudicare, ipsum verò à nemine diiudicari, vtpote cuius mens diuinis illustrata fulgoribus omnibus superior sit. Animalem verò qui ductum rationis sequitur: tamen caret diuinis & supernaturalibus illustrationibus: quales fuerunt ethnici illi philosophi, qui quanuis multa acutissimè & sapienter excogitarunt, non tamen illam supremam diuini spiritus altitudinem assequebantur. Quo fit, vt diuus Paulus dixerit. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Carnalis verò dicitur, qui contempta & pro nihilo habita ratione affectus immoderatos carnis sequitur. Quare eos carnales appellabat Paulus, qui æmulationibus & contentionibus operam dabant. Cùm in vobis (inquit) sit æmulatio & contentio: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quod si hæc ità se habẽt quantũ existimas procul esse à diuino spũ eos, qui carnales sunt, & nihil aliud quam

quam carnẽ & terram sapiunt? Discamus ex beatissima virgine Deum nostrum & animam
1.102. & spiritu summis laudibꝰ prosequi: ità vt possimꝰ verè cũ regio propheta canere. Benedic anima domino: & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Omnia interiora nostra, cor, animam, mentẽ, & affectus domino Deo nostro offeramus. Discere etiam nos oportet Deũ omni tẽpore laudare, corde, ore, & spiritu. Paulus naq; & Silas ardentissimi in diuino amore per mediæ noctis silentiũ, quando corpora in quiete debebãt esse, tũ tẽporis in Dei laudes erũpunt. Et tres pueri in camino ignis inter medias flãmas cõstituti, studiosissimè Deo benedicebãt. Et patientissimꝰ ille Iob in ipsa rerũ omnium & filiorũ iactura, generosa illa verba protulit. Dñs dedit. &c. Nec lo
nas in ventre immanis piscis clausus, est oblitus nouo hymno Dei magnificentiã prædicare. Vnde Esaias inquit. Confitebor tibi dñe cũ iratus es mihi. ¶ Exultet itaq; spiritus Mariæ in Deo: hæc enim exultatio est futuræ vitæ quoddã pignus & representatio: de qua scribitur. In æternũ exultabis, & habitabis in ea.
149. Et rursus. Exultabunt sancti in gloria, lætabũtur in cubilibꝰ suis. Exultationes Dei in guttu
re eorũ. Nã exultare in Deo non possunt nisi qui se toros illi dedicauerũt: & idcircò vt statim videbimus salutare suũ appellat, quod in scripturis sacris frequẽs est. Vt, lætabimur in
9. salutari tuo. Et, sup salutare tuũ exultabũt ve
6. hemẽter. Et, ab ipso enim salutare meũ. Et in
2. Cãtico Annæ. Letata sum in salutari tuo. Quã exultationẽ & lætitiam insanus mundus nõ intelligit: qui in rebus pessimis lætatur & glo
Pb. 2. riatur. Sic gloriabatur Artaxat in ingenti copia diuitiarum, & in multitudine quadrigarũ suarũ. In hoc breuissimo vitæ nostræ tẽpore gaudere & lætari in mũdi voluptatibus fatuum est, insanire potius est, quã aliud facere. Qui certè admodũ similes sunt ei, qui cũ phrene
si grauissimo morbo infestẽtur iam proximi morti delirio capitis rident & cachinnantur. At forsitã hæc exultatio beatæ virginis prouenit ex aliquo mundi honore: quo afficitur: ex carnis aliquo falso oblectamento: Ex generis nobilitate: Ex formæ eximia pulchritudine, vel ex mundi prosperis & fœlicibus? Nõ equidẽ, sed. *In Deo salutari meo.* Quod gaudiũ est in Deo tanquã in obiecto, causa, & fine, non autẽ in se neq; in aliquo alio. Quo fit, vt Apostolus dicat. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et iterũ. Gaudete in dño semper, iterũ di
co gaudete. Sic Dauid in psalmo. In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Alij in auro & argento, alij in vestibus, alij in possessionibus, alij in agris: in diuersis deniq; habẽt singuli suas delectationes: sed vir sanctus in via testimoniorũ Dei delectatur. Itaq; beatæ virginis non solũ anima, sed etiam spiritus exultat in Deo salutari suo. Melius equidẽ ipsa quã Dauid posset dicere. Cor meum & caro mea exultauerunt in deũ viuũ. Quod quidẽ magnum priuilegiũ est in
storũ, vt non solũ spiritus, sed & anima sensitiua & caro insurgãt cũ spiritu in diuinas laudes: quæ quãuis mortalis sit, tamẽ in Deo gaudet. ¶ Porrò dñs dicitur ratione gubernationis: Deus ratione creationis: & tandẽ salutare siue salutaris, ratione iustificationis. Singulari tamẽ modo fuit Deꝰ, dñs, & salutare Mariæ: propter singularia dona & beneficia illi collata. Fuit duobus potissimis modis salutare suũ. Primò quia eam solã singulari quodã modo redemit: quia ipsam ab omni peccato immunẽ tã actuali quã originali seruauit. Secũdò, quia ipsa sola dedit illũ nobis in carne, vt omnibus mederetur: vt redimeret: & vt à captiuitate in pristinã libertatem nos asseret. Vnde antonomasticè Christus virginis salutare dicitur. Quare in ipsius persona inquit *Psalm.70.* Dauid. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi: & anima mea, quã redemisti. Si enim Patriarchæ & Prophetæ sic adeò exultauerunt propter huius salutaris expectationem, & Abrahã exultauit vt videret diẽ hũc: quãtò potiori iure internis animi iubilis gaudere debuit, quæ incarnatũ iã in vtero suo hoc diui- *Ioan.8.*
nũ verbũ videbat? Sed neq; his omnibus contẽplatis, velim obliuiscaris, Deũper amorem, tuũ facere, ità, vt possis cum Abacuc dicere. *Abacuc.3.*
Gaudebo in Deo Iesu meo. Et etiã huius memor ẽsto, ne Christi sanguis pretiosissimꝰ in te pereat: sed quemadmodum pro omnibus morte libentissimè subijt, & omnium est salutare: ità tibi dominus & redemptor sit, vt ipsiꝰ crux, claui, & passio, debitam vtilitatem afferant. Nihil tibi proderit Deus nisi ad maiorem damnationem, si ipsum tanquam tuũ salutare non fueris amplexus. Omnibus Christus seipsum præbet & nemini se occultat & negat: ità vt si illum quæsieris sine dubio illum tecum habebis, & si in hoc secuto illum habueris, in sempiternum illo frueris. Itaque beatæ virginis exemplo omnis noster spiritus exultet in Deo salutari suo: totis viribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rions ipsum magnificans. Magnificet il-
lum, memoria nostra recolens ipsius in nos
diuina beneficia intellectus noster, ipsius
excellentiam contemplando, voluntas in
eius amorem accendatur: lingua & vox, eũ lau-
det. Modo autẽ causam subdit beatissimæ vir-
ginis, quare tot laudibus & encomijs ipsum
prosequatur ipsius beneficia recolens. *Quia*
respexit humilitatem ancillæ suæ. Id est, meam
exiguitatem & paruitatem. Et quantum con-
iectari possum, fuerit mea sententia sacram
virginem in hoc loco non fuisse locutam de
humilitatis virtute. Nam in Græco codi-
ce habetur, ταπεινωσιν, quod vocabulum
paruitatem sonat. Acsi dixisset clarius. Quam-
uis paruula sim & minima ancilla domini: tã-
P*sal.*112. ipse tamen adeo est humilitatis amator, vt ocu-
los coniiciat in infimam ancillam suã. Quis
enim sicut dominꝰ Deus noster, qui in altis ha-
bitat, & humilia respicit in cœlo & in terra,
hoc est, infima & abiecta respicit è cœlo, eo-
que vt cognoscamus ita esse subdidit. Suscitans à
terra inopem, & de stercore erigens pauperem: vt collocet eum cum principibus, cum
principibus populi sui. Regius spaltes de ei-
pso loquitur, quæ de abiecto humi ique cui-
custode ad apicẽ celsitudinis regni peruene-
rat. Neq; vbi dicit humilia intelligas laudabi-
lem cuiusque abiectionem & suæ miseriæ a-
gnitionem: nam vt sic non diceretur humili-
tas, sed potiꝰ superbia, seipsum prædicare hu-
milem. Sed ibi abiectionẽ & sui contemptũ
Iob.3. apud homines demõstrat. Vnde sanctus Iob
depingens genium Dei inquit. *Qui ponit hu-*
miles in sublime. Hic humiles quasi mundi
peripsema & abiectos intelligit, qui pro nihi-
lo habentur apud homines. In quo etiã sensu
illa sancta fœmina Lya contemnebatur à vi-
Genes.28. ro suo Iacob, dũ ardenti amore prosequeba-
tur speciosam Rachel. Postquàm ergo pepe-
rit Ruben, Lya dixit. Vidit Deus humilita-
tem meam, nunc amabit me vir meus. Ec-
ce humiliras ibi significat idem quòd contẽ-
ptus & abiectio erga virum suum, propter
eius deformitatem. In hoc sensu etiam su-
mitur hic quod beata virgo paulo infernus in
hoc Cantico dicit in septimo versu. Deposuit
potentes de sede, & exaltauit humiles. Si
enim per humiles ibi virtute humiliratis in-
signitos intelligeret, non vtique dixisset: de-
posuit potentes de sede, sed deposuit superbos: cùm secundum veram nominum oppo-
sitionem potentiæ diuitum huius seculi & o-

& necessitatibus constitutus ad dominũ cla-
mabat dicens. Deus, Deus meus respice in
21. me: quare me dereliquisti. Aspice rogo & o-
culos tuæ pietatis & misericordiæ ad me con
uerte: scio enim & cum his multa bona mihi
esse vẽtura. Et alibi ipse diuinus vates inquit.
24. Respice in me & miserere mei, quia vnicꝰ &
pauper sum ego. Et in Genesi dicitur. Respe
xit dominus ad Abel, & ad munera eius: idq;
propter fauorem & beneficium, quod in eũ
contulit, acceptando ipsius oblationes. Ad
Cain autem neutiquam respexit, quia illius
dona non suscepit. Itaque cùm audieris dñm
oculos suos in aliquẽ iustum coniecere, nulla-
tenus dubites ipsius aures paratas & attentis
simas esse ad exaudiendas illius preces. Vnde
in psalmo. Oculi domini super iustos, & au-
reseius ad preces eorum. Longum autem est
discrimen inter aspectum Dei & principum
mundi: fit enim vt multi homines alios intue
antur, nec aliqua bona illis tribuunt. Solẽt e-
nim ad se inuicem dicere illi, qui in curiis re-
gum versantur. An aspexit te rex? & respõdet
ille. Etiam. Veruntamen multi quotidie aspi-
ciuntur, nulli tamen aliquid confertur. Bonũ
esset & æquum vt cùm rex te infirmum aspi
ceret, ipsius visione ab infirmitate tua liber &
incolumis euaderes. Sed multò & excellen-
tior & efficatior est Dei visio: quia infirmum,
quem respicit sanat & erigit. Si pauper est,
amplissimis diuitiis auctum ac locupletatũ
reddit: si peccator & flagitiis coopertus, igno
scit & lauat: si fortè ad lapidem offendit, on⁹
releuat & fouet. Respexit Christus Petrum,
& liquefactum est cor illius, & ad dominum
conuersum. Respexit Matthæum: & protinus
ab instituto munere fuit reuocatus, & in al-
tiorem dignitatem euectus. Coniecit oculos
in discipulos piscatores, eosque vocauit: qui
relictis retibus & omnibus quæ possidebat,
sequuti sunt Christum. Respexit secum illum
à sua natiuitate: & statim visus illi restitutus
est. Respexit turbas, quæ sequebantur eum,
& ascendens in montem docebat eos dicẽs.
Beati pauperes. &c. cum quibus longum ser-
monis discursum habuit. Et alia die cùm le-
uasset oculos Iesus, & vidisset multitudinem
magnam ad eum venientem, dixit Philippo.
Vnde ememus panes, vt manducent hi? Et
deniq; necessaria illis ad victum ministrauit,
mittens illos in domos suas. Et nunc beatissi
ma virgo. Respexit (inquit) humilitatem an-
cillæ suæ. Et subdit statim. *Ecce enim ex hoc*
beatã me dicent omnes generationes. Quod si à
beata virgine interroges, quid fuerit conse-
quuta ex eo, quod suam paruitatem & abie-
ctionem aspexerit: respõdebit tibi. Ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generatio-
nes. Ac si diceret. Quia respexit me dominus
(cuius aspectus nihil est aliud quàm benefi-
ciorum collatio) hac de causa omnes, generatio-
nes me beatam dicent. Quamobrem non
incautè, imò prouidè & sapienter feceris, si
tui clamores tanti fuerint vt aures domini
pertingant, vt te velit respicere: exemplo il-
lius regii vatis, qui dicebat. Respice in me & P*salm.*24.
miserere mei: quia vnicus, & pauper sum ego.
Si illi qui negotium aliquod cum rege, vel
cum aliquo ex domesticis ipsius habent, corã
se constituunt, vt non possint non videri, ita
vt rex non sit eorum immemor, vtq; negotia facilius expediantur: quàm maiori ratione
tibi est opus, vt coram oculis domini patens
sis: vt tuis negotiis prouideat, vtq; tuæ neces-
sitati succurrat: Si pauperes, ità sese in mediis
viis diuitibus offerunt, vt vel possint in illos
offendere, & vulnera sua illis ostendunt, vt
diuites illis subueniant & misereantur: quan
tis iustioribus de causis debes tu ante domi-
nũ sistere, & vulnera, & afflictiones tuas præ-
sentes illi facere, vt sua ineffabili misericor-
dia velit tecum vti? Ne obtecro te abscon-
das, ne fugias ab oculis domini, quia beni-
gnus & misericors est: vt & in te oculos suæ
misericordiæ coniciat, & vt tuis vulneribus
possit mederi. ¶ Expende etiam, quòd bea-
tissima virgo ab omnibus benedicitur: quia
suis oculis paruula & abiecta fuit. Humilia e- P*sal.*137.
nim subleuat, & alta à lõge cognoscit, In quo
quidem non aliud docemur nisi quòd si ma-
gni esse volumus, & ab omnibus in pretio ha
beri, oportet nos sanctissimam humilitatis
virtutem amplecti. Nanque ij omnes, quos
modo mundus prædicat, quosq; summis lau
dibus celebrat & encomiis, non alia potissi-
ma & certiori via hoc dignitatis fastigium
ascenderunt, quam sanctis humilitatis am-
plexibus, fugientes vanos & perituros seculi
honores. Nemo sanè ità honore dignus est
quam is, qui ipsum honorẽ fugit: nec ditior
aliquis, quam qui minimo cum Christo con-
tentus: nec altior quis, quã qui contemni cu-
pit: nec vllus sanè (vt omnia suo perpendicu-
lo metiamur) ità ab hominũ memoria dele-
tus, vt ille qui suum nomẽ in hoc seculo æter
num esse studuerit. Grãdis quidem error est

Universidad de Deusto
Biblioteca

honorē quærere inter ignominiosam mundi huius conditionē: nanque tùm maximè confundimur vbi lucrū sectamur. Hum ilē autē Mariam, cuius gloriam mundi non sitiebat, omnes generationes beatā prædicant. Non famam aut nomen huius mundi quærebat, nec in linguis hominum sedē habere desiderabat: quo factū est, vt modo ab omnibus per seculi æternitatem celebretur. Videor nanq; mihi illud de Iosia rege, & virgini sacræ aptiùs posse accommodari. In omni ore quasi mel indulcorabitur eius memoria: & vt musica in conuiuio vini. ¶ Præterea aduertere oportet, q̄ ab omni generatione benedicitur tam ab angelis, quàm hominibus: ita vt vel inter ipsos immanes & barbaros homines cōmendetur. Omnes nanque nationes beatā & fœlicem illā prædicant: nam ex omni natione aliqui saluifiunt: dignatur enim dñs pro sua pietate singu'ari, aliquos suæ fidei diuinis radiis illustrare, vt verum sit illud. Viderūt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Ne autem beatissima virgo suis meritis videretur adscribere has tantas & tam supremas laudes, referens illas in proprium autorē inquit. *Quia fecit mihi magna.* Quemadmodum est consuetudo bonorū diuina opera magnificare & extollere, ita impiorū diminuere & labefactare Moyses vir sanctus & iustus terram promissionis maximopere cōmendauit: sed quidā impij Israelitæ dixerunt. Non dedisti nobis hæreditatē agri & vini. Virgo autem beata opera Dei in ipsa facta summis laudibus effert. Non inquit, per me aut in me fecit magna, sed mihi inquit fecit. Quod enim in ea ad omnium salutem factum est, hoc priuilegio electionis ad ipsius gloriam singulariter est ordinatū. Et idcirco dicit magna, nec dicit, qualia: quia cùm omnia Dei opera humani sensus capacitatem exuperent, inter ea omnia magnum locum obtinet sacramentū incarnationis verbi. Nihil vnquàm in vniuersō ita factum esse mirabile, quam q̄ Deus fieret homo: & qui naturæ erat incomprehensibilis, ità corporis substantiam sibi vniret, vt nec illi fuerit additum nec diminutum quidquā Hæc adeò magna sunt, vt si ea velis explicare in medio itineris gradum sistas oportet, quo vadas omnino nescius & ignarus. Nec mirū si beatissima virgo breui verborum cōpendio fuerit vsa, nā plus tacēs quā aliquid dicēs expressit. Sic diuus Paulus raptus in tertiū cælū plus dixit tacendo, quā loquēdo potest exprimere: quia lingua nostra balbutiēs & inepta est, vt in diuinorū mystriorū explicatione aliquid valeat. Vnde Esaias huius rei cōtēplatione ductus, cū eius anima plena esset dulcedine diuini spiritus, dicebat. Secretum meū mihi, secretū meū mihi. Nā internæ animi inspirationes & dulcedines illæ iustorum & amicorū Dei, melius significantur silētio, quàm si verborū ambage misceantur. Sancti quippe & amici Dei nō similes sunt hominibus huius nostræ tempestatis, qui statim vt interiorē animi lætitiam & impulsum sentiūt, iam sanctitatē ipsam videtur edocere, & omnibus continuò prædicant id, quod in oratione dñs eis communicauit. Contingit aliquando ei, qui graui dolore infestatur, vt nequeat illū exprimere, propterea q̄ ipsius grauitas sensum impedit, nē lingua exprimat quod sentit. Sic Dauid suspensam dicit orationem. Anima mea turbata est valde: sed tu dñe vsq; quoūid est, quousq; me ipsum adiuuabis, aut obliuiseris? Eodē modo in alio psalmo. Miserere mei Deus secundū magnam misericordiā tuā. Quod si ab illo roges, quid est tibi, cuius velis misereri? Nesciet exprimere, nec potest propter doloris magnitudinē. Multo ergo magis multitudo beneficiorū Dei impedit propriam narrationem. Quis obsecro sic adeò ingenio & dexteritate dicendi valebit, vt narrare possit quanta fecerit mihi dominus? Quæ sunt illa? Præ ipsorum magni udine dicere non valeo. ¶ Vbi insigne documentū tibi iam suboriri poterit, quod quanuis hæc omnia dicta sint de virgine Maria: nemo tamen nostrum est, qui non possit eadem dicere. Quia fecit mihi magna. Si res magna tibi videtur (vt reuera est) virginē gestasse in vtero filium Dei, atq; vberibus suis fuisse lactatum: cùm quædā mulier dixisset, beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Subdit ipse Christus statim. Quinimo beati qui audiunt verbum Dei. Eodem paradoxo alibi vsus est, cū dicenti, ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes loqui tibi, respōdit. Quæ est mater mea & fratres mei? Qui fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Quare si quis inuidet tātæ fœlicitati huius virginis eo q̄ fuerit mater Dei: audiat ab ipso Dei filio se posse assequi hanc beatitudinē, vt spiritualis mater sit. Ideò qui domini voluntati obtemperauerit, poterit dicere: fecit mihi magna. Nonne tecum fecit magna, qui creauit te ad imaginem

Eccl. 49.

Psal. 97.

Num. 16.

2. Cor. 12.

ginem & similitudinem suam: qui misit filiū suum de cœlo, vt te à morte liberaret, qui in vtero matris te custodiuit, qui baptismatis fonte lauauit? Sed, proh dolor, horum omniū immemores sumus, & tantum cura nobis est honoris & pecuniæ. Ait ergo beata virgo nō solùm loquens de incarnatione, sed de beneficijs quæ Deus primatim illi contulit. Magna in me cōtulit beneficia dominus: vt nisi ipsi? omnipotentiā considereres, meis dictis nō præstabis fidem, idcirco addit modo. *Qui potens est.* Nō propter mea merita voluit in me talia operari, sed quia ipse est cuncta potens. Acsi clariùs diceret. Si mea vobis conceptio in causa est, vt miremini neque eam potestis intelligere: hoc ideò fit quia potentiam domini non contemplamini. Quo circa humilitate induimini, & attendite Deum plus posse facere quàm vos potestis intelligere. Quod si neque valeris comprehendere quomodo cū sim mater, etiam virgo remanserim, & cùm sim creatura, creatoris etiam mater sim, considerate Dei potentiam infinitam, & sic vestræ hæsitationi erit satisfactum. Ille qui ex nihilo omnia fecit, qui vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt: ille in me tanta & tam præclara operatus est. ¶ Expende etiam, non dixisse beatam virginem, hoc vel illud potens, sed potens est: vt omnipotentē eum esse intelligas, qui nulla exceptione facta omnia potest: de quo quidem verissimè dicitur immensum esse. Abeant ergo modo qui de suo sensu gloriantur, quique diuina opera humana ratione discutiunt, existimantes ipsius potentiam aliquibus terminis aut regionibus posse contineri. *Et sanctum nomen eius.* Sanctum est in se, & in nobis: dum nos in nomine ipsius sanctificationem accipimus. Sed iam rogo quod est nomen eius? Vtique fama ipsius, cognitio eius, fides eius. Hoc nomen cum sanctis sanctum est: quia à sanctis magnificatur & benedicitur, ab iniquis verò & sceleratis hominibus blasphematur. Et nomen Dei per vos blasphematur in gentibus. Igitur quia magna fecit sanctificatum est nomen eius: quia dum verbum in carne mirabiliter nascitur, gloria Dei per verbum in hominibus declaratur. ¶ Aduerte autem virginem Mariam sui nominis sanctitatem cum potestate Dei adiunxisse & copulasse: quia imperium & potestas sine sanctitate tyrannis est: cuiusmodi habuerūt Pharao, Nabuchodonosor, Antiochus, Aman, & alij. Itaque Deus noster in nihilo communicat cum potentibus huius seculi: quia ipse sanctus simul & potēs est. Sanctū & terribile nomen eius. Et alibi idem propheta. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & sanctum est. Sanctitatem semper iungere oportet cum potestate: ne potestas sine virtute & sanctitate in crudelem tyrannidem euadat. Nemo enim verè de hoc magnifico & diuino opere gloriari potest: sed omnis laus & gloria, quæ inde consurgit in illius artificem reijcienda est. Docemur itidem sanctæ virginis documento magnalia Dei prædicare, & omnia suæ potentiæ adscribere, non autē nostris meritis. Gloriam in ipsum Deum debes refundere tanquam præcipuum autorem totius boni: ne vsurpare velis id, quod neminī largiri voluit, ipse enim est qui ait. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? ¶ Præterea id vnum inter omnia reliqua tibi cōmendare iubet, vt quādo diuinum nomen audis sanctum & immaculatū esse, ne tuis labijs illum polluas & dedecores: nam huius criminis maximè cōqueritur dominus (signū quidem euidentissimū, grauiter animaduersurū in eos qui sanctū nomē ei? polluunt) inquit enim. Nomen meum per vos quotidie blasphamatur. Ne accipias nomen Dei in vanū: sed audi rogo illū dicentem. Sācti estote: quoniam ego sanctus sum. Discе etiā timorem dñi in tuo corde semper obseruare, & in eo confidere & sperare, cùm audias cū potentē esse: quia vires habet vt flagitiosorum hominū peccata puniat: & vt liberet te à malis omnibus. Poterit quidem de tuis peccatis dignā animaduersionē sumere, sicut exēplo tibi esse potest sceleratus ille Pharao, Core, Datan, & Abiron, & alij multi quorū mentionem sacra pagina refert. Poterit etiā te liberare à malis, & solatiū in tuis miserijs præbere: sicut liberauit filios Israel à seruitute Ægyptiorū, Loth à Sodomitica gente, Iob ab vlceribus & calamitatibus suis, & quē admodum eripuit Danielem ab vnguibus Leonum, & tres pueros in camino ignis intactos & liberos seruauit: Dauid à persequutione Saulis, Heliam à manibus Iezabelis. Susannam à falso crimine. Petrum à carcere Herodis, & Paulum à multis periculis, ità vt in hæc verba proruperit. Sicut abundant Christi passiones in nobis, ità & per Christum abundat consolatio nostra. Potens quip

Psal. 110. *Psalm. 98.*

Iosue. 7.

Esai. 10.

Esai. 52. *Leui. 20.*

Exodo. 14.

Exo. 14. *Genes. 19.* *Iob. 42.* *Dan. 14.* *Dan. 2.* *1. Reg. 26.* *3. Reg. 18.* *Dan. 5.*

2. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pe dominus est facere omnem gratiam in nobis abundare. Nam si aliquo animi mœrore tristis es, poterit dominus hanc tristitiam in gens animi gaudium conuertere. Quod si aliquâ graui infirmitate laboras, poterit deus in ictu oculi in pristinam & antiquam valetudinem te ipsum reuocare. Si autem dixeris, te magno flagitiorum & scelerum pelago esse submersum: poterit dominus sua omnipotenti virtute animam tuam mundare. Neque vnquam tibi desperandum est in tuis laboribus & afflictionibus de diuina benignitate & misericordia: quin potius fidendum tibi est, cùm ipse sit potens ab his omnibus te liberare. Nanque multos vidimus in carceribus cõstrictos, & alieno ære grauatos, posteà in altas & sublimes dignitates euectos. Sed forsitan his dictis obijcies. Non me latet Deum infinitam habere virtutem, & facillimè posse me ab his omnibus incolumem seruare: sed maximum timorẽ id incutit, quod maximus peccator sum, & indignus sua gratia, & ità existimo me omnino à libro vitæ deletum esse, & Deum mei esse immemorem. Si his timidus & pauidus es, audi obsecro in fiduciâ & spẽ animi tui sanctissimam virginem dicentem. *Et misericordia eius à progenie in progenies.* Domini misericordia infinita est, nec aliquibus terminis aut finibus potest contineri: & ideò potens est, vt saluos nos faciat, & vt nostri misereatur. Mihi (inquit) fecit, non tamẽ soli singulariter, sed vni excellenti quodam modo: veruntamen eius misericordia à progenie in progenies. Nemo à gratia excluditur, sed per omnes gentes eius pietas & misericordia dispergitur. Vnde dicebat Apostolus Petrus. In veritate comperi, quia Deus acceptator personarum non est. A progenie inquam Iudæorum, quia salus ex Iudæis est, & opus incarnationis effecta est in virgine natione Iudæa: in progenies gentium, quia incarnationis dominicæ beneficium in totum mũdum quasi torrens variis aquarũ riuulis diffunditur. Quod quidem abditissimum mysterium regius vates illis verbis expressit. Misericordia domini plena est terra. Non dixit cœlum, sed terra: quia diuinum verbum non assumpsit carnis nostræ vestem propter angelicos spiritus: sed propter nos homines & propter nostrã salutem descendit de cœlis. Nunquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, ità vt effectus æternæ pietatis & gratiæ diuini illius pectoris ad omnem progeniem ostenderetur. ¶ Vbi aduertere oportet, quod beneficium incarnationis misericordiam vocat: quia tale & tam diuinum opus sub nullo merito comprehenditur, sed sola diuina misericordia factum est. Vnde fit vt Paulus dicat. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores, &c. Et idcirco sanctus Dauid cupiens Dei filium incarnatum videre, à domino petebat. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Ostendisti enim potentiam tuam, cùm omnia ex nihilo creasti: sapientiam mirabilem in gubernatione: rectam & sanctam iustitiam, in peccatorum punitione: at restat domine, vt misericordiam tuam, (quæ thesaurus est inexhaustus & abundantissimus diuitiarum tuarum) in filij tui incarnatione liberali animo ostendas. Et salutare tuum da nobis, qui in crucis ramis nostram operetur salutem, quique redimat nos pretiosi sanguinis sui numismate. Sic beata virgo in superioribus & sanctus Simeon salutare vocauerunt verbum incarnatum, & nobis datum: quod idem dari petebat rex sanctus Dauid. ¶ Expende etiam quòd postquam sua recolit beneficia: in hoc carmine & sequentibus magnificat Deũ pro tantis sibi & alijs omnibus collatis beneficijs. Quodquidem ingenium est iustorum, vt sic de alieno bono gaudeant, tanquam de peculiari & proprio. Quo charitatis amore Paulus accensus dicebat. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Gratias agit beata virgo pro beneficijs alijs exhibitis, quia gaudet tanquã si in ipsam essent collata. Vtinam & nos hæc eadem vestigia insequeremur, nec inuidia bonorũ proximi nostra viscera torqueret. Verùm, quia beneficium incarnationis, quanuis sufficienti virtute ad omnes extendatur: quia non extenditur ad omnes quoad efficaciam, subdit dicens. *Timentibus eum* Ac si diceret. Nõ omnes huius beneficij gratiam cõsequuntur: sed illi solùm, qui timorem domini custodiunt in cordibus suis. In hac gratia omnis homo cõmunicat, siue natione sit Græcus, siue Scytha, siue Italus, siue Hispanus, siue Gallus, siue seruus aut liber: seu denique apud barbaras gentes & in Indis extremis regionibus sit natus, dummodo timore domini eius anima fuerit exornata. Nunquid pro vno solùm Deus carnem sumpsit, & mortuus est, & non pro omnibus? Minime. Misericordia eius à pro-

Act. 12.
2. Cor. 1.
2. Cor. 9.

Act. 10.
Ioan. 4.

Psal. 118.

Hebr. 2.

progenie in progenies. Sed liber modo interrogare, quæ hæc causa, quare omnes non salui fiant, & quare omnes non ex æquo participes fiunt huius agni pretiosissimi sanguinis pro nobis effusi? Vtique quia salui esse nolunt. Quia si illuminem abundantibus aequè riuulis aliquam ciuitatem pertransiret, ità, vt sufficiens esset, vt totum extingueret & mitigaret omnium habitatorum illius ciuitatis: nullus quid? si aliquis nolet se ipsum incuruare & inclinare, vt aquam hauriret, & ità bibere posset, aliqua culpa in fluuium est retorquenda? Nullatenus. Fluuius quippe abundantissimus est, vt satiare possit omnium sitim: tantæ quantæcunque ignauiæ fuerit & negligentiæ, vt nolit capere aquam, peribit sine dubio sitiens. Sic Christus perennis fluuius vitæ & salutis omnes vocat & dicit. *Qui sitit, veniat ad me, & bibat.* Veniat, vt gratiam accipiat, & emolumentum tantæ passionis, & incarnationis. Omnes vocat, omnes recipit & amplectitur, omnibus opitulatur: fuerit tamen reiciendus in tuam culpam, nisi his tantis beneficijs potiri volueris. Misericordia Dei omnes vocat, tamen ea non omnes fruuntur nisi illi soli, qui timorem domini vigilantissimè obseruauerint. Misericordia domini (inquit regius vates) ab æterno & vsque in æternum, super timentes eum. Ab æterno & vsque in æternum, quoad sufficientiam ad omnes: & super timentes eum, quoad efficaciam. Sic prophetæ Malachias loquens de incarnatione & ortu Saluatoris inquit. Orietur sol iustitiæ, vobis timentibus nomen meum. Ea enim est solis natura, vt non solum ægrotos oculos non recreet, verùm eos vehementer offendat & noceat. Sic sanè Christi redemptoris nostri humilitas, paupertas, & sanctissimum vitæ suæ institutum, multis molestum est ingratũ & inucundum. Et idcirco Malachias rectissimè, orietur sol iustitiæ timentibus nomen meum. Quod idem beatissima virgo concinit suo diuino carmine, vt vel sic merito nemo hominum huius rei ignorantiam possit patri. Ita, vt si libenter fateamur misericordiam domini infinitam esse, & nullis terminis comprehendi: ita etiam fateamur oportet, infinitam eius iustitiam, ne forsitan in misericordiæ anchora confidentes, iustitiam contemnamus. Ne forsitan nobis contingat id, quod euenire solet illis, qui ob infirmitatem oculorum specillis vtuntur, vt res sibi maiores & grandiores appareant: quique per angustum pontem transire volunt, existimantes latum esse & ampiũ in aere pedes figunt, & ità in profundum fluuij cadunt, & obruuntur. Quod exemplum tibi adducimus, vt nec elegas desinas misericordiam nihil aliud esse nisi pro, fine quod ex hac mortali vita ad illam quæ beatissima est beatorum patria, transire non possumus. In qua si fiducia nostræ vanæ fiducię virtutis, sic ad quodcunque diuinæ misericordiæ munus gloriemur, & nil diuinæ iustitiæ timentes, procliuibus peribimus. Iuuenis, vt suas lubricis scelerum addonet, egressus in alienos pedes, &, vt ait miserum est habitatorem locum præcipitemur. In diuina igitur pietate & beneficentia ita nobis sperandum est, vt nec iustum vnquam ab ipsius nutibus alienos diuertat finis. Vnde postquam beatissima virgo diuinam misericordiam altissimo diuino partu affatim accinit, in sequentibus vbi occasionem sacpius peccatoribus adimit diuinæ iustitiæ potentissimas vires ob oculos ponit. *Fecit potentiam in brachio suo.* Ostendit iam beatissima virgo, quid Deus hoc altissimo incarnationis mysterio ergà genus humanum facere decreuerit. Superbis nanque & magnatibus huius seculi, brachium suæ potentiæ ostendit, vt eos deprimat, humiles verò & subleuet, & exaltat, & pauperes ingenda diuitiarum supellectile ditat. Quæ quidem omnia testamento diuino sæpissimè dicta sunt. Nam in veteri testamento diuinæ promittebantur dei in honorem nulla dari tantum aut opum commendatio fit, sed potius pauperum piscatorum sequela maximè commendatur. Primum itaque opus potentiæ est, robur contriuisse in brachio tuo. Vbi paucula aduertendum tibi erit, si cum spiritũ esse, nec habere brachia, oculos, aut pedes, siquidem homines: sed multoties sacra scriptura metaphoricè loquitur, vt qualem quisque cognitionem diuinorum operum æstimamus. Nam licet hæc membra referat scriptura nõ iuxta literam intelligenda sunt: sed in inuestiganda sunt latentia & abscondita rebus illis significata. Itaque cum dicit in Deo caput esse, per id intelligas diuinam essentiam, quæ omni a nullis terminis præscripta. Cum quidem aud eris oculis illum esse ornatum, scias illum talis & tam perspicacem cognitionem habere, ita vt nihil eum in latere possit: vtpote cuius oculis omnia nuda & aperta sunt. Et cũ audis auribus pollere, id intimat nullum verbũ quantuuis submissè prolatũ ab eo non audiri. Detonis auribus à sapiente dicitur. Auris Dei audit

Esa. 1.

Psalm. 76.

Ioan. 4.

Esa. 10.

Psalm. 118.

Psalm. 138.

Hebr. 4.

Sapien. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

audit omnia: & tumultus murmurationis nō abscondetur. Itaque domini brachium & robur & impetium ipsius est, quod vtrunque significat verbum, κράτος. ¶ Vbi etiam nō silentio illud est prærerendū, non sine maximo mysterio opus incarnationis virginem vocasse potentiam brachij & roboris. Etenim ea, quæ per potentiam paruam fieri possunt, etiam vel solo digito adimplere valebis. Nam è solo palcam digitō leuabis: si autem velis magnum aliquod pondus assumere, & viribus & brachus ribi erit opus. Vnde beata virgo, vt ostenderet magnitudinem & celsitudinem altissimi incarnationis mysterij, dixit dūm potentiā & virtutem suā in brachio forti demonstrasse: quia hoc non fuit digitorum opus, veluti illa, quæ in conditione & cōstitutione mundi fuerunt facta, vt creare cœlos, solem & lunam, & reliquā planetarū pulchritudinē. Quod quidem eleganter regius vates insinuauit cùm dixit. Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorū: lunam & stellas quæ tu fundasti. Deus nanque suā omnipotenti virtute minimum opus indicauit, solem, lunam, stellas, & reliquas vniuersi creaturas, vel solo nutu condere, ipse enim dixit & facta sunt: tamen diuini verbi incarnatio nullis verbis exprimi potest quanti roboris, quantæq; virtutis fuerit opus: atque ideò non opus digitorum, sed brachij Dei potentissimi esse dicit. ¶ Solet etiam ab aliquibus per brachiū, Dei filius intelligi, qui Dei robur & fortitudo patris est. Quod sanè pulchrè in psalmis ostenditur cùm dicitur. Redemisti enim in brachio tuo domine populum tuum. Et apud Esaiam, Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Et rursus idem. Parauit dominus brachiū sanctum suum, in oculis omnium gentiū. Et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Per ipsum nanq; vniuersa creauit, per ipsū redemit mundū, diaboli caput fregit, inferni portas dissipauit, cœlū aperuit: & tandē per ipsum stupenda miracula, & inaudita mirabilia operatus est. Vult igitur dicere beata virgo. Iam non erit sicut tempotibus Moysi & Iosue, quibus per seruos & ministros suos magna operabatur dominus, & vincebat Reges: iam non per manum Angeli vincet exercitū Sennacherib, sed per manum filij sui, qui robur & fortitudo & brachiū eius est, destruet inimicos nostros. ¶ Verùm postquàm Deum ratione suæ potentiæ & clementiæ cōmendauit: eū iterū cōmendat ab effectibus suæ iustitiæ. Vt autē scias in eo esse & faciē hominis, & faciē leonis, ne forte ab ipsius misericordibus ansam peccandi sumas suæ iustitiæ vires inexpertus, subdit statim. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Potenter se gessit dñs erga potentes veteris testamenti, & ad nihilum redu xit consilia eorū. An nō in nihilum redegit Babylonicos illos, qui eo superbiæ & insaniæ deuenerunt, vt dixerint: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat cælum, & celebremus nomen nostrū antequā diuidamur in vniuersas terras? Nunquid simile amentiam aliquādo audisti? Sed destruxit dñs consilia eorum. Ait enim. Venite descēdamus, & confundamus linguā eorū, vt nō audiat vnusquisq; vocē proximi sui. Eodem modo destruxit Pharaonis, Sennacherib, & Achitophelis consilia. Possumus etiam in hoc loco non incommodè intelligere superbos Iudæos, qui gloriabantur se de stirpe Abrahā descendere, & de ipsius iustitia nimis præsumebāt. Istos ergo superbos facta potētia in brachio suo dispersit mēte cordis sui. Vnde conuenienter adiunxit. *Deposuit potētes de sede.* Quia Iudæos impios, qui sedem regni habebant ignominiosè deturbauit: & humiles, hoc est, Gētiles exaltauit: quia gentes quæ abiectæ erant, per humllem confessione in consortiū regni, atq; in filiorum adoptionē assumpsit: factū est enim, vt Iudæi qui prius electi erāt, postea reprobarentur: & Gentiles, qui prius erant reprobi, postea assumerētur. Hoc itaq; profundo & altissimo cōsilio factū est, vt omnia sub peccato concluderet Deus, vti omnium misereretur. Quo circa apostolus in consideratione huius tā profundi sapientiæ pelagi exclamans, dicit. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia, &c. ¶ Obserua prætereaq; non dicit, deposuit sedes potentiū, sed deposuit potentes: quia magistratus & scientia non merentur vituperium. At superbi literati, qui se ipsos de sapientia iactāt, quales erāt illi scribæ & legis doctores, abijciendi sunt & irridendi. Super cathedram Moysi (inquit Christus) sederunt scribæ & pharisæi, quæ dixerint vobis facere facite: secūdum autē opera eorum nolite facere. Non dānat Christus cathedram Moysi, aut doctrinam: sed superbiam, & praua opera scribarū & pharisæorū. Vnde fit, quòd beata virgo non dicat, deposuisse sedes potētiū, quia sedes optima est, sed potentes

potentes dicit abiecisse, ab honoribus & dignitatibus, & eos in cinerē & faulam redegit. Conuertuntur in terram, qui in hoc mūdo res terrenas ambiūt & sectātur. Vox enim dum profertur aliquid magnū videtur, nam ad ipsam multa concurrunt, scilicet, lingua, dētes, palatū & labia: quā si rectè cōsideraueris inuenies nil aliud esse quā aērem verberatū. Sic superbi principes quādiu gubernationis sceptrū tenēt, multa concurrunt, quæ eos in sua potētia, in opibus & mundi gloria amplificare & stabilire videntur: at postquā in angusto sepulchri domicilio recondūtur, vbi veritas elucescit, cōtinuò cognosces eos, qui potentes & illustres se gloriabantur, pulueremq; & cinerem esse & vermium pastum. Quos si roges, vbi sit gloria illa & pompa mundi in qua veluti in marmoreis columnis cōfidebant: si roges, vbi sit honor & dignitas, in quorum anchoris totam suam fiducia reponebant: vbi deniq; sit tantum & tam superbū famulitiū, vbi argentea & aurea vasa, vbi lectus pretiosissimus, & eius fulcra miro artificio elaborata? vtiq; respondebūt tibi. Trā sierūt omnia illa, sicut vmbra, & tanquā nuncius percurrēs. Sic dominus solet animos superborū confringere, & eorū ambitionē deponere. Vnde Anna illa mater Samuelis in suo cantico dicebat. Arcus fortium superatus est: & infirmi accincti sunt robore. ¶ Sed forsitan non inconcinne obijciet aliquis. Si similitudo amicitiā conciliare solet, & Deus summè potens & magnus sit (vt beata virgo in hoc cātico retulit) quid est q; potētes deijcit, humiles vero exaltat & fouet? Quia mos scripturæ est in ea significatione nominibus vti, quæ hominibus in consuetudine habetur. Diuites nanq; homines appellamus eos, qui pecunias, agros, domos magnificas, & cætera huiusmodi possidēt: pauperes verò qui his omnibus sunt destituti. Potētes vocamus eos, qui dāna possunt aliis inferre, & etiā eos, qui magnis beneficijs alios possunt afficere: imbecilles verò, qui ista non valent perficere. Sic pulchros appellamus eos, qui præstanti corporis forma pollent, qui viribus & integra corporis valetudine præstāt: eos verò qui his non valent, inualidos & infirmos appellamus. Arcū illa hominē exteriorē tantū exornent & vera hominis ratio in animi bonis interris sit constituta, cumq; Deus rerū amet veritatē, cū ipse sit summa & infallibilis veritas: non reputat potentes, diuites, aut fortes eos, qui vulgo tales nominantur, quoniā vt vera loquar, nihil in se habēt talibus nominibus dignū: sed solæ illæ veræ diuitiæ dicēdæ sunt, vera pulchritudo, robur & fortitudo, quæ ipsum animū hominis illustrē condecorāt, exornāt & perficiūt. Et enim is nō verè potens & diues dicēdus est, qui infinitā pecuniæ multitudinē congestā habet in arca, cuius animus summa penuria & egestate laborat. Quid prodest (ait Salomon) stulto habere diuitias, cū sapientiā emere nō possit? Videbis sanè aliquādo hominē, qui intus nihilo ab equo vel asino differat: corpore tamen incedit purpura, bōbicino, gēmis, & auro ornatus. Nūquid appellabis hunc diuitē? Quo iure? An nō quia magnū pretiū in corpore gestat? Quod si hæc ita se habēt & meritissimò etiā poteris asinū argēto & auro onustū, diuitē & potētē appellare. Si hæc verò, quæ modo subdidi, tibi ridicula existimas, nihilominus teneris astruere, hominem omni virtute destitutū, & nullis animi bonis illustratū, ferū animal in ipsis syluis nutritū. Rursus si potentē & fortē cū dicis, qui vrbes expugnare possit, qui leones interficere, quiq; cū hostibus manus conserere audeat: ex altera verò parte eū ostēdis ita luxuria, auaritia & superbia deuinctu, vt nullo in tēpore se in libertatē redigat: in Salomonis sententiā incides, qui inquit. Melior est patiēs viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū. Merito ergo dominus huiusmodi potētes à sedibus suis deturbauit, quia istud nomē iniustè sibi vendicāt, humiles verò ad eas exaltauit: vtpote qui magni sunt apud dominū, qui nō verba, aut nomē, sed ipsa opera attendit. Verū enimuerò iā libet te ipsum exorare vt audias quid potens & diues, sed humilis Dauid dicat. Nō enim in arcu meo sperabo & gladius meus non seruabit me: sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Et iterum. Fortitudinem meam ad te custodiam. Sed mirum est, quòd cum tanta roboris & virium magnitudine pollere: vt vel ipsis manibus vrsos & leones cōfringere, nō in illa fortitudine sibi placebat, sed omnia Deo referebat accepta. Dñs (inquit) qui eripuit me de manu leonis & de manu vrsi, ipse liberabit me de manu Philistæi huius. Nō dixit: ego qui obtruncaui leonem & vrsum, etiā hunc Philistæū facilè superabo. Verè illi potētes & magni appellādi sunt, qui se ipsos intra suos terminos ita continent, vt omnē

Psalm.18. *Psalm.148.* *Psalm. 76.* *Esa.40.* *Esa.50.* *Psalm.97.* *4.Reg.19.* *Prou.17:* *Prou.16.* *Psalm.43.* *Psalm. 58.* *1.reg.17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt omnem fortitudinem suã & robur Deũ esse confiteantur, existimantes ob momenta neam accessionem diuitiarum nõ maiores, aut potentiores esse, memores cõmunis naturæ cursus. Ob quã causam patientissimus ille & ditissimus Iob non dedignabatur iudicium subire cum seruo & ancilla sua. Et sanctus patriarcha Abraham, qui ingenti diuitiarum supellectile cumulatus erat: ipse in gregem abiuit, & attulit vitulum, & illum parauit in cõuiuium: & Sara vxor ipsius subcinericios panes fecit vt peregrinis ministraret. Hi sanè licet diuitias in gentes possidebant, tamen humiles erant, & verè potẽtes: non propter externas opes, sed quia virtutibus & sanctitate erant insignes. Cum autem hæc sit vera hominis magnitudo, idcirco dominus eos tanquam magnos & potentes ad suprema illa cœlestium spirituum habitacula euexit, Eos verò, qui belluinam conditionem & arrogantiam induerunt de externis corporis bonis se iactantes in bruta animantia redigit, vt cõtigit Nabuchodonosor, qui elatus & superbiens potentia magna in hãc amentiam descendit, vt dixerit. Nonne hæc est ciuitas magna quam ædificaui in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cui protinus insonuit vox de cœlo dicens. Tibi dicitur Nabuchodonosor. Regnũ tuũ transibit à te. Videãt obsecro qui literis, opibus, & potentia fidunt, in quot miseris ignorantiæ tenebris vitam degunt: discantque si magni esse volunt in humilitate persistere.

Iob. 31.
Genes. 18.

Dan, 4.

¶Sed iam aduertas oportet, quòd plerunq; homines de tribus solent gloriari: de sapientia scilicet, de potẽtia, de facultatibus huius mũdi: vt autem scias & cognoscas quam potẽs sit dominus, nulla est sapientia, quam dominus destruere non possit: nulla potentia est, quam vel solo nutu non possit subuertere: nullæ denique diuitiæ, quas si velit non possit perdere: quod quidem beata virgo his tribus versibus aperit, iuxta illud Ieremiæ. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis. Primum horum dixit Maria cùm inquit, dispersit superbos mẽte cordis sui: secundum cum ait, deposuit potẽtes de sede, hoc est, sapiẽtes à cathedra magistrali. Tertium dixit cum post hæc in versiculo sequenti ait, diuites dimisit inanes. Hos sapiẽtes, potentes, & diuites superbos, contenuit Deus: & loco istorum exaltat humiles, & esurientes implet bonis. Ideo sequitur. *Et exaltauit humiles.* Hoc Esaias prædixit debere fieri in aduentu Christi. Incuruabitur (inquit) sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Et Anna mater Samuelis ait. Dominus suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperẽ: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Exaltauit humiles, id est apostolos, quos & cõstituit principes super omnem terram: de quibus scriptum est. Quoniã dij fortes terræ eleuati sunt vehementer. Non solũ exaltauit discipulos suos in vita illa beata, sed etiam in hac peregrinatione dedit eis virtutem calcandi serpentes & scorpiones, & super omnem virtutẽ inimici. ¶Præterea etiã ambobus oculis id intueri licet, quòd Deus aliquãdo in hac vita (vt modo retulimus) superbos humiliat, vt fecit cum Nabuchodonosore, qui ob animi elationem expulsus à regno inter bruta animantia vitam degebat ad morem illorum pascens, oculis in terram pronis, ne fortè eleuatis, iram sui cõditoris, quem summè offenderat, aduersus se prouocaret. Humiles verò exaltat, sicut Ioseph & Dauid. Quod in plurimum non fit in hac vita, sed in futura: quia cum multis in hac vita dissimulat, ita vt cum sint superbi, nõ deprimuntur: neque alij humiles exaltantur. Sed id tibi firmissimũ statue, quòd in futura vita vtrisque remetietur, prout facta sua meruerint, vt videre est in Saule & Acab, & etiam in Lazaro paupere & diuite epulone. ¶Sed vnũ hic diligẽter est obseruandũ, quòd cũ virgo sacra de venturis prophetauerit, dicens ea, quæ à Christo erant adimplenda in suo aduentu, de præterito loquitur, dispersit, deposuit, exaltauit: quod ideo fecit propter certitudinem, & infallibilitatem prophetiæ. Qua loquẽdi phrasi vsi sunt prophetę, quia sicuti nihil certius nobis est quam præteritum: ita prophetæ vti præterita ventura prædicebãt. Sic regius propheta locutus de Christi passione inquit. Super vestem meam miserũt sortem. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Foderunt manus meas & pedes meos. &c. Et multa alia his similia in psalmis in Esaia & in alijs locis inuenies. Nam D. Hieronymus in commenta. super Esaiam inquit. Tam certa sunt quę futura dicuntur, vt putentur esse præterita. Quia sicut fieri nequit, quæ iam facta sunt, facta non esse: sic etiam impossibile est, ita non fore hæc, quæ dicuntur. *Esurientes impleuit*

Ieremi. 9.

impleuit bonis Non dicit opibus, aut facultatibus, sed bonis. Bona nanque ea sunt, quæ possessoribus suis semper prosunt, & nunquam obsunt. At huius seculi diuitiæ, honores, dignitates, magistratus, regna, & imperia, hæc plerumque suos possessores in mille pericula & precipitia ferunt. Bona autem, quibus isti esurientes implentur, sunt pax illa, quam Paulus dicit omnem mentẽ superare: animi tranquillitas, spes certa eorum bonorum quibus carent, quæ post huius vitæ curriculum se assequuturos certò sciunt. Beatus ergo Augustinus dicit, quòd hi filij esurientes humiles & abiectissimi quique sunt, sese prorsus inanes & vacuos gratia reputantes. Hos implet Spiritus domini, & horũ habitat corda & animos. Nam vt Sapiens inquit, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictũ, transfigurat autẽ se in animas sanctas. Humilitas quippe Deum eurit, & spiritualia bona auidè cupit. Vnde fit, vt humiles famelici dicantur; quia fatẽtur se ex omnibus partibus egenos, & nihil boni habere. Sic beatissimus ille Petrus dicebat. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et Saul. Quis ego sum, aut quę cognatio patris mei? Hos dominus spiritualibus diuitijs, & veris animi bonis implet. Quo fit, vt Christus dicat. Abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et per Esaiam dominus dicit. Ad quem ego respiciam nisi ad contritum & humiliatũ? Et sicut implet bonis humiles esurientes, ita diuites superbos vacuos dimittit. Et ideo sequitur. *Et diuites.* Hoc est tempora illum bonorum nimis cupidos amatores, spiritualibus ea quæ terrena sunt præferentes. Diuites inquam in cogitationibus suis, quanuis pauperes & miseros coram Deo. *Dimisit inanes.* Sicut vasa ignominiæ, quæ in hac vita misericordię nõ fuerunt recordata, in reiectũ sunt reiecta. Inanes illos dimisit, quia omni diuina gratia vacui fuerunt: & omnibus rebus temporalibus: quia auaro tam deest id quod habet, quam quod non habet: ita vt nemo sit pauperior ipso, quia dominus non est eorum, quæ sunt in sua potestate. Sunt enim auari veluti pueri, qui suam vitam cõsumũt propter adeptionem vnius pilulæ per aëtem volantis: quibus post quã nox aduenit, nihil aliud quam importunus labor domi remanet: & sæpius contingit, pedibus lapides offendere, & sua capita comminuere, & ita his laboribus perpessis domum plorantes redeunt. Sic huius seculi diuites perpetuo labore difatigati post mundi diuitias & honores ventos subsequũtur & bibũt, quas postquã iam acquisierunt immenso labore à latronibus & tinea defendunt. At cũ mors subito foribus aderit, protinus intelligent suum laborem inanem & nullius momenti fuisse: quando quidẽ si ad manus coniecerint oculos, vacuas omnino reperient, quo fiet, vt in infernum perpetuum miseriarum pelagus vlulãtes discedant. Etenim, vt regius propheta inquit, viri diuitiarũ dormierũt somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis. Vbi eleganter sanctus propheta eos viros diuitiarum appellat: quia nõ domini erant, sed diuitiarũ serui. Quemadmodum in sacra pagina sancti, viri Dei vocantur, quia Deo fidele obsequiũ præstiterũt: sic auari viri diuitiarũ dicũtur, quia eis perpetuo ministerio sunt mancipati. Sic populus Israëliticus humilis & contemptus Aegyptios spoliauit, & Aegyptij manserunt inanes. Quapropter Sapientiæ decimo dicitur. Iusti tulerũt spolia impiorũ. Sed iã beata virgo in cãtico vlterius progrediens specialia beneficia exhibita populo Iudaïcorũ recolit. *Suscepit Israel puerũ suũ.* Suscipere idem sonat atq; liberare, protegere, vel auxiliari: vt in psalmis inuenitur. Suscipiens mansuetos dñs: humiliatus sum, & liberauit me. Porrò à Latinis indubium vertitur cuius casus sit nomen Israel: sed dubitari non debet: quin sit in accusatiuo. Et est sensus. Deus suscepit puerũ suum Israel. Hactenus enim videbatur Deus & miser: cordiæ suæ & gentis nostræ oblitus: videbatur vniuersum Israel reiecisse: at modo suam mentem aperuit ostendens, nunquam sui populi immemorem fuisse, neque exuisse misericordiam, de qua maximè ipse gloriatur. Suscepit igitur Israel, id est, curam ipsius. Adeò nanq; erga illũ dñs est affectus, vt in ipso populo carne suscipere voluerit. ¶Vbi expendas rogo virginis humilitatem, quę verbis rectis loquitur de incarnationis beneficio. Poterat enim dicere. Ego sum mater filij Dei, ego electa sum, vt Messiam vniuerso orbi parerem, & vt ministerio meo mũdi salus perageretur. At non tam apertis verbis loquitur, vtpote quæ humilitatis exemplum alijs esse debebat: sed hoc mecum fecit. *Recordatus misericordię suę.* Vt carnis nostræ mortalitatem indueret, non coniecit oculos ad peccata hominũ, nec ad eorum ingratitudinem: sed dominam

Psalm. 75.

4. Reg. 1.
4. reg. 4.
Exod. 11.

Psalm. 146

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam misericordiam attẽdit, & huius recordatione omnia illa obliuiscitur, quæ huic diuino operi poterant esse impedimẽto. Vnde fit vt egregi⁹ psaltes dicat, Misericordia eius super omnia opera eius. Quemadmodum enim oleum in sublime fertur super omnes reliquos liquores: ità sanè diuina misericordia super omnia opera eius. Nam cum in se iustitiã suã contraheret, suã misericordiã in nos protẽdit. Nanq; hoc illi proprium est ingenium (vt sancta ecclesia de illo cõcinit) misereri semper & parcere. Nã si te punit, tua est culpa, cũ id & maius aliud suppliciũ tua peccata expostulent: verũ vt tibi peccata remittãtur, non tu solus sufficis, nisi dñs adueniat sua tecũ vsurus misericordia, Ne igitur existimaret aliquis nostris meritis Deũ misisse filiũ suũ, sed tantũ diuina sua miseratione motus, dixit, recordatus misericordiæ suæ.

Psalm. 8.

1. Ioann. 4. Sic B. Ioannes. In hoc apparet charitas Dei in nobis, quoniã filiũ suum vnigenitum misit Deus in mundũ, vt viuamus per eum. Et rursus. Ipse priùs dilexit nos, & misit filiũ suum propitiationẽ pro peccatis nostris. Et ipsemet Christus in euangelio. Sic Deus dilexit mundum: vt filiũ suũ vnigenitũ daret. Dedit itaq; illũ misericordiæ suæ recordatus. Ex quo loco id tu tibi documentũ debes elicere, vt nõ recorderis iniuriarũ, quas quis in te cõtulit, vt de illis vindictã sumas: sed vt ipsius fragilitatẽ & miseriã in mentẽ adducas. Etenim dñs delictorũ nostrorũ memor nõ est, vt in nos animaduertat: sed vt misereatur, & condoleat. Nã de sanctissimo illo Ioseph sacra pagina inquit, fuisse recordatũ somniorum, quæ aliquãdo viderat: neque dicitur recordatũ esse iniuriarum, sed somniorũ. ¶ Porrò in Deo non habet locum recordatio aut obliuio: sed Deus habet se admodum recordationis, dũ misereri non differt: & per modum obliuiscentis, dum differt: nã scriptura sacra cùm ad homines loquitur, more humano loquitur. Et sic dicit, Deũ irasci, Deũ pœnitere, & his similib⁹ vtitur modis loquẽdi: nõ eo, q tales affectiones in Deũ cadere possint, sed vt iam diximus, more humano loquitur vt vel sic domini ingenium intelligamus. Sic & nunc cùm sint coram Deo omnia præsentia dicitur recordari misericordiæ, quia non dissimulit misereri. Recordatus enim est cùm misit filium patribus antiquis promissum. Et id circò subditur. *Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula.* Postquam beata virgo aliquantulum temporis in prædicãdis factis diuinis mirificis encomiis consumpserat: reuertitur modo ad id cuius causa suum canticum inceperat, ita vt his vltimis versibus compẽdium facere videatur. Ait igitur. Sicut loquutus est ad patres nostros, &c. Ac si diceret. Non hic quicquã fortè fortuna factum est: sed quod dominus antiquitus promiserat, id facto adimpleuit, tãquam is, qui nec fallere, nec falli vnquam assueuit. Nam sanctissimo illi patriarchæ Abrahæ dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Dauid. Iurauit dominus Dauid veritatem. &c. Et Esaias. Egredietur virga de radice Iesse. &c. Et iterum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et Ieremias. Nouum, faciet dominus super terrã, mulier circundabit virum. Et Baruch. Postea in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Vbi iam vides, quomodo Deus promissa firmissimis factis compleuit. Et enim ipse est, qui ait. Quæ procedunt de labijs meis: non faciam irrita. Nam inter cætera mirabilia, quæ in Deo tanquam in primo suo fonte & origine relucent, id vnum est veritas: vt ea quæ promisit infallibili ratione cõpleat. Sed id non possum nõ iniquum & sceleratum iudicare, vt nos domino promissa non adimpleamus: ipse verò in nihilo nobiscum deficiat. Videre nanque oportet, vt quemadmodum dominus patribus nostris promissa adimpleuit: ita tu memor sis, vt vota adimpleas, quibus te ipsi Deo astrinxisti & obligasti. ¶ Vbi etiam docemur neutiquam cum modo tutum esse amicitiam inire, sed tantum cum solo Deo: quia id est hominum ingenium, vt semper gaudeant, cum eis cõuersari, in quorum ore semper veritas inuenitur: è contra verò eos summè detestãtur, qui mendacij & falsitatis sunt amatores. Cuiusmodi conditionis mundus est, qui montes aureos promittit, posteà verò nascitur ridiculus mus. Omnia bona & fœlicia promittit, posteà verò statuto tempore in mala conuertuntur. Promittit quietem, & tranquillitatẽ animi, & in his mille laboribus & angustijs te onerat. Quod si iterũ letitiam & voluptates ad nutum tibi promittat, certè nihil falsus, nihilque magis ridendum credas: nam statim tibi foribus aderint mœror, tristitia, luctus, & afflictio, quę omnia nũcij certissimi sunt eorum, quæ animus patietur. Atrẽdem si in abundantia & rerum humanarum affluentia longæuam vitam tibi astruxerit, nihil credas procul à veritate distare, cum & ocius & velocius currat naui fluctuanti per aquas, cuius vestigium ob tantam breuitatem nullatenus oportet inquirere. Quod quidem exemplo sactæ scripturæ libet tibi demonstrare. Nam cùm sanctus Iacob septennio temporis spatio vitam egisset in ministerio Laban soceri sui, vt pulchritudine & decore formosæ Rachelis matrimonij vinculo gauderet: in temporis plenitudine falsus Laban Liam obtulit, quę & deformis erat, & lippis oculis suam deformitatem ostẽdebat. Cuius conditionis & ingenij iam tibi ostẽdimus apertè miserum mundum esse, qui alta & pretiosa promittens, vilia & abiecta largitur. Atqui in mundo sunt, & ipsius ministerio se totos conferarunt, hanc ipsius palliatam fraudem non agnoscunt: quo vsque huius seculi transacta nocte (quæ & obscurissima est, & mũdanos in tanta caligine detinet) à somno expergefacti oculos & mentem aperiãt, quibus mundi fraudes facilè possint intelligere. Ex quo id tibi sume documentum, vt nunquam ipsius verbis acquiescas, nam semper falsa promittit: sed fiduciam in Deum tanquam in tutissimam anchoram conjice, qui recta nouit & promittere, & multoties plusquam promisit, concedere. Nec eius animi est, vt aliquando promisit pœniteat: & idcircò dixit in secula. Quia quod semel assumpsit, nunquam dimittit: ità vt perpetuo humanæ carni Deo maneat coniuncta. ¶ His igitur verbis virgo sacra suum canticum absoluit: qui & decem versibus clauditur, vt hæc verbis propheræ consonent, qui dixit. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Omnia cantica quæ ante hoc tempus cani solebant, tristia erant: solus nanque ille voluptatis & lætitiæ carmina cantare potest, qui verè lætus & iucundus est, cum musica, & ipsi cordi cõformis sit. Vnde meritissimo beata virgo sola lætitię & alacritatis canticum psallere potest, cum, & ipsa sola peccati & sceleris tristitia caruerit. Cantica, quæ temporibus retro actis concini solebant mœrorem & tristitiam afferebant, propter cantores, qui sceleribus & flagitijs erant contaminati: at carmen hoc ideo lætitia & iubilo est plenum, cũ cantatrix immunis prorsus fuerit ab omni sceleris contagione. Decachordo enim cecinit carmine vt Dei mirabilia proferat. In primo. Itaque diuinam & supremam diuinitatis altitudinem dulci modulo canit, dicens. Magnificat anima mea dominum. In secundo verò redemptionis maximum benefic ũ, dicens. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. In tertio verò liberalitatem & magnificẽtiam, qua nostras respicit miserias. Quia respexit humilitatẽ, &c. In quarto verò suorum operum stabilitatem, dicens. Quia fecit mihi magna, qui potens est. Et in quinto suæ misericordiæ patentes fores ostendit. Et misericordia eius à progenie in progenies timẽtibus eum. In sexto suæ virtutis & iustitiæ rectitudinem commemorat, cùm dicit. Dissipersit superbos mente cordis sui. In septimo brachium suæ potentiæ ostendit, subdẽs. Deposuit potentes de sede. In octauo suorum beneficiorum magnitudinem recordatur. Esurientes impleuit bonis. In nono clementiæ suæ nos esse memores vult. Suscepit Israël puerum suũ. Decimo verò carmine claudit verborum suorũ adimplementum subjiciẽs. Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham, &c. Hæc igitur dicta sint de cãtico beatæ virginis: nunc autem sacrum euangelium audiamus prosequentem hystoriam nostræ redemptionis. *Mansit autẽ Maria cũ illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam.* In Nazareth, scilicet prouinciæ Galilææ, in qua diuinam verbum concepit, & à qua recesserat vt cognatam suam Elisabeth visitaret. Vbi documentum nobis est: vt non cito bonorum consortium dimittamus, vbi facultas est per aliquid tempus cõmemorari: nec leuitate animi discedũ est ab his, in quib⁹ sanctũ vitę institutũ esse cognoscitur. Porrò antequam complerentur tres menses, domũ suã reuertitur, quia iam appropinquabat partus Elisabeth, nanque tum temporis conueniebant aliæ mulieres, & idcirco sanctissimę virginis obsequium, non erat adeò necessarium. Neque ob id Maria ingenium mutauerat, quia cum clausi cubilis & solitudinis esset amatrix, tantæ multitudinis strepitum conuenientis ad partum Elisabeth ferre non poterat: & ideò maximè, quia cum eius conceptio miraculosa esset, nouitatibus amicarum multitudo quotidie accedebat. Fiebat etiã id alia de causa, quia beata Elisabeth summopere ab omnib⁹ diligebat, & grata erat corã oculis omnium: & idcirco tot tãtiq; cõcurrebãt, vt aliquo ministerio ipsi obtemperarent, virgo autem Maria (vt modo retulimus) cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pudicitiam semper sectaretur, & cubilis penetralia diligeret: paucis diebus ante partum domum suam adire statuit, & à tumultibus gentium fugere. Vbi iam videre licet, quomodo bonorum hominum consuetudo & amicitia semper in maximum nostrum commodum redundet. Nam statim in ipso virginis ingressu in domum Zachariæ tantum bonum oritur, vt ad virginis salutationem puer in vtero exultauerit, & spiritu sancto infantis mater repleretur. Quid igitur dicendum est de tot tantisque vtilitatibus & commodis in temporis discursu subsequutis propter virginis præsentiã? Facit ad hoc id, quod
2. reg. 6. legitur secundo regum scilicet, quòd arca fœderis domini mansit in domo Obedon sacerdotis trium mensium spatio: & benedixit dominus Obedon, & omnem domum eius: ita vt cùm hæc videret sanctus rex Dauid decreuerit ferre illam in domum suam.

Sed quantò maius bonorum culmen tibi credendum est dominum contulisse domui Zachariæ spatio trium illorum mensium, quibus sanctissima illa arca fœderis. Maria virgo ibi mansit, quæ angelorum panem intra sua claustra portabat? Benedixit itaque Deus sacerdoti Zachariæ, & domui eius propter arcam, quam domi tenuit tribus illis mensibus, ad cuius etiam præsentiam filius suus sanctificatus est, vxor repleta diuino spiritu, & ipse Zacharias illustratus est altissimo dono prophetiæ. Vbi non immerito monemur, vt semper nobis cura sit hospitio sanctos viros recipere, vtpote qui semper nobis maximas vtilitates afferent. Sic factum est cum Laban, eo quòd in domo habuit sanctum Iacob, vnde eidem postea dictum fuit. Modicum habuisti antequam venirem ad te: & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum. Et iterum in Ge-
Genes. 30. nesi. Benedixit dominus domui Aegypti pro-
Genes. 39. pter Ioseph: & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris, cunctam eius substantiam.

Nec his consideratis immemor sis egregii illius facti, quomodo dominus multiplicauit oleum & farinam Sareptanæ illius viduæ,
3. Reg. 17. quæ victum ministrauit Heliæ. Si igitur Deus tot bona contulit recipientibus seruos suos: quito melius credendũ est maioribus & locupletioribus bonis cumulaturũ eos, qui ipsum Christum receperint? Vtique cum hospitio suscipis pauperes, Christum suscipis: nam ipse
Matthæ. 25 est, qui dicit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. & subdit statim. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ex quo quidem id tibi documentum summa diligẽtia elicere debes, vt semper digneris pauperibus, & egenis subuenire, vt & tecum in omnibus dominus sit, & vt multiplicet tibi tam spiritualia, quam temporalia bona: quã doctrinam, nisi animus esset brauitati consulere, variis sanctarum literarum exemplis tibi comprobarem. ¶ Vbi etiam expendere debes quantum gaudium secum afferat iusto rum præsentia. Ioannes nanque protinus exultat in gaudio, & omnes qui in domo Zachariæ sunt. Vnde egregius psaltes in persona virginis dicebat. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. Qui timent te (inquit) quia cum boni semper timorem domini in cordibus afferant, lætantur: mali verò torquentur, quia iustorum vita tacitè malorum mores & instituta reprehendit. Quo fiebat vt ipse Christus, qui oculis Simeonis, An
Luc. 11. næ, & apostolorum sua præsentia lætificabat, alios offendebat: vt visum est in illis Genezarenis, qui rogauerunt, vt ab eis discederet. Alij noluerunt illum excipere, vt Samaritani. At iusti (vt hic Dauid inquit) videntes iustum lætantur. Est nanque bonorũ proprium suas virtutes in alijs diligere. Paulus enim ascẽdit Hierosolymam, vt iustos videret, & cum Petro mansit diebus quindecim, vt ex eius familiaritate aliquid sanctitatis sibi compararet. Vnde etiam factum est, vt sic adeò Mileti profecissent in D. Pauli doctrina & conuersatione, vt cum vellet ab eis
Act. 20 discedere Hierosolimam iturus valde fuerint contristati, ita vt multis lachrymis fusis illũ ad nauem duxerint. Quod idem credẽdum est sanctos illos fecisse in discessu beatissimæ virginis, vtpote qui tot bonis ipsius aduenerant cumulati. Sed quid post hæc factum sit audiamus. *Elisabeth autem impletum est tem-*
Luc. 2. *pus pariendi & peperit filium.* Aliqui dicunt quòd phrasis hæc (impletum est tempus) modus loquendi accommodatus est temporibus iustorum: quia isti dies suos plenos, & non vacuos habent: peccatores vero vacuos & inanes dies possident iuxta illud Iob. Dies vacuos enumerauit. At iste interpretãdi modus violenter extortus est à vero & genuino literæ sensu. Sed verè id explicabis si dixeris euangelistam docere voluisse, quòd eum iuuenis erat Elisabeth, nõdũ erat tẽpus pariẽdi, nec tẽpus aduenisse, quo Deus illã partura decreuerat: quia eius partus in maiorẽ tẽporis maturitatẽ statutus erat, scilicet, in senectutẽ. Vbi aduertere debes, nunquã de diuina pietate & misericordia esse diffidendum: quia licet aliquando lento gradu incedere videatur, non id facit vt suis beneficijs nos destituat, sed vt maiora & locupletiora, dona conferat. Detinet se dominus in conferendo, vt in nobis crescat & augeatur meritũ, vt digniores simus beneficijs suis suscipiendis. Patiens esto, & in sanctis petitionibus persiste: copiosiora nanque bona tibi elargietur, quã expostulas. Zacharias quippe & Elisabeth quolibet filio illis dato contenti essent, & cũ filia etiã, vt sterilitatis opprobriũ à se exterminarent: tamen dominus, vtpote qui semper pietate & misericordia nouit vti plus petito & optato cõcessit, quia talem filiũ dedit, vt meritò inter natos mulierũ maior aut sanctior nõ reperiretur. ¶ Preterea ex hoc loco apertè colligitur, virginẽ Mariã nõ adfuisse natiuitati Ioannis: quia postquã dixit euãgelista, & reuersa est Maria in domũ suã, subdit, impletũ esse Elisabeth tẽpus pariẽdi. Ex quibus verbis facilè est colligere, ante Elisabeth partũ virginẽ domũ suã abijsse. ¶ Aduerte etiã in hoc loco domini bonitatẽ, qui non solũ ex bonis bona, verũ ex malis bona producit. Voluit nãque ex sterilitatis opprobrio Ioannem Baptistã oriri, & ex ingẽti tristitia gaudiũ magnũ erexit: quale fuit illud, quo omnes in natiuitate Ioannis sunt gauisi. Ita etiã ex peccatis humilitatẽ & vigilantiã educere solet, quibus peccatores nõ labantur in
Psal. 16 prius mala peccata. Petrus quippe, qui se fortẽ & magnanimũ asseuerabat maxima cũ arrogãtia, postquã peccauit, & pœnitentiã cõmisit criminis egit, ità prudẽs & cautus permansit, vt rogatus à Christo, plus ne ceteris illũ diligeret, sanctissimo humilitatis documento Christo respodit. Tu scis domine, quia amo te. Nulla in alios illata iniuria te perdit. Et Dauid etiã ex perpetrato peccato humilitatẽ eduxit. Et B. Paulus ex graui persecutione in qua versabatur tantã sibi humilitatẽ cõparauit, vt dixerit se omnibus peccatoribus maiorẽ esse. Ita; hæc omnia relata ideò intelligis, vt scias diuinã misericordiã ex ipsis malis bona producere: vti ex peccatis humilitatẽ, & ex sterilitatis opprobrio excellentem & illustrem virũ. Ità, vt ipsius causa dixerit euangelista. *Audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiã suã cũ illa, & congratulabantur ei.* Post opprobrium sterilitatis, misericordiam fecit. Nunquam dominus flagellum suum mittit, quin suæ misericordiæ recordetur. Vnde in psalmo post-
Psalm. 88. quam dominus minatus est flagellis subdit dicens. Misericordiam autem meam non dispergã ab eo. Et in Esaia legitur, quod postquam dominus populum Israëliticũ arguit, dicit. Idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego
Esai. 28. mittam in fundamentis Sion lapidem, id est, Christum. Posset nanq; rectè dicere. O impij & scelerati Iudæi, quia mei fuistis immemores, Ecce ego funditus euertam vos, aut mittam in vos lupos & leones, qui diripiant & absumant vos: sed potiùs dixit. Quoniam mei estis immemores, & scelere & flagitio pascimini, ego mittam vestrum saluatorem. Et enim digni erant Israëlitæ punitione & tormentis, quorum loco misit illis dominus saluatorem. Et in Osea legitur, quod ibat post
Osee. 2. amatores suos, & Dei obliuiscebatur, &c. Propter hoc etiam, ecce ego lactabo eam, & ducã in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vides iam quomodo dominus nunquam tãiratus incedit, vindictam de aliquo sumpturus, quin in medio itineris suæ misericordiæ & pietatis recordetur? Sic modo inter flagella sterilitatis, & inter amissionem loquelæ Zachariæ suam misericordiam magnificat, tribuens illis fructum benedictionis desideratum. ¶ Præterea vocat Euangelista hunc Elisabeth partum misericordiam. Magna quippe & excellens misericordia est dominum mundum iustos mittere. Quid enim factũ esset de Ægypto septẽ illis annis, quando vt iuerãm terrã fames occupauerat, nisi altissimus dominus tum temporis Ioseph mit-
Genes. 41. teret illis, qui & eriperet eos, & suæ necessitati prælentissimo remedio prouideret? Quid de Eliphaz, & de duob? amicis Iob, si
Iob. 42. sanctissimus Iob pro illis nõ exorasset? Quid actũ esset de Israëlitico populo, quã de Deus loquutus Mosi dixit, se illum destruere vel-
Exod. 32. le, & alium maiorem ædificaremi Moses pro illis exorasset? Quanis Moses placatusque est ne faceret malem, quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Quid iterum de eo-
Numer. 16. dem populo factum esset, quando prouocata domini ira, cœpit ipsos corrigere & interficere nisi Aarõ intercessisset pro populo Dei? Vides igitur quàm magna misericordia dominj sit, cum mittit iustos in mundum: quod signum erit in nos aramaduertere velle, cùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniquos & sceleratos miserit, & de medio tu-
Genes. 19. lerit rectos. Ità Sodomam euersurus de me-
dio rapuit Loth: & quando Ægyptum etiam
Israëliticum populum eduxit de regno, & de
Exod. 14. Ierusalem sanctum Iosiam, cum vellet illam
subuertere. Fuit nanque mors Iosiæ signum
4. reg. 22. vltionis, quam Deus volebat sumere. Rapit
iustos de mundo illum subuersurus. Iustis
Hebre. 11. quippe (vt inquit Paulus) mũdus non est di-
gnus. Imò ipse cum & in factis & in cogita-
tionibus sic cæcus, ipsos iustos, quorum bene
ficio & viuit & sustinetur, plusquam nouer-
cali odio prosequitur. ¶ Audientes autem
cognati & vicini Elisabeth hanc domini fa-
ctam misericordiam congratulabantur ipsi
Elisabeth præcipuè. Sciebant enim illam ste-
rilem semper fuisse, & iam ætate prouectã,
& idcirco ei congratulabantur: eo quòd do-
minus illustri progenie gloriam & honorem
illi dederat. Nisi particulari gratia & benefi-
cio fieri non poterat, vt prolis fructum ede-
ret. Sic enim angelus Zachariæ prædixerat.
Multi in natiuitate eius gaudebunt. Nam in
montibus illis Iudææ multa lætitiæ carmina
resonabant, & potiùs vicini & cognati Elisa-
beth cælestes habitatores, quam terrestres vi-
debantur. Videtur sanè gaudium hoc refer-
re aues & passerculi, qui in principio veris to
ta nocte taciti secum silentia reuoluũt: quod
si roges, quis tale silentium illis imposuit? vti-
que noctis obscuritas & tristitia. At prima lu
ce adueniente mirum est quam dulci & so-
noro cantu adinuicem modulentur, suis vo-
cibus prænunciantes iam esse ortum solem.
Clarum enim est secundum Apostoli dictũ
veterem legem noctem fuisse, nouam verò
clarum & relucentem diem. Nox præcessit,
Roman. 13. dies autem appropinquauit. Nec mirũ si te-
nebris & obscuritati diui Ioannis natali finis
impositus fuerit, qui non aliter ac lucifer or-
tus est, denuncians Christum redemptorem
nostrum, qui suo admirabili ortu diem gra-
tiæ faciebat appropinquare. Idcirco domi-
nus dixit. Lex & prophetæ vsque ad Ioannẽ
Matth. 11. Baptistam. In vniuerso tempore noctis vete-
ris legis magnum fuit silentium, tristitia, &
Exod. 3. linguarum defectus. Moses nanque vir ma-
gnus & populi Israëlitici dux dixit Deo. In-
circũcisus labijs ego sum. Et angelus ad Esaiã
Esai. 6. venit, qui diuino propheriæ lumine maximè
erat illustratus, & forcipibus prunam cœpit,
& labia eius purificauit. Et Hi remias quisu
perno beneficio in ventre matris fuerat san-
ctificatus conqueritur, dicens se loqui nesci-
re. A, a, a, domine Deus, ecce ego nescio lo- *Hier. 1.*
qui. Vides iam quo pacto illius temporis po-
tiones, & optimates conquerũtur ex defectu
linguarum? Quod silentium apertissimè signi
ficauit taciturnitas Zachariæ, quæ legem ve-
terem mutam & noctis tristitiã designabat.
Quid emolumenti natiuitas Ioannis secum
affert? Vtique linguarum defectum supplet,
& cum nascitur Zacharias, linguam soluit, & *Luc. 1.*
cecinit, Benedictus dominus Deus Israël. &c.
Tùm præterea omnes illius temporis summis
laudibus Deum extollere cœperũt. Sic enim
mundus lætatus est nouo Ioãnis natali, vt il-
li gaudere solent, qui inaudita & iucunda nũ
cia recipiunt: quibus & vtilitas, & ingens bo
num subsequitur. Et ideo sancta mater eccle
sia solennibus hymnis, & exultationis canti-
cis diẽ natalis Ioannis celebrat. In eo quippe
saluatoris & redẽptoris aduẽtus nobis christia
nis denũciatus est, & ipse Ioannes prior om-
nibus regnũ cœlorũ pr. dicauit. Ob idque fa
ctum est, vt nemo fuerit qui in tãto natali nõ
exultauerit, & gauisus fuerit. ¶ Sed iam ta vi
deas oportet, vt sic vitam agas, vt omnibus in
dño gratus & iucũdus sis: & non solũ eis, qui
bono & modesto sunt animo, sed etiam illis,
qui hęc nõ sapiũt. Cũ autẽ Elisabeth & sanctis
vitæ institutis, & cãdidis moribus esset imbu
ta, ita vt ne cui malediceret, nec rixã pararet
alicui, ideo oẽs pro tãto illi collato beneficio
lætabãtur. Quod si tu illius exẽplo vitã velis
cõponere, ita viuas, vt nemo de illata iniuria,
de cõmisso crimine, iniecto malo possit con-
queri de te. Nõ eo modo quo tyrãni & super
bi huius mũdi, quibus pauperes maledicunt:
de quibus viduæ frequẽter querelas afferũt,
& mortẽ illis exoptãt, necnõ in calamitatibus
& infortunijs eorũ maximè lætãtur. ¶ Vbi id
debes iã aduertere, quòd vicini & cognati cõ
gratulabãtur ei in natali beatissimi Ioãnis: &
merito id faciũt illi, qui cũ eo delicijs, volup
tatibus, & vanis huius mũdi fœlicitatib⁹ bel
lum indixerunt, Nanq; qui conuiuijs & oble
ctamentis carnis toto temporis corriculo in-
dulgent, pro genio non merito lætabuntur
in beatissimi Ioannis ortu. Nemo enim qui
vitam suam peccatis & flagitijs coinquina-
uerit, his nuncijs gaudere poterit: cum &
eius vitæ asperitas peccatorum delicias dam-
net, & sancta pœnitentia ipsius confusio-
nem eisdem pariat. ¶ Aspice etiam illorum
temporum syncerit atem & charitatem, qua

vicini & cognati erga bonum proximorum
afficiebãtur. Posset dicere Elisabeth id quod
Sara dixit olim. Omnis qui audierit, irride- *Gen. 21.*
bit mihi. Ex quo etiam disce, vt tristeris cum
flentibus, & gaudeas cum gaudentibus. Sic
Petro sacerdos Madian lętatus est cum Mose *Exo. 16.*
pro beneficiis factis populo Israëlitico: & nõ
solum lætatus est, sed etiam gratias domino
egit. Benedictus (inquit) Deus, qui eruit vos,
&c. Sed, ô huius nostri seculi inuidiam dete- *Leui.*
standam, ita vt nemo cum proximi bono &
augmento gaudeat: sic adeò vt si tuas facultã
tes augeri videant, siue cum regibus & ma-
gnatibus fauorem comparasse, ipsi vicini &
cognati primi sunt qui misera inuidia intus
torqueantur. Hæc enim inuidia (quæ tanquã
mortifera pestis vnũ rsum orbem inuadit)
murmuratorum linguas disertas facit: cum *Exo. 17.*
& hæc eadem fuerit quæ Ioseph vendidit, *Num. 18.*
quæ Dauid mille persequutionibus affecit:
& tandem (quod magis mirãdum est) ipsum *Psal. 27.*
Christum domi ũ cruci affixit. Sciebat enim
Pilatus, quòd per inuidiam tradidissent eũ.
Inuidus nanque tale induit ingenium vt exi
stimet honorem proximo collatum, sibi ipsi
auferri. Est ne obsecro aliud malus sceleris
& flagitij genus, quam vt aliquem pœniteat,
Deum esse bonum? Est ne aliquid aliud ma-
iori ei testatione dignius, quam vt creaturã
pœniteat de sui conditoris & redemptoris
bonitate? Quid est igitur ô insane quod te
pœniteat, Deum bonum esse & pium in con
ferendis proximo tuo honor bus, diuitijs, &
ingenio? Nunquid tibi aufert, quod proxi-
mo elargitur? Nunquid tibi debitor existit?
Quid est obsecro quod cum Deus liberalita-
te & magnificentia sua cum aliis vtatur ru
fagitiosam & sceleratam meritem indu is?
Quid in nullum censeo flagitium hac in-
uidia tristius aut miserius: aut quod (si nefas
est loqui) minus emolumentum suis amato-
ribus afferat. Nam etsi alij peccatores post
huius vitæ cursum misere in inferno tor-
queantur, viuentes tamen aliquod sibi com-
modum proponunt, & lætantur in vitijs &
voluptatibus quibus dedit i sunt. Luxuriosus
quippe corporis voluptatem quærit, auarus
auri & argenti copiam, ambitiosus ad hono
res & dignitates aspirat, & tandem gulæ ama
tor se ingurgitat cibis. At miser & infelix
inuidus nullum honorem, nullam voluptã
tem, nullas opes aut facultates sibi propter
inuidiam comparat. Piscator etiam sub fal-
laci cibo hamum occultat, vt vel sic attrã-
ctus piscis eius manibus succumbat: sic dæ
mon hamo mortis piscatur animarum, abscon-
dens illum sub dulci diuitiarum siti, quę tam
anxios & solicitos ipsos mortales efficit: su-
perbum verbo honoribus & dignitatibus
ad se allicit: quæquidem esca non minus
sapit hominibus, quàm modo relata: tan-
dem libidini deditos, ipsis voluptatibus car-
nis vel lanæ filo facilius trahit: at ipse in-
fœlix inuidus nullo cibi genere comprehen
ditur, ipse enim sibi inimicus, se ipsum tra-
dit. Ita, vt peiorem inducrit conditionem
omnibus bestijs maris: quia nullius ità igna-
tus & sine sensu est, vt nullo apposito cibo
hamum ore comprehendat. Quibus omni-
bus iam videre licet, quàm improuidus, quã
amens & stultus sit inuidus: quandoquidem
mortis & inferni hamum imbibit nullis cir
cumscriptum diuitijs, nullis palliatũ honori-
bus, aut huius seculi voluptatibus inuolutũ.
Nam si inuidiæ tristitia est causa alieni boni,
quid superest ipso inuido lucri? Si alij pec-
cant, sectantur bonum ad minus apparens: in
uidus tamen nudo hamo comprehenditur:
qui & in hac vita tormentũ, & in futura per-
petuos cruciatus patitur. Nec mirũ si duplí-
cem sibi parauerit gehennam, & in hac & in
futura vita. Sed & aliud restat illi maius ma-
lũ. Nam fieri non potest, vt illum possit capa
re cœlũ: quia si ipsum inuidum de bono pro
ximi pœnitet, cum omnes in illa ciuitate san
cta læti, fœlices, diuites & opulenti sint, quid
obsecro ibi faciet? Certè vt ferac ius inuidię
igne comburentur, & misera morte peri-
bit, cum videat omnes prosperos & fœli-
ces. Et ideirco locus illi adaptatus est in in-
ferno, vbi nihil aliud miser videbit, quã per-
petuum luctum & dentium stridorem. Fiet
igitur, vt deinceps ab hac pestiléti bestia pro
cul fugias: nam si hęc cor tuum comprehen
derit, nihil sanè efficere poteris quod Deo
gratum & iucundum sit, cum & ipse summa
charitas & bonitas sit. Nam si venenum hoc
animum tuum tetigerit, omnia bona, quæ
feceris procul dubio inficiet. Facies igitur
horum, vicinorum exemplo, vt semper de
bono proximi gaudeas, & eis congratu-
leris: & tunc dignabitur dominus maiora
tibi conferre. *Et factum est die octauo, venerunt circuncidere pueru.* Ex quo facto li-
quido constat, olim circuncisionem non
fuisse in templo, sed in priuatis domibus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam aſſerat hic Eliſabeth, quæ vſque ad quadrageſimum diem nequibat ingredi templũ. Octauo autem die circunciditur, iuxta domini mandatum, qui ait. Infans octo dierum circunciſetur in vobis. Vbi manifeſtè docemur in diebus feſtis & lætitiæ neutiquam nos obliuiſci debere mandatorum domini. Etenim cùm omnes tunc implerentur lætitia ob Ioannis natiuitatem, nihilominus non dabant neglectui domini mãdatum. Nam poſtquam ſancti iſti ſua deſideria finem habuiſſe viderunt, non Deum obliuiſcuntur nec eorum, quæ dominus in lege præceperat. At modo ſunt multi: qui filios à domino petunt, qui in priſtinam valetudinem reſtitui deſiderant, vel aliquod imminens periculum euadere: quotũ cauſa magna vota Deo promittunt: ſed cùm hæc obtinuerunt, datam fidem frangunt, & voti prorſus immemores ſunt. O quot quantique ſunt qui humanis fœlicitatibus & honoribus adeptis, Deum ſuum obliuiſcuntur: cùm antea tribulationis, & calamitatis tempore in ſuum patrocinium, & auxilium aduocauerint.

Exod. 8. Cuius rei appoſitiſſimum exemplum nobis erit Pharao, qui in die tribulationis eũ corrigebatur à domino, ipſum innocabat, & exorabatur: at cum ſe à plagarum labore ereptum videret, & in priſtinam ſalutem reſtitutum, vtique Deum non agnoſcebat. Et multi etiã in feſto natiuitatis Ioannis, ſic in vitijs & voluptatibus, & in taurorum agitatione gaudent: vt nec rem ſacram, nec concionem audiant. Quo fit, vt in huiuſmodi diebus pauci homines in eccleſias conueniant cum & illa dies & nox etiam ſuis vanitatibus, delicijs, & inſanijs ab eis ſit conſecrata. Sed proh dolor, vt neſciant iam homines Chriſtiani voluptatem & gaudium ſumere, niſi in ſuum dominum & conditorem peccando: & frangendo ipſius diuina mandata. Nunquid iſtæ ſunt feſtiuitates Chriſtianis hominibus in diuinum

Eſai. 1. honorem conſecratæ? Nunquid neomenias iſtas & ſabbata iſta non odit dominus? Sed væ illis, qui his flagitijs & ſceleribus dies ſanctos domino conſecratos violant. Obſerua

Deute. 8. (inquit dominus populo Iſraëlitico) ne quando obliuiſcaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, & iudicia atque cæremonias, quas ego præcipio tibi, nẽ poſtquam comederis, & ſatiatus fueris, & domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armenta boum, & ouium greges argenti, & auri cunctarumque rerum copiam: eleuetur cor tuum, & non reminiſcaris domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Sed diui Baptiſtæ parentes etſi fœlices & læti erant propter ſublatum ſterilitatis opprobrium, & talem donatum filiũ: nihilominus non ob id obliuiſcũtur, id quod in lege à domino præceptum erat. *Et vocabant nomine patris ſui Zachariam.* Nam ſicuti hodie fieri ſolet, vt filij cùm baptizantur proprium ſortiantur nomen: ita fiebat tunc in circunciſione. Vbi ſummè notandum eſt aduerſus hæreticos noſtri temporis, qui clamant nihil in eccleſia tentandum, quod expreſſo Dei verbo non ſit mandatum. Nulla nanque extat ſcriptura ſancta, quæ dicat Iudæis in die circunciſionis nomina imponenda eſſe filijs: tamen id ex pia conſuetudine faciebant, & obſeruabant. Reprehendant igitur Zachariam & Eliſabeth, & alios patriarchas, qui hoc fecerunt. Reprehendãt & Apoſtolos, qui ſine expreſſo Chriſti verbo veſtes aſinæ, qua Chriſtus erat inceſſurus impoſuerunt. Sed quia initio huius libri de his vidimus, ad alia faciamus gradum. ¶ Appellabant (inquit Lucas) beatiſsimum hunc infantem nomine patris ſui Zachariam. Id nanque conſuetudo iam obtinuit vt filij, maximè primogeniti nomine paterno vocentur. Ex quo loco diſcas oportet, quod prius circuncidebatur puer: & poſteà imponebatur illi nomen: quia priùs ſignaculum domini imponendum eſt, quã quoduis aliud. Præterea circuncilio, quædam erat carnis abciſſio: vt ſignificetur nullum eſſe dignum vocari militem Dei, & in libro vitæ nomen eius ſcribi: niſi priùs carnalia abiecerit, & amputauerit. Verũ cognati iſti & vicini Eliſabeth prolibito id faciebant, nondum conſcij cœleſtis myſterij quo iam pridem illi erat deſignatum nomen: quod non deberet humano mutari conſilio. Itaq; cum videret beata Eliſabeth eos in nominis impoſitione à diui voluntate diſſentire, vtpote quæ diuino ſpiritu nouerat qui vocandus eſſet, illis cõtinuo reſtitit. *Et reſpondens mater eius dixit. Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes.* Bono animo atque intentione vicini volebant puero nomẽ patris imponere, quia primogenitus erat, ſed aliud viſum eſt Eliſabeth: non quod mariti nomen diſpliceret, ſed quia id diuino nouerat ſpiritu. Vbi ſtatim docemur in omnib⁹ diuinam voluntatem noſtræ anteponere.

Sic

Sic Chriſtus cùm videret humanam voluntatem diuinæ contradicentem, dixit. Nõ mea voluntas, ſed tua fiat. Et iterum. Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui miſit me. Et erudiens nos moduni, quem ſeruare debemus in petitionibus noſtris, dixit ità eſſe orandum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Et Saul, qui vocem domini nõ audiuit, reprehenſus à Samuele, dictum eſt illi. Nunquid vult dominus holocauſta & victimas: & non potius vt obediatur voci domini? Ecce Eliſabeth, quæ maritum tenere diligebat, voluntatem Dei mariti prætulit dilectioni; & nomen Ioannes vult vt infanti imponatur iuxta diuinam voluntatem. Multæ enim ſunt mulieres, quæ maritorum placita diuinæ voluntati anteferunt: & vt gratæ ipſis maritis appareant, mille modis ipſum domi num offendunt. Et tunc quidem amor carnis, amori Dei anteponitur: & humana voluntas pluris, quàm diuina habetur. Cuius rei non erit inutile exemplum illud Iezabelæ, quæ cum Achab Regem virum ſuum videret triſtem, vt ei placeret, & faceret lætum, id ſceleris patrauit, vt illius cauſa Nabot fuerit interfectus, & vinea ſua illi ablata. Zares Amáxor vt viro ſuo placeret, crucem Mardochæo parandam decreuit. Iſtæ mulieres máritis ſuis cum Dei offenſa & iniuria placere voluerunt. Nos verò eam curam & ſolicitudinem adhibeamus oportet, vt potius diuinæ quam noſtræ voluntati placeamus. Ità Eliſabet fecit. Ità ſanctus ille Ioſeph, qui cogebatur impudico dominæ ſuæ amori ſuccumbere. Et etiam virili animo perſtitit ſanctiſsimum illud caſtitatis exemplum Suſanna, quando ad turpem amorem à falſis ſenibus compellebatur. Idem fecerunt ſancti illi Machabæi: qui crudeliter pati potius maluerunt, quàm voluntatem Dei tranſgredi. Et idem feciſſe legimus beatum Petrum eccleſiæ principem, qui reſpondit magiſtratibus. Obedire oportet Deo, magis quam hominibus. De excellentia verò nominis Ioannis iam in ſuperioribus ioquuti ſumus, vbi Angelus Zachariæ dixit. Vocabis nomen eius Ioannem, ſed forſitan inferiùs aliquia adijciemus. *Et dixerunt ad illam. Quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Ex his verbis intelligitur, quare cognati paterni nomẽ puero vellent imponere: ne forſitan à nominibus ſuæ cognationis viderentur diſcedere, & aliud nomen inueſtigare. Et ob id matris dictis non acquieſcebant, ignorantes id fieri Spiritus ſancti opere. Qui locus docet, vt ſemper nouitates fugiamus, & eas potiſsimum, quæ ratione non nituntur. Sed in hac re illud accidit, quod Eſaias reprehendens ait. Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum, & appellatis, &c. Ex quo textu etiam licet colligere Ioannem euangeliſtam hoc nomen ſortiri propter Baptiſtam: & propter ipſius reſpectum & obſeruationẽ. *Eſai.* 5.

Quia Salome mater Ioannis euangeliſtæ ſoror erat virginis Mariæ, & Maria (vt angelus illi dixit) cognata erat Eliſabeth, vnde factum eſt, vt Ioannes Baptiſta & Euangeliſta cognati eſſent. Quòd ſi Ioannes Euangeliſta priùs naſceretur quàm Baptiſta, non vtique dicerent iſti, nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Vnde apertè conſtat Euangeliſtam poſt Baptiſtam natum eſſe.

Quo factũ eſt, vt cum tanta miraculoſa facta in natali Ioannis diuulgarẽtur: multi admirati & præcipuè cognati filijs ſuis nomen Ioannis imponebant, quaſi nomẽ à cœlo miſſum, & ab angelo nunciatum ob reuerentiam beati Baptiſtæ. Itaque quemadmodum tu, qui deuotione pia affectus es in beatum Petrum, Petri nomen filio tuo imponis: & ille, qui deuotionem cum diuo Antonio habet, filium ſuum Antonium nuncupat: ita Ioannis Euãgeliſtæ parentes tantam miraculorum magnitudinem venerati, filium ſuum Ioannẽ appellarunt. ¶ Expende etiam, quod quemadmodum cognati illi Eliſabeth volebant, vt per curſor Chriſti Zacharias vocaretur, & mirabantur, quod mater Ioannis nomen imponeret, quia nemo in tota cognitione tali nomine offendebatur: ità modo multi ſunt, qui pios & chriſtianos patres arguunt, ſi filios ſuos religioni & ſanctitati ſtudere faciunt, & non mundanis lucris. Volũt illi, quod ſit parentes mercatorum officio funguntur, quod etiam filij eadem veſtigia ſectentur. Si verò in ſacram & turiſsimam religionis anchoram ſe conferunt: mœrore & triſtitia ſe ipſos conficiunt: exiſtimãtes filios illos fructum eſſe inanem & omnino perditum.

Inurebant patri eius quem vellet vocari eum,

O quantus clamor in nominis impoſitione ſuborirtur: nanque non ſatis fuit vt id declararet mater, ſed etiam patris voluntatem dignoſcere cupiunt: vt ipſius licentia & authoritate filio nomẽ imponatur. Sed mirum eſt quantũ infantis mundus circa nominis impo

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitionem. Nam etiam si homo vilis sit, & infimo genere natus, nihilominus illustrem & nobilem titulum sibi asciscit. Quod si nobiliorem fortè ex matris, quàm ex patris sanguine comparârunt, matris nomen assumût. Neque his solum contenti auorum & proauorum stirpem scrutantur, vt vel fortè nobilitatem aliquam inde possint sibi mendicare. Nunc equidem (quod magnum & ingens deliri genus est) tota fœlicitas mûdi, in nominis & sanguinis dignitate constituitur: neque id curatur, quomodo id nomen insignibus virtutibus antiqui sibi compararunt, vt vel sic virtutum amore incendantur & inflammentur. Pluris enim facere debes bonâ & studiosam vitam, quam bonum nomen. Nã bona opera, non nomina, illustres & generosos viros pariût. Quid enim tibi proderit, si bonum nomen, & vilia & abiecta opera habueris? Quæ certè conditio propria mûdi est, qui in externo nomin suam cõstituit solicitudinem, cum & intus vacuus sit omni virtute & nobilitate. *Et postulans pugillarem scripsit dicens.* Pugillarem, id est, tabellam ceratam, in his enim olim scribebatur: pugillar est quem greci πινακίδιον vocant. Sed si erat mutus, quomodo loquebatur? Id referendum est ad Zachariam, non lingua sed scripto loquentem. *Ioannes est nomen eius.* Vides quàm verè dixerit euangelista Zachariam & Elisabeth iustos esse coram domino? Nanque inter matrimonio coniũctos dummodo concordia adsit, amor in bono persistit. Quod maritus, idem & vxor vult, & è contrario. Nomen quod ipsa vxor imposuerat, vir confirmauit. Qui locus edocet mulierem auscultandam esse, quando secundũ voluntatem Dei loquitur. Dixit dominus Abrahæ. In omnibus, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Maximum bonum habitat inter matrimonio ligatos, si pacis semper fuerint amatores. Nã bene cordata musica, dulcem auribus generat sonum: & lyra tunc grata auribus audientium est, quãdo ex proportione chordarum melos & suauis concentus auribus sonat, itaque nunquam cordatã harmoniam facient ei, qui inter se fuerint discordantes. Vnde vbi concordia est inter virum & mulierem, ibi Deus habitat: vbi autem defecit procul dominus abest, quia Deus charitas est: & vbi amor est, ibi Deus est. Sic in die resurrectionis apparuit dominus vbi erant discipuli congregati: & non solum in corpo-

Genes. 21.

1. Ioan. 4.
Ioann. 20.

ribus, verum etiam in voluntatibus. Sed pròh dolor, quantæ sunt domus, in quibus Christus nũquam habitat? sed diabolus, quia sæpius multa iurgia & discordiæ inter coniuges oriri solent. ¶ Sed dubium statim cõsurgit, quare voluit dominus hunc puerum, Ioannem, & non Zachariam vocari, quod nomen erat patris: quandoquidem multi & insignes viri hoc nomine fuerunt nũcupati, vt fuit Zacharias filius Ioiadæ sacerdotis, qui tanta fuit sanctitate præditus, vt ipse Christus de ea mentionem fecerit, & alter etiã Zacharias propheta domini sanctus? Ad quod dicendum cõsideo, quod si cũ Ioanne mansisset lex vetus & antiquum sacerdotium, consentaneum esset, vt Zacharias vocaretur. Sed cùm Ioannes esset finis veteris legis (quia lex & prophetę vsque ad Ioannem) & principium legis gratiæ, quia à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur: ideò non decuit nomen paternum illi imponere. Idcò angelus in Ioannis concessione nouum nomen denunciat, nomen inquam nouę gratiæ, populo nouo, nouoque sacerdotio maximè accommodatum. Ioannes igitur quamuis sacerdotis filius, in officio tamen sacerdotali, nec in nomine successit patri: quia Deus dixerat. Ecce noua facio omnia. Nam sicut in Ioanne finitum est sacerdotium & lex vetus, quippe, vt inquit Paulus, translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat: sic finitum est nomen Zachariæ. Et quia multiplex fuit gratia in domini præcursore, & tempus gratię inchoabat rectè vocatus est Ioannes. Ipse enim prior omnibus regnum cœlorum prædicauit dicens. Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cœlorũ. Aptè itaque dictus est Ioannes qui mũdo sub ira Dei laboranti gratiam per Christum concilandam prædixit. Idque non vt reliqui prophetæ de longinquo & obscuris sermonibus & ęnigmaticis, sed planè & manifestis signis ipsum gratiæ authorem verbo prophetauit: quem etiã digito demonstrauit. Meritò ergo nomen gratiæ habuit ille qui tantum cumulum gratię habiturus erat. ¶ Obserua autem Zachariam non dixisse, imponamus illi nomen, vel voco illum Ioannem: quia iam ab ipso domino erat impositum & ab angelo nũciatum: sed dixit, Ioannes est nomen eius. Tanquàm sic clarioribus diuisset verbis. Non est opus, vt humano more illi nomen imponamus: quandoquidem ipse Deus proprium

nomen illi dedit, nec nos nomen nouum imponimus, sed quod à Deo accepimus imponendum declaramus. *Et mirati sunt vniuersi.* Eo quod placeret nouum nomen, & ob id etiam, quia pater mutus, cum matre in nomine conuenissent. Mirabantur, vt homines: quia ignorabant, quid cum infante diuinitus ageretur. Sed vt magis mirentur, audi quid sequitur. *Apertum est autem illico os eius & lingua eius.* Hoc est data est illi facultas, vt loqueretur. Phrasis enim scripturæ est. Aperiens os suum loquebatur. Sic in Matthæo legimus aperiens Christus os suum docebat eos, id est, loquebatur ad illos. Et in libro Iudicum dixit Iepte: quoniam nouerat se occisurum quidquid ei reuerenti de prælio occurrisset. Aperiã (inquit) os meum ad dominum. Sic etiam in libro Iob. Post hæc aperuit Iob os suum & loquutus est. Et in Psalmo. Aperiã in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et in Ecclesiastico. Aperiet os suũ in oratione. Et in actis aperiens Philippus os suum, & incipiens, à scriptura ista euangelizauit illis Iesum. Iterumque aperiens Petrus os suum dixit. In veritate comperi, quia Deus. &c. Apertum est igitur os Zachariæ, sed à quo? Nunquid à Deo, vel à dæmone. Id certè cognosces ex sequentibus verbis.

Et loquebatur benedicẽs Deum. Vides iam quomodo à domino os eius fuerit apertum, quãdo ipsius Dei laudes prorupit? Sanctorum os dominus aperit, & implet illud eloquio suo, sicut cum Moyse fecit, quando illi dixit. Ego aperiam os tuum: & instruam te, quæ oportet loqui. Sed per Dauidem etiam inquit dominus. Dilata os tuum & ego adimplebo illud. Et beatissimus Paulus dicebat. Vtdetur mihi sermo in adapertionem oris mei. Illi igitur os habẽt apertum à domino, qui in ipsius laudes prorumpunt. Alij autem multi sunt, quorũ ora diabolus aperit, quia mendacia loquũtur, aduersus proximũ effræno imperu insurgũt, & aliorũ famã in ictu oculi diripiunt. Quod si vis, vt ostendam, quomodo diabolus istorũ ora aperiat, audi: nam diabolus dixit falsis prophetis Achab. Ego spiritus ero mendax in ore omniũ prophetarũ eius. Et de sceleraro illo Iuda dicit Ioannes, diabolum misisse in cor eius, vt traderet dominum. Ipse enim aperuit os eius, vt loqueretur cum principibus sacerdotũ & Phariszis, quomodo Christum esset traditurus accepta pecunia. Zacharias loquitur vt laudet dominum, tu verò vt illum offendas. Satiùs enim tibi foret, quando istum pessimum loquẽdi modum induisti, vt mutus & elinguis fieres: vt vel sic in tantam conditoris tui ignominiam intrepidus non curreres. Vbi aduertere oportet quod ipsa loquela vnumquemque manifestum facit, cuius sit. Nam ancilla illa hostiaria dixit Petro. Tu Galilæus es, nam & loquela tua te manifestum facit. Vnusquisque enim materno loquitur sermone, Gallus enim Gallico, Hispanus Hispano, &c. Nam cœlestis lingua tota in laudibus sui creatoris versatur: inferni verò lingua in blasphemias, nugas, & mendacia prorumpit. Quod si tu semper fœda & scelerata verba loqueris signum euidens est te ex numero electorum non esse: imò consortium habere cum illis, qui in perpetua miseria & luctu detinentur. Si autem ad illam cœlestem patriã peruenire cupis in diuinis encomijs cõtinuus esto: nam Paulus in multis suarum epistolarum locis hortatur semper dominum esse benedicendũ. ¶ Secundo obseruandũ est, quòd id, quod primo Ioannes audit à patre suo, id est, sanctissimis verbis & benedictionibus Deũ extolli. Vtinam modo priora verba, quæ puri à parẽtibus audiũt similia essent. At (quod maximè dolendum est) his nostris temporibus, priùs pueri nouerunt maledicere & nomen Satanæ in oribus suis ferre: quam dulcissimum & suauissimum Iesu nomen: & priùs fœda & obscœna cantica didicerunt, quam dominicam orationem, quia mendacijs & diuini nominis offensione gaudent, & hæc priora sunt, quæ adhuc lactantes in vberibus matris pueri didicerũt. ¶ Admonemur itidẽ, quod quemadmodũ Zacharias statim restituta sibi loquela dommo benedixit propter acceptũ beneficiũ: sic nos illi gratias agamus quia nos eripuit à malis, & tãtis muneribus ornauit. Alioquin ingratitudinis vitio Deo maximè inuiso veniemus taxãdi. Vnde fit quod ipse dominus per Esaiam conqueratur dicens. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Primum vitium carpendum, à quo propheta exordium sumpsit, fuit ingratitudo. Cœlum & terrã in testes adduxit, vt ostendat nullũ malum simile huic esse. Et dominus per Hieremiam. Nunquid reddetur pro bono malum? Igitur, vt huius vitij non arguaris, gratias semper agas domino. ¶ Tertiò loco animaduertẽdum venit, quam breui tempore beatus Ioannes suum mu-

Matth. 26.

Esai. 1.

Ierem. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus cœpit exercere. Fuit enim Ioannes secũdus pœnitentiæ dux, & ipse fuit, qui vexilla pœnitentiæ statim in circuncisione in altum leuauit: etiam si nullo scelere esset contaminatus. Qui etiam in sua natiuitate pœnitentiam prædicare voluit: & cùm pro ætatis imbecillitate non posset, id muneris parenti suo demandauit, cuius os cùm mutũ esset, apertũ est, & prophetauit. Quando aliquis infans rector eligitur: præcipit rex, vt aliquis nobilis gubernationem accipiat, quousque puer ad maturiorem ætatem deueniat, in qua puer iã grandis factus munus suum rectè exercere valeat. Ità sanè cùm paruulus esset Ioannes ad prædicationis officium, illud onus patri imponitur: quo factum est, vt illustratus prophetiæ munere ipsum Messiam denuntiat, & insignia pœnitentiæ effert. ¶ Quartò tibi obseruandum est, quo pacto restituta est loquela Zachariæ, qua antea priuatus erat: propter peccatum factus est mutus, & propter pœnitentiam restitutus in pristinam dignitatem. Quòd si in meliùs vitam tuã transmiuta ueris, & pœnitentiam egeris, mutabit vtique dominus sententiam, si tu vitam mutaueris. Donat enim dominus libenter gratiam peccatori per pœnitentiam, quam per peccatum perdiderat, & non solum gratiam, sed etiam omnia, quæ in statu gratiæ meruerat: tribuit illi. Quid obsecro Zacharias perdidit per peccatum? Loquelam vtique: modo autem (quę domini clementia est & benignitas) non solum loquelam restituit, verùm etiam altissimum prophetiæ spiritum tribuit, quem anteà non habebat. Si igitur dominus tanta liberalitate & magnificentia vtitur erga eos, qui ad se conuertuntur, quid est cur ad illum nõ conuerteris? Quare in posterum distrahis pœnitentiam? &c. Nunc autem pro maioris literę explanatione dubitari potest: quod cùm Zacharias punitus fuerit propter incredulitatis peccatum, cum verbis Angeli non credidit: posteà verò cùm vidit filium natum, fidem adhibuit, de culpa emendatus est: quid inquam est in causa, quare in die natiuitatis Ioannis ipsi parenti non fuit loquela restituta, sed protracta est vsque in diem circuncisionis filii, id est, vsque ad diem octauum post natiuitatem? Ad quod facilè est dicendum, Deum voluisse grandi honore Ioannem afficere, & ipsi mundo sanctitatem eius ostendere, vt gratus acceptusque sit hominum oculis. Nanque munus & officium Ioannis, ad

Ioan. 1.

quod venerat, fuit vt testimonium perhiberet de Christo: & ad hoc testimonium oportebat, vt ipsi Ioanni magna fides adhiberetur. Itaque voluit dñs, vt hæc miracula nota & patentia essent, vt ipse Ioannes magis cõmendaretur. Quo circa si hoc miraculum factum esset in natali diui Ioannis, illud quidem paucis notum esset, sed solùm illis qui in domo habitabant. At cùm peruolasset fama illis diebus sterilem Elisabeth peperisse multa gentium multitudo per illos octo dies conuenit in domum Zachariæ: & in illa solẽnitate voluit dominus linguam Zachariæ soluere, vt & mirabilia diceret, & de aduẽtu Messiæ prophetaret. Sic adeò miraculum hoc sparsim est, vt dixerit Euangelista, quod in omni montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Hoc enim domini erat intentum, vt viso hoc miraculo dictis & verbis Ioannis fides adhiberetur: vtpote qui Christum erat prædicaturus, vt ipsius fidem omnes amplecterentur. Et hac de causa oportuit miraculum hoc in eius circuncisione fieri, vt omnibus patens esset. Secundò etiam respondeti potest quod in natiuitate Ioannis nondum verba Angeli in totum erant adimpleta. Quia Angelus non solum dixit ipsi Zachariæ nasciturum esse filium, sed etiam nomine Ioannis appellandum, & multa alia prædixit, scilicet, quòd multi gauisuri erant in sua natiuitate. Quæ omnia in die natalis non fuerunt adimpleta, quia Angelus vsque ad nominis impositionem dixit eum mutum permansurum, dicens. Donec hæc omnia fiant: & ideò mutus vsque ad illum diem permansit. Sed iam tot prodigiis visis. *Factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.* De rebus nouis, ac præter vsitatũ naturę cursum accidẽtibus mirari soleẽt homines ac timere: hic autẽ multa erãt, quæ merito generare poterant ingentem admirationem. Itaque vicini omnes timebant, ignorantes quid sibi omnia illa vellent. Videbantur etenim ibi diuinæ potentiæ argumenta efficacia quam plurima, & hæc cælestis mysterij ignaris timorem inijciebant. Mox verò cuncta hæc per loca illa diuulgabantur, & alij aliis vel quæ viderant, vel quæ audierant, enarrabant: idque fiebat non sine occulto Dei mysterio, vt maioris essent fidei apud omnes illa, quæ multorum testimonio confirmabantur. Sic fides nostra sanctissima

sima & verissima (vtpote, quæ Deum ipsum infallibilem veritatem suum assertorẽ & doctorem habet) clarissimis semper est fulcita testimoniis: ità vt nihil apud nos incertum, nihil obscurum, nihilque commenticium sit.

¶ Vbi docemur Dei mirabilia, & bona proximorum nota facere, vt ipse dominus magis laudetur & extollatur. Sic dictũ fuit Tobiæ ab Angelo. Opera Dei reuelare honorificum est. Sed iam his nostris temporibus non eum animum induerunt, vt beneficia à domino collata, & à proximis accepta narrent: sed potius si quid est defectus & vitii, id omnibus notum & manifestum faciunt. Statua illa quam vidit Nabuchodonosor habebat caput aureum, brachia argentea, & ex metallis multis reliqua erant fabricata, pedes verò luteos habebat, in quos cecidit lapis. Ità mali non caput aureum, non argentea brachia, nõ ventrem æreum, per quem virtutes, gratiæ, & alia naturæ dona significantur, pertingũt, sed ad debilia & abiecta oculos conijciunt, vt si quid mali in proximis videant, id omnibus notum faciant: virtutes verò secum taciti reuoluunt: cuiusmodi hominibus mundus plenus est. *Et posuerunt omnes qui audierunt in corde suo dicentes.* Vtinã & nos omnia verba & mysteria domini in corde nostro seruarenius: iuxta illud prophetæ. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tamen Dei verba, quemadmodum per vnam aurem ingrediuntur, ita per alteram obliuionis aurem exeunt. Et hinc euenit, vt tãtis auditis concionibus, tantis prædicatorum vocibus parum vel nihil fructus reportetur: quia nulla nobis cura est, verba Dei in penetralibus animæ recondere, vt vel sic, vberrimos & salutiferos fructus nobis pariant. Sed quia de his inferius octauo & vndecimo capitib⁹ habendus erit sermo: modo videamus, quid isti vicini & cognati Ioannis, qui hæc miracula audierunt, ad inuicem inter se loquantur. *Quis putas puer iste erit?* Quod si huius pueri à sanctissimo Dauide vate sententiam quęras hyperbolycos fuisse loquutum in eius sanctitate demonstranda. Iustitia (inquit) ante eũ ambulabit, & ponet in via gressus suos. Si autem à Malachia rogaueris, qualis sit iste puer: vtique respondebit tibi. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. Nec ex his verbis intelligas beatum Ioãnem naturã Angelum fuisse, sed potius vitæ puritate & integritate conscientiæ. Ira enim sanctissimè & purissimè vixit, vt in hac miseriarum valle vitam degens, meruit cœlestib⁹ spiritibus assimilari, quando eius vita & cõuersatio patriam illam beatam & sanctã potiùs redolebat, quam miserum hoc nostrum calamitatum pelagus. Si hoc ab Angelo Gabriele petieris, dicet tibi, cum magnum futurum esse coram domino: ità, vt vitus fuerit ipsius naturę prodigium cũ & terrenis, & cœlestibus habitatoribus admirationem peperit. Quod si rogaueris, in quo beatus Ioannes magnus fuerit. rogabo itidem & te, in quo magnus non fuerit? Magnus & admirabilis in conceptione, magnus in suo natali, magnus in vita, magnus in doctrina: in officio, in sanctitate, in dignitate & authoritate, in morte & in gloria. Ità sanè magnus fuit, vt existimarent multi illum esse Messiam: & id circo missi sunt ad eum sacerdotes & Leuitę à Iudæis, vt ab eo quærerẽt, vtrum esset Christus. Hinc certè clarè colligitur quanta fuerit ipsius Baptistæ maiestas, quantus vitæ candor & splendor: vt concepta esset opinio illum esse Messiam, & perinde Deum. Ex quo loco etiam facilimo negotio illam peruulgatam quæstionem poteris componere. Vter scilicet fuerit sanctior Ioannes Baptista, an Euangelista. Etenim baptista non contendit, nec certamen init cum aliquo sanctorũ: nam homines suam sanctitatem videntes nõ cum alio, quam cum filio Dei illum conferunt. Hoc sanè satis dictum putes de laudibus Baptistæ, vt illum omnibus præferas in gloria & honore, factam fuisse collationem inter eum & Christum, esset ne ille filius Dei, an non. Quod si inter sapientes & eruditos viros dubitatio esset in hac re: sufficit tamen in nostrum propositum à populo Messiam iudicari. Et ità inquit Lucas capite tertio. Existimante autem populo an esset Christus. Sunt enim aliqua corpora ità parua, vt à longa distantia minimè videantur: alia verò etiã magna sint, tamen propter hebetem oculorum aciem non videntur: alia denique ità maxima, & clara sunt: vt etiam si longè distent, tamen à quocunque videri & cognosci possunt. Ita sunt aliqui sancti, quorum iustitia & sanctitas in ecclesia Christi cognoscitur, & sua festa celebrat. Alii autẽ sunt, qui etiã numerati adsint cœlestibus illis ciuibus & cũ Deo regnẽt in secula, tamen ecclesia nec eos videt, nec suam bonitatẽ & sanctitatẽ iudicauit. Tertio verò ordine sunt alij ita sanctissimi

Ioan. 1.

Gen. 24.

Gen. 41.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Luc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simi & illustres, vt à longè dissantes ab omnibus cognoscuntur qualis fuit Ioannes Baptista. Nanque non solum nos, qui vberibus ecclesiæ Christi tanquam propriij filij lactati sumus, quique fidei lumẽ diuinitus infusum mentibus nostris habemus: Verum illi, qui extra ecclesiam sunt delitescentes in miseris ignorantiæ & excitatis tenebris, vt Turca & Sarraceni, beatũ Ioannem Baptistam sanctissimum esse cognoscunt, quem maximè honorant & illi festum celebrant: de cuius magnitudine & excellentia in superioribus multa diximus, in verbis illis angeli. Erit magnus coram domino. ¶ Si verò à patre Zacharia quæsieris qualis ille sit, dicet tibi. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim, &c. Et si à matre idẽ rogaueris, respõdebit. Vocabitur Ioannes: in quo est gratia, quia totus plenus fuit gratia & Spiritu sancto, vt is, qui in vtero sanctificatus fuit. Si autẽ Euangelistam roges, dicet tibi. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. A postolicitiã erant missi, tamen hi propter officium: Ioannes vero, per natiuitatem: qui ad hoc de ventre matris natus est & ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhiberet de lumine. Quod solum de filio Dei dicitur. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Id circò Apostolus vocari potest Dei patris: Illi verò electi sunt à filio Dei, vt nomen suum manifestum facerent: tamen Ioannes natus est apostolus & missus à patre, vt filium suum manifestum faceret in omnem mundum. Vtrè qui dẽ de Ioanne dici potest quod ad magnitudinem fuerit natus. Si quæras à filio Dei, quis putas puer iste erit? Respondebit protinus, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Quam magnus fuerit dominus Ioannes: quanta quoque eius excellentia & dignitas, infrà in capite septimo in expositione horum verborum dicemus. Si denique à me quæueris, quis puer iste erit, statim dicam tibi, futurum esse patriarcham, apostolum, martyrem, virginem, confessorem, etenim tam præcursorem scho æ virtutum, magistrum vitæ, sanctitatis formam, normam iustitiæ, pudicitiæ titulum, virginitatis speculũ, castitatis exemplum pœnitentiæ viam, peccatorum veniam, fidei disciplinam, maiorem homine, parem Angelo, legis summam, euangelij sanctionem, apostolorum vocem, silentium prophetarum, lucernam mũdi, Christi mediatorem, dominiteste m, & totius Trinitatis medium. Denique cum adhuc sanctorum testimonium maximi sit momenti, si ab Herode quæras, qui crudelissimus hostis Ioannis fuit, quique ipsum interfecit: quid de puero illo sentiat? virtutibus eius cõuictus & coactus dicet tibi. Quem ego decollaui Ioannes resurrexit à mortuis, & virtutes operantur in illo. Sciebat enim Herodes Ioannem virum sanctum, & iustum, & libenter audiebat eum. Tanta fuit beatissimi Ioannis sanctitas, vt eius occisor & inimicus clarum de illo testimonium reddiderit. Demũ si à turbis quæras, quis puer iste erit: vide quid respondeãt. *Etenim manus domini erat cum illo.* Manus (inquit) domini, id est virtus Dei operatrix miraculorum, in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate. Ex quibus probabili ratione arguebant quod in processu temporis magnus futurus esset. Rex Ioas misit sagitam salutis, sed posuit Eliseus manus. Sic verba Ioannis erant sicut sagitæ, sicuti Esaias de ipso inquit. Posuit me dominus quasi sagitam electam. Sed manus domini erat cum illo, sicut manus Elisei: atque ideò tot corda & animos penetrabat. Sic tu quicunq; fueris prædicator, non poteris auditorũ corda verbo Dei penetrare, nisi dominus posuerit manus super te. Iste autem modus loquẽdi hebraismus est frequens in sacris literis. Solet etiam manus non solum accipi pro virtute operatiua miraculorum, vt modo diximus: sed etiã in alijs significationibus. Solet enim aliquando manus accipi pro opere, vt in Psalmo. Qui docet manus meas ad prœliũ. Et in Ecclesiaste. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Manus cõplicare est illas ad operanõ extendere, sed turpitia & quieti se tradere: carnes autẽ suas comedere est carnis operibus oblectari, & carnis prudentiam sequi: quã mortẽ appellat, diuus Paulus mortẽ appellat, eo quod aduersus dominũ, qui vita est, effrenato impetu feratur: nã subdit statim Sapiẽtia carnis inimica est deo: vel, vt potest etiã ex Græco verti, inimica est aduersus Deum. Qui virtutibus non studet, manus, id est, opera claudit & cõtrahit: & carnibus suis pascitur & oblectatur. Vbi iam videdes apertè quomodo manus per ipso opere accipiatur. Ità capite primo Aggei prophetæ factum est verbum domini in manu Aggei prophetæ, hoc est, loquutus est dominus Aggeo: qui talia fecit opera vt dignatus fuerit

Ioann. 1.

Ioann. 19.

Matth. 11.

rit dominus cum ipso loqui. Aliquando etiã manus sumitur pro officio, vt in Prouerbijs. Mors & vita in manibus linguæ. Aliquando pro potestate, vt apud Iosue. Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percussione, vt apud Esaiam. Conuertã manum meam ad te. Et in psalmo. Inueniatur manus tua omnib⁹ inimicis tuis: dextera tua inueniat eos, qui te oderunt. Et Iob. Manꝰ domini tetigit me. Aliquando & pro spiritu prophetico sumitur, vt in Ezechiele. Cecidit super me manus domini, hoc est, fui diuino lumine illustratus & raptus, & splendore interno spiritus prophetici repletus. Denique manus domini accipitur pro diuina consolatione, & auxilio: vt est videre apud eundẽ Ezechielẽ. Manus dñi erat mecũ confortans me. Et Esaias. In manu (inquit) forti eruditi me. Et in psalmo. Posuisti super me manum tuã, & manus tua deducet me. Accipitur hic manus pro fauore, protectione, cura, & auxilio. Nemo enim vnquã tã fortis & magnus est, vt quemadmodũ infantes nutricis auxilio egent, ità & ipsi diuino fauore & substerniculo: qui certè si ignorant quã necessaria illis sit hæc manus proculdubio miserè & infœliciter corruẽt. Quod cùm benè intelligeret propheta, ità cum domino agit, velut infans, qui matris substerniculo audet pedetentim ambulare. Domine (inquit) non est exaltatũ cor meum, nec elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis nec in mirabilibus, &c. Sicut ablactatus super matrem suam, ità retributio in anima mea. Quid ergo isperet Israel in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum. Et quis est tã insolens (dicet aliquis) qui non ingenuè fateatur se hac Dei manu egere: Certè bona hominum pars videtur mihi hoc in errore versari. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Qui dicunt, auferte à me viam, declinate à me semitã, cesset à facie nostra sanctus Israel. An non eiusmodi sunt, qui peruerso itinere, & ab euangelicis legibus alieno gradiũtur, & nullum scelerum genus reijciunt: modo opes congerant, faculates augeant, bonores adipiscantur, qui malunt suis cogitationibus, quàm diuinis consiliis fidere. Tu ne dicere audebis ab illius manu velle duci: qui cum manum porrigat, tu eam contrahis? Vtique non tu auscultas Prophetam, qui inquit. Proijce cogitatum tuum in dominum, & ipse te enutriet. Hæc verba quid aliud sunt, nisi quædam manus porrectio: à qua rogaris vt velis illam tanquàm ducem & sustentacu ũ amplecti? Tu verò omnia tentare cupis potiùs, quàm illius auxilium. Admoneris in Euangelio, ne solicitus sis, quid manducabis, aut quo operieris: sed id etiam, vt quæras regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia tibi statim adijcientur. Tu verò potiùs aretę tuę & horreo pleno, quam diuinis verbis fides. Hoc quidem nõ est velle duci Dei manu. *Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto: & prophetauit dicens*, Superius hoc eodem capite scripserat sanctus Lucas Zachariam virum iustum fuisse: iustus autem esse non poterat, nisi sancto Spiritu indutus esset. Cur igitur hic dicit impletum esse Spiritu sancto? Intelligendum est, abundantiori Spiritus sancti gratia: nam prophetiæ munus accepit. Obseruat autem priùs dixisse repletum esse Spiritu sancto, postea verò illum prophetasse: quia prophetare opus Dei est iuxta illud Petri. Nõ voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei omnes. Quo circa operæ pretium erat, vt prius spiritu sancto repleretur, quàm prophetaret. Vbi aduertas etiam beatam Elisabeth repletam fuisse Spiritu sancto, & prophetasse, vt in superioribus ostendim⁹: sed paucis sermonem absoluit: Zacharias autem prolixiori cantico prophetauit, & in laudes domini prorupit. In qua re docemur mulieres paucis debere loqui, nec munus prædicationis illis esse committendum: vti sunt aliquæ, quæ publicè prædicare verbum Dei populo assuescunt. Aliæ autem sunt mulieres: quæ in libellis publicis suam sententiam proferunt: existimantes se aliquid scire, cùm nihil sapiant, & ità superbiunt & inflantur, vt velint prolixos de Deo sermones aliis prædicare: neque in his pro sua insania, & amentia sistunt, sed concionatorum verba examinare nituntur, & suis vanis capitulis in medio proferre sententiam, & denique interpretes fiũt eorum, quæ sacerdotes in Ecclesia Christi proferunt. Quæ quidem si Apostolum Paulum audisset, huiæ dementiæ damnationem audirent. Mulieres (inquit) in ecclesia taceant: non enim permittitur eis loqui: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Et iterum. Mulier cum silentio discat, in omni subiectione, &c. Sed iam videndum superest, quid vlterius Zacharias dicat. Demonstrat etenim quid Christus nondum

Mar. 6.

2. Pet. 1.

1. Cor. 14.

1. Tim. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum natus suo tempore facturus esset: adiungens etiam de puero Ioanne, id quod iam pridem ab Angelo didicerat. *Benedictus dominus Deus Israel.* Quando nobis consuetum est dicere, Laudetur Deus, siue Deo sit laus: Iudeis est mos dicere, Benedictus Deus.
2. Cor. 1. Sic diuus Paulus. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi. Et in psalmo
Psalm. 145. legitur. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Et iterũ.
Psalm. 102. Benedic anima mea dominum, id est, landa, magnifica, & magnalia ipsius prædica. Nanque benedicere laudare significat. Laudibus immensis Deus est extollendus, qui pro tanta sua pietate & misericordia dignatus est inaudito & mirabili modo populum suum inuisere, qui miseræ pristinæque seruitutis tædio laborabat: aduersus quem peccatum & mundus inualuerunt, necnon ipse Satanas Christiani nominis acerrimus hostis, sic adeò vt nulla spes esset in lege, quę ad perfectum in cæremonijs suis non adduxit.
Hebre. 7. ¶ Præterea dominum vocat iure possessionis: de ipso nanq; scriptum est, dominus vniuersorum tu es. Et rursus. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Et
Sap. 12. in Sapientia dicitur. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia disponis nos. Dominus etiam est ratione imperij, vt dicitur in libro
Iob. 14. Iob. Quem constituit alium super terram, aut posuit super orbem quem fabricatus est? Ratione quoq; gubernationis dominus est:
Psalm. 67. iuxta illud psalmi. Dominus nomen illi. Vocatur item & Deus ratione creationis. In
Genes. 1. principio creauit Deus Cœlum & Terram.
Esai. 48. Et Esaias inquit. Ego ipse, ego ipse primus & nouissimus. Et insuper Deus Israel vocatur potissimè quam alterius cuiuslibet nationis, duabus de causis. Tum quia solus populus Iudæorum vnum Deum colebat verum. Vnde Deus Israël sæpius in sacris literis appellatur. Vt est illud psalmi. Notus in Iudæa Deus, & in Israël magnum nomen eius.
Deute. 6. Et in Deuteronomio. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et iterum
Psalm. 147 in psalmo. Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Secundo non ob id solum, quia potissimè à populo Israël colebatur Deus Israël dicitur: sed etiam propter peculiaria beneficia huic populo exhibita. Vnde in Deuteronomio Moses huic populo inquit. Te elegit dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, quia dilexit te dominus. Non enim (vt regius psalmographus
Psal. 3. ait) fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non
Ose. 2. manifestauit eis. Quod apertè ipse dominus ostendit eis dicens. Ego enim sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: Ac si diceret. Peculiari quodammodo Deus tuus sum, quia maxima & illustria beneficia in te contuli. Id autem vnum magnum fuit, quòd eduxite de terra Aegypti: vbi manus tuæ seruierunt, & linguam, quã nõ noueras, audisti. Hunc etiam pertinet id, quod in Matthæo legitur, dominum dixisse mulieri Cananææ. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quòd si peculiariter dictus est dominus Deus Israel, quia singularia beneficia contulit in illum populum: quid est, quod non potius Deum tuum, & dominum tuum illum appelles cum pluribus & maioribus nominibus id tu possis facere, quandoquidem cum tantis sis flagitijs & sceleribus coopertus, toties te liberauit, & in pristinam animi valetudinem restituit? Si illos eduxit de Aegypto & de seruitute impij Pharaonis: te autem ab infidelitate, ab ignorantiæ tenebris & à dæmonis tyrannide liberalissimè eripuit: & in suæ ecclesiæ libertatem te constituit, vt possis tãdem hæreditatem illam adipisci, in qua ipse cum sanctis suis gloriosissimè habitat.
Quòd si familiariter cum illis agebat, tecum etiam propinquius & familiarius agit: qui in sacratissimo altaris mysterio illum sumis, quod quidem humanis verbis neutiquam exprimi potest, quantæ familiaritatis & amicitiæ signum euidẽs sit. Illi quidem dicebat. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. De quare melius tu gloriari poterat cum Deum & redemptorem tuum tã tibi coniunctum habeas. Quemadmodũ igitur quilibet sua propria bona diligit: ità te Deum diligere debes, qui sic adeò tuus est, vt se ipsum totum tibi se tradiderit, corpus & sanguinem præbens. Quid igitur est, quòd in cuiusquam esse dicis, tu illi non te tradis, vt prius voluntati obtemperes? Ne quibis enim similes esse miles si carni & rerum mundanarum amoribus te ipsum consecraueris. Modò autem subdit Zacharias causam, quare dominus laudandus & colendus sit. *Quia visitauit,*

Visitauit

Visitauit nos, non aliter ac peritus medicus iacentem infirmum, vt illum subleuet, sanitatem restituat, & vt doloribus & angoribus suis finem imponat. Quod quidem eleganter in Exodo exprimitur. Visitando visitaui vos, & vidi afflictionem vestram. Et Sophonias. Visitabit (inquit) eos dominus Deus eorum & auertet captiuitatem eorum. Et regius vates ad dominum clamabat dicẽs. Visita nos in salutari tuo. Hoc ipse olim per prophetam suum promiserat dicens. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas.
Quod dixerat adimpleuit, quando humanitate assumpta venit quærere & saluare afflictos corde. Sic enim turba clamauit, videns tanta miracula. Deus visitauit plebem suam. De illo nanque (vt noster Lucas ait) exibat virtus & sanabat omnes. Vbi diligenter aduertere debes, ne talem visitationem contẽnas. Cauẽ ne cum tanta ægritudine laboraueris ipsi cœlesti medico fores claudas. Etenim si illum benignum & misericordem contemnitimeo certè ne postea illum iracundũ nõ valeas sustinere. Nam ipse dicit. In die afflictionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Et in Leuitico. Quod si non audieritis me, sed spreueritis leges meas, &c. Visitabo vos velociter in egestate & ardore, &c. Et in psalmo ipsemet. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberib⁹ peccata eorum. Quid est, quòd tam acerbũ supplicium minatur dominus? Certè non ob aliud, nisi quia, vt ipse saluator ait, non cognouit tempus visitationis suæ. O quam diuino amore, quantis ad ostium clamoribus, quantis inspirationibus supernus iste medicus te visitat: qui cùm sic adeò tuam salutem & incolumitatem desiderer, si cum his in meliùs non proficis, vlterius in curatione persistit, & alia antidota componit, scilicet infirmitates amicorum & parentum subitas mortes. Quæ sanè omnia ea ratione adductus facit, nè in tremẽda illa die extremi iudicij in manus eius incidas, qui tanquàm rectissimus medicus te iudicaturus veniet. De qua die beatissimus Petrus ait. Humiliamini sub potenti manu Dei: vt vos exaltet in die visitationis. Sed vlterius progrediamur, vt videamus quid cœlestis iste medicus in sua visitatione fecerit, vtrum opera an sola verba fuerint. *Et fecit redemptionem plebis suę.* Vt videremus quãta sit dimerẽtia in visitationibus prophetarum, & in suo aduentu, in quo sacratissimum incarnationis mysterium fuit tactũ. Ille enim amor quo semper nos prosequutus fuerat, non verba solũ nobis non dedit, sed etiam admirandum opus perfecit. Fecit enim sanctissima sua passione redẽptionẽ talẽ, quę tale pretiũ posset solui: nimirũ sanguinẽ illiũ immaculati agni, qui pro nobis in arca crucis fuit effusus. Vbi tu discere debes, ne debita illũ verbis repẽdas, & etiã id semper præ oculis constituendũ putes: vt animam tuã plurimi facias, quãdo tãti stetit, vt non minus, quã Dei sanguis pro illa fuerit solutus. Empti enim estis (inquit Apostolus Paulus) pretio magno: 1. Cor. 6.
glorificate & portate Deũ in corpore vestro.
Quod si intelligere cupis quanti valoris pretium hoc fuerit, audi Apostolum Petrũ eccle 1. Pet. 1.
siæ principẽ. Non enim corruptibi ib⁹ auro & argento redempti estis, de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi.
¶ Fecit præterea redemptionẽ, non quam veniens suam inuenit: sed quam visitando & redimendo suam fecit. Obseruate etiam dixisse sanctã redemptionẽ, quia foribus aderat, cum ei Angelus dixit filiũ suũ Messiam præcessurũ in spiritu & virtute Heliæ: vel eo certè, quod Spiritu sancto repletus intellexerit ipsũ Messiam in virginis vtero iã esse conceptũ. Dixit itaq; iã factã propter certitudinẽ euentus. Id etiã sanctus Dauid ob certitudinẽ redẽptionis futurę multis retro seculis dixit. Redemptionẽ misit dñs populo suo. Et alibi ob eandem causam ad noua cantica inuitat, dicens. Psalm. 102.
Cantate domino canticũ nouũ, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi, &c. Notũ fecit dñs salutare suum, in conspectu gentiũ reuelauit iustitiã suam. Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri. Iam vides quomodo regius vates pro tanta rei certitudine mirabili encomio ea prædicet, quæ multis posteà tẽporib⁹ erant adimplenda. Sic etiã sanctus Esaias hãc fœlicitatẽ toti orbi venturã quasi præsentem contẽplans dicebat. Populus qui ambulabat Esa. 40.
in tenebris, vidit lucẽ magnam, habitantibus, &c. Et alibi, prosperam ecclesiæ fœcunditatẽ intuens ait. Exulta sterilis, quę non paris, &c. Esa. 54.
Et videns Israelitici populi angustam habitationem propter tantam gentis multitudinẽ, quæ conuertenda erat ad fidem, inquit. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexteram enim & lebam penetrabis, & semen gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Et contemplans Apostolos & Euangelicos prædicatores, qui orbem terrarum erant peragraturi, inquit. Quam pulchri sunt super montes pedes annunciantis, *Esai. 52.* & prædicanti: pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion. Regnabit Deus tuus. Hæc illi tot ante secula gratulantes canebant. Nos verò qui hæc omnia impleta cernimus tam ingrati sumus, vt mirum sit si quando eorum contemplatio animos nostros subeat. ¶ Perpende etiam quòmodo beneficia suo generi collata priuatis anteponit. Non lætatur, non gratulatur ob susceptum filium ac tantum filium, quantum futurum audierat ab angelo: sed præparatæ redemptionis duntaxat suo populo meminit. Benedictus (inquit) dominus Deus Israël. Quare? Non quia dedit mihi filium, nō quia restituit loquelam, & abstulit opprobriū sterilitatis: sed quia fecit redemptionem populo suo. *Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.* Cùm lingua Hebræa vetustissima sit, tales sibi habet vsitatos loquendi modos, qui in alijs linguis non inueniuntur: qui quidem nisi recte intelligātur impediūt, proculdubio sanctarum scripturarum sensum: ob cuius causam multi in miseros errores fuerunt lapsi. Nam cum significare vult, aliquem vitam suam discrimini mortis offerre: dicit habere vel ponere animam in manibus. *Psalm. 118.* Vt est illud. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Hoc est, quanuis cunctis periculis expositus essem, nunquam tamen obliuiscerer tuę legis. Et de Dauide dixit Ionatas patri suo. *1. reg. 20.* Posuit animam in manu tua, id est, se obtulit morti propter te. Sic Pythonissa eidem Sauli, *1. reg. 28.* posui animam meam in manu tua. Item pro eo quod est facultates & familiā augere, hæc *Psalm. 126* lingua dicit, ædificant sibi domum. Vt est illud. Nisi dominus ædificauerit sibi domū. Et cum Ruth fuit data Booz in vxorem, dicebāt *Rut. 4.* vicini. Faciat tibi dominus sicut Liæ, & Rachel: quæ ædificauerunt domum Israël. Et in Exodo de obstetricibus quæ fauerunt Israëlitis: ædificauit (inquit) illis dominus domos. *Exod. 1.* Et in eodē de Mose dicitur. Fuit in manibus eius fidelitas, id est, fuerūt manus eius firmiter extentæ. *Exod. 2.* Vocant dominum verborum, eum qui habeat causas: præcipites corde, vocant pusillanimes: dicunt mutare fortitudinem, pro armare se responsis eos vocāt, qui coram iudice habent causam discutiendam: appellant vestes libertatis nobiles: vocant primogenitum mortis dolorem grauissimum. Multaque his similia dicunt, quæ cum à nostro sermone aliena sint aduertēda esse oportet à sacræ paginæ studiosis, ne errare & decipi velint. Hoc in loco cornu accipitur pro fortitudine, victoria, virtute, gloria & regno, potentia & maiestate. Quadrupedum nanque animalium robur & virtus cornua sunt, quibus huiusmodi bestiæ aduersus alia animalia bellagerunt & superbiunt. Reges enim sancto cornu oleo vngebantur. Sic ille propheta antiquus Zacharias ait. Ecce quatuor cornua, id est regna. Et in Threnis dicitur. *Zachar. 1. Thren. 2.* Cōfregit in ira sua omne cornu Israel, id est, omnem fortitudinem. Et Anna mater Samuelis in suo cantico sic dicit. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi *1. reg. 2.* suo: & sublimabit cornu Christi sui, hoc est regnum & potestatem Christi sublimabit. Itaque in hoc loco cornu pro fortitudine & regia potētia sumitur, vt sit sensus. Excitabit potentissimum & fortissimum regem, in domo Dauid Regis: qui tantum viribus præstet vt manus conferēs cū inimico Satana ipsum superet & vincat. Potens erat tyrannus, qui plurimo satellitio stipatus omne genus hominum expugnabat, à quo viribus humanis vindicari non poterat liberas Israëlitarum. Solus Deus hoste potentior dedit infirmis robur mittens potentissimum & inuictissimum ducem, qui diuinæ virtutis cornu opes & vires aduersariorum infringeret & labefactaret. ¶ In domo Dauid inquit: quia hoc *Psalm.* beneficium Dauidi promiserat dicens. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: peruenturum hunc ad omnes, qui iuxta spiritum promerentur esse filij Dauid, non degenerantes à veritate patris. Huius pugnæ præludium fuit pugna Dauidis aduersus illum superbissimum Goliath, & huius meminit Christus cùm dixit. Cum fortis armatus *1. reg.* custodit atrium suum, in pace, &c. Huius etiā *Luce. 11. Colos. 2.* pugnæ meminit Paulus dicens. Et vos cū essetis mortui in delictis, & in præputio carnis vestræ: hoc est in gēnilitate & in idololatria vestra, conuiuificauit Deus cum Christo, donās vobis omnia delicta, delens quod erat aduersus vos chirographum decreti, quod erat cōtrarium vobis, &c. Vbi eleganter diuus Paulus hoc in loco aduersarios nostros à Christo non

non tantum victos, sed etiam omnibus armis *Heb. 2.* & præsidiis spoliatos, id quod sacrum euangelium ostendit. Et Paulus ad Hebræos testatur Christum per mortem suam eum destruxisse, qui mortis habebat imperium. Etenim *Iob. 41.* quis posset nos à dæmonis potestate & seruitute eripere: cùm de ipso dicat Iob nullā esse potentiam super terram, quæ cum illo valeat comparari? Bene quidem dicit patientissim⁹ Iob super terram, huius crudelissimi tyranni expertus vires: nam filius Dei à summo cœlo descendit incredibili & diuina virtute eum destructurus. *Sicut loquutus est per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius.* Sic in Actis legimus. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Et iterum. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum, adimpleuit sic. Obserua autem, non dixisse per ora, sed per os: vt scias quòd quanuis diuersis temporibus, vno tamen ore omnes prophetæ loquuti sunt, & eadem docuerunt, & concordi animo de filio Dei prophetarunt. Vbi etiam nec illud obliuiscī debet quod sanctos appellat prophetas, vt eos semper summa veneratione colas & suspicias. Præterea longum, id est modo omnia testimonia, quæ de Christo loquuntur in sacra pagina in medium adducere. Nihil enim egit, aut passus est, quod antea non fuerit in veteri lege prophetarum. Nam eius incarnatio natiuitas Magorum, aduentus, doctrina, miracula, passio, resurrectio à mortuis, ascensio in cælum, spiritus sancti missio, & deniq; cætera alia longe antea à prophetis prædicta fuerunt. Vnde merito ipse Christus dixit. Scrutamini scripturas, quia illæ testimonium perhibent de me. Et iterum. Si Mosi crederetis, vtique & mihi de me enim ille scripsit. Et rursum. Quoniam sic scriptum est, & ita oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed videamus quid viterius addat. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Quod Zacharias antea obscuris verbis dixerat de cornu erectione, idem modo interpretatur. Erectum est cornu, sed non frustra: quoniam cum ipso restituta est nobis salus ab inimicis, ne vltra animas violenter raperent. Liberauit nos Christus dominus ab hostibus nostris. Hanc salutem ex inimicis promiserat olim Deus ecclesiæ suæ dicens. Exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibūt. Et beatus Ioannes ait. In hoc apparet filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Quod sanè non de corporalibus inimicis intelligendum venit, sed de spiritualibus: qui semper nos maximo odio persequuntur. Hos Christus vicit in cruce, & de eis insigni & glorioso victoria triumphauit, vt ipse postea dixit: qui & dedit virtutem suis calcandi super serpentes & scorpiones, & supra virtutem omnem *Luc. 10.* inimici. ¶ Vbi obseruandum est quod dæmones non odio nos habent, quia aliquid mali ipsis intulimus, sed quia ipsi oderunt Deum, & quia sciunt ipsum velle sanctificationem nostram: ne autem voluntas domini adimpleatur, impedimenta ponunt iustificationi nostræ. Obstinatus enim & sua malitia indurātus pro viribus suis diuinę voluntati resistit, & in id conatum adhibet, vt nunquàm adimpleatur. Expende etiam quòd Deus odio haberi minimè potest ratione suæ Deitatis: nam cùm voluntatis obiectum sit bonum, impossibile est, vt Deus, qui per essentiam bonus est, odio à sua creatura habeatur. Habetur enim odio à damnatis & peccatoribus, & præcipuè à dæmonibus per quosdam effectus, qui repugnant inordinatæ volūtati: sicut inflictio pœnæ, & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnāt voluntati deprauatæ per peccatum, & quantum ad considerationem talium effectuum odio haberi potest Deus, in quantum apprehenditur, vt peccatorū prohibitor, & pœnarum inflictor. Sic in Psalmo *Psal. 73.* dicitur. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Et apud Ioannem Christus *Ioan. 15.* de Pharisæis inquit. Nunc autem viderunt & oderunt me, & patrem meum: vt impleatur quod in lege eorum scriptum est. Quia odio habuerunt me gratis. Hoc peccatum gra- *Psal. 34.* uissimum est: nam hæc voluntaria auersio à Deo per se ipsam diuinum odium importat, in aliis autem participatiuè & secundum aliud. Quemadmodum enim voluntas ei inhæret quod amat, ita per se refugit id quod odit: & ideirco quando aliquis odit Deum, voluntas ipsius per se ab eo auertitur. At in aliis peccatis sicut in furto aut in fornicatione non auertitur per se à Deo, sed per aliud: in quantū appetit inordinatū commodum, aut delectationem, quæ habet adiunctam auersionem à Deo. Semper autem id, quod est per se prius, quàm id, quod est per aliud: qua propter odium Dei inter alia peccata grauius est. Dæmones igitur nos persequū

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequuntur quia sceleratohoc vitio sunt pleni. Venit igitur dominus. *Ad faciendã misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Neque ad scribendam putes hanc liberationem ab inimicis tuis meritis, nihil enim ei nobis debebat: sed sua tantũ benignitate motus, carnem mortalem induere fuit dignatus, vt ab inimicis nostris nos eriperet. Nullo sub merito cadere potest diuini verbi incarnatio. Vnde D. Paulus. Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, misit filium suum vnigenitum natum ex muliere, factum sub lege, &c. Et iterum. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis, quã effudit in nos abunde. Et Dauid loquutus de incarnatione inquit. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Misericordiam (inquit) fecit Deus cũ patribus nostris: quia incarnatio, redemptio, & liberatio à dæmonis tyrannide opus fuit ineffabilis misericordiæ, & maximæ pietatis Dei: quanuis de congruo meruerunt sancti patres desiderando & petendo, vt de populo Israëlitico carnem assumeret filius Dei, cõgruum enim erat, vt Deus exaudiret eos, qui ipsius mandatis obediebant. Faciendæ erat cum sanctis patribus misericordia, qui fidem veram, & obedientiam promptam domino seruauerũt cum omnibus sanctis propheris, qui hæc prædixerũt futura, & pro veritate iudibria, mortẽ, & ignominiosa tormenta passi sunt. Prolata est hæc misericordia, vt magis ac magis cresceret desiderium eorũ, & vt magis eorũ affectus inflamarẽtur. Propterea testamẽtum sanctũ, cuius memor fuit, promissio est futurorũ, promissio inquã filij sui sancti sanctorũ, & firma pollicitatio bonorũ cœlestiũ, cuius memor fuit, cùm plenitudo tẽporis venit, hoc est, quod petebat Dauid dicens. Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spẽ dedisti. Ex verbo datur spes: & ideò Dauid fiduciam & spem habebat in verbo, cuius memorẽ dominũ esse vult. Aduerte autẽ quod aliud est testamentũ sanctũ, & aliud testamẽtum sancti sui. Testamentũ sanctum, est testamentũ vetus, ab homine datũ: sed testamentum sancti sui est testamentum Christi redẽptoris nostri, quod est nouũ. Sic Dauid. Respice in testamentum tuũ, id est: illud quod proposuit per filiũ suum sanctum: cuius Zacharias dicit dominũ memorari. De hoc etiã loquitur Ieremias dicens: Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda pactum nouum, alias testamentũ nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua apprehendi manũ eorũ, vt educerẽ eos de terra Aegypti. Testamentum sanctum sanguinem habet hircorũ, taurorum, viturorum & aliorũ animalũ, nec liberationẽ captiuorũ: sed in nouo instrumento fuit sanguis filij Dei, & liberas animarũ, sicut prædictũ fuerat per aliũ Zachariã prophetã. Tu quoq; (inquit) in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo nõ erat aqua. De quo sanguine dominus ait discipulis. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. In vita enim potest testator aliud instituere testamẽtũ firmi?: ideoq; testamentũ sanctũ renocatũ est, testamentumq; sancti sui morte testatoris confirmatũ est, & ideo irrenocabile quod Christi morte fuit signatũ. Vbi obseruabis q; memorari sui testamẽti sancti dicitur quia habuit se admodũ recordationis, quãdo diuinũ illud pactũ impleuit. Vnde Esaias. Egoipse qui loquebar, ecce adsum. Sed quia inter patres promissio illa, quæ Abrahæ facta fuerat, celebratissima habẽbatur, meritò in sequẽtibus Zacharias addidit dicẽs. *Iusiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrem nostrũ, daturum se nobis.* Hic modus loquendi scilicet, iusiurandum quod iurauit: frequens est in sacris literis, vt expectãs expectaui, exultatione exultabunt, benedicẽs benedicã, multiplicãs multiplicabo dolores tuos. Quidã dicũt hoc esse idioma Hebraicæ linguæ: alii verò dicũt quandã vehementiã & confirmationẽ sententiæ significare, vt videns vidi, id est optimè vidi: cognoscendo cognoui, id est valde vel maximè cognoui. Sic & in proposito iusurandum, quod iurauit: quia vehementi quodam affectu iurauit Abrahæ Christum ex eius semine esse nasciturum. Per memetipsum iuraui (inquit dominus) quia fecisti hanc rem, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito, propter mebenedicam tibi & multiplicabo, &c. Hoc etiã asseruit D. Paulus ad Galatas & Hebræos. Postquã dixerat Zacharias misericordiam fecisse cũ patribus nostris, vbi opus misericordiæ ostendit incarnationem fuisse: modo cum dicit in hoc verticulo, iusurandũ quod iurauit, edidit promissionem sub iuramẽto factã Abrahæ. Ex quibus etiã colligimus opus incarnationis opus misericordiæ fuisse & debiti. Sed dices protinus, si misericordiæ fuit, quomodo & debiti? & si debiti, quomodo misericordiæ? Audi. Debebat nobis, aut potius sibi ipsi, quia promiserat redẽptionem: sed eã promiserat, nõ nostris adductus meritis, nec nostris demeritis prohibitus, quod sanè totũ misericordiæ & gratiæ fuit. Sed iã obsecro vt gratiã & misericordiã videas. Adã & Eua primi nostri parentes diuinũ mandatũ trãsgressi, merẽtur pœnã æternã: verũ Deus ab his nõ rogatus, nulliusq; meritis prouocatus, vltro pollicetur saluatorẽ, dicens. Inimicitias ponã inter te & serpentẽ, & semen tuũ, & semẽ illi?, & ipsum tuũ semẽ conteret caput tuũ. Hic p̃misit saluatorẽ, qui serpentis caput, id est diabolũ, cũ quo loquebatur, conteret. Sicut igitur dñs sua bonitate & clementia adductus ipsum hominẽ condidit, ità eadẽmet ductus benignitate hominẽ suapte malitia lapsum restituit. Ideò redẽptionis opus merito misericordiæ opus dicitur. Misericordiæ enim est, eo q; promiserat nullis nostris meritis exigẽtibus: debitũ tamẽ eo quod promissa exhibuit. Idcircò Dauid promissum tanquã debitũ petit, dicens. Memor esto verbi tui, in quo mihi spẽ dedisti. N. mo nãq; redẽptionẽ expectare posset, nisi dñs illã esset pollicitus: sed pollicitatione facta, iã cõfidenter & audacter illã expectare possumus. Iurauit Dauid veritatẽ, & nõ frustrabitur eũ de fructu ventris. &c. Et Abrahæ dixit. Per memetipsum iurauí. &c. His p̃missionibus nitebatur patres veteris testamẽti, & benè sciebãt illas non fore irritas, sed rogabãt, vt citò adimpleretur. Hinc illæ voces. Vtinã dirũperes cœlos & descẽderes. ¶ Vbi diligẽter obseruabis quomodo promissa sua dñs impleat, quanuis ludæi pactum quod illi promiserant, non verum fecerunt. Ipsi enim dixerunt Mosi. Quodcũq; nobis iusserit Deus, faciemus. Ni. dominus citò p̃uaricati sunt pactũ, sed ideò dñs promissa non reuocauit. Vide quã firmæ & stabiles sint diuinæ promissiones, cuia adimple. quod pollicitus est, licet ii, quibus promissiones fiunt, nequaquam fidem datam compleant. Promiserat Dauid Christum: cùm autem peccauit Dauid possent multi existimare, Deum suam promissionẽ reuocaturum: sed dominus qui firmissimus est in suis verbis, quiq; nunquã falli nec fallere quẽquam assueuit, promissis stetit. Hinc ipse Dauid. Vt iustificeris (inquit) in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ac si diceret. Præsta promissum tuum, non quia ego dignus sum, sed vt appareat & clucescat, quam verax & iustus sis in tuis promissionib?. Sic in præsentia Zacharias inquit, dominum promisisse semini Abrahæ, salutem illis daturum per Christum. Sed cùm ipsi reiicerent legem Dei, existimare possent dominum verbum suum reuocaturum: verùm incredulitas eorum diuinum pactum nõ fregit, potens est quippe dominus quibuscunque promissa sua vera facere. Promiserat igitur filium suum daturum nobis: & in rei veritate, vt dixit, adimpleuit. Quia Deus pater seipsum dedit nobis in filio cum eiusdem naturæ sit, & substantiæ cum patre. Dicitur etiam se ipsum dare eis, quibus gratiam & charitatẽ infundit. Sicut enim datus est Iudæis, datus est etiam tibi per gratiam & charitatem. Ea enim est liberalissima dilectio, qua quis alteri seipsum præbet. Sic Ieremias. Dominus pars mea, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Vbi videre licet Dei liberalitatem & magnificentiam. Si promisit daturum se nobis, & illum dedit: quomodo cum illo, non omnia nobis donauit? Sed forsitan dicet aliquis. Ad quid hoc spectabat? Quid hæc, quæ retulimus sibi volunt? Quis redemptionis nostræ finis? *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.* Liberauit nos dominus per crucem & passionem suam à morte, & à tanta dæmonis tyrannide, non vt simus toti intenti ebrietatibus & delicijs, sed, vt sine timore ipsi Deo seruiamus. Vult enim vt filiali illo timore, quo sancti Deo obsequuntur, seruiamus illi: non autem timore seruili, quem charitas foras mittit. Vt seruiamus illi, & non alteri: vt videretur illud Deuteronomij recordari. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nemo nanque duobus dominis inter se tam lõgo discrimine dissidentibus seruire potest, vt sunt Deus & diabolus. Necesse erat prius liberari morte filij Dei de manu inimicorum nostrorum, qui dæmones sunt, quam Deo seruiremus. Prius soluenda sunt peccatorum vincula, prius à carceribus & compedibus exire oportet, quam vt possimus sedulum famulatum Deo exhibere. Et ideirco priùs ostendit, à qua seruitute liberandi sumus, scilicet, ab inimicorum manibus, & statim cui in seruiendum sit summa diligentia & solicitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dist. Hoc est, quod Paulus inquit ad Roma. Rom. 6.
nos scribens. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et Abrahæ iurauit dñs, in hoc Gen. 22.
quod dicens. Possidebit semen tuū portas inimicorum suorum. Hoc est occupabit ciuitates, & munitissimas quasque loca inimicorum eorum. His concilians sanctus sacerdos dicens. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, &c. Quāmus hæc, quæ dicit Zacharias meritis intelligenda putemus de inimicis inuisibilibus: nam Christus non liberauit Israelem à seruitute Romanorum. Nec temporalis fuit redemptio, vt minuti sacerdotum, falso existimabant, sed potius spiritualis: quia spiritualiter liberauit nos Christus sua morte à dæmonum potestate. ¶ Verum antequā ad illum verum gradum faciamus, duo hīc obseruanda sunt. Primum est, ideò optandū esse ab hostium molestijs liberari, vt tranquillus Deo vacare possimus; & maiori cum libertate illi seruire. Nunc verò ingratissimi homines tunc tēporis potius à Deo procul fugiunt, cùm ab hostium tumultibus tuti & tranquilli sedent: cùm ab ipso Deo liberalissimo tot tantique inimici procul sint fugati. Et quod non sine lachrymis dici potest, cum maiori pace fruuntur, tanto maioribus vitijs conflagrant. Ob quam causam benignissimos decet nos, qui salutem spiritualem animarum nostrarum vehementer exoptat, bella, egestatem, & pestem immittit, vt solet pater scelestos filij adductus in cum animaduertere, vtim licentia deterior fit. Quā tem pulchrē & eleganter exprimit Esaias cùm in persona vineæ dolingrato filio loquitur. Plantauī (inquit) vineam electam, ædificaui turrim. &c. Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? Quare expectante me vt faceret vuas, fecit labruscas? Sequitur. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruam maceriam eius, &c. Quid est igitur quod dominus sic cum illa se habuit? Sequitur. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Primum propter auaritiam, secundum ob crapulam addidit. Idcircò ait. Væ, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam. Dimitte & fatuitas sunt causa vitiorum, & idcircò flagellis animaduertit, vt meliorem vitæ conditionem induamus.

¶ Secūdò obstetua tibi, quod vt nos Deo tradamus oportet, vt ipse priùs se nobis tradat: & vt illi seruamus oportet, vt ipse priùs vitā nobis tribuat, quomodo illi sit inseruiendum. Et idcircò in versiculo præcedenti dixit se nobis dare rum, & posteà dixit, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, deseruiamus illi. Hoc est, ideò promisit dominus Abrahæ de ipsius nobis dare rum, & nos liberaturum de manibus inimicorum, vt seruiremus illi. Nanquē ni priùs ipse nobis aliquid præstiterit, quod ei possimus donare? ira natura sumus pauperes, vt nullo digno ministerio ei inseruire possimus. Hīc est quod ps. in psal. inquit Dauid. Quid retribuā domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Respondit dicens. Calicem salutaris accipiam, & nomē domini inuocabo. Vota mea domino reddā coram. &c. Dignū quidē admiratione est, quotiando Dauid videtur diligentiam adhibere, vt quærat, quid retribuat domino: nihil aliud nouit dicere, nisi calicem salutaris accipiam: quoquidem facto maiori vinculo deminor videbatur adstrictus, vt maiori obsequio illi inseruiret. Itaq; verū est quod sancti nihil aliud inueniebant, de quo gloriari possent, nisi quod debitis onusti essent, & tanto quis plus substantiæ habet: quanto minus aliis debeo qui verò aliquid possidet, & rotū deber, se verē nihil possidere, affirmare potest. Sancti igitur & amici Dei, qui omne quod habent, Deo debere fatentur: nihil habent, de quo iactari possint nisi de eo solùm, quod nihil à seipsis habent, sed à Deo, & propter Deum. De plenitudine eius omnes accepimus (inquit Ioannes) gratiam pro gratia. Et Ioan. 1.
quia illud donare possumus, quod à liberali manu ipsius Dei accepimus: postquam Propheta dixit. Calicem salutaris accipiam, statim inuenit quid retribuere posset, & dixit, Vota mea domino reddam: quia cum calice domini recepisset, (non operē mortem obēdo, sed desiderio & voluntate) & se fortem in virtute nominis Dei inueniens, dixit protinus. Vota mea domino reddam coram omni populo eius, qui & hominibus & angelis constat. Nec obstat si pro eo moriar, multum faciam: quia nullis meritis priùs vitam mihi donauit, & postea me liberalissimè redemit. Itaque lumine prophetiæ duplici titulo vitam meam ipsi debere, & quia de nihilo condidit, & quia sito sanguine iterum in captiuitate constitutum me ipsum redemit. Et hoc sanè videtur mihi huius literæ sensus gemi mis & propitius. Vnde aduertendum tibi est, vota in hoc loco non fuisse pro aliquibus operibus maioris boni, sed pro ipso desiderio morien

moriendi pro Christo: quod quilibet quadā animi præparatione habere debet. Nam etsi semper Deus nec vitam nec sanguinem petat, ego autē semper illi debitam existimo: & idcircò promptissimus semper esse debeo, vt si opus fuerit, libentissimè sanguinē pro ipso fundam. Colligas igitur ex dictis, quod, vt aliquid Deo tribuam⁹ necesse est, vt prius se nobis det: & ita in hoc loco prius dixit Zacharias se ipsum nobis dedisse, & ab inimicis nostris liberasse: vt statim nos ipsos illius ministerio cōsecremus. Verū vt scias quomodo liberat⁹ à dæmone illi inseruiendū subdit statim. *In sanctitate & iustitia coram ipso.* Hoc est impunitate & integritate animi, habens Deū corā te, qui opera, & corda scrutatur. Tanta nāq; conscientiæ rectitudine semper incidere debes, tanquā is, qui Deū præsentē habet. In hoc loco aduertere debes, quā circūspectus & cautus esses, si corā rege in negotio aliquo sisteres: maiori certè cura deberes esse corā Deo qui reges & potētes omnes, & ipsum iudicaturus est. In sanctitate igitur & animi probitate viuere oportet: nā ipse dñs inquit. Sancti estote, quoniā ego sanct⁹ sum. Et in Deu. Perfectus (inquit) & absq; macula eris cū domino Deo tuo. Venit igitur Christus, vt per ipsius passionē libere illi seruiamus, nō vt in lege Mosi, quæ timorē suis seruaoribus incutiebat. Hæc autem est lex amoris, in qua in sanctitate & iustitia est seruiendū. Sed nunquid seruiendū est⁹ per vnū mensem, vel annum. *Omnibus diebus nostris.* Id est, nullæ cunctationē, nullo tēporis interstitio, sed omnib⁹ diebus vitæ nostræ. Saul quidē bene incepit, & quia non perseuerauit omnibus diebus suis, damnatus est. Quid enim prodest homini vineā plātare, si priùs quam fructus producat, abeius cultura desistit: ità vt posteà nullum fructū possit colligere? Et quid prodest bob⁹ terram arare, & frumentum debito modo spargere: si posteà maturo tēpore negligit messē colligere? Aut quod emolumētum sequitur militi, si aduēniēte hoste vltrò arma capit, vt viriliter cū eo pugnet: si posteà nondū obtenta victoria contingat arma proijcere? Aut quid prodest nauti, mari se cōmittere, & flātibus ventis expandere vela, & fœlici cursu nauigare: si posteà in portu fracta naui perire contingat? Ex quibus liquidò constat, omnē laudem & gloriam in eo consistere, si finem belli fuerit consequutus. Idcircò monet Apostolus. Bonum facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus. Et iterū. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et Christus Saluator noster. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. ¶ Obserua autē, tunc nos in sanctitate Deo seruire, cùm illi firmiter credimus, cum illum ardenti amore diligimus, cùm laudamus, cùm timemus, & denique cū prauas & pestiferas cupiditates in nobis insurgentes mortificamus, cum veterē hominem exuimus, & illum cum omnibus suis concupiscentijs, & prauis affectibus cohibemus. Tunc autē Deo nostro in iustitia seruimus, quando proximo nostro opera impendimus, quæ ipsi nobis desideramus: imò si talia contulerimus, qualia ipse dominus nobis fecit. Nemo autem est qui non desideret in peccatis compassionem, in grauaminibus auxiliū, & in paupertate subsidium. Prout vultis, vt faciant vobis homines, ità facite illis: inquit Christus. Quod si videris aliquem in peccata prolabi, ne exultes, aut illum prouoces: sed potiùs eum instrue in spiritu lenitatis iuxta Pauli doctrinam, considerans nè forte & ipse tenteris. ¶ Aduerte etiam quod tria bona enumerat, quæ nobis contulit Christi aduentus: scilicet, vt liberemur ab inimicis, vt seruiamus Deo in iustitia & sanctitate, & quod hæc faciamus cunctis diebus nostris⁹. Hæc tria ita connectuntur in recto vitæ instituto, vt si vnum deficiat, vita recta & perfecta constare non potest. Primùm à malo liberari, secundū in sanctitate & iustitia seruire: tertiùm perseuerare omnibus diebus nostris⁹. Vbi spiritus domini ibi libertas sacta: & quia inimicus semper bella gerit, Saluator noster docuit nos semper dicere, sed libera nos à malo. Vt autem nos liberet, factus est nobis cornu. Libertas nobis contingit, cum corruptibilibus exuitur affectus, & cum sanctitate & iustitia illi ministramus: tunc supra humanum sensum vita agitur, cùm mores sanctis virtutibus componuntur. ¶ Denique, vt concludam, vnum hic aduertendum est, non solùm dixisse Zachariam, vt seruiamus Deo omnibus diebus, sed omnibus diebus nostris: quia tempus vitæ huius mortalis, quod nobis conceditur, datum est nobis vt in illo nostris actibus vitam æternam consequamur. Nam veniet mors quando iā non erit locus pœnitendi. Idcircò dñs. Operamini dū dies est, veniet nox quādo nemo poterit operari. Vnde Paul⁹. Ecce nūc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salu-

2. Tim 2. Matt. 10.
Colo. 3.
Luc. 6.
Gala. 6.
Ioan. 9.
2. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

salu is in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. Nunc autem ad filium conuertit suum sermonem Zacharias dicens. *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis præibis enim ante faciem domini parare vias eius.* Zacharias plenus spiritu sancto duas prophetias prædicit: alteram de Christo, alteram verò de Ioanne. Hactenus dixerat, quanta dns facturus erat populo suo per Messiã, multis retro temporibus promissum: nunc autẽ ad puerũ loquitur ea quæ ab angelo audierat. Vidimus enim in superioribus quomodo antẽ conceptionẽ ei dixerat Gabriel. Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Heliæ parare domino plebem perfectam. Ita & hoc quod ad puerum loquitur potius est patefactio cœlestis oraculi, quam canticum propheticæ: quanquam ipse propheticò spiritu loqueretur. Id enim erat Ioannis munus, & ad hoc venerat in mundum, vt disponeret hominum corda ad suscipiendum Messiam. Sed nemo ipsum Zachariã irrideat eo quod cũ infante octo nato dierum loquebatur, qui nec verba formare, nec ipsum patrem intelligere valebat. Sed non mireris quia ille, qui in vtero matris clausus regẽ suũ agnouit, & exiliens Christi nuntiauit aduentum, & præter cursum naturæ communem rationis vsum habuit: bene poterat Deus facere vt patris verba perciperet & intelligeret non quidẽ secundũ naturalem suã virtutẽ, sed secundum eius potentiã, à quo in vtero fuerat sanctificatus. Sed ad verborũ explicationẽ accedamus. Tu puer propheta altissimi vocaberis. &c. fuit Ioannes propheta & plusquã propheta: nã quẽ alij prophetæ venturũ dixerunt, ipse digito ostendit Christum. Multis enim nominibus Ioannes fuit appellatus. Amicus sponsi, angelus, Christi præcursor, Baptista, propheta, & plusquã propheta, Helias, lucerna ardens & lucẽs. Sed si beatus Ioãnes erat propheta, quid est, quod interrogatus an esset propheta, respõdit, nõ esse propheta? Ad quod dicendũ, q̃ cũm interrogatus fuit, an esset Christus, & postea an esset Helias? ineerrogatus etiã fuit an esset ex priscis & antiquis prophetis. Et ideò non simpliciter interrogabatur an propheticum spiritum haberet, sed an esset ex illis antiquis prophetis. Et addit vitra Zacharias illum præcurrũ ante faciem, id est, ante Christi corporalẽ præsentiam, quã antequã Christus prædicaret, ipse prædicauit baptismũ, pœnitentiã, & regnũ cœlorũ, præcessit etiã in limbo, quo sit, vt præcursor dñi merito dicatur. Nec mirũ si tãta in huius viri commendationem proferamus, quandoquidẽ ipse Malachias de eo inquit. Ecce ego mitto angelũ meum, qui præparabit viam ante faciem tuam. *Ad dandã scientiam salutis plebi eius.* Munus & officiũ Ioannis erat ipsum populum erudire, quænam esset vera & certa via ad salutem comparandam. Fuit enim Ioannes tanquam doctor fasciculum ferens ardentem, quo venientem regem illuminat, vt ab omnibus videatur. Et id omne necessium erat, nam mundus tãta ignorantia & tenebris erat inuolutus, vt ministerio & directione Ioannis indigeret, vt veri luminis doctrina illustraretur. Expẽde autem q̃ non dicit sanctus Zacharias ad dandã salutẽ, sed ad dandã scientiã salutis, id est, vt notũ faceret ipsum saluatorẽ. Tu docebis (inquit pater) filios Abrahæ quid illos facere oporteat. Audit populus Israel per omne Sabbathũ legem, & prophetas & audit, & nihil intelligit: quoniam non habet qui syncere erudiat. *In remissionem peccatorum.* Scribæ & pharisęi nõ sic docent, quia claudunt regnum cœlorum: tu autem non sic, sed remissionem peccatorum prædica & cœleste regnum apertum. Obserua autem quod Ioannes suo baptismo non remittebat peccata, sed præparabat homines ad pœnitentiam: ideò in Græcis codicibus nõ est in remissionẽ, sed εἰς ἄφεσιν, ostendit illum qui peccata remittebat, cũm dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vbi discant oportet sacri Euangelij concionatores, vt nunquam populo seipsos prædicẽt, aut vanitates, nec apochrypha vel faceta, quæ ad risũ, puocẽt: sed ea tantũ quæ ad remissionem peccatorum adducere possunt, vt sunt lachrymæ, compũctio, & cætera huiusmodi. Multi in suis concionibus varias mouent Theologicas quæstiones & philosophicas, & allegant nomina authorũ inaudita & exquisita: interdum propositiones obscuras & speculatiuas adducunt, & eas disserunt, vt vel sic maximi concionatores habeãtur & à populo laudẽtur. Quod quidẽ si recte considerares vanitas & stultitia est. Laudes tuæ lachrymæ auditorũ sint. Neq; aliud quid eõcupiscas, quã animarũ salutẽ & libertatẽ, vt faciebat Ioãnes Baptista: Et hoc modo maiorem vtilitatem populo afferes, & gratior & iucundior domino eris, quam si elegantibus & perpolitis sermonibus ad populum loquaris. *Per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus*

quibus visitauit nos oriens ex alto. Per misericordiam & benignitatẽ suam, qua dignatus est in hunc mundum venire, ad visitãdum nos: vt in illa ineffabili & incomprehensibili dilectione tribuatur hominibus remissio peccatorum. Quia carnem susc̃ipere, nasci, docere, & in patibulo crucis acerrimã mortem subire voluit, vt nostra peccata remitterẽtur. Expende quod quemadmodũ beata virgo omnia beneficia, quæ accepimus Dei misericordiæ tribuit, cũm dixit, Suscepit Israel puerũ suum recordatus misericordiæ suæ: ita & Zacharias dicẽs, per viscera misericordiæ Dei nostri hæc nobis tribuit per suam charitatem & amorem. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos (inquit Paulus) sed secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Et ad Galatas. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et ad Ephesios inquit. Propter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos Deus, filiũ suum misit in mundum. Omnes enim iustitiæ nostræ tanquam pannus mẽstruatæ. Ideò cũm in se dominus suã contraheret iustitiã, super nos suam misericordiam extẽdit: & nostræ miseriæ & imbecillitati consuluit. Itaque misertus nostri dominus pro tanta sua clementia non potuit pati nos in tanta seruitute conflictos, & oppressos videre: imò non solum voluit sua viscera amoris plena demõstrare, verùm etiam profundam suam humilitatem, quando à cœlesti suo habitaculo descendere ad infima terræ voluit: & cum naturæ esset immortalis & impassibilis, pro tanto in nos amore mortalem & passibilem fieri voluit. Hæc omnia tecum peccator reuolue, vt illum verearis offendere, qui tanta amoris pignora tibi dedit. Nam cùm esses infirmus, te à summo cœlo visitauit: & in hoc exilium descendit, & pro te talem redemptionem soluit, vt non minus, quam sumptibus sui pretiosissimi sanguinis salutem tuam operatus est. Vide autem quod vocat Christum Orientẽ, iuxta illud Malachiæ. Orietur sol iustitiæ vobis timentibus nomen suum. Et in Zacharia. Ecce, vir oriens nomen eius. Et sub ter cum orietur, ædificabit templum domino. Vbi Paraphrastes Chaldeus pro Oriente vertit Messiam. Oriens itaq; ex alto propter suam maximam misericordiã & nimiam charitatẽ dilexit nos: tribuens salutem suo sanguine pretiosissimo. *Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent* Prosequitur metaphorã, quo incepit, dicens, ortum esse exalto, tanquã sol: cuius natura est eos illuminare qui in tenebris & ignorãtia sunt. Quod sanẽ ipse Esaias multo anteà prædixerat. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam: ambulantibus in regione & in vmbra mortis lux orta est eis. Sed ne hoc de corporali luce intelligeremus, aut de corporalibus tenebris, dixit, vmbra mortis, vt insinuaret quod de spiritualibus animæ tenebris fuerit locutus. Christus enim velut verus sol iustitiæ suo aduentu tenebras ignorantiæ expulit, & profligauit caligiñ peccatorũ & frigida corda nostra igne charitatis suæ accendit. Nox (inquit Paulus) præcessit, dies autẽ appropinquauit. Lex etenim Moysi, quã Paulus hic mortẽ appellat, iã præcessit, & orto vero sole iustitiæ Christo omnia illuminata fuerunt. Antea omnia erãt vmbræ, & figuræ: nã vt inquit Paulus omnia in figura contingebant illis: modo verò omnia clara sunt & aperta, & aduentu solis illuminata. Præterea iacebamus in tenebris, & non poteramus ad eũ oculos leuare: sed eũ ipse venit ad nos, sui luminis radijs in animos nostros immissis dies serenus ac clarus nobis illuxit. Qui priùs in tenebris peccatorũ, & in desperatione mortis sedebamus, excæcati idololatrijs & cupiditatibus, terrena pro diuinis amplectentes, & vmbras rerũ carnalium pro spiritualibus ortus est sol iustitiæ, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed vide quam longè antea hoc idẽ prædixerat Esaias. Surge (inquit) illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum: & gloria domini super te orta est. Venit Ioannes Baptista, vt eos illuminaret, qui erant in tenebris, vt hanc splendidã & micantem lucem possint videre. Quia quemadmodũ illi, qui in densas tenebras & caliginẽ obscurã sunt iniecti, si ibi diu detineãtur, nõ possunt subitam solis claritatem intueri, sed oportet prius aliquod minus lumen aspicere, alioquin obcæcabuntur repentino splendore: sic mortales sceleru maculis contaminati, & ignorãtiæ tenebris sepulti non possunt in excellentem illam claritatem Iesum Redemptorem nostrum oculos conijcere, nisi priùs aliquo minori lumine fuerint illustrati. Christus enim verus Sol iustitiæ est, vt Malachias inquit. Ipse etiam est lux illa de qua inquit. D. Ioannes. Ille erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hũc mundũ, de qua ait ipsemet Chrus. Ego sum lux mũdi. Eũq; vocat apostolus splendo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebr.1. Ioan.5.

ré gloriæ & figuram substantiæ eius. De Ioanne autem Christus saluator noster dixit, esse lucernam ardentem & lucentem. Obcæcatus esset mundus pro oculorum suorum imbecillitate si repēte vidisset solē iustitiæ Christū, quia excellens sensibile corūpit sensum. Igitur, vt mundus, qui in tenebris iacebat, posset Christū intueri ne obcæcaretur, oportebat vt Ioānes tanquā lucerna esset media, vt sic videret homines solē iustitiæ Christū. Ideò ait pater q̄ venit filius illuminare his, qui in tenebris sedēt, vt lumine suæ doctrinæ pararet corda hominum vt Christū susciperent. Porrò Zachariæ vaticiniū non solū de illuminatione Iudęorū, sed etiā Gentiliū intelligitur. ¶ In hoc autem quod dixit, sedere in vmbra mortis, non solū de spiritualibus tenebris loquitur, sed etiā in quandā secretiorem considerationē incidit. Mors enim est priuatio vitæ: & separatio animæ vitalis à corpore vitā habente: vmbra verò mortis est somnus siue dormitio, quæ propriè dicitur mortis imago. Sic etiā mors est peccatū, quod nos separat à Deo, qui vita est animæ nostræ: vmbra verò mortis est quædā carentia veræ cognitionis, veritatis, fidei, & lucis æternæ. Fit enim vmbra in aēre ab obiecto & corpore lucis: quo remoto aēris pars clara manet. Sic fit in animabus hominū, quādo aliquid supernæ & internæ luci obijcitur, vnde vmbra illa mortis generatur. Sed remoueri potest, dū visitur, quouisq; animę detrudātur in infernū. Potest etiā hic locus exponi, quod corpus sit mors corporalis, vmbra verò mortis, peccatū: nā sicut sequitur vmbra corpus, sic vbi mors ibi peccatū, quia peccatū secum mortē adduxit. *Rom.5.* per vnū hominem peccatum, & per peccatū mors inquit Paulus, & Christus propter peccata nostra mortuus nō ꝓpter sua. Merito igitur peccatū dicitur vmbra mortis, quia sēper comitatur ipsum mors. Vt autē significaret quantū homines in peccatis suis & flagitijs detinētur, vsus est verbo, sedere, & nō stare, quia plusquā quinq; millia annorū transacta erant, à quibus totū genꝰ humanū deuinctū tenebatur in peccatis. *Ad dirigēdos pedes nostros in viā pacis.* Tenebris huiusce modi depulsis, & vmbra mortis abiecta pedes nostri, id est, affectus & intellectus noster dirigātur in viā pacis. In viā illam scilicet pacis, quam mūdus non potest dare, quā mundus ignorat: quia superat omnē sensum & captū humanū, quā quidē Christus suæ passioni proximꝰ suis discipulis reliquit, dicēs. Pacē meā do vobis: pacē relinquo vobis. Quis igitur nīsi in illā viā nō accū getur, quæ secū habet omnia bona? omnia mūdi bona bellū & perturbationes afferūt, tantū igitur abest, vt pacē afferre possint. Huic Christi paci vehemēter aduersamur, ma'is usq; perpetuis molestijs affici, quā ad tranquillū pacis obiatū portū nos recipere: digni lanē, vt in priores tenebras, quæ mundū anteà occupauerāt, relegemur. Rotæ illæ, super quas ambulabāt illa quatuor facta animalia, quatuor quidē erāt, sed vna omnes videbantur: quia vna erat earū similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse viderentur. Ideò dixit Ezechiel. Et aspectus earū similitudo vna quatuor. Ac si diceret. Omnes quatuor habebāt vnā & eandē similitudinē, simi es erāt inter se, & maximè cōformes. Tales debēt esse Christi fideles per has rotas significati. Quē admodū enim in bono horologio rotę ita cō positæ sunt vt circulos suos æqualiter conficiāt, & mota vna aliæ itidē mouentur, & ad quietatē vniꝰ & reliquæ quiescūt, ità, vt multæ cùm sint numero ordine & cōcordia vna sint: eodē modo in Christiana republica omnibus debet esse æqualis volūtas, & tāta omnū cōcordia, vt cū multa sint corpora, tamē vnus homo cōformibus volūtatibus iudicetur. Nā ad hoc venit Christꝰ vt dirigat pedes nōs in viā pacis. Quā ob rē monet D. Paulus: Vt simus sociati seruare vnanimitatē spiritus in vinculo pacis. Et alibi. Nō est (inquit) regnū Dei esca & potus: sed iustitia & pax. Sicut spiritus non vegetat membra, nisi fuerint coagmētata: sic spūs sanctꝰ nō vinificat ecclesiæ membra, nisi cōcordi pace fuerint colligata. Qui enim nō diligit (vt inquit Ioānes) manet in morte. Sic quia apostoli erāt cōgregati in Ierusalē, venit spiritus sanctꝰ in linguis igneis super eos. Impi; verò, quibꝰ, vt Esaias inquit, non est pax, semināt discordias inter fratres: quod septimū erat, quod detestabatur dns, vt inquit Salomō in Prouerbijs. ¶ Hactenus sanctus senex locutus est, & his verbis suo cā tico finem imposuit. Modo verò Euangelista Lucas prosequitur, quid potest hæc beatissimus Ioannes fecerit vsque ad annum trigesimū. ex quo ex domini præcepto venit in Iordanem, baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorū prædicans. *Puer autem crescebat & cōfortabatur spiritu.* Quēadmodum per ætatē beatꝰ Ioānes corpore crescebat, ità per afflatū diuini numinis semper proficiebat in maiori spiritus

spiritus firmitate & virtute. Quod sanè exemplū deberet nobis esse, vt quēadmodū quotidie maiori corporis quātitate augescimꝰ ita in mentis diuitijs facultates augeamus. Cuius rei exemplum habes in Apostolo Paulo cuius verba sunt. Cū essem paruulus sapiebam vt paruulus, & loquebar vt paruul': post quam autem factus sum vir, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. Sed multò aliter id fit, quia crescunt modo homines ætate, & magis crescūt in flagitijs & peccatis: & quod peiꝰ & lamētō dignū est, ꝙ in ipsis peccatis senescunt, & ità senescentes & obstinati in eisdem moriūtur. Ideircò Ieremias. Bonū est viro cū portauerit iugū ab adolescentia sua. Et in prouerbijs dicitur. Adolescens iuxta viam suam, etiā cū senuerit, non recedet ab ea. Et idcircò oportet vt à pueritia sanctis moribus re indnas: & si deprauatā aliquam inclinationē habueris, eā depone, priusquā senescat: nā tunc cū difficultate tollitur. Arbores nāq; quando tenellæ sunt, si in cūruitatē abiermīt, possum dirigi & de loco in locū deferri, vt inserantur: tamē si inueterascūt nullū adest remediū neq; dirigi, nec alio deferri possūt. Ita sānè to post quā senueris, maxima cū difficultate teipsum corrigere poteris, si vitā tuam peruerseris moribus consumpsisti. O sancte & beate puer, qui tā tenellus ætate humeris tuis iugum domini suaue imposuisti, qui contēnens opulentā parentis domum admirandā & horribilē pœnitentiā egisti: & quēadmodum omnes virtute & sanctitate superas, ita etiā facilimo negotio vitæ asperitate reliquos excedere videris. *Et erat in deserti vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.* Noluit in parētis domo diu cōmorari, sed ab ipsa statim pueritia, in qua reliqui sibi indulgent, ab hominum frequentia procul fugitiue vel ex vulgi cōmercio vel minimam labem contraheret, qui in materno vtero singulari beneficio fuerat sanctificatus. De quo sancta Ecclesia sic canit. Antra deserti teneris sub annis, Ciuium turmas, fugiens petisti, Ne leue saltem maculare vitam, Famine posses. Vbi statim docemur hominum tumultus, & mundi familiaritatē fugere, exēplo beatissimi præcursoris. Quod sanè exemplum & multi alij sancti nobis præstant. Dauid enim sic inquit. Elongaui fugiens, & mānsi in solitudine. Esaias solus dominum exercituum videt, & laudes Seraphin contēplatur. Moyses solus ascendit in montē: & ibi cū domino familiariter conuersatus, legē accepit. Et in deserto angelus dñi consolatus est Agar. Et Helias habitans in solitudine pascitur pane angelico. Talē vitam decebat agere, qui à dño mittebatur, vt vniuerso pœnitētiā prædicaret. & locus ille deserti conueniētissimus erat prophetiæ, quā de ipso prædixerat Esaias. Vox clamantis in deserto. Hoc in loco sanctissimus puer latitabat, quo maior nullus inter natos mulierū erat. Hic silebat, vt in suo tēpore maiori autoritate & maiestate, & cū maiori animarum fructu postea loquetetur. Mirandū quidem est, vt eo tempore quo reliqui pueri se & mundū cognoscere incipiunt, & quando alij cachinnos mouēt, ludos quærūt pueriles delicijs nutriūtur in gremio matrū: tunc tēporis sanctissimus Baptista solus vitam agere in deserto inter syluestria animalia, inter feras bestias, sine domo, sine igne, sine famulo, sine societate, sine pane & vino, si ne aliquo alio cibo præter syluestre mel & locustas. Non lectulum habebat aureis pauimētis ornatū, sed in humido solo iacebat in cauernis, solis & frigōris iniurias patiebatur, & his omnibus iuuatus in oratione & contēplatione pernoctabat. O admirandū puerum, ô prodigiosum eremitā, ô diuinū monachum, qui omnē mundū tuo natali perterruisti: modo autem deserta habitans, tua angelica vita cœlum ipsum & angelos in admirationē prouocas. Quis obsecrō angelorum aut superorum spirituum à summo cœlo nō descendit hoc tantū miraculū visurus. O quanta omnes rapiebantur admiratione in videndo puero, quantumq; in puero hoc diuinam sapientiā venerabantur, quā illi voluit infundere. *Exod.40. Matt.11.* Quę rogo (vt tecum paucis agā sanctissime puer) peccata, quæ homicidia, quæue adulteria per petrasti: vt tā aspera & mirabili pœnitētia vitā ageres? Sed væ nobis miseris peccatoribus sub quorum pedibus ardet infernus, fumiq; flaminis expectat, vt nos deuoret: qui cuin onusti peccatis simus, & tanto flagitiorum & scelerum pelago submersi, diem ieiunij & sanctitatem simulamus, neq; vel momentum pœnitentiæ facere volumus. O nos miseros & cæcos, qui tanta tenebrarum & obscuritatis caligine laboramus, si huic puero propter rarā sanctimoniā tātum honorē exhibemus, quare operibus nostris illum nō imitamur? Non tantam pro peccatis agebat pœnitentiam: sed quia verus pœnitentiæ prędicator erat, id factis voluit ostēdere, quod verbis postea docturꝰ erat: vt ipsū Christum sanctorū om

Universidad de Deusto
Biblioteca

nium magistrum videretur imitari, qui facere & docere cœpit. Cibus eius in tam parua erat quantitate, vt sine diuini numinis miraculo corpus illud sustineri & ali nequiuerit, & sic ipse Christus de eo dixit: Venit Ioannes non manducans nec bibens: quia eius cibus tãtus erat, acsi non comederet, & eius potus ac si non biberet: vestitus, vt si nihil prorsus indueret: & tandem vita magis angelica quã humana. ¶ Hoc igitur modo in ista solitudine viginti quinque annorum spatio vitã degit, quousque à deserto profectus prædicatu

Act. 1.

Luc. 7.

rus in Iordanem venit. *Quæ omnia vel eo diximus vt nunquàm à memoria excidant, sed quoad poteris sæpissimum Christi præcursorem imiteris, quia ob hanc causam sacri Euangelistæ mirabilia Ioannis in nostram vtilitatem scripserunt, vt illius exemplo sanctis vitæ documentis nostram vitam instituamus: quia paratus est dominus in omni tempore nostris votis & petitionibus annuere. Et* ne longius quam par est immoremur, præstet huic primo capitulo finem Iesus Christus Mariæ filius. Amen.

CAPVT II.

OSTQVAM Euangelista noster Lucas in superioribus egit de occulto Dei aduentu in hũc mũdum per admirabilem verbi incarnationem, cõuertit modo sermonẽ ad manifestum aduentum: qui fuit per natiuitatẽ ab vtero sanctissimæ virginis, in quo clausus per nouem mensium spatium latuerat. Aderat enim iam sancta illa plenitudo temporis, misericordiæ eius: cùm mîsit Deus filium suũ primogenitum, natum ex muliere & factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & omnes homines beneficium gratiæ & redemptionis acciperent: illi potissimum, qui ad vitam æternam ab ipsa æternitate erãt destinati, quosque Deus elegerat ante mundi constitutionem. Medio igitur tempore incarnationis & partus beatissimę virginis multa huic natiuitati conuenientia contigerunt in commendationem tanti mysterij. Modo autem sacer Euangelista sequentibus prosequitur, quomodo rex noster mutato habitu ingressus sit bellum, nec in ea gloria & maiestate, in qua vnus est cum patre & imago bonitatis illius: sed potius in humilitate nostra & in similitudinem carnis peccati fortem illum deuicerit, qui mortis habebat imperiũ. Ad certitudinem autem historiæ narrat Euãgelista eum qui tunc temporis imperabat orbi: illa dicendi facundia & grauitate, quæ tãtum historicum decet, præcipuè cùm de re tam graui & excellenti suum instituat sermonem. *Factum est autem in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis.* In re tam seria conueniẽtissimũ fuit, vt & tempora, & eius temporis imperium Euangelista nobis designaret. Nam si quando Ioannes exijt ad prædicationis munus, descripsit nobis imperium, & tetrarchas regni illi' Iudæorum & itidem sacerdotium dicens, anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris procurante Pontio Pilato Iudæa: quanto potius in Christi Saluatoris nostri natiuitate oportebat imperij & orbis dominiũ scribere? vt vel sic ostenderet Euangelista, qua occasione Maria virgo & sanctissimus sponsus Ioseph ascenderint Bethleem, vt obtemperaret sacris scripturis, quæ de Christi ortu scriptæ erant: mentionem facit Euãgelista de edicto Augusti Cæsaris. Notum est plusquam vt declaratione indigeat hunc Augustum, fuisse secundum Romanorum imperatorem, & successorem C. Iulij Cæsaris, qui fugato Pompeio inuasit imperium. Hic cũ Octauianus proprio nomine appellaretur, Cæsar dictus est in recordationem & gratiam sui prædecessoris, à quo Imperatores Cæsares dicti sunt. Qui quidem Octauianus deuictis Cassio & Bruto ac deinde Marco Antonio & Lepido pacificè totius orbis dominus factus est. A domino certè factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: vt vel ità Christi fides postea propagaretur & vt altas ageret radices per doctrinam & ministerium Apostolorum & discipulorum Christi. Quia cùm mũdus existeret sub vnius imperio non fuit coarctata Euãgelica prædicatio in vno tantũ regno aut prouincia. Construxit hic Octauianus alta mœnia &

Pſal. 101.
Gala. 4.
Ephe. 5.

3. Reg. 22.

Sap. 7.
Phil. 2.
Hebr. 2.

nia & superba templa in Romana vrbe, quæ bellorum cuiusmodi tumultu collapsa fuerãt: vnde scriptum iactans dicere solitus erat. Vrbem lateritiam inueni, marmoream reliquo. Quæ propter cognomẽto dictus est Augustus, eo quòd ædificia, opes & imperium Romanorum magnificè amplificauit & auxit. Et idcirco tẽporeclnius nascitur Christus secundum carnem, quia hunc inferiorem orbem admirandis & diuinis virtutibus auxit: superiorem verò, supra quam humanus capere possit excellentiã, imò decorauit. Et non solum ipsum auxit & illustrauit: imò antequam humanam vestem induceret mirabili artificio illum condidit: quia mũdus per ipsum factus est, ipsumque describit, quia cũcta cognoscit. Necesse tyrannus est, vt Augustus Cæsar, aut iniquè vsurpat imperium, sed constitutus est ab æterno patre hæres vniuersorum, per quem fecit & secula. Præterea venire voluit eo tempore, quo vniuersum vnius imperio tenebatur, cùm & ipse vniuersorum esset dominus, rex regum & dominus dominantium, & princeps regum terræ: cuius pedibus pater omnia subiecit, & omnem potestatem dedit in cœlo, & in terra. Peccato itaque toto terrarum orbe exijt edictum à Cesare Augusto vt cognosceret numerum totum omnium, qui suo imperio subdebantur, vt sic ab eis tributum exigeret. Idem legimus Dauid in suo regno fecisse, cùm superbia elatus iussit per manus Ioab omnem suum populum numerari. Quod Dauidis peccatum grauiter punijt dominꝰ magna grassante pestẽ: pecc. tũ autem Augusti Cæsaris reliquit impunitum, cùm maius esset peccato Dauidis. Nam que Dauid solum iussit numerare populum: Octauianus autem auaritiæ igne incensus tributa ab omnibus exigebat. Et hinc colliges verissimum & indubitatum illud esse, quos diligit Deus corrigit, & flagellat omnem filium, quem recepit. At cum iniquis & sceleratis peccatoribus dissimulat, quorum punitionem in inferos reseruat. Vnde in Leuitico habetur. Qui maledixerit Deo, portauit peccatum suũ: qui autẽ assumpserit nomẽ Dei, morte moriatur. Mirabile quidẽ est (vt Origines annotat) quod qui maledicit nomini Dei, non multatur pœna: qui autem nomẽ Dei assumpserit, non minus, quam mortis pœna animaduertetur. Nonne multo grauiꝰ est Deo maledicere, quam cum nominare, quanuis in vanum? Equidem minus peccatũ

Luc. 2. 1.

Ioan. 19.
Ioan. 1. 29.
Matth. 28.

Ioan. 3. 24.

Rom. 13.

Gene. 42.
Gene. 43.

Nau. 2.

Luc. 16.

Leg. Greg. lib. 5. Mor. c. 15.

expiatur hic pœna mortis, vt pœnam æterni ignis non inueniat. Sed qui portat peccatum suum, & hic nõ persoluit: æterna supplicia inueniet. Grauius ergo est accipere peccatum, quàm morte multari. Hic enim mors in vindictam accipitur, & apud iustum iudicem nõ vindicatur bis in idipsum. Vbi autem non est soluta vindicta peccatum manet æternis ignibus exigendum. Quod autem hæc verissima sint, adducam tibi in testes ex sacris literis Ruben & Iudam patriarchas: qui cum Beniamin vellent ducere in Ægyptum propter fœdus quod pepigerant cum fratre Ioseph, Ruben ita ad patrem loquitur. Duos filios meos occide, nisi adduxero ad te Beniamin. Iudas vero ait. Si non reduxero & reddidero eum tibi, ero reus peccati in te omni tẽpore. Iacob ergo eorum pater, cum sciret multo esse grauius, quod promiserat Iudas dicens, ero peccati reus, quam id alterũ, occide filios meos, Ruben quidem nõ tradidit filium Beniamin tanquàm illi quilleuiorem elegerit pœnam: Iudæ verò tradidit, sciens grauius esse quod elegerat. Idcirco grauius punitur ille, qui eo quod maledixit Deo, portat peccatum: quã ille, qui occiditur. Sicut grauius punitur is, qui in hac vita nõ exoluit pœnas peccato debitas: quam ille, qui multis afflictionibus & calamitatibus premitur. Et quis dubitat quin ille diues, qui quotidie epulabatur splendide, lautis & opiparis ciborum generibus vtens, purpura & bysso semper indutus grauiꝰ & acriùs sit punitus: quàm Lazarus pauper, qui in hoc seculo multis calamitatibus fuit flagellatus? Quod si diues hic nullas fuit passus ærumnas, nullas tribulationes & calamitates, tamen æternis gehennæ ignibus perpetuo cruciatur: cui sanè melius esset, vt in hac vita calamitatibus, & angustijs premeretur, ne, postea illa omnia æternis ignibus exoluere. Nam que hæc flagella, quæ hic iniiciuntur, momẽtanea sunt: illa verò perpetuò sũt duratura. Melius igitur & saluberius actũ est cum sanctissimo Dauide, quam cum Augusto Cæsare. Dauid enim hic fuit punitus, quia populum numerauit. At Augustus portauit secum peccatum suum: & reus fuit peccati, quem æterni ignes diseruciant. Vt pro comperto habeas grauius esse & lamentabilius peccatum secum ferre vsque ad inferos, quã in hac vita aliqua mala pati in ipsius condonationem. Quocirca cùm hæc quæ diximus Paulum Apostolum non lateant, imò condu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

centia esse fidelibus: de quodam, qui peccauerat inquit. Quẽ tradidi (inquit) Satanæ in interitum carnis, hoc est pœna mortis cũ multasse. Quis autem sit fructus huius mortis tẽporalis ostendit in consequentibus dicens. Vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quàm eleganter vniuersalẽ temporalis mortis ostenderit. Sic ille Machabæus Antiocho regi tyranno dixit. Nos propter nos ipsos hęc patimur, peccantes in Deũ nostrum: tu autem ne existimes impune futurum, quod contra Deum, &c. ¶ In quo loco gradum fidas oportet, & consideres, quanta dominus benignitate & pietate nobiscũ vtatur, dũ in hac vita flagellis & afflictionibus tradit, cùm & id indicium sit nostræ prædestinationis: & ità contrarium argumentũ in eos militat, qui cùm per totum vitæ spatium sceleribus & flagitiis se ipsos coinquinent, nulla eis afflictio immittitur nulla calamitas nullum denique supplicium. Equidem malorũ fœlicitas & prosperitas sine punitione, incognitum quoddam & durissimum flagellum est. De quo si velis audi tibi Ieremiam dicentem. Dolore & flagello castigaberis Hierusalem: vti ne abscedat anima mea abs te. Hęc sanè vox est misericordiæ & amoris plena: sed audi iustitiam. Nam cùm multa sacrilega & nefaria numerasset, quæ populus cõmiserat, addidit. Propter quod non visitabo super filias vestras cùm mechantur. Terribile enim est supplicij genus, quod scilicet medicus nõ visitet infirmum: non tyriacam apponat, non purgationes præcipiat, nec sanguinis missiones, cùm hæc omnia pristinæ saluti infirmũ reducant. Nam cùm in peccatis abundaueris & excelleueris, tunc dominus zelans auertit à te zelum suum. Auferetur (inquit) zelus meus à te, & non irascar, &c. Nec ideò fœliciorem te ipsum iudicare debes, si omnia secundum animi sententiam successerint: imò tunc tempotis te ipsum lamentari debes. Nam quantò dominus arcum suæ punitionis intendit, tanto acrius & fortius suæ punitionis & flagelli sagitam emittit. Quippe eos, quos protinus, vt delinquunt, punit, nequaquàm in æternum torquebit. At illis maximè est timẽdum, quorum animaduersionem in suum interitum seruat. Qui enim arcum flectit, nec totas vires exhaurit, certè is parùm aut nihil nocumenti inijcere curat: at si acrius & fortius arcum intenderit, signum est vulnus futurum mortiferum & incurabile. Ita sanè dominus, dum in punitione demoratur & animaduersionem differt, tantò peius & deterius. Quæ omnia exemplo tibi comprobabimus. Nam boues dum arãtro & labori custodiuntur fortibus funibus alligantur: at qui iugulo & morti sunt tradendi pro arbitrio suo in campis & floribus pascunt. Et Augustinus super illud: Zelaui pacem peccatoribus videns, inquit. Quor sunt, qui lasciuis, vt boues & vaccæ ad iugulum tendunt: & canentes & saltantes iter parant ad infernum? Derelinquit dominus malos vt suo palato in hac vita satisfaciant: atque ita bonos persequũtur, & eorum sententia prævalet. Cuius rei sanctus vates non oblitus inquit. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Et alibi. Manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum abstulit Deus. Quando dominus aduersus filios Israel irascebatur, desideria sua adimplebat, & permittebat concupitis satiari. Nam si pater sceleratum filium ad rectæ vitę institutum traducere nequit, eundem non impedit vt ampla sua desideria sequatur, suis voluptatibus & deliciis fruì: vt tandem sceleribus cõstrictus filius suspendatur patibulo. Quòd si aliqui superuenientes parenti dixerint, quid est quod tantis filij tui flagitiis nõ obstas, hoc enim scelus fecisse dicitur, tunc pater respondet. Iste, quem vos dicitis, neutiquam est filius meus, nec cum eo quidquàm mihi commune est. Sic dominus cum nostra scelera ad id itineris peruenium, vt diuinam indignationem penitus mereantur, concedit nobis omnia secundum palatum, quousque solus infernus perpetuum habitaculum nobis maneat. O bone & sancte Deus quid est, quòd non conijcis oculos in filium tuum, quẽ pro prio sanguine redemisti: Sinite illum (inquit dominus) quia nec filius meus est, nec hæreditatis meæ particeps. Dimisit illos secundũ desideria cordis eorum. Vidistis igitur quomodo aduersitates & tribulationes animæ nostræ sint medelæ. Hinc illud est, quod Angelus Raphael Tobiæ dixit. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et patientissimus Iob. Beatus homo, qui corripitur à domino. Et sancta fœmina Iudith variis exemplis docet, omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes transisse. Et Paulus hoc idem multis in locis suarum epistolarũ docet. Et Apostolus Iacobus subscribit dicens. Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in varias tentationes incideritis. Igitur si tribulatio gaudium est, ne tristis incedas, dum tribulationibus visitaris. Nanque si aliquis domum suam igne succensam videret, quem ipse solus nequiret extinguere, ibenti animo oblatam aquam susciperet, obsequium & donum non persequutionem id existimaret. Quanto igitur potiori iure, cum domus conscientiæ tuę igne cupidinis ardet, tribulationis aquam, maximum beneficium & auxilium existimare debes, non autè calamitatem & aduersum: cùm istud non aduersus te, imò pro te ipso fiat. Contra vt sæpius tibi repetimus humanam prosperitatẽ signum esse diximus æternæ indignationis. Quod Paulus docet, dum inquit. Quis enim filius, quem non corrigit pater? Quod si extra disciplinam estis, adulteri & nõ filij estis. Et psalmista. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et sequitur. Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Arboribus enim bonis & fructuosis omnes virgulti eas suffocantes abiciuntur, ne sint impedimento, quominus ad sperati fructus maturitatẽ perueniant: at arbores infructiferæ, quales sunt vlmi & robora isto beneficio carent, nec concutiuntur, sed potiùs detruncatæ & abscisæ in ignem mittuntur. Sic boni qui filij Dei sũt, in hac vita varias patiuntur calamitates, vt reseruentur in coelis: at qui hic non affliguntur, perpetuis ignibus cruciabuntur. Quocirca factum est, vt peccatum Dauidis sancti, in hac vita punitione non careret: peccatum autem Augusti Cæsaris tormentis inferni reseruatur, qui in hac vita grandes sibi possedit diuitias, variis voluptatibus imbutus vitam suam finiuit. Sed quia de his in superiori capite, in illis verbis Angeli ad Zachariam, multa diximus, nunc ad alia gradum faciamus. ¶ Secundo libet aduertere, quod à principio mundi vsque ad aduentum Christi solus populus Israëlitic⁹ institus est frequẽter numerari, quod poterit colligi ex varijs veteris testamenti locis: ità vt ostenderit dominus illorum solum curam sibi fuscepisse, quasi alię nationes ad ipsum non pertinerent. Quodquidem Amos ex mandato diuino expressit. Vos tantum cognoui ex omnibus nationibus terræ. At postquam venit plenitudo temporis, in quo omnium misereri disposuit Deus, totum orbem describere voluit. Vnde per psalmistam inquit. Memor ero Raab & Babylonis, scientiũ me. Ecce populi Æthiopũ, &c. Acsi aperte diceret. Ego, qui antea nõ recordabar Ægypti & Babylonis, quia ignorabant me: iam nunc illorum memor ero, quia cognouerũt me. Et filij Palæstinorũ & Tyrij & Æthiopes, qui antea in ciuitate mea hospites & aduenæ, iam nunc vocabuntur Hierosolymitani.

¶ Tertiò obseruabis id, quod dicit noster Lucas, Exijt edictum, vt vniuersus orbis scriberetur, non id dictum intelligas de toto orbe terrarum: nam multæ erant tunc temporis prouinciæ, quæ non subdebantur Romano imperio. Quo circa vniuersus hic accipitur pro maiori parte orbis. Istæ nanque vniuersales loquutiones in sactis literis non totam vniuersitatem ambiunt, sed aliquam partem, vt ueri doctores intelligũt. Sic est illud quod de Salomone legitur secundo libro Paralipomen, quod magnificatus est præ omnibus regibus vniuersæ terræ: quodquidem ptæ omnibus regionis illius intelligendum est. Et cum in Actis dicitur, futuram famem significari in vniuersũ orbẽ terrarum intelligẽdum est de tota Idumæa per synedochen. Nam vt inquit diuus Hieronymus, idioma commune est sacræ scripturæ, vt per omnem terram, eã intelligat prouinciam, de qua sermo incidit. Et apud Esaiam. Dominus exercituum præcepit militiæ belli vt disperderet omnem terram: quod tantum de Babylone intelligitur. Et illud Genesis. Vocauit Adam vxorem suã Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium: quod ad irrationalia non extenditur. Et illud. Omnis terra venit in Ægyptum. Id est bona pars. Et Paulus. Fides vestra nunciatur in vniuerso orbe. Id est, multis in locis. Et illud. Eritis odio omnibus hominibus: cùm à multis fuerint dilecti postoli. Et illud. Omnes qui ante me fuerunt, fures fuerunt & latrones. Et etiam id. Omnes in Adam peccauerunt: dempta vnica virgine Maria. Et item illud ad Hebræos. Omnes sancti patres mortui sunt. Et tamen Enoch mortuus non est, quem in catalogo Paulus nominauit. Sed de his satis. ¶ Cæterum tempore pacis Christus dignatus est nasci, quia omnibus in ipsum credentibus veram animi pacem erat daturus, & eam annunciaturus, his qui propè, & his qui longè erant: vt nos doceret vnitatem spiritus seruare in vinculo pacis. Sicut enim ex virgine matre natus, virginalem gloriam & angelicum puritatis decus ostendit sibi esse gratissimum: sic quoque tranquillo tempore na-

2. Cor. 5.
2. Mac. 4.
Ezec. 16.
Iere. 64.
Ambro. lib. 3. de voca. gen.
2. para. 6.
Act. 11.
Hier. in ca. 13. Esai.
Esai. 13.
Gen. 2.
Gen. 41.
Roma. 1
Mat. 24.
Ioan. 10.
Rom. 5.
Hebræ. 11
Gen. 5.
Ephe. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

re natus significatione dedit, pacis summopere amatorem esse. Et quemadmodũ aduenie-
te aquila, omnium auium principe, reliquæ aues alas submittunt, & in pace quiescũt, nec
pugnare audent: sic adueniente de cœlo a-
Apoc.19. qui a illa diuina Christo redemptore nostro,
qui rex regum est & dominus dominantiũ,
omnes reges terræ conquieuerunt: quoniam
iam ille apparebat, qui est vera pax, de quo
Ephe.4. Apostolus ait. Ipse est pax nostra, qui fecit v-
traque vnum. Tunc præcepto Augusti clau-
sum est templum Iani, quod non nisi in sum-
ma pace rerum omnium fieri solitum erat,
vt testis est Suetonius Tranquillus in vita
Augusti Cæsaris: quodquidem ab vrbe con-
dita alsseuerat semel tantum, aut bis clausum
fuisse. Tempore igitur pacis nascitur Christ⁹,
vtpote qui conciliatoris erat pacem inter
Deum & hominem, Iudæum quoque & Gẽ
tilem: quia ex vtrisque vnum erat facturus.
Hanc sanctam pacem secum attulit, quam &
Angeli in eius natiuitate hominibus prænũ
ciarunt: quam postea & ipse prædicauit & di
scipulis suis reliquit. Pacem (inquit) meam do
Ioan.14. vobis, pacem relinquo vobis. In qua pace popu-
lo suo benedixit, & sine qua nemo Deum
videbit. Quapropter propheta singulis &om
Psalm.33. nibus inquit. Inquire pacem & persequere
eam. Denique hic adimpletum legimus id
Esa. 2. quod in Esaia & Micha prophetis scriptum
Mic.4. est. Conflabunt gladios suos in vomeres, &
lanceas suas in falces. Non leuabit gens con-
tra gentem gladium. Et in libro psalmorum.
Psalm.71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia
pacis. Nullatenus cohærere posset secundum
sine priorem iam vbi nulla viget iustitia, pax
esse non potest. Vnusquisque tunc sicut tem
3.Reg.4. pore Salomonis pacifice sub ficu sua viuebat:
& tanta erat pax, vt omnia tuta essent itinera,
nec vllus erat, qui auderet alicui damnum in
ferre. Sed nũc, proh dolor, quot rapinæ, quot
homicidia, furta, incendia, & virginum op-
pressiones fiunt? Vnde dominus per Esaiam.
Esai 1. Principes tui infideles, socij furum, omnes di
Matth. 12. ligunt munera, sequuntur retributiones, &c.
Sicut Niniuitę & regina Sabba surgent in iu-
dicium, vt condemnent gentem Iudæorum:
Sic Augustus Cæsar surget & condemnabit
principes Christianos, qui cùm Gentilis es-
set, & idolorum cultui consecratus, maiorem
iustitiam conseruauit in suo imperio, quàm
nostri principes Christiani. Sed de his satis,
iam ad contextum reuertamur. *Hæc descri-*

ptio prima facta est à præside Cyriæ Cirino. Si Ci
rino iussum esset, vt aliquam viduam à pœna
debita absolueret, forsitan in adimplendo mã
dato detineretur, & mora faceret. Quod si de
regis negotio agitur, etiam si iniustum sit, ni-
hilominus sine mora aliqua exequutioni mã
datur. Sic Ioab protinus, vt audiuit regis man
datum de morte Vriæ omni adhibita diligen
tia eum interfici fecit. Non sic Ionathas, qui
cùm ei esset præceptum à Saule rege, vt Da-
uidem interficeret: mortem eius distulit, &
pro Dauidis partibus stetit dicens. Quid tibi
mali fecit, &c. ¶ Secundo diligenter expen-
das, quantum damni & calamitatis multis af
ferat, regis aut principis siue prælati peccatũ.
Quod enim præcepit Augustus imperator, il
lud statim Cirinus Syriæ præses fieri studet.
Idemque ipsum Macedoniæ, Sclauoniæ, A-
fricæ, Hispaniæ & aliarum prouinciarum præ
sides & gubernatores facere deberent. Nam
ad motum maioris rotæ molendini, statim &
mobilis lapis in circulum trahitur, & omnes
etiam molendini rotæ. Ità tanè propter pecca
tum principis vel prælati mouentur subditi:
nec facere verentur subditi, quæ à principi-
bus perpetrari viderunt. Regis ad imperium
(inquit Claudianus) facile componitur orbis,
Mobile mutatur vulgus cum principe vulgus.
Multocies quidem id que deterius est, maio-
rem rotam quietam esse, minores verò sem-
per moueri. Vti ille, qui funes conficit, qui cũ
semel moueat rotam, ipse quietus manet, ro-
ta verò non ideò quiescit. Ita principis pecca
tum tantum mali & nocumenti infert reipu
blicæ, quod quamuis rex maneat & quiescat,
& peccati pœniteat: non ideò subditi à pecca
tis & murmurationibus desistunt. Vt vel his
videas quantum mali pariat principis aut prę
lati peccatum. Quemadmodum enim mare
præsertim mediterraneum ipsum aërem imi
tatur, ita vt si aër tranquillus sit, maris quo-
que tranquillitas vigeat, quod si procellosus
est, etiam mare procellis huc & illuc agita-
tur: sic populus principem suum sequitur,
qui semper bonum aut malum ipsius exem-
plum imitatur. Nam vt riuulus fontis sequi-
tur naturam: sic populus principis ing niũ.
Et sicut turbato fonte, turbatur etiam riuu-
lus: ita turbato rege, turbatur etiam popul⁹.
Quod quidem Matthæus insinuauit dicens.
Rex Herodes turbatus est, & omnis Hierosoly
ma cum illo. Vnde & in Ecclesiastico habe-
tur. Qualis est rector ciuitatis, tales habita-
tores

tores in ea. Idcircò cùm rex aut prælatus malis moribus est imbutus, plurimos seruo-
rum suorum ad interitum secum manu du-
cit. Nãque si ab alto ruat paruulus lapis, ipse
solus in inferiorem locum descendit: at si ex
montis cacumine grande saxum in descen-
sum reuoluatur, alios lapides minores secum
trahit. Ità nimirum, quando subditus delin-
quit, ipse solus reus manet peccati sui: tamen
quando princeps aut prælatus offendit, plu-
rimos alios suo malo exemplo in interitum
animæ defert. Nam quemadmodum in vita
præsenti magnates & principes semper gran
di famulitio incedebant stipati: ità sanè mo-
rientes non soli in infernum abeunt sed plu-
rima comitatur eos caterua, quæ malo & de
prauato eorum exemplo coinquinata fuit.
Quando riuulus à cursu naturali & consue
to aliquantulum deflectit, parum nocumen-
ti facit: at si fluuius maximus à se exierit, si cõ
suetum iter aufugerit, periclitantur sanè om
nes vicini loci, quibus maximum infert dam
num sua inundatione. Ità quando subditus
peccat vel nulli alij, quam sibi damnum in-
fert: tamen si prælatus ecciderit, grauissimi
mali subditis est causa: cùm & subditi supe-
riorum exemplo & mores plerunque sequã-
tur. Sic adeo hæc miserãda calamitas & lues
humanum ingenium inuasit, vt non solùm
subditi principes suos in vestitu & ornatu se
quantur, quod malum vtcunque tolerari pos
set, sed etiam eorum sectas & fidem sequun
tur. Sic sanè Sichimitæ dominum suum in cir
cumcisione fuerant secuti. Et quia Emor
princeps Sichen circumcisus est, ideò omnes
subditi sui circuncisi fuerunt, principis sui ve
stigia insequentes. At quam facile propter
exemplum principis mutent subditi religio-
nem & nouam aliam amplectãtur (quod nõ
sine lachrymis est dicendum) facile videre li
cet in Anglia & Germania. Angli etenim re
gem suum Henricum apostatam sunt sequu-
ti, & Germaniæ principes hæreticos sanctæ
Romanæ Ecclesiæ impudentissimos & nefa-
rios inimicos. Vnde & in sacra pagina videas
quod cùm Saul occisus esset, sanam & miser
eius seipsum interfecit: quia minores magna
res curant imitari, vt mihi sæpe hic, de quo modo
diximus, & Cyrinus ipsum Cæsarem. Et in cõ
cilio illo maledicto, quod pontifices & Pha-
risæi contra Christum collegerunt, magna de
Christo incidit contradictio, alij namque be-
nè, & alij malè de ipso sentiebant. Tamen post
quã Caiphas põtifex dixit. Expedit vobis, vt *Ioan.11.* *In quadra*
vnus moriatur ait Euangelista. Omnes ab il-
la die cogitauerunt illum interficere. Sed cõ-
sidera quo pacto animus & sententia pontifi-
cis cæterorum iudicia secum detulit. Quam
rem & modo in multis electionibus & decre-
tis ipso experimento cognouimus. Nam quã
do subditi prælati voluntatem in partem al-
teram declinare vident, sponte nei, & vltro
nei, illum sequũtur ita vt quod superior vult,
nihil magis subditi in votis habeant. Quo fit,
vt si prælatus in peccata labatur, facile & ipsi
eos sequantur. Nam si oliua consita sit in vi-
neis, nihil damni ipsis vitibus infert, quia
parum terræ occupat: quod si nucem plantes
inter ipsas vites, grande illis infert malum, cũ
& magnum terræ spatium ambiat. Sic nimi-
rum si mediæ plebis homo peccatum com-
mittat, parum aliis calamitatis infert: tamen
si prælatus id faciat, cùm & magnus sit, & in
sublimi loco constitutus, maximum damnũ
ipsi reipublicæ affert. Non aliter ac si ex super
bo ædificio aliquis paruus lapis cadat, facile il
lud malum retardari poterit: at si angularis is
petra ecciderit, certè tota ruet machina & so
lo æquabitur. Sic est prælatus, qui suo depra-
uato exemplo multos alios ad peccandum in
ducit. Lepra Oziæ regis in fronte erat, quæ
omnibus erat in propatulo. Moses autẽ ipsas *2.para. 26.*
manus lepra habebat infectas, quas facile ab *Exo.4.*
scondere poterat, si eas in sinum intromitte-
ret. Ità lepra & peccatum principis in cernite
est, vt omnibus notum fiat: subditorum verò
in omnibus quæ abscondi possunt. Et ideir-
cò maximè illis curandum est vt sanctè & im *l. capitalium*
maculatè vitam suam componant. Etenim *ff. de pœnis.*
maiorum actus, vt lex inquit, pro lege acci-
piuntur. Iosue & Caleb exploratores terræ
promissionis non solùm fuerunt, verùm ad-
duxerunt secum grandem & pinguem vua-
rum racemum: cuius facti ratione & opere *Num 31.*
& exemplo suorum dictorum veritatem co-
probarent. Sic nimirũ non satis est, vt præla-
ti (qui aliorũ sunt lucernæ) subditis suis bo-
næ gloriæ prædicent, doceant, & consolent: sed
opus etiam, vt ipsorum operum exempli ei
dẽ veritatẽ demõstrent. Etenim Elisæus man⁹
posuit super manus regis Ioas: & mũsa est fugi *4.Reg.12.*
tã salutis contra Syrũ. Quod si hunc exemplo prę
latum manus suas nostris adiungerent, profec-
to cursu fugaci, quæ bonum opus est, adiola-
rent: quia bona prælatorum exempla nostris
operibus auxiliarentur, eaque fortia in dies
efficerẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

efficerent. Sed proh dolor, quia nec digito suo subditorum opera, nec tangere, nec adiuuare volunt: sed potiùs sua ignauia & relaxatione ea impediunt, & populum in confusionis Barathrum mittunt. Sed quàm grauiter in hos prælatos, & principes dominus sit animaduersurus: constat apertè ex illa Dauidis historia. Qui postquàm reprehensus est à Nathan, & pœnitentiam peccati cum fletu egit, redijt ad eum Prophera ex mandato domini, & dixit. Dominus transtulit peccatum tuum à te. Verùm quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini: propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Peccauit Dauid sibi accipiendo Bersabe: & licet in secreto peccasset, tamen peccata regũ & principum in occulto esse nequeunt. Nam cùm subditi semper pendeant ab oculis principũ, nihil committere possunt, quod ab ipsis non conspiciatur. Atque ità Dauidis peccatum etiam si secretum esset, nihilominus ipsi populo factum est notissimum. Vnde populus dementi indicio fatus peccatum Dauid, quod illi & fragilitati suæ erat imputandum, Deo ipsi tribuebat, dicens. Male nobiscum fecit Deus: quia abstulit à nobis Saul bonum regem, & reliquit nobis Dauid. Etenim Saul non rapiebat à consortio virorum vxores suas, nec eos interfici præcipiebat, &c. Ideò dixit Nathan Dauidi. Peccatum quod vt fragilis homo perpetrasti, iam tibi dominus id remittit per contritionem tuam: tamen quia blasphemare fecisti nomen Dei, hoc est, quia iniquo exemplo ipsis peccatoribus ansam dedisti, vt in nomen domini blasphemarent, hoc inquam scandalum animaduertet dominus grauiter in te. Sed iam videas, quàm leuiter, & vt ut in transuersu Deus punit peccatum Dauid: grauiter autem exemplum iniquum aliis exhibitum. Sic sanctus Dauid postea domino dicebat. Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. De peccatis carnalibus & adulterii commissi loquebatur cùm dixit, ab occultis meis munda me: quia hæc peccata secreto & occulto committuntur. Ab alienis autem petit, vt parcat: quia aliis occasionem peccandi strauit. Quia verò peccata carnis adeò immunda & sordida sunt, vsu est verbo mundare. Petit itaque vt ei aliena peccata parcantur, quorũ ipse fuit causa, cùm rectè sciret grauem pœnam illis esse paratam à domino. Vt videre licet in rege illo Ieroboan, qui graui suppli-

Mat. 23.

2. Reg. 12.

Psal. 18.

Psal. 18.

1. Reg. 15.

cio fuit correctus, eo quod vitulos aureos cõflauit, & alios induxit ad peccandum. Et sæpè scriptura sacra de aliis regibus loquẽs ipsi impingit peccatum, dicens. Non recessit à viis Ieroboan, qui peccare fecit Israel. Vbi diligenter est tibi aduertendum, quomodo dominus non tradat obliuioni eos, qui fuerunt in causa vt alij delinquerent, vt in hos pœnã aliis debitam cõtorqueat. Qua de causa quãuis Eleazar poterat carnes non porcinas comedere absque peccato: tamen ne aliis esset offensionis scandalum, potiùs mori voluit, quàm malum exemplum exhibere, cùm & princeps constitutus esset. ¶ Sed vt ad id vnde digressi sumus, reuertamur: hæc descriptio prima dicitur, quia tunc cœpit, quãdo Cyrinus missus est in Syriam à Cæsare Augusto. Nanque terra promissionis quædam pars est Syriæ: quæ Syria multas & potentes in se cõtinet regiones: quia Palæstinam, quæ Iudæa est, & Samariam & Phœnicem, cuius prouinciæ etiam Galilæa est, tà superior, vt inferior. Continet etiam Cœlesyriam Damasci, Idumæam, Mesopotamiam & Traconitidem regionem: ita vt longitudo eius à Septentrione vsque ad Meridiem extendatur, ab Aegypto vsque ad Capadociam, & latitudo ab oriẽte vsque ad occidentem: id est, à mari Mediterraneo vsque ad magnum fluuium Eufratem. Et omnis hæc terra his nostris temporibus vocatur Suria penultima longa. ¶ Porrò Cyrinus hic (vt Iosephus inquit) vnus fuit de his, qui consultationi aderant: vir in magnis functionibus & officiis celebratus: qui ad culmen dignitatis, & in aliis claris dignitatibus constitutus, cum paucis in Syriam venit, censor gentis ab ipso Cæsare destinatus. Cùm igitur hoc edictum promulgaretur, inquit Lucas. *Et ibant omnes, vt profiterentur, singuli in ciuitatem suam.* A qua vnusquisque originẽ trahebat. Quæ descriptio præcepta erat, vt fieret in præcipuis ciuitatibus, non solum quãtum ad numerum personarum, sed etiã quãtum ad determinationem stirpium nobiliũ, vt cognitus esset numerus determinatus virorũ nobiliũ & ignobiliũ, & hoc est, quod dicitur, vt singuli irent in ciuitatẽ suam vt profiterentur. Dupliciter autem profitebantur subditos esse Romano imperio: scilicet scripto, quia eorum nomina scribebantur: & facto, quia vectigal soluebant imperatori. Quã propter. *Ascendit & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ*

Vbi libet & suspicere & admirari altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, in dicia enim Dei abyssus multa. Eanque, quæ Augustus & Cyrinus in suum vsum & vtilitatem faciunt, idem dominus reducit in eum modũ & emolumentum totius vniuersi. Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. Equidem dominus mirabilis & diuinus artifex est. Nunquid quando pertinacius ait ex templum Salomonis, aut impetrabam domum construere vult, nõne prius modellum quendam efficit? postea verò lapides & ligna aptat, inber, & à rustico portari lapides præcipit? Quid si ab eo roges, quid potens vtique respondebit tibi. Hunc lapidem fero ad talis domus vel templi ædificiũ. Quod si iterum peras, quomodo iste lapis aptandus est? subijciet tibi stilum ego ignoro: operis autem præfectus explicabit. Ipse tantũ (inquit) nullum meum mercedem quæro. Ità sanè dominus permittit hanc descriptionem fieri per manus Octauiani & Cyrini: tamen ad supremum artificem spectat cognoscere descriptionem totius fabricæ, quæ ad vtilitatem vniuersi futura est. Dixerat enim Michæas. Et tu Bethleem ephrata paruula es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et Iudæi ipsi quamuis multis in rebus fuerint obcæcati: tamen hanc saltem intellexerunt, scilicet Messiam nasciturum esse in Bethleem: & ità respondent Herodi roganti de natiuitate Christi. Et qui crediderunt Iudæi Christum esse à Nazareth de Galilea & non à Bethleem: hac de causa nocuerunt illi: tanquam vero Messiæ credere, et si & miracula eius viderunt & cognouerũt: tamen vt in hæc verba prodirent. Nonne scriptura dicit quod de Bethleem de radice Dauid. Ideò quia hoc adimpleretur, exiit edictum à Cæsare Augusto: & hoc ad implendi præcipit Cyrinus, vt descriptio adimpleatur, quã dominus efficere, & Christus veniat nasciturus Bethleem. Nam si edictum exiret decem mensibus post incarnationem, pareret virgo in Nazareth & post natum Christum ascenderet Bethleem. Et si edictum ante incarnationem exiret, quãdo ascenderet Bethleem, tamẽ pariturà rediret Nazareth. At sic dominus ordinauit, vt edictum exiret iam virgine parturi propinqua: quo factum est, vt cùm peruenisset Bethleem adimpleretur tempus

pariendi, & prophetarum dicentium Christum nasciturum esse in Bethleem. Quod si ab Octauiano quæreres, quid de hoc mysterio sentiret, vtique se ignorare diceret: sed nihil aliud quam suum commodum intendere. Quod si id ei à Cyrino postules, dicet tibi, id facere vt tãti placeat palato imperatoris, nec aliud mysterium in de inuestigare. At Cyrine nõ molimis, vt beata virgo ex ea parte pariat in Bethleem? dicet sanè nihil minus quãm id mihi curæ est. Verùm enimuero si ab ipso sancto Ioseph virginis sponso rogares, quòd duos duos lapides viuos tecum ducis? Forsitan respondere tibi, te maioris dominij falsis obtemperare, & præfectum opificij id tantũ scire: qui vt semper consueuit, omnia suo diuino ordine disponit, vt Christus redẽptor noster nascatur in Bethleem, vt & nemo ambigat nullo esse verum Messiam in lege promissum. His nanque vsus est dominus tanquam instrumentis vt opus descriptionis perficeret, quam à summo cœlo & ab ipsa æternitate statuerat ità, vt ipse aliud cogitaret, aliud verò dominus efficeret, ità vt in altiorem finem eorum cogitatus eleuaret. Prophetæ Habacuc victum & potum messoribus deferebat. Quo istum potum & cibum defers? Messoribus inquit: & quando prandium condiebat & parabat, id etiam ministerio messorũ fieri curabat: at reuera non messoribus fuit paratum, sed Danieli, qui Babyloniæ inter vngues leonum erat conditus. Alia erat hominum mens, alius verò animus Deo. Parabat Habacuc prandium messoribus: at diuinum magistrum non latebat, cui potus & cibus pararetur. Sic etiam filijs Iacob accidit præter spẽ, alius enim erat Deo animus ab eorũ mente. Ipsi machinantes destruere fratrẽ suũ Ioseph vendentes eũ in Ægypto, disposuit Deus sua diuina prudẽtia quod ipse hac via regnũ Ægypti à ventura fame liberaret. Deus optimus maximus de quo scriptum est quòd disponit omnia suauiter hinc media, ità suauiter mirificeq; disponit, absque hoc quod hominibus innotescant quod alicuius quidem eius cõsilio fit. ¶ Aduerte etiam quòd postquam fecer Euangelista dixit, ascendisse Ioseph in ciuitatem Dauid, addidit subinde, quæ vocatur Bethleem ad differentiam Sion, quæ appellata est ciuitas Dauid, vt haberur regum secundo Bethleem quippe fuit ciuitas Dauid secundum suam originem: Sion autem secundum regiam habitationem. ¶ Vbi etiam operæpretium

Dan. 14.

Gene. 37.

Sap. 8.

2. Reg. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tium est animaduertas Deum nostrum fidelissimum & bonum esse amicum: ità, vt nec post mortem suorum obliuiscatur, vt consueuit mundus facere: imò semper eos memoria inuoluit per millia millium annorum. Ostendit enim dominus se ipsum ita gratum & memorem ministerij Dauid serui sui, ità, vt cùm velit illum grandi honore afficere, ab eius patria libet ortum ducere, & de semine Dauid secundum carnem descendere. Egregiè quidem diuinus psaltes de Deo cecinit, dicens. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Et peccata Salomonis impunita relinquens, dixit illi Deus. Scindam regnum tuum: sed in diebus tuis non faciam, propter Dauid seruum meum, qui custodiuit præcepta mea. Sic honorauit Moten, cùm arguit Mariam & Aarõ, ipsum vsque ad astra laudibus efferens. Sic etiam, vt honorem conferret Ioanni Baptistæ Iudæam reliquit, & petiuit Galilæam: vt Ioannes baptizaret & audiretur, &c. *Eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria vxore sibi prægnante.* Quomodo autem Maria & Ioseph essent de domo Dauid, deque Christi stirpe in sequenti capite iuuante domino explicabimus: vbi noster Lucas singulari quodã ingenio Christi domini genealogiam describit. Interim verò hic vnum adnotabis. Descendentes à mulieribus ex Dauid, de domo Dauid erant non autem ex familia Dauidis: at qui descendebant per lineã masculinam, isti de domo & familia Dauidis erant. Vt autem sacer euangelista nobis exponeret, Ioseph um per masculinam lineam descendisse, dixit de domo & familia. ¶ Insuper aduertendum est, quod id quod dicitur, vt profiteretur, ad Ioseph tantam referendũ est, quia soli viri profitebantur: & cùm dicitur hic cum Maria, refertur ad verbum ascendit, non tamen ad verbum profiteretur. Et licet sanctissima Dei mater iter susciperet triginta quinque parasangarum, quibus distat Bethleem à Nazareth, tamen ob id non grauabatur: tanquis auis quæ non oneratur, nec grauatur plumis suis, sed his & leuior & agilior est. ¶ Vbi iam obsecro & obtestor, vt teneram virginem consideres longo itinere defessam & defatigatam, & nullum inuenientẽ hospitium. Mundus enim mundo arridet, nec aliis, quàm suæ factionis fauet. In propria veniens non cognouit mundus suum autorem. Aduerte etiam quem laborem virgo sacra in hoc itinere passura erat, cùm tempus illi contrarium esset, & parsimonia cibi & paupertate laboraret. Ex quibus omnibus & tu documentum elicere debes, vt huiusmodi virginis gressus, & iter pro te susceptum imiteris: nec piger sis vt tantis & tam diuinis peregrinis aliquo pio ministerio subuenias. Cõsideres etiam oportet, quomodo adinuicẽ de Deo loquuntur in labore itineris: quãdoque orant aliquando contemp antur, & dulciter loquuntur, vt vel sic tantum itineris laborem vincerent. Ioseph in labore itineris virginem adiuuat, & hac de causa ill i fuit desponsata, vt illum in omnibus laboribus suis pro suæ ætatis infantia eundem comitem & adiutorem haberet. ¶ Nos autem in hoc loco docemur primum hoc Christi domini facto, regiam potestat m à domino esse, quæ & honore & obsequatia digna est. Sic hic censum Cæsari soluit, & exactoribus Cæsaris voluit per Petrum dari tributum: & iterum interrogatus, an tributum reddendum esset Cæsari, respondit. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Voluit etenim ab ipso suæ natiuitatis exordio legibus subijci: ne qui aliis futurus erat & vitæ & sanctitatis exemplum, ipsam rempublicam conturbaret: qui etiam venerat, vt iacturam refaceret: vt etiam insinuaret iustum imperium sanctiones habere omnibus acceptas, dum in pace atque iustitia respublica cõseruatur. Et ob id neminem mortalium potestatibus subimmoribus aduersari debere, cum eis Christus humilitatis exemplum subijci voluerit. ¶ Secundo docemur prælatis nostris obedire, non solũ bonis & modestis, sed etiã discolis, vt Petrus inquit: cùm & ipse Christus rex regum & dominus dominantium & Ioseph sponsus, & sacra virgo non fuerint dedignati imperatori ethnico & profano obedire. Vt meritò sanctissima virgo cum puero possent dicere. Sic decet nos implere omnem iustitiam: docentes nos obtemperare omni potestati sublimiori. Nec enim quid grande facies, quanuis literatus, sapiens aut nobilis sis, si propter diuinum amorem illi obtemperaueris, qui te aut minor aut inferior fuerit: quando omnipotens dominus nus ipsius causã homini gentili obedire voluit. Quod si asperum & difficile tibi videtur prælato obtemperare, Deum ipsum dilige: fiet nanque, vt diuinus ipsius amor hæc omnia dulcia & suauia tibi reddat. Nanque si in cardines portæ, quæ strepitum facit, dum aperitur & claudituꝛ, oleũ diffuderis, nihil postea audies. Si verò ignauo animo & voluntate ea comples, quæ tibi præcipiuntur, immitte obsecrò in cor tuum oleum diuini amoris, & recum meditare hoc Christi & virginis matris iter, & tunc suauiter spiritus & animi consolatione facies quidquid tibi fuerit iussum. Et enim prælatus locum Dei obtinet, & quod præcipit prælatus, ipse Deus præcipit, dummodo id non fuerit contra legem. In ipso nãque Deum honorare debes, cùm & eius personam sustineat: nam etsi ipse malus sit prælatus, officium eius sanctum est. Dauid honorabat Saulem, quia & rex & eius dominus erat: quanquam eundem sciebat & malum esse & à domino reprobatum. Ait enim dominus. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. *Factum est autem cùm essent ibi, impleti sunt dies, vt pareret.* Bene quidem & verissimè inquit sacer euangelista, impleti: quia in plenitudine temporis fuit Christus conceptus & natus. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, &c. Animaduerte autem dixisse Euangelistam, impleti sunt dies. Posset nanque dicere, impletum est tempus pariendi, vt de Elisabeth dixit, vel adimpletos esse nouẽ menses. Nihil tale dixit, sed impleti sunt dies, vt vel sic aliquo modo insinuaret, quanta lux suborta est hominibus in natali Christi. Nam sicut in ortu solis lucescit dies: sic Saluatoris natali nona & diuina luce perfundimur, & dies ille sanctificatus nobis illuxit. Ortus est nobis sol iustitiæ, vt Malachias prædixerat: qui omnes nostræ animæ tenebras fugauit: & verò gaudio & luce mentes illustrauit. Vt de nec mysterio vacat ecclesias & templa nostra ad orientem respicere: cũ præceperit dominus Mosi, vt legis veteris tabernaculum situm esset ad occidentem: quod iusta de causa obseruauit Moses, quippe omnes statim, vt moriebantur in limbum descendebant, & nemo ad cœlum nascebatur, vt frueretur luce illa vera Christo redemptore nostro: quousque venit ille, qui oriens vocatur secundũ Zachariam, id est is, qui nascitur, qui & Iesus Christus Saluator noster est natus de sanctissima virgine. Et idcircò cùm in Ecclesijs oramus, facies nostras ad orientem dirigimus, vbi natus est nobis verus sol iustitiæ Christus. Approximante igitur die illo cunctis mortalibus fœlicissimo & fausto plusquam humanus captus intelligere aut explicare valebit, inquit noster Euangelista, quod gloriosa & immaculata virgo Maria. *Peperit filium suum primogenitum.* O breuia & compendiosa verba, quæ nisi ipso diuino spiritu, quo & dicta sunt, & literis mandata, neutiquam explicari poterit, quanta & quam profunda mysteria & sacramenta in ipsis sint recondita. O diuinum & admirabile beneficium ipsis hominibus nullo modo debitum. Fœlix terra, quam Christus sua præsentia sanctificauit. Vbi protinus ô homo peccator considerare debes filium Dei vnigenitum, ipsi patri æterno coæqualem, propter te iam hominem esse factum. Credo equidem inter ipsos choros cœlestes nullum remansisse spiritum, qui non descenderit tantum miraculum visurus. Descendebant enim tãquam agmina certatim, & tanquam apes ad mellis fauum confluũt, sic Angeli in angustum & paupertinum illud Bethleemiticum, domicilium. Rapta igitur beatissima virgo diuina contemplatione vsque ad supremos cœlos, plena quadam in audita cœlestis gloriæ consolatione & dulcedine (cui nullam similem habuisse dicendum est) sine dolore & corruptione cœlestis aulæ regem Angelorum & totius vitæ nostræ restauratorem peperit. Requiesce igitur in hoc loco, & siste gradum parumper anima mea: effunde lachrymarum fontem sine cunctatione, & huius infantis pedes laua, qui, vt te ipsam quæreret, pro immensõ in nos amore, è summo cœlo descendit, vestem nostrã sumpturus, nec sine vitæ suæ maximo dispendio. Quod enim nimis diligitur, etiam cum dolore quæritur: & ob id Christus teipsum multo labore, lachrymis, paupertate & doloribus quæsiuit, nec quietem agnouit, donec te ipsum ouem perditã ad ouile reduxit. Quod si ô anima mea Deum tuum cognoscere cupis, considera rogo quid ipse pro te, & quid tu ipsi⁹ causa fis. Ipse nanque cùm esset Deus tui causa pauper & mortalis effectus est: tu verò propter illum ex paupere, mendico, & abiecto, factus es consors Angelorum & cœlestis beatitudinis particeps. Itaque beatissima virgo filium Dei & orbis reparatorem peperit in die dominico & media nocte: quem & antequam tangeret pro sua profunda humilitate genu flexo & in terram prona adorauit. Deinde summa quadam lætitia sancto timori coniuncta, animo in admirationem rapto, infantem manibus & amplexu cœpit, vt & videre possis reginam cœli & matrem

Psalm. 138.
3. Reg. 11.
Num 12.
Ioan. 4.
Tom. I.
Luc. 4.
Luc. 4.
Luc. 4.
Luc. 4.
Luc. 4.
Luc. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei, quę ab Angelis deberet ministrari ipsam sibi & filio ministrantem. ¶ Aduerte autem Christum media nocte fuisse natum ea hora, qua homines rerum omnium, & sui etiam obliti in vtramuis dormiunt aurem, cùm nulla vexat illos solicitudo. Tunc igitur singulare hoc beneficium piissimus dominus hominibus præstat. Vnde merito in Cãticis dicitur. Ego dormio, & cor meum vigilat: ait sponsa adolescentulis. Ego dormio, & cor meum, id est, sponsus meus, dilect⁹ meus, amor meus, qui cor meum est, en ipse vigilat. Cùm igitur in vtranuis aurem dormirem & sponsi mei oblita essem: ipse conferens in me beneficia vigilabat. Cùm obdormiret mundus in peccatis, tanto amore illum prosequutus est dominus, vt nasci fuerit dignatus ex tanta virgine. Vnde in sapiente dicitur. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu. &c. Vt nimirum per hæc intelligamus, quòd dum ipse peccator in vitiis & peccatis demergitur, tunc ipse dominus in eum confert beneficia. Natus itaque est in nocte, vt noctem nostram illuminaret: hic lumine diuinæ gratiæ, illuc autem luce æternæ gloriæ. Insuper & in hyeme natus est, vt pectora nostra frigida diuini sui amoris flamma incẽderet. Denique filius Dei factus est filius hominis, vt ipse homo filius Dei efficerentur. Sed iam singula verba considerandave niunt. ¶ Peperit inquit filium suum primogenitum. Non dixit parturiuit, quia significat verbum hoc cum dolore parere, & angustias partus sentire. Peperit sacra virgo eum sine dolore, quem sine corruptione concepit. Nec infans nascens aliquo dolore matrem affecit, qui futurus erat gaudium vniuerso mundo. Et hoc est, quod vt præteritum Esaias prędixit. Antequam parturiret, peperit. Nõ inuenit locum in sancta virgine maledictio illa Euæ, cui dominus dixit in dolore paries filios: nam beata virgo summa quadam lætitia filium Dei peperit. Filium etiam suum peperisse dicitur: cùm in propriis visceribus & vtero illum conceperit & gestauerit. Denique primogenitum eum vocat, quia nullum antea pepererat, nec postea aliquem peperit, & virgo tandem permansit. Dicitur enim ille in scriptura primogenitus, qui prior nascitur, etiam si nullus alius frater ipsum sequatur: non tamen is, quẽ & alii sequuntur: sed antequem nullus est. Quod sanè conuincitur ex illo numerorũ. Quidquid primũ erũperè vulua cũctæ carnis, quã offerũt dño, siue ex hominibus, siue ex pecoribus fuerit, sui iuris erit: ita duntaxat, vt pro primo genito hominis pretium accipias. Vbi dominus definiuit, quis sit primogenit⁹, dũ inquit, quidquid primũ erumpet de vulua. Ad hoc enim, vt primogenitus sit, non sunt coniiciendi oculi ad eos, qui oriri debent, sed ad iam natum. Hoc idem fatetur Hieronymus in primum caput Matthæi. Quod si græcum textum consulimus, vbi nos habemus primogenitus, habetur πρωτότοκος quod omnes interpretãtur primogenitus, & recte: est enim compositũ à πρῶτος quod est primũ seu primo & τοκος, quod est fœtus seu partus. Et sic stando in significationis rigore, intelligemus primũ partum seu primo nascentẽ. Idem enim est primogenitus & vnigenit⁹. Nã in phrasi hebræa vnus idẽ est atque primus. Vt est videre in illo Geneſis. Factus est dies vnus, id est, prim⁹. Sic Iosephus interpretatur libro primo antiquitatum capite primo. Vnde postquã in textu dicitur, dies vnus, subiungitur statim, dies secundus, dies tertius, dies quartus, &c. Et in capite vigesimo nono, vbi septuaginta ex Hebræo transtulerunt μετωμοίτα ἑβδόμω μιᾶ αἰς μηνὸς Hieronymus vertit, mensis enim septimi prima die. Et similiter in capite primo Aggæi, vbi vulgata editio habet in die vna mensis, quidam vertit, in die prima mensis. Et in Matthæo initio capitis vigesimi octaui ait, ἐις μίαν σαββάτων Theophilatus transtulit, prima sabbatorũ. Itaq; vnigenitus idem est quod primogenitus. Cuius vocabuli interpretationi inuidæ arridẽt. Demũ, vt concludã si vt impius Heluidius ausus est blasphemare in Dei matrẽ, si primogenitus intelligitur ratione aliorũ subsequentiũ sequeretur quod iura primogeniti nõ haberent locum in primogenito: nam tunc tẽporis expectandus esset alius secundus filius, vt primogenitus esset offerendus in tẽplo. Quid si alius filius esset expectandus, ad hoc quod primogenitus esset offerendus, quadragesimo die post sũ natale, quomodo poterat lex seruari cũ in natiuitate secundi iam ferè vnũ haberet annum primogenitus? Et licet omnes masculi, vt plerunque quadragesima die offerrẽtur: tamen primogeniti cõsecrabantur dño, eo quod dominus percussit primogenitos Aegyptiorũ, & primogenitos de tribu Leui seruire iugiter Deo. Aliarũ verò tribuũ primogeniti offerebantur, & quinq; siclis redimebantur. Quę lex nullo pacto seruari posset si primogenitus diceretur respectu aliorum subsequentium. Nam Hebræi primo filio nato, hoc facere tenebãtur licet, postea nullum aliũ filiũ haberent: qui primogenitus vocatur, eo quod ante illum nullus sit natus licet, vnigenitus esset non habens postea fratrẽ. Deniq; in Exodo legimus dominum percussisse primogenitum in omni regno Ægypti, nec erat domus, in qua nõ iaceret defunctus. Nunquid in omni domo plures erant filij? Aliquæ sanè essent vbi vnicus solũ esset filius qui mortuus fuit, quia primogenitus erat. *Et pannis eum inuoluit.* Aliqui pia quadã deuotione ducti existimant Christum dominum inuolutum fuisse vilibus & dissipatis pannis, quia vocabulum pannus id significare videtur. quodquidẽ mihi verisim non videtur. Nam licet sacratissima virgo paupertima fuerit ac ex sua paupertate (quia prouida & potentissima erat) parata habebat munda lintea: quibus filium inuolueret. Nulla quidem ita pauper mulier est, cui aliqui boni & mundi panni non sint ad inuoluendum filium aliquibus retrò diebus parati, & id præcipuè cum in tali ætate infantes diligantur grandi amore, & vt beata virgo filium suum amauit. In originali Græco est, ἐσπαργάνωσεν quod sonat infasciauit, id est, fasciculis inuoluit: nequis existimaret dissipatos pannos. ¶ Obserua autem multoties contingere vt homines ingredientes domos & templa detineãtur in contemplandis imaginib⁹, picturis, & in alijs huiusmodi. At Christus in vili tugurio natus nihil pompæ habere voluit, vt ipsum solum contemplemur & aspiciamus. Nam externus cultus solet mentem distrahere, vt modo hic, modo alibi adueetat, eo neglecto, quod potissimum expetandum erat. Christus autem in sua nativitate ità pauper & abiectus est, vt nihil velit præter ipsum considerari. Nihil aliud ò Christiane tibi considerandum propone nisi vnum Christum pro te in præsepio natum inter ipsi bruta animantia in medio hyemis, frigore trementem, pauperem, abiectum & culpas tuas & flagitia tua plorantem. ¶ Obseruabis autem quod cùm Adam vitam degebat in illo innocentiæ statu, nudus erat, nec ob id erubescebat: at postquam peccauit, ministrauit illi dominus perizomata quibus operiretur. Quia peccauit homo, data est illi vestis, qua tegeretur: ità vt indumentum signũ euidentissimum sit peccati. Considera igitur dñm, peccatoris insignibus & indumentis vestitũ. Quia peccauit homo, dedit illi dñs panos, quibus vlcera ligaret: vt & Christum etiã videas vittis & pannis inuolutum, vt peccatorem & plagatũ: cũ peccatum ex diametro cum illo pugnet, & distet ab eo plusquã bis diapason. Vnde diuus Paulus inquit venisse Christũ in similitudine carnis peccati. Peccatoris vestẽ induerat, etsi peccator non esset. Serpẽs ille, quẽ Moses in monte in sublime erexit serpentis tantũ figuram habebat, venenũ verò minimè. Sic Christus in similitudine venit peccati, & indutus peccatoris vestibus cũ ipse ab omni peccati labe prorsus esset immunis. Ità sanè si quis eum vittis ligatũ conspexerit, vlcera habere intelliget: cum reuera non sit ità. Videbit tamẽ in illo veritatem expressam figuræ Iacob iusti & sancti, qui vestibus Esau peccatoris indutus erat: vt patris æterni benedictionẽ, omnibus fratribus postilũ venturis accipiat, qui sanè illi sunt, qui fidei ratione Christi filij & fratres appellantur. O quantũ te Deo debere existimandum est, quando non solũ pro te humanã carnem dignatus fuerit accipere: verũ pannis inuolui & aligari, veluti habens vulnera, & id quidem vt tua propria sanaret. Quod si peccati vestibus dñs est indutus: quid est, quod tẽ ipsum iactes tuo vestitu? Quid est, quod marthas, purpurã, sericas & bombicinas vestes induis? Sunt quidã, pueri, qui cùm famosi latrones sint, & meritò possent suspendi, ob ætatis puritatem rigore legis non valent puniri: tamẽ super istorum caput in latronis signum appenditur cymbalum quoddam ferreis virgis adiunctum. Quod si quis ità stupidus & amens esset, vt de huiusmodi signo se ipsum iactet: ret: nonne merito irridendus esset? At si vestis signum est infamiæ & ignominiæ, sicut cymbalum nota latronis: quid est quod in ipso dedecore honorem quæris? Stultus sanè ille appellandus est, qui de signis fragilitatis & vlceris sui se ipsum iactat. In quo loco iam manifesto docemur quanta insania sit, pretiosas vestes quærere, & multum temporis in corporis ornatu consumere: quando quidem ille, qui claris fideibus & stellarum iubere cœlum illustrauit, auibus plumas coloribus varijs relucentes dedit, & fortibus pellibus animalia induit, sibi elegit pannis pauperrimis & vilibus indui vestibus. Considera tandem Christũ in brumali tẽpore natũ, & ità fiet, vt à te multas curas & solicitudines

Cant. 5.

Sapien. 18.

Esa. 66.

Gen. 3.

Num 18.

Gal. 4.

Num. 21.

Gen. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reijcias. *Et reclinauit eum in præsepio.* Non in blando & eburneo lecto, aureis pauimentis & fulcris exornato, vt faciunt homines lasciuientes, qui ventri suo deseruiunt. Non equidē reclinauit eum in lectulo tapetibus ex Indorū extremis regionibus strato: non in sindonibus odoriferis aquis delibutis: nō in cunabyssio aut purpura cōposita, sed potius in præsepio, in antro quodam ex viuo lapide excisso. Sed iam obsecro vt Christi paupertatem & charitatem aduertas. Quæ maior audita vnquàm est humilitas, quam in stabulo nasci? quæ maior paupertas, quàm inuolui tam pauperibus pānis? Quæ maior asperitas, quā in tā tenera ætate in præsepio reclinari? Quæ maior charitas, quàm vniuersarū rerum dominum tam grandes labores pro te pati? Equidem in suo natali non habuit domum, sed vile stabulū: & in morte in alieno sepulchro positus, & in vita non habuit, vbi caput suū reclinaret: tu autem cum vilis terræ vermiculus sis, alta palatia ædificas, domos superbas construis? Væ illi qui dicit, ædificabo mihi domum latā & spatiosa cœnacula. Vnde Amos in persona domini. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi. Ecce in hoc paruo terræ spatio cælorum conditor natus est: hic vilius à pastoribus, hic ostensus à stella, hic adoratus à Magis. Ille cuius pugillo mundus complectitur, præsepii continetur angustia. ¶ At libet & tecum, ô regina cœlorum, parumper loqui. Quæ tam dura & rigida mater est, quæ filium suum modo natum, sine indulgentia tractet? Quod si dixeris non esse locum in diuersorio: nunquid in vlnis tuis non est locus? Credo equidem ibi contentus erit, & potiùs quàm in cūctis regalibus aulis. Cur illum ab vberibus semoues, & in præsepio collocas? Cur beatissima virgo puerum tenellum tam rigidè tractauit? Vtique edocta à filio id fecit. Sic enim illi fuit placitum. Modo autem ad filium libet se conuertere & interrogare. Cur ô cœlestis puer ab vlnis matris tolli, & in præsepio collocari voluisti? Vtique non sine alto consilio id fecit: & vtinam his omnibus quod à nobis desiderat cō sequeretur. Quare in præsepio animalium & bestiarum loco? Quia Adam erat in paradiso terreno & cum honore: cùm autem miserè lapsus fuit, animal factus est, & in locum animalium electus. Homo enim cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cùm autem puer iste hominem perditum quærat, eum in loco suo quærit. Præsepium enim locus est iumentorum. Consideret rogo peccator ibi dominum esse voluisse: vbi sua peccata illum collocauerant. Voluit sanè diuina bonitas & maiestas eo vsque descendere, quousque per peccatum homo descenderat. Et ideirco ad præsepium vadit, vbi illum inuenturus erat. ¶ Præterea cum Christus venerit facere & docere: cumque docturus esset posteà, cùm inuitatus fueris ad nuptias, recūbe in nouissimo loco: ità ipse modo protinus vt nascitur, recumbit in humili & nouissimo loco: vt nos profundæ & inauditæ humilitatis exemplo doceret. ¶ Expende etiam præsepium non hominibus, sed animalibus fuisse factum. Christus nanque sua facit multò aliter, quàm mundus. Pauper enim re vnica ad duo officia fungitur: nam si pallium non habet, lecti capit lodicem, vt se cooperiat: ità, vt lodix pro pallio etiam deseruiat. Sicut enim pauper ex lodice pallium facit, ita Christus ex præsepio cūnā. Tanta enim dominus fuit operatus, vt nos in humilitate perficeret, vt difficile sit ea explicare. Nihil enim prius, quā hominis & Angeli superbiam offendit: quælibet res consideranda est, & secundum qualitatem delicti castiganda. Nanque si superficietenus rem ipsam perpendamus, videbitur sanè ipse dominus magis acriter & aspere cū Angelis, quam cum hominibus se ipsum habuisse: cùm reuera ego crediderim duriùs & acriùs hominum naturam, quam Angelorū esse punitam. Nec de pœna loquor, in quam incidit Adam & eius successores, sed de pœna vnius Christi. Et in hunc maiorem fuisse animaduersionem, quàm in omnes dæmones. Nec dicere valet Angelorum pœnam ipsum infernum fuisse: quia tandem non tantum descenderunt, quantum voluerunt ascēdere. Nam (vt de Lucifero loquamur) vt iustam suæ insaniæ susciperet mercedem, infinito quodam modo à Deo esset deijciendus: quia contra infinitè potentem cor suum eleuauit. Et ideirco, quia huic pœnæ locus non fuit: non pleno rigore fuit adimpleta sententia diuina. Factus tamen Christus homo, in animalium præsepio locatus, in vniuersum soluit, quod ipse homo peccauerat, & magis natura humana in Christo homine humiliata fuit, quàm natura angelica. Ideoque hominis peccatum grauius fuit in Christo homine punitum, quàm Angelorum. Et istæ hominis

Luc. 9. Iere 22. Amos. 6.

ad Hebr. 2.

ad Rom. 5.

Psal. 48.

hominis pœnæ tali modo medicamentum attuleruntvt satis factoriæ fuerint: quia pro nobis exoluit Christus, atque hæc solutio sūma medela fuit nostræ elationis & superbiæ. Quæ obsecro maior medela esse potuit ad nostram superbiam curandam? Quid vehementius in humilitatis amorem nos incēdere potuisset: quàm cùm Christum videamus inter bruta animantia in medio præsepio constitutum? Et quamuis in ecclesia canteur Deum mundum vniuersum condidisse: & fecisse angelos silentio præterit, & creasse homines audit. Tamen cùm dicitur, & homo factus est, omnis homo genuflectit, & se ipsum incuruatin veneratione & obseruantiam tanti & tam diuini mysterij. O hominum superbiam detestandam, qui in cognitione tanti beneficij non elationem suam deponunt. In quo quidem loco nihil dicendum existimo de humilitate sanctorum: nam si cùm hac Christi redemptoris nostri conferatur, potius appellanda veniet superbia quam humilitas. Vocatur terra humilis, quia pedibus cō teritur, cùm proprius locus illi sit: tamen si cœlum cum terra coniungeretur, magnam istam diceres declinationem & humilitatem. Homo enim non potest amplius inclinari cū omnibus virtutibus sit destitutus. Tamen tu cœlum considera in terram ipsam inclinatū: ità sanè Christus Dei verbum se ipsum humiliauit, vt non solum paruulus puer factus fuerit, sed in præsepio loquari voluit. Induit filius Dei carnem, vt nos vbertatem spiritus indueremus. Descendit de cœlo ad terram: vt nos de terra ad cœlum eleuaret. Scribi voluit in terra, vt nomina nostra scriberentur in cœlis: & ciuitatem ascendit, vt nos ad patriam cœlestem ascendamus. Et enim non habemus hic ciuitatem manentem, sed futurā inquirimus: & ille qui totum mundum vario vestit ornatu pānis inuoluitur: vt nos stolā primā reciperemus: manus pedesq; sui fasciculis adstringuntur, vt nostræ manus ad opus bonum excerceantur, & nostri pedes dirigantur in viam pacis. Denique in præsepio collocari voluit, vt nos è bestijs homines efficeret, & humilitatem doceret. Si rex in aurea lectica vel triumphali curru iter ageret, præciperetque vt omnes potentes & magnates regni nullis equis nec mulis ascensis illū comitarentur, dicerent ipsi neutiquam illum comitari velle tanquam ralares serui. Tamen si rex iter suum ageret non ascendens equum, mulam, aut currum, omnes alij magnates illum comitarentur vltronei: & quamuis ipsi iam equos ascendissent eos deponerent. Sic legitur quod cùm magnus ille Alexander Persiæ regnum debellaret, tanta nix & tempestas cecidit, dicitur, vt nullus milites iter agere auderet. Quod cùm ipse Alexander videret, ab equo descendit, & per medium geluiter pādit, & inquit Curtius quod erubescentes omnes sequuti sunt eum: amici priùs, deinde copiarum duces, & vltimo loco milites. Consideratigitur Christum regē gloriæ, qui cùm mundi huius vanam pompam & apparatum videret: vt nos ad humilitatem adduceret, & ad honorum & vanitatum contemptum, ipse priùs in humili præsepio locatur. Quod si milites illi Alexandri erubuerunt, dominum suum videntes ab equo descendisse: vt quid tu qui & Christianus es, & de Christ. animo gloriaris, istam pompam, & vanum apparatum non deponis? Vrias dixit Dauidi, Dominus meus Ioab est super terræ faciem: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & dormiam cum vxore mea? Sed quid est, quòd tu non pudore suffunderis, in mundi voluptatibus & delicijs viuendo: cùm Christum ducem tuum videas in duro præsepio iacentem, & aspero frigore trementem? Statim cùm nascitur iste puer, vt doctor è cathedra, sic ipse à præsepio humilitatis lectionem legit, non verbis, sed ipsis operibus nos instruens, vt vehementiùs nos ipsos excitaret ad illum imitandum. At postquam humilitatis lectione nos instruxit, docet etiam diuitiarum contemptum, quando in loco paupertimo & abiecto nasci dignatus est. Mira quidem & superna lectione nos docet omnia, quæ in mundo sunt contemptui esse habenda. Clamat vile stabulum, clamat arctum præsepe, clamat alienum & commune hospitium. Si quis non renunciauerit omnibus, quæ possidet: nō potest meus esse discipulus. Antepositit infantulus iste humilem paupertatem, cunctis mundi diuitijs. ¶ Tertio loco docet, carnis prudentiam mortem propinare: & quòd qui secundum carnem vixerit, morte morietur. Propterea ipse elegit, quæ aspera & dura sunt. Clamat hoc noctis hyemis, & peregrinationis asperitas. Clamat fames, vagitus & lachrymæ. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. ¶ Docuit quarto amorem nostrum transferendum esse à mundanis & terrenis ad cœlestia:

Luc. 14.

Rom. 8.

Matth. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stia: nihil enim mundanum, nihil carnis, nihil cæporate in hoc seculo Christo habere voluit. O beata paupertas à Dei filio & eius sanctissima matre consecrata! Fecit Deus pater, vt magister Geometriæ, qui cum videat discipulos nec proficere nec intelligere ea quæ dicuntur, figuras proponit in terra: vt vel sic ipsi scholastici aliquod emolumentũ excerpant. Sic etiã dñs olim loquutus patribꝰ in prophetis, de tacta humilitate, de paupertate, de mũdi contẽptu, parum aut nihil proficiebãt: quo circa factum est, vt modo in isto puero quid quid antea prædicauerat, ostenderit in terra, mirabili quodã exẽplo. O glorioſissime & ſanctissime puer, quã bene dixisti Pilato, Regnũ meũ non est de hoc mũdo. Et vt vera loquar, quãuis alia ratio nõ esset, ad mundi vanitatẽ propellendã, hæc sola deberet sufficere ad eorum confusionẽ, qui de nomine Christianorũ gloriatur. Sed respondeas mihi tu qui homo Christianus es: es ne tu prudentior, quam Deus? Ideo attẽde, vt semper id eligas quod Christus elegit: si hanc mundi vanitatẽ reiicere cupis. Nam; præsepiũ hoc durum, delicias huius mundi condemnat: hoc stabulum efficaciter demonstrat quam vani sint honores mundani: & viles illi panni quibus diuina maiestas fuit inuoluta, nobis ostendunt qualis conditionis sint diuitiæ huius seculi.

Gen. 24. At istu ô anima Christiana videris Isaac spõsum tuum, per terram peregrinantem, debes cooperiri pallio sicut altera Rebecca, erubescens, cùm videas Christum in præsepio duro iacentem, teque in camelo alto huius mũdi honoris & potentiæ: & ità descendens sicut altera Rebecca fecit & contemnendo vanitates seculi præsentis, virum redemptoris tui insequere, quanco quidẽ colli illum errare non posse. Sed iam, subdit causam sanctꝰ eu ngelista, cur beata virgo infantem in præsepio reposuerit, scilicet. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Diuersorium domus est, ad quã hospitandi gratia ab itinere quis diuerrit; quod Hispanice vocatur, meson. At quoniã propter causa professionis in Bethleẽ venerãt, & diuersoria occupauerant: nullus locus superfuit sacræ virgini statim filiũ Dei paritura. Necesse igitur fuit ad stabulum diuertere; & idcirco dicitur, non erat locus in diuersorio, id est in hospitio conducto. Vbi manifestè apparet quod præsepium erat extra diuertorij siue hospitium. Nã cùm dicitur, non erat locꝰ in diuersorio, aperte significatur, nullum locum esse illis in hospitio, & perinde præsepium esse extra hospitium. Nam si intra diuersorium esset, non vtique dixisset, nõ erat ei locus sed non erat ei alius locus in diuertorio. Totum quippe diuertorium occupabatur ab alijs, cumque pauperes illi essent, nemo eos excipere voluit: & idcirco necessum fuit foras progredi, & pauperrimo tugurio & vili stabulo sese recipere nostri amoris causa. Sed pietate animi motus, dices forsitan. Si ego illic essem, vtique eos reciperem. Sed quomodo illud facies, cùm quotidie clamet ad ostium cordis tui, nec aperis illi? Claudis Christi portam, & diabolo ipsius inimico aperis: & dicis te illis daturum hospitium? Sed insuper quomodo tu illos exciperes, si pauperes non excipis? Tu Christianus? Quod si Euangelio credis dicenti, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: quid est quod pauperem non excipis, qui nudus & in medio gelu ambulat: cùm & ex eodem Euangelio sis edoctus, quòd si hunc excipis, & Christum excipis. Isti enim pauperes, pro quibus Christus sanguinem suum effudit, nullũ operimentum habent, nec domum, in porticu domus tuæ tota nocte frigore pereuntes: tu autem dormis & stertis in lecto purpureis panimentis & taperibus ornato. At dolendũ est, vt quod illi Bethleemitici cum domino fecerunt, quem non cognoscebant, idem tu cũ eo facis quem lumine fidei cognoscis: nec eũ recipis, qui mutatis vestibus venit in pauperem: Sed iam vlteriùs progrediamur. *Pastores erant in eadem regione.* Oportebat enim vt post natum infantem Iesum, vt eius natiuitas non esset occulta, sed aliquibus manifestaretur: nam non decebat tantum & tam grande bonum cunctis mortalibus occultari. Sic enim Raphael angelus inquit. Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autẽ Dei reuelare honorificũ est. Nemo incernam ardentem ponit sub vase, sed super candelabrum, vt intrantes domum, lumen videant. At egressus Iesus ab vtero matris tanquam lampas igne diuini amoris incensus, venit, vt ardeat in cordibus nostris. Idcirco Euangelista ostendit, quomodo natus Iesus, hic fuerit pastoribus nunciatus. Quem & postea Apostoli vbique & omni creaturæ regnum cœlorum prædicantes, manifestauerunt: & tunc viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Expende etiã, quod non solum Christus exaltatus à terra omnia traxit ad se, sed etiã recli-

reclinatus in humili præsepio. Potentior voluit videri Christus in humilitate & paupertate, quam in maiestate. In cruce pendens ad duxit latronem, & Cẽturionem, & plurimos alios qui percutientes pectora sua reuertebantur: & positus in præsepio adduxit pastores & Magos ab oriente. Dicit ergo Euangelista, quòd pastores erant in regione eadem. *Vigilantes & custodientes vigilias noctis.* Distabant illi pastores à Bethlehem mille passus: & in planicie quadam pascebant greges iuxta turrim inter Bethlehem & Ierusalem, vbi Iacob ex Mesopotamia rediens commoratus est cum suis gregibus: vbi etiam mortua & sepulta est Rachel. Dicebatur turris gregis: de qua illud Michææ exponitur. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion ad te veni. Verùm hic aliqua erunt obseruanda. ¶ Et non indignum consideratione est, quomodo ea, quæ Dei sunt longo interuallo differant ab his, quæ mundi sunt. Nuncia nanque prius regibus, imperatoribus, principibus, & magnatibus deferuntur, deinde ad nobiles, & alios derinantur: qnandò verò ad pauperes perueniunt, iam veteraſcunt. Sed multo aliter fit in domo domini, nam nuncia natalis Christi non imperatori Cæsari Augusto, non principibus & magnatibus qui erant in Ierusalem deferuntur: sed pauperibus pastoribus, qui postea aliis nuncient & ipsis principibus. Ea nanque quæ diuina sunt & suprema, non superbis, sed humilibus reuelantur. Sic Christus respõdit discipulis Ioannis. Pauperes euangelizantur. Aduerte quod bona gloriæ & nuncia regni cælestis humilibus & non superbis diuitibus dantur. Nanque per horum prædicationem fieri debet notum istis regnum cœlorũ. Sic loquutus Christus cum æterno patre inquit. Abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Non per sapientiam, sed per sanctam humilitatem diuina cognoscuntur mysteria. Sic apostolis & pauperrimis discipulis reuelauit dominus, quod potentibus huius seculi aperire noluit. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo. &c. Ideò Paulus. Non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt. &c. Secundo denunciata est prius natiuitas pastoribus, quam aliis, quia pastoris est nascẽtes agniculos inter dumenta quærere & saxa. Ite ergo & dicite pastoribus, vt agniculum Bethlehemitica porticu natum veniant quærere. Illum inquam, de quo Esaias. Quasi agnus coram tondente. &c. Et Ioannes. Ecce agnus Dei. ¶ Tertio pastorum vita, pauper, dura, & pœnitens est. His enim Deus manifestum se facit: & hos vult, suæ natiuitatis futuros prædicatores. Sic vult dominus prædicatores suos abstinentes esse, pauperes, & à mundo abiectos. Et non sicut plurimi, qui hac nostra tempestate subuculis, olandæis & bombicinis vestibus induti tendunt prædicaturi aliis paupertatem & pœnitentiam. Non sic sancti apostoli: qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Sine baculo, pera, & calceamentis misit illos dominus: & nudi nomen Dei portauerunt. Istis sanè humilibus & pauperculis pastoribus conueniens est reuelatio diuinorum, & prædicatio euangelii. ¶ Quarto pastores elegit, vt his prius suæ sacratissimæ natiuitatis sacramentum ostenderet: quia iam tempus aderat, quo solus ipse & verus pastor promiserat per prophetam dicens. Ecce ego requiram oues meas, & visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum. &c. Et post pauca. Et suscitabo super eas pastorem vnum: qui pascat eas, seruum meum Dauid. &c. Et cessare faciam. &c. Quod neutiquam intelligi potest de Dauide illo rege Israel, qui iam multis retro annis mortuus fuerat, nec iterum suscitandus erat. Quo circa ad literam intelligenda venit de Christo illa prophetia, qui idem dicit. Ego sum pastor bonus. Aduerte autem quod istis pastoribus vigilantibus & non dormientibus, apparuit angelus domini, vt discas in mandatis domini semper vigilare. Vnde Paulus Timotheo ait. Tu semper vigila, in omnibus labora. Hinc Petrus. Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens &c. Et Christus. Videte, vigilate & orate. Et iterũ. Beatus ille seruus, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit vigilantem. Sed hoc præcipuè ad prælatos spectat: qui animarum custodes & pastores sunt. Sed quia ipsi dormiebant, sicut Saul prælatus & rex Israel, cui abstulit Dauid lanceam & cyphum aquæ: sic quia prælati ecclesiæ dormiebant, venit Lutherus impius inimicus, & disseminauit zizaniam in medio tritici: vt intelligas quantũ referat reges, & prælatos vigilare semper in custodia gregis sui. Vtique vigilanti Mosi & gregem custodienti apparuit Deus, quem populi sui principem constituit. Et cum gregem obseruaret Dauid, in regem Israe fuit electus.

Ioan. 1. nota 3°

Psalm. 125. Luc. 9.

nota 4°

Ezec. 34.

Ioan. 10.

2. Tim. 4.

1. Pet 5. Mat. 13.

Mat. 24.

1. Reg. 26. Mat. 13. Exo. 3.

1. Reg. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

electus. Et Amos pecora custodiebat, cũ efficitur à domino propheta: vt verè ex his intelligas eos esse tali munere & officio dignos, qui semper vigilant & laborant, neque vnquam otiosi sunt. His verò temporibus prælati, qui deberent potius greges custodire, in regalibus curijs maiorem partem vitæ consumũt, & commissas oues arbitrio mercenarij regẽdas tradũt, vt vel sic ipsi prælati in vtranuis dormiant aurem: quo factum est, vt tanta vitia & errores ecclesiam Dei fuerint ingressi. Etenim multa quæ vicarij exercere nõ possunt, poterunt & ipsi iuxta spiritualem vitam subditorum. Nanque Eliseus præsens suscitauit puerũ Sunamitis, quẽ Giezi baculo suscitare non potuit. Medici etiam corporales melius & aptius sanitatem conferunt, si ipsi infirmos visitent, & male affectam partem tangant. Sic dominus ipse non legitur per alium infirmos curasse. Qui Lazarum absens suscitare poterat, suam præsentiam adhibuit. Et Centurioni dixit. Ego veniam & curabo eũ. Et leprosum propria manu tetigit. Et in nostro Luca legimus, quòd singulis manus imponẽs curabat eos. Subditi enim semper quę runt prælatos suos, sicut mulier Sunamitis Eliseũ. Sed his iam omissis, videamus quid addat vlternus noster Euangelista. *Super gregem suum* Non super alienum. Non tibi ratio exigetur de alieno grege: sed de tuo. Nam seruo illi dominus dixit. Redde rationem villicationis tuæ. Nam non parum efficies, si te ipsum corrigis, tuasque oues custodieris: nec opus est corrigere id, quod ad te non attinet. Ideò inuigilandum semper super gregem tuum & alienus dimittendus. *Ecce angelus domini stetit iuxta illos.* Decebat certè vt sanctam natiuitatẽ sanctus angelus prænũciaret: eo quod exinde homines adducendi erant per Christũ. Pax etiam reformata est per beneficiũ incarnationis inter angelos & homines. Ideoq; rectè dixit quòd stetit angel⁹ iuxta illos quasi amicus & familiaris illis: & in hoc familiaritatem & æqualitatem ostendit. Non supra illos stetit sicut ante exaltationem humanæ naturæ in Christo, quia permanebant angeli adorari, vt factum est ab Abrahã & ab alijs: quod quidem minimè fecerunt post assumptam à verbo humanitatem. Nam Ioannes Euangelista relegatus in insulam Pathmos, volens angelum, qui ei apparuerat adorare, dixit illi angelus. Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Honorauerunt angeli naturam humanam post verbi diuini incarnationem. Expedit etiam quòd non absolutè vocauit illum angelum, sed angelum domini: quia venerat nunciaturus ea solùm quæ dñi erat. Ipse enim erat angelus Gabriel, qui nũciauit præcursorem, qui missus fuit ad virginem: & idem ipse est, qui modo venit Iesum iam natum pastoribus nunciaturus, corpore ex aëre formato. Qui quidem duplici honoris signo ab angelo affecti sunt, scilicet consortio & loquutione, & claritatis diuinæ illustratione. Qua de causa inquit Euangelista. *Et claritas Dei circunfulsit illos.* Ad incrementum maioris gaudij visus est claritate, quod antiquis patribus nunquam contigit. Exortum est in tenebris lumen rectis corde: & sic nato nouo lumine in hoc mundo, decens erat, vt qui illud nunciaret, nouo luminis radio eos illustraret: quod nec prophẽtis nec patriarchis contigerat. Nam in vniuerso veteri instrumento non inuenitur, quod talis lux circunfulserit hominẽs, sicut modo pastores. Post hoc etiam lux de cœlo circunfulsit Paulum: & Petro lumen refulsit in cubili carceris detento. Itaque tribus de causis angelus tanto lumine apparuit. Primò quia verum lumen nunciabat, ipse enim ait. Ego sum lux mundi. Vnde æternus pater ad illum. In splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te. Et vt litera Hebræa habet, in splendoribus sanctitatum. At quia hęc obscura sunt, explicatione indigent. Si enim in patre producente filium vnicum esset attributum quod splenderet, aut vnica sanctitas, quæ splendorem emitteret: rectè diceretur, in splendore illius sanctitatis genui te. Sed cùm pater in sua diuinitate rerum omnium naturas comprehẽdat (non corporaliter sed eminenter) sintque in patre infinitæ perfectiones & sanctitates, (licet omnes illæ vnum sint) idcirco omnes illæ creaturę & omnes illæ perfectiones sunt sanctitates in Deo splendentes. Cùm primum nanque pater in sua æternitate contemplatus est se & suas perfectiones & rerum naturas quas in se continebat: tunc illa omnia intellectui diuino splenduerunt, & plenissimè sunt à diuina mente concepta, ex quorum omnium notitia & intuitu verbum diuinum prodijt. Rectè ergo verbum diuinum genitum est non in vnico splẽdore tantum diuinę essentiæ, sed in splendoribus omnium rerum sanctarum, quas pater in se

in se continebat & intelligebat. Itaque quia filius non tantum è cognitione diuinæ essentiæ est egressus, sed etiam ex cognitione bonitatis, sapientię, & potentiæ, & demum omnium creaturarum dicit psalmus, in splendoribus sanctorum vel sanctitatum genui te. Igitur filius Dei, qui ex tot splendoribus genitus erat: & quidem, ipse (vt ait Paulus) cum splendor esset gloriæ, nobis ex alto ortus est sicut sol refulgens in suis splendoribus totum orbem illuminans. Ille enim qui ex splendoribus sanctorum genitus est ab æterno, tanquam sol ortus est nobis, & à mentibus nostris tenebras ignorantiæ fugauit: & tantis tanque diuinis splendoribus intellectum illuminauit. Et idcircò Esaias loquutus de Christi natiuitate hanc lucem vaticinatus est, dicens. Populus, qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam: ambulantibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis. Is qui male agit & de malo dolet & compungitur, is in tenebris est: nondum sedet, sed ambulat adhuc: at is, qui lætatur dũ mala efficit, is sedet in tenebris, quia peccatis assuescit, & in vmbra mortis. Beatus ille qui non abijt in consilio impiorum, nec iterit nec sedet. Sed vere miser qui in via peccati versatur vel sedet. Tales erant homines: nam quidam illorum ambulabant in peccatis suis, & bona pars sedebat in eis: & nisi status peccati, plane est mortis & inferni. Qui verò compungitur cùm peccat vmbrã habet vitæ: sed qui in profundum peccatorum venit & contemnit, is tanè miserè iacet in inferni vmbra. His igitur in Christi natiuitate lux orta est. ¶ Præterea non dicit populum, qui ambulabat in tenebris illuminatum, sed dicit, populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem, & non solum lucem, sed lucem magnam: nec dicit habitantibus in regione mortis lux orta est, sed lux est eis orta. Et ideò sancta Ecclesia diuino spiritu gubernata in ingressu missæ secundę solennitatis natiuitatis dominicæ canit. Lux fulgebit hodie super nos, quia natus est nobis hodie. &c. Quapropter nos, quia hæc lux nobis illuxit merito cum rege Dauid canere possumus. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus & illuxit nobis. Ideòque pastores isti circundari sunt tanta luce: quia lucem mundi nunciabat illis angelus, & iam apparuerat natus Christus in Bethleẽ. ¶ Secundo tanta claritate & splendore angelus apparuit illuminans pastores non solum in corpore sed etiam in corde, vt minimè parui penderent tam insolitum factum, quod tãto claritatis lumine demonstrabatur. ¶ Tertiò tanta apparuit claritate, quia illustrandus erat mundus nouis doctrinis, sacramentis, atque decretis tanti & tam magni principis, qui ad præclara facta hasce bat: & vt depelleret omnes idololatriæ tenebras, & cunctas prauitates à corde credentium, vt vera lux meritò posset dici, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Videautem quod hanc lucem vocauit Euangelista claritatem Dei, quia magna erat: Hebræa lingua more quæ magna appellare consuescit diuina: vt montes Dei, cedros Dei hoc est, ingentes, & excelsas. Cæterum dicitur etiã hæc claritas Dei: quia diuina virtute fuit facta. *Et timuerunt timore magno.* Ob angeli maiestatẽ, & luminis claritatem timuerunt. Quitimor ex humana fragilitate prouenit, quę peccatũ insequitur. Idque sane mirabile est, non timore percuti eorum, quæ consolationem nobis afferunt. Sic illi tres apostoli visa domini trãsfiguratione, ceciderunt in terrã. Et Paulus in apparitione luminis cæcus factus est, & cecidit. Et Daniel inquit. Vidi visionem grandẽ, & non remansit in me fortitudo: sed species quoque immutata est in me, nec habui quid quam virilũ. Et Ezechiel in visione concidit, donec spiritus eius reuersus erigeret eum in pedes suos. Equidẽ manifestum est, quomodo natura nostra corruerit à sua tãta nobilitate & dignitate: & ideò pastores deterriti sũt, quãdo potissimũ & ingens solatium suscipere deberẽt. Sicut timuerunt mulieres, quæ in die resurrectionis, se in monumentũ contulerũt, cùm viderunt angelos. Certè dignitas hominũ per peccatum cecidit: quãdoquidem is qui ad intuendũ Deum natus est, nec angeli aspectũ ferre valet. ¶ Expẽde q; illi pastores deterriti fuerunt prius & timuerunt valde, sed cito consolatus est illos angelus. Sic dominus aliquando videtur dilectos suos derelinquere, vt eos probet: sed cito consolatur eos. Sic egit cũ patriarcha Abraham cùm præcepit illi vt filium suũ in sacrificium offerret. Sic etiã fecit cũ filijs Israel in deserto cũ audierũt sonitũ buccinæ, voces, & tonitrua, montemq; fumigantẽ, timuerunt & perterriti sunt: quibus dixit Moses. Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus. Idẽ enim experimentũ fecit in Tobia: quare Raphael angelus dixit ei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xit ei. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Sic etiam si pe dñs tibi immittit flagella, & tribulationes: vt vel ipso experimento cognoscas quam altas radices egeris in virtute. Tamen semper constanti esto animo in tribulationibus, nec ideò deliquas: quia oportuno tempore iuuabit dominus te ipsum & consolabitur. Sed vide quo pacto angelus eos fortes reddiderit dicens. *Ecce ego euangelizo vobis gaudium magnum.* Euangelizare est bona & læta nũciare: quo verbo optimè vsus est angelus, qui tantũ & tam grãde bonũ pastoribus nũciabat. Fœlix & in prosperitate erat homo in terreno paradiso: at cùm misere peccauit, versa est in luctũ cithara nra, & organũ nostrum in vocẽ flentiũ. Iob. 30. Sed eũ Dei filius iã nascitur, vt nos ab exilio in pristinã libertatẽ astrueret, merito hominibus gaudiũ angeli nunciat. Christi nãq; natiuitas verũ gaudiũ attulit mũdo: quia venit, vt saluos faceret peccatores, & vt tribueret eis verã vitã. Fecit gaudiũ rex Pharao in Ægypto, sed in illa tota natalis sui festiuitate occitus est pistor & sanguis humanꝰ effusus. Celebrauit quoq; festũ natalis sui Herodes, & ibi occisus est Ioanes Baptista: quia isti nõ nati sunt saluatores, sed interẽptores. Et non solũ isti, sed etiã viri sancti (vt Ieremias qui in matorno vtero sanctificatus fuit) dixit. Maledictus dies, in quo natus sum, & nox in qua dictũ est, cõceptus est homo. Et facilius imꝰ Iob. Pereat dies in qua natus sum, &c. At Christi natiuitas gaudiũ attulit vniuerso mundo, & fideicõ gaudiũ nũciatur in eius natiuitate futurũ. ¶ Vide etiã, q̃ non solũ gaudiũ nuncia uit, sed id magnũ. Propterduo gaudiũ hocmagnũ est. Primo quia verũ & ꝑpetuo duraturũ est ad diff. rẽtia mũdani gaudij, q̃ momenta nẽu est. Esa. enim inquit. Ingemuerũt oẽs qui lætabãtur corde. Cessauit gaudiũ tympanorũ, & quieuit sonitus lætantiũ. Quis eadmodũ gaudiũ huius fallax & mẽdax est, dũ sub rebus grana tritici comedũt: & piscũ dũ tacto hamo escam deglutiũt, quando nõ minus, quã vita hãc lætitia exoluũt: ita mũdanorũ hominũ exultatio vana, breuis, fallax, & mẽdax est, cũ ipsam mortẽ & infernũ sub voluptate propinet. Vana quidẽ est huius mundi voluptas, cùm inter immensa vitamus pericula. Dicit enim sapiens. Risum reputaui errorẽ & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Quocirca gaudiũ Dei, i. agni nomen meretur: quia animæ gaudiũ est ꝑpetuo duraturũ. Propterea apostol⁹ admonet. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et iterũ. Gaudete in dño semper, iterũ dico gaudete. Solum dñi gaudiũ certũ & securũ est, de quo ait dñs. Gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. ¶ Secundò gaudiũ hoc magnũ dicitur, quia vniuersale est. Bonum nãq; ex propria natura habet, vt se ipsum diffundat & cõmunicet: & propterea, quia hoc gaudiũ optimum & vniuersale, ideò magnum.

¶ Et quia ad omnes & in omnes diffunditur, addidit angelus. *Quod erit omni populo.* Non dicit, quòd erit gaudium multis sicut de Ioãne Baptista dixerat: sed dixit omni populo: scilicet Iudæis, & gentibus, & omni populo, & omnibus hominibus cuiuscunque nationis aut conditionis sint: quia pro omnibus natus & mortuus est. Præterea obseruandum, quod omnis distributio est accommoda: non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Nam quamuis Christus pro omnibus natus & mortuus sit, non tamen omnes consequuti sunt effectum salutis: quia non omnes beneficio Dei sufficientissimo vti voluerunt. Quapropter iusti illi cadentes ad pedes agni dixerunt. Redemisti nos domine ex omni tribu, populo & lingua, & natione. Non dixit quo ad efficaciam omnem tribum, omnem populum, & omnem nationem esse redemptam. Sed ex omni populo aliqui effectum & gratiam consequuti sunt. Ex quo loco docemur bonum cõmune semper quærere & vtilitatem proximorum, neminem ab orationibus nostris excludendo: quandoquidem redemptor noster pro omnibus nasci voluit: & angelus nũciat gaudium natiuitatis futurũ esse omni populo. Itaq; Christus pro omnibus nascitur. Homines verò hac nostra tempestate sibi ipsis solùm nati videntur, non verò alijs. Infœlix ille, qui sibi soli natus est. Sunt enim quidam homines ità natura sua miseri & auari, qui solum suo commodo & non alieno inseruiũt. Nihil aliud es tu qui hoc modo viuis, ac si nõ natus esses. Nulli amicus nisi tibi solùm es. Considera obsecro non solùm tibi, sed & alijs natum esse: & considera Christum qui omnibus nascitur, & se totum cunctorũ vtilitati accommodat: & ità tu vtilis esto omnibus proximis tuis. Obserua etiã gaudiũ natiuitatis Christi cõmune esse omni populo, cuiusmodi non est gaudiũ mundanum quando vnus nascitur, alter flet. Victor suum celebrat trinmphũ: & victus suã lamẽtatur miseriam.

riam. Vnus in triumphali curru uat, alius in vinculis constrictus manet. Vnus in dignitatem ascendit: & qui cadit, tristis est. Gaudet & lætatur hæres: & plangit & moritur, qui hereditatẽ deponit. Alij diuites & læti sunt: alij pauperes & tristes. Alij cum gaudio viuunt: alij in infœlicitate & amaritudine vitę. Itaque mundus, ita pauper & egenus est, vt si quem ditare velit, alium necesse est, vt in paupertatem constituat: & si quem in Hispaniæ regem exaltat, alium à dignitate deponit. Et idcirco gaudium mundi non est omni populo, sed aliquibus. At Christi gaudium plenum est: & vniuerso populo venit. Gaudium nunquit Angelus, erit omni populo. Qui seruiunt Deo, omnes gaudent: quia multa habet Deus bona, quibus eos ampliscet & locupletet, cùm ditissimus sit: & omnes potest voluptatibus & lætitia afficere, alterius voluptate non diminuta. Percurre igitur si libet omnem huius mundi gloriam, & facilè inuenies vnius fœlicitatem, alterius esse luctum: & gaudium alterius, dolorem alteri parare: & vnius salus, alteri mortem parat. Et idcirco nullum præter hoc diuinum gaudium est omni populo. ¶ Sed vt his concludam, obsecro vt animaduertas, quod si magnum gaudium est, Christum, considerare pauperem infantem, pannis inuolutum, positum in præsepio: quod gaudium erit illum videre inter ipsos angelicos choros gloriosum & exaltatũ in cælo. Certè id gaudium tale erit, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit. Ibi perfectum possidebis gaudium, & omnes rationes illius, sine vllo timore cassum. Id gaudium tale erit, quod si obtinueris, nemo à te auferet, in cuius comparatione omnis lætitia tristitia est, omnis suauitas dolor: dulcedo est amaritudo: pulchritudo, deformitas: & angor spiritus, id omne quod delectare potest. Vnde subdit angelus. *Quia natus est vobis hodie Saluator mundi.* O quam bona nuncia hic angelus mundo attulit. Ille qui æternus erat, & sine principio voluit nasci, & terrenus ciuis fieri: vt consortem cælestis patriæ te ipsum efficeret. Paruulus hanque datus est nobis, & filius natus est nobis. Paruulus facilè placatur. Si infantem contumelia afficeris, re ledi, & parùo aliquo dono iniuriam remittet. Contemplare igitur filiũ Dei pauperem, & humilem, peccata plangentẽ, quæ tu deberes plangere, plorat autem ipse ne tu in infernum abeas ploratu-

Esa. 42.

4. Reg. 4.

Zacha. 9. Heb. 2.

viuiri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitiis Non ſuperbis diuitibus, auaris, otioſis, carnalibus & impudicis, nec illis qui primas cathedras diligunt. Nō ad iſtorū conſolationē Chriſtus naſcitur: quia vites pānis ſaluatoris mundi contēnuntur eis, qui delicatiſsimis linteis & olandis carni ſuæ indulgēt, qui fucū & odorifera vnguēta ſibi parāt. Præſepiū durum nō conſolatur eos, qui tota nocte lenibus dormiūt ceruicalibus: nec eos, qui medio die conſurgūt. Equidē paupertas Chriſti minimē cōſolatur eos, qui inexhauſtam habēt diuitiarū ſitim. Nec humile & abiectum præſepiū eos cōſolari poteſt qui per totū vitæ diſcurſum cōtendunt, vter in potiori loco ſedebit. Propterea Malachias locutus de Chriſti natiuitate nō dixit, q̄ Chriſtus naſciturus eſſet in omniū conſolationē: ſed terminū impoſuit dicēs. Orietur ſol iuſtitiæ. Quibus obſecro? an ſuperbis, auaris, & voluptatibus deditis? Minimē, ſed vobis timētib⁹ nomē ſuū. Iſtis tantū naſcitur & iſti eius natiuitate gaudēt, & eius fructū cōſequuntur. Naſcitur Sol mane, & quāuis omnibus oriatur: tamen ſi quis in cauernis terræ fuerit abſconditus nequaquā iſti naſcitur, nec illi etiā, qui feneſtrā dom⁹ claudit, nec permittit illū introire, nec illi etiā oritur, qui infirmitate oculorum laborat: qui tantū abeſt, vt illi oriatur, vt etiā eius oculos offendat. Ità Chriſtus verus ſol iuſtitiæ, quāuis omnibus oriatur, nec vlli ſuū lumē & ſplendorē deneget: tamē non ijs naſcitur, qui odio & malā voluntate ſunt pleni, quiq; vitā ſuā flagitiorū inquinamentis polluerūt. Solū illis naſcitur, quantū ad effectum, qui timent nomen dñi. Quare aduertendū tibi eſt maximē, q̄ qui ſole frui voluerit, opus eſt vt vmbram fugiat, & terga illi vertat. Sic omnia hæc terrena ſunt velut vmbra, & tranſeunt velut vmbra. Terga verte mundo, vmbrā & vanitatē illius contēnens, & frueris ſplendidiſsimo ſole iuſtitiæ tibi nato, cuius radij te ipſum cōſolabuntur. Nemo ſanē tanto ſolis iſtius ſplēdore gaudet, niſi is qui mundū reliquerit. ¶ Expende etiā q̄ nobis naſci voluit, vt noſtrū amorē conciliaret. Diligitur enim aliquis propter ſimilitudinē, nam ſimilitudo cauſa amoris eſt. Hac ratione Deus ſimilis nobis in noſtra apparuit humanitate, vt à nobis diligeretur: & idcirco non eſt factus angelus ſed homo, quia plus dilexit naturā humanā quā angelicā, vt nos illū ſummo proſequeremur amore. Excellentioris naturæ ſunt angeli, tamen nos plus dilexit dñs quā illos. Si cui manus amputaretur & eidē daretur altera aurea & lapidibus pretioſis cōfecta: hanc ſecundā eligeret: nullus ità inſanæ mētis homo eſſet, qui vellet ſibi propriā manum amputari, vt aurea vel argētea donaretur. Nam quāuis manus argento confecta vel auro maioris ſit valoris: tamē carnea, eſt propria ei⁹ ſubſtantia à venis, neruis, & ſanguine roborata. Ità nos ſumus Chriſti mēbra, & manus eius carnea, angeli verò ſicut aurea manus & argētea: & quāuis metalli genus pretioſus ſit, tamē Deus maiori amore nos diligit, tanquam ipſius manū carneā. Itaq; ſi ſimilitudo, amorē generat, iā videas filiū Dei propter te hominē factum & tibi ſimilē. Anteà quidē grādis diſsimilitudo erat: nā ille immortalis erat, & tu mortalis: ille inuiſibilis, tu viſibilis: ille impaſsibilis, tu paſsibilis. At modo nobis donat⁹ eſt viſibilis, mortalis, paſsibilis, & nobis ſimilis, dēpto ipſo peccato, à quo prorſus immunis fuit. Secūdò ea quæ nobis præſentia ſunt magis diligūtur: cū & obiectū præſens fortiⁿ moueat potentiā, quā abſens: & quæ abſentia ſunt, multoties ſolemus obliuiſci, cū à nobis non videātur. Nā quāuis Deus anteā vbiq; eſſet per ſuā potentiā, preſentiā, & eſſentiā: ſed eū nō videbamus, quo fiebat vt tanquam abſens à multis reputaretur. At modo in humanitate aſſumpta adeſt nobis præſens & viſibilis: & cū ad patrē abire oportuit, ſacrū euchariſtiæ myſteriū nobis inſtituit vt ſemper corporalē ipſi⁹ præſentiā nobiſcū haberem⁹. Idcircò naſci nobis dicitur, vt cū nobis eſſet ſimilis & ſēper nobis adeſſet præſens, noſtrū amorē cōciliaret ille, qui ſic adeò nos dilexit, vt noſtrū lapſum repararet, potiūs quā angelorū: & illos ſine remedio reliquit, nos autē nimio cōplexus eſt amore. ¶ Deniq; vt cōcludā hoc vnū reſtat animaduertere, non dixiſſe angelum, natus eſt vobis ſaluator in hac nocte, ſed hodie: quia tem lætam nunciabat. Non enim pro qualitate temporis dicit hodie, ſed pro qualitate rei. Vbi enim de rebus triſtibus agitur, nox nominatur: vt eſt illud. Omnes vos ſcādalum patiemini in iſta nocte. Et alibi. Priuſquam Gallus cantet in hac nocte, ter me negabis. Et de Iuda traditore inquit Ioānes. Cū accepiſſet buccellā exiuit cōtinuo. Sequitur. Erat autē nox. Sic etiā diuiti auaro dictū eſt. Stulte hac nocte rolle⁹ animā tuā āte: quia anima, quę ad tenebras ducitur, nō in die ſed in nocte aufertur. Sic etiā Salomō ſapiētiā nō pmāſurā nō in die ſed in nocte accepit.

Mat 23.

Mulo. 4.

accepit. Nicodemus etiā nocte venit ad Chriſtū: quia lōgè erat à vera Chriſti cognitione. Proſpera autē & læta nomē Dei accipiūt: vt optimè notat. D. Ambr. Nā cū Petrus nocte Chriſtū negaſſet, in die illum confeſſus eſt, dicēs. Tu ſcis dñe, quia amo te. Angeli etiam ad Abrahā meridie veniūt: puniturī autē Sodomā veſpere veniſſe dicūtur. Et patiētiſsimus Iob dicitur eā tentationē, quæ cū victoria finiebatur, in die ſumpſiſſe. Quadā die cū veniſſent filij Dei & aſsiſterēt corā dño. Et cum die, inquit, oſtēdit ſe læticer Iob euēturam illā tentationē. Et illi quatuor leproſi, quamuis in nocte inuenerūt caſtra Aſsyriorū plena cibis & diuitijs dixerūt. Hæc dies boni nuncij eſt: ſi tacuerimus vſq; mane. &c. lætā noctem diē vocauerunt. Ideoq; angelus, quia fœlicia & læta nūciabat, nō dixit hac nocte licet reuera nox eſſet: ſed dixit hodie. Secūdò etiā hoc dixit, quia Chriſti natiuitas nocte illā in diē couerterat. Verē enim dies eſt, cū ſol naſcitur ſuper terrā. Nox (inquit propheta) ſicut dies illuminabitur, ſole iuſtitiæ Chro mirabili quodā modo illuſtrata. ¶ Prætereā mūdi ſaluator Chriſtus ab angelo appellatur, quia ipſe eſt ſaluator noſter: na ſecundū diuinā naturam per autoritatē & efficiētia principalē dator eſt ſalutis & gratiæ: & ſecundū humanitatē aſſūpt⁹ eſt ſaluator per efficientiā inſtrumentalē, & velut meritoria cauſa gratiæ & ſalutis. Sua enim paſsione abſterſit peccata nīa, & ſaluauit nos, & cōtulit gratiā & ſalutē, liberauit tā dē nos à diaboli & mortis ſeruitute. Nāq; ſaluator is dicitur, qui aliquē ab aliquo periculo eripit. Ideoq; dñs per Oſeā inquit. Ego ſū dñs Deus tuus, & ſaluator nō eſt alius præter me. Et Eſaias. Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. ¶ Expēde etiā, qui anon dixit eū eſſe ſaluatorē ab hoc vel illo malo, ſed abſolutè: ad ſignificandū, q̄ eſt nobis ſaluator & liberator ab omni periculo & malo. Sed iā angelū audiamus ſe ipſum declarantē. *Qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid.* Hebræū vocabulum מָשִׁיחַ Meſsiach, ſignificat Græcis Chriſtū, & Latinis, vnctū. Vngebātur enim apud Hebræos reges vt videre eſt in Saule, Dauide Salomone, & Iehu. Vngebantur etiā ſacerdotes vt habetur in Leuitico, & apertius in Exodo. Vngebantur etiā prophetæ vt Helias, qui de mandato dñi vnxit Eliſeū in prophetā. Chriſtus tamen hoc materiali oleo nō eſt vnctus, quia regnū eius, ſapientia & ſacerdotiū æternū erat: non quēadmodum fuit regnū iſtorū tēporale, & breuiſsimū. Nō vngitur oleo Aarō, cuius ſacerdotiū finitū eſt: ſed oleo æterno Melchiſedech de quo in pſal. dicitur. Tu es ſacerdos in æternū ſecundū ordinem Melchiſedech. Vnctus enim fuit Chriſtus oleo ſancti ſpiritus, de quo ad literā inquit Eſaias. Spiritus dñi ſuper me, euāgelizare pauperibus miſit me. Et ſecundū humanitatē vnctus eſt diuina & ſupernaturali vnctione & plenitudine gratiæ, necnō ſpirit⁹ ſancti donis iuxta illud prophetæ. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cōſortibus tuis. Et enim non ad menſurā dat⁹ eſt illi ſpiritus, de cuius plenitudine omnes accepimus. Quia ipſe erat rex regū & dñs dominantiū: deſideratus cūctis gētibus, qui mitēdus erat. Quo aduenīēte iuxta Aggæi vaticiniū vnctio Iudæorū ceſſare debebat, & ſceptrū de Iuda: quēadmodum Iacob propheta uerat eſſe auferendum. Et ideo vt omnia in Chriſto confirmarentur factus eſt ipſe rex & ſacerdos in æternū. ¶ Prætereā vocat illū angelus dñm, dicēs, qui eſt Chriſt⁹ dās, quia ſecundū vtrāq; naturā dñs eſt: qnanuis diuerſo modo. Quia vt Deus eſt dñs per independētē autoritatē: & ſecundū humanitatē eſt dñs, per poteſtatē & gratiā tēporaliter datā, creatā & inſtrumētalē. Ideò ipſe ait. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. ¶ Obſeruā verò, q̄ licēt alij in ſcriptura ſacra vocati ſint dñi & Chri, antonomatice tamē ſolus Ieſus Saluator, & redēptor noſter dicitur Chriſus dominus: quia vt eſt rex regū & ſacerdos in æternū, ità eſt dñs omniū & nobis vnicus ſacerdos. Vnde Paulus. Alij plures facti ſunt ſacerdotes: hic autē, quia manet in æternū, ſempiternū habet ſacerdotiū. Expēde autē & cōſidera Dei bonitatē & clementiā, & quā mutata ſint tempora. Ille autē, qui antea vocabatur Zelotes, vindicās peccata patrum in filios vſq; ad quartam generationē, & dñs exercituū, & Deus vltionū. Et ille qui antea in virga ferrea regebat, vocatur iā vnctus, manſuetus, & lenis. Ille qui reſpicit terrā, & facit eā tremere, ille cui adſtāt millia milliū, & ignis à facie eius exardeſcit, qui de cœlo intonat & mittit ſagittas & diſsipat hoſtes, fulgura multiplicat, & cōturbat eos: qui ſi aſpicit, diſſoluit gentes, & conterit montes ſeculi, qui tangit montes & fumigant: ecce manſuetus adeſt & humilis, oleo benignitatis & miſericordiæ vnctus, clemens, & pius, in præſepio vagiens. Vnde tibi maximè eſt cauendum, ne in hac lege, & in hac noua gratia malus & pec-

Eſai. 61. Luc. 4.

Pſal. 44. Colo. 2.

Apoca. 19. Aggai. 2.

Gen. 49.

Matt. 28.

Hebr. 7.

Exodo 20. Pſalm. 94. Pſal. 2. Pſalm. 133. Dan. 7. Pſal. 49. Pſal. 17. Abacuc. 2. Pſal. 133.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& peccator sis: nam coges dominũ tuis peccatis, vt Christi nomẽ delearat, & vt summat sibi nomen antiquum scueri in dicis, & exactoris. ¶ Denique quia Dauid natus & nutritus fuit Bethleem, vocatur ciuitas Dauid Bethleem: Christus tamen quia filius eius erat oportuit, vt in Bethleem nasceretur iuxta prophetiam. Signum tamen vt à pastoribus inueniri posset, quia iuxta Paulum Iudæi signa petunt, dedit Angelus dicens. *Hoc vobis signũ. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.* Quid hoc sibi vult minister Dei? quia cum vrbanus sis & ciuis cœlestis natus, ad rusticos & agrestes venit, vt eos deitideas? Quę signa sunt hæc? Si saluator iste est, quem tu dicis, & ad saluandos homines venit: vbi sunt illi inexpugnabiles & fortes milites, & vbi sunt copiæ eius? Vbi sunt vexilla sua, vbi armorum strepitus, vbi tormenta, vbi iacula & spicula, vbi tandem instrumenta omnia bellica? Vbi thesaurus opulentus, quo mercedem militibus exoluat? Vbi ducis nostri fortitudo, qua nos eripturus est à potestate inimicorum? Vbi strepitus aduenientis cũ eo curiæ: vbi magnates & principes regni ipsi famulantes? Vbi est illa mundi subuersio & conturbatio, qua inimicum persequitur? An exercitus eius est virgo tenera & sanctus senex Ioseph: & eorum paupertas thesaurus? Nunquid vexilla extensa sunt telę illæ aranearum in stabulo extensæ? Vide quid dicas angele, an irrides nos? *Hoc vobis signum inuenietis.* &c. Hoc maximum argumentum est & necessarium signum, vt cognoscatur. Etenim non erit quid magnum, aut magnam arguit fortitudinem, vt potens princeps inexpugnabili exercitu in fugam inimicum vertat & captum ad se reducat: nec etiam est mirum, vt magno tormentorum strepitu fortes subuertere muros. At non ingenti copia, nec fortibus armis indutus, sed humana imbecillitate adiutus in præsepio positus, superbum vincere inimicum: hoc quidem maximæ potentiæ est tribuendum & ducis Christi virili brachio. Ideo iste est rex potens & saluator vester: qui pannis inuolutus tyrannos reges tremere facit: & in præsepio repositus, cœlos prouocat: & puerilibus pannis, vt diximus inuolutus, inimicos in certamina vocat: & prius eos vincit, quam certamen aggrediatur. Et ità suo aduentu mũdi princeps ostenditur, & omnium creaturarũ possessor: vt angeli & sidera cœli ad nutum illi obtemperare non dubitent. Hoc erit signũ euidentissimũ quod vobis ostendere possum, inquit angelus: nã hoc est genus armorũ Dei, vt Esaias inquit. Lætabũtur coram te sicut lætantur in messe, &c. Iugum enim oneris eius & virgã humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die Madiam. Legitur in libro Iudicum, Gedeonem trecentis viris sibi assumptis vicisse exercitũ Madianitarum: qui non pugnauerũt lãcea, gladio, aut sagitta: sed renẽtes lãceas in manibus & tubas clãgentes. Nõ isti pugnabãt armis percutientes, sed ferẽtes: nõ aggredientes, sed resistentes vicerunt. Sic Christus sicut in die Madiã non pugnans, sed sustinens vicit. O sanctissime rex Messias, ô gloriose infans & saluator noster, hæc tua facinora, has victorias & triũphos nequeo intelligere (inquit Esaias) quibus possim ea omnia conferre, nisi cũ victoria Madiã. Ibi ego si militudinẽ tuæ victoriæ & triũphi vidi. Nã sicut illi non pugnantes, sed ferentes & resistẽtes potentẽ Madiã exercitum, viceruntità tu sine armis, & nudus, solis lachrymis, & à præsepio vagiens potentẽ Satanæ exercitum debellasti. Frigus illud, lachrymæ & labores, certe arma sunt, quibus vicisti. Vires tibi sunt non in armis: sed in virtute cordis, & in fortitudine animi. Nãq; si bicipitem ensem arripis debili & infirmo brachio, nihil mali infers Samson sine armis quacunq; alia resumpta viriliter pugnabat: & timorem inferebat, propter suã fortitudinem: nam cum asini mãdibula mille interfecit viros. *Qui* infinita potẽtia nascitur, quib⁹ libuerit armis vincere poterit. Idcircò angelus hæc signa dedit, vt pastores intelligerẽt illũ verũ esse Messiã & mũdi redẽptorem. Vnde sanct⁹ propheta Esaias de hac Christi saluatoris natiuitate alloquitur dicẽs. Super montẽ excelsum ascende tu qui euangelizas Siõ: exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem. Concionator qui alijs prædicas caue tibi vt vita tua doctrinæ correspõdeat, & excelsã montis virtutũ alcẽdas cacumina: & in fortitudine, hoc est in spiritu & virtute populo prædices. Et quid loquar ad eos dñe? Dic ciuitatibus Iudæ. Ecce Deus vester. Ecce dñs Deus in fortitudine veniet. *Q*uid est sanctissime vates hoc q⁹ in fortitudine veniet dñs? Melius forte diceres, veniet in lachrymis, in paupertate, in debilitate, & in opprobrio, & contemptu. Rectè dixi quod in fortitudine veniet: siquidem infans iste in Bethleem natus & iacens in præsepio, maiorem ipso Deo virtutem ostendit. Quasi dicam. Fortior est Deus factus infans, quam solus Deus. Nanque Dei summæ virtuti addi, neq; detrahi quicquam potest: Deus enim est summæ fortis, omnipotens. &c. At qui maiorem fortitudinem Deus factus homo demonstrat, quã antequã humanã carnem assumeret. Veluti si gigas ingẽs valde, armatusque arrectaq; claua, & ictu alicuius molas dentesq; confringeret, quid magnũ? At si infans quidã nudus omnino idipsũ faceret, magnũ quidem opus patraret. Quod etiam mirabilius multò esset si nudus, manibus pedibusque ligatis. Sic etiam quod omnipotens maximusq; Deus ictu quodam malos de cœlo angelos præcipitauerit, & Pharaonem cum equitatu & exercitu in mari submerserit, & quod millia de exercitu Senacherib occiderit, & alia huiusmodi passim fecerit mirabilia: non mirum, cùm eius sit ingens virtus & infinita potentia. Sed mirabilius illud est quod hic infans ab ipso præsepio horrescere faciat infernũ, tremere tartara: & manib⁹ pedibusq; fascia deuinctis, deuicto mortis aculeo morsu mortẽ destruxerit, ictuq; laniauerit: non vulgare opus, sed eximiæ virtutis fuit. In Apocalypsi habetur in illa apostoli Ioãnis mira visione, quod vidit in dextera super thronum librũ intus & foris scriptũ, & signatum sigillis septem. Viditq; angelum fortem prædicantem voce magna & dicentem. *Q*uis est dignus aperire librum. &c. Et cùm nullus reperiretur, dixit beatus Ioãnes. Propter quod ego flebam multum. Optabat enim inuenire quis apperiret librum, & cognosceret literaturam. Et vnus de senioribus dixit mihi. Noli flere. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum & soluere signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem. Et venit & accepit de dexterа sedentis in throno librum, & cùm aperuisset librum. &c. Vide & diligenter aduerte quod leo aperit librum, & soluit septẽ signacula eius, sed factus agnus. Ipse Deus, rigidus, fortis, & perquam fortissimus leo, hæc operatur mirabilia, obtinetque victorias & trophea pangit, cuius diuina virtus instar ferocissimi leonis est: at hoc debet intelligi factus humilis & mansuetus agnus. Infans iacens in præsepio, dominus virtutum leoq́ fortissimus est. Vagit inter arcta positus præsepia, & fulget in cœlo & tartara coram ipso tremuerunt. Merito ergo ait Esaias, quod dominus Deus noster in fortitudine veniet. Adcò enim fortis est & prapotens, quod inimicorum proßigat agmina, & trepidare facit inferna. Et siquidem indebili admodum, fragiliq; natura suam præmonstrat virtutem: inde est quod ipsum verum esse Messiam ac redẽptorem magis ostendat. ¶ Insuper non potuit angelus potiora ostendere signa, vt significaret eum esse mundi saluatorẽ: nisi ostendens eundẽ pauperẽ, abiectum & in præsepio natũ. Duo quippe præcipui saluatores Israel nati sunt sic. Moses qui liberauit populum à seruitute Ægyptiorum sic natus est: qui inuentus est à Pharaonis filia morti expositus & in flumine proiectus in fiscella iuncea. Cyrus etiam rex qui liberauit eos de captiuitate Babylonica, statim post natiuitatem ab Astiage rege Medorum auo suo (vt Iustinus refert) interfici iussus est. Et Arpago quondam miles in quodam nemore puerum dimisit à bestijs & ab auibus dilacerandum & comedẽdum. Et idcircò angelus in natiuitate domini signum dedit abiectionis & paupertatis dicẽs. Inuenietis infantem pannis inuolutum. &c. Acsi diceret. Considerate ô pastores eos, qui à duplici captiuitate Ægypti & Babyloniæ vos liberarunt. Mosen vide licet & Cyrum sic natos esse. Et vt credatis hunc vestrum esse saluatorem attendite quod vobis adhibeo signum, non quidem pompę, honoris, aut diuitiarum, sed paupertatis & abiectionis. Hęc propria signa sunt saluatorum Israel, sed quia hic liberaturus est vos à potestate dæmonis & mortis, quorum vires potentiores sunt, quam humanæ, Deus est: & quia redemptio vestra est, ideò factus est homo: & rectè quidem in fragilitate carnis & despectu vestium esse saluatorem ostendit. Filius Dei, quia ad liberandum hominem venit, natus est homo, & mortalitatis signa gerebat, ea videlicet quę Angelus prædixerat. Cognoscitur enim quis à quo sanguine ortum ducat ex insignijs & stemmatis quæ in tapetibus defert. Leones nanq; & Castellæ Hispaniæ reges significãt: & flores vulgo de Lis, Frãciæ reges sunt insignia, & ità ex insignijs cognoscitur quis à quo sanguine gen⁹ suũ deducat. Sic si Christ⁹ nascetur gloriosus & potẽs, magnus vt gigas, vel nasceretur solũ immortalis & impassibilis, nõ vtiq; à multis haberetur homo. Ideò op⁹ erat pauperẽ nasci, passibilẽ & frigore tremẽtẽ, vt illũ hominẽ esse cognoscerem⁹ & ex genere homi-

1. Reg. 16.

Mic. 5.

1. Cor. 1.

Matt. 2.

Esa.

Iud.

Esa.

Exod. 2.

1. Esd. 1.

Iustin. lib. 1 abbreu. Trogi. Pũp. Xenophon in Pedia. Herodo. lib. 1. clio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominum ortum. Vnde factum est, vt protinus arma & signa, quibus nascitur, ostendat, vt his signis ostensis veritatem assumptæ humanitatis dignoscas, eumque verum esse saluatorem & redemptorem. Sic saluatorem tuum pannis inuolutũ videbis, & lachrymis madidum, vt vel cognoscas iam incipere exoluere pœnam tuis flagitijs debitã: & vt etiã videas munus saluatoris exequentem. O fœlices panni, quibus diuina maiestas inuoluitur & clauditur. O ferox leo, qui iam humilis & mansuetus agnus factus es. O iterum fœlices panni, qui fortis & vastissimi gigantis manus deuinxerunt, ne nostra punirer delicta. O fœlices iterum, quibus nostra vulnera fuerunt ligata. O panni semel, bis, terq; quaterq; beati, quibus sanguis nostrorum vulnerum fuit restrictus. Beati tandem, quibus vt alter Ieremias à lacu liberatus: sic à profunditate & puteo culpæ productum fuit genus humanum. Beati etiam luctus & lachrymæ quibus saluator mundi ignem profundi lacus extinxit. Fœlices gemitus, quibus Christus nos à luctu æterno liberauit. Fœlix planctus, qui nostrorum delictorũ torporem lauit. Iam tandem fœlix præsepium, quod reclinatorium esse meruit illius, qui sola manu & cœlum & terram sustinet. O sancte nate Dei, qui mundum ingressus crucem iam sustines & portas, & ea perpeti inuat, quæ carnales homines abhorrent: vt sic prius exemplo & opere postea vero sermone doceas, arctam esse viam quæ ducit ad viam, & regnũ cœlorum vim pati, & quod violenti rapiunt illud. Sic sanè docuisti, bonum esse viro, si portauerit iugum ab adolescentia sua, & etiam ab infantia: imò à materno vtero, vt tu fecisti. Nos verò miseri curam tantum in voluptatibus & delicijs carnis constituimus, omni oblectamento fruimur: nihil oculi nostri, desiderant, quod eis ad libitum non ostendamus, &c. *Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium.* Ne vnicus solum angelus videretur assistere, ad autoritatis comprobationem multitudo angelorum fuit adiuncta. Quod si in ore duorum vel trium stat omne verũ: quanto potiùs tantæ multitudini fides erit adhibenda? Mirabatur quidem cœlestis illa militia ducem suum talibus armis indutũ: & vocibus laudat, quod admirabatur. Nam mos est assistẽtium ministrorum regem suum laudare: illique plaudere: noua induto veste. Ne autem crederetur iste homo de terra terrenus, sed de cœlo cœlestis, idcirco militia cœlestis, cum laudibus & canticis affert. Quæ idcirco militia cœlestis dicitur, quia sequitur militiæ ducem, qui contra principes mundi, & rectores tenebrarum debellaturus mundum ingreditur. Præparantur ipsi contra inimicos nostros, & ad tutelam nõ strum sunt destinati: vt custodiant nos in omnibus vijs nostris, ne ad offensionis lapidem aut ad scandali petram verbo aut opere incidamus. Rectè ergo angeli descenderunt à cœlo in terram, eo quod angelorum rex nascebatur in terra. ¶ Expende etiam quòd in hac natiuitate angeli Deum laudant, & homines ad laudandum inuitant: quia non solum humanum genus redemptum est, sed etiam angelorum ruina reparata. Quia igitur vtrique creaturæ communis saluator natus est: merito vtrique simul gaudent, & se mutuo ad laudandum prouocant. Ideò non mirandum si angeli in Christi natiuitate exultant, quando nostra redemptio illorum reparatio est. Nulla enim erat creatura nec in cœlo, nec in terra, à qua angelorum ruina resarciri posset nisi ab homine. Et ad hoc Deus hominem creauit, vt possideret quę diabolus perdiderat. Et quãuis diabolum de huiusmodi hominis fœlicitate pœnitebat, nihil non intentauit vt huiusmodi Dei propositum impediret: tamẽ diuina bonitas multis bonis diaboli malitiã superauit. Imò vt ipse diabolus videret hoc diuinum propositum sine aliqua mutatione permansurum, Deus ipse humanam naturã assumpsit, & aduersus diabolum in medio cãpo gradum sistitit, donec illum vinceret. Vt vel ex his omnibus homo Christianus discat suam redemptionem magnificare. Nam si angeli tanti æstimarunt ruinæ suæ reparationẽ, quanti nos facere debemus nostram reparationem? Erant enim illi beati: & beati permãsissent, quanuis Deus non fieret homo. Quãtò igitur maius argumẽtum habemus, vt pro tanto dono in nos collato Deo gratias agamus? Cantemus igitur illi cum Dauid canticum nouum, quia mirabilia fecit. Notum fecit dominus salutare suum, &c. Et enim antequam Christus nasceretur, nulla alia, quàm luctus & tristitiæ erat causa. Nihil aliud nisi peccatum videbatur: & nullus, qui auxilium conferret. Nunc autem nato iam Christo tẽpus lætitiæ & exultationis est, & tempus canendi. Hic attulit nobis gaudium, vitam, gratiam,

Ierem. 38.

Matt. 7.
Mat. 11.
Thren. 3.

Deu. 17.

tiam, & benedictionem & omne bonũ. Cantemus igitur cum angelis: quia mirabilia fecit. Quid obsecro mirabilius, quã vt is, qui cœlum terramq; regit, puer efficiatur? quam vt creator omnũ efficiatur creatura? qui Deus erat & est, hominis mortalitatẽ assumat, sapiẽtia & verbũ partis infans efficitur, & qui omnipotẽs erat infirmus & ægen? Qui dicit, cælũ & terrã ego impleo, iacet in humili & arcto præsepio: qui vita est & fons vitę, mortalis fit: & qui verbo virtutis suæ omnia portat, in vlnis gestatur à matre. Cuius terra est & plenitudo eius, in stabulo nascitur: qui omnibus facultates tribuit, pauper efficitur: & qui animalibus & vniuersis creaturis pascua suggerit, lacte materno alitur: & qui omnia mirabili varietate vestit, nudus & frigori exponitur. Et vt vno verbo omnia dicta cõplectar, qui summus erat fit infimus. Equidem mirabilia fecit dominus in mundi constitutione, & cũ Israëliticis magna fuit operatus: nihil tamen collationis habẽt cũ his, quæ nobiscum egit. Et enim vnũ hoc maioris ponderis & valoris est quã reliqua omnia. Deus homo factus est. Nobis & inauditis mirabilibus nouum canticũ conuenit. Cãtemus ergo & nos cũ angelis magnificantes dñm, cum & maior ratio horũ encomiorũ nostræ curæ sit imposita. *Gloria in altissimis Deo.* Mirabile quidem est, vt in præsepio iacens, Angeli gloriã in altissimis cantent. Vbi manifestatur eius potẽtia & magnitudo simul. Iacob in canalibus virgas posuit: quarũ aliquæ cortice erant coopertæ, aliæ verò sine cortice. Sic Christus hic fecit. Quid rogo magis occultum aut inauditum quã vt Christus tanquam peccator ploret? Et quid manifestius quam gloriam eius angelus cantare, & illũ pleno ore Saluatorẽ dicere? Obserua, quod Christus tacet, & canunt angeli. Sic tu laudes tuas silentio prætereas, vt alienũ os tua encomia exaltet. Secũdò obserua, quod dũ quis ab vno laudatur, statim ab alijs multis laudibus prosequitur. Sic tu lauda Deum, vt alios ad ipsius laudes prouoces. Sic Maria Soror Mosi accepit tympanũ in manu, egressæque sunt omnes mulieres cum illa cum tympanis & choris cantantes. Sic etiam viuere te oportet, vt tuo exemplo alios exhorteris, vt vitam suam sanctè cõponant. Ideo dñs. Luceat lux vestra corã hominibus: vt videãt opera vestra, &c. Sic etiã vnus angelus laudãs Christum natũ, alios ad laudem prouocauit: qui omnes simul cecinerũt. Gloria in excelsis Deo. ¶ Aduerte autem dñm tria sibi soli reseruasse, quæ nulli alij cõmunicare voluit. Primũ est vindicta de illatis iniurijs. Ipse enim ait, Mihi vindictam, & ego retribuã. Et iterũ: *Mea est vltio, & ego retribuã in tẽpore.* Nõ quando vobis, sed tunc quãdo mihi placuerit. Secũdo sibi reseruauit iudicij de occultis, imo de omnibus malis: & ideo ipsemet Pater omne iudicij dedit filio. Quo circa Paulus admoner. Nolite ante tempus iudicare. Et rursum. Tu quis es qui iudicas alienum seruũ? Et dñs. Nolite iudicare & nõ iudicabimini: nolite condẽnare, & nõ condẽnabimini. Tertio reseruabit sibi gloriam. Cum ipse dicat. Gloriã meã alteri non dabo. In omnibus inquit Paulus, glorificetur Deus per Iesum Christũ dominũ nostrũ. Sic etiam idem apostolus de Romanis & philosophis ait. Nõ sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et Pharisæi qui gloriã ad inuicem accipiebant, excæcati sunt. Ex quo loco dicere oportet in omni re & euentu vni Deo soli gloriam tribuere: neque talis animũ tuum inuadat cogitatio, vt eam ipsi rapere velis, quia grauissimo plecteris supplicio. Etenim in quocunque bono, quod feceris duo considerãtur, & honor & cõmodũ: ex quib⁹ Deus voluit sibi honorẽ eligere, tibi autem commodũ & lucrum reseruare. Et ideo quia honorem Deo debitum violenta & sacrilega manu rapis, præmium quod tuum erat, auferet dominus à te. Itaque si hoc grande facinus perpetrauerit, non solum nõ eris mundo dignus, verũ grauissimè in te animaduertet. Sic Herodem, vt in Actis scribit Lucas, percussit Angelus, eo quod non dedit honorem Deo. Manifestũ quippe furtum & latrocinium est, propriũ Deo debitũ honorem furripere: nihilominus quam vicino vas argenteũ subtrahere. Sic Paulus loquutus de Christo, ad id se referẽs furtum quod Lucifer intentauit facere, dixit. Non rapinã arbitratus est se esse æqualem Deo: sed seipsum exinauiuit, &c. Sub forma Dei nihil præter Deũ esse poterit: sicut sub forma solis, est sol. Cum ergo Deus esse sub forma Dei erat Deus: & quod Christus simile se faceret Deo, nõ furtũ erat sicut illud Luciferi, qui erat sub forma angeli, & voluit esse sub forma Dei. Ita fe esse Iezabel sacra refert pagina, quæ violenta

Isai. 30.
Psal. 17.
Psal. 25.
Matth. 5.

Roman. 2.
Hester. 10
Ioan. 3.
1. Corin. 4.
Roman. 14.
Lucæ. 6.
Esai. 44.
Roman. 1.
Ioann. 5.
Act. 12.
Philip. 2.
3. reg. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

manu sumpsit vineam Naboth. Caue autem ne tale committas scelus, quia tanquam latro puniris, qui non solum quod abstulit restituere compellitur, verum etiam bonorum suorum septuplum exoluit: & hac de causa dominus in te ipsum animaduertit, auferens tibi commodũ, quia tu illi honorem abstulisti. Sanctus ille Ioseph quando impudica eius domina eum ad peccãdum inducebat, sic dixit. *Genes. 39.* Dominus meus tradidit mihi omnia præter te, quæ vxor eius es: quomodo possum peccare in dominum meum? Sic etiam Deus tradidit tibi omnia præter gloriam suã, quæ vxor eius est: quomodo ergo peccare poteris in Deum tuum eripiendo illi gloriam suã? Vide ergo quod sicut Ioseph noluit dominam suam, quia vxor domini sui erat: ita nec tu gloriam domini tibi impudenter ambias, quia vxor eius est, & illam sibi soli refer uauit. In secũdo libro Regum legitur, quod *2. reg. 12.* dux Ioab habebat captam ciuitatem Rabbat misit ad Dauid. Obside ciuitatem & cape eam: vt cum à me vastata fuerit vrbs, nomini tuo adscribatur victoria. Fidelis subditus Dauid fuit Ioab: qui quanquam deuasta tam ciuitatem iam habebat, quia eius rex & dominus erat Dauid, & bellum inceptũ erat ipsius expensis, gloriam & honorem victoriæ voluit tribuere Dauid: quãuis qui pugnabat & fortitudinem animi ostendebat erat ipse Ioab. Sic tu, qui militas diuinis stipẽdijs & eius auxilio & fauore aduersus carnẽ pugnas, mundum, & diabolum, & eos vincis: gloriam tribue Deo, quia miles eius es: & in nomine eius vincis & pugnas. Ne autem ab inani gloria & mundi vanitate opera nostra bona extinguantur, admonuit nos Christus *Matth. 6.* dicens. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Sic opus est, vt iustitiã tuam, hoc est bona opera tua abscondas: ità vt nesciat sinistra, quid faciat dextera tua. Nisi enim hoc feceris, continget tibi quod filijs Israël in Aegypto qui *Exo. 1. & 2.* filios mares statim, vt in lucem prodibãt eos submergebãt aquis: qua de causa matres eosdem in occulto nutribãt. Ità nisi opus tuum bonum quod quasi conceptũ est animæ occultaueris, diripietur ab Aegyptijs: & in flumen iactabitur ibique vndis & fluctibus demergetur. Ideoque si eleemosynã vel aliud quoduis opus bonum effeceris, curandum tibi est, vt nõ causa hominum id facias, neque laudem hominum quæras: nã si id in occulto feceris, commodum & vtilitatem accipies. Diuus Paulus vt ex multis locis colligi potest in omnibus gratias Deo agebat & illi gloriam dabat. Et Moses & Aaron, qui gratias *Num.* Deo non egerũt ad aquas cõtradictionis, nõ meruerunt ingredi in desideratam promissionis terram. Sic nec tu terram viuentium ingredieris tibi promissam, vbi sancti gaudent diuinam videntes essentiam, si in omni opere bono ipsi Deo gloriam non tribueris. Do- *Iud.* minus præcepit Gedeoni, vt dimitteret multitudinem populi, ne gloriaretur dicẽs: meis viribus liberatus sum. ¶ Sed quid est quod dominus tam solicitus sit gloriæ suæ? Intelligas ô homo id dominum non facere sui causa, sed propter nos: nã periculosum esset nobis placere, quia inde possemus superbiæ ansam sumere. Ille autem, qui super omnia habitat, quantumcunq; se extollat non potest superbire: nec quantumcunq; se laudet magis extolli, igit quidquid boni egeris, & quidquid laude dignum, ibi cognoscas dominum Deum tuum, & te ipsum inutilem seruũ considera & vile instrumentum gratiæ suæ. Et quanuis Deo seruias ijs donis, quæ liberali sua manu tibi largitus est, aduerte, quod si ipsis peccatoribus ea concederet, fortè melius, quàm tu operarentur: & ira te seruum inutilẽ iudicare debes cum tepide & remisse domino inseruias, quãdo tãtis nominibus illi sis deuinctus. Regi enim seculorum (vt inquit Paulus) immortali & inuisibili: soli Deo *1. Ti.* sit honor & gloria in secula seculorum. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Pacem angeli nunciant, quam Christus sæpe commendauit: & à nobis discedens tanquam testamẽtum illam nobis summopere commendauit, dicens. Pacem meam do vobis, pacem *Ioan. 14.* relinquo vobis. Sed quia impijs & scelera- *Esa.* tis (vt inquit Esaias) non est pax, nõ omnibus sed hominibus bonæ voluntatis prædicatur. Illi enim qui recta animi voluntate suscipiũt Christum, sicut isti simplices pastores: veram Christi pacem habent & possident, Herodes verò, qui Christi aduentu turbatus est, non suscepit Christum, imo ipsum fuit persequutus. Sic modo illum persequũtur, qui ira commouẽtur, furiosi, & qui semper rixantur, & qui seminant inter fratres discordias: quique sunt diaboli ministri, & pacis Christi subuersores, qui ad nihil aliud valent magis quã ad confabulationes nectendas. Præterea per voluntatis bonitatem potius dicitur

dicitur quis bonus, quam per alias potẽtias: quia voluntas cæteras potentias mouet ad operandum: & ideo bonitas aut malitia eius in alias potentias diffunditur, sicut influxus primæ causæ in alias causas à prima motas. A voluntate enim dicitur quis bonus aut malus: quia ratio meriti vel demeriti dependet à voluntate tãquam à radice, ea ratione quia libertas directe ipsi voluntati cõpetit. Quare vbi nulla est libertas nec meteri nec demereri aliquis potest. Et ideirco pax ista non *17.* malis sed rectis cõpetit. Coronat impij quasi mare feruens, quod nunquam nec manet *4.* nec quiescit. In apocalipsi dicitur, quod omnes illi, qui adorauerunt bestiam, requiem non habebãt: sicut nec illi, qui bellutinos suos appetitus sequuntur animi pacem vnquam possident. Nanque sicut in mari tumentes fluctus nunquam quiescunt: sic mundi administratores semper fluctuant, nec vanis suis *Esa. 16.* cogitationibus quietam conscientiam possident. Vera quippe est sententia saluatoris dicentis. In mundo pressuram habetis, in me autem pacem. Etenim infirmus homo etiam si varia cubilia mutet & lectos, non ob id quiescit: quia quoquo se vertat infirmitatẽ secum ducit, quæ inquietudinis causa est. Sic fanè etiam si in hoc mundo per multum temporis spatium viuas, nunquam pacem & requiem habebis, quousque malos & depraua tos humores expellas: hoc est tuę praue affectionis vitia, quæ te æstuantem & inquietum reddunt: quod si hæc feceris veram Christi pacem & quietem possidebis. Pax illa, quę tum temporis erat in mundo cum Christus natus est, & cum exijt edictum à Cæsare Augusto figura erat huius spiritualis pacis. Quod pulchrè Michæas prædixerat dicens. Pax erit *Mich. 5.* in terra nostra cùm venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Ita qui quia non peccatoribus sed bonis datur hæc pax, & bonis non nisi à voluntate sunt boni: ideirco angeli pacem nunciant hominibus bonæ voluntatis. Porro in Græco originali Lucæ sit habetur καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, id est, & in terra pax, in hominibus bona voluntas. Quapropter in manu & potestate tua est hanc pacem habere: cum & in manu tua sit hæc voluntas. Nihil enim est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas: vt egregiè disserit eximius ecclesiæ doctor Augustinus. Et ideo sicut dominus est tuæ voluntatis, ita poteris habere malam vel bonam volun-

tatem. Bona erit, si bonum virtutis prosequeris: mala, si flagitia & scelera fueris amplexus. Sicut Chameleon eum sortitur colorem, qui ei conspectui est: sic voluntas talis erit, quale illud fuerit, cui per amorem iungitur. Nullã aliam vel bonitatem vel malitiam habes, præter id, quod amore vel odio prosequeris. De qua re elegantissimè vates Dauid. Transierunt (inquit) in affectum cordis. Transijt in- *Psalm. 72.* tellectus & reliquæ potentiæ ad factionem voluntatis, ad approbandum vel comprobãdum voluntatis desiderium. De corde exeũt *Matth. 15.* fornicationes, furta, adulteria, &c. Sed quia voluntas fons est & radix à qua proficiscuntur omnia mala & bona, ideirco angeli exoptant nobis bonam voluntatem, vt omnia in nobis bona sint. ¶ Obserua autem quod per hæc tria beneficia, tres effectus verbi incarnati significantur. Gloria, pax & bona voluntas. Gloria in excelsis, pax in terra, hominibus bona volũtas: ad quæ tria natus est Christus, pro tãto suo in nos amore & dilectione. Ad gloriam inquam, in superioribus, vbi cõprehenduntur omnes beati. Secundo ad trãquillitatem ordinis inferioris nomine terræ significati: eo quod terra infima pars est vbi comprehenduntur omnia inferiora etiã cum damnatis, qui velint nolint ad tranquillũ ordinem per pœnas deducuntur. Et præterea trãquillus ordo inferiorum qui pax vocatur, licet non ipsis, tamẽ Deo erit. Ordinatur tertiò ad bonam voluntatem in hominibus quagenus humanũ sine Christo carebat & caret: quia finis verbi incarnati est, vt Deus sit omnia *1. Cor. 15.* in omnibus. ¶ Obserua etiam non interponi coniunctionem &, inter terram & homines, sicut interponitur inter excelsa & terram cum dicitur, & in terra, nec dicitur, & in hominibus, ad significandum ad eãdem vniuersi partem inferiorem vtrunque pertinere scilicet tam pacem, quàm bonam hominibus voluntatem. *Et factum est, vt discesserunt* *Tob. 12.* *angeli in cœlum.* Peracto suo munere, sicut Raphaël angelus dixit Tobiæ. Tempus est, vt reuertar ad eum qui me misit. *Pastores lo-* *Eccles. 20.* *quentur ad inuicem.* Sententia est sapientis. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisque? Nihil emoluimenti dicendum est, scientiã illius afferre posse, quæ nulli vtilitati deseruit: & pecunia etiam nihil sere est, qua non vtitur ad hominum vtilitatẽ. Frustra quippe illa potẽtia facta cẽsetur, quæ ad operationem non transit. Natus est redẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptor mundi, sed tanto silentio & sine vlla pōpa & strepitu, vt vel ipsos vicinos tale mysterium latuerit. Sed cum nos tanto & tam admirabili beneficio (nisi nobis esset patefactum) non gratularemur: ideò oportuit, diuinam sapientiam non esse abscōditam, & thesaurum hunc diuinum hominibus communicari. Etenim sicut lumen sufficiens per se ipsum est vt cunctis manifesteturita Saluator mundi suam communicās bonitatem voluit se ipsum pandere. Quia sicut resurrectionem eius non omnibus oportuit manifestari
Actu.10. sed (vt inquit Petrus) testibus præordinatis à Deo: ità quidem admirabilis eius natiuitas æquum fuit, vt nō omnibus manifestaretur, quia nō omnes digni erāt, sed aliqui, quibus occulto Dei iudicio voluit natiuitatē suam aperire. Isti fuerunt simplices quidam pastores, quibus vigilantibus in regione illa apparuit angelus, & natiuitatē redemptoris denūciauit. Ibi igitur ingēti quadam animi lætitia & gaudio, postquā angeli ascenderunt in cœlum ad inuicē loquebatur. *Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factū est, quod fecit dominus.* Vbi diligenter obserua, quòd beata virgo ex regia Dauidis stirpe nata, à nemine in seculo cognita, abiectissima mundo, in vili stabulo sedet & tacet, & nihil de se loquitur: sed quod homines negligunt, cœlestes ciues honorant, & inquirunt. Vbi animaduertas curam & solicitudinem domini, vt suorū seruorum notam faciat mūdo virtutem: nam quanuis ipsi abscondātur, ipse dominus notos eos facit in vniuerso mūdo. Erat enim beata virgo abscondita in occulto & secreto loco, existimans gloriosum illum partum nemini mortalium cognitum; quem angeli iam concinunt, & de quo pastores inter se colloquuntur. Sibene viuis, si labores sustines, si oras, si plangis, tace: quia hæc omnia opportuno tēpore in vtilitatem tuam manifestabit dominus. Mirabile quidem est, quod dum seruus Dei abscondita quærit & infima loca: ipse dominus tantam illius gerit curam vt vniuerso mundo laudes suas prædicet. O inconsideratus & stultus hominum error, qui dum honorē soliciti quærunt & desiderant, eundem amittunt: & dū nominis immortalitatem ambiunt, à memoria hominum penitus delētur. Ea enim, quæ ad conseruationem nostram eligimus, conducunt plurimum ad perditionem: & vbi lucrum inuenire existimamus, ibi maiorem iacturam facimus. Qui pauuli & abiecti propriis oculis sunt, honore inueniuntur digni apud Deū & homines. Quo circa si honoris lucrum sitibundus quæris, illū fugito. Laudet te alienū os, non tuū. Facito, quod debes & in manus dñi te ipsum cōijce: ipse nanque tui honoris solicitam curā habebit. Vbi iam rogo animaduertas, quanta fuerit ipsi dño cura vt honore & laude afficeret seruum suū Gen. Iacob relegatū, & laboribus onustū in Meso Gen. potamia. Ità etiā recordatus est Ioseph vincu- 1. lis & cathenis constrictū in Ægypto: & Da- 9. uid custodiæ omiū destinatum in desertis locis & montibus in publicum produxit, quem excellenti victoria aduersus Goliar gigan- 1. Reg. 17. decorauit. Denique, vt vnico verbo omnia dicta complectar, virginē absconditam & humili loco clausam dominus notam facit, & angelis cæli, & pastoribus terræ. Et quāuis initio pastores fuerūt deterriti tam subita angeli apparitione, iam in lætitiam redacti colloquūtur, quo pacto iturisunt in Bethlehemiticam porticum. ¶ Obserua præterea angelos non dixisse pastoribus, verrent in Bethlebē nihilominus ipsi viam eggrediūtur, & infantem inuenerunt. Vbi diligenter aduertas, quod ad vitæ perfectionē non satis est Deū cognoscere per fidem, sed opus est ad illum tendere per sancta opera. Certè isti pastores dictis angeli fidem adhibuerunt, nihilominus vadunt ad illum. Non satis est credere, nisi simul operetis. Per fidem nanque & bona opera Deo nos approximamus. Fertur enim anima nostra amore, quocunque fertur. Transeamus inquam in Bethlehem. Appropinquemus Deo, & appropinquabit ipse nobis. Docemur etiam, vt nullæ rerum cupidines nobis ipsis possint esse impedimento, vt Deo appropinquemus. Isti nanque pastores non fuerunt impediti a grege suo, vt in Christum tenderent: omnia reliquerunt, & nulla facta mora ad præsepium accesserunt. Sed multi sunt modo, qui ad Christum animi cupidine ire contendunt, nihilominus permittunt impediri ab honoribus, diuitiis & vanitatibus huius seculi. In quibus omnibus summe cōsiderare deberes, cuius rei iacturā facis, & quarū rerum causa hāc iacturā facis. Omittis ad Deū ire? sed propter quid? Propter mundum. Si propter rem aliquam illū omitteres, nō miraretur tantum, sed omittis Deum, qui summum bonum est, eundemque postponis stercoribus terræ.

terræ. Imprudentis est sententiam ferre in audi-
ditis partibus. Peccatores sententiam pronū-
ciant in fauorem mundi, & bonum esse di-
cunt mundo inferire: & Dei partem relin-
quunt, quæ cum non audiatur, facilè condē-
nationem parit. Nanque si illi diuini cibi
nectar & ambrosiam degustassent, cognosce-
rent quidē maiorem dulcedinem in amaritu-
dine esse, quam in dulcedinibus & suauita-
tibus mundi. Gustato spiritu, desipit omnis
caro. Sic Paulus à Deo vocatus rerū mūda-
narum dulcedinem, absinthij amaritudinē
iudicat: & cōtemnit epistolas in Damascū,
& dixit. Domine quid me vis facere? Quid
igitur est quod tu mūdum non deseris, quā-
doquidem illi pastores gregē reliquerunt?
Matthæus thelonium, Petrus retia, vt Chri-
stum adirent: itaque omnia sunt contemnē-
da & relinquēda, & iter aggredi debemus.
Negotiator ille euāgelicus non fuit otiosus,
sed lætatur prægaudio inuento thesauro, si-
cut illi pastores. Charitas non languida est,
nō quiescit, nō est otiosa: sed Christū querit
summa diligentia. Sed iam verba pastorū ex-
plicemus. Videamus (inquiūt) verbum quod
factum est, quod fecit dominus. Verbum in
hoc loco non sumitur pro diuino verbo, siue
filio Dei, sicut quidā male interpretati sunt:
sed sumitur pro re aliqua aut facto, vel ope-
re. Sæpe enim in scriptura sacra verbi nomine
opus vel factum aliquod intelligitur. Cuius
rei exemplis pleni sunt libri regum, vbi cum
agitur de rebus gestis à regibus Israel vel Iu-
dææ, dicitur. Reliqua quæ fecit scripta sunt
in libro verborum regum Iudā vel Israel. In
secundo etiam libro regum dicitur, regem
Dauid dixisse Amalechita rogante de bellis
factis. Indica mihi res hū quod factū est.
Manifesto apparet quid nō rogabat Dauid,
quid in bello dicerent, sed de factis & ge-
stis in bello. Quod etiam verum esse appa-
ret per datam relationē ab Amalechita nun-
cio: quo significauit mortuū esse Saulē & Io-
nathem & perditū populū Israeliticum. Præ-
terea cum rex Ezechias ostēdit thesaurus do-
mus sua seruis regis Babyloniæ, inquit scri-
ptura. Non erat verbum in domo sua quod
non ostenderit eis, adest nulla res. Imo sibi
se nanque reputauit hæc, & alia multa scripta
ibi non similia pro verbo posse intelligi,
sed pro opere. Et secundū hūc sensum quem
verissimum arbitror, literæ explicatio est. Ea-
mus in Bethlehē & videamus hoc opus Dei:
magnū hoc opus, factū à dño videamus. Vi-
deamus inquiunt. Deū quis uisibilis est, ho-
minē iam factū visibilē nostra mortalitate in-
duitum. Res qui nescitur in alta aëris regione,
nunquā in suo decensu videri potest, nisi quā
do sedet vel in herbis vel in foliis arborū. Sic
filius Dei qui ab æterno genitus est à patre
nunquā apparuit visibilis quousq; in gremio
virgineo fecit: & ibi descendit sicut tres super
herbam virentem, viriditate omnū virtutū.
Videamus ergo hoc verbū, quod factum est
quod fecit dominus. *Et ostendit nobis.* Nobis
inquam simplicibus pastoribus. Multi princi-
pes & viri literati erant in Hierusalē, & nemi-
ni illorum apparuit angelus, sed pastoribus
super gregem suū vigilantibus. Certè dici nō
potest, quin angelus fuerit prudentissimus
quando illis & nō illis principibus apparuit.
Quia si angelus huiusmodi diuinibus hāc do-
mini natiuitatem prænūciaret, qui in cure cu
rēda fere totam vitam consumunt, nunquā
in tota vita iter illud aggrederentur, quippe
qui tunc à famulis rogaret, serenum ne esset
tempus, an cœlum nubibus coopertū: si re-
sponsum acciperent, vel aërem vel cœlū plu-
uiam denunciare, vtique iterum in vtranuis
aurem obdormiret & alto & profundo som-
no (vt facere solent) cōquiescerent. Quòd si id
delicatis mulieribus denūciaret, priusquā fi-
bium & fucum apponerent, iam sol alta mō
tis cacumina perungeret. Stigitur istis nati-
uitatem domini angelus denunciaret: prius
sol ad occasum tenderet, quam pararent ire
in Bethlehē. Deo sapienter fecit angelus ap-
parens pastoribus, qui statim nulla facta
mora festinat in Bethlehem. Nihil erat quod
eos remorari posset: nā induti dormiebāt, nec
in suauibus lectulis iacebant, non phaleratis
equis it digebant, non curribus, quin potius
nec aëri nec nui, nec frigori parcebat. Ie dēq;
quā homines omnibus terrenis obuiā, ea ho-
ra qua Angelus apparuit, sine alicuius rei cō-
sideratione quæ illos detinere posset Bethle-
hem profecturi: diuites autem relicti sunt
in Ierusalem, nec vocantur, vt hoc tantum & Matth. 2.
tam diuinum mysterium videant. Sed obji-
cies forsitan, dicens. Nonne regibus orienta-
libus diuinibus & potentibus apparuit stella,
& duxit illos in Bethlehē? Verum id fateor,
sed rogo aduertas diligenter, quanto labore
perueuerunt in Bethlehem itinere tredecim
dierū defessi: vt vel ex hoc colligere sit nobis
faciles quanto maiori labore & difficultate

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuites ad Deum accedunt, quam pauperes. Nanq; isti pastores ea nocte qua Christus natus est, illum adorauerũt, reges vero post tredecim dies ad Christum veniunt. *& venerũt festinantes.* Quòd erant vẽturi dixerũt prius, nam loquebantur ad inuicẽ dicentes, Trãseamus vsq; Bethlehem agentes de modo quo ituri erant. Promissam fidem compleuerũt. In mũdo sanè multa sunt verba, & nulla opera Fallax enim mũdus vniuersis hominibus se ipsum amicum & familiarissimũ promittit, montesq; aureos pollicetur: at in necessitatis articulo, omnes deserit, nullã datam fidem complet: isti vero pastores adimplent factis, quod verbis promiserant. Non sicut tu, qui quotidie proponis & promitti ad meliorem vitæ conditionem redirurum, & nihil minus quam adimples. Proponis alienum restituere, & confessario id promittis: tamẽ protinus id oblioni tradis. Proponis accelere Christo, & nũquam accedis. Accidit tibi in hoc negotio sicut nautis in portu, qui sæpe proponunt vela ventis dare, & de die in diẽ nauigationẽ distrahũt, & habentes tempus, aliud fœlicius sibi futurum expectant, donec præterito nauigandi tempore tum nauis in portu putrescit. ¶ Secundo obserua quod non solum venerunt pastores, sed etiam festinanter venerunt: non pigri aut negligẽtes fuerunt in quærendo domino. Nanque dominus grandi solicitudine aduertit, quo feruore, & quanta voluntatis prõptitudine opera ministerij sui exequamur. Pater ille qui duos habebat filios, quorum minor natu cũ dissipasset bonam partem suæ substantiæ, cũ ad domum reliit famelicus & pannosus magis gaudiũ cum hoc suscepit quam cum illo, *Luca. 15.* quem domi semper habuit: nam dominus neutiquam attendit quanto temporis spatio illi seruimus, sed quanto spiritu, & quanto animi feruore. Et ita verum est, aliquem in vnica hora maiori præmio posse esse dignũ, quã alius mille annis: nam dominus pluris æstimat partim & seruiens ministerium, quã multum & remissum. Idcirco filium ille prodigus tanto spiritu & feruore in Deum cõuertit, & sues reliquit, quotũ custodiæ deditus erat, vt locupletiori, & maiori præmio dign' in oculis paternis fuerit inuẽtus quam alter frater: quo factum est, vt maioribus honoribus fuerit affectus, quã is qui parenti tepide ministrabat. Quibus omnibus exemplis docemur nõ segniter aut ignaue in mãdatis do-

mini nos ipsos debere exercere. Plus duplo consumpsit Salomon in ædificio propriæ domus quam in ædificãdo templo, quod in obsequium domini construebat. In quo insinuatur res diuinas maiori diligentia efficiendas esse, quã nostræ propriæ. Equidem nõ oportet ei tepidè aut remisse inseruire, qui tanto feruore & amore venit è cœlo, vt nos quærere, & frigida nocte nasci voluit. Præceperat *Exod.* dominus vt paschalis agnus festinãter comederetur: quia vult nos in sanctis operibus cũ festinatione operari. Nam si grandis summa argenti vel auri tribuenda tibi esset, postquã ad finem peruenires alicuius incepti itineris: nonne rebus alijs cõtemptis, quæ sese tibi in via possent offerre veloci cursu iter ageres? Considera igitur longam tibi restare viam, & *5. Reg.* tempus vitæ breue. Quapropter oportet nõ tepidè iter agere sed summa adhibita diligẽtia & solicitudine, quandoquidem mercedis retributio tanti põderis & valoris est, vt nullo argento, nullo auro, nullis pretiosis margaritis conferri aut comparari possit. Vtinam in his mãdatis domini tanto cum feruore incederes, vt posses cum propheta dicere. Viam mandatorũ tuorũ cucurri. Nõ tanta ignauia quanta tu, rex sanctus in via domini incedebat, nec inseruiebat ea cunctatione & mora, quã tu. Accipitres in regione Noruegiæ opti mi sunt: quia cũ in ea regione parui sint dies, properant dum dies est in captandis auibus. Ità tibi faciendum existimo, cũ dies huius vitæ breuissimus sit plusquam dici potest, sanctis & rectis operibus incumbendo, priusquã nox mortis adueniat, in qua nemo poterit operari. Etenim quidã sapiẽs loquutus, vt exẽplum discipulis suis daret dixit. Vita brevis, *Iacob. 4.* ars vero longa, experimentum fallax, iudicium difficile, &c. Et non dixit, vt discipuli sui studium medicinæ relinquerent, sed potius vt in studendo festinarent, cum scientia difficilis, vita verò breuis esset. Ità sanè tu festinanter Deo inseruire debes, quando vita nostra sic adeò breuis est, id verò quod fieri debet multum. Iusta quidem ratione incurrari deber Pharao, quia cũ dom^s eius tota, & regnũ vniuersum ranis esset plenũ: horrarus à Mose dicẽte, cõstitue mihi tẽpus quando deprecẽ pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, *Exod.* vt abigatur ranæ à te, respondit. Cras. Iustum quidẽ esset, vt medelã suæ infirmitati, statim peteret, quãdo tã iniqua plaga erat obsessus. Tamen a verba ab homine expectabantur,

cuius

cuius corpus breuissimè in profundũ maris erat submergendũ, & eius anima in profundo inferni. Itaq; omnes nos festinare oportet in nostræ salutis opere, quia protinus etiã operari, sero iudicandum est: nãque bona nostra ea sunt, vt valeãt Deo ipsi restituere id obsequium & honorem, quod tantis peccatis illi abstulimus. Sed de his hactenus. Sed quid isti boni pastores festinantes viderunt? Quid inuenerunt videntes regem natum? Nũquid palatium aliquod marmoreũ, aut matrẽ reginæ diademate fulgentẽ, aut eam aureo lecto recumbentẽ? Viderũne puerũ purpura & bisso inuolutũ, aut cutiam multis ciuibus abundantẽ? *Et inuenerũt Mariã & Ioseph & infantem positum in præsepio.* Iã hic vides sanctorum patrum desiderium adimpletum, & quomodo Deus eorũ petitionibus acquiescit. Audi propheta Esaiam. Desideraumus *Esa. 13.* cum despectum & nouissimum virorum. Nonne melius foret, vt diues veniret, vt nos diuitijs impleret? Nõne melius esset vt cum summa potentia, veniret, vt nostras iniurias vindicaret? Minimè. Isto enim pacto nõ illũ desideraremus: sed humanum, pauperẽ, & abiectum, nanque contraria contrarijs optima sunt medicamenta. Cecidit Adã superbia: & illũ humilem exoptamus, vt nostræ medeatur superbiæ. Ille voluit esse magnus, & id circo hunc ego pauperem, parium & abiectum desidero: vt vel sic his cõtrarijs triacis curetur hominis superbia & auaritia. Qua de causa rectissimè inquit Esaias, desideraui- *Aug. 1. Doct. cap. 14.* mus eum despectũ & nouissimum virorũ: vt quãto ipse abiectus descenderit: tanto altius ego ascendã. Id. ò patientissimus Iob. Vtinã apponderẽrur peccata mea, & calamitas, quam patior in statera. Nonne Iob peccata, caro aut fructus sunt: vt appendantur in statera? Peccatum nihil est positiuum, sed priuatio vel negatio quædam quæ est carẽtia rectitudinis debitæ in esse. Sed quomodo appẽdentur? Audi. Dum in aliqua statera læc aliquod põdus est, in terrã inclinatur, altera vero lax quæ vacua est in altum eleuatur. Id circo, vt quæ eleuata est in imũ descẽdat, necessum est vt alteri maius pondus apponatur. Omnes cecidimus propter peccati grauitatẽ & põdus & descendimus omnes ad inferni tenebras: vt igitur nos ascenderemus necessum fuit, vt Christus descẽderet humiliatus. Ità sanè quantò vna statera descendit, tanto alia in sublime rapitur. Cecideramus nos in profundũ & Christus in alta gloria sedem habebat: & ideirco descendit Christus, vt nos adnolaremus ad cœlum. Qua de causa desiderat Iob, vt nostra appendantur peccata, & constituatur in vna statera, in altera verò Christi lachrymæ, paupertas, nuditas, durũ præsepiũ, frigiditas, & omnes alij labores: quia rectè nouerat Iob plus põderis esse hęc Christi merita, quã omnia nostra delicta. Quapropter Iob hoc experimentum fieri desiderat, & Esaias nõ in sublimi loco, sed despectũ, humilem, & abiectum, illum desiderabat. Quo circa possem^s dicere. Veni Esaia ad præsepiũ Bethlehem, & videbis tua desideria adimpleta. Inuenerunt pastores filium Dei positum in præsepio, non in aulis aureis pauimentis compositis, non in preciosis cubiculis, sed positũ in præsepio. Certè quilibet homo, qui hæc considerauerit penitùs admirabitur, dũ videat Dei filiũ in tantum cõtemptum deuenisse, vt in stabulo dignatus fuerit habitare, animaliumq; foeiũ fieri propter hominum salutem. Tu domine qui cœlum pulchris sideribus ornasti, & herbas cãpi & flores gratis colorib^s induisti, & aues variis plumis exornasti: gaudes in præsepio esse pannis inuolutus? Quomodo cum gaudium & exultatio angelorum sis, lachrymis madidus es? nondum natus es, quando delicta mea plangis? Non solum cum sis Deus, homo fieri voluisti: verum in matori hyemis rigore natus es, media nocte, & in tanta paupertate. Nihil sanè dubito, quin nox illa, qua Christus natus est, frigidior & asperior fuerit, quàm alia vnquam. Quod si ratio non valuerit, nec capitis sententia valeat. Quia diuinum verbũ cũ humanitate simul accepit omnes nostras miserias & pœnalitates peccato excepto: & has miserias in maximo contemptu & abiectione. Itaque non solum pauper, sed pauperrimus fuit: nec solum mori, sed mortem crucis ignominiosam pati voluit. Itaque sicut volẽs mori, genus mortis ignominiosissimũ elegit: ita volẽs nasci, nocte rigidissimam elegit. O quantũ tibi, ò glorioſe puer, debẽt homines. Quomodo anima mea in tuum non rapitur amorem? Quomodo cor meum sicut cera non liquefit, dum propter suum amorem videt Deum in præsepio inter bruta animantia positum. Hæc omnia amoris nostri causa dominus facit, & vtinam intentum consequatur. Et non solum in tanta humilitate & paupertate ex virgine voluit nasci, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostram abiectionem & miseriam exaltaret: sed vt exemplo suæ fugæ nostram componeret. Sic prædixerat dominus per Zachariam propheta. Perpendiculum extenderur super Hierusalem. Hæc quidem verba peccatores ipsos vehementer deterrent, at qui viam Christi sequuntur magnæ sunt consolationis & gaudij, quando dicit omnes merientes esse sua vita. Si villicus rudditurus rationem de expensis maximo timore cōcutitur: quid erit quādo vitæ nostræ ratio arctissima exigetur? Nullam rationem reddere ille, qui modo nec secum nec cum Deo vllam amicitiam habet. Solent artifices plumbeū perpendiculum apponere, vt vel sic videant, an ædificium rectitudine careat. Vita Christi nobis perpendiculum est, vt nostras actiones moderemur & regamus. Quando dominus ad iudicium venerit, vniuersum ædificiū, quod sine regula & perpendiculo inuenerit factū, subuerti præcipiet. Hoc Christi præsepium, paupertas, & humilitas, nostram metiētur vitam. Sed ô sancte & admirabilis redemptor dum me apium tibi voto conferre, pudore prorsus suffundor, quam fœda & contaminata mea puritas sit, quam superba mea humilitas, quam cupida mea paupertas, quam crudelis mea misericordia, quam frigida & tepida mea charitas, quam ridiculæ meæ lachrymæ, quam sine deuotione mea oratio, & nomen Christicolæ fictū, quam sterilis & sine fructu mea vita discursus, si tuæ innocentissimæ & immaculatæ vitæ cū mea velim collationē facere. *Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc.* Verbū erat dictum ab Angelo, quod Christus erat natus in Bethlehem: quodque positus erat in præsepio & pannis involutus: quæ vis omnia quamvis aliunde, fide crediderunt (nā si nō credidissent non venissent) videntes cognouerunt. Vnde iam isti pastores angelo dicere poterant, id quod Samaritani dixerunt mulieri. Iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, quia hic est saluator mundi. Vidimus enim Saluatorem seculorum, regem angelorum, solem iustitiæ interno bulas mundi fulgentem, & inter præsepii angustum exilium terramque regentem. Quomodo autem ad tuam eruditionem perpendas obsecro, iam recte dixerit Paulus: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Isti enim pastores, dominum quærierūt recta & sincera animi intentione: & quod quærebant inuenerunt. domino permittente: & volente. Sic in sincero & non fucato dominum Deum tuum quære, & illum inuenies. Vnde Sapiens admonet dicens. Sentite de domino in bonitate, & simplicitate cordis quærite illum: apparet enim eis, qui fidē habent in illum, & iustitia simplicis dirigit viam eius. Et iterum, Deus non prosperat simplicem. Præterea obserua, quod cum isti pastores Deo obtemperauerint, facientes id quod angelus præcepit, ideo dominus fecit quod illi exoptabant. Bona namque fœlicitas in omnibus illis cōtigit, sicut angelus eis prædixerat. Vis tua omnia tibi fœliciter & faoste cōtingere? fac quod dominus præcipit, & propalato tibi omnia euenient. Et enim scriptura dicit. Voluntatem timentium se faciet dominus. Quod si diuinæ voluntati repugnas: quid est, vt velis tuam dominus adimpleat? Obtempera Deo, & quæ volueris pete. Multi sunt, qui grandes dignitates & alta munera obire contendunt, cum & in sceleribus & flagitijs viuant coinquinati, mirātur verò si hæc, quę desiderant non consequantur. Alij verò immensas lites connectunt, & aduersarios suos mille modis calūniantur: quiquidem litigādi modus iniquus & sceleratus est. Et ideirco permittit dūs, vt quamvis à suis partibus iustitia stet, nunquam tamen à pro te sententia feratur, quia cū Dei offensa & iniuria, tua vis conficere negotia. Vera autem via, vt omnia tua negotia rectè expediantur ea est, vt in eis administrādis id facias, quod dūs præcipit: & ita dominus ijs quas ignoras vijs negotia tua ad fœlicem exitum perducet. *Omnes qui audierant mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.* Obserua, quod Angeli pastoribus, & pastores aliis, Christi natiuitatē annūciant: vt sic Deus ministerio hominum homines doceat. Multi sanè nolunt literis operam incumbere, nec magistros audire, existimantes in sola oratione & contemplatione, qua elevati sunt, dominū inspiraturum illis & docturū scientia: quod certè timere agūt, & Deum ipsum tentare tentant nolentes ab alijs edoceri. Nec mirum enim fuit apostolos miraculosè à domino edoceri, infundente illis Spiritum sanctum, cum non haberent, qui eos docerent. Fame cum in ecclesia Dei multi sint literati & sapientes: Deum tentās, qui sine necessitate miracula efflagitant. Vult dominus per causas secundas agere, & quod homines ab hominibus discant, & q humiliter eis subijciantur, laborātes & libros voluentes. Nonne Moses amicus & familiaris domino erat, & quotidie cum eo loquebatur quasi amicus ad amicum suum? tamen voluit, vt à Ietro sacerdote Madiān edoceret, quomodo rectus erat & gubernaturus populum: & sub consilio visus constituit Moses decenos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui populū iudicabant. Sic etiā eunuchus ille reginæ Aethiopiæ voluit edoceri per Philippum. Nam spiritus dixit Philippo. Accede & adiūge te ad currum istum: & postea quam euangelizauit ei, baptizauit illum. Nonne ipse dominus spiritus, qui præcepit Philippo vt accederet ad currum, poterat illū docere? Planè potuit: sed voluit, vt à Philippo doceretur. Eodem modo Paulum, cui dominus in via Damasci apparuit, poterat instruere in fide: tamen misit illum ad Ananiam discipulum, vt ab eo disceret: quid illū facere oporteret. Cornelio etiā apparuit angelus dominī, & instruxit, vt mitteret ad Petrum qui erat in Ioppe: qui eum accederet prædicauit Cornelio Centurioni, & his, qui cum eo erant, docens eos in fide, & baptizauit. Eniq; voluit Deus, vt isti pastores edocti ab angelo, & viso saluatore, alios docerēt quia vult vt homines ab hominibus discant, Et quāvis sanctissimum & optimū sit orare, vt Deus tum mentem illuminet, inicat, dum hoc tamen vtile erit, sit ei ipsum admoueris & feceris quod in te est: hoc est, operam literis dando, & laborando. Vide de his si placuerit dictum Augustinum. ¶ Decet enim locus iste opera Dei & magnalia eius extollere, & alijs enarrare. Sic Moses fertilitatem terræ promissionis populo narrauit, & mirabilia eius, Sic angelus Raphael dixit Tobiæ. Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Et David in Psalmo. Narrantes laudes domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Obseruandum hic etiam est, quod illi tum opere mirabantur, & rapiebantur admiratione, audientes illa quæ dicta erāt à pastoribus. Nec mirum quia cum prophetæ Esaias fuerit vaticinatus de Christi aduentu, inter multa alia & præclara quidem, dixit. Paruulus datus est nobis, &c. Et statim subiunxit. Vocabitur nomen eius admirabilis. Sicut enim regina Sabba videns sapientia Salomonis & domū quam ædificauerat & cibos eius, ita fuit in admirationem mentis vt spiritus deficeret: tunc ei summopere mirabatur & non immerito. Vn

de egregius psalmes, inquit. Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et ità isti nec immeritò mirabantur. Sed quid mirabantur? Ea, quæ dicta erāt à pastoribus. Sed quid dixerunt pastores? Quod viderant in Bethlehē. Sed quid in Bethlehē viderūt? Ipsā patris sapientiā, elinguem infantē fortissimum, imbecillū magnū, vilem, humilem, & abiectū, impalsibilē, palsibile, diuitem, pauperē: & tandē infantem, tantum, contemptum. Nunquid iniustè aut immeritò mirabantur? Iusta quidem ratione admirati sunt. Non mirareris & tu si aliquem infantem tibi demonstrarem, & dicerem. Puer ille, quem vides, antiquior marte est, & natus est hodie, nec principium habet. Pauper est, & similiter diues: magnus & paruus: omnipotēs, & parū potēs: impalsibilis & palsibilis: fecit frigore, & omnē calorē secum habet: illū cœlum nec terra capit, & breui complectitur præsepio. Nonne omnia iusta de causa mireris? O inaudita & stupenda miracula: quod mater & virgo sit. Quis talia dicere audiuit. Veniant mundi philosophi suis axiomatis dicentes, quod locus & locatum debeāt habere proportionem: tamen hic locus præsepium est: & quem præsepium capit, tota mundi machina comprehendere nequit. Omnes qui auo iuerunt mirati sunt, & non immeritò. Venit Iacob ad patrē suum Isaac qui senex erat & cæcus: pater autem existimans illum esse Esau, dixit. Vox quidem, vox Iacob: manus autē, manus Esau. Sed qui fieri potest vt Iacob & Esau idem sint? Admirabatur Isaac. Video igitur filium Dei, tanquam alter Iacob, indutū vestibus peccatoris Esau. Sic Paulus id affirmat. Habitu inuentus vt homo. In habitu hominis peccatoris in similitudine carnis peccati. Reuera Iacob nō erat Esau, sed similitudine Esau gerebat, & veras vestes etiā Esau. Sic Christus nō erat peccator, sed similitudinē habebat peccati: & humanitatē veram, quia verus homo erat. Ideo Isaac cū respicis, audis vocem esse Iacob: manus autē Esau. Audis vocem. Gloria in altissimis Deo. Vox quidem vox Iacob. Vox hæc vox Dei est. Tamen si tangis, videbis eum fingere tenere tē & manus Esau esse. Vid. bus alio modō cum ab angelis adorati. Et cum introducit primogenitū in orbem terra dicit. Adorent eum omnes angeli eius. Ex altera autem parte vides hos eum lachrymas fundentem, & in præsepio inter paleas iacentem. Vna vis fidus

Psalm. 97.

Genes. 27.

Philip. 2.

Hebr. 1.

Zachar. 1.

Ioann. 4.

Roman. 8.

Psal. 9.

Psal. 110.

Psal. 77.

Psal. 32.

Psal. 110.

Psal. 138.

Psal. 95.

Psal. 110.

Psal. 138.

Psal. 95.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittitur per aëra volitans, vt reges vocet, vt veniant ad Christum adorandum, & vt cognoscant eum regem & dominum: alia verò via ita necessitatibus nostris vrgetur vt immensum frigus patiatur, nec domum habet, qua ab iniurijs cœli se ipsum tueri possit. Modo videbis huius pueri causa Herodem magnopere timere: modo verò ipse à frigore opprimitur. Ex alia parte homo, ex alia Deus astenditur esse. Ex vna parte Iacob, ex altera verò Esau apparet. Miremur igitur omnes Deũ hominem factum: & duo inter sese maxima repugnantia iam inter se coire. Miretur Isaac, miretur cœlum & terra, mirentur Angeli, mirentur stellæ & planetæ, mirentur elementa, & omnes creaturæ sensibiles & insensibiles. Omnia volatilia cæli alas suas comprimant: & contrahant: nec viridem herbam pascant animalia, suosque suspendant actus, stupescãt & eleuentur tanta cùm videant miracula. Sic rapiebatur in maximam admirationem prophetæ ille Abacuc dicens. Consideraui opera tua, & obstupui. O Deus meus, & Deus cordis mei, O sponsus & dilectus animę meę: consideraui ego vermis terræ opera tua, & in eorum inquisitione prorsus intellectus meus defecit. Vide quod dixit, consideralle opera domini, & idcircò expauisse: quia admiratio ex rerum contemplatione procedit. Consideremus & nos modo sanctissimi huius natalis mysteria: ne sicut homines gentiles aut ethnici vitam agamus tantis & tam diuinis mysteriis ingrati. Miremur & admiremur tantam domini bonitatem & clementiam, quemadmodum isti pastores: cùm è summo cælo, in nostra tuguria dignatus fuerit descendere, & tantos labores propter nos ipsos sumpsisse. Miremur tam profundam humilitatem & abiectionem. Videamus quis sit iste, qui nascitur, & quomodo nascitur, & quorum causa nascitur. Quibus omnibus rectè consideratis, & oculis nostris in iustitiæ sole correctis, commouebuntur alæ nostri cordis & contemplationis, & sicut auis phœnix, igne diuini sui amoris inflammabimur, & altissimis cogitationibus in diuinam illam benignitatem & bonitatem rapiemur, & comburetur cor nostrum igne amoris exardescens, secundum illud psalmi. In meditatione mea exardescit ignis: & ità conuertemur in cinerẽ cognoscentes nos esse cinerem & viles vermes terræ: & ita fruemur tanto & tam diuino fructu huius sanctissimi natalis, qui est gloria & æterna beatitudo, exemplum sumentes à virgine. De qua ait Euangelista. *Maria conseruabat omnia verba hæc, cõferens in corde suo.* Verba sumuntur hic etiam pro rebus gestis: considerabat enim prudentissima virgo pastorum, Regũmque orientalium aduentum, Angelorum apparitionem: & ea, quæ in se gesserat præpotens Deus. Sciebat præterea illud, quòd multò antè prophetа dixerat, videlicet. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & se ipsam de radice Iesse, deque eius stirpe profectam esse Maria virgo cognouerat. Ac proinde illud Michææ prædictum optimè tenebat. Tu Bethleem Efrata parvulus es in millibus Iuda ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Quapropter se in Bethleem dominatorem Israel parituram esse certo sciebat. Comparat ergo verba factis, vetera nouis, vmbram rei significandæ, figuram veritati: pollicitationes denique rebus exhibitis, in quibus omnibus varia, atque diuersa catholica fides argumenta reperiuntur. Hæc igitur omnia piissima virgo sapienter quidem ponderabat, & conferebat: vt ea posteà sacro sanctæ ecclesiæ enuntiaret: & sic omnes Christi fideles vberrimos inde fructus, maximamque perciperent vtilitatem. Non habuit prudentissima virgo cor fatui, & stulti: de quo sapiens ait. Et sicut vas confractum, & nullam sapientiam tener. Sed erat tanquam arca fœderis, vbi tam secundæ legis Euangelium, quam legis antiquæ tabulæ ponebantur. Nam quæcunque de Christo optimo & maximo dicebantur, vel quæ ipse Saluator noster aperiens os suum, discipulos suos, imperitamque multitudinem docebat, ea omnia serenissima virgo indefessa secum, fidelique mente tenuit, & ruminauit. Discamus igitur beatissimę virginis exemplo concitati meditari cœlestia, resque diuinas mente, & cogitatione concipere: quod egregiè fecerimus, si consideratione assidua diuina mysteria contemplati fuerimus. In lege veteri animalia, quæ non ruminabant, veluti sus, & eiusmodi alia, immunda erant, & illa nequaquam ex domini præcepto filii Israel poterant comedere. Sic tu illa, quæ pro te fecit rerum omnium conditor, ac fabricator Deus ruminare perpetuo debes: nempe quomodo hominis formam induerit, acerbissimamque mortem pro te misero peccatore subierit. Sed ad contextum.

Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudãtes Deum

Deum in omnibus, quæ viderant, sicut dictum est ad illos. Non quidem pastores ingrati extiterunt, tanti, tantique admirabilis beneficii immemores: sed quæcunque ab Angelo audierũt, & in Bethlehem viderũt, ea omnia voce magna prædicauerunt clamantes, & laudantes dominum, ingentesque Deo gratias, referentes pro gloriosa vrgenti filii sui natiuitate. Discite præcor horum exemplo commotus, pro tot, ac tantis in te collatis beneficijs immortales Deo gratias agere. Sic Paulus Ephesijs ait. Impleamini Spiritu sancto loquentes, vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini Iesu Christi Deo patri. Præterea ait quod sicut dictum erat illis, & sicut audierant, ita viderũt: vnde iure æquissimo poterant hi sanctissimi pastores illud psalmi proferre. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, in ciuitate domini, virtutum. Et quanquam cœli, terræque fabricatorem pauperem, vilique in præsepio reclinatum pastores inuenerunt, non tamen vllum de eius paupertate scandalum cœperũt: quinimò diuinas opes, quę sub paupertate illa abiconditæ delitescebant, fide nimia, quæ in eorum pectoribus ardebat, contemplabantur: qua de causa glorificantes & laudantes Deum venerunt. Oportebat quidem tales priores illos Ecclesiæ lapides esse, oportebat inquam, vt fidei catholicæ radiis illustrarentur, inque sancto Dei seruitio arderent, vt prompti, atque grati in eiusdem beneficijs euulgandis existerent, vt & verborũ Dei prænones facti beneficia in genus humanum à Deo collata publicarent. Transeamus & nos ista temporalia, & quæ retro sunt obliuiscentes ad brauium supernæ vocationis Dei Christo Iesu festinantes eamus & videamus quantam humilitatem, & paupertatem pro nobis Rex gloriæ fuscepit. Simus grati beneficijs eius verbo, & opere ipsum imitando, cum Angelicis spiritibus ipsum laudãdo quãtum possumus: nemo ipse maior omni laude est. Canamus cum Dauide. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quamobrem si diuini pastores isti Christi natiuitate cognita reuersi sunt gaudentes, quanto magis nos, qui totam incarnationis seriem tenemus: & Christi sacramentis imbuti sumus, eidem gloriam sempiternam dare debemus: quin potius nullo vnquam tempore, de eius laudibus conticescere tenemur. Ideò enim nostram naturam adeò incredibili coniunctionis vinculo sibi copulauit, vt Deus fieret vetus homo. Quorsum autem hoc fecit vt vniuersum genus humanũ ab omni vestigio sceleris expiaret, & ab omni flagitio tutum ac sanctum redderet. Sed hæc satis sint de Christi Saluatoris nostri natiuitate: nunc tamen ne prolixior in dicendo videar, quam oportet, ad alia eiusdem tedemptoris mysteria explicanda pergamus: de quibus consequenter Euangelista noster Lucas ait. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circũcideretur puer.* Maximè quidem nos mouere, imò & compellere debet, vt Deum ex toto corde diligamus, illiique soli fideliter seruiamus legis elargitio, in qua viuamus, nobis ab eodem domino concessa. Nam quanuis donum, vt nos crearet ad imaginem & similitudinem suam, & æterni domicilij capaces efficeret, quauis inquam hoc donum magnum sit, & excellens: si tamen nobis Deus legem non dedisset, in qua suam nobis exponeret voluntatem, explanando simul, quid nos facere oporteret, vt beatitudinem ad quã creati fuimus tandem cõsequeremur, nostra procul dubio vita tristis esset, & misera. Si rex diceret alicui, meam si feceris voluntatem clarissimis te dignitarum titulis exornabo, ita vt te vno præstantior nullus in meo regno cõperiatur: contra verò meæ si aduersetis voluntati, non impunè feres, imò durissimis cõstrictus vinculis in obscuro carcere pestilenti morte consepultus miserè tandem peribis. Quam iniret viam vir iste? Quod caperet cõsilium? Curaret quidem, & singulari studio curaret regis voluntatem in primis cognoscere: deinde vt eam adimpleret omni studio contenderet, hoc enim itinere maximũ lucrare tur bonum, contrariò verò dedecus sempiternum. Verùm si rex quid amaret, vel quid odio haberet huic homini, nequaquam vellet aperire, miseram sanè vitam vir hic tra duceret & squallidam, donec in cognitionẽ regiæ voluntatis deueniret. Sic Nabuchodonosor sapientibus sub pœna capitis præcepit, vt quod somniarat somnium diuinarent. Vorum enimuerò si rex huic homini omnia sua sensa declararet, cordque suum fideliter aperiret: quanta vir iste lętitia exultaret, quantoque gaudio triumpharet: quandoquidem iã suarum voluptatum ianuam apertam cernebat. Sciamus & certò sciamus tam fide, quam etiam

Dan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam ratione ducti, quod vnus solummodo Deus in rerum natura existit: & hunc bonũ, pium, iustumque esse nemo est, qui dubitet. Scimus præterea illos, qui obtemperant voluntati huius sanctissimi Dei maximis præmijs in supernò illo beatorum domicilio eò decorari: & econtra illos, qui eundem dominum scelcribus, & flagitijs impudentissimè lædunt, in perpetuam tenebrosi carceris miseriam summa cum ignominia deturbari. Si nobis Deus legem non dedisset, qua tam illa quæ erant fugienda, quam illa quæ erat adamanda explicaret: tristis certè esset hominũ vita & ærumnosa. Nam etiam si ad beatitudinem nos esse creatos intelligeremus, quo nobis tamen eundum esset prorsus ignoraremus. Singulare igitur atque præclarũ in nos contulit beneficium summus ille parẽs atq; rerum dominus: quandoquidem suam legẽ promulgauit, ex qua omnes christiani apertissimè intelligerent, quid ad beatam vitam comparãdam oporteret: quid verò ad obscurissimas inferni tenebras fugiendas requireretur. Sic egregius Psaltes loquens de Deo dixit. Propter legem tuam sustinui te domine. Si legem mihi non dedisses, nequaquam vitam hanc ferre possem. Sic idem Psalmista. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Non patui momẽti fuit diuinum illud beneficium, quo Deus mortales deuixit eũ legem illis dedit: ad cuius normam omnes suas actiones fingere, & accommodare possent. Verum ne lex ista, quam hominibus seruandam dabat, contemneretur: eidem sepriùs subiecit, quæ quidẽ subiectione legem suam voluit honorare, vt intelligeremus quãti ipse legem æstimaret suam. Nã cum obseruationi legis, quam promulgauerat, minimè cogeretur; ipse tamẽ legis autor eidem se libentissimè subimisit in circuncisione. Si virum aliquem potentem, diuitijsq; affluentem vidisses, qui nobili pompa, regaleque apparatu seruiebatur: verum si eundẽ postmodum in regis curia genibus flexis inidentem, manus osculantem, regi denique in omnibus obtemperantem cerneres, in quæ verba prorumperes? Diceres sanè esse regẽ magna res est. Regi enim potentissimi principes, nobilissimique cheutes seruiunt & obtẽperant. Vis scire quantas vires, quantãq; magnitudinem lex summi Dei habeat? Paulũ tecum ipse considera, quod ipsemet Deus eidem subijcit, & obtemperare non dedignatur. Quandam legem Deus ediderat, quæ se in hunc modum habebat. Infans octo dierũ circuncidetur in vobis. Christus verò, vt legem extolleret suam dicit euangelista: quod filius Dei circunciditur & legi subijcitur. Sic Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Vnigenam filium suum misit æternus pater legi subiectum, vt legem commendaret & honoraret: nos docens quanti æstimãda sint mandata Dei, quãtaque vigilantia custodienda & honoranda: & quantum ne nos in vastissimum flagitiorũ pelagus ingurgitemus facere ten amur. O tẽpora, ò mores, ò tetterrimi peccatores. Præcepta enim quibus Deus liberrimè subijcitur, frangere, & comminuere non dubitatis. Leges carnis vigilantissimè seruatis, spiritus autẽ frangere non perhorrescitis: prævalent cacodæmonis leges, Dei verò destruuntur, & abolentur. Plorandum quidem est: insanissimis enim de causis inuiolabiles Dei leges perfrangimus. Audi quod scriptum sit. Maledictus homo, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Lycurgus postquam Lacedæmonibus leges publicauit, eas obseruandas esse dixit, quoulq; reuerteret ab illa regione, in quam proficiscebatur, Cretamque illico profectus nũquam rediit. Nam ibi è vita discedens ipsius ossa cõburi, & cineres in mare mitti præcepit, opinabatur enim quòd si corpus non asportaretur, eius leges perpetuo seruarẽtur. Si igitur philophus hic tam ardenter desiderabat, vt seruarẽtur leges, quas cõdiderat: cur Deus non volet legem suam custoditi? Vnde Dauid air. Tu mãdasti, mãdata tua custodiri nimis. Tantumque legis huius obseruantiam commendauit Deus, vt ipsemet eandem voluerit plenissime custodire. Verum hac nostra tempestate mortales non solem pedibus sanctissimas Dei leges proculcant, sed quod peius est eadem cui odire ignominiosum pũtant. Bone Deus! quibusque non ferenda hominum in peccandi licentia peruenit? Infamem se esse putat homo, si Dei præceptis obtemperauerit. Vis hoc luce clarius inspicere? Audi de. Aut lex Christi. Diligite inimicos vestros, &c. Tanti verò hanc legem fecit Deus, vt iam iam in crucis pãtibulo moriturus patrẽ æternum vnitem atque propicium suos in hostes redderet. Tamen miseri homines hanc legẽ seruare indecorũ esse opinãtur.

Mundi

Mundi honos in hoc situs est, & locatus, vt inimicos immaniter quisque persequatur, nullamque iniuriam illatam sibi impunitam relinquat. Si autem aliquis reperitur: qui infernam hanc non imbiberit opinionem, infamis atque stultus illico, & habetur & appellatur. Itaque quod Deus fieri iussit, vt eius præcepta adimplerentur, iniuriosum reputatur. Tamen isti legis Dei transgressores non existiment perpetuo eorum impudentiam esse ferendam. Vnde dominus eos per psalmistam terret, dicens. Si autem dereliquerint filii eius legem meam, & in iudicijs meis nõ ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Igitur magni legem Dei faciamus, quandoquidem ipse, vt eam nobis commendatam relinqueret, voluit eidem se prius subijcere.

¶ Porrò circuncisio à Deo Abrahæ, & seminj eius data fuit propter duo. Primo in remedium peccati originalis nam per circuncisionis sacramentum peccatum originale tollebatur. Secundo circuncisio data fuit in signũ. Verum, vt de his duabus causis aliqua dicamus necesse est. Quod igitur ad primam attinet. Si circũcisio est ad peccati remissionem, quidnam Christus commune habet cum circuncisione? Etenim quemadmodum non habet peccatum ille, qui ad remittenda peccata venit, eodem modo sua nihil intererat circuncisio. Erat quippe contra tetterrimũ peccati morbum singularis atque vera medicina: voluit Deus cùm sanus esset, ignis cauterium veluti vlceratus recipere, vt nostra vulnera sanaret: & veluti seruus ferri nota signari voluit, & sicut mancipium vendi, vt nos iam deuorandos è faucibus diaboli eriperet, & in pristinam libertatem, per peccatum amissam vendicaret. In incarnatione, carnem Christus susçepit humanam: nunc verò circũcidi non recusat, vt hac ratione nostram superbiam, & arrogantiam cohibeat, & refrænet. Vult dominus peccator videri, cùm reuera non sit: & nos cùm peccatores simus, iusti haberi volumus. O quam decepti viuimus: & vita nostra, quam contraria est vitæ Christi. Nam cùm turpissimis sceleribus inquinati simus, probi atque casti haberi volumus: cumque omni dedecore, & ignominia dignissimi simus, humanas tamen laudes quærimus, fucatosque honores ambimus. Superbe peccator, quæ verba profers coram humili Iesu in tremenda illa die iudicij? Præpunde ra tecum ipse, quod propter te Christus peccator reputatur, cum omni sceleris vestigio careat. Amor, quo Emor filius Sichẽ Dinã prosequebatur, effecit, vt se circuncideret: cũ tamen ad circũcisionem minimè teneretur. Ita amor, quo Deus mortales dilexit, ipsummet compulit quodammodo, vt circuncisioni sese submitteret: cùm tamen ad eam non obligaretur. Incredibile fuit illud amoris signum, quod Deus hominibus demonstrauit, cùm naturam suscepit humanam: tamen hodiernum beneficium multo maius est & excellentius: pro nobis enim Christus sacratissimum sanguinem suum profudit, & tanquàm peccator voluit circuncidi. Placuit illi cum sanus esset infirmi hominis medicina curari: quod sine honoris sui detrimento atque iactura fieri non poterat. Num magni amoris signum hoc non fuit? Detinetur in carcere aliquis homo propter nefandissimum delictum, ignorat quando ob perpetratum crimen punietur. Interim tamen filium regis transeuntem cernit, cuius fauorem & auxilium miserabili voce imprecatur, dicens. Domine miserere mei. Tunc princeps huc & illuc conuertẽs oculos, tandem rogat. Quid hoc? Respondent circumeuntes. Domine homo quidam est, quem pater tuus ob commissum crimen detinet in carcere. Soluatur, inquit regis filius, & è vinculis exeat: nam eius crimen ego meis humeris susçipio, imò potiùs cruciabor illa eademque pœna, quæ illi à lege erat imponenda. Forsitan non est hic amor inauditus, & propè incredibilis? Cùm in carcere peccati miserrimè inclusus esses, audit Deus gemitus compeditorum: & cùm sis reus, ipse net tuis oneratur vinculis, & pœnalitatibus, neque his satiatus circuncisionis tormentum subit. Tu peccas, ille plectitur: & cùm non sit peccator, flagitiosus ostenditur. Sic ille per prophetam alloquens patrem ait. Saluum me fac Deus, quòniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est subsistantia. Non de aquis materialibus loquitur, quoniam hę animam, quæ spiritus est, ingredi non possunt: sed metaphoricè per aquas intelligit tristitias, pœnas, & angustias. Sic sub nomine aquarum intelligit Ezechiel tribulationes, & angustias: cùm dixit contra Tyrum, propheticò spiritu correptus. Et adduxero super te abyssum. Subiungit, & non est substãtia, hoc est, non habeo culpam. Essentia enim & substantia

Gen. 17.

Gal. 4.

Psal. 88.

Deut. 27.

Psalm. 118

Psalm. 101.

Psal. 68.

Ezec. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantia peccati culpa est, quæ est illa voluntatis malitia, quando assentimur offensioni præpetenti Deo factæ accidentale vero peccati pœna est. Inquit enim nunc filius æterno patri Saluū me fac Deus quoniam &c. quia factæ aquæ hoc est amarissimæ pœnæ & angustiæ intrauerūt vsque ad animam meam, Infixus sum in limo profundi. Ac si diceret: Ad tantam pertinui abiectionem & paupertatem, vt vbi nascerer non habuerim, nisi vilissimum quoddam animalium stibulum inuenirem. Nec solum è cœlo descendi cum Deus essem vt homo fierem: verū etiam ad inferius aliud abiectionis genus in mādum veni, videlicet vt circumciderer, & nō est substantia defuit, non est culpa, tamē grauissimā pœnam fero. Non est peccatum, & pœnam peccato debitam patior innocens: ego sum, & peccatum non habeo, verum singulari affici infirmitate: & denique cum sim ab omni peccati genere liber & immunis, peccatores meæ exhimor. In similitudinem carnis peccati, dixit Paulus. Sicut æneus serpens, quem fecerat inuidiosus Moses, habebat similitudinem serpentis, tamen virus non habebat: ità Christus habuit similitudinem peccati, & in se suscepit omnem pœnam peccato debitam. Cōsidera ergo peccator quo pacto Christus omne tuorum peccatorum onus suis humeris asportaturit, ita vt eum tua nefandissima scelera in hoc statu collocauerint: quia nunquam Dei filius humiliatus erat, plorauit, atq; etiam sanguinem effunderet, nisi peccator homo? Acrius hominem iustum peccatorem onus discruciat, & fuerius affligit, quam sceleratissimū peccatorem, qui humeris poterat grauissimā peccatorum sarcinam. Nullum elementum in sua sphera est graue: Si profundum pelagus ingrediatur quis adnatandum, non ille tentiet aquarum pōdus etiam si infinitam aquarum copiam desuper habeat. Extra fluuiū vero si se vtriculo aquæ oneret, aquæ grauitatem sustinere non poterit: quia tunc est aqua extra suam sphæram.

Philip. 2. Numer. 21.

Si vas ligneum in puteū ad hauriendā aquā mittetis, leue nimis erit ita vt puerulus illud extrahat etiam si in profundo putei sit: verū dum ad summitatem aquæ ascendit, dumq; à suo exit elemento robustiores vires ad illud extrahēdum sunt necessariæ, valde enim grauat. Nimilicet ille, qui alium manducuit, eius odorem non sentit: verum ille, qui foris est fœtorem statim odoriendo cognoscit. Considera peccator quod turpissimum peccati alliū deuorasti, nec est, qui tuæ fœtorem detestandum odorem patiatur, nisi tu quoniam illo spurcissimo odore non grauaris: nec mirum est, nam obduxisti iam in peccando callum, sicque peccati fœtorem, & illius grauem pondus non sentis: quia pruna hæc consumendo in naturam conuersa est. Dauid quandō ad homicidij, & adulterij scelera perpetrauit, onus peccatorū, quæ humeris portabat non sentiebat: tamen postquam conuersus pœnitentiam egit, statim dixit. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Sic Moses, qui iustus erat, sentit onus peccatorū populi, cum dixit Deo. Dimitte filis hanc noxā, aut dele me de libro tuo, & peccata nō erit sua sed populi. Itaque solummodo ille, qui peccator est, scelera non sentit. In Christiō erant tua peccata extra suum elementum, eaque in se ipse suscepit, & maximo eorum pōdere grauatus est in limo profundi, & grauissimas patitur pœnas suum ó effundit sanguinem, sentiens quæ tu non sentis. Ideo ipse per Isaiā. Seruire me fecisti in peccatis tuis. Iterum: Isaias de illo. Vere languores nostros ipse tulit & infirmitates nostras ipse portauit. Dum malis corporis & animę locutus est. Cùm enim dicit vere languores nostros ipse tulit, de corporalibus intexuit & eum addidit dolores nostros ipse portauit, de peccatis loquitur. Hostes enim corporis & animæ Christos fugauit. Quid est, quod languores corporis timemus: cum iam non sint languores sed cœli merita? Quid est quod tot scelera patramus? Cur hostem in patriam reuocamus, quem Christus tanto sudore relegauit? His Iesu lachrymis, his doloribus, his denique cruciatibus: peccatum, languores, & infirmitates nostræ sunctæ sunt. Cur ergo illas renasci patimur? Has autē infirmitates quas reliquit infirmitates nō sunt appellandæ, sed perfectiones virtutū: virtus enim in infirmitate perficitur. ¶ Expēde igitur dolores: quos in hac acerbissima circūcisione tolerauit noster redemptor. Eius enim naturæ Christus erat, vt eius sactatissima caro delicatior esset omnium hominum corporibus: quod mirandum non est: nam eius purissimū corpus absque virtu sancto in virginis vtero formatū fuit. Neque obstante predicta ratione, dicendum vtrum putas, qui vix dum octo dies egressus tenerat quæ delicatus, & inde à puteris colligere,

ligere, quos dolores in hac circuncisione pro te Christus subierit. Aduerte simul peccator quàm magno pretio te Christus emerit, & audi Paulum dicentem. Empti estis pretio magno. Quo pretio? Non corruptibilibus auro, & argento (ait Petrus) empti estis: sed pretioso sanguine agni immaculati. Hoc vellem memoriæ repeterent illi, qui propter quemcunque honorem, vel temporale bonum animas cacodæmoni vendunt: cùm tamen illæ magni essent æstimandæ. Nam sicut ex parte corporis humiles esse debemus, terra enim sumus: ita consideratā æstimatione, quæ pro nostris animabus tradita fuit, quædam sancta in nobis arrogantia debet reperiri, quandoquidem tam alto pretio redempta fuit anima nostra, videlicet pretioso sanguine Iesu Christi, qui pro nobis traditus fuit. Tamen peccator nihil vilius esse putat anima sua: illam enim quocunque pretio vendit. Si qui amplissimas domos iure hæreditario sibi à patre relictas possideret, quæ triginta millia ducatorum pretium excederent, si is hæres eas duobus argenteis venderet, num stultus non haberetur? Maximè quidem. Tu verò imprudentior es, & stultior: nam cum pretio æstimabit sanguinis Iesu Christi emptus es, animam fœdo appetitu vendere non dubitas, absque vlla consideratione pretii, quo empta fuit. Meditare obsecro magnitudinē infirmitatis peccati, quandoquidem immortalem fieri mortalis oportuit, vt sanguine suū pro nostris vlceribus & plagis sanandis effunderet: ex meditatione stimulus ad non peccandum sumere debemus, cùm tam obscœna & insanabilis res peccatum sit, vt ad eius medelam sanguis Christi necessarius fuerit. ¶ Vide etiam quomodo primo suæ natiuitatis die lachrymas, & die octauo sanguinem Christus effuderit. Contemplare quam sero filius Dei cœperit concionari, & quam citò sanguinolentas subierit angustias, & tribulationes. Nam vt concionaretur triginta annorum spatium prius transactum fuit, at vt redimeret vix erant octo dies transacti.

¶ Expende etiam quod sponsus sanguinis incipit sanguinem pro ecclesia sponsa sua effundere, & sicut sponsus antequam sponsam domum ducat prius illi arrhas tribuit: ita Christus antequam patiatur factis statim cum ecclesia desponsalibus, singulare ei donat margaritam pro eius redemptione sanguinē suū effundendo. Iam hic secundus Adam exiens à terrestri paradiso, scilicet à sacratissimo vētre matris suæ incipit bonum, & malum cognoscere: & hic potens mercator & generis humani redemptor, iam incipit pignus venturæ solutionis dare, paruum istum sanguinem effundendo, & pignori dando, in signū multitudinis sanguinis, quem postea effusurus est. ¶ Secundo principaliter circuncisio fuit data Abrahæ in signum: & in ipso cœpit, & in Christo desit. Quando semen lactucæ vel caulis seruandum est, apponitur illis signum. Sic quia Abraham seruabatur in carne: vt Christus de illo nasceretur, quia etiam seruabatur semini, illum Deus circuncisionis signo indixit. Nonne vt Paulus ait Abraham, signum accepit circuncisionis? Eduxit dominus Abraham de terra sua, & cognatione sua, vt peregrinaretur in terra Canaā: post varios que labores, & assiduas peregrinationes, pro tantorum mercede laborum, dixit ei dominus. Noli timere Abraham, ego merces tua magna nimis. Rursusque dixit ei. In semine tuo benedicētur omnes gentes. Hoc de Christo domino debet intelligi, teste diuo Paulo, qui promissus est Abrahæ. Quod vt cognosceret sanctissimus Patriarcha promissum sibi à Deo certissimum fore: addidit dicens. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. &c. Igitur circuncisio signum erat posteris Abrahæ: vnde ex quo Christus circuncisus est testimonium præbet quòd steterit promissis Abrahæ factis, nempe ab eo secundum carnem fore nasciturum. ¶ Obseruandum præterea quòd voluit vt Abraham circuncideretur, vt significaretur amicus eius signo exteriori. Non enim solummodo placet Deo, vt interiores amici eius simus: verùm etiam vult vt exterius illius esse amicos nos ostendamus. Abel sanctus quidem erat, iustusque in oculis Dei: ad hæc autem placuit Deo, vt in oblationibus, suam exterius iustitiam demonstraret. Iustus ac pius erat Noe, cui dominus dixit. Te inueni iustū coram me in generatione hac. Nec proinde satis erat ei intrinsecus Deo placere fidem viuam, integramque in pectore seruando: sed statim vt de arca egressus fuit ostensionem fidei iustitiæque fuit, sacrificium offerens Deo. Hac de causa præcepit Deus filiis Israel, vt tingerent superliminaria seu domorum postes sanguine: quo signo dignoscerentur, & ab Aegyptiis, gentilibusque distinguerentur.

2ª. 2ª. circum.

Rom. 8.
Gen. 12.
Gen. 15.
Gala. 3.
Genes. 17.
Gen. 4.
Gen. 7.
Gen. 9.
Exod. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

guerentur. Sic faciendum est cuique fideli. Nō enim satis tibi est habitas fidē integrā in pectore fixā: sed etiā oportet, vt facias opera digna Christi fidelib. De fide etiā certis signatisque temporibus testimoniū præbere, ipsamq; ore cōfiteri tenemur: insuper & hāc animi præparationē habere, nēpe vitę periculū si oportuerit pro eius confessione subire.

Roman. 10. Hinc est quod dicit Paulus. Corde creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutem. Si ex fide viua iustificamur: quid est quòd dicit, quòd oris confessione salutem consequemur? Nunquid iustitia non est salus? Verum quidem est quòd fide viua charitate informata iustificatur homo: sed nullus quantumuis iustus sit in præsenti vita omnino integram atque perfectam obtinet sanitatem, quia vel ab ea labi possunt ac deficere, vel certè venialia peccata commitere, atque alia multa facere, quæ cum absoluta perfectaque iustitia pugnant. Hanc in patria omnibus numeris absolutam perfectamque obtinebit iustitiam & gratiam consumatam, ad quam infallibiliter deueniet si ore confiteatur quod in corde fixum tenet, & operibus verbisque, & ornatu eius testimonium reddat. Ecce cur Deus voluit, vt Abraham eiusque posteri qui fideles vtique erant, suam fidem etiam signo circuncisionis ex terno manifestarent. Qua etiam de causa præcepit nobis, vt illum diligamus, & ei seruiamus bene operando, & signum fidelium Christi dignū exhibentes: ipsa nanque opera testimonium fidei religionisque nostræ præbeant oportet. Si hoc ita se habet quam parua Christianitati demonstratio intra nos est. In Christianis populis, & plateis nihil nisi iuramenta, blasphemias, mendacia, latrocinia, ludos & vanitates audies, ita vt dicere possimus illud

Osee 4. Oseæ prophetæ. Non est veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & homicidium, & mendaciū, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Si Turca vel alius, qui à vera religione abhorret per hanc ciuitatem deambularet, qua in renos se ipso meliores esse dignosceret? Plus veritatis inter infideles, quam inter nos reperitur. Si es Christianus, signum Christiani ostende. Ostē de mihi hdem tuam ex operibus. Idco Chri-

Luce 2. Matthæ. 5 stus Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nōne tibi contigit aliquādo agrum petere, ibique bene cultam vineam, & parietibus obsessam cum vidisses, dicere. Hæc vinea bonum atque sedulum habet possessorem: etenim video eam bene amputatam, & suo debito more cultā. Ita tu futurus es bonus, castus, deuotus, humilis, modestus, vt infideles qui te viderint, dicant. Magnus dominus debet esse Deus Christianorum, quandoquidem hos famulos habet. Itaq; vult Deus quod famuli eius non solum in interioribus illum ament, verum etiam in exterioribus amorem, quē erga illum habent bonis exemplis demōstrent. Ideoq; nō solū voluit, vt Abrahā & eius descendentes quiērāt electi à Deo illū fide cognoscerēt, verū etiā vt in exterioribus signati signo circuncisionis essent. Quæ circūcisio erat discrimē inter Iudaicū, & Gentilicū populū. ¶ Præterea circūcisio signū erat venturi dōi ex semine Abrahæ, qui omnibus populis salutem erat allaturus: verū cū iam venisset, æquū erat, vt circūcisio amplius non valeret, quandoquidē id quod designabat impletū erat. Pactū quod Deus pepigerat cum Abraham deficere nō poterat: & ita signum dat illius, quod promiserat. Verū quauis promissiones omnes in Christo fuerunt cōpletæ: circūcisio tamē, nō statim cessauit in Christi circūcisione quia nondū cōpleuerat omnia, quę illi promiserat Deus: ideo mori, & pati prius oportuit. Sed nūc Christiani iam nihil debēt, quia quicquid Abrahæ promiserat Deus, in Christo adimpleuit. Chirographū deleuit, illud affigēs Cruci, vbi debita iam soluta sunt. Iam Messias venit, & ideo nō est opus circūcisione: & qui circuncisionem recepit declarat, quod Messias nondum venit. Vnde Paulus. Si circuncidimini, nihil Christus vobis prodest. ¶ Fūt quidā vici & rura vbi nullus nobilis, vulgo hijodalgo, nec habitare, nec vicinus eiidem esse potest: & si habitare in illis vult ascribendus est, & publicam exactionē, & vectigal soluere tenetur, sicut rusticus singulis annis solitus est soluere. Filius itaque Dei nostro in rure habitans etiā si varias, & priuilegiis plenas libertates secum duxit eidem tamen fungi noluit, sed esse ascriptitius & rusticus sicut alij potius elegit. Quapropter tributum soluens, seque rusticum, & tributarium faciens circunciditur: vt fidem adimpleat, quā antea dederat Abrahæ. Proui de modo, vt Christi sanguis quem pro te fudit tibi prosit: in quo facienti: q̄ in se est, est ple-

na redemptio. Sanguis iusti Abel clamabat ad dominū, quē sequē occidit Cain. In Apocalypsi quoq; scriptum est quod insontiū sanguis effusus clamabat aduersus impiā nimiūq; sęuam interfectorū manū. Vidi (inquit Ioannes) sub altare Dei animas interfectorū propter verbū Dei: & clamabāt voce magna dicentes. Vsquequo dñe vindicas sanguinem nostrū? Obserua modo. Si Deus qui pronior est ad miserendum quā ad puniēdum ipseq; audit voces suorum ad se clamantium & vindictam postulantium aduersus impios carnifices: quanto magis exaudiet clamantem ad se vnigeniti filij sui sanguinem, qui enixe interpellat pro nobis, veniamq; nostrorum postulat peccatorum? Vnde Paul⁹ ait, quod mortuus Christus interpellat pro nobis? quia sanguis eius remissionem peccatorū nostrorum petit. Habeamus igitur nos in isto sanguine firmam spē, ne in vanum illum recipiamus: si neglectis operibus bonis ociose vixerimus. Nam vt ipse Dei apostolus arguit & acutè satis in epistola ad Hebræos, si sanguis hircorū & taurorū & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationē carnis: quāto magis sanguis Christi emūdabit conscientiā nostrā ab operibus mortuis ad seruiendū Deo viuenti. Aspice ergo vt tantus tibi prosit pro te fusus cruor, eaq; Dei charitatem, bonitatēq; altius expende: qui cum sit terræ cœliq; conditor tanquam rusticanus ignobilisque plebei⁹ vult subijci tributo, vt nos in cœlesti regno nobiles efficiat. ¶ Sed iā nūc viso q̄ circūcisio data est in remediū peccatiorginalis, & in signū: pauca dicamus de tēpore circūcisionis. Fiebat enim iuxta legis præceptū die octaua, & sic ait hic Euangelium quod die octaua Christus circūcisus est. Præceperat olim Deus, quod agn⁹ paschalis per septē dies cū matre sua esset, & octaua die, quod posset offerri. Sed iā nūc vide agnū sine macula, qui suo sanguine tollit peccata mundi quomodo sacrificādus offertur, vt sanguine in hac circūcisione profudat. Expēde etiā, quod die octaua voluit sanguinē effundere, qui dies primi anni est: vt toto anno fixū nra memoria habeamus sanguinē, quē hodie pro nra salute effundit Deus. Nā sicut in fronte domus vestra arma & stemata iubetis vt figātur: ita Deus in principio anni vult, vt Christi sanguinē contēplemur, ne beneficia in nos collata vlla vnquā deleat obliuio. In Ægypto angel⁹ eos omnes interfecit, qui domus limina sanguine vn-

cta nō habebāt. Sed ô quā acriter animaduertit in illos qui hunc sanguinē vere agni, qui Christus est effusum, præ oculis nō habuerint. Præterea tam citò hoc est octaua die pati voluit Christus, vt doceret nos Christi crucē, & pœnitentiam in nra pueritia esse ferendam & portandā, neq; senectutem esse expectandā, sed à primis vnguiculis incūbendum esse virtuti. Vnde voluit dñs, vt Leuit⁹, qui eius seruitio destinati erant, à pueritia diuino cultui totos sese traderēt: puerilis enim ætas tenera est, & facilè in illa probi mores imprimūtur, in senili vero nō ita facilè. Vnde Eccl. Curua ceruicē filij tui in iuuētute & tunde latera. &c. Virga quādo est tenera facile ad rectitudinē duci potest: trabs verò postquā exsiccata est minimè. Magna illorū infania & fatuitas est, qui in futurū tempus virtutē differūt. Stultus enim esset is, qui diceret, nolo equū meum itineri & deabulationi assuefacere, donec insenescat, meq; in foueam præcipitet, & collum frangat. Sic insanus est ille, qui corpus suum in iuuentute domare non vult, donec in turpissimam peccati foueam spiritū præcipitet, & quasi collū frangat, dādo ei peccati mortalis occasionem. Sero etenim, vt dicūt, morbo medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras. Sero quidē abiiuntur vestes, quæ ex diuturnis sordibus iam cōputruerunt. Amens esset ille, qui habens vas aureum ballamum sibi oblatum nollet in eo collocare, donec luteum & non quodcūque luteum, sed verū fissimum possideret, in quo illud reponeret. Sic fatuus est, qui gratiā Dei in pueritia non vult recipere, sed vult vsque ad senectutis tēpus vas esse peccati & immūditię. Sero enim resistitur hostibus, postquā totam vrbem occupauerunt, & sero etiam sal adhibetur carnibus, quæ iam vermibus scaturiūt. In his rebus, & similib⁹ sciūt homines tēpus opportunū eligere, verū de tēpore saluti propriæ opportuno nō curāt. Nihil enim est eiidē vilius. Vestiūtur quidē homines magnificè, incedunt superbè, verbis vtuntur festiuis pedalibus: deniq; vestes summo cū artificio mirè & nouè quotidie cōficiunt: verū de ornatione animæ non curant. Itaq; multi charissimos se ipsis habent sordulates suos & vestes. Itaque bonū est viro cum portauerit iugū ab adolescentia sua: quia vt sapiēs ait, adolescēs iuxta viam suam etiam cùm senuerit, non recedet ab ea. Christus non solum in adolescentia, sed etiā in pueritia imò in [illegible] infantia, &

Thren. 3.

Prouerb. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

statim in sua natiuitate suis humeris crucem imposuit: & octaua die sanguinem effudit. *Qui optimè equitaturus est, vt ab ætate decē annorum equum ascendere incipiat necesse est: & qui pastor futurus est, etiam debet iam à pueritia peram & fundam iacere, & in montibus altissimis imbrium frigorūque iniurias ferre. Christus autem qui erat magnus eques cū venisset ad gentis humanæ dominationē liberandā, & ad oues suas reficiendas, qui ad eandem perditā quærendā venerat: quā ab ore lupi derracturus erat, sic à principio incipit portare arma, & exercet officiū pastoris. Ideò tu disce statim tuis humeris ingū pœnitentiæ suscipere, tradēdo tibi virtutē. Amorē ille magnus quē in nos habet Deus bene quidem apparet: statim enim post ortū suū vult pro nostris miserijs tormenta pati: nec putat se horam visurum, qua nostra causa crucifigendus. Ne negligentēr ali seruias, quia tanto animi feruore te quæsiuit, nec; triginta & tres eius ætate annos sero venturos esse arbitreris: quia horam mortis iā peruenisse vellet, vt tibi vitam ipse daret. ¶ Attende hic etiā quod illū non vocat Euangelista regem, omnipotentem, gloriæ principem, Messiam, vel quid simile, nisi puerū. Alit enim. Postquam cōsummati sunt dies octo, vt circūcideretur puer. Considera nunc quod rex gloriæ, & filius Dei, cœli, terræque moderator & rector, solo nomine pueri contentus est: & sub nomine pueri recondita est ei diuinitas, & magnitudo virginibi filij Dei. O paruum nomen & humile, quantam in te cōtines maiestatem. Vbi nunc reuerendissimi, illustrissimi, excellentissimi, regiæ maiestates & stultitiæ mūdi sunt? Hoc humile nomen nimis superbiam & arrogantiam mundi deprimit, atq; confundit: qui nunquam tam præceps in interitū, & ruinam properauit, vt nostra hac misera, & calamitosa tempestate. Quinis enim nobilis vult appellari illustris: & si forte fortuna in literarum subscriptione illustrem se fuisse vocationem reperit, nequaquam eas legere, quinimò nec videre vult. Quod mirum non est quando quidem vsque adeò progressa est hominum audacia & superbia, vt ad sepulchrum (vbi vtinam simus vermes ostendum) hanc detestabilem, & detestandam mūdi vanā gloriam. Mille enim titulos & vanitates non quibuscunque literas, sed ureis depingunt in monumentis. ¶ Verum vt eius domi nū humiles extollere: puero huic humili &*

Ioan. 10.
Luc. 15.

Vocabitur qui fuit ab eternis nomen

paruo impositū: Deus nomen ante quod omne genu flectitur cœlestium, terrestriū, & infernorum. Ideò sequitur in contextu. *Vocatū est nomen eius Iesus.* De quo nomine Paulus ait: In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestio, terrestriū, &c. Quumam enim Dei, æterni, trinū, omnipotentē, & alios titulos nominantē audias, non humiliatis, nec flectis genua: tamē audito nomine Iesu, statim flectis. Cur hoc? Quia hoc nomē pluris ei stetit, quā cætera nomina. Nil eternum Deo cætera nomina steterunt, tamen hoc nomē eius sanguine vita, & honore emptū fuit & quia tanto prētio emptū fuit, ideò nos esse gratos Deus iubet, humiliando, & abijciendo nosmetipsos: sicut ille se humiliauit, & abiecit, vt nobis hoc nomē quæreret factus homo, & saluator mūdi. O dulcissimum nomen, saluator & redēptor captiuorum. Conueniēs fuit dato quod venerat ad nos saluandum, & eius sanguinē effundendum pro nostra redemptione, vt non tamē ipsemet imponeretur, congruum, & consonans illi operi, qd facere cōpiebat. Venit vt nos saluos faciat, & ideò indītur illi saluatoris nomen. Sic captiuis Christianis in locis infidelium, & Turcarum, literas rex misit, quibus anno vēturo dixisset se filium suū manu potenti, & copioso exercitu multorum esse, vt eos à captiuitate liberaret, die precor nonne hi summo gaudio triumpharent? Imo nimis ob longum illum annum esse putarent. & quamcunque nauiculam, promissum exercitum esse putarent. Sed quid esset, si primo cuiusdam diei crepusculo copiæ & exercitus ad ripas maris apparerent signis regijs extensis & explicatis. Bone Deus quanta hi captiui voluptatem caperent, quando videm clarissimum optatæ salutis prognosticō videbāt. Ante ortū Christi oēs captiui erant, tanq; misera captiuitate opprimebamur, vt ea nec nos nec patres nostri portare potuerint: nā mortales omnes etiā si præstantissimis coruscarent virtutibus, post ortū obitū in obscurissimi carceris tenebrās. Omnes enim ad Limbū descendebant, ibiq; nec solē nec lunā videre poterant. Tamē q̄ eos cōsolabat, erat quædā schedā, qua cum vnigenito suo loquit eterni pater pacis. Tu quoq; in sanguine testamēti tui eduxisti vinctos de lacu. Hac spe cōsolabatur, ius etiā literis futurā libertatem sperabat Christiani vt: sed nūciam in porta videtis solutis exercitum, & angelos excelsissimū nūciū pastoribus denunciasse dicentes*

reges

regis signa iam extensa in portu esse? Tamen cum signa illa lachrymis madescerent, erant occulta, nec in totum poterant apparere: etiā si Paulus clamat, dicens. Apparuit benignitas & humilitas saluatoris nostri Dei. Tamē quia rubens color valde extēditur, apparēt hodie signa rubea, & sanguine tincta: vt cum ea homines videant sui saluatoris signa recognoscant. Iā in terra Christus est, iā suum effundit sanguinē, lætentur bono hoc nuncio captiui. Sed dato quod venit sciamus vtrū sufficiens ad nos liberandū ferat imperiū. Sumus enim sub potestate principis tenebrarū, qui nos habet vinctos durissimis cathenis. Ad hoc respōdeo, quod vocatur Iesus. i. saluator. Et quamuis in veteri lege fuerūt aliqui qui sic vocabātur, nullus tamen eorū homines saluos fecit à peccatis, nisi Christus: vt angelus dixit Iosepho. Vocabis nomē eius Iesum: ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Nō hoc fecerunt Iesus Naue, nec Iesus Iosedech, nec Iesus Sirach. Ideò Esaias. Vocabitur tibi nomē, quod os dñi nominauit. Nomē nouum: quia noua redēptio, & salus data est per Christū. Alijs etiā qui hoc nomine vocati sunt dedit illis nomen Moses: sicut Iosue, & alij hoc nomē in sua circūcisione adepti sunt. Christi tamē nomē hoc ab æterno patre datū est, teste Dauid. Sit nomē dñi benedictū in secula: ante solē permanet nomē eius. Vnde Esaias. Tu dñe pater noster, & redēptor noster: ab æterno est nomē tuū. Ideò hic non dicitur, posuerūt illi nomē Iesu, sed vocatū est illi nomē Iesus: quod est saluator. Nā si saluator est peccatorū, non potest esse nisi Deus. Si enim homo purus esset, peccator nasceretur: dici nequit peccator & saluator nō bene conueniunt, & quāuis redēptus esset in vtero, & etiā à peccato originali præseruatus, nō posset saluare: nā non cohærēt redēptus, & redēptor. Itaq; si saluator est Christus & redēptor peccatorū, sequitur quod est Deus. Ideoq; vocatus est saluator, tanquā Dei filius. Saluatoris est confligere cū hoste, & de illo victoriā reportare: quapropter Christus in Esaia dictus est velox spoliator, seu prædator. Tertiò saluatoris est, vt doctrina & consilio nobis prodesse possit: ob quod etiam Christus admirabilis, & consiliarius dici potest. Quartò saluatoris est nobis fortitudinē dare: vnde Christus fortis Deus nūcupatur. Quintò saluatoris est conscientiā nostrā tranquillā & pacatā reddere, & nos Deo reconciliare: qua de causa Christus princeps pacis vocatur. Sextò saluatoris est non tantū semel auxiliari, sed omni tēpore: nec solū in hac mortali vita gratiā dare, verū etiā in futura æternā gloriā & fœlicitatē: & propterea Christus æternus pater, seu pater futuri seculi nominatur. Septimò saluatoris est nō vnū tantū modo sed multos & cūctos mortales saluare: ideoq; de Christo dicitur, quod potestas eius latè propagāda sit. Postremò saluatoris est nō ad tēpus modo, sed semper opitulari: quod de Christo etiā fertur, quod pacis illius nō sit futurus finis. Hæc omnia, quæ Esaias dixit in nomine Iesu cōtinentur, quo nihil suauius atq; iucundius vnquā audire possumus. Sed quia hoc nomē letum dulceq; est, & hæc omnia bona peccatoribus sunt nūciata similauit Salomon hoc nomē oleo effuso: quo significauit cōscientias hominum exhilaratutū, & corda emoliturū, deuotionē acturū, totūq; hominē confortaturum. & reuera sic se habet. Sensit hoc D. Paulus: qua de causa in omnibus suis epistolis toties tāq; honorificè huius nominis mentionē facit. Hoc idem sanctus Stephanus, & omnes martyres senserūt, & simul experti sunt quas vires hoc nomen haberet, ad acerbissimos cruciatus mites, & lenes reddendos. Sic etiā Apostoli alacres, & gaudentes discedebant à conspectu concilij Iudæorum: eo quod digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. ¶ Aduerte præterea quod nomina rebus accommodantur secundum earum proprietatem. Sic Adam posuit nomina rebus iuxta proprietatem eorum. Sic etiam Esau, quia rufus, & hispidus erat admodum, vocatus est Esau. Sic quoque Baptista Phariseos, qui erat hypocritæ viperas appellauit: quæ pellem varijs coloribus depictam habent, intus verò præsentaneum venenum retinent. Christus Herodem subdolam vulpem appellauit: eo quod Herodes non simplex erat sed fraudulentus. Quidam Madianitarum princeps filiam suam Cozbi vocauit, eo quod loquax & mendax esset. Christus quoq; Iesus est nūcupat, eo quod est saluator noster. Si modo Adā resurgeret, & in mundū veniret, vt poneret nomina rebus: quæro, quod nomen imponeret mulieri fucatis coloribus exornatæ? & illi quæ nunquam domi est, imò fermè semper per plateas vagabunda deambulat: aduleteram esm proculdubio vocaret. Quod verò nomē imponeret vsurario, & mercatori: qui pecuniam vendunt, & pauperes decipiūt? Latrones

Act. 4.
Gen. 2.
Gen. 25.
Matt. 3.
Luc. 13.
Num. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esai 1.

trones eos appellarer. &c. Turpius tamen atque detestabilius omnium nominum est hoc peccatoris nomen: & ita Esaias cum populi scelera videret hoc ei turpissimum nomē imposuit, dicens Væ genti peccatrici. Ita viuamus, vt bonum nomen adipisci mereamur: quodquidē omni ex parte bonis, atq; suauissimis moribus cōueniat. Christus secundum suā proprietatē Iesus fuit appellatus: de cuius dulcissimo & benedicto nomine multa dicere poteramus, quæ longū esset recensere, sed nos breuitati consulētes ea omittimus. Hoc tantū vltimo loco mihi obseruandum videtur, quod in his paucis verbis proponitur nobis hic lex & euangeliū: & tota sacra scriptura quid habet nisi legē, & euangeliū: Vtrāque tē cernis hic, videlicet, legis finē, & euāgelij initiū. Nāq; ideò Christus circūciditur, & Iesus vocatur, vt cesset omnino circuncisionis lex, nouaq; vires euāgeliū sumat. ¶ Porrò circūcisio probat veritatē susceptæ humanitatis, & nomē Iesu indicat veritatē diuinitatis: quia nemo vt diximus saluare potest, nisi Deus. Circuncisus est igitur Christus tanquam Abrahæ filius: & vocatus est Iesus tanquā Dei filius. Nomen declarat eū saluatorē esse, & circuncisio mōstrat quomodo nos saluare velit, nimirū passione, obedientia, pœnitentia, & sanguinis effusione. Igitur quia hoc nomen Deus posuit dilectissimo filio, & angelo præcepit, vt beatissimæ virgini, & Iosepho sponso eius nūciaret, ideò sequitur in cōtextu. *Quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero cōciperetur.* Quod verissimū esse satis constat ex capite præcedenti, & ex Euangelio Matthæi. Nam in superioribus vidimus quo modo Angelus dixerit virgini Mariæ. Vocabis nomē eius Iesum. Postea etiā Iosepho dixit. Vocabis nomē eius Iesum, ipse enim saluū faciet populū suum à peccatis eorū. Sic enim Esaias prædixerat in persona saluatoris. Dominus ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordat⁹ est nominis mei. Alijs imponitur nomē postortū, mihi autē priusquā nascar, imò ante conceptionem. Propter tria nomē Iesus potius vocatū est ab angelo, quā ab homine. Primò, quia secundū Originē, primo in ipso & per ipsum saluati sunt angeli: & ideò primo conduxit angelos saluatorē nominare, qui prius ipsius salutē senserant esse effectū. Secūdo quia creatura dignior nominari solet à persona maioris reuerentiæ. Inde est quod Adā à Deo nominatus est, & quia

Mat 1.
Esai. 49.

Psal. 8.

dūs paulò minus minoratus est ab angelis in humanitate nostra constitutus: inde conueniens fuit, vt ab angelo priusquam ab homine nominaretur. Tertiò quia decet illum nomen rei imponere, qui eius proprietatem cognouit. Sic Adam nomina rebus imposuit. & quia homo nominis huius proprietatem nō cognouerat, & Angelia expertus fuerat, quia erat saluū facere, quod perierat: ideò ab Angelo nominatus est. Nemo enim potest rem veraciter nominare, nisi proprietatem rei veraciter cognoscat. Considera igitur Christū saluatoris nomen habere, & ad redimendū venire, & incipere natum octo diebus redemptionem facere, sanguinem sum in hac circuncisione effundendo. Ideò accede ad Christum, ne opulentus ille thesaurus, nēpe sanguis Christi tua causa perdatur: imò eo vtere, quicquam tolerando in recompensatiōne illorum laborum, quos ipse pro te passus est. Sed hæc sufficient, tā de mysterio circuncisionis, quā de nominis Iesu nuncupatione. Nūc cætera nostræ redemptionis mysteria prosequamur: quæ omnia ordinatè (vt in præfatione dixerat beatus Lucas Theophilo) euangelista prosequitur. Iā ergo post Christi circuncisionem agit de beatissimæ virginis secundū legem purificatione, dicens. *Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Mosi.* Certum & notum quidem est, quod saltem in passibili carne filius Dei non fuisse incarnatus, nec in mundum venisset, si homo non peccauisset. Peccatum enim Adam nobis Christum incarnatum, mortalem, & passibilem dedit. Ideò aduentus Christi non fuit nisi ad nostri vulneris remedium, & generis humani redemptionē. Quod propter magnum amorem, quem in illud habuit redimere voluit sua morte, & passione. Sed cū ad nos curandum veniret, & contraria contrarijs curantur, decebat quod arma peccatis contraria sumeret, quibus vinceret cacodæmonem, qui mortales subactos, atque depressos tenebat. Principium enim nostræ miseriæ & calamitatis fuit superbia primi parentis, cùm præceptum quod seruare deburerat custodire recusauit. Maluit enim suam, quam Dei voluntatem facere. Ideò cum Deus venerat ad nos redimendum illum humilem ad nostram curādam insolentiam venire, & obedientiam ad sanandam nostram inobedientiā oportebat, quæ inobedientia totius malicausa & origo fuit. Nihil ardet

ardet in inferno nisi propria voluntas, quam adimplere potius homo vult, quam Dei. Sic ipse dominus. A seculo confregisti iugum, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam domino sed post cogitationes meas ibo. A mimo vsque ad maximum omnes adimplere suas voluntates volunt. Quinis proprio iudicio regitur, & quod sibi videtur faciundum, facit. Peccatum quidē hanc propriā nutrit voluntatem: quæ nihil aliud est, nisi quædā inobediētia, & legis Dei trangressio. Ideò sicut Adam, quæ custodire tenebatur, nō seruauit: sic Christus ad hoc malū curandum venit, & obedire legi voluit, cū ad eius obseruationē minimè teneretur. Noluit homo præpotenti Deo obedire, & Deus hominibus paret: vt tanta sit humilitas & Christi obedientia, quanta fuit superbia & inobedientia prioris parentis. Ideò Paulus. Misit Deus filiū suū natū ex muliere, factum sub lege. Et alibi. Factus obediēs vsq; ad mortē, mortem autē Crucis. Primum quidem hoc est quod proponitur nobis de Christo ab Euangelista dicēte, quod Christus legi nō obligatus obedit, & ei subijcitur offerens se ipsum tēplo. Et hoc factū esse ait secūdū legem Mosi, non pro obligatione, sed secundū legē Mosi: cui Christus obedit, vt sua obedientia curet nostrā inobedientiā. Præceptum erat in lege Mosi, quod mulier, quæ suscepto semine masculum peperisset, immunda esset septē diebus: immunda quidē à consortio hominū, & ingressu tēpli, & die octaua circuncidebatur infantulus: & tunc ipsa mūda efficiebatur, quo ad consortium hominū, licet non quo ad ingressum tēpli. Sed post septē dies præfatos manebat mulier adhuc triginta tribus diebus in sanguine purgationis suæ, se abstinēs ab introitu tēpli: & sic quadragesima die præsentabat puerū in tēplo offerēs simul munera pro se & pro illo. Porrò si fœminā peperisset duplicabatur dies, tā quoad consortiū hominū, quam quoad ingressū tēpli. ¶ Aduerte autē quod beata virgo, quia nō in sanguinis purgatione manebat, & Christus qui Deus erat, & dominus legis non subiiciebantur legi: at vt nos docerent obedientiā, quā subditi præpositis debemus, & vt legi subijceremur, sic præsentari voluerunt. Discere præcepta maiorū seruare, licet aliquando ex lege ad ea non tenearis. Nam bonus obediēs sicut Christus & eius beatissima mater non tantum ea, ad quæ tenetur facit: sed adhuc plura alia propter bonum exemplum, & ad

scandalū tyronum deuitandum. Discе ex his prædictis tuam prælato subijcere voluntatē, quandoquidem Christus, & eius mater subijci tua causa ceremonijs legis non dubitauerunt. Præterea purificauit se beata virgo Maria, quæ nihil labis & peccati habuit, nos eruditos, vt ab omni inquinamēto carnis, & spiritus mundemur, & sanctificationem nostrā in timore Dei perficiamus. Hæc enim ad nostram doctrinam fecerunt, & ad nostram doctrinā scripta sunt, non ad suā necessitatem, sed ad nostrā vtilitatem. In multis enim, vt Iacobus ait offendimus omnes. Rursus, si volumus tēplum gloriæ Dei ingredi, debemus stolas nostras dealbare in sanguine agni: nihil enim coinquinatū intrabit in illud. Expurgemus vetus fermentū, & simus azimi. Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio nostra. Purificemus igitur nos intus & foris: mundem⁹ prius id, quod interius est, vt fiat id, quod exterius est mundum. &c. Obseruandū hic est quod benè sciebat sanctus Euangelista, quod beatissima virgo nō indigebat purificatione: sed vsus est vocabulo purgationis, quia secūdum populi existimationem purgabatur, licet non secundū rei veritatē. Sæpe enim scriptura dicit aliquā esse non secundū veritatem, sed secundum existimationem. Sic dicitur Ioseph pater Christi, non quod esset pater eius, sed quia sic putabatur. Similiter etiā dicitur in Euangelio, quod stellæ de cœlo cadent, cum stella quæ fixa est in cœlo, sicut nodus in tabula cadere non possit: sed quia sic populus existimabit, & videbitur ei stellas cadere videntes cometas currēres. Est enim cōsuetudo scripturæ gesta ita referre, quomodo tūc quādo fiebant, fieri putabātur: quod multis alijs exēplis probare possumus. Verū quia de his inferius in literali expositione parabolæ filij Prodigi Deo dante dicturi sumus: nūc ad contextū accedamus. Prosequitur nanque historiā hāc beatus Lucas dicens *Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini.* Nūc Christus in tē plo iam diuulgatur. Sicut sol qui illuminans suos cursus ascendit: ità Christus per nouem mēses in ventre virginis fuit absconditus: ita men nascitur, & pastores illuminat, octauaq; die terram suo sanguine incipit rubefacere. Sed nunc ascēdere in altum sol incipit, & publicè in templo omnibus ostenditur. Obserua quomodo beata virgo munus, quod à domino acceperat, offert domino. Sic & nos,

Exod. 13.
Iacob. 2.
Apoc. 1.
1. Ioan. 2.
1. Cor. 15.
Mat. 25.
Matth. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ de manu eius accepimus, per gratiarum actionem ei reddere & offerre debemus: Omnia enim gratiarum flumina è vastissimo illo infinite misericordiæ mari exeunt, & affluenter ea Deus distribuit, & in nos largiter effundit. Ita ergo sicut flumina redeunt ad mare, vnde exierunt, omnia bona nostra Deo offerre debemus: quia ab ipso dimanarunt. Quis enim plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quem amaturus es, nisi illum, qui potentiam tibi ad amândum dedit? Sed Deus cui fructu amoris non fruetur, quandò quidem in anima tua voluntatem plântauit, quacum amares? Si bona opera facis, & habes virtutes, gratias & ingenia, audi quid dicat Iacobus. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Et si bonas aliquas cogitationes habes, etiam Dei sunt: sicut ait Apostolus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Redde ergo, quæ sunt Dei, Deo: sicut hic virginem fecisse constat. Ne sis tyrannus, nec bona Dei vsurpes: sed illa redde Deo, qui illa tibi gratis dedit. Multi animam in vano suscipiunt, cùm illam Deo non reddunt à quo susceperunt. Vnde Dauid. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet ipse. Qui non accepit in vano animam suam. In vano res recipitur, quando ea non vtitur eo modo, ad quem facta est. Construxisti vestem, nec ea indueris, eam frustra construxisti: quia vestis ad induendum facta est. Emisti equum, nec vnquam illum ascendis, frustra emisti, quia eo non veteris ad id, ad quod factus & inuentus fuit. Intellectum tibi dominus dedit, vt illum cognosceres, & voluntatem, qua amares, & memoriam, qua illius recorderis. Tu verò quia tuum implicas intellectum in rebus seculi dignoscendis, in lucrandis opibus, in honoribus ambiendis, rebus humanis quærendis, voluntatemque in amanda carne, & bonis secularibus occupas, & memoriam in iniurijs, tepetendis, quæ tibi illatæ fuerũt, exercens, vt eas impunitas non relinquas. His quidem cõsideratis sequitur, quod frustra has potentias recepisti: quandoquidem Deus eas dem non ad hoc, sed ad illi seruiendum creauit. Illi quidem in vano animas recipiũt, qui sicut si animas non haberent, viuunt, tradentes sese auaritiæ, luxuriæ, & ambitioni. &c. Considera igitur quod si vis ad mõtem Dei ascendere, ne animam tuam in vano recipias; sed illã reddas Deo, qui tibi anteà donauit amãdo illum ex toto corde, & ex toto animo seruiendo: eidem dolor & voluntatẽ offerẽdo: quandoquidẽ tibi eandem elargitus est, sicut sanctissima virgo, quæ Deo filium obtulit, à cuius manibus exceperat. Expẽde interim quod quãdo duo homines sunt inimici & inter se pacẽ & amicitiã volunt cõponere, vt amicitia conseruetur, mutuo ad se cõmittere munera. Sic Abrahã dedit Abimelech oues, & boues & percusserunt ambo fœdus. Sic etiam Iacob cõfœderatus est cũ socero Labã: & postea cum fratre Esau, dedit eis munera. Hoc enim ipsum quotidie ad amicitiã firmandã contingere videmus. Magna quidẽ erat discordia quæ inter Deũ & hominẽ esse solita fuit, ità vt diceret Iob neminem audere ponere manum inter illos, post quã à terrestri paradiso homo fuit electus. Tamen vbi primum Deus nostram sumpsit carnẽ, illico pax inter eũ & hominẽ composita fuit. Pacẽ enim in nocte natalitia Angeli prædicãt, & ad maiorẽ huius amicitiæ confirmationẽ ab vna ad alterã partẽ dona cõmunicantur: Offert Deus generi humano donũ & munus maximũ scilicet filiũ suũ, vt mundus cognoscat & videat se à Deo amari: & humana natura offert verbum incarnatũ Deo in templo sancto suo, & etiã offert ei sacratissimam vterò humanitatem. Filium suum virgo offerẽs totam nostram etiam offert naturam, & hæc oblationem acceptans Deus & sacrificium, etiam omnia munera oblationis causã accepta. Nam propter demonstrationem pannicei & eius culturam bono ingenio operatam minet Deus contentus. Hic impletum esse credo illud, quod olim Deus promisit populo suo Israelitico in manu Ezechielis & Aggæi prophetarum eius dicens. Bonis donabo maioribus, quam habuisti à principio. Et Aggæus cùm reuersus esset cum Hebræis suis ex Babylonica captiuitate & videret templum quod Hierosolymis ædificabatur, afflatus diuino spiritu dixit. Magna erit gloria domus istius nouissimè plusquam primæ dicit dominus exercituum. Quid est, in quo maior est hæc secundi templi gloria? non certè in diuinis, nec in templi maiestate, non in ceremoniis, nec in sacerdotum sanctitate: nõ deniq; in diuinorũ vatum oraculis. Nam omnia hæc multo illustriora fuerunt in primo templo. Quando enim hoc secundum templum instaura-

Eccl. 1.

1. Cor. 9.

Iaco. 1.

2. Cor. 3.

Mat. 22.

Psal. 23.

ad. 3.

Lab

Ag

instaurabatur, senes qui aderant, & viderant primum templum Salomonis recordati amplitudinis & præstantiæ templi primi, videntes paupertatem secundi lamentabãtur, & non poterant lachrymas continere. Quæ est igitur hæc gloria secundi templi: & quod est hoc præstantius bonũ, de quo loquebantur Aggæus, & Ezechiel? De nullo certè loquebãtur alio, nisi de hac gloria huius secundi templi, in quod Christus filius Dei cum nostræ carnis substantia hodie ingressus est. Videbãt mentis oculis Ezechiel & Aggæus per spiritum propheticum tempus fore, cùm Deus factus homo intra mœnia Hierusalem in secũdo illo Iudæorum templo sese videndum in carne passibili mortalibus præberet, præsentatus à matre virgine Maria, & à Simeone sene iusto in brachijs portandus. Hæc fuit gloria Hierusalem, hęc fuit illustrior illa dignitas, & illud præstantius bonum, quod Deus in secundo templo promisit. O vere maior gloria huius secundi templi, quã primi. Subdidit statim Aggæus. Et venit desideratus cũctis gentibus, & implebo domũ istam gloria, dicit dñs exercituũ. Apertè dicit hoc templũ gloriosius esse primo, quia Christus in illud erat ingressurus. Præterea cùm hoc templum secundũ sit funditus euersum, apertissimè ostenditur venisse Messiã, qui iuxta Aggæi oraculum erat ad templũ illud venturus. Si Deus promisit per Aggæum venturũ esse Messiam ad templum illud dum extaret, templum verò illud est modo destructũ, nec est tale templum, nec lapis super lapidem: vbi est insania expectãtium Messiam? Ad quod templum secundum venturus est, si iam corruit, si est omnino restinctum, si neque talis templi inuenitur vestigium? Nec dicere possunt Iudæi se habituros templum aliud ad quod Christus veniat, nam Aggæus eorum propheta de eo ipso templo loquutus est, quod tunc Hierosolymis construebatur, & non de alio: vt eius verba planè testantur, imò apertè dixit nullum aliud futurum esse. Nam conijciens oculos in templum ipsum dixit. Magna est gloria domus istius nouissimæ, quam primæ. Clarè & apertissimè asserit propheta templũ illud nouissimum esse & vltimũ: vltra quod nullum aliud esset eis futurum. Quod hodie impletum aspicimus: nullum enim habent Iudæi templum, nec regem, nec sacerdotẽ, nec sacrificium. Adimpletum itaque cernimus in hac Christi præsentatione in templo prophetiam Ezechielis, & Aggæi. Sed iam ad cõtextum. *Quia omne masculum adaperiens vuluã sanctum domino vocabitur, & vt darent hostiam secundum quod scriptum est in lege dñi par turturũ, aut duos pullos columbarum.* Pro huius literæ clariori explicatione aduerte, quod in veteri lege circa pueros natos duo nebant: vnũ generale & commune omnibus: quia filio natovel filia cõpletis diebus purificationis offerebant sacrificiũ. Aliud erat circa primogenitos, qui erant Deo cõsecrati, eo quod percussit dñs primogenitos Ægyptiorum, & cõseruauit primogenita filiorũ Israel ab extermi natore. Sed inter primogenitos, qui erant de tribu Leui, & alios hoc erat discrimen. Quia primogeniti tribus Leui offerebantur, & seruiebãt ei iugiter dño: sed primogeniti aliarũ tribuũ offerebãtur, & quinque siclis redimebãtur. Christus, qui ex tribu Iuda erat oblatus est, & redemptus quinque siclis. Sic intellige literam. Omne masculinum adaperiens vuluam, ideſt, omne primogenitum: quia primogenitus est, qui in suo ortu aperit vuluam matris Sanctum domino vocabitur, ideſt, consecrabitur Deo. Vnde per Mosen dominus ait. Pro quo percussi omne primogenitum Ægypti, tam in hominibus, quàm in iumentis, sanctificaui mihi omne quod primo aperit vuluã in Israel, tam in hominibus quã in iumentis. Ideò ait Euangelista. Omne masculinum adaperiẽs vuluã sanctum domino vocabitur. De secundo autẽ qꝫ erat generale, & fiebat, pro primogenitis, & etiam pro aliꝭ omnibus dixit, & vt darent hostiam par turturum, aut duos pullos columbarum. Offerebant pauperes par turturum, aut duos pullos columbarum: nam diuites agnum offerebãt. Postquã dominus dixit & præceperat, vt offerretur agnus anniculus in holocaustum ait sic. Quod si non inuenerit manus eius, nec poterit offerre agnum, sumet duos turtures, aut duos pullos columbarum, vnum in holocaustum & aliũ pro peccato: orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Verũ hic aliqua obseruanda sunt. Primum horũ est, quod hic peccatũ nõ accipitur pro culpa, aut pro Dei offensa: sed pro immũditia. Solet enim in scriptura accipi peccatum pro pœna: vt est illud quod Nathan dixit Dauidi. Dominus trãstulit peccatum tuum à te, id est, pœnã peccato debitã. Et illud quod Paulꝰ ait de Christo Iesu. Qui peccatũ nõ nouerat, peccatũ fecit, ideſt, pœnã sustinuit. Et Ieremias in threnis. Maior

Exo. 13.

Leui. 12.

2. Reg. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.5. Tren.4. est iniquitas, ideſt, pœna iniquitatis populi mei, peccato, id eſt, punitione Sodomorũ. Voluit dicere, quod maior erat pœna Iſraelitarum, quam Sodomorum: quoniam illi in momẽto ſubmerſi ſunt cum vrbe ſua: ciuitas verò Sancta multis diebus prius ferreis machinamentis, bellicisque tormentis fuit oppugnata & tandem euerſa. Et iterum idem Ieremias. Patres noſtri peccauerunt: & nos iniquitates, ideſt, punitiones eorũ portauimus. ibidem. Et in Geneſi dicit Deus nondum completas eſſe iniquitates Amorrhæorum, id eſt, tempus ad puniendum. Cain quoque dixit. Maior eſt iniquitas mea, id eſt, punitio, quam vt feram: id eſt, eam poſsim ferre viuus. Sumitur etiam ſæpe peccatum pro immunditia legali ſcilicet ſanguinis, aut ſeminis aut contactus mortui, vt ſumitur hic cum fœmina pariens maſculum offerri iubetur par turturũ pro peccato, ideſt, pro immunditia: nam nullũ peccatum: ſi culpam pro peccato accipis, præceſsit in fœmina. Non enim congreſſus cum propria vxore prolis gratia peccatum erat aut parturitio, ſed ſola puerperij immunditia peccatum expiandum dicitur. Sic etiam de leproſo, qui ſine culpa ſua lepra laborabat, iubetur in leuitico offerre paſſerem pro peccato, ideſt, pro immunditia. Secundo obſerua quod in eo quod ait, adaperiens vuluam, ſatis oſtendit Chriſtum legi non obligari: quia ipſe vuluam matris non aperuit: nam clauſo virginali vtero exiuit abſque matris corruptione. Tertiò expẽde quod Chriſtꝰ hic tanquam peccator redimi voluit, vt nos à morte & inferno liberaret, & vt ſic redemptus nobis totaliter offerretur, & totus noſter eſſet ad vendendum, flagellandum, & crucifigendum. In natiuitate enim habuit ſe Chriſtus Ieſus, vt pauper homo: in circunciſione, vt pauper homo, & peccator: ſed hic habuit ſe vt pauper homo, peccator, & ſeruus. Pauperem ſe oſtendit, in eo quod oblationem pauperum obtulit: peccator, qui cum matre voluit expiari: ſeruus, quia ſicut talis redimi voluit. Vt ergo nos redimeret à ſeruitute legis antiquæ voluit ſe legi ſubijcere, vt Paulus ait. Gala.4. vt eos, qui ſub lege erant redimeret. Attende ô homo, qui à tam nobili redemptore redemptus es quantum tam illuſtri redemptori debeas: nam propter te cùm ſit dominus, ſeruꝰ efficitur, & pauperum cùm ſit diues oblationem offert. Propter nos enim vt inquit Pau- 2.Cor.8. lus, egenus factus eſt, vt eius inopia diuites eſſemus. Sed nunquid Magi, qui ab Oriente venerunt: non obtulerunt beatæ Mariæ munera? Quomodo tam cito tantam auri copiã expendit? Eam ferè totam pauperibus, & egenis erogauit. Ex hoc contextu diſcamus primo humiles eſſe exemplo Chriſti Saluatoris noſtri: qui vt ia diximus humilis, peccator, & ſeruus apparuit, cùm eſſet dijues, & dominus vniuerſæ terræ. Nos autem cùm ſimus peccatores & omni ſcelere coinquinati, probi volumus & magni coram mundo apparere. O quàm noſtra ſuperbia in hoc Chriſti hodierno opere reprehenſa eſt. Hic nos hanc virtutem, & opere & exemplo docuit & homo factus dixit. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Aliud eſt enim eſſe humile intellectu, & aliud eſſe humilem voluntate. Multi ſunt, qui agnoſcunt ſe eſſe peccatores, & dignos æterno ſupplicio, ſed nolunt ſic ab alijs reputari: imò vehementer exoptant coram imperita multitudine maximum ſanctitatis nomen compatare, & quodcunque bonum publicari: malum autem vt ſepeliatur deſiderant. Iſti ſunt humiles intellectu, quia ſe ipſos cognoſcunt, & de ſe non eſſe bonos, ſed malos intelligunt: tamen nolunt tales haberi. Verùm humilis voluntate eſt ille, qui ſicut ſe ipſum fragilem eſſe cognoſcit: ità etiã gaudet in eadem æſtimatione ab omnibus reputari, & ab eiſdem contemni & parui fieri. Sic Chriſtus verè fuit humilis corde: quia quod gloria & diuinus honos erat, occultabat: & mortalitatem, paſsibilitatem, & fragilitatem, quam vt verus homo habebat, manifeſtabat. Sic hic fecit & in transfiguratione quando in monte excelſo coram tribus Apoſtolis ſuũ voluit ſplendorem, & gloriam demonſtrare: verùm mortis ignominiam, & paſsionis ſuæ tormentum coram infinita propemodum hominũ multitudine, imò tempore paſchali voluit ſubire, vt ab omnibus videretur. Sic etiã in natiuitate paucis, ideſt, paſtoribus oſtendit miniſterio Angelorum gloriam ſuam: ſed paupertatem ſuam hic in templo publicè oſtendit coram multis aſtantibus. Nos verò tã quam ſuperbi ignominiam noſtram paucis, vel nullis oſtendimus: gloriam autem publicamus, & per plateas decantari facimus. Et quia pauci ſunt, qui Chriſtum humilem corde ſequantur & imitentur, clamat ipſe. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Docemur ſecundo exemplo beatæ virginis Mariæ adducere filios in templum, inſtituendo illos bonis moribus: iuxta illud. Filij tibi ſunt, erudi eos: & incurua eos, à pueritia eorum. Sed multi potius offerunt filios diabolo, quàm Deo: illos ſumptuoſe veſtibus, & exquiſitiſsimis epulis educando, & multis vitijs, & malis moribus aſſuefaciendo: iuxta illud Pſalmi. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. Tertiò vt primogenita, ideſt, principium vitæ noſtræ offeramus Deo. Mira eſt peruerſitas illorum, qui florem iuuentutis ſuæ volunt offerre diabolo, fæces verò ſenectutis ſuę Deo. Ideoq; in inferno fæces calicis iræ Dei bibent. De quibus in pſalmo. Veruntamen fæx eius non eſt exinanita, bibẽt omnes peccatores terræ. Ideò Ieremias ait. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Quapropter tu qui iuuenis es, offer Deo bonos tuæ adoleſcentię annos: neque in ſenium pœnitentiam releges. Tunc enim pœnitere ſi velis ſenio grauatus non poteris: iuxta prouerbium illud. Adoleſcẽs iuxta viam ſuam etiam cùm ſenuerit non recedet ab ea. Longa enim peccandi conſuetudo te conſtrictum tenet, & magna quidem cum difficultate te emendare, & corrigere poteris. Quod ſi mihi fidem non adhibes, audi Ieremiam. Sicut Æthiops non poteſt mutare pellem ſuã, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum. Quando peruenit ad ripam nauis non ſunt vela extendenda, ſed tunc anchora eſt iacienda. Tamen tu quando ad vltimam ætatis tuę metam peruenieris, tunc poſt vitam conſumptam ſperas poſſe pœnitentiæ vela tendere: ſed lõgè te tua fallit opinio: nam modo dum iuuenis es vela pœnitẽtiæ ſunt extendenda, non verò ſenectus eſt expectanda. Quapropter primogenita, quæ ſunt priores anni vitæ tuæ offer Deo, & priores operum tuorum fructꝰ, qui poſteà licet velis difficilime poteris. Docemur quarto magnam rationẽ circa Dei legẽ nobis eſſe habendã, & magnã curã circa noſtra opera corrigenda & emendanda propter præcepta, quæ in diuinis literis ſcripta reperimus. Nam Chriſtus dominus cùm eſſet Deus, & à lege exemptus, quod facit legi cõſentaneũ eſt. In his paucis verbis tẽ dicit Euangeliſta ſecundum legem domini. Primò ſecundũ legem Moſi: ſecundò, ſicut ſcriptum eſt in lege domini: & tertio ſecundum quod dictũ eſt in lege dñi. In quo Euãgeliſta nobis ſignificare voluit quam meditari debeant eſſe noſtri cogitatus, & noſtra verba & opera quam debeant legi Dei conformari: quandoquidem ipſe Chriſtus quæcunque fecit ſunt ſecundum legem. Quod Dauid exPſal.118. plicauit dicens in Pſalmo. Quomodo dilexi Lib.22. legem tuam domine, tota die meditatio mea tem. Fauſt. eſt. Cùm peccatum vt Auguſtinus ait, eſt dic.27. ctum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: ideò tribus vicibus dixit, ſecundũ legem domini. At nunc lex Dei parui pendi- Mat.5. tur: & noſtris temporibus plus homines cogitant de cauſis forẽſibus, quàm de lege Dei: potius legibus mundi reguntur, quæ dicunt iniurias eſſe vindicandas: quàm legẽ Dei, quæ dicit. Diligite inimicos veſtros: & benefacite his, qui oderunt vos. Plus apperunt magnates in pompis & mundi vanitatibus viuere, quam ſoluere debita & ſumptus, ſuperfluas expenſas comprimendo: & tanquam venenoſas reſecando: & ſatis eſt, quod in rebus omnibus lex carnis præfertur legi ſpiritus. &c. Docemur etiam quinto & vltimo ceremonias eccleſiæ ſanctæ traditas à ſanctis patribus ſtudioſè ſeruare, & venerari: ſiquidem Chriſtus has legis ſanctiones, & ceremonias ita advnguẽ vt dicunt, ſeruauit. Nam quòd mulier quadrageſimo die in templo præſentaretur poſt partum, & has auiculas offerret, non erat præceptum morale, nec iudiciale, ſed ceremoniale: quod vtique Chriſtus Saluator noſter (cuius actiones inſtructiones noſtræ ſunt) non contempſit. Ad has antiquas veteris legis ceremonias ſacroſanctæ Eccleſiæ Romana ſpiritu ſancto gubernata, alias adiunxit & inſtituit ceſſante veteri lege: vt ſunt ceremoniæ quibus vtimur in ſacrificio miſſæ, & in alijs ſacramentis, quæ maximè cõducunt ad venerationem ſacramentorum. Scio q̃ in his ceremonijs non cõſiſtit perfectio, tamen ſunt vt ſepes, quæ hortum circunuallat, & fructus cuſtodit: ità hæ ceremoniæ cuſtodiunt deuotionem, animoſque hominum commouent ad res diuinas inquirẽdas: & hac de cauſa ſicut fauores & auxilia ſpiritualia cuſtodiendo, æſtimanda, & ſumma ob ſeruationẽ colenda ſunt. Næuus quem formoſa mulier habet in facie eandem pulchriorem reddit. Parua quidem res eſt næuus, tamen iuncta pulchræ mulieri illam formoſiorem efficit: ità ceremoniæ quamuis de eſſentia rei non ſint, tamen nimis exornant ſacramẽta & noſtræ fidei myſteria. Has ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ceremonias impius Lutherus tanquam apertiſsimus hoſtis Eccleſiæ, & to-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tius sanctimoniæ, & bonitatis infestissimus aduersarius damnat, & destruit. Sed ille in tenebricoso inferni carcere perpetuò iacebit: ceremoniæ verò ecclesiæ quicquid Lutherani molìantur, in sempiterna seculorum secula manebunt. ¶ Demum vt concludã post quadraginta dies offerebatur filius in templo, & post octoginta offerebatur filia: quia post ipsos quadraginta infundit Deus animam pueris in vtero matris, & fœminis post octoginta. Sic etiam postquam nati sunt, vult Deus vt eos offerãt & non antea: Deus enim non acceprat opera nostra mortua sed viua, factaque in statu gratiæ. Ideoque in lege non præcepit, vt offerentur ei pisces maris aut aliunde, sed arietes, agnos, vitulos, auesque & huiusmodi alia. Cuius ratio est, quia pisces statim vt de aqua educuntur, moriuntur: Deus autem odit sacrificia mortua, & acceprat viua sacrificia. Itaque offer tu Deo viua sacrificia, hoc est, opera viua charitate: siquidẽ hæc tantummodo sunt meritoria gratiæ & vitæ æternæ, Deoq; grata. *Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon.* Iam hic Euangelista incipit agere de testibus fide dignissimis, quos Christus habuit in præsentatione prædicta. Sed singula verba Euangelistæ annotanda, & discutienda sunt. Per demonstrationẽ ostenditur magnum notabile & attentione dignum. Inquit enim Euangelista: ecce homo erat. Hominem vocat illum. Mũdus eos, qui per summam audaciam, intolerandamq; licentiam detestanda scelera perpetrant hos contrucidando, illos probris & iniurijs lacerando, hos mundus fortes & magnanimos solet appellare, quos quidem sacra scriptura nõ homines, sed ferocissimos Leones, immanissimosque tigres appellat: illum verò hominẽ, qui timet Deum, iustum atque sanctum nuncupat. Nõ ille dicitur homo, qui habet duos pedes, duas manus, & duos oculos sed qui iustitiam sequitur, & ratione vtitur iuxta hominis diffinitionem. De iusto & sancto Iob ait scriptura. Fuit vir in terra Hus nomine Iob: non dicit quod habet pedes, aut duo brachia: sed quod erat simplex, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhærens bono. ¶ In Hierusalem dicit, quod erat: quia hic vigebat cultus diuinus, studiumque legis ac prophetarum. In hac ciuitate sancta erat hic sanctus senex. Vide etiam & tu, qui clericus, aut monachus es, vt talis sis, qualis est locus in quo habitas. Monasterium sanctum est, & ibidẽ multi sanctimoniæ dediti habitarunt: & nunc honestè & religiosè viuunt. Locus in quo vitã degis terra sancta est: habes plurimos, qui peccata etiam leuissima confitentur, tem diuinã quotidie faciunt. Dei laudibus, & psalmodiis in choro assistunt, orationi & lectioni vacãt. Ideò tu quare ignauè & remissè viuis, cũ inter sanctos, & in choro coram sanctissimo sacramento, & in loco tã sancto vitã agas? Quare inter bonos malus existis: Eo tẽpore, quo alii religiosi viri inter sanctos Angelos sunt Deum laudantes, tu malis cogitatibus illum offendis? Idem, quem habitas locum, te damnat, & arguit. Denique vocabatur Simeõ, qui inter sacerdotes famosus erat atque notissimus: senectute iã frigidus, spiritu tamen feruẽs: inclinato corpore, sed animo erecto: ætate marcidus, sed vitę innocentia floridus. Sed audi quid vltra de sancto isto Simeone dicat Euangelista. *Et homo iste iustus, & timoratus.* Duo dicit. Primò quod erat iustus: secundò quod erat timoratus. Sed singula expendamus. Iustus calceus dicitur, quando pedi, & mensuræ eius conformis est, ita vt nec laxus, nec etiam constrictus sit. Curiosem hominem & perpolitum videbis tã iustos & conformes calceos ferentẽ, vt si fortè lapillus, lenticula, vel quæcunque res aliqua intromittuntur in calceos, maximum sentiat dolorem, & sic stãtim vir iste calceum excalciat, lapidemq; extrahit, Tamen agaso vel rusticus, qui calceos laxos, vel ocreas oblongas & arena refertas portat, hunc dolorem non sentit, nam licet lapilli & arena intromittantur, non tamen rusticum discruciabunt: quia calcei laxi sunt, & pedibus mordaciter non adhærent. Sic vir iustus & bonus non ferre potest vel minimum peccatũ veniale: nã cùm iustus sit, & iustã habeat conscientiã, quæuis res etiam minima illũ torquet & angit, & sicillicò tollit calceos, & ad sacrum confessionis fontem, vt mundetur ab illo peccato recurrit. Tamẽ in improbo homine cum vsuræ, luxuriæ, infamiæ, & mendacia dominentur, & regnent, ne quidquam hæc illum mordent, & lancinant: imò propriæ conscientiæ detrimentum & iacturã non sentit. Dormit, requiescit, & delectatur sine scrupulo conscientiæ, & sine sensu & cõsideratione peccatorum, quæ patrauit. At sanctus Simeon vir iustus, & timoratus, quamcunque Dei offensionem & perhorrescebat, & considerabat: & ideò addidit illud verbũ, & timoratus: quia qui sine timore est nõ potest iustificari. Aliqui sunt iusti quorum iustitia declinat in vitium præsumptionis, quia de sua iustitia nimis præsumunt: ideò ad hoc remouendum addit quod erat timoratus: sciens quod omnes iustitiæ nostræ sunt tanquam pannus menstruatæ. Nullus dum mortali hac aura fruitur, debet de propijs meritis, aut de sua sanctitate præsumere: sed potiùs occulta Dei iudicia formidare. Ad tantã sanctitatem peruenerat Dauid, vt cum bis posset occidere Saulem persecutorem & inimicũ, noluerit: quin potius prohibuit Abisai, ne occideret Semei, qui maledicebat Dauid, & lapides mittebat: sed nihilominus de se præsumpsit, & clarus dixit, Ego dixi in abundantia mea, non mouebor. Sed vt experientia sciret Dauid, quod iustitia conseruanda erat Dei timore, formidando semper interitum, & ruinam, derelictus est à Deo in suo sensu & Vriã optimum militem occidere fecit. Quis tale putaret de viro vtique sanctissimo? Quis crederet, quod ille qui inimicis pepercerat amicũ necaret? Qui stat, inquit apostolus videat, ne cadat. Quia iustitiam cũ Dei timore Dauid non conseruabat, ideò submersus est. Quare non in propijs meritis cõfide, sed in Dei misericordia: timens semper ruinam. Nescis enim quanto tẽpore perseueraturus es in bono opere nec prouideo. Ideoque non absque causa Euangelista ait, quod Simeon non tantum iustus, sed & timoratus erat. Quiquidem sanctus Dei timor iustitiam & sanctitatem conseruat, sicut ignem. De ipsa enim sanctitate exijt timor filialis, qui charitatis ignem conseruat. Expende etiam quod quamuis iste iustus Simeon omnibus polleret virtutibus, tamen peculiariter suam iustitiã commendat hoster Euangelista, laudans illum, dicens in Dei timore esse perfectum: secundum quod dicitur quilibet sanctorum, in aliqua virtute amplius splẽduisse. Propter q̃ de vno quoq; illorũ canit mater Ecclesia illud Ecclesiastici. 1. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Vnde Paulus. Vnusquisque enim suum donum habet à Deo. In his duabus virtutibus peculiariter sanctus Simeon præeminebat, & de his commendatur: videlicet de iustitia, quæ est virtus cardinalis & specialis, qua vnicuique datur quod suum est: vel de iustitia quę est virtus generalis, & virtualiter de omni virtute qui omni virtutum genere fuit exornatus, fuitque præcipuè charitatiuus, & iustus: non enim proprium, priuatumque quomodo sed bonum commune, & vniuersalem omnium salutem desiderauit. Laudatur etiam quia timoratus fuit: sanctum enim timuerim & filialem habuit timẽs ne Deum læderet. De hoc Ecclesiasticus ait. Nihil melius, quam timere Deum. Et in psal. Timete Deum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timẽntibus eum. Itaq; iustus fuit erga proximum & timoratus erga Deũ. Per timorem diuertit à malo, & per iustitiam fecit bonũ iuxta illud psalmi. Diuerte à malo & fac bonum. Verum vt scias quam verè dixit Euangelista: quod Simeon erat iustus, & timoratus: audi quid de illo dicat. *Expectans consolationem Israel.* Quam per Messiam quem iam expectabat fore sibi venturã. Vere iustus & pius erat hic senex: quia non propriã salutem, sed populi Israel consolationem expectabat. Non proprium commodum, sed bonum commune quærebat: quod proprii est iustorum. Sic Paulus. Non quod mihi vtile est, sed quod multis. Pauci imò paucissimi sunt qui zelant bonum commune. Omnes enim quæ sua sunt: & hinc fit, vt nõ bene respublica gubernẽtur, & vt nullum fermè vestigium iustitiæ in mundo reperiatur: quia nullus est qui reipublicæ cõsulat. Bonus vir: & reipublicæ vtilis erat Moses qui dicebat. Dimitte illis hanc noxã aut dele me de libro vitæ. Et Paulus: Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et iterũ. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Non cõtentus est Deus, vt quisq; sibi viuat, nã quilibet Christianus reipublicæ officialis est: nec sutor & sartor tantũ sibi vivit, sed reipublicæ. Sic tu qui Christianæ reipublicæ officialis es, non tibi, sed alijs viuito. Vnde Paulus. Nemo quod suum est quærat, sed quod proximi. Et alibi. Vnusquisq; vestrũ proximo suo placeat in ædificationem. Hoc autẽ quod Paulus ore prædicabat, opere adimplebat: atque ideò dixit. Cupio dissolui & esse cum Christo: manere autem in carne propter vos. Ideo Petrus vocat homines lapides viues: Nam sicut in ædificio vnus lapis sustinet alium, & habet alium supra se, & ipse alio etiam sustinetur: sic nos sustinere & adiuuare alios debemus, & eodem modo proximi nos, & quidam alijs, alij verò aliis fauere etiam tenentur: vt illud quod consulit Apostolus facere possimus. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legẽ Christi. Lex Christi amoris est, quia præcipit, vt nos inuicem

Leui. 1.

Hinc nunc

Iob. 1.

Matth. 24.

Psal. 16.

Psal. 19.

Sap. 11.

Eccl. 19.

Psal. 33.

Psal. 36.

Psal. 33.

Exodo. 32.

Rom. 9.

2. Cor. 11.

Philip. 2.

1. Cor. 10.

Rom. 15.

Philip. 2.

1. Pet. 2.

Gal. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem adiuuemus,& vt proximorum nostrorũ salutem procuremus, & eorum commoda pro viribus tueamur. Talis erat senex hic Simeon, qui proximorum salutem, prætendebat,& desiderabat. Sed misera hac nostra tẽpestate (quod plorandum est) oppositum fermè quotidie videmus: vnusquisque enim suam quærit vtilitatem, nec quisquam est, qui nisi suum commodum prætendat. Vnde Esaias, Væ qui coniungitis domum ad domũ, & agrum agro copulatis. Quod si rectè aduertimus, reperiemus totum hunc Labyrinthum ex nimio amore, quo nos ipsos prosequimur, dimanare: & hic proprius amor malorum omnium, quæ in mundo fiunt principium est, atque fons. Quod bene Paulus Timotheo scribens demonstrat, quando dicit. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, &c. Considera igitur, quòd proprius amor causa est malorum omnium, quæ ibi depingit Paulus: & ideò hunc amorem in principio collocauit Apostolus vti basim & fundamentum, quo omnia vitia & peccata nituntur. Nihil acrius homini nocet, quam propria voluntas. Ipsa quidem est, supra quã residet tota peccatorum inordinatio, & vbi mundi amor requiescit. Tolle fundamentũ proprii amoris, & omnes muri Iericho cadẽt: qui sunt stultitiæ & vanitates, quarum amore flagras. Iudiciũ præuertit proprius amor, cõfundit rationem, obscurat intellectum, inficit voluntatem, & viam salutis intercludit. Hic proprius amor Deum non cognoscit, proximum ignorat, relegat virtutes, quærit honores, & mundum diligit. Qui sic diligit animam suam (ait dominus) perdet eam. Radix tandem totius iniquitatis amor proprius est. Esau, Saul, & Antiochus non obtinuerũt suorum peccatorum veniam: quia magis suã perditionem & ruinam considerabant, quã Dei offensionem, & eorum dolor, & pœnitẽtia ex proprio amore procedebat. In rebꝰ omnibus quære Deum, & bonum proximorum, & tui obliuiscere. Proprium & non commune bonum mortales quærunt: & hinc fit, vt omnia vt videmus ad perditionem tendant. Vtinam nunc plures essent Moses, multi Pauli, & Simeones, qui tantis vulneribus medicinam adhiberent. Sed de his satis. ¶ Expende etiã quod sanctus hic senex non expectabat consolationẽ temporalẽ Israel, vt multi putabant: sed spiritualẽ consolationẽ animarum, quã iã credebat venturã. Ideoq; ante mortẽ desiderabat saluatorẽ cernere oculis corporalibus. Fama erat tũc apud populũ Iudaicum tẽpus adesse venturi Messiæ: & ideo sacerdotes & Leuitæ miserũt Ioanni interrogantes an esset Christus. Sic etiam tunc multi se fecerunt Messiam, & dixerũt esse Christũ. Videbant sceptrũ regni Iuda venisse ad Herodem alienigenã, iuxta signũ quod eis dederat Iacob. Videbãt etiã Danielis hebdomadas, quas decreuerat aduẽtui Christi propemodũ euolutas esse: quibus argumentis suffultus Simeõ consolationẽ populi Israelitici expectabat, Christi aduẽtui iã appropinquante: & vltra hæc, reuelationẽ quoq; spiritus sancti habebat: atq; ideò subditur. *Et spiritus sanctus erat in eo.* Nõ solũ per essentiã, potentiã & præsentiã, quomodo est in omni creatura: nec solũ, per charitatẽ, & gratiã qualemcunq; prout est in eo, qui est in charitate, quæ vita est animæ: sed per gratiã eminentẽ, & charitatẽ ardentẽ secundũ quod est in viris Heroicis & perfectis. ¶ Obserua autem q̃ duplici de causa noster Euangelista profert laudes & præconia de sancto Simeone: videlicet q̃ sit iustus & timoratus, & expectans cõsolationem Israel, & q̃ Spiritus sanctus erat in eo. Prima est, quia Simeon erat Christus benedicturus, eiusque laudes decantaturus: Deus autẽ non vult ab improbis laudari, sed à viris timoratis & virtutibus excultis. Quamobrem prius etiã Euangelista laudauit Annã prophetissã, & postea subdidit q̃ confitebatur dño. Sed de his suo loco oportunius inferius dicemus. Secunda ratio est, quia Simeon Christũ manibus erat sumpturus. Expende igitur & tu, quã sanctus, purusque debet esse sacerdos ille, qui Christum ferè quotidie manibus mentequetractat, nẽpe iustus, timoratus, & Spiritu sancto plenus: siquidẽ de Simeone Christum gestaturo tot laudes refert Euangelista, eiusque heroicas canit virtutes. Si Deus in veteri lege præcipiebat filiis Israel, vt lauarẽt vestimẽta sua ad suscipiendã legẽ: quãto maior sinceritas animi requiritur ad suscipiendum in se ipsum legislatorem? Nimis exultabat Aman ille, ex quo regina Hester inuitasset eum, vt in regio sederet conuiuio. O quãto opulentius est regis nostri conuiuium, in quo Christus ipse sumitur, & sacerdos sedit idẽ. &c. Sed de his satis. Quid autem de sancto

Esa. 5.

2. Tim. 3.

Iosue. 6.

Ioan. 12.
1. Reg. 15.
2. Mac. 9.

cto isto Simeõne dicat Euãgelista, audiamus. *Et responsum acceperat ab Spiritu sancto, non visurum se mortẽ, nisi prius videret Christum dñi.* Verè hic senex præ magnitudine desiderij expectans salutare Dei deficiebat cor eius & anima eius: & cum Dauide dicebat. Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuũ superiperauit. Absentia dilecti parit animæ defectionem: sed quo amplius laxatur effectus, eo amplius amor crescit: & quo diutius abest quo videndo tatur eo expectantis desiderium, maiori quadam vi amoris ignescunt. Caro deficit in hoc fune: sed cupiditas augetur. Expectabat sicut vxor Tobiæ desiderabat filiũ peregrinantem, & sedebat in supercilio montis vnde respicere poterat de longinquo venientem filium. Sed hic senex sanctissimus verbo Dei fretus responsum & promissum expectabat: nam deficiens, ieiunio, & diuini promissi erigebat. Expende etiã quod si sanctus iste senex tolerauit huius vitæ miserias, quæ acerbæ sunt iustis, vt Christum in carne non viderit in perpetuum, sed per horam videret: quantum niti debemus, vt beatifica summi Dei visione in supremo illo beatorũ domicilio fruamur? Non sunt condignæ passiones huius seculi (inquit Paulus) ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vita hominum octogenaria tranfactis annis (inquit Dauid) non est nisi labor, & dolor, & plus mori, quàm viuere: & hos vitæ labores patienter tulit Simeon, vt vna hora Christum in carne mortali, & passibili videret. Ideò tu considera, quãtos debes pati labores, vt in cœlo immortalem Christũ perpetuo videas. Tamen ne existimet mundus probos atque sanctos, quanuis in hac vita variis laboribus afflictentur, ne inquam opinetur illos à summo Deo esse contemptos: inquit hic Euangelista hũc senem propter responsum ab Spiritu sancto acceptum esse retentum, vbi certè promissum erat se visurum, quod exoptabat. Nunquam bonos Deus destitutos relinquit: quia inter anxios huius vitæ labores eosdem maximis donis & beneficijs ditat, & cumulat, & reuelationibus spiritualibus eosdem quam sæpissimè solatur: qui bus spiritualibus delicijs in hac vita sustentatur, & aluntur. Sic ille Simeon responso Dei accepto recreabatur, & hoc verbo sibi promisso triumphans quodammodo aiebat.

¶ Sed cum responsum non detur nisi roganti: quando interrogauit hic senex? Intelligens prophetias orabat clauso ostio in secreto loco, magis verò in cubiculo cordis, vt non videret corporis mortem, antequam in corpore omnium vitam Christum cerneret. Hoc expectans, atque obnixè petens accepit responsum ab Spiritu sancto per occultam reuelationem, non visurum se mortem in corpore, nisi videret vitam in carne. Quamuis enim opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, tamen appropriantur Spiritui sancto reuelationes huiusmodi. Credidit Simeon scripturis, quæ de Messia loquebantur: ac deinde habuit reuelationem. Docemur eos esse dignos reuelatione, qui credentes scripturis assequuntur, quæ credunt, & faciunt ea. Secundò quod illæ reuelationes sunt certæ, quæ nõ dissentiũt ab scripturis. Tertiò quod Deus iustas & sanctas petitiones libenter exaudit: quando ea, quæ ab ipso petimus ad gloriam Dei proximique vtilitatem dirigimus. Quia sanctus hic Simeon bonum commune desiderabat, ideò meruit exaudiri & auribus suis percipere responsum à Deo. Nos verò propterea non exaudiamur, qui nocitura nobis & proximis nostris postulamus. Expende etiam hic Dei bonitatem & clementiam, quod iustos ex hac vita desolatos proficisci non patitur. Sic Mosi antequam migraret ad dominum terram promissionis ostendit. Sic Aaron vidit antequam mortereretur filium suum Eleazarum summum sacerdotem, & vestibus sacerdotij indutum. Dauid quoque in senectute iam morti propinquus vidit filium suũ Salomonem regnantem: & hic Simeon Christum in carne vidit & gaudijs & oblectamentis spiritualibus plenus, in pace tandem quiescit. ¶ Vide etiam quomodo Deus quemcunque vocat, eum eisdem rebus commouet, quas manibus assidue contrectat: & ideò Iudæos, qui rerum diuinarum cognitionem habebant, & circuncisionem atque legem obseruabant, per Angelum qui mentis & rationis compos est, eos Deus vocauit: qui Iudæi perspicaci, & bono erant intellectu, & Deũ præterea nouerant. Itaque angelus eduxit eos de terra Ægypti, & illis deserrum commonstrauit. Pastoribus etiam, qui Iudæi erãt, Saluatoris natiuitatem Angelus denunciauit. Magos quoque qui Astrologi erant per stellam vocauit, & stella eduxit eos ex Oriente ad Christum. Annam denique & Simeõ, qui contemplantes orationibus indefessè vocabant, per reuelationem vocauit, & eos adduxit ad Christum dominum. Sic quoque tu homi-

Num 27.
Num. 20.
3. Reg. 1.
Exo. 24.
Luc. 1.
Matt. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu homines eisdem rebus, circa quas versantur ad virtutem allicere, & attrahere debes. Si hominem infimum veluti fabrum ferrariũ consuleueris, vt factam sibi iniuriam remittat, alium infimum opificem, non verò potentẽ magnatem missurus es. Etenim hac ratione quicquid volueris impetrabis. Nam si equitem vel nobilem miseris parum vel nihil cõsequeris: multùm enim valet ad hominum animos conciliandos morum, vitæ, officii denique simiitudo & pariformitas. Nam postquàm simul biberint & comederint hi duo opifices, si alter illi, qui est iniuria affectus dixerit. Amice iniurias tibi illatas benignè remittito: facili, imò facillimo negotio, quicquid volet, impetrabit. Itaque nobilem nobilis conciliat: & sutor sutorem ad beneuolẽtiam & amicitiam trahit. Si Deus luxuriosum vel ambitiosum hominem inspirationibus recrearet, putaret ambitiosus aliquas esse cacodæmonis machinationes: ideoque eas tanquam inutiles, & pernicioſas reijceret. Quapropter summus ille rerum omnium parens filium, nunc luxuriosi viri contrucidat, & nũc ambitiosi charissimã vxorẽ interimit, illumq; dignitatibus & honoribus, si quos fortè possidet omnino spoliatum relinquit, & hoc modo peccatores ad sese adducit & trahit. Nam si inspirationibus essent hi scelerati homines ad virtutem commouendi, cùm illi rerum diuinarum gustum & saporem non sentiant, frustra tempus absumeretur. Itaque Deus illis eisdem negotiis, quæ tractant mortales illis inquam eosdem commouet ad virtutem. Et ideò inspirationibus & reuelationibus Simeonem ad se traxit: quia vir spiritualis, & contemplatiuus erat. At verò reprehensione & punitione Saulum commouit qui superbiebat, obcæcando illum, & in terram mittẽdo, dicens. Saule Saule cur me persequeris. &c ¶ Trutinare etiam quod concedit Deus Simeoni, quod petit: rem enim bonam, vtilem, & conducibilẽ petebat, nam vt diximus non solum suam, sed populi gratiam & consolationẽ expectabat & petebat. Si verò nos quod petimus, non impetramus, est, quia vanitates & res inutiles nostris animabus & proximis postulamus. Cùm Iacob quæsiuit nomen Angeli, nõ obtinuit, quod petebat: quia inutilis erat petitio, scire videlicet nomen angeli. Sed cùm petiit à domino vt benediceret ei, obtinuit benedictionem: quia rem vtilem petebat. Matthæum postulauit, vt Maria Soror, quæ verbum Dei audiebat, adiuuaret eam in administrando, non fuit ad votũ exaudita: quia inutilem rem petebat. At cùm pro Lazaro orabat, quia bonum & vtilitatem proximi cupiebat, meruit exaudiri, & fratrem suscitatum videre. Sic filii Zebedæi, qui honorem ambiebant, & primatum petierunt: non assequuti sunt, quod petebant. Quando Dei fauorem imprecamur, & sanctum aliquẽ, vt pro nobis intercedat, assumimꝰ: ideò postulata nobis nõ cõceduntur, quia concedẽda nõ postulamus. Quapropter cũ pernicioſa peramus sancti non intercedunt: etenim non nisi ea quæ sunt iuxta Dei voluntatem petere cõsueuerunt: ideò clamamus, & quod petimus, non consequimur, quia nec bonum, neq; vtile postulamus. Petit vxor à Deo sanitatem marito, & eam non obtinet: quia scit Deus quod si maritus reconualescat futurũ esse concubinarium, aleatorẽ, latronem, vel quid simile propter quod melius est, vt infirmetur. Et sic de aliis. Igitur quia iustus Simeon rem bonã petebat, scilicet in carne videre Christũ (qui salus omnium, & populi Israel consolatio erat) exauditus est: & responsum accepit ab spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum. Obseruandũ est, quod nõ dixit illum non esse moriturum, nisi videret Christum domini: sed quod non esset mortẽ visurus donec videret Christum domini. Aliud est enim videre mortem, & aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illam in vita considerat: & ille etiam videtur à morte qui sine eius consideratione repentè inuaditur, & capitur ab eadem. Qui aggressorem videt, illius iram & furorem facilè retardat, & eundẽ quod maius est, aliquando contruncidat: verùm si venientem inimicum non videt, illiusque inopinatum aduentum nõ præuidet, facili negotio ab inuasore interfectus peribit. Admirandæ virtutis homines dũ his miseris compagibus constricti tenentur mortem indefessa consideratione, assiduaque meditatione intuentur: & ità eam fermè quotidie venientem perspiciunt. Multorum enim morti præsentes interfuerunt: quod si aliquando ab ea inuaduntur, ipsam vulnera tam & occisam relinquunt. Nam licet moriantur, eorum mori viuere est. Tamen flagitiosi homines, qui repentinũ mortis aduentum nunquàm considerarunt ab hac ferocissima bestia impanati, aliquando deuorantur: & quod peius est, ipsa de eisdẽ sæpè sæpius triumphat. Sicut pisces capiuntur hamo, sic iniqui capiuntur rempore malo. Indignus consolatione est in morte, ille, qui aliquam in vita contemplatus est eam: & mors quando venerit superabitur, si priusquam veniat attente præuideatur. Nihil te mortis dolore liberabit, quã frequẽs eius meditatio. Sapientis vita est meditatio mortis. Ideò sapiens admonet dicens. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & diem multorum, qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. Pulchrum est vitam antequam mors veniat condimentare, & expectare postea securè tui temporis aliam partem. Si mortem memoria teneres, nunquam fallacibus huius vitæ mẽdacijs deciperere: imò præpotenti Deo seruiendo religiosius viueres. Igitur venturæ mortis recordare, & para tus, semper viuito velut si sic vtamur tuæ vitæ esset dies: quia sic paratus mortem appropinquantem videbis, & eius consideratione tam venientem suspectam. Sed historiã prosequamur. *Et venit in spiritu in templum.* Hoc est, Spiritus sancti instinctu, quo reuelãte intellexit adesse horam, in qua erant adimplenda omnia, quæ de Christi visione sibi promissa erant. & per spiritus sancti vnctionem acceperat reuelationem, adesse eum Christum dominũ illi promissum. Eadem ergo gratia, qua venturum Messiam prænouerat, præsentem quoque cognouit. Habuit namque hic beatus senex Spiritum sanctum habitatorem, doctorem & ductorem. O quam felices sunt illi, qui spiritu formationis, & spiritu malignitatis non reguntur, sed domini spiritu gubernantur, vt eiusmodi filij Dei vocentur, iuxta illud Pauli. Quicunque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Quod si filij, & hæredes per Deum. Situr etiam verò vela in flatu videmus, cum illa ab eodem impleantur, & impellantur: sic manifestatur in homine præsentia Spiritus sancti, cùm hominis voluntas ad ea, quæ sunt bona perungeatur. In templum autem venit: qui Spiritus sancti influxu, & ex prophetis Aggæo, & Malachiæ sciebat illum venturum. Aggæus enim dixit. Hæc dicit dominus. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cœlum & terram & mare & aridam: & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ: & in loco isto dabo pacem: dicit dñs exercituum. Idem quoq; asserit Ma-

lachias, Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad templum sanctum. Iustus ille sponsus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Veni tu quoque peccator in templum domini, cum sancto Simeone in spiritu, & insomnes puerum Iesum, vel lo fruaris. Non enim absconditur dominus Iesus his, qui quærunt illum in corde perfecto: quoniam approximat his, qui in simplicitate quærunt illum. Non venit Simeon in spiritu superbiæ sicut ambitiosi, qui ambiunt primos accubitus, & vsurpant dignitates Ecclesiasticas. Non in spiritu auaritiæ sicut Simon Magus in spiritu garrulationis, sicut multi, qui solũ ad ecclesias veniunt causa peragendi negotia, & ipsi nec verbum diuinum audiunt, nec alios audire suis cõfabulationibus relinquũt, & suo malo exẽplo populum scandalizãt. Nõ in spiritu vanitatis & arrogantiæ, sicut multi, qui tapetes, strata pulvinaria & alia ad genus ad ecclesias ferri præcipiunt, tantaque regnat in eorum corde vanitas, vt deiiciens putem pauimenti mollia quibus dormiunt, et vulcalia recumbendi gratia eorum iussu ad ecclesias esse ferenda. Non auderet hoc modo esse coram rege. Sed quare sic coram Deo recumbunt: hæc grauitas & autoritas coram hominibus est habenda: ad ingrediuntur vero ecclesiæ relinquenda. O quæ cæca Dei hæc non obseruatur autoritas. Itaque illum quem coram Deo periacturus non es, tanquam vilem rerum relinquito, etiam illorum videatur. Quid faciam coram arca dixit. Vilior sum, quia in Dei præsentia nulla est autoritas. Familiam regere & de rebus domesticis curam habere bonum & vtile est tamen ad ecclesiæ ministra relinquenda sunt hæc omnia. Domus mea, ait Christus, domus orationis est. Emere, & vendere bonaque temporalia tractare inutile non est: tamen hæc in domo orationis exercenda non sunt. In Marci Euangelio legimus, quod non sinebat Christus, vt quisquam vas per templum transferret. Quod si templum illud sacrificiis animalium dedicatum, voluit Deus tanta reuerentia coleretur: quanto maiori veller sacro sanctam coli ecclesiam, quæ non animalium sacrificij, sed eiusdem Dei filij mundatur cruore. Sed de his satis. Sequitur. *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.* Scilicet, vt offerrent par turturum, aut duos pullos columbarum & tollinerent

puerum

Mat. 9.

Gen. 32.

Luc.

Act. 8.

Mar. 11.

Cant. 8.

Psal. 47.

3. Reg. 6.

Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puerum quinque siclis, vt iam dictum est. *Accepit eum in vlnas suas.* Hoc est, inter brachia. In hoc quod ait, quod duxerunt Iesum secúdum legis consuetudinem, docemur sanctos ecclesiæ mores, & sanctorum patrum traditiones obseruare. Ne fidem adhibeas istis nouarum consuetudinum inuentoribus. Ancredendum est, quod reliquerit Deus dilectissimam suam ecclesiam, quam sanguine suo redemit, tot annis errare, vsque ad annum decimum septimum, post mille & quingentos, in quo cœpit Lutherus (vt perfidi Lutherani dicunt) illam illuminare? Sed dimisso impiissimo hæresiarcha, senem iustum & pium videamus Christum suis brachiis portantem, amplectentem, osculantem, & propter nimium gaudium triumphantem. Senex quis tibi tantam concesit facultatem? Rectè quidé ego scio esse illum, qui dicit. Deliciæ meæ sunt cũ
Prouer. 8. filiis hominum. Vult se à nobis ità tractari: nã ad hoc homo factus est. Sponsa quidem cognouerat benè huius sponsi naturam, & conditionem quando dicebat. Quis mihi det fratrem meum suggentem vbera matris meæ: vt osculer te, & apprehendam te. &c. Deus
Cant. 8. noster non est sicut homines huius mundi: nam vt peragas aliquod negotium ad eorum domos accedas millies necesse est, & quod incomportabilius est, tantum abest, vt aliquid concludas: quin potius neque ab illis audaris. O quam bonum habemus Deum, quam amabilem, quam affabilem, & benignum. O quam fœlix & ineffabile gaudium piũ illud Simeonis pectus sensit, quando puerum Iesum tot millibus annorum expectatum pro beneplacito suæ voluntatis amplexabatur. O seue onus, quod portabat Simeon à quo portabatur, & regebatur ipse senex. Sic etiam & Rex debet clientes portare, & è conuerso clientes Regem. Sic quoque prælatus portet defectus subditorum: & subditi prælati naturam patiantur, iuxta illud Apostoli. Alter alterius
Gala. 6. onera portate. Et Simeon ille cognouit puerum Iesum inter alios plures pueros Spiritus sancti doctrina: sic nos in vtero seculo, quos inhabitabit ille spiritus cognoscemus in prõptu, etiam si eos nunquàm viderimus. Quare poterat hic senex dicere illud canticorum.
Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Expectauit quam magna sit Dei misericordia, vt nostris velit manibus collocari. Suscepimus enim Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Si man' tuas
Psal. 47. vt fecit hic Simeõ aperire, & extẽdere veles, ad misericordiam Dei excipiendã, eam proculdubio sicut Simeon reciperes, verũ non vis. Magnum cõmodum adeptus est Simeõ portans Christũ in vlnis. Nã si mulier illa Hæmorrhoissa solo tactu fimbriæ Christi tantum vtilitatis adepta est, vt statim ad prillinã resti tuta fuerit sanitatem, & à fluxu sanguinis omnino liberata: quanto maius commodũ beatum hunc senem comparasse, qui totã Christi personam portauit credendum est? Mẽs eius ineffabili gaudio repleta est, cor eius in Dei amore exarsit, vnde incredibili exultatione repletus secutus de morte, quam omnes vt terribilissimum malum timẽt lætus & gaudens exultauit, & canticum cecinit. Hęr quo que bona Deus tibi etiam dabit, si illũ in manibus portaueris. Extende manus tuas, & cor tuum ampla: quia Dei misericordia nec exhausta, nec finita est. Vtraque manu, & tota virtute nostra de mino famulemur: sicut illi, qui vna manu pugnabant, & alia faciebant opus. Deus vult se tibi dare, tamen vt manus extendas necesse est: sicut fecit Simeõ, & cum eo simul multa suscipies bona. Aperi os tuũ, ait ipse, & ego adimplebo illud. &c. ¶ Obserua etiam quã verè locutus sit Paulus cùm dixit. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Faciet Deus voluntatem seruorũ suorum. Iam habet beatus hic Simeon in manibus quod optabat: ideò si vis vt Deꝰ, quod desideras faciat, & si cupis, vt omnia tibi prosperè succedant, cura in omnibus Dei obedire voluntati, quod si feceris omnia pro votis tibi succedent. Voluntatem enim timentiũ se faciet Deus. Obserua iterũ quã magnificus sit Deus in adimplendo fidẽ, quã semel dedit: non solùm enim quod promittit adimplet, verùm etiam alia quamplurima præter promissum dare solitus est, magnificentior enim in dando, quàm in promittendo est. Promisit Deus Simeoni, quod non moreretur priusquã videret Christũ: & nunc illum non solum videt Simeon, verũ tangit, & in vlnis etiã portat. Pius est tangere, & in brachiis portare: quã videre. Vis tibi multa ac varia huiusmodi exempla demonstrẽ in sacra scriptura? attẽde. Ezechias Rex cũ se à potenti Assyriorũ exercitu obsessum videret summa tristitia afficiebatur, cui iussu Dei dixit Esaias. Hæc
Esai. 38. dicit dñs de rege Assyriorũ. Non ingredietur vrbẽ hanc, nec mittet in eã sagittã, nec occupabit eã clypeus. Promittit Deus Ezechiæ inimicos

micos ciuitatem non occupaturos, nec intra ciuitatem sagittam missuros: tamen considera, quod plus fecit, quam promisit: quia in eadem nocte angelus interfecit centũ octoginta quinque millia illorum. Contentus esset Ezechias solũ quod tolleretur obsessio ciuitatis & aufugerent inimici, & factus his fidem
17. suam adimplebat dominus. Plus tamẽ fecit, nam illos interficere etiã voluit. In numeris etiã legimus, quod illis, qui digni fuissent sacerdotio promittebantur flores in virga: & non solum dedit flores in virga Aarõ, vt promiserat, sed etiã dedit fructus, quos nõ promisit. Ideo dñs per Esaiam: Venite, inquit, ad
55. aquas omnes sitientes, & qui nõ habetis argẽtum properate, &c. Vocat sitientes, vt veniãt ad bibendum aquas: sed dat non solum potum, sed etiam pastum. Ideo dixit comedite bonum, & dilatabitur in crassitudine anima vestra. Vocat eos ad potum: verum illos quoque ad pastum inuitat. Mundus autem è contrario se habet: etenim liberalis est in promittendo, actus in promissionibus adimplẽdis. Multos quidem inuenies homines, qui tua causa montes aureos se facturos promittunt, recèque verbis se quipedalibus obruant: tamẽ cum ad opus deuentũ sit, nihil omnino persicitur. Promittere se facturos, ad vitium tamen nihil faciunt: & huiusmodi homines infiniti propemodum in orbe reperiuntur. Verum religiosi viri ad tuendã Dei imitationẽ sunt in verbis arctissimi, verum in operibus amplissimi: præmittunt pauca, & multa consequuntur. Ita legimus fecisse Abraham, quãdo angelos in hominũ forma per domum suam transeũtes inuitauit, quibus dixit. Offerã huic cellam panis vt confortetur cor vestrum. Nõ promittit nisi buccellam panis: attamen eorum
Psal. 18. esu potuit vitulum tenerrimum, optimum butyrum, & lac. Crede ergo Deo & eius promissis nũ verò verbosis hominib⁹: qui in omnes nihil aliud per illud turpissimum os ejiciũt, nisi verba mendosa & falsa. ¶ Expende etiam diligenter, quod non sufficit videre Christũ oculis fidei, nisi etiã portaueris eũ in manib⁹. Non contentus fuit Simeon sola visione, sed vlterius progressus est donec illum suis manibus excepit atque ideo iustus fuit fidem habet, ita & bona opera. Multi Christum in ore ferunt, diabolum verò in corde portant. Multi etiam Deum per fidem cognoscunt & omnes fidem adhibent illis rebus, quas sacrosancta mater ecclesia tenet, & amplectitur tamen manus eorum dicit dominus per Esaiã
Esai. 1. sanguine plene sunt. In actibus suis crudeles sunt tyranni, & auari, & quauis Christianum nomen habeant, & in re vera Christiani sint per baptismum: tamen si eorum opera & vitam consideres, eos infideles & paganos vocabis. Ignea illa colũna, quæ erat in nube &
Exod. 14. ducebat filios Israel, eos ab Aegypto eduxit, & per desertum comitata fuit: tamen in terram promissionis eosdem non introduxit
Ios. 7. & 8. quam filij Israel armis expugnauerunt contra gentes debellantes, quæ eandem possidebant. Ita fides catholica sicut illa columna nubis Israel te eduxit è densissimis tenebris & infidelitate Aegypti, teque ex infideli fidelẽ Christianum facit, & per desertum huius mũdi te ducit: tamen ad introducendum cœlum quod nobis promissum est, quod est non solum debellare, sed etiam expugnare cœlũ vi armorum, damonem mundum, carnemque superãdo: & veluti egregij milites bonis operibus laborantes & pugnantes comparaturi sumus gloriam eo modo, quo fidei ea est in consecuti fuerit. Quid tibi fides proderit, nisi etiã bona opera habeas? Sed qua ratiõ putes
Matth. 17. Christum comparasse fidem grano sinapis? Si respondis, quia parũ est: etiam granũ milij & lini & oryzæ parum est. Comparauit fidem grano sinapis: quia vltra quod parum est granũ sinapis, habet etiã calorẽ: illudq; fidentibus exterminaueris & cõtenderis prorsus tibi eris in ima cõburet. Vult Deus quod fides vrat & caloré habeat, & retineat charitatis & amoris ignem: & bonis operibus & charitatiuis stipata sit. Ne tibi sola fides placeat, qui sola nequaquam sufficit ad animæ tuæ salutẽ. Quinimo, quã habes fidẽ ferte per des, nisi bonis eã fulsulteris operibus. Ad domũ construendam & ædificandã, cæmento opus est: postparietibus & tecto. Sic in spirituali ædificio, fides fundamentũ est. Vnde Paulus: Fides (inquit) est substantia rerum, argu-
Hebre. 11. mentum non apparentiũ. Non propriè substantia est, tamen eam substantiam vocauit cum proprietatẽ substantiæ habeat: quia substantia accidentium fundamentum est, constituitur eorum spirituale ædificium. Ita fides est quædam substantia super qua veluti super fundamento constituuntur & collocantur cæteræ virtutes. Ideoq; vbi Paulus dicit substantia, eius discipulus Dionysius vnicũ fundamentum rerum sperandarum dixit. Si ab aliquo domus euertatur contra id modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

solo æquabitur ab eo, quo cœpit ædificari: nã quod vltimo loco factum est, tectum fuit, & ità à tecto incipiet ruina. Eodẽ modo dæmon à bonis operibus incipit animæ ruinã desiderans. Tollit eleemosynam, orationem ieiunium & castitatem, &c. quousque ad cæmentum deueniat quod fides est quæ manet sola sine parietibus, vt vsurarij & concubinarij, & scelerati homines Christiani Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. *Psalm. 136.* Postea autem dæmon aggreditur fundamentum quod fides est, & ruit. Antequam Martinus Lutherus in hæresim laberetur, superbus, ambitiosus, lubricus, flagitiosus, & omni scelere coinquinatus erat: ac deinde hæreticus euasit. Totam domum prius dæmon demolitus est, videlicet, castitatem, charitatẽ, & humilitatem cæteraſq; virtutes: & discooperto fundamento aggressus est fidem & ita mã sit hæreticus. Sic Paulus suum Timotheum monitum vult dicens. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timotheæ, vt milites bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam: quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. *1. Timo. 1.* Quia bonam conscientiam à se repulerũt, naufragauerunt in fide. Vtitur Paulus metaphora nauigantium, qui quando rationem gubernaculi habẽt & nauis clauus sanus est remediũ habent, si anchoras in mare mittunt & nauem exonerant: tamen perdito & amisso gubernaculo, nihil remedij manet. Ità qui sunt virtute exornati, quãuis vnã amittunt & quandoq; aliam, adhuc salus manet: verum amissa fide, vitiorum tempestas exoritur & nauigantes in profundo mari submerguntur. Sunt veluti mercatores, qui quãuis hoc & altero anno non lucrentur, tamen si aliquod venit tempus, quo perditam fidẽ recuperent sustentantur & aluntur. Tamen si recuperatam fidem perdunt, iterum corruũt omnino, quia qua re merces agant non habent. Fides fundamentum Christianorũ est: si vero hanc perdũt nihil illis restat, quo super naturalia bona lucrentur, quodquidem ex nimia scelerũ perpetratione nascitur. Intellectus bonus omnibus facientibus ea, ait *Psalm. 118.* regius vates: quia nõ permittit dominus deprauatum intellectum aliquem habere circa legem Dei, dũmodo illã custodiat & seruet. *Deut. 29.* Hinc est quod data lege filijs Israel peractisque miraculis cum nõ intelligerẽt Israelitæ, dixit illis Moses. Custodite ergo verba pacti huius & implete ea: vt intelligatis vniuersa, quæ facitis. Quib⁹ verbis satis apertè docuit Moses transgressionem mandatorum Dei potissimam esse causam, vt non intelligerent nec viderent, quanta fecisset illis Deus. Fuerunt Angli & Germani aliquando catholici: sed postquam illarum regionum homines ebrietatibus & vitijs se tradiderunt, fidem protinus amiserũt. Et ne idem nostræ Hispaniæ eueniat, quæ nunc catholica est, vehemẽter perhorresco: nam ab Hispania fides discedere & effugere potest, & in Indos aduolare, quia tot ac tanta sunt vitia, tot & improbi & scelerati homines, vt quem exitum simus habituri prorsus ignorem⁹, nisi nosmetipsos ad meliorem frugem per virtutem receperimus. Ideoque fidem toto corde amplectimini, eãdemque ne fugiat bonis operibus firmiter apprehendite. Quare ne contenti sitis sola Dei cognitione, nec etiam satis esse putetis illum nuda fide videre, sed Christum vestris manibus deferendo tanquam veri & probi Christiani viuite, alter alterum amando, bonaque opera exercendo: sicut Simeonem fecisse scimus, qui in templo Christum non solum vidit & credidit, sed brachijs excepit & in manibus portauit, quem dicit euangelista esse iustum, quia fidem simul cum operibus habebat, quæ hominem iustificat. Sequitur. ***Et benedixit Deum & ait.*** Laudat & gratias agit Deo, & sequens canticum cecinit propletione diuini promissi: quia patribus antiquis in rebus arduis & magnis mos erat, diuinis laudibus Deum extollere, & cantica diuina componere. Sic Moses & Aaron quando profecti fuerũt ab Aegypto, & Aegyptios mortuos & in mari Rubro suffocatos atque submersos viderunt, psalmum protulerunt dicentes Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus est. &c. Si etiam cecinit Debora prophetissa post acceptam victoriam contra Sisaram principem exercitus regis Iabim dicens. Qui spõte obtulistis animas vestras. Sic Anna mater Samuelis. Exultauit cor meũ in dño. Sic Ezechias rex Israël propter acceptũ beneficiũ de vitæ lõgitudine: & Tobias propter donũ de adepto visu oculorũ. Magnus es dñe in æternum, & in omnia secula. Sic etiam Iudith truncato Holopherne post partam victoriam: & pueri in fornace Babyloniæ. Denique vt concludam cum Moses vidisset terrã promissionis & cognouisset se citò moriturũ exultãs in spiritu dixit. Audite cœli quę loquor, audiat terra verba oris mei.

Sic

Sic sanctus iste senex veluti alter Moses videns terram promissionis, verbũ, scilicet diuinum natura humana indutũ & sciens iamiã moriturũ cœpit canere, Deum laudare & illi gratias agere, dicẽs. ***Nunc dimittis seruum tuũ domine, secundum verbum tuum in pace.*** Nunc domine, iam nũc in pace moriar: quia oculi mei viderũt salutare tuũ. Vsq; nũc dñe mors erat hominibus horribilis, quia erat fortis & potẽs tyrãnus, qui obcæcabat animas & eas in infernũ, præcipitabat: at nũc aduẽtu Christi iam dulcis mors est, quia Christus fortem tyrannũ debellauit, debellatũq; contrucidauit. Itaq; interclusum iter aperuit, & facilem viã in cælũ nobis expediuit. Vsq; quo omniũ terribilissimũ erat mors, quia omnes, etsi sanctissimi in limbũ decendebãt, & gloria priuabantur: at nũc quandoquidẽ oculi mei videt mortis interemptorẽ, in pace moriar. Quãobrem in eo, ꝙ ait, nũc magnã differentiam ostẽdit ꝙ est inter tẽpus veteris legis & nouę legis: quia tunc clausum erat cœlum, & ideò mors tristis erat, sed nunc iam reseratum sit cœleste domicilium lætus moriar, quia vidi oculis meis mortis euersorem. Et nota, quod nunc, aduerbium temporis emphasim habet. Christus morte sua nostram mortem sic dulcissimam reddidit, vt mors mortis nomẽ amiserit, & nomen vitæ susceperit. Ideoque domine non vsque adeò, sed nunc lætus moriar in pace: quia meis oculis vidi autorem vitæ. Sine me lætum mori, ne postea tristis moriar: si te flagellatum, spinis coronatum, & cruci affixum videro. Cum sene Iacob quãdo filium suum Ioseph vidit, dicere poterat hic sanctus Simeon. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Lætatur & cantat, quia dominum viderat. Antea sicut superius enarrare incepimus cecinit cum regio psalte, decit in salutare tuum anima mea, præ magnitudine desiderij: defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me. Nam (vt Ambrosius optimè differit) cum aliquem speramus dilectum, illuc tendimus oculos, vnde putamus illum venturũ: & ob longam expectationem lacerati desicimus. Sic Anna vxor Tobiæ circunspiciebat in via filij aduentum. Sic Dauid currente de prælio altero post alterum de Absalone solicitus præ amore filij non cor quietum sed incitatum habebat & propterea à venientibus & redeuntibus de salute filij quærebat. Sic vxor teneræ ætatis maritum expectans de specula litorali indefessa expectatione præstolatur aduentum: vt quancunque nauem viderit putet illac cõiugem nauigare, metuitque ne videndi gratia dilecti alius ante aduertat, vt ipsa possit prima dicere, video te marite. Ipsa sola omnibus domesticis ablegatis occupationibus, semitas viantis quærit. Sic Simeon in responso, quod à spiritu sancto acceperat deficiebat præ magnitudine desiderij: expectabat, desiderabat, æstuabat in desiderijs, & videre illum cupiebat. At nunc saltat, tripudiat, cantat, lætatur & exultat. Considera igitur illud ꝙ sentiret senex sanctissimus cũ se clarissimis illis luminibus matre, scilicet, & filio circunseptẽ videret. Delectabile quidem visu esset, suauitatẽ & deuotionem videre, qua iste senex suum cecinit canticum: quo tota euangelij summa clausa est. O quam fortunati domine Deus sunt illi qui te amant & obsequium tibi præstant, & quam bene consumpti sunt eorum labores: quandoquidẽ iam in hoc seculo præsentiunt miram quandã venturæ gloriæ suauitatem & dulcedinem. Sola stellæ visione magi lætabantur, adeo, vt gauderent gaudio magno valde, quæ nihil erat nisi dux quidã, qui eos ducebat ad videndum illum quem manibus suis excepit Simeon. Quanto maiori gaudio triumphasse credendũ est Simeonẽ, qui puerũ Iesum in vlnis suis suscipiebat? Si tantum etiam gauisus est ille, qui inuenit thesaurũ quòd præ gaudio abijt & vendidit vniuersa, quæ habuit, nec nũc quidẽ temporis habebat thesaurũ: quanto maiori gaudio exultauit Simeon quãdo habuit diuinũ hũc thesaurum, & illud propriis manibus portabat? Si maxima festa & amplissima conuiuia fecisse scimus patremfamilias propter aduentum filij prodigi quãdo domum rediit: quãto maiorem fuisse senis lætitiam existimabimus, quando in brachijs suis filium Dei habuit? Quod si tantum lætatus est Salomon & omnis populus Israel, cum intulerunt arcam fœderis domini in oraculũ templi: quãto magis lætatus est hic senex & gaudio repletus, videns verã fœderis arcam in tẽplo domini, &c. Porrò vt ad alia transeamus secundum verbum tuum dixit hoc beneficium mihi fecisti: secundum verbum promissum, quòd spiritus sanctus dederat illi. Sic enim dñs per Esaiã ait. Verbũ meum quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me vacuũ. Ideoq; dicere poterat illud. Bonitatẽ fecisti

Matth. 2.

Matth. 13.

Luce.

3. reg. 8.
2. para. 5.

Esai. 55.
Psalm. 118.

M cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ſeruo tuo domine, ſecundum verbum
tuum. Addidit etiam in pace. Non enim ſim
pliciter dixit nunc dimittis ſeruũ tuũ, ſed di
xit, in pace: quod proprium eſt iuſtorũ, Abra
Genes. 15. hæ enim dictum eſt. Tu autẽ vades ad patres
tuos in pace, nutritus in ſenectute bona. Ille
nanq; moritur in pace, qui habet hic illam pa
Philip. 4. cem de qua Paulus. Et pax Dei quę exuperat
omnẽ ſenſum cuſtodiat intelligẽtias veſtras.
Vis ergo in pace mori? Pacẽ in hac vita cum
Deo & tua conſcientia compone: & cõtra vi
tia atrociſsimũ prælium move. Qui in hac vita
pacẽ cum vitijs inierunt, poſtea in morte di
micant, tamen illi qui dum vixerunt clypeo
fidei & haſta bellum cũ mundo, carne, & dæ
mone habuerunt, in pace tandem moriũtur.
Præliemur igitur, & in hac vita difficillima
carnis expugnemus, ſi poſtea in pace mori
Pſalm. 4. exoptamus: & eo modo, vt dicere cum pro
pheta poſſimus. In pace in idipſum dormiã
& requieſcam. ¶ Attende quod poſtquam
Simeon vidit Chriſtũ, iam nihil prætẽr ipſũ
vult videre. Faſtidiunt ei omnia, quæ mũ
dus habet: poſtquam Chriſtum vidit. Multi
quidem res caducas & puncto temporis in
tarituras magni æſtimant: hinc oritur quæ
dam veluti nauſea, quæ regnat in eorum ani
mis ita, vt nullum ſummi boni guſtũ ſentiat.
Nam ſi paululum guſtaſſent Dei ſuauitatem
facilẽ quæ ſunt in mundo deſpicerent: quia
Roman. 8. vt Paulus ait. Guſtato ſpiritu deſipit omnis
caro. Stultorum hominum eſt vtriſque par
tibus non auditis iudicare. Sic hæc terrena
putas eſſe dulcia & ſuauia id certè contingere credo, quia Dei ſuauitatem & dulcedinẽ
non delibaſti. Paulus, qui diuinas res guſta
uerat de terrenis dixit. Omnia arbitratus
ſum, vt ſtercora. Tu autem ſi hæc terrena ma
Philip. 3. gno precio æſtimas, id fit, quia quanti ſint cæ
leſtia æſtimanda prorſus ignoras. Flagitioſi
homines mundi delicias & vanitates miris
ad cœlum vſque laudibus extollunt: diuinas
autem nullo loco habendas eſſe putãt: quod
contingit, quia mundus auditur, Deus vero
reijcitur. Plurimi magni faciunt mundum,
quia Dei potentiam non vident. Ideoque ſi
tu inciperes guſtare quæ ſunt Dei, citò præ
ſentem vitam odiſſes, ſicut hic faciebat Si
meon: qui viſo Deo noluit amplius mun
dum videre. Aduertendũ quoque eſt quod
boni deſiderant ſeparari à vinculis humani
Philip. 1. carceris, quam Simeon iſte iam ſicut Paulus
cupiebat diſſolui & eſſe cum Chriſtõ. Et ite
rum ipſemet Paulus ait. Infœlix homo, quis Roma
me liberabit à corpore mortis hiius? Dauid
quoque ait. Heu mihi quia incolatus meus Pſalm
prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus
Cedar, &c. Sicut hierax, qui volans roſtrum
& vngues iniecit in ardeam, quam capram
ducere voluit, locusque ei dilaniandi auem
relictus eſt, ſtatim inopinato aucupum aduẽ
tu coreat⁹ cuculus hieraci imponitur & vin
cula, quibus vinculis pedibus hieracis impo
ſitis collatur in loco vbi cæteræ aues, quæ ca
ptant collocari conſueuerunt. Hieraceſque
tunc in ſuo loco poſito eius plumæ manent
erectæ & ſuis vngulis excuſſo corcato cucul
lo inclinatur in ſuo & auibus deſtituto loco
& nullus eſt, qui illum quietum reddat. Sic
Paulus cum ad tertium cælũ ductus, fuit di- 1. Cor
uinamque eſſentiam vidit & guſtauit ſe in
hoc mundo videns loco corporibus deſtitu
to & cum cuculło carnis non poteſt quieſce
re: & omnia frãgere volebat, vt iret ad Chri
ſtum. Sic Dauid, ſic Simeon poſtquam vidit Pſal
Chriſtum, vult etiam volare & iam ei hæc vi
ta faſtidit, & tandem vult dimitti & eſſe cum
Christo. Vt enim auicula concluſa in caue a
quanuis pretioſa ſit ex cedro, ebore, vel au
ro confecta exire tamen cupit, & præ deſide
rio egrediendi roſtellum iterum atque ite
rum foras extra rete cauęę emittit: ſic anima
pij viri qualis Simeon erat diuino amore in
cenſa incluſa tamen tenebatur miſera hac
corporis caue a: & licet omnibus diuitijs cir
cumfluat, patriam tamen ſuam hoc eſt cœlũ
ardenter appetit, quate pijs illuc eundi ſuſpi
rijs ac deſiderijs flebili gemitu ſocietatis diu
noctuque inflammatur, vt finito huius vitæ
exilio, in ſempiterno illo beatorum domici
lio tandem requieſcat. Lætantur morte iuſti,
eam cupiũt & à vinculis huius corporis egre
dientes exultantes triumphant. Tamen im
pij ècontra: nam ſicut latrones, qui iudices
& prætores timẽt, ita iſti ſcelerati homines à
propria conſcientia reprehenſi fugiunt mor
tem metuentes ne appareant coram iudice.
Si duo in carcere detineatur alter innocens
vel læuiſsimæ rei cauſa, & alter propter ho
micidiũ aut flagitiũ enorme: qui propter læ
uiſsimam rem detinetur cum ſit vir probus
carcerẽ odit, & de illo conqueritur cuius cau
ſa detentus eſt. At ſceleratus & facinoroſus
gaudet in vinculis nec à carcere exire vult, q⁹
ſe exiturũ ad mortis ſuppliciũ pręcognoſcit.
Noſtra anima detẽta eſt à carcere hui⁹ corpo
ris

ris veluti aliquis, cui propria domus in carce
rem datur. Sic Adam antequã peccaret hoc
corpus tanquam propriã domum habebat,
cuius dominus ipſe erat & æffrenati appeti
tus obedientes erant rationi. Tamẽ cum pec
cauit Adam, tradidit illi Deus propriam do
mũ in carcerem: itaq; corpus quod antea ha
bitatio iucunda animæ erat, poſtquam pecca
uit, moleſtiſsimus carcer eſt. Carcerẽ corpus
eſſe putabat ille, qui dixit. Nunquid mare e-
go ſum aut cęte, quia circũdediſti me carcere?
& propheta regius domino ait. Educ de cu
ſtodia animam meã. Boni & mali ſumus om
nes in hac vita vinculis humis corporis con
ſtricti. Boni tamen ſumma afficiuntur mole
ſtia, eo q⁹ ſe vinctos cernãt, quare exire ſum
mopere cupiũt, quia eorũ obitum & exitum
ad libertatem & vitã eſſe præintelligũt, quã
obrem morte lætantur. Ideo Paulus cum di
xit, Cupio diſſolui, ſtatim addidit. Et eſſe cũ
Chriſto: nam alias non cuperet diſſolui. At
homicida eligit potius in carcere manere,
quã ſolei & exire: & ita ſi audit referate ho
ſtium carceris, ſtatim putat eſſe ſuſpẽdendũ.
Sic impius nondum laborat febri vel capitis
dolore, quando vitam cum morte commu
taturum opinatur. Et ſicut homicidã pœni
tet, q⁹ tibi ſoluãtur catenæ, quia exiſtimat in
dicium eſſe venturi ſupplicij: ita ſceleratum
pœnitet propter corporis huius ſolutionem
quando oppreſſus infirmitate exiſtimat ad
eſſe mortem. Et veluti homicida ait. O meæ
dulces catenæ, o iucunda vincula. O lætus
carcer. Quis mihi daret hic eſſe, nec vos di
mittere: Sic quoq; improbus ait. O meæ dul
ciſsimæ delicię, ô ſuauiſsima vita. O indultũ
corpus, quanta moleſtia afficiar ſi te dereli
quero. Sed quæ eſt cauſa quare vir bon⁹ mor
te deiectatur, impius vero triſtatur? Eam Salo
mon ponit in Prouerbijs dicẽs. In malitia ſua
expellitur impius: iuſtus autem ſperat in mor
te ſua. Quachrẽ cũ te moriturũ certo ſcias,
da operã, vt bene viuas: nam bona & integra
vita, ſignum certiſsimũ eſt mortis fœlicis. Si
meõ qui iuſtus & ſanctus erat, canit & exul
tat cũ mortis nũcio: & gaudet: quia ſcit ſe ci
to moriturum, gaudenſq; mortem expectat.
Cantat cygnus cũ morti appropinquat, & ma
ris ſerena fiet, & gemitibus incitatur: quia (vt
Phyſiologus ait in problematibus) In mor
te recedit ſanguis ad cor & ſanguis cygni ge
neroſus eſt, & vltis ſanguis ſerenę atque ideo
ſerena clamat & vociferat, cuius vero dul-

citer canit. Sic impij malum habent ſanguinem, quia peccatum ſanguinem corrumpit
& vitam conſtuprat, & ideo morte contriſtantur: iuſti autem cum habeant bonum &
generoſum ſanguinem, ideo lętantur & exul
tant in morte. Generoſum igitur ſanguinem
habere contẽde & da operam vt poſsis cum
iuſto Simeone in morte cantare. Si in vita
ploraueris & pœnitentiam egeris, bonũ ſan
guinem tenuem, pœnitentiam & lachrymis
purum nutries: quem ſi habueris, abſque du
bio in morte cantabis. Expende igitur quod
qui flet in vita, cantat in morte: & qui ridet,
gaudet, & cantat in vita, flebit tandem miſe
rẽ in morte, Simeõ vir ſanctus, qui in hac la
chrymarum valle flebat, nunc cantando mo
ritur: tamẽ qui rides, ludis, & in hac vita gau
des eon dubites quin flendo moriturus is, Lucæ. 6.
dicente domino. Væ, qui nunc riderit, quo- Matth. 5.
niam flebitis. Et de iuſtis. Beati qui lugent,
quoniam ipſi conſolabuntur. Sed ad contex
tum. *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.*
Iam cauſam tanti gaudij reddit. Cauſa autẽ
eſt, quia viderũt oculi mei ſalutare tuum. Iu
re æquiſsimo poterat lætari & gaudere: quia
Chriſtus etiam dixit apoſtolis. Beati oculi, Lucæ. 10.
qui vident quæ vos videtis. O ſi illum vidiſ- Ioan. 8.
ſet Abraham, qui tantum deſiderauit videre Gene. 49.
diem domini. Quid ſi illum viderer Iacob:
qui hoc deſiderio mortẽs dixit. Salutare tuũ
expectabo domine. Abrahã vidit & gauiſus
eſt, tamen de lõgè Chriſtum proſpexit: ſenex
vero iſte prope erat. Quando rex ſimulatus
venit aliquem ludum & torneamentum vi
ſurus magno afficit beneficio illum cui ſe ma
nifeſtat & cognitum facit. Ita Simeon pluris
hoc æſtimauit beneficium, quia rex gloriæ
Chriſtus in hunc mundum veniens noſtra
cum humanitate incognitus ſe manifeſtare
ſancto ſeni Simeoni voluit. Hoc quidem gra
tulatur Simeon, quia eius oculi ità fœlices
fuerunt, vt Chriſtum videre, digni habiti fue
rint. Deuotiſsima quidem res eſſet nunc ſe
nem videre, efferentem laudibus Chriſtum:
& dicentem. Nunc dimittis. Quid ſi eũ cogi
tarent, qui erãt in templo cum viderent ſuũ
ſacerdotem ſenio iam confectum & omni di
gnum reuerentia habentem hunc ſermonẽ
cum puero, filio paupercule & incognitæ mu
lieris? Mirarentur quidem cum prægaudio
plorantem illum, & cantantem cernerent.
Quis nõ obſtupefactus adhiberet diligentiã
in huius rei veritate inquirenda? O obſtinata

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitia Iudæorum: qui hæc omnia videbãt, & tanquam cæci nos considerabant. Nec miror hoc ab eis non considerari nec aduerti:

Matth.2. nã veluti surdi & cæci illud Magorũ aduentum non considerarũt. &c. ¶ Aduerte etiam & salutare nostrum salutare Dei vocat, quia propter ipsum decreuit Deus mundum saluare, omniumque saluté constituit in eo, de

Psalm. 42. quo fertur in psalmo. Notum fecit dominus salutare suũ, in conspectu gentium reuelauit iustitiã suã. Et in Genesi Iacob patriarcha. Sa-

Genes. 49. lutare tuũ expectabo domine. Cui salutari loquitur pater per Esaiam. Dedi te in lucẽ gen-

Esai. 49. tium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ. Denique de isto sancto sene Simeone locutus Dauid in psalmo. Desiderium animæ

Psalm. 20. eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meũ. ¶ Perpende etiã ad tuam eruditionem, quomodo in solo Deo vera inueniatur pax, verum gaudium & lætitia. Quia enim Christum viderat iam in pace quiescit. Causam dicit pacis esse videre Christum: quia solum

Iona. 1. in eo est pax. Ionas à Deo discedẽs, quietem inuenire non potuit: & fugiens in naui, statim vehemẽs tempestas suborta est: quia vbi Deus non adest, vbi vrget tempestas. Orauit ab vtero cæti, & ereptus est à præteritis laboribus. Ne in huius vitæ rebus requiem quæras: nec in hoc mundo verum gaudium posse inueniri existimes: quam ob rem ad dominũ reuertere, nam breuius iter certius est Christos, ad inueniendam consolationem,

Genes. 32. quam tuus spiritus exoptat. Toto tempore, quo Iacob fuit domi Laban, multis fuit lacessitus laboribus: tamen ab eo discedens, statim angelos inuenit. Qui mundo inseruiunt non nisi laborem & desolationem capient, veluti Iacob in obsequio soceri Labã: qua propter domini famulus redeat in domũ patris sui qui Deus est, vbi diuinas inueniet consolationes. Sequitur, *Quod parasti, ante faciem omnium populorum.* Ante incarnationem solam hoc saluare erat ante faciem Israel: quia notus in Iudæa Deus, & in Israel

Psalm. 75. nomen magnum eius. Solum enim Iudæi Deum cognoscebant: illi soli Deum venerabantur, & illis solis Deus dederat legem. Solummodo ante faciem Israel erat hoc lumẽ paratum, vt illud in versiculo sequenti vocat Simeon: sed incarnatus est vt redimeret omnes, & omnibus notitiam sui præberet: & sic omnes ad se traheret, tam Iudæos quam Gentiles: ita vt sit distributio accommodata progeneribus singulorum & non pro singulis generum, sicut in Daniele legimus. Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Et in *Dani.* *Esai.* Esaia. Parauit dominus brachium sanctum suum, in oculis omnium gentium. Brachiũ domini est vnicus filius Dei patris, per quem pater omnia fecit: de quo brachio ait psalmus. Saluauit tibi dextera eius, & brachium *Psalm.* sanctum eius. Pater parauit hoc brachium ante faciem omniũ populorum, quibus prædicaturus erat Christus per apostolos: iuxta illud psalmi. In omnem terram exiuit sonus *Psal.* eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Et rursus. Viderunt omnes fines terræ Salu- *Psal.* tare Dei nostri. Et Esaias. Videbit omnis caro *Esai.* salutare Dei nostri. Parauit illum in incarnatione: vt in carne illum videre, alloqui, & communicare possemus, vt tractabilis & vtilis omnibus esset. Nam si gloriosus & cum maiestate, & æterna authoritate, quã cum patre habet: veniret: quis in eum oculos conijcere posset? Nullus coram diuinam maiestate esse auderet. Tamen benedictus *Luc.* Deus qui ita nobis filium suũ paratum dedit, vt eo in similitudinem peccati viso accedere ad eum publicani, & peccatores, claudi, cæci, leprosi, Iudæi, & Gentiles possent: denique omnes populi cuiuscunque status fuerint & conditionis. ¶ Præterea in sola Iudæa erat cum Simeon hæc narrabat: sed positum fuit hoc lumen in cruce candelabro, & tunc cognitus fuit ab hominibus populis. Tunc Centurio cognouit, & dixit. *Ma.* Vere filius Dei erat iste: & prædicatio Euangelij diffusa est. Ideoque non dixit posuisti, sed parasti: quia paratus erat, vt poneretur postea ante faciem omnium populorum in cruce, vt ab omnibus cognosceretur. Quemadmodum Heli non poterat videre lucernam, donec extingueretur: sic nec Christus cognitus est à mundo, donec per mortem extinctus est in cruce. In conspectu omnium populorum dixit, quia omnes populi illum *Esai.* expectabant. De Iudæis. Vtinam diffunderes cælos & descenderes. De gentibus *Gen.* tamen ait Iacob. Ipse erit expectatio gen- *Aggæ.* tium. Et Aggæus. Venit desideratus cunctis *Rom.* gentibus. Et Paulus. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Et princeps apostolorum Petrus. In veritate comperi, quia non est acceptio personarum apud Deũ: sed in omni

in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiã, acceptus est illi. Ideo Dominus. Eritis mihi testes in Iudæa, & in Hierusalem & *Dani.* Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Apud Esaiam quoque legimus. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremũ terræ. Ideoque quia Christus vt hic fatetur Esaias venebat ad illuminandum gentes, subdidit sanctus Simeon. *Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel.* Recte diuidit dans lumen gentibus & gloriam Israeli, quia gentes erant in tenebris infidelitatis, & illis ignotus erat Deus. Quapropter Esaias loquens de aduentu Messiæ & illuminatione gentium, ait. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: ambulantibus in regione & in umbra mortis, lux orta est eis. Hac de causa Gentiles per stellam vocati sunt ad Christum: Iudæi autem habẽt legem & Dei cognitionem & fidei lumẽ, erãt legis prævaricatores & violatores: ideoque gloria indigebant. Gloria enim Iudæorũ fuit Christus quia ex eis natus est: & omnes à peccatis liberauit. Susceptor meæ gloria mea, & exaltans caput meum, scilicet à peccatis. Optimè hoc testatus est Esaias. Erit germen domini in magnificẽtia, & gloria fructus terræ sublimis & exultatio his, qui saluati sunt ex Israel. Igitur ad hoc venit Christus in mũdũ vt oculis gentũ cæcis veritas ignota ostenderetur & Israel promissum & desideratum sapiens, gloriaretur. Præponitur autẽ reuelatio gentiu gloriæ Israel: quia plenitudo gẽtium prius introducetur, quã reliquiæ Israel saluabuntur. Paulus enim ait. Cum plenitudo gentium intrauerit, tũc omnis Israel saluus fiet. Populus iste gentium illuminatus est in Christi aduentu, quo in Esaias prædixerat dicens. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã. Ambulantibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Sed quæ lux est hæc subdidit dicens. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, &c. Hoc incepit facere Iesus in suo ortu cũ vocauit Magos ab Oriente stella duce, qui fuerunt primitiæ gentium: vbi latera Aquilonis (vt Dauid ait) facta est ciuitas regis magni. Per quæ latera Dauid intelligit populos gentiũ. Nam in populos gentiũ dominabatur ille superbus Lucifer, qui dixit in lateribus Aquilonis ponã solium meum. Inter gentes posuit diabolus solium regni sui, & à gentibus idololatris adorabat. Et veluti de maximo amico alicui dicimus, quòd nõ recedit ab eius latere, quia cũ illo & iuxta illud incedit: sic populus gẽtium latera erat diaboli, propter eius coniunctam amicitiã. Hæc latera Aquilonis in Christi natali facta sunt ciuitas regis magni Christi, cum gentes venerunt ab Oriente & offerentes aurum, thus, & myrrhã, adorauerunt eum. Erat hoc *Matth. 5.* lumen in vtero virginis absconditum: id nascens fuit positũ super candelabrum, & illuminauit totum orbem. Ad hoc natus est Christus, vt omnes illuminaret, præsertim cæcos Gentiles, vt hic elicit Simeõ, vt sua doctrina & apostolorũ prædicatione detegeret, dæmonis fallacias atque idololatria destrueret, & sic illuminarentur, auferens eorum cæcitatem & ignorantiã, quia Christus mundi saluator & dominus fuit lumẽ ad reuelationẽ gentium. ¶ Expẽde hic & vide & lumẽ illuminans positum est ante conspectum hominum: ergò si tu non recte ambulas, lumini nõ imputetur sed tuæ negligẽtiæ, quia videns lumen & viã habens, recta via nõ vis incedere. Pauci iam ignorantia peccant. Nunquam tot in ecclesia extiterũt cõcionatores, nec tot reperti fuerũt theologi & literati: nec tam pauca vt nostris tẽporibus bona opera inuenta fuerunt. Abũdanti scientia nunc pollent viri ecclesiastici, sed charitate exigua. Sunt quidem homines hac nostra tempestate illuminati intellectus: frigescunt tamen voluntates. Ita nunc homines incidunt in peccata, sicut Balaã qui aper- *Numer. 23.* tis oculis cadebat: quia cum legẽ Dei cognoscant & quòd facere teneantur intelligant, nolunt à voluntate peccandi desistere, sed in peccatorum voraginem se conijciunt. Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint: ne *Matth. 6.* igitur vitam malis tuis operibus obscurã facias. Sed de his alibi in loco. ¶ Verum, vt hũc canticum cõcludamus aduerte quòd magnificatur Christus in hoc hymno à beato illo sene sub ratione salutis omnium, lucis gentium, & gloriæ Iudæorum. Primum clementiam, secundum sapientiam, tertium vero potentiam manifestat sub ratione pacis. Idco laudatur in hoc cantico, vt pax, vt salus, vt lux, & vt gloria. Pax est, quia mediator: salus, quia redemptor, lux, quia doctor, & gloria, quia præmiator. Et in his quatuor consistit perfectia Christi cõmendatio & magnificentia: imò totius euangelicæ hystoriæ quædã brevissima comprehensio, & veluti epilogus. Quantum ad incarnationem, in pace: prædicationem, in luce: redemptionem, in salute:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& resurrectionem, in gloria. Et quia canticũ hoc continet plenitudinem laudis Christi, & consolationem mortis Simeonis: ideo singulas post vesperas cantatur in cõpletorio. Iam vero quid post hoc canticũ actum sit audiamus Lucã hystoriam prosequentẽ. Ait enim.

Et erat pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Admiratio ex ignorantia procedit. Admiratio euenit quia viso effectu, causa non cognoscitur: sicut admiratur fusticus de eclipsi solis & lunæ, astrologus vero minime, quia scit causam eclipsis. Miratus fuit Pharao quãdo septem illas vidit spicas, & septem vacas pingues: & Nabuchodonosor cum vidit arborem & statuam, & Balthasar digitos scribentes in pariete: quia hi ignorabant quænam hæ res significarent. Sed cur Maria & Ioseph mirabantur: ipsi sciebant Christum esse verum Deum, mundi saluatorem, lumen gentium, & gloriam Israel? Mirabantur ex ampliori notitia rerum diuinarum. Opera enim Dei quanto amplius cognoscuntur, tanto admirabilius mẽtem suspendunt. Obstupebant etiam admiratione congratulationis & reuerentiæ. Bonitatem & Dei misericordiam admirabantur, necnõ diuinam eius sapientiam & potentiam: quibus humanam salutem tam mirabiliter instituerat: & admirabantur ea, quæ passim de isto puero dicebantur. Sicut regina Sabba mirabatur sapientiam Salomonis propter cibos mensæ eius, habitacula seruorum, ordinis ministrantium, & similium: sic Deipara virgo quomodo sapientia diuina ita in numero põdere & mensura omnia dispositerat, & administraret pulcherrimum horum omnium consensum, quidquid pastores, quidquid angeli, quidquid Magi, quidquid Simeon retulerunt: denique quidquid prædixerãt prophetæ optime inter se cõgruere. Hinc admiratio nascebatur & gaudium: ita vt merito dicere potuissent illud Esaiæ. Quis vnquam audiuit tale? Quis vidit huic simile? Et in psalmo. Quam magnifica a sunt opera tua domine; omnia in sapientia fecisti. Et Paulus. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt, &c. Discamus opera Dei mirari, & considerare. Vtinam, & nobis non stulta & contemptibilia videantur: quæ illis mirabilia erant. Verbum enim crucis (inquit Paulus) pereũtibus stultitia est: his autẽ, qui saluifiũt Dei virtus. Multi non mirãtur Christi paupertatem, humilitatem, abiectionem, imò contemnũt eam: sicut Michol, quæ cũ Dauidis humilitate mirari oporteret, quando coram arca testamenti saltabat, non solum non est mirata, sed illũ despexit. Sic etiam & nunc, à multis Christi humilitas contemnitur & vilipenditur euangelica paupertas. Alijs etiam arridet paritia, quam cum hominibus Deus habet. Nã quia ipsorũ cõuersionem expectat & patientiam habet, vt tolleret ipsorũ grauissima peccata audaciam & inanem fiduciam arripiunt, vt grauius indies magis ac magis peccẽt. ¶ Præterea nõ miramur res diuinas: quia ab eis distamus. Vt enim Appenninus mons altissimus à Genua nobili Ligurię emporio incipiens paruus apparet mediterraneum mare procul nauigantibus magno interiecto spatio: sic opera Dei cum sint sublimia, adeo vt nubes transcendant; quia longe distamus ab eis, & cogitationem & considerationem nostrã rebus istis terrenis implicamus, ideò nõ miramur magna opera Dei. At homo pius miratur sublimia Dei opera: sicut Maria virgo & Ioseph mirabãtur super his, quæ de illo dicebantur. Primus & verus fructus quies verbo Dei percipitur animi est admiratio & conscientiæ lætitia, idq; omnes electi semper experti sunt: nosque experti essemus si opera Dei, & verbũ eius studio quam maximo meditaremur. Vnde Dauid. Mirabilia opera tua, ideo scrutata est ea anima mea. Cõtẽplamini igitur omnes res Deinnã quãto magis intellexeritis, tanto magis in admirationẽ rapiemini. Beneficia Dei nunquam miramur: quia ea nõ cõsideramus & expendimus. Nõ mirandũ est Deũ per vnũ & alterum annum ferre peccatores cum millies ab eis turpissime inhonoretur? Hæresim contra Deũ profers, deo blasphemiã dicis, & idemmet dominus, quem tu offendis tunc acria mala medica creat, vt tuam temperes bilim. Miror sanè quoties expoũdo patientiam, quam Deus habet inferendis peccatoribus, &c. Cæterum de his alias. Verum in eo quod Iosephum patrem Christi vocat iam in superioribus admonui, & in capite quintodecimo huius in parabola filij prodigi latius explicabo: quod in sacris literis plurimę res vocantur non vt sunt in rei veritate, sed quia ita æstimantur & reputantur. Sed ad contextum. *Et benedixit illis Simeon.* Consuetudo fuit sacerdotum veteris legis benedicere parentibus, qui infantem in templo offerebãt. Non habemus quæ benedictione illis benedixerit: crediderim tamen illam fuisse, quæ in libro Numerorũ habetur. Benedicat tibi dominus, & custodiat te: ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Potest etiam dici quod hæc benedictio sit imprecatio bonorum. Benedictio enim in sacra scriptura si sit hominis ad hominem, est bona precari: si verò est hominis ad Deum, est laudare: Dei vero ad hominem est benefacere. Cuius rei testimonia per ordinem etabimus. De primo in Genesi habetur quod benedixit Melchisedech Abrahæ, id est, bona illi imprecatus est. Et in eodem habetur quod fratres Rebeccæ benedixerunt ei, id est, bona imprecati sunt illi dicentes. Crescas in millibus, &c. De secundo exemplum habes in multis psalmis. Benedic anima mea dominum. Et etiam hic dicitur de Simeõne, quòd benedixerit Deum dicens. Nunc dimittis, &c, id est, laudauit Deum. De tertio scriptura plena est. Seruus Abrahæ dixit. Dominus benedixit domino meo, id est, benefecit in agris, ouibus, &c. Idem dicit scriptura de Putifari domino Ioseph, cui benedixit dominus, hoc est, multiplicauit bona propter Ioseph. Et idem dicit de Laban, de Iob, & de multis alijs. Itaque hic benedicere idẽ est quòd bona precari. ¶ Aduerte etiã, quòd benedicere aliquando sumitur in sacris literis in malam partem pro maledicere, vt est illud tertij regũm, vbi scribẽs Iezabel ad principes dixit de Naboth Israelita. Benedixit Deo & regi. Intelligendum est à cõtrario sensu: pro maledixit: sicut illa verba execrabilia vxoris Iob, cum dixit. Benedic Deo & more, id est, maledic. Et illud etiam ipsius Iob dicentis. Ne forte peccauerint filij mei, benedicentes Deo in cordibus suis. Et illud Satanæ ad Deum dẽ Iob. Nisi in faciem benedixerit tibi. Est etiam verbũ, benedic, apud Hebræos de numero illarum dictionũ quæ tam in bonam partẽ quam in malam accipiuntur: sicut apud Græcos anethema quòd est donarium Deo in templo appensum, & extremã detestationem significat. Et apud Latinos sacer & sacrum in malam partem interdum accipiũtur, pro execrando & detestãdo, iuxta quam significationẽ dixit poëta. Quid nõ mortalia pectora cogis auri sacra fames? Hic nõ est dubiũ quin benedicere in bonã partẽ accipiatur: & sumitur hic pro bona imprecari. Ob-

serua autẽ q licet maiores essent Maria & Ioseph Simeone in sanctitate & excellentia, tamẽ Simeõ erat maior in sacerdotio, atq; ideò benedixit: quia ex officio illi incumbebat. Docemur honorare sacerdotes, tametsi ali qui minus boni sunt secularibus tamen officij & dignitatis causa honoris digni sunt: quia Christus & beata virgo licet præstantiores essent, subijciũtur ei & ab eo benedictionẽ accipiũt. Quãuis sacerdos impie viuat, obseruatione nihilominus dignus est; atque ideo sacerdoti misit Christus leprosum quẽ curauit, & Caiphas; quia põtifex erat prophetico spiritu est illustratus. Discamus etiã nõ contemnere benedictiones ecclesiæ & sanctorũ patrũ sed eas amplectiri: sicut olim filij desiderabant benedictiones patrum & matrum. Sic Iacob & Esau contendebant de patris benedictione. Idem legimus de filijs Iacob: quia vt Sapiens ait benedictio patris firmat domos filiorũ. Et è cõuerso ruinẽ dæ sunt maledictiones: nã sequitur ibidem. Maledictio autẽ matris eradicat fundamẽta. Et licet non semper contingat imprecatio maledictionis; tamen formidandũ ne post multas maledictiones eueniat. Præterea obseruandum quoq; est, quod locutus Simeõ de Christi passione prius benedicit: vt doceat per redẽptoris passionẽ nos ab omni maledicto esse liberatos. Sic Paulus. Christus nos liberauit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus. *Et dixit ad Mariã matrem eius.* Ad quã prophetico spiritu loquitur de futuris potius quam ad Ioseph, quia sciebat q vera esset genitrix Christi saluatoris nostri: de quo beatus hic senex quinque prophetauit. Primo quia in aduẽtu eius irruerent multi ex inimicis. Secundo quod sublimarentur amici. Tertiò quod nihilominus haberet multos aduersarios. Quarto quod cum magna angustia matris occideretur. Quinto, q in aduentu eius paterent qui essent amici, & qui inimici. Sed singula expendamus. Ait itaque ad virginẽ. *Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel.* Scitote vtique hæc prædicatio est quam omnes qui Christiani sumus, sæpe contemplari debemus, vt videamus quidnam nobis operetur agnitio Christi: an ad meliora pergamus, an vero in deteriora ruamus. Huius itaque orationis singula verba discutiamus. Ecce (inquit) positus est hic in ruinã & in resurrectionẽ multorum in Israel. Audite horribile est quod Christus in ruinã futurus sit horribilissimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

lissimum quod non vni sed multis id accidit & longe horribilius est, quod idipsum nō simpliciter de hominibus ac gentibus, sed de Israele dicitur: hoc est, de his, in quos nulla eius rei suspicio propemodum cadere posse aliquis arbitretur. Nec hoc solum Simeon dicit: dictum quoque antea fuit ab Esaia: cuius verba sunt. Erit dominus in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel: in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi & cadent, & conterentur, & irretientur. & capientur. Hæc prophetia non nisi de Messia intelligenda est. Quod autem Simeon hæc prophetiæ verba ad Christum transtulerit manifestū est: quia illum pro vero Messia habuit & credidit. Illud vero quod ait de ruina non intelligendum est, quod ipse præbuerit alicui occasionem ruinæ. Deus enim neminem solicitat ad malum, nec impellit ad peccandum, quia cùm ipse nullius mali autor sit, ita peccare nequit. Sed ipsi homines sua propria malitia in causa existente ruunt, dum Christum redemptorem & saluatorem nostrum illis datum, non tantum per infidelitatem nō recipiunt, sed illi & eius mandatis resistunt, scelera patrando. Sic Pharisei audientes Christi doctrinam scandalizati sunt. Et Paulus ait: Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autē stultitiam. Ipse enim non est causa ruinæ. Lapis positus est in itinere, & ostenditur: tu si impingis in illum, tibi imputabitur: ex malitia enim tua prouenit. Prædicabat Christus, & impii pharisei male interpretabantur: multi enim data opera conabantur illum loco mouere, in quo posuerat Deus: & huic lapidi si credere nollebant, & eum pro Messia agnoscere recusabant, etiā eo quòd humilis veniebat & apparebat. Pharisei illum repudiabant: propterea quod hipocrisim eorum falsam & fucatam iustitiam arguebat, & solidā iustitiam docebat. Gentilis contemnebant eum, & quòd in cruce mortem subiisset, iudicabant, qui tali supplicio affectus esset adorare. Præpotentes oderant & execrabantur illum, quòd metuerent se per illum fore à potestate & imperio deiciendos. Idolorum cultores ferre nequibant, eo quòd omnia idola damnabat: & pleriq; omnes aduersabantur, quorum studium erat fraudulentum & malum, eo quod vitia in illis redarguebat, aliterq; docebat quàm ipsi vellent. His omnibus Christus factus est in ruinam superioribus temporibus: & quod calamitosius est etiam nūc multis factus est in ruinam in eo, quod quidam norunt, & vident verbum Dei atque veritatem: tamen propter proprium compendium & emolumentum, manifestè veritati reluctari audent. Nonnulli cùm Euangelium gratiæ audiunt, ignauiæ, voluptati, & ocio se dedūt, & flagitia virtutem esse putant. Alii si aliquādo ob peccata pœnam luere coguntur, statim Christum aut Dei verbum fastidire incipiūt. &c. Vnde fit vt Christus his etiā & tēporibus multis sit in ruinam. Ipsi quidem cadunt: sed lapis Christus integer manet, mālurus in omnia seculorum secula. Timeamus & nos ne pariter in Christum impingamus. *Et in resurrectionem multorum in Israel.* Hæc vox blandior est, & maioris consolationis, quàm præterita: imò in hac voce verum habemus fructum aduentus Christi. Ego (inquit ipse) veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Rursus Deus misit filium suum, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Idem quoque sentit Simeon in hoc verbo, positus est in resurrectionem multorum. Auxilio huius pueri multi se erigent & resurgent: qui longo tempore peccatis immersi iacent. Hæc prophetia effectum sortita est, & in dies adhuc impletur. Experti hoc sunt multi miserrimi peccatores, vt Zacheus, Matthæus, Petrus, Paulus, latro in cruce, & alii. Quis etenim & nunc à peccatis resurget, nisi adiutus eius auxilio? Idcoque Deo acceptum ferre debemus, qui nobis hunc Christum in resurrectionem dedit: vt in illo & per illum possimus resurgere. Est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et ipse quidem ait: Ego sum resurrectio & vita. Admonet locus iste, ne quis quantumuis sibi videatur stare nimis cōfidat: potest enim cadere. Nemo etiam quantuscunq; sit vitiis suffocatus, & iam in Barathrō peccatorum sepultus desperet: positus est enim Christus in resurrectionem multorum. Non est resurrectio quin præcesserit ruina. Cecidisti, peccasti, ne desperes: nam Christus positus est in resurrectionē, & ideò resurgere poteris. Audi Paulum. Si commortui sumus, & conuiuemus. ¶ Aduerte autem quod non dicit, in resurrectionem omnium, sed in resurrectionem multorum: quia licet venerit ad saluandos omnes, hos tamen tantummodo saluauit, qui crediturī erant in nomine ipsius. Venit inquam in ruinam & in resurrectionē multo

Esa. 8.

Luce. 1.

Matt. 15. 2. Cor. 1.

Matt. 5. & 23.

multorum. Ac si diceret beatæ virgini. Filius hic tuus, quanquàm datus est à Deo ad hoc, vt salutem conferat omnibus: tamen hominum vitio fiet: vt quemadmodū multos Dei domum amplectentes erecturus est ad spem salutis æternæ, ita multos Israelitas despicientes Dei magnificentiam dejicient in exitium sempiternū. Ab omnib⁹ em̄ Israeliticis expectatus est, sed nō ab omnibus suscipiet. Credentibus veniet in resurrectionem, non credentibus vero in ruinam. Vnde Paulus Romanis ait. Quid ergo dicemus? Quod gentes qui non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ est in fide: Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Sic etiam sæpè cōtingit, vt qui maiorem sanctitatem & perfectionem profitentur, aliquando peiores sint, & cæteris deteriores: & vbiture maiori debuit esse virtus, minorem inuenies. Venit ergo in resurrectionem fidelium & electorum, & in ruinam infidelium & improborum: sed non vniformiter. Nam in ruinam occasionaliter: & in resurrectionem causaliter & directè. Sic dominus per Oseam. Perditio tua ex te Israel: tātummodo auxilium tuum ex me. Ad hoc pertinet quod ipse ait: In iudiciū veni in hūc mundū, vt qui nō vidēt, videāt, & qui vidēt, cæci fiāt. Illuminat em̄ Christus cæcos, & excæcat videntes. Videntes sunt qui in oculis ꝓpriis sapientes sunt: quia qui rationi suæ plus credunt quàm verbo Dei, merentur excæcari, iuxta illud. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parunulis. Non videntes sunt simplices & indocti: imò parunuli illi, quibus pater arcana sua reuelat. Ideò Christus positus est diuino iudicio in ruinam superborum, & in humilium resurrectionē. Sic Paulus. Aliis sumus odor mortis ad mortem: & aliis odor vitæ in vitam. Sicut odor vineæ florentis iuxta naturam suam dulcis est hominibus, sed intolerabilis est serpentibus: sic Christus dominus & bonis odor vitæ est in vitam, & malis est odor mortis in mortem. Nam sicut agens naturale in quantū est de se semper producit suum effectum naturalem: tamē si materia variatur in se vel in suis qualitatiuis dispositionibus, secundō hoc diuersi effectus producuntur: sic secundū quod homines diuersimodè afficiuntur ad Christum, diuersi effectus resultant: sicut lux quæ de se est lætificatiua, sed oculis ægris odiosa est, sanis autem amabilis. ¶ Vide autem quod non dicit positum in ruinam in Babylone, sed in Israel: quia Christus magis offenditur ab his, in quos maiora bona contulit. Sic in domo Annæ percutienti maxillam dixit. Si male locutus sum, testimonium, &c. Quanuis plures reportauerat colaphos, tamē tunc cæteris plus sensit, quia huic Malcho sanauerat abscissam auriculam: sicque grauius Israelitæ casum sensit quàm Gentilis, & plus Christiani, & grauius etiam religiosi: quia hi maiora à Deo receperunt dona, & qui plus accepit, maius tenetur obsequium præstare.

Ioan. 18.

¶ Perpende etiam quod sicut Christus multis est causa resurrectionis: nam peccatores plurimi videntes Dei misericordiam, & quo modo indulget peccatoribus, resurgūt à peccatis: sed aliis est in ruinam, quia videntes ꝙ Christus misericors est, abutentes eius misericordia fiunt deteriores, & bonitate Dei, qua conuertendi erant, abuntuntur, & peiores fiūt. Ideo dominus minatur hos per Esaiam dicens. Dominus sicut fortis egredietur, sicut præliator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiēs loquar. Considera, quod quanuis nunc taceat, postea tamen suum obseruabit honorem: & cùm acceperit tempus, iustitias iudicabit. Cane ne Christi bonitas & patientia sit tibi in ruinam: ita vt ex bonitate & longanimitate illius occasionē sumas ad augendi peccata peccatis. Sed audiamus quid vltra Simeon dicat de Christo. *Et in signum, cui contradicetur.* Signum vt Origenes & Augustinus dicunt est quod præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud offert intellectui. Ideoque positus est Christus in signum fidei, quo ad intellectum vt credatur esse verus Deus & homo. Significabat enim voluntatem Dei patris, de qua ipse. Hæc est voluntas Dei patris, vt credatis in eum quem misit ille: de quo Esaias. In die illa erit radix Iesse: qui stat in signū populorum, ipsum Gentes deprecabuntur. Sic omnis Christi vita, omnia miracula, & quidquid gessit ad hoc, fuit vt offenderet se esse Deum, & in eum crederent tāquàm in Deū. Hoc signabant illa miraculorum signa. ¶ Passiones & pœnalitates hominum assumpsit, & mortem subire voluit, vt declararet se esse verum hominem. Qui ergo negant hæc, vel contradicunt huic signo? Huic signo contradixerunt Iudæi, quòd admiratus Dauid multo ante tempore prædixit in Psalmo. Quare fremuē

Ori. lib. 4. epist. R om. Aug. 2 doc. Christi.

Ioan. 6. Esa. 11.

Psalm. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fremuerunt gentes,&c. Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum &c.
Luc.10. Nolumus (vociferabantur Iudæi) hunc regnare super nos. Et Christo dicebant. Tu testimonium perhibes de te ipso,testimonium tuum non est verum. Item. Nonne bene dicimus nos,quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes?Et iterum. Dæmonium habet & insanit,quid eum auditis?Et coram Pilato.
Ioan.10. Ioan.18. Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eū.Post Iudæos contradixerūt Ethnici: post Ethnicos, hæretici: denique ab omni populo & lingua passus est cōtradictionem. Si Paulo dum esset Romæ,dixerunt quidā.
Act.28. De secta hac notum est nobis, quod vbique ei contradicitur. Nec solū sermone lex Christi contradictionem passa est, sed etiam opere: dum tyranni aquis vsi sunt,igne, lapidibus, feris,& gladio, ad euellendum euangelium.
¶ Præterea non solum,quo ad finem,sed etiā quo ad charitatem & effectū & exemplū imitationis positus est in signum Christus,vt per ipsum cursum nostrū dirigamus. Posuit me (inquit Ieremias)sicut signum ad sagittas.
Thren.3. Sicut sagittarius vnum oculum claudit, vt rectius sagittam emittat: ita nos quoq; sinistrū oculum claudamus,vt non respicientes trāsitoria ad Christum recto itinere eamus. Est enim Christus sicut signum crucis in via positum, vt per ipsum dirigamur: ne erremus in via morum. Omnis enim vita Christi disciplina morum fuit. Sed vbique ei contradicitur, nam maxima hominum pars ei contradicit: nam quod Christus laudat,fugit,& quod dānat,amplectitur. Positus est enim Christus in signū humilitatis in præsepio: in signum paupertatis,in purificatione:& in signū patiētiæ, & charitatis in passione. Sed huic signo humilitatis,patiētiæ,paupertatis,& charitatis cōtradicūt superbi, iracūdi, auari,& inuidi: denique; & oēs peccatores. Vniuersus orbis ei cōtradicit:quis à maximo,vsq; ad minimū,omnes suas itias studeat. Dicunt enim impij inter se.
Sap.2. Venite perfruamur bonis,quæ sunt: & vtamur creatura. Quis dicere poterit quomodo paupertati Christi humiliati, & eius vitæ contradicitur, non solum ab hæreticis & infidelibus,sed etiam à Christianis. Ab his, qui filium Dei fatentur Christum,despicitur eius paupertas,vita & doctrina:quia indecorum esse putant nō vindicare statim iniurias, & fragilis animi esse homines ob peccata non contristari. Putant præterea se infamia notandos fore, si crucifixi vitam sectentur. Sed ad contextum. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Dolores quos nō habuit in partu vt sentiens te esse matrem,exolues in morte filij sentiens te esse matrem: nam ex compassione ad filium in cruce pendentem, crudeliter in corde affigeris. Vt autem intelligas quam maximus fuerit dolor virginis, nō sine causa dicit, quod non corpus sed animā pertransibit gladius: quia beata virgo in ea parte passa est quæ impassibilis habeē,ideoq; plusquam martyr fuit. Qua dolor passionis oritur à lasione carnis cum perceptione sensus & redundat in animam. Dolor verò cōpassionis oritur & incipit in anima,& redundat in sensum & carnem. Quanto igitur anima est potentior & magis dominans super carnem, & caro est delicatior & magis subiecta animæ,tanto fit maior redundantia: & maior dolor est ille,qui incipit ab anima,quā ille dolor qui incipit à carne. Quia igitur ita erat in gloriosa virgine maior fuit compassionis in ipsa,quàm dolor passionis, qui est ex parte naturæ corruptibilis. In ipsa enim vera martyre anima patiebatur, & qui moriebatur erat qui occidebat: carnifex erat amor: & nō mori,omnibus malis mors maior erat. Non solum quia beata virgo patiebatur in anima,dolor eius maximus fuit: sed etiā ostenditur maximum fuisse,ex duplici ratione. Primo ex magnitudine amoris ad Christū. Quo enim amplius aliquid diligimus,eo magis dolemus de infortunio, aut eius perditione: & quemadmodum nullus homo purus aliū ita dilexit sicut Deipara virgo dilectissimū filiū suū,ita in eius passione supra modū & super omnes cruciata est. Secundo ostenditur magnum fuisse eius dolorem ex præsentia Christi patiētis. Obiectum enim præsens fortius mouet potentiā, quam absens: & si obiectum est causa tristitiæ & inflictiuū tristitiæ, maxime mouet potentiam ad tristandum.
Amare fleuit Iacob mortem filij sui Ioseph quando cæteri filij tunicam sanguine rinctā patri obtulerunt: tamē multo grauius fleret si oculis suis feram illam vidisset præsentem, quam ipse Iacob dilexisse filium suum Ioseph & comedisse existimabat. Ægrè dolebat Dauid Absalonem filium suum; cum lachrymis obortis flens diceret. Absalon fili mi, fili mi Absalon. Tamen grauius doleret si oculis propriis Absalonem ex quercu pendentem vidisset,& tribus lāceis cor eius trāfixum.

fixum. Agar discessit ne perire filium suum Ismaelem videret. At beata virgo præsens iuxta crucem stabat,& propriis oculis mori videbat sine vlla remedii ope,quem ipsa ardentissime amabat. Bene ergo Simeō dixit,quod doloris gladius eius animam pertransiret.
¶ Expende quanta amaritudine plenæ humanæ cōsolationes sint. Læta erat virgo beatissima,& gaudebat videns se matrem tanti filii,& etiam contenta Cantica Simeonis concernens,& simul audiens,quomodo vnigenitus eius filius laudabatur. Verūm vt aduertas in vita hac præsenti nullum gaudiū diu permanere,hos inter honores & laudes prædicit ei Simeon res tristes & dolorem, quē in filii passione passura erat. Hinc discamus tempore fœlici paratos esse,quando quidem tristitia propinqua est: iuxta illud sapientis.
Eccle.28. In die bonorum,memor esto malorum. Lætus erat Aman cum conuiua esset reginę Hester: tamen statim effectus est tristis,quia non honorauit illum Mardochæus. Comitatur enim tristitia omne huius vitæ gaudium. Sola quidē amaritudinis cōsideratio, quæ per huius vitæ delectationes sparsa est sufficit, vt omnis mūdana & sensualis cōsolatio odio habeatur. Valdè quidem lætatur dux, quando spolia inter suos diuidit milites,ita vt Esaias ad significandum quantopere illo optatissimo ac fœlicissimo redemptoris aduentu lætaretur mundus dixerit. Lætabuntur in te sicut victores capta præda, quando diuidunt spolia. Sed cùm postrema gaudia luctus occupet: sic sanè Dauid Regi accidit, cui simili hac lætitia gaudenti,& inter suos milites spolia diuidenti,subito & inopinato quidam venit lamentabilis nuncius, Saulis nimirū mortem,& Ionathæ,& perditionem totius Israel denuncians: cuius rei gratia tota eorum lætitia conuersa est in luctum. Vnde inter gaudia illa victoriæ fecerunt Dauid & sui planctum,& ieiunauerunt,scidēruntque vestimenta sua. Vides & tu iam,quod in hac vita nihil gaudii sit quod per longum duret tempus? In beata virgine quidem rectè hoc ostenditur: nam inter laudes & honores nūcia statim crudelissimi audit martyrii. Igitur illud Apostoli seruemus oēs fideles: ita vt qui gaudent, tanquàm non gaudentes sint: & qui vtuntur hoc mundo,tanquā non vtantur. Præteriit enim figura huius mūdi,&c. ¶ Obseruādum est etiā quomodo Deus etsi suos aliquādo corripere videatur,in hoc profectò demonstrat amorem,quē in eos habet,vt apertissimè videre est in beatissima virgine: nullus siquidē vsquentiū sanctior ipsa fuit, neque tantis ac talibus cruciatibus ac internis martyriis afflictionimò nunquàm aliqua mater ob vnicū filiū tot dolores ac tantos passa est, quot hæc veneranda mater. Statim in ipsa eius infantia Christum filium secum ferens in Aegyptum fugere coacta est, & inter peregrinos & extraneos totum septennium commorari in exilio. Post multas denique persecutiones ac animi perturbationes,quæ longissimū esset recensere amantissimum filium acerbissima morte interfectum inter duos latrones affixum,tantus amor videre coegit.
Matth. 2.
¶ Aduertendum quoque est, quod Deus eo quod probe tātæ arrogantiam nostram & inflationem nouit in prehendo nobis auxilia sic se habet,vt prosperitatem & fauorem effræne,& in angustias deuenire nos permittat: vt apertè cognoscamus, nihil ex nobis posse,& miseria nostra late pateat. Lætissimus & Matth.16. fecto beatus Petrus effectus est,quia ei Christus dixerat,beatus es Simon Bariona, ità vt paruo post tempore trāfacto ausus fuerit impedire passionē Christi: Quapropter ab eodem domino grauissimè fuit reprehensus. Ita Dauid vano de se cogitatu inflatus, quā plurimum apud Deum valere putans ità, vt de se confidens dixerit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Tamen vt eō gnosceret se nihil sinè Deo esse dereliquit eū dominus,& sic cecidit,& exclamauit dicens. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cō turbatus. Sic enim euenire solet natanti tyrōni,qui à peritiori in arte illa per barbam in fluuio ducitur & docetur. Si talis fuisset inflatus putas se iam peritū,cùm ita non sit,relinquatur à magistro,statim submergitur & apertè fatetur illius auxilio indigere. Ita hominē procul dubio oportet non semper esse prosperū, ne ideò superbiat & emergatur: imò potiùs, quod aliquando dolores & persecutiones patiatur,vt se cognoscat. Nimia quidem prosperitas damni illatiua esse solet: & sic Deus homines illa priuare misericorditer intēdit.
Psalm. 29. Psal. 28.
Sic sponsa in Cāticis ait dilecto. Fuge dilecte mi: assimilare capræ,hinnuloque ceruorum.
Cant. 8.
Ac si diceret. Das mihi sponte in tua præsentia tantam suauitatem, vt tim eam his rebus te mihi obsequia mea velle soluere: ideò fuge. Auferà me delicias, vt patentiæ occasionē habeā: & potiar te tam in prosperis quam in ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aduersis. Assimilatur sponsus hinnulo ceruorum, quod quidem animal fugit à venatoribus & canibus, & quando ab eis per aliquod distat spatium se detinet & caput vertit, vt persecutorem videat. Ità tu domine à me fuge, id est, ne tantas mihi elargiaris delicias, tamen tua fuga sit similis capræ hinnuloq; ceruorũ, vt quãdo longè à me fuetis me expectes, appelles, in tuamq; gratiã reuoces. Sic igitur agit Christus dominus cũ suis, vt se agnoscant & ad Deũ omnipotentem confugiant, qui fons totius miserationis est. Sequitur in cõtextu. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Verbũ istud intricatũ est, referriq; potest ad particulam immediate præhabitã: vel ad id, quod dixerat Simeon, positus est hic in ruinã. Ex hoc enim quod Christus venit & in quorundam salutẽ & ad aliquorũ malorũ dãnationem occasionaliter, item ex passione ipsius cõpassioneq; matris eius, factum est, vt multorum hominum cogitationes, quæ antea latebant reuelarentur: id est, per quos dã effectus aliis proderentur ac declararẽtur: In tempore enim passionis manifestatũ est quid in pectore celabant Iudas, Caiphas, & Anas: & quid in animo fuerit Nicodemi, Ioseph Arimathiæ & sanctarũ mulierũ, quæ secutæ fuerãt Christũ à Galilæa. Scribæ etiã & Pharisæi multa gratulãtes de aduẽtu Christi narrabãt: sed in eius morte gauisi sunt. Sic olim prædixerat Oseas propheta. Cum sanare vellẽ Israël, reuelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ. ¶ Aduerte quam apertè tribulatio & angustia ostendat quisnã verus & falsus amicus sit. Arctus enim amicus tempestate notatur. O quã pauci nostris temporibus veri amici sunt. Tales inuenies plurimos qualis ab Ecclesiastico dicitur. Amicus mensæ, non permanebit tempore tribulationis. Quando Hierusalem temporibus Dauidis & Salomonis & aliorum regũ in sua vigebat prosperitate, alij reges proximi cedebant ei & mittebant dona, vilitabant & honorabant, suaq; lætabantur & amicitia: tamen aduersa vrgente fortuna, vbi eandẽ afflictã persecutã, & quasi desertã viderũt, in medio suæ angustiæ dereliquerunt. Ideoq; Ieremias inter alia, quę de perditione Hierusalẽ plorabat, dixit. Omnes amici eius spreuerũt eã, & facti sunt ei inimici. Clarè ergo cõstat quod amicitia illa, quã cum Hierusalẽ inierunt nõ fuit vera: quandoquidẽ eam in aduersis deseruerũt. Multi comitabantur Christũ in solẽni illa processione, quãdo populus Hebræorũ cũ ramis exijt obuiã ei, nec apostoli tũc magistrũ derelinquerũt: sed appropinquante passione & morte, relicto eo oẽs fugerũt. Et ideò de eis cõqueribat Christus per Psalmistã dicens, *Amici mei & proximi mei recessistũ à me.* Maior quidẽ angustia & quę plus patientissimũ Iob pungit fuit separatio illa amicorũ, qui principio ad eius consolationẽ venerãt & quod dei cõtrarij fuerint & reprehẽderint, & iniuriosa verba dixerint: & de hoc cõqueritur ipse dicens, Quare persequimini me sicut Deus, & carnib⁹ meis saturamini? Multi quidẽ ab amicis decipiũtur: nã cũ amicitiã verã existiment arcana sua ostendũt & egẽtias similiter vt amici subueniãt: ipsi verò recedunt & excusationes afferũt. In angustijs veri cognoscũtur amici: ardq; ideò in Christi passione (vt Simeõ ait) cogitæ fuerũt cogitationes multorũ, & eorum simulata amicitia patefacta est. Consequenter nũc recitatur testimoniũ Christo impertitũ à quadã fœmina probatæ authoritatis: de qua ait noster Lucas. *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser.* Nomina ista & particulæ positæ sunt ad indicãdũ rei certitudinẽ: & vt ab alijs, qui simili nomine vocabantur distingueretur. Aser vnus fuit ex duodecim patriarchis filiorum Iacob. Tribui huic de qua hæc Anna erat data est benedictio in filijs. Moses enim ante obitũ benedixerat ei dicẽs. Benedictus in filijs Aser, sit placẽs fratribus suis, &c. Sicut dies (inquit) iuuentutis tuæ, ità & senectus tua. Vides quã plenè hæc impleta sunt in hac filia Aser quia (vt statim dicemus) à iuuẽtute in senectã vsq;, Deo inseruit? Porrò Phanuel pater suus nomẽ accepit à loco vbi sanctus Iacob luctatus est cũ angelo. Dicitur enim in Genesi post luctã. Vocauit Iacob nomen loci illius Phanuel dicens. Vidi dominum facie ad faciem: & salua facta est anima mea. ¶ Aduerte hic quod decebat Christi aduentũ testimoniũ habere ab omni genere personarũ, vt inexcusabiles fiũt qui euãgelio non credũt. Habuit enim testimoniũ à natura Angelica: facta est enim cum angelo multitudo cœlestis exercitus. Et à natura cœlesti. Vidimus stellã eius in Oriẽte. Et à simplicib⁹ pastoribus, nã omnes, qui audierunt mirati sunt de his, quę dicta erant illis à pastoribus. A sene sacerdote Simeone. Et benedixit eis Simeõ. Et etiã Anna vidua & sancta quę loquebatur de illo omnib⁹, qui exspectabant

Luc. 8. *Osee. 7.* *Eccles. 6.* *Thren. 1.* *Dan.* *Gen.* *Mat.* *Luc. 2.*

consolationem Israel. Infantuli quoque innocẽtes non loquendo sed moriendo Christum confessi sunt. Denique testimoniũ Christus habuit tam à viris quã à mulieribus: vt ostenderet, quod vterque sexus redemptionem expectabat: sicut & vterque ceciderat. ¶ Vide etiam quã rari sunt, qui charitatis opus exercẽt. Nam ex tota illa Hierosolymitana multitudine quatuor tantummodo personæ videlicet Maria, Ioseph, Simeon, & Anna cõmotæ sunt ad exercendũ charitatis op⁹ erga dñm. Similiter hodie rari in hoc genere inueniuntur charitatis, qui proximis subueniant. Multiplicasti gentem (inquit Esaias) & non magnificasti lætitiã. Autoritas igitur Annæ insinuatur ex nobilitate generis, & ex spiritu prophetico, & morũ sanctitate, & ex statu suo. Ex his omnibus euangelista illam cõmendat. Primũ igitur de generis nobilitate, quæ etsi apud Deũ nihil valeat cũ vera nobilitas sola virtus appelletur, tamẽ nobiles quasi quadã necessitate coguntur ne degenerẽr à maiorũ nobilitate, quia nobilitas de se adsequendã virtute inuitat, & in bona sicut gemma in aureo annulo locatur, & è diuerso in malo, sicut gladius in manib⁹ furiosi, qui quidem eo ad crimina perpetranda abutitur. Tales certè sunt nobiles multi, qui à sua nobilitate & potestate ansam sumũt ad superbiam, vanitatẽ, tyrannidem & in vilipendium pauperũ & crudelitatẽ erga proximos & alii id genus. Multi ergo nobiles & nobiliũ filij sunt his similes. Cain verò, Cam, Ismael, & Esau à patribus probis, sanctis, & honestis, ipsi verò ex propria malitia improbi extiterunt: & è cõtrario Ezechias vir bonus fuit, de quo dicit scriptura, quod fecit bonũ cõrã domino: Achaz autẽ filius improbus, qui filiũ proprium per ignẽ traijciens sacrificauit idolis. Quod si ignobilis es da operam virtuti, ita vt maiores tui à te incipiãt initiũ memoriæ suæ, quod erit tibi gloria maior. Si verò à progenie & ortu nobilis es, stude maiorũ imitari nobilitatẽ, obligationẽ considerans: quã vt officiosus sis habes, ne tuis operibus improbis inhærẽs nobilitatẽ deleas, quã à maioribus tuis accepisti. Beata verò Anna patrẽ suum tum in maioribus, tũ virtutibus est secuta. Sequitur. *Hæc processerat in diebus multis.* Econtrario quidẽ in impio tempus frustra teritur: nã sicut ostiũ vertitur in cardine, ità inquit Salomõ, quod piger in lectulo suo. Ita multi sunt, quorũ gratia multi prætereũt dies & anni, & hoc vt homines corrigãtur, & pœnitentiã de malo agant: tamẽ ipsi quãuis anni labatur & prætereãt semper in sua manẽt iuuentute, & peccati viriditate: ita vt nec vnquã vitã corrigere studeant, nec prudentiã senio adipiscantur. Puer centũ annorum maledicti sunt: ait Esaias. Nõ sic beata ista prophetissa, imo ad pares angulos cũ tempore currebat: ideoq; euangelista de ea ait, quod processerat, quia cũ annorũ curriu etiã accesserat prudentia, & sicut anni iuuentutis præterierunt, ità etiã mundi vanitates in ipsã extinctæ fuerunt. ¶ Porrò vt intelligas, quod castitas nõ solũ animæ saluti prodest, verũ etiam longã tribuit corpori sanitatẽ & vitam, sicut è diuerso libidinosi act⁹ vitã breuem: postquã euãgelista dixerat multos vixisse annos quasi causam reddens longitudinis vitæ, castitatis & honestitatis illam laudat dicens. *Et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Hoc est, à tẽpore quo eam adhuc virginẽ assumpsit in coniugẽ: septem enim annis vixit cum viro suo in matrimonio, post cuius obitũ octoginta & quatuor superstes castissimè vixit. Iure id quidem dicit, quod vixerat cũ viro suo, in quo innuitur habuisse erga illum pacificã conuersationem: nã si non fuisset inter eos concordia & pax, nec fuisset vita imo potius mors. Beatæ equidem sunt pacificę & bonè cordatæ vxores. Tales profectò ratissimè inuenies: imò insolentes & furiosas, quibuscũ habitare potius est dicendũ mori & aspertimè mori, quã viuere. Et ideò apud ecclesiasticum habetur. Cõmorari leoni & draconi plus placebit, quã habitare cũ muliere nequã. Et alibi adiungit. Melior est mors quã vita amara: qualis est illa, quã homo habet cum muliere litigiosa. ¶ Vocat autem euangelista beatã istam castissimã, quia castitas & corporis pudicitia maxima dispositio est ad scrutanda & penetrãda cœlestia arcana. Hæc siquidẽ virtus nimis animam disponit ad receptionẽ diuinarum reuelationũ: sicut è contrario luxuria hebetat intellectũ, turpem & crassum ad talia acquirẽda reddit. Sic legitur de Ezechiele prophetã (asserẽte Hieronymo) qui mortua vxore eleuatus est à domino, & vidit arcana, & cœlestia: quod tamẽ euenit minimè illa viuente, & matrimonio stante. Ioseph quoq; castissimus interpres somniorũ fuit. Præterea inter duodecim Apostolos (vt inquit Ambrosius) solus Ioãnes fuit virgo, & sic in pectore Christi recumbens meruit eleuari ad tam alta diuina

Ecclesi. Eccl 30. *Esa. 65.* *Hier. lib. 1. con. Iouin.* *Amb super 2 cap. epistole. ad cor.*

uina & inscrutibilia secreta: sicque altiora cæteri scripsit, *Augu. li. 2. de consen. euang. ca. 6* asserente beato Augustino, illi ter omnes scripturas euangelii Ioannis eminentissimum esse. Et inter cæteros Apostolus *2. Cor. 12.* etiam Paulus virgo fuit: ideoq; raptus in tertium vsque cœlum, & vidit diuinam essentiam. Sanctus verò Thomas Aquinas Angelicus doctor, ob hanc præstantissimam virtutem resplenduit in ecclesia Dei admirabili quadam sapientia: cuius doctrina ita illuminat ecclesiam, vt sol & luna. Sibillæ vero illæ satis notæ etiam si Gentiles, donũ veræ pro- *Lib. 1. adu. Iouinia.* phetiæ habuerunt: & hoc (vt inquit Diuus Hieronymus) quia castitatem dilexerunt & fuerunt virgines. Similiter credo Annam nostrã eo quod à iuuentute castissimè & honestissimè vixit, spiritum quoque propheticum meruisse: ideoque euangelista postquam prophetissam vocauit statim de multis annis, quibus castissime vixit, memoriam fecit. ¶ Secũdo & principaliter laudat ab statu dicens.

Exod. 22. Et *hæc vidua erat.* Et quod talis status viduarum sit probus pater, quia Deus in sacris literis sæpe commendat viduas: & iudicibus iubet vt causam viduarum defendant. Viduæ, inquit, & pupillo non nocebitis: si læseritis eos vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum. Non enim despiciet dominus preces populi & viduarum: si effundant loquelam gemit⁹. Qua ratione inter peccata *Esai. 1.* populi Israelitici numerat Esaias viduas indefensas fuisse dicens. Non iudicant causam *1. Cor. 7.* viduæ. Paulus quoque tanto æstimat eas vt connumeret etiam cum virginibus. Mulier (ait) innupta & virgo cogitat, quæ domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu. Et egre- *Psalm. 131.* gius psaltes. Viduam eius benedicẽs benedicam. Verum vt intelligatur perseuerantia casta viduitatis huius beatæ, subdidit euangelista *Vsque ad annos octoginta quatuor.* Hinc annorum numerus non ad ætatem Annæ referendus, sed ad spatium viduitatis. Nec fuit leuis nec temeraria puella, imò mulier grauis & prouectæ ætatis. Et sacræ & profanæ literæ plus sapientiæ solẽt tribuere seniotibus quam adolescentioribus. De ætate verò Annæ constare potest ex eo quod euangelista ait, videlicet ipsam septem annos vixisse cũ viro suo à virginitate sua & in viduitate egisse vsq; annos octoginta quatuor. Si vero addideris annos, quos vixit ante nuptias inuenies quod saltẽ cõpleuerat cẽtũ & sex annos seruata vsq; ad hãc ætatẽ, in Christi Saluatoris obsequiũ. Maximũ tandẽ castitatis exemplũ nobis hæc esse relinquit: nec fecit sicut huius tẽpestatis vxores quã plures, quæ nõdũ bene exequias primas cõpleuerunt: quãdo iterum secundo nubent: quod etiam si illicitum non sit, non tamen decorum, cum talibus viduis non datur annulus aureus, nec benedicitur nuptiæ, nec post mortem talis vxoris viduę ad sacros ordines potest vir promoueri. ¶ Tertio euangelista illam laudat de beata vita & modo viuẽdi dicẽs de beata ista. *Quæ non discedebat de tẽplo.* Nec ex hoc intelligatur semper in tẽplo residere: sed quod crebro frequẽtabat. Quod nos etiam de aliquibus talia facientibus dicere solemus: & si non semper adsint in ecclesia. Sic etiã Paulus Romanis ait. Sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis. Et ad Thessalonicẽses. Sine intermissione orate inuicẽ. Quasi dicat. Sedulò orationẽ facite. Nã si semper Anna in templo resideret nõ diceret euangelista, quod in ipsa hora superuenit in templũ. Discat hinc viduę nostrę nõ diuagare de domo in domũ, & de loco in locũ: sed manere domi & frequẽtare ecclesiã. Est enim vidua, quasi monialis: ideq; indicare videtur vidualis vestis, quæ lugubris & mœsta & quasi à secularibus separata esse debet: ostendens per hoc renũciasse mũdanis delicijs. Talis tandẽ sancta ista erat, vt à suo cubiculo & templo non discedebat: quandoquidẽ nostri temporis viduis nõ ità videmus, quæ etsi liberæ sint & expeditæ ad ista nolũt ad hec libertate sua vti, nec in hoc tempus consumere: imo per vias, plateas & hortulos, diuagare, amicas visitare, & propria desideria adimplere: & si secundas nuptias recusent non causa castitatis seruandæ: imò libertatis potiendæ, id faciũt. Audiãt ergo tales beatũ Paulum dicentem. Vidua in delicijs viuens, mortua est. Sed de his satis. Quarto laudat eandẽ ieiunio & oratione, ideo sequitur in contextu. *Ieiunijs & orationibus seruiens nocte & die.* Adiũgit ieiunũ cum oratione, quia in ieiunio sanãtur pestes corporis, in oratione vero egritudines animę. Sicut apud Tobiã. Bona est oratio cũ ieiunio. Vult enim Deus quod orationẽ comitẽtur bona opera. Ideo Psalmista ait. Vnã petij à dño hanc requiram. Et postquam dixit quod orans petebat (si quidem oratio petitio est) statim addidit hanc requiram. Vt inhabitẽ in domo dñi, omnibus diebus vitæ meæ. Beatitudo cælestis oratione petẽda est: sed tamen

men quærere operando necesse est. Ideo in Ezechiele habetur, quod illa sancta animalia manus & pennas ad similitudinem hominis habebant: vbi datur intelligi opera nostra secundũ rationem, & iustitiam facta cũ orationis ala comitanda esse: ideoq; erat manus hominis quæ est opus rationale. Vtrunq; vero ab ista sancta fiebat: legẽ enim domini meditabatur & opere illam exequebatur. Vnde Dauid. Et meditabor in mandatis tuis, quæ *118.* dilexi. Sequitur. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis. Vide ergo appositissimũ ordinẽ. Prius meditatur, & postea diligit: quia vt alibi dicit, in meditatione mea, exardescit ignis. Et quanuis amorem præcedit meditatio, cum ad orationem & perseuerantiam in ea opus sit ieiunio, quod nimirum mentẽ eleuat, similiter ieiunium & abstinentia necessaria sũt, vt in his exercitijs perseueremus. Quod profectò sequens exemplum illustrabit. Si in ignem ouum sanum vel castanea absq; vlla fractione mittantur agente in ea igne dehiscunt, franguntur & extra ignem saliunt: si vero ante calefactionem paululum frangantur non item. Similiter de homine ad amorem & Christi feruorem accedente dicẽdum est. Si talis fuerit sanus, pinguis, integer corpore, non vero fractus ieiunijs, orationibus, & vigilijs, cito quidem deficiet, & ab oratione & contemplatione discedet. Si verò fractus & ieiunio abstinentiaq; armatus orauerit, minime recedet: imò promptè & delectabiliter orans perseuerabit. Abstinentes erant & ieiunabant illi pueri Babylonici, nec cibos mẽsæ regalis comedere volebant, sed legumina tantum: & quasi castaneæ missi sunt in fornacẽ iussu Nabuchodonosoris: ibique sine metu aliquo in medio ignis positi & absque aliqua combustione, imo canentes laudes diuinas erant perseuerantes & dicentes. Benedicite omnia opera dñi domino, &c. Et liberati sunt. Ita etiam Moses fuit in monte quadraginta dies sine cibo & potu, sola diuina conuersatione suffultus. Sic & ista Anna sanctissima abstinens & ieiunans orabat & à templo non discedebat: quia mortificatam habebat carnem ieiunijs & à Deo, qui ignis ardentissimus charitatis est, veluti castanea fracta nõ discedebat. Discamus & nos in lege dñi meditari nec acquiescamus de cætero secularibus illecebris nec occupemur varijs impedimentis, sed semper ad legem Christi simus intenti. Scriptum est enim. Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudiciũ. *Psalm.* Quam meditationem maximè sacerdotibus necessariã esse Apostolus Paulus ostendit, ad Titũ dicens, quod debet episcopus am- *Tit. 1.* plecti eum, qui secundum doctrinam, &c. Et ad Timotheum. Attende lectioni & ex- *1. Tim. 4.* hortationi doctrinæ. Ideoq; Dauid. Veniant *Psal. 118.* mihi miserationes tuæ & viuam: quia lex tua meditatio mea est. Cui lex Dei meditatio est, huic quidẽ præsto sunt misericordiæ vt viuat in æternũ: nullus enim beatus esse potest absq; miseratione diuina, &c. ¶ Docemur secundò in bonis actibus perseuerare veluti Anna, quæ incessanter per tot annos in ieiunijs, & orationibus se Deo dedicauit. Ideoq; si seruire Deo inceperis, in finem vsq; perseuerare teneris. Arbor enim quæ sæpe inseritur non mittet radices, nec fructum aliquẽ afferet. Ita sanè tibi eueniet si ab incepto bono recesseris virtutũ fructus, nec bonorum operũ producere poteris. Virtus siquidẽ habitus est, cuius actus per bona opera sunt multiplicãdi: aliàs habitus generari non potest. Vnde Ecclesia- *Eccl. 27.* sticus ait. Homo sensatus in sapiẽtia manet sicut sol: stultus autem sicut luna mutatur. Stabiles quidem sunt iusti & sancti viri: & talis *Gen. 15.* fuit sanctus ille pater Abraham, qui cùm in sacrificio à muscarum cohorte maximè infestaretur, nihilominus inceptũ, quod fecit nõ reliquit. Disce ergo ab eo, & ab Anna sancta infestas muscas, cogitationes varias, & impedimẽta, quę sese statim Dei ministris offerũt *Matth. 10.* prius expellere & per calcata perge ista. Qui enim ad finem vsque perseuerauerit, saluus erit. ¶ Tertiò admonet locus iste ieiunare & carnem macerare, sicut hæc sancta fœmina fecit: ista enim media sunt satis congrua ad finem illum propter mirabiles effectus, quos in nobis gignũt & excitant, vt satis probe experti experiuntur: contrariũ enim vitiũ periculosum est valdè, testante Apostolo. Si secũ- *Rom. 8.* dum carnem vixeritis, moriemini. Affligẽda caro est, ieiunio & oratione maceranda, ne se extollat & iuguler nos. Si enim nauis graui põdere oneretur, in profundũ pelagi demergetur. Sic & tu si corpus tuum varia ciborum diuersitate oneraueris, te in profundum culpæ deducet: ansamq; assumet diabolus vt te decipiat, veluti primos parentes per gulam *Gen. 3.* ab statu innocẽtiæ eiecit. Expedit ergo, vt ab- *Gen. 39.* stinẽtia caro coerceat. Hęc enim est Eua nos *Iudi. 4.* ad pomũ prohibitum inuitans. Hæc est Ægy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptia illa Putipharis, innocentem Ioseph adIud. 16. turpitudinè prouocans. Hæc est Iael Sisaram ficto amore seducens, & verè occidens. Hæc est Dalida quæ Sanſonem in præmio blandè excepit & fallò tradidit Philiſtæis, vt cæcus ad ignominiam adduceretur. Hæc est puella
Mar. 6. saltatrix, quæ Ioannis caput petiuit. Hæc tandem est ancilla ostiaria, ad cuius vocem Chriſtũ negamus. Hanc prorſus debemus coercere & castigare, vt fecit Apostolus ad Cor. di-
Mat 26. 1. Cor. 9. cens. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Quod si Christi Apostolus & eius electionis vas corpus suum castigabat: maiori quidè iure nos peccatores de nostra salute incerti id efficere debemus. Cum enim ea, quæ scripta sunt ad nostrã doctrinam scripta sint
Rom. 15. tenemur, vt diximus corpus castigare, ieiunium & orationem iuuare. His armis armata Hester. 4. Iudith. 13. Dan. 2. Tob. 12. 1. Tim. 5. Amã liberauit & Iudith fortiſsimũ ducẽ Holophernem trucidauit. Daniel etiã ex eo fruitur multis Dei mysterijs meruit: & Angelus domini de hac monuit beatũ Tobiam, & Paulus Timotheo. ¶ Demum, vt cõcludam vnũ hic obseruatione dignum arbitror. Quorsum Euangelista moras protrahit in laudibus huius Annæ, quia nobilitatis illam laudat, abſtinentiæ, castitatis, &c. Nempe propter firmandũ testimonium quod de Christo dederat, vt maximè æmines & facias, quæ hæc mulier dixerit: quia credendum minimè erat mulierem vitæ tam integerrimæ leuia dicturam esse, & res dictu non dignas nec veras. Nullus mentis compos in eius dictis & testimonio dubitare poterat: quandoquidem inculpatæ vitæ hæc Anna erat. Quamobrem priusquam Euangelista dicat testimonium quod de Christo dederit, eius describit encomia, præclara gesta, & mores, vt plurimi quod dixerit æſtimes. Noluit Christus, quod dæmones, de eo testimonium ferrent, cum illum filium Dei
Luc. 4. testificabantur, quia ab impijs laudari non vult, sed à bonis. Laudatur Christus à Simeone & Anna, quos Euangelista laudibus extollit, priusquã illorum testimoniũ in medium ferat. Tu etiam non patiũ facias bonorũ laudes nec maximi ducas impiorũ honores: nã (vt Seneca ait) tam turpe tibi sit laudari à turpibus, quam si laudaris ob turpia. Sed de his nonnihil infernùs capite quarto Deo dante dicemus. Igitur postquam Euangelista noster Lucas vitæ probitatem huius sanctiſsimæ mulieris insinuauit, nunc in medium profert testimonium illius: ideoque cõsequenter ait. *Et hæcipsa hora superueniens.* Non casu, vel ab homine vocata venit, sed in spiritu sicut Simeon. Suggesserat enim illi Spiritus sanctus iam natum Christũ, iam adesse puerum, tot seculis expectatum. *Confitebatur domino.* Hoc est, de Christo testimonium perhibebat. Sicut ad præsentiam solis & à virtute ab eo emanãte arbores frondescunt, germinant, & fructus faciunt: sic veniens in hunc mundum, sol iustitiæ, Christus fructum mirabilem erga suos producens, ipsi verò accipientes, in laudes & gratiarum actiones proruperunt. Tunc enim Angeli, pastores, reges, Simeon & Anna decantauerunt, & dominũ laudauerunt. Sed Simeonis testificatio explicitè describitur, & per modũ præconij, Annæ verò implicitè & per modũ confessionis: quia docere in Ecclesia fœminis non permittitur, sed viris. Prophetauerunt ergo de Christo Simeon, Zacharias, beatiſsima virgo, Elisabeth coniugata, & Anna vidua: operæ pretium enim fuit, vt ab vtroque sexu id efficeretur.
¶ Vide etiam & perpende quomodo fideles, boni, & probi, mutuo ad inuicem se adiuuant in Dei ministerio. Erat enim Simeon laudans & prædicans Christum, & ecce Anna ad hoc efficiendum diligenter superuenit. Sic Aaron præsto fuit Mosi, cui blesa erat lingua in eius adiutorium. Mali verò & improbi è contrario efficiunt: tales enim non modo non adiuuant, quin potius impedimẽto sunt bonis, eosq; impedire, & à Dei obsequio depellere ac reuocare conantur. Ipsi quoque ipsi adinuicem se impediunt, mordent, famamque corrodunt, ità, vt simul cohabitare nequeãt propter crebras & infestas discordias quas inter sese habent, iuxta illud, quod Salomon in Prouerbijs ait. Domus impij plarima cõturbatio. Ex quo fit vt mali sæpè cõgregentur ad perpetrandum malum sicut filij Iacob vt fratrem suum Ioseph, Ismaelitis vẽderent: & ædificatores turris Babel ad stultitiam illã & vanitatẽ. ¶ Disce præterea quod Christus ex eo quod homo & infantulus factus serui formã accipiẽs, à pastoribꝰ & angelis in præsepio summis effertur laudibus & à Simeone in vinis: ità, vt beatiſsima virgo & eius spõsus vehemẽter mirarentur. Sed non Christum non ex his, quæ foris apparent, sed quę de illo sacra eloquia & catholica fides testantur, firmiter credentes admiremur, iuxta illud. Custodi pedem tuum, ingrediens

diens domum Dei. & appropinqua, vt audias. Nam et tarditas enim diuinam corporeis oculis cernere nec mente to a comprehendere nequaquam valemus, sed fide & auditu absque aliquo alio processu nec scrutinio. Præcaueas illud. Scrutator diuinæ maiestatis, opprimetur a gloria. Sic certe oppressi sunt, allucinati, & decepti, lud. et multi philosophi, atque Ethnici: qui nolentes capti are intellectum in obsequium Christi, & sicut cognouerunt adorare, in errores & hereses quam plurimas incidunt. Sicut enim in Isaac iam tunc omnes sensus decenti sunt cum benedixit filio Iacob præter auditus: sic erga Christi Saluatoris nostri intellectionem omnes humani sensus præter auditꝰ decipiuntur. Vox, inquit, est vox Iacob. In hoc vno verũ dixit: falsum vero in eo quod dixit, manus vero manus Esau. Sicut in fidelis cum audis Simeonem dicentem Christum mundi salutem & lumen, & Annam cõfitentem regem esse Israel, & expectatum, redemptorem iam venisse, hæc vera esse credenam audius non est deceptꝰ in Isaac. Nec in nobis quidem: quia non tangitur diuinitas nec odoratur, nõ videtur, nec corporeo sensu gustatur: nihilominus in deitatem, quam audis crede, etiam si oculis corporeis percipere nequeas. Crede etia testibus locupletiſsimis qui hanc veritatẽ testificãtur: vide licet sanctis Simeoni & Annæ, sanctæ ecclesiæ catholicæ Romanæ, doctoribus, martyribusq; quam plurimis, qui hanc veritatẽ cõfitebantur: & pro illa tuenda sanguinem suũ fundere non dubitarunt. Sed ad contextum. *Et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* Videlicet quod ipse esset verus redemptor eorum, iã diu desideratus. Sed prius cõfitebatur confessione laudis, & postea loquebatur expectantibus eum: quod egregiè in persona eius regius propheta testatur dicens. Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. Aduertę quod duo ait hic Euãgelista. Primũ est quod loquebatur de Iesu: scilicet de puero Iesu. Secundum quod hoc non omnibus loquebatur: sed tantum expectantibus redemptionem Israel. Ex ea primum expende quod de Deo loquebatur, nõ de vanitatibus fabulis caducisque eurntibus, vt faciunt stulti homines & fatuæ vetulæ tempus frustra terrentes: nec de luxu, aut de carnis illecebris, non quomodo decipiẽdus proximꝰ nec alia id genus inperuacanea. Si quis loquitur (ait beatus Petrus) quasi sermones Dei. Admoneamur hic verba nostra cassa esse debere & pia, vt expedit seruis Dei memores illud saluatoris, quod de omni verbo otioso reddituri simus rationem. Nam si in honesta & otiosa verba non vitanteris, patũ in diuino proficies obsequio. Verba equidem sancta & spiritualia inflammant cor, dicente psalmista. Ignitum eloquiũ tuum vehementer. Et diuersio vana & inutilia charitatem & dilectionem extinguũt. Vnde Apostolus Paulus ad Timotheum ait. Profana & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem. Si homines comuniter vrbani turpia & inhonesta verba reprobare solent: maiori iure Christi ministri ad prorsus efficere tenentur, cùm ex prauis verbis prauæ sequantur opera, asserente apostolo. Colloquia prauæ corrumpunt bonos mores. Et Ecclesiasticus. Sit omnis enarratio tua in præceptis altiſsimi, &c. ¶ Secundò hæc sancta mulier Anna de Deo loquebatur: sed non omnibus, sed illis solummodo, qui redemptionem Israel expectabant. Cum istis tantũ loquebatur, quia nouerat quod margaritæ non erant proijciendæ ante porcos, nec est dandum sanctum canibus. Cælestia enim nõ sunt hominibus, qui bestialiter viuunt communicanda, tales profectò capaces nõ sunt cœlestium donorum, quoniam teste Apostolo carnalis homo nõ percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Hoc est etiam quod in Esaia habetur. Quem docebit hominem scientiam? Et quem intelligere facet auditum Ablactatos à lacte, abussos ab vbere. Hinc etiam Apostolus. Sapientiam loquimur inter perfectos. Atque ideo his, qui exspectabant redemptionem Israel loquebatur. Multi etiam & non expectant redemptionem malorum, in quibus viuunt quia gaudent in deliciis & peccatis: & quia iam in profundum peccatorum venerunt, medicinam & redemptionem contemnunt. Lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Talibus prædicare est aerem verberare & laterem lauare: sed illis prædicandum est potiſsimè, qui peccatorum suorum pondus sentiunt & excutere desiderant: nunquam enim dulcedo illa atque cœlestis cõsolatio degustatur, quousque mũdana amara videatur. Hinc Christus. Veni ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Non vocat eos, qui põdus mũdi putant quietè & leuitatẽ, tales enim cõuerti nequeunt: sed eos, qui sentiunt mun

1. Pet. 4.
Mat. 10.
Psal. 118.
2. Tim. 2.
1. Cor. 15.
Eccl. 9.
Mat. 7
Prouer. 18.
Prouer. 2.
Mat. 11.
1. Cor. 3.
Esa. 28.
1 Cor. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

di onera grauia & periculosa, & laboriosum seruire mundo arbitrantur: quia hi facile mũdi pondus & eius labores relinquunt, & ad Deũ confugiũt, atq; ideo dixit, qui laboratis & oneratis estis. His, qui onera mundi sentiũt regnum Dei prædicandum est illis inquam, quibus peccatum fastidium est & exire ab eius vinculo cupiunt, & ad hoc disponi incipiunt. Admonetur etiam hic ne indignis mysteria Dei pandamus. Dei enim mysteria thesaurus est absconditus in agro cordis nostri, in quo vult Deus seruari. Quod si Babylonis, hoc est indignis propalaueris contra Dei voluntatem efficies, & dicetur tibi id, quod ex parte Dei dixit Esaias Ezechiæ regi, eo quod thesaurus domus suæ ostendit nuncijs regis Babylonis. Filij tui erunt eunuchi in palatio regis Babylonis, Verba enim & tempus perdis, & teipsum seruum facis. Sed iam ad contextum. *Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini*. Hoc est postquam Maria & Ioseph omnia illa adimplerunt quæ secundum legis præcepta ad ritum purificationis spectabant. *Reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth*. Benedicit, perfecerũt quia nõ quomodocũq; mater Christi adimpleuit, sed perfectè. Discе ex Christi parentibus ad perfectionem vsque quæcunque inceperis perducere. Si domum ædificare intendis iactaque sunt fundamenta & parietes, sed quid proderit rogo si sine tecto domum reliqueris? Quid similiter proderit incipere seruire Deo, nisi incepto perseueraueris bono? Irridebunt te sanè dæmones, & de te dicent illud. Hic homo cœpit ædificare & non potuit cõsummare. Ideò beatus Iob inquit. Donec deficiam nunquam recedam ab innocẽtia mea: & iustificationem, quam cœpi tenere, non deseram. Sic etiam & Paulus. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, &c. Deus enim in omnibus perfectus est, perfectã, quæ opera nostra petit. Estote (inquit) perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Tu verò videris parturire monstra & in lucem prodire filios bonorum operum, videlicet virtutum & charitatis: sed tamen ista adolere nequeunt eo quod in via deficis, & ab incepto bono gradum reuocas.

¶ Multa præterea omittit sanctus Euangelista Lucas, quæ nouit scripta à Mattheo quo modo scilicet Iesus post hæc sit in Ægyptum translatus, ne ab Herode occideretur: & post mortem Herodis quomodo reuersus sit in Nazareth: vnus enim Euangelista supplere solet quod ab alio prætermittitur. Peracto itaque purificationis ministerio reuersi sunt in Bethleẽ, & ibi Angelus apparuit Ioseph, cui dixit vt iret in Ægyptum: & post mortem Herodis cùm reuerteretur monitus est vt iret in Galilæam, & tunc (Mattheo alibi asserente & Luca hic) reuersus est in Nazareth Galilææ. Hæc enim reuersio, de qua hic noster Lucas, non fuit immediatè post purificationem, sed post septem annos: nam manserunt in Iudæa vsque ad monitionem Angeli & ierunt in Ægyptum, & posteà reuertentes ab Ægypto & Iudæam petentes, quia Archelaus regnabat, illuc ire timuerunt: & ideò abierunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Nam si de Galilæa exissent vt irẽt in Ægyptum, cum reuertebantur recto tramite irent in Nazareth & non intendissent ire in Iudæam, vbi domum nullam habebant. Nam volẽs Ioseph ire in Iudæam cùm reuerteretur ab Ægypto conspicuum est quod ex Iudæa recesit in Ægyptum: ideòque cum Euangelista noster dicit quod reuersi sunt in Galilæam in Nazareth, intelligendum est postquam venerunt de Ægypto. Illa enim quæ facta sunt inter purificationem & hanc reuersionem in Nazareth, scribit Mattheus in secundo capite sui Euangelij: quæ ideò à Luca hic prætermittuntur. Sequitur. *Puer autem crescebat*. Ætate & corporis quãtitate, quatenus homo. Et *confortabatur*. Robore corporis, videlicet secundum incrementi mensuram, quamuis in quocunque ipsi tanti poterat tantam corporis fortitudinem assumere & accrescere quantum placuisset, vt pote Deus omnipotens: vel etiam vt homo comprehensor secundum superiorem suæ animæ portionem, vt pote deitate fruentem. Tanta enim extitit beatitudo animæ Christi, vt redundaret in corpus communicando illi quatuor illas dotes mirabiles corporis glorificati: nisi dispensatiuè Deus hoc impediret. Confortabatur itaque non per gratiæ vel virtutis augmẽtum siue profectũ, secundum quod apparebat: in ipso enim (vt ait Paulus) sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et ideò ait. *Plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo*. Ad pleniorẽ tam huius loci quam alterius infra huius capitis intelligẽtiam vbi habetur, quod Christ⁹ proficiebat sapiẽtia, & gratia corã Deo & hominib⁹: aduertẽdũ est quod sicut in Christo erant

sto erant duæ naturæ, duo intellectus & duæ voluntates in vna persona, ita erat in eo duplex sapientia, vna scilicet increata, hoc est, ipsum verbũ diuinum, æternũ, atque diuina essentia, altera verò creata sapientia. Ista autem sapientia Christi creata multiplex est. Vna quidem dicitur sapientia beatorum, quę à principio creationis animæ suæ ipse secundum animam Deo fruentem, omnia cognouit in verbo, seu in diuina essentia sicut beati in patria: imò multo excellentiùs eis. Item fuit in Christi anima à suæ creationis initio sapientia indita seu infusa, qua cognoscit res per proprias earum species sibi concreatas suæque animæ connaturales & proportionatas. Nulla enim naturalis perfectio defuit animæ Christi. Vnde sicut Verbum æternum seu Deus à principio indidit mẽtibus Angelicis intelligibiles rerum species, per quas cognoscunt res cognitione vespertina præter cognitionem matutinam, in qua res cognoscunt in verbo: sic Verbum animæ Christi sibi vnitę indidit species intelligibiles naturales. Præter has autem sapientias seu scientias ponitur in anima Christi scientia acquisita siue experimentalis: quia nihil defuit Christo eorum, quæ Deus naturæ humanæ ad sui perfectionem & essentiam tribuit & concessit: ideoque Christus habuit intellectum agentem eiusque operationem. Operatio autem intellectus agentis est à phantasmatibus intelligibiles species abstrahere, atque in intellectu eas possibili locare. Ità in intellectu possibili animę Christi fuerũt species intelligibiles ab intellectu agente illi impressę, quod est scientia acquisita, quam quidem vocant experimentalem in Christo consistere, quæ habetur per modum humanum naturaleque lumen: de quo Apostolus ad Hebræos de Christo domino ait. Didicit ex his, quæ passus est obedientiam. Et sumitur ibi discere pro experiri. Christus enim non didicit ab alijs scientiam acquisitam: sed per propriam adinuentionem adeptus est. Ex his colligitur quod Christus in nulla scientia seu sapientia prænominata crescebat aut proficiebat, sed tantùm in adquisita. Reliquam autem sapientiam quam habebat paulatim demonstrabat, & hoc vocat Euangelista cremẽtum: quia non modo Christus crescebat in corpore verum etiam in effectibus ad extra: demonstrabat enim paulatim infinitam eius sapientiam. ¶ Dedit nobis Christus exemplum, vt nos etiam adolescentes corpore, accrescamus simul bonis moribus atque virtutibus à bono in melius proficientes: iuxta illud Pauli. In omni opere bono fructificantes & crescentes. Quid vnquam proderit corporaliter nasci: nisi incrementum & robur sequatur cum planè infans debilis & exiguus nascatur? Et ideò post sacramentum baptismi & pœnitentiæ, quæ pertinent ad spirituale natalitium & regenerationem, institutum est sacramentum eucharistiæ conferens gratiam, robur, & vires ad rectè viuendum. Debemus ergo in bono progressus facere sicut de sancto rege Dauide dicit scriptura. Semper ibat proficiens & crescens, & erat ex ipso robustior. Et ipsemet alibi. Fortitudinem meam ad te custodiam. Sequitur. *Et ibant parentes eius in omnes annos in Hierusalem*. Duo hic dubitanda occurrunt pro maiori huius literæ explanatione. Primum horum est. Si virgo beatissima Maria & Ioseph cum puero Iesu septem annis morati sunt in Ægypto: quomodo singulis annis pueritiæ Iesu in Hierusalem profecti sunt? Secundò, lex præcipit, vt tribus vicibus in quolibet anno omne masculinum Iudæorum appareret coram domino in loco ad hoc electo, hoc est, in loco præcipuo cultus diuini, qui fuit Hierusalem: præsertim postquam ibi dem constructum est templum. Ergo qua ratione semel tantum ascendebant Hierusalẽ? Videtur, quod ter ascendere debuissent.

¶ Ad primum dicendum quod Lucas loquitur de tẽpore, quo Maria & Ioseph in Nazareth Galilææ sunt commorati. Ad secundum quod lex in Exodo insit vt omnis masculus Iudæorum in tribus solennitatibus, paschæ scilicet, Pentecostes, & tabernaculorũ coram domino appareret, sed cum his, qui remotè à loco prefato habitabant, dispensabatur quo ad duas solennitates minus principales: scilicet Pentecostes, & tabernaculorũ. Beata autem virgo & Ioseph remotè morabãtur, ideircò ad principalem duntaxat solennitatem veniebãt legi obedientes: & obediendi exemplũ præbentes, in quo docemur Christi saluatoris exẽplo festa ecclesiæ celebrare: & horis canonicis interesse. Sed de hoc post pauca in sequẽtibus agemus. Iã nũc Euangelista narrare incipit quomodo Iesus saluator noster & redemptor suam sapientiam declarare seu manifestare inceperit. Ait itaque. *Cùm factus esset Iesus annorum duodecim*. Vidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus in superioribus quomodo testimonium præbuerunt de Christo domino, Angeli, pastores, Simeon, & Anna: addit nunc tempus, vt ipsemet prodatur & in publico videatur, audiatur q;. Quorsum enim attinet si alij de eo testificarẽtur: ipse verò perpetuũ seruaret silentiũ? Helius in libro Iob arbitrabatur iam se satis Iob & tribus eius amicis aures suas ac cõmodasse: quapropter tẽpus esse (existimabat ille) vt ipse aliquid in medium proferret. Plenus sum (inquit) sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. Hem venter meus quasi mustũ absque spiraculo, quod lagũculas nouas disrumpit, loquar & respirabo paululum. Nimis defatigabatur iste ob loquẽdum: & nihil interesse: loqueretur vel taceret. Sed hoc in loco plurimum refert vt Christus ipsemet Iesse hominum oculis & auribus exponat: quãdoquidem omnis nostra salus ab eo pendet. Hunc nobis Lucas in templo docẽtem & disputantem ostendit: vbi ità gratiosissime gessit, vt non solum Maria & Ioseph, verum omnes, qui circunstabant admirarentur: imò doctissimi quique obstupescerent, ob inauditã illius in respondendo sapientiam. Quæ res satis probabat Angelos pastore s Simeonem & Annam non frustra pronunciasse tãta tanq; miranda de illo. ¶ Sed cur in anno ætatis duodecimo hæc signa deitatis ostendere voluit: & post, subditus parentibus se occultare voluit vsque ad annum trigesimum? Vt conformarentur in fide, qui ex his quę à pastoribus & Simeone & Anna audierant concepe-
Iob.32. rant spem puerum hunc verum Messiam fore. Si enim in totum siluisset vsque trigesimum annum: pro nugis & figmentis habuissent omnia, quæ ab initio de illo fuissent dicta. Secundò quoque Christus per hoc indicare voluit, quantum ipsum desiderium teneret gloriam Dei & salutem hominum promouere ac maturare: ità vt tempus ad hanc rem destinatum vix expectare posset quem admodum ex nimia cupiditate redimendi genus humanum non poterat expectare donec sanguis suus ab hostib⁹ funderetur: sed priusquam vis hostium adesset, ipsemet sanguinis sui salutiferum liquorem in monte Oliueti
Luc.22. emisit, sicut prædixerat anteà. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur: Et iterum. Desiderio desiderauí, hoc pascha manducare vobiscum. ¶ Docuit Christus maturis suis auspicijs non esse differendum diu aut cũctandum vbi honor Dei & animarum salus promoueri potest: siquidem nihil melius aut magis pium fieri, & nihil maiori cum periculo intermitti potest.
¶ Obseruent hæc homines ab omni cura otiosi & negligentes: qui ex sese prognatos nõ illicò primis annis sanctimoniæ ac pietati assuefaciunt, sed in omnibus peccatis & vitijs adolescere sinunt, cùm tamen scriptura dicat homini summo opere conducere, vt iugum domini ab adolescentia sua portet. Nã
Thren.3. adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet abea. ¶ Docet etiam vt Prou.
secundũ ætatem & vires humanas vnusquisque sapiat & conuersetur. Christus, qui in instanti conceptionis suæ erat plenus sapientia poterat illam ostendere cum matris vbera suggebat, & in quinto & in septimo suæ ætatis anno: sed hæc ætas non est intelligendi sicut ætas duodecim annorum. Et licet in hac ętate ostenderet maiorem sapientiam, quam expediret ætati duodecim annorum: tamen nihilominus duodecim annorum ætas est intelligendi & percipiendi. Sunt aliqui, qui ex nimia ingenij acritudine varias pertinguntres, & aliqua etiam discunt, quæ eorum superant vires, & grauiora sibi onera imponunt, quam sipportare valeant. Vnumquemque solum vult Deus deferre quod possit ætati temporiq; se accõmodare. Ecce hæ sunt causæ quare Christus in ætate duodecim annorum & in ipsa pueritia inceperit & non anteà. Sed cur post hæc siluit vsque ad annum trigesimum? Duo Leo homnũ sunt extrema. Alij pigri & negligẽ-
tes, vt Ionas: qui ꝓpter maximã laxitudine de rebus ecclesiæ & officiis eorũ non curant. Alij sunt nimis ingenio acres & diligentes, qui nondum nati, quando iam prædicare, docere & alios regere volunt: & videntur sibi omnia perdita esse nisi ipsi loquantur & similes Helio demonstrentur. Istorum genus vtrunque carpit Christus. Quod tam cito ætate videlicet duodecim annorum negotiũ patris egressus est, taxat pastores negligẽtes: ꝙ autẽ euangelicã doctrinã palam nõ prædicat vsque ad trigesimum annum, redarguit eos, qui temeritate & præsumptione ad ecclesiæ ministerium, ipsi sese inserunt & irrumpunt. In hac igitur ætate voluit Christus ascẽdere, & ostẽdere suã sapientiã. Nã in hoc statu ratio hominis incipit illuminari, & ita æquũ est vt cura homo ratione cepit vtiDeũ cognoscat vt conditorem suũ, eiq; soli seruiat:

Extat

Extat diui Thomæ ratio quæ ꝓbat hominem ipsum statim vt rationis oculos aperuit
1.89. obligari vt conuertat se ad Deum in omnibus actibus suis, aliter mortaliter peccabit. Potest nanque ad eum statum deuenire in quo dicat. Ego me offero tibi dñe. Quodsi nõ fecerit, satis est quod actus virtutũ operetur dirigendo eos in Deũ. Vnde Psalmographus ait. In quo corrigit adolescentior viam suam, Theolo. 118. in custodiẽdo sermones tuos. Quomodo sciet puer viam qua iturus est? Respondet Dauid quod per viam mãdatorum Dei. Hæc est via qua hominis lua & adultera inclinatio corrigitur. Si pictor imaginem depingeret in cuius manu esset visum tribuere imagini si vellet: nonne par esset vt hæc imago illum respiceret à quo beneficium accepit & gratias pro tanto dono referret? Non secus nobiscum facit Deus qui in dies infantium rationem præparat, probet intellectum, illumq; perficit, ad hæc rationis vsum donat. Nõne decet si hæc ita se habent vt filius seruitio præ omnibus se tradat? Hac igitur ratione statim vt puer rationis campos euadit oportet vt cõuertatur ad Deum. &c. Sed ad contextum. *Ascendentibus illis Hierosolymam.* In quibus verbis insinuat noster Euang. lista vti Ioseph & Maria educabant Iesum: vel vt melius dicam vti parentes suos debeant educare liberos. Si petit Ecclesiam parer vt rem sacram cẽu verbũ Dei audiat, secum ducat filium. Si pergit vt egenos & pauperum infirmorum visitet hospitalia, eius simili er adhæreat latere fili⁹. Abraham patruelis Loth à cuius latere nusquã discesit nepos in terra promissionis, pergens que cum eo in Ægyptum & iterum rediens in Canaam, semper est illum comitatus. Vnde cùm venirent angeli vt diuerterent in domum Abrahæ, postea discedentes recta via perrexerunt in domum Loth. Et eadem prorsus quæ gesta sunt cùm Abraham fecerunt cum Loth: in quibus seruitijs exhibitis præcibusque dicere videbantur. Consulamus modo an recte hic adhæserit Abrahæ, & experiamus an comice apud eum educatus fuerit. Ita Anna noluit ascendere in templum
1.Reg.1. donec ablactatus est infans Samuel. Vnde inquit Salomon. Adolescens iuxta viam suam, & cùm senuerit non recedet ab ea. Sed male educatus & corruptis moribus nutritus etiã cum ipso in puluere dormient, ait sanctus & patientissimus Iob.
¶ Obserua autẽ ꝙ ascenderunt Christi parẽtes prius & postea Christ⁹: sic tu qui pater es, debes priùs ascẽdere, vt postea ascendãt filij tui ad statum virtutis. Sed nunc non sic, quia patres solũ modo verbis docẽt virtutẽ filios suos: non opere & exẽplo. Inquit enim pater filio. Considera fili, ne ludo te immisceas, & videt puerulus abacum ludi in domo patris sui per totam noctem & diem. Tu qui pater es priùs ad missam & sermonem proficiscere & ad Ecclesiam & tunc tui te filij sequentur & gressus tuos vti Iesus cum parentibus ipsis ascendentibus ascendit. Expendeauté quod non adduxerunt Christum vsque ad annum duodecimum ad templum. No pueros minimos ad ecclesiam deferatis, quia concionatores & sacerdotes diuina celebrantes perturbant, vsqueq; ad ætatem discretionis pertingant. ¶ Obserua etiam quod non tenebantur beata virgo eo ꝙ mulier erat, nec Christ⁹ quia etiam infans erat ad hoc festum ire: sed tantum deuotionis causa hunc laborem sibi sumpserunt. Ad ea quippe, quæ sancta & pia sunt, non est necesse vt seruus Dei præceptis adstringatur nec ex cõmunicationibus: nec similiter curiosè percontari debet. An citra extremam necessitatem teneatur eleemosynam erogare, an præter festos dies sacris debeat interesse, vel reliquo tempore anni præter quadragesimam confiteri: vrà Christo & eius sanctissima matre dicat, qui cum nullo legis præcepto essent constricti in festũ abierunt. Ità nimirum tu etiam si non teneatis ad audiendum sacrum hoc vel illo die, qui festus non est: nihilominus nõ desinas sacro ad esse. Idem dico in largitione eleemosynę, & reliquis alijs operibus pijs & sanctis: nã iusto (vt beatus Paulus inquit) nõ est posita lex. Nesis vt multi qui diligẽter inuestigant & inquirũt teneatur ne ad hoc faciendũ, nec ne: nã et- 1.Tim.1.
iã si lex nõ præcipiat, nõ ideò id à tergo debes relinquere. Nã nullus est dñs, qui famuli tium sustentet: qui non velit & gaudeat multa fieri, quæ ad eius seruitiũ spectant, priusquam ipse præcipiat: nam miserũ & laboriosum esset, si semper præceptũ deberet imponere ad ea, quæ à famulis essent faciẽda. Molestia enim & tædio illi⁹ serui dñs afficeretur, qui nihil faceret nisi flagelli metu, vel crucis & tormenti timore. Similis est christicola & Deo magis intolerabilis & fastidiosus, qui nihil boni facit, nisi mortis ęterne & tormẽtorũ gehẽnæ metu: qui deberet recordari se Deo dicere. Non secundum peccata quæ fecimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos: sed secundum suã misericordiam saluos nos fac. Non acceperat Dauid præceptum vt templum ædificaret domino, & voluit illud construere: tantaque solicitudine tenebatur, vt diceret. Si dedero somnũ oculis meis, &c. donec inueniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob. Et siquidem tu Deum exoras, ne legis rigore te iudicet: ità etiam tu non deberes Deum rigore legis metiri, sed multa bona opera facere quæ in lege non præcipiũtur. Et quemadmodum tu gaudes ne Deus tecum faciat, quod de iustitia potest, sed potiùs suam misericordiam imploras: ità etiam ipse Deus non vult, vt serui sui cum illo ad vigorem legis attendant, sed potius vt vrbani sint. Nam si tu in hanc phrenesim rapiaris, vt Deo audeas dicere. Nolo confiteri nisi tempore quadragesimæ: etiam Deus tibi dicet, cum in aliquod mortale peccatum incideris, volo, vt terra aperiatur & te deuoret, & consumat. Quòd si tu dixeris id esse nimis asperum & non ferendum, non est quod de Deo conqueraris, nam secundum suam iustitiam id rectè potest facere. Quod si id non facit ideò est, quia sua misericordia & benignitate tecum vtitur. Misericordia domini, quia non sumus consumpti. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiã. Etiam dominus ait. Eadem mensura, qua alijs mensi fueritis, remetietur & vobis. ¶ In eo autem, quod secum duxerunt puerum Iesum, debes discere vt in omni via, in omni peregrinatione te ipsum comitetur dulcissimus Iesus: præ oculis illum semper intuere, nihil mundanum tuam mẽtem subeat, nisi ipse in omnibus negotijs semper tuam mentem & cogitationem tanquam in scopum dirigito. Discant etiam hi, qui filios & familiã habẽt, vt semper secũ ad ecclesiã deferant famulos & famulas, & maiores natu: nè certã Dei iirã expectent, qui per prophetam minatur se abeis requisiturum sanguinem omnium pereũtium, quorũ causã id contigerit. Etenim non satis est, vt tu bonus sis, & vita tua inculpata & absque macula inueniatur. Sed etiam est opus, vt filios tuos, vel cõsanguineos vel eos, qui tuæ sunt curæ commendati sanctis moribus, bona indole & Christianis dogmatibus imbuas & instituas vt sic ipsis in ætate crescẽtibus, crescat etiam in illis Dei amor & cultus pietatis: iuxta illud sapientis. Filij tibi sunt, erudi eos, & curua illos à pueritia eorum. Beata enim virgo & Ioseph secum tulerunt puerum Iesum in templum Hierusalem. Vbi iam acriter parentes veniunt obiurgandi, qui semper filias domi clausas relinquunt, vt moris est in multis locis huius nostræ Hispaniæ: & solet fieri, vt multi pertrãseunt menses & anni, quibus sacris non intersint, & sic veluti barbaræ & immanes gentes in campis & syluis vitam degentes procreantur. Nam si id faciunt, vt meliùs eas obseruent, & custodiãt: magis sanum esset consilium si secum eas deferrent, vbi semper coram oculis eas habent præsentes. Quod si de hoc facto parentes velis reprehendere respõdẽt ipsi. Hunc esse morem talis populi vel ciuitatis. Quod certè sine risu non possum præterire, qui cum iudicãdi sint & corrigendi diuinis legibus & præceptis, pro suis partibus & in suum fauorem humanum morem & instituta adducant. Et quod peius in hac re videtur, est: quod cum rebus diuinis & templis cultui diuino dicatis tales virgines clausæ sint, non tamen ad mũdi spectacula vt ad tauros agitandos, equos currendos: & ad alia huiusmodi ire desinunt. Quanti verò Deus habeat hanc rem, quanta & quàm magna beneficia his parentibus inferat, qui filios sanctè, piè & religiosè instituunt, vel ex eo facilè cognosci potest, quod Deus Abrahæ dixit. Scio quod Abraham sit præceptur us filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciunt iudiciũ & iustitiam: & adducat dominus propter Abraham omnia, quæ loquutus est ad eũ. Vbi diligenter est perpendendum, quanta acceperit Abraham, & quare? Quia præceptur us erat filijs suis & domesticis, vt custodirent viã domini. Is enim, qui principiũ præbet, & initia dirigit, eorum, quæ post à sequuntur, autor est. Rursus verò omnia, quę filij de relique rint propter malam doctrinam parentũ, vel propter malum exemplum, posteà ab ipsis parentibus exigetur, eo quod nõ erudierint nec corripuerint filios suos. Sic Heli sacerdos mor te subitanea punitus est, & domus eius multis plagis: eo quod filios suos non castigauerit. ¶ Notandum etiã est quod quanuis Christus & sanctissimi eius parentes rectè scirent impium Archælaũ regnare in Iudæa pro Herode, qui simul cum regno seuitiam & inclemẽtiam patris hæreditauit (cuius timore perterriti, vt Matthæus ait, non sunt ausi in Iudæam ire sed in Galilæam, & in Nazareth habitarunt) nihilominus tamen ea, quę ad Dei gloriam spectabant, causã timoris non desinunt

P*sal.*131.

2. *Reg.*7. P*sal.*131.

*Tren.*3. *Iaco.*2. *Luc.*6.

*Ezec.*34.

*Eccl.*7.

*Gene.*18.

*Mat.*2.

sinunt adimplere: sed Hierosolymam, quæ metropolis Iudææ erat audacter pertenerũt. vbi etiam docemur pro Dei gloria vitam corporalem parui esse faciẽdam: honores & quæcunque alia. Nec non etiam spiritualia temporalibus esse anteponenda. Sic etiam cùm in morte Lazari Apostoli Christo dixissent, ne in Iudæam iret, quia Iudæi volebant illum interficere non ideò eorum consilio acquieuit, sed abiit ad suscitandum Lazarũ, ex quo facto sciebat grandem gloriam & honorem Deo cuenturum, nam vt clarè constat viso miraculo multi crediderunt. Similiter etiam cùm sciret aduersus eum congregatum esse consilium, mortem contemnens ingressus est Hierusalem, & eiecit ementes & vendentes de templo, vt gloria Dei exaltaretur. Sic etiam Paulus cùm audisset ab Agabo prophetã, quod aligandus esset in Hierusalem, cumque discipuli rogarent, ne ascenderet Hierosolymam respondit. Ego non solum alligari sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Sed nunc cùm iam charitas adeò sit remissa, pauci sunt, qui mortis periculo pro Christo se velint exponere. Sed quid dico vitam exponere: necdum inimicis parcere, vel parum frigoris vel caloris sustinere: vel sitim vel famem perpeti volũt. *Secundum consuetudinem diei festi.* Præcipiebat Deus in Exodo, vt ter in anno omne masculinum in templo præsentaretur coram domino, & quod tria festa celebrarent: sanctũ, scilicet, diem paschatis, festum tabernaculorum, & diem Pentecostes. Quanuis hoc graue esset præceptum præsertim iis, qui longè ab Hierosolymis distabant, nihilominus valde vtile ac necessarium erat. Fiebat enim hoc hac de causa vt doctrina, & ceremoniæ, quæ ad cultum diuinum pertinebant, melius conseruari possent: ne quis quam pro suo libito in tra priuatos parietes noua dogmata & nouos ritus statueret. Sed vt quemadmodũ omnibus non nisi vnus Deus erat cognitus, ita etiam non nisi vna fides, vna doctrina, & ijdẽ ritus constarent. Quod fieri non poterat, nisi simul conuenirent. Nam si vnaquæque ciuitas sua festa celebrasset, facile esset, discordiã suboriri: aliis alios mores approbantibus. Sic Paulus inquit se profectum Hierosolymã, & contulisse euangelium cum reliquis Apostolis. Ne fortè in vacuum currerem (inquit) aut cucurrissem. Locus scripturæ appositissimus est ad hanc rem comprobandam in libro Numerorum, vbi habetur quòd venerũt filij Ruben & filij Gad, & dimidia pars de tribu Manasses in Galaad nolentes transire Iordanem eo quod pecora habebant. &c. Postquam autem terra promissionis fuit expugnata reuersi sunt in Galaad. Hi cùm se longe abesse templo Dei cernerent vt illuc se conferrent, fecerunt ibi altare superbæ magnitudinis iuxta Iordanem contra filios Israel, q̃ isti ægrè ferentes volebant contra eos pugnare, & consilio facto miserunt ad eos nũcios, qui facti eos reprehenderent, qui dixerunt. Cur reliquistis dominum Deum Israel edificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? Quibus illi. Nos non ædificamus altare vt à vobis recedamus, sed tantùm vt seruiamus domino in testimonium nobis & vobis: non vt holocausta offeramus, sed vt omnes eundem esse populum videamus. Quo audito alii placati sunt. Ecce quàm ægrè tulerunt illi credentes hos ædificare altare sacrilegum & alienum, Si hodie vigent hæreses, & pullulãt errores vndequaque, hoc est, quia recedunt ab ipso ecclesiæ capite, qui est summus pontifex, à quo nisi recederent, haud errare possent. Similiter in Exodo dedit dominus Mosi exemplar vt edificaret tabernaculum dicens. Inspice & fac secundum exemplar quod in monte monstratum tibi est, neque declines ab eo. Non parùm interest vt ab ecclesiæ sanctæ Romanæ cultu neq; iota vnum prætereas: & subinde nè nouitates introducantur secundum cuiusque placitum. Itaque Maria & Ioseph quanuis procul & remoti habitarent, Hierosolymã tendunt, vt adimpleant domini præceptum. Minùs certè distat ecclesia à domo tua, quam Nazareth ab Hierusalem, sed facis, vt sacrum domi tuæ celebretur: vbi conuiuia sunt, ludi profani, aleæ, & plurima alia, quæ in Dei contumeliã exercentur. Deus vbique est, & vbique poteris illi fundere preces: sed potiùs sua dona liberalius largitur, spem scilicet, fidem & charitatem, & gratiam in populo Christiano, quã inter infideles: & potiùs in templo, vbi per sacramenta gratia confertur, quam in domibus & in plateis. In templo enim magis adest: quia ibi frequentior est & liberalior. Et ita Salomoni dixit, Sanctificaui domũ hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi vsque in sempiternum, & erunt oculi mei ibi. &c. Potiorem imaginem habebat beata virgo filium suum, & melius oratorium domi suæ,

Num 32.

*Iosue.*22.

*Exo.*25.

3. *Reg.*9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi suæ, quàm tu: nihilominus tamen in templum abijt, vt celebraret festum, vbi melius diuina officia aguntur. Vtinam summus pontifex non ita liberaliter magnatibus & eorum vxoribus facultatem faceret, vt in suis domibus sacrum posset celebrari: qui tùm nullam habeant necessitatem, nec aliqua infirmitate laborent, solùm vitij & indulgentiæ causa domi sacrum audiunt, nec toto anni tempore nec vni concioni volunt interesse: qui quidē iustissimo iudicio mererentur, vt post mortem non sepelirentur in ecclesijs, quandoquidem in vita eas odio habuerunt. ¶ Cæterum in eo, quod ait hoc factum fuisse secundum consuetudinem festi, obseruandum est Christum solicitum fuisse, simul & eius parentes in obseruandis pijs, & sanctis consuetudinibus. Nos verò quasi ex diametro cum Christo pugnamus, seruantes consuetudinem, & ritum tantùm in vestibus, vsuris & contractibus illiciris. Deberemus in hac re id considerare, an tales consuetudines cum euangelio conueniant, necne: quod si non conueniant, relinquendæ essent à nobis, si verò cum ipso componantur sequendæ. Ex enim Dei debet esse regula & norma, qua quælibet consuetudo & ritus est examinādus. Praua quippe consuetudo non est lex, sed prauè ipsa lege abuti. Quapropter sine necessitate non debet omitti. Nunc secundum consuetudinem diei festi ascendunt Hierosolymam: vt etiam antea secundum consuetudinem legis obtulerunt pro puero oblationes, dum eum in templo domino consecrarunt. Iesus etiam secundum consuetudinem ibat in montem oliuarum, orandi causa. Item Apostolus consuetudinem allegat mulierum, dum in ecclesiam orandi causa conueniunt. Pilatus etiam pro libertate innocentis Iesu consuetudinem ad ducit Iudæorum. Festus etiam tribunus affert consuetudinem Romanarum contra Iudæos, qui mortem apostolo moliebantur, atque ita insontem & sine culpa ab eorum insidijs liberauit. Zacharias etiam secundum consuetudinem sacerdotij sorte exijt vt poneret incensum. Et ecce filius Dei seruauit consuetudinem bonam, sanctam rationi consonam, piam, & honestam, quam parentes eius obseruarunt, cū sancti essent atque deuoti: quā consuetudinem maximi fecerunt omnes ecclesiæ columnæ & doctores, quanque miris laudibus & encomijs omnes ecclesiæ constitutiones in cœlum efferunt, & extollūt. Hāc Lutherus filius perditionis, semen adulterinum, arbor à sua natura degenerans, viperarum genimen, inimicus omnis iustitiæ, pacis perturbator, vniuersæ Christianæ reipublicæ pestis, sacræ religionis euersor, viarum domini labefactator, inuerecunda & procaci fronte ecclesiæ catholicæ Romanæ sanctas cōsuetudines deridet: docetque execrabiles & impios errores, imò mille mendacijs & hæresibus, & quibusdam nouitatibus rudem plebē seducit. *Consummatisque diebus cum redirent.* Cùm iam iter inciperent ab Hierusalē in Galileam consummatis diebus ad solennitatem festi expectātibus, quod per spacium septem dierum durabat iuxta illud Deuteronomij. Septem diebus comedetis absque fermento. Non desunt aliqui dicentes hoc festum durare per octo dierum spacium: quod verùm est, si numeremus diē illum immediate præcedentem reliquos septem, in quo immolabatur Phase luna decimaquarta, vt in Exodo fuit præceptum. Expende tamen quod quanuis dies festi consummati essent nō exijt Christus de templo: quoniam & si festum transijt, eius tamen pia deuotio non coarctabatur. O quam ingens zelus ecclesiæ honorisque Dei Christum consumpserat, ita vt per octo dierum spatium non saturatur, neque dies festus apud eum finem accipit. Nam qui Deum degustauit eiusque fruitur dulcedine, illius spō sam deserere non potest Ecclesiam. Beata illa perquam deuota Magdalena à pedibus domini discedere non poterat: vt quanuis Martha diceret Christo dic illi vt me adiuuet, non præinde discesit. Et suspiria & flamigera Dauidis desideria & præparationes cordis eius dum cancbat dicens. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea, exultauerunt in Deū viuum. Sic Anna prophetissa de qua supra diximus non discedebat à templo. Nunc ergo eo modo festum completur, quod in Christo deuotio non deficit. Similiter licet festa finē habeant, haud finiatur in te deuotio & ardor cœlestis desiderij. Beatissima etiam virgo Maria & Ioseph non redierunt in domum suā, donec dies festi consumerentur. Quorum exemplo ad tuam eruditionem notabis differentiam, quæ est inter bonos & malos. Nam boni omnia bona perficiunt & absoluunt, mala verò imperfecta relinquunt: quod quidem sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam cum Dauid apud se statuisset arcam Dei ducere in ciuitatem suam, cūque in itinere Oza esset percussus, non ideò destitit à bono incepto: licet aliquando mansisset in domo Obededon Gethæi: sed finem operi imponens duxit illam in domum suam. Vnde ipse, qui semper solicitus erat de voluntate domini, spiritus ardore in hæc verba prorumpit. Si dedero somnū oculis meis & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino tabernaculum Deo Iacob. Quando verò opus malum egrediuntur: in medio itinere, quacunque data occasione ab opere desistunt. Quod in eodem Dauid optime demōstrari potest: qui comminatus Nabal Carmeli, cùm viam suam domus insequeretur, vt illum & omnem familiam destrueret, fecit illi obuiam Abigail, & compressa ira vltionem dimisit, nec quidquam mali fecit. ¶ Id ramē est ingenium & cōditio malorum, vt si quod malum aggrediuntur, nunquam ab eo vsque in finem desistunt. Sic de ædificatoribus turris Babyloniæ dixit Deus. Non desistēt à cogitationibus suis, donec eas opere compleāt. Nouerat enim optime humani generis conditor, hanc esse hominum conditionem & ingenium, mala incepta nunquam velle desinere: ideò sua mirabili potentia opus illud destruxit. Bona autem incepta nunquam finiūt, sed quocunque vento huc & illuc facilè impelluntur. Sic filij Israel cantantes & gaudentes iter inceperūt in terram promissionis: sed cum cibi deficerent, manum ab aratro volue runt retrahere, & reuerti in terram Ægypti, & aduersus Mosem & Aaron sunt loquuti. At verò beatissima virgo, vtpote quæ exemplar debebat esse totius virtutis cū sancto ei⁹ sponso à solennitate festi non destiterūt, quo adusque dies festi adimplerentur. Iubebat enim Deus, vt in fimbrijs vestimenti summi sacerdotis apponerentur glandes punicæ. Solū hoc genus fructus inter reliqua alia corona insignitur, & hac de causa iubet Deus apponi in fine vestimenti: vnde facile sit intellige re coronam victoriæ, non dari à Deo eis, qui inceperint, sed potius his, qui vt magnanimi & strenui milites in victoria vsque ad finem perseuerauerint. *Et remansit puer Iesus in Hierusalem.* Eum quippe qui bona indole est natus, satis est vt viam virtutis doceas, & ostendas: ipse enim posteà velut equus in cursu positus à recto tramite non discedet. Quodquidem ostēditur in puero Iesu, qui cum ductus esset in templum vt solennitati festi adesset, non solum diebus, quibus festū celebrabatur, sed etiam postea ibi mānsit. In quo nulla prorsus est parentum negligentia: nec sanæ mentis erit qui talis suspicionis eos arguat. Fuit enim hoc factum diuino consilio & prouidentia. Primò vt sapientiam suam in gloriam & honorem æterni patris manifestaret. Nam ipse dixit. Qui misit me, mecum est: & non reliquit me solum: quia quæ placida sunt ei facio semper. Item etiam vt zelum summi erga patris honorem ostenderet ab infantia & puritia: de quo ipse gloriatur, cùm inquit. Zelus domus tuæ comedit me. Denique vt omnibus, maxime pueris exemplum daret assistendi templo & diuinis rebus: vt illud sapientis recordaremur. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam tenebrescat. &c. ¶ Docemur etiā ne diuinis donis & gratijs freti nimis confidamus, neque in vtramuis autem dormiamus securi. Nam quanto quis maioribus donis est præditus, tanto altius & profundius debet vigilare ne sibi rapiantur. Cura & humilitate opus est. Nam qui stat (vt diuinitus monet Paulus) videat ne cadat. Et alibi. Tu fide stas: noli altum sapere, sed time. Sapiēs etiā. Beatus homo qui semper est prouidus. Nemini mortalium in hac vita aut maiores aut copiosiores dotes contigerunt, quam virgini matri: cui cùm vnigenitū Dei filium illi dedisset æternus pater & ipsi⁹ matrem ante secula statuisset: nunc illū amittit, quem cogitur mœrore plena inquirere, & tandem post tertium diem illum inuenit. Sic est adeò facilis iactura donorum Dei, vbi nimia securitas animum tenet: quanuis sanctissimæ matri non id negligētiæ debeat vertī. Nostra enim causa id factum fuisse censendum est: vt semper soliciti simus in conseruādis dotibus nobis diuinitus cōcessis. Etenim si Maria filium sibi à Deo datum amittere potuit: quid est quod tu nō possis dotes aliquā do à Deo datas perdere? Quod tamen hic puto esse dicēdum id scilicet est, Christum pro aliquo temporis spacio à veneratione actuali matris discessisse: vt nos maiorem adhiberemus diligentiam & solertiam in seruādis donis, quæ nobis à Deo contigerunt. A deoque donum hoc eximium est & prope diuinum peculiare Dei beneficium erga nos, vt ab eo cognomen sibi sumpserit Deus: ideoque spiritus sanctus paracletus cognominatus est, hoc est

Matt. 26. 1. Cor. 11. Matt. 27.

Act. 25.

Luc. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 2.

Eccle. 12.

1. Cor. 10. Rom 11. Prouer. 28.

Ioan. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est animarum consolator. ¶ Perpende vlterius quòd omne quodcunque Deus operatur illud est ad hominis commodum & vtilitatem. Et sicut plerunque in retribuendis donis munificentissimus est, ita & piissimus est dum denegat quòd alias nociuum foret homini. Vtrunque animo æquo ferebat sanctissimus Iob. Vnde pro omnibus gratias agebat dicens. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Tam tenebatur dono, quàm si dimitteretur onustus, hoc est, tanti faciebat dominus abstulit, quàm dominus dedit. Ita sponsus se sponsæ donabat dum ei dicebat. Aperi mihi soror mea, tandemque abiens ab ea discessit sponsus, vt sedulo quæreret illum, cuius flagret amore, vt postquàm eum inuenerit magis congaudeat. Non est enim gaudium sub cœlo quòd æquetur huic, vtpote inuenire Deum, postquàm à nobis semel discessit. Ideoque virgo prudentissima ingenti gaudio perfusa est dum Christum inter doctores inuenit. ¶ Expende quoq; quòd se abscondit Deus à matre, manens cum ea: neque latet dum fugit, neque fugit dū perdit eum. Manst cum ea semper, cuius gratiā nunquàm amisit: neque fecit quicquam, quo illā perdere mereretur. Mulier illa quæ drachmam perditam quærebat, forsan secum gerebat illam & non videbat: vel saltem domi eam habebat. Virgo mater inuenit q̄ non perdidit: latet ei quem nunquàm gestare desiit. Quod si tam amarè flebat virgo quęrens quòd non amisit, & requirens quem secum gerebat: quem tu dolorem deberes habere dum perdis illum qui tecum non manet? Quàm sedulo oportuerat te illum quærere qui fugit à te, quem enixè quærebat illa quam ille dimisit nunquàm. Quære igitur Deum diligenter, & cum dolore valido, inuoca cum propè est ¶ Obserua autem diligēter, quod filius à matre discedit, & postea à doctoribus. Sed multo differentius: nā à matre discedebat per paruum tempus, clam & sine matris culpa: vt maius desiderium & feruentius in matre exarderet. A Iudæis verò & scribis palam discedebat eorum culpa: quia tantummodo illum suspensi admirabantur, nihil altius nec excellentius de ipso cogitantes: cùm tamen ex his, quæ Christus loquebatur & faciebat, satis illum cognoscere potuissent. Idem etiam nunc bonis & malis solet contingere: nam multoties Dei præsentiā viri sancti desiderant, & multis lachrymis & suspiriis expostulant, vt ait propheta sanctus. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et iterum inquit. Ad te clamaui, & exaudisti me. Sic simi iter per breue tēporis spatium deseruit Ioseph, Iob & Tobiā: sed mox tanto glorioſius rediit cum eorum consolatione. Hoc enim semper electi experti sunt. Improbis autem dicit Deus. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos. Et iterum. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Item. Non audiuit populus meus vocem meam: & dimisi eos secū dum desideria cordis eorum. Hos reliquit in æternum: bonos autem ad tempus. Væ illis, quos Deus in perpetuum derelinquit. Vehementer ab illo expostula, & si opus fuerit lachrymarum fontem diffunde: ne sua misericordiæ manu te dimittat. Sic discessit à virgine matre, vt eius amorem & desiderium magis ac magis incenderet. Videris mihi domine quasi velis iocari cum tua sanctissima matre: & fortè eius voluisti amorem examinare, vel dolorem, quem de tua absentia habuit cu rioſe tentare. Habet mi dñe colūba tua satis probatum suū erga te animum: quamq; feruenter amet te, tibi non latet. Ita se solet gerere Deus cum amicis suis magnis & deuotis, eosque tentare solet an firmiter illum diligant. Ideò dominus per Ieremiam. Recordatus sui, tui miserans adolescentiam tuam & charitatem dispōsationis tuæ, quando sequuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. Tentat suos Deus sterilitate deserti, vt videat si hac via in suo obsequio perseuerent. ¶ Aduerte etiam quòd nunquàm beata virgo Christū amisit cùm à persequutione Herodis fugeret in Aegyptum, nec ibi existens, aut rediens: sed in festa & maxima solennitate. In quo facilè innuitur quàm mala sit nobis mundi fœlicitas & affluentia, quandoquidem in ea potius quàm in persequutionibus & tribulationibus Christus amittitur. Adā cùm in paradiso terreno esset, magnis honoribus constitutus, omnium rerum dominus, Deo dilectus, quem angeli magno precio habebant, quem dæmones timebant, & omnes creaturæ venerabantur, his omnibus immunitatibus & priuilegijs prædictus grauissimè in dominum Deum suum peccauit. Econtra verò patientissimus Iob multoties sibi data ansa & occasione, vt inter tot tantasque tentationes & afflictiones dominum Deū suum offen-

Iob. 1.

Cant. 3.

Luc. 15.

Esa. 55.

offenderet maluit viriliter pugnare, taliter vt scriptura dicat. In omnibus his non peccauit Iob. Quis obsecrò magis rectus fuit Dauid, an Salomon? Certum est quod Dauid sanctior fuit quàm doquidem quod Christo gaudeat, & eius beatitudine fruatur, nemo est qui ambigat. De Salomone autem non nobis constat, an damnatus fuerit, an saluus. Omnis enim sanctissimi regis Dauid vita non nisi multis laboribus, persequutionibus, & calamitatibus constitit. Nam in exilium abijt, fame & siti fuit passus, sic adeò vt cogeretur à Nabal & à sacerdote Abimelec panem mendicare. Postea verò quàm iam in regem electus est omnis vita multis lachrymis & mœrore fuit mixta. Fecit enim planctum propter Amon & absalon: filij eius grauissimas iniurias ipsi intulerunt, nam vnus vim intulit sorori, alter fratrem suum occidit. Adonias regnum volebat vsurpare: Absalon bellum gessit aduersus eū, & è domo eiecit: Semei illi maledixit. Siba contra eum insurgit: & denique super omnia hæc Deus immittit illi pestem & flagella grauissima. Econtra verò Salomon fœliciter & prospere regnauit, delicijs nutritus, & rectā valetudine fuit potitus, nemo illi fuit molestus, omnes seruiebat illi cum gaudio, vixit fœlicissimus & gloriosius, à nemine fuit persequutus: nunquam labores, ærumnas, aut calamitates fuit passus. Diuitijs abundauit, concubinis, hortos amœnissimos, campos & syluas habuit: domos eburneis laqueatibus & Zaphiro constructas. Aspice igitur quam inimica sit prosperitas & fœlicitas ipsi animæ: nam cùm Salomon sapientissimus atque amicus Dei esset, adeò est hæc prosperitas tam atrox & fera bestia, vt nulla sapientia posset ipsum liberare, quin in grauissima peccata & nequitia non laberetur: ità vt multi credant (quæ probabilior est opinio) in infernum descendisse. Quemadmodum labores & afflictiones salutem Dauid promiserunt: ita fœlicitas in magnum cō stituit discrimen filium eius Salomonem. In quo clarè videbis quomodo Deus magis offenditur in mundi gloria & prosperitate, quā in vilitate & contemptu. Quod si Ethnicorum liceat exempla in medium afferre, vt etiam in his hæc veritas magis confirmetur, aspice Magnum illum Alexandrum, qui cum excellenti virtute esset præditus, postquam in tantorum regnorum principem fuit electus, adeò superbus, crudelis, & vitiosus fuit factus. Quippe qui Permenidem amicum suum occidit, Philotam, & venerandum senem Clitum patrem filio multis de causis amicissimum, simul etiam condiscipulum suum Calisthenem, Achillum, Euphestionem, Paulaniam, multosque alios Macedonū principes excellētes: quorum malorum causa fuit, quia cultum Deo debitum ipsi tribuere nō luerunt. Quam ob causam Paulus Orosius eum appellat magnum miseriarum gurgitem, & totius Orientis atrocissimum furiam. Vbi maximè deberemus mirari, quemadmodum rerum affluentia status, altitudo, imperium, & sceptrum excellentissimum principem in id adduxerunt, vt grauissima crimina perpetraret. Nulla quidem collatione magnates & principes tot tantisque diuitijs circumuallati, in delicijs, & voluptatibus vitam degentes grauius Deum offendunt, quam pauperculi & miseri, qui sudore vultus sui panem quæritant. Magis Deus inhonoratur diebus festis & feriatis, in quibus de nihilo agitur: quam de otiositate, quę sanctis exercicijs inimica est, de ludo, de cantu, de cibis, & Bachanalijs, quæ omnia animæ pestes sunt, & nouercæ virtutum: quam in alijs diebus, in quibus vnusquisque suo se applicat exercicio. Ideo nō vacat mysterio, quod Christus in hac festiuitate amittatur, vbi omnes gaudebant, lætabantur, & in conuiuijs cibo meroque se ingurgitabant. Vnde intelligas quod similibus temporibus homines soleat ipsum amittere. ¶ Remansit itaque Iesus sine parentum licentia, quibus nihil voluit dicere sicut Sanson noluit patri nec matri dicere, se sumpsisse mel de ore leonis. Sed dubiū statim hic insurgit. Quare non à matre licentiam petierit, vt sic remanere posset? Nonne hoc melius esset: quam discedere, nihil eis dicens: Si ipse est qui parentes præcipit venerari: quid est quod tanti mœroris fuerit causa sanctissimæ matri, & sponso Ioseph, cum vnico verbo posset huic tristitiæ satisfacere? Hoc Christus fecit, vt nobis insinuaret, ea quæ ad salutem nostræ animæ pertinent, & quæ spiritualia sunt, temporalibus esse anteponenda. Non petijt licentiam, quia ad ea, quæ sunt Dei non opus est illam expresse postulare. Nam si velis monachatum adire, non est opus, vt prius parentes consulas. Atque ita postea dixit illis Christus. Nesciebatis quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Lege de hac re Hieronymum scribentem ad Helio-

Iudi. 14.

Exo. 20.

Epi. 1. deui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Herodotum: cuius epistolæ aliqua verba li-
terem quã bet referre. Licet parvulus (ait ille Hisodoro)
in tempore. ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus ubera quibus te nutricrat mater ostendat, licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem: licet oculis ad vexillum crucis evola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Veniet, veniet postea dies, quo victor reuerratis in patria: quo Hierosolymam ingressem virtutis coronatus incedas. Tunc municipium cum Paulo capies: tunc & parentibus tuis eiusdem civitatis ius petes: tunc & pro me rogabis, qui te vt vincere incitaui. Hæc Hieronymus. Vbi veniunt parentes illi taxandi, qui de huius conquerun
Luc.9. tur, eo quod facultatem nõ expostulauerint, vt religionem ingrediantur. Nam ipsi parentes sunt corporis, non animæ: qui contemni, & reuci debent, si contradixerint nostræ animæ vtilibus, & conuenientibus: secundum illud redemptoris. Qui non odit patrem suũ, & matrem suam propter me: non est me dignus. Nam in tali casu crudelitate vti, est misericordiam exercere. Sic olim Moses loquês
Deu.33. cum domino dixit. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos: & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Sic igitur dominus remansit in Hierusalem. *Et non cognouerunt parentes eius.* Nã si cognouissent, non vtique amisissent. Multi etiam hunc amittũt Christũ, qui cum nõ cognoscãt
Esa.45. bonum, ex ignorantia peccant. Vnde Esaias. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Omnis nanq; malus est ignorans: non quia omne peccatum ex ignorantia procedat (nam multa sunt, quæ vel ex malitia, vel fragilitate proueniant) sed quia omnis qui peccat ignorat principia practica. Nam quando quis ex malitia delinquit, id prouenit, quia nouit principia speculatiua. Vt qui scit vsuram esse peccatum, dans ad vsuram peccat ex malitia, & non ex ignorantia principii speculatiui. Nihilominus tamen peccat ex ignorantia, quæ ibi inuoluitur: quia licet non ignoret vsuram esse peccatum, ignorat tamen quanta sit pœna illius peccati: & denique ignorat quantõ & quàm ineffabilis
Ioan.16. sit bonitas Dei, & quàm grauiter ipse offendatur. Vnde Christus. Hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sola enim consideratio tantæ malitiæ, & abominationis, quæ in ipso peccato includitur satis deberet esse, vt vniuersi homines peccatum odirent, & tanquam pernicios am pestem detestarẽtur. Sed cum iam peccatores in id malum peruenerint, vt obcæcati sint, & mentis oculis careant, audent peccata committere cum hac illius ignorantia. In cuius consideration tu quisquis es, qui Deum audes offendere, fac illud quod Angelus Raphael consuluit Tobiæ. Exenterа (inquit) piscem, & tolle fel: bonum enim est ad vsum. Sic tu exenterа peccatum vt videre possis ipsius amaritudinem, quo facto expelles ignorantiam, & oculos aperies, & videbis quanta sit peccati malitia & foeditas. Sola hæc cognitio satis esset, vt nemo auderet ita se præcipitem in peccatum dare. Fuit enim quidam doctor, Theologus qui dixerit, quod solum manifestatis & apertis circunstantiis quæ in peccato mortali sunt, confirmant Deus apostolos, vt non possent in peccatum labi. Et quanquam hæc non videatur mihi sufficiens causa & ratio, quare apostoli fuerint confirmati: sed tamen sola animaduersio malitiæ, peccati & pœnæ, quam secum annexam affert, magna quidem est pars, vt homo se auertat à peccato: & quia magna est negligentia huius considerationis, soler fieri, vt omnes peccent ignorantes principia practica. Et quia ipse Christus volebat docere, se ab hominibus amitti ignorantiæ causa, voluit manere in Hierusalem, & quod parentes suos lateret. Nam certum est neminem Deum amittere nisi qui eius cognitione & grauitate peccati & inferni pœnis caret.

Gloriantur homines & studẽt honoribus acquirendis, atque diuitiis, & in mundanarum rerum sapientia altas agunt radices: in eis verò quæ ad cultum, & honorem Dei spectant hebetes & inepti redduntur. Similes valdè sunt talpis, quæ subtus terram viã aperiunt, in media verò luce cæci & obtenebrati ambulant. Heli adeò excitate laborabat: vt nec lucernam posset videre, donec extincta erat. Itahi, qui terrenarum rerum sapientiam atq; æ citatem mundi induerant: & diuinarum ignorantes Deum amittunt, & eum in Hierusalem relinquunt: quia nesciunt, nec intelligunt, nec cognoscunt. Sed iam ad historiã reuertamur. *Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter dies.* Mos erat filiis Israel (& vtinam apud nos etiam esset) in diebus festis euntes Hierusalem, vel ab ea redeũtes, differentibus viis homines & mulieres rende-

tenderent: idque fiebat honestatis causa. Infantes autem, & pueri indifferenter vtrunq; parentem poterant comitari: & hoc fuit in causa, vt sanctus Ioseph existimaret puerum Iesum cum matre abisse: nec non etiam beatissimam virginem contraria suspicio fefellit, & sic ambo ab Hierusalem recesserunt in Nazareth toto die ambulantes, putantes puerum simul aduenire. Cumque in fine diei vterque aduerteret cum neutro puerum venire, angustia & mœrore confecti quærebant illum. Vbi doctrina tibi proponitur maximæ tuæ animæ necessariæ: ita vt non sis contentus, quod Christus cum alio sit, nisi te cum etiam habitet. Nec ea negligentia capiaris, vt existimes satis esse cum alio tendere, si etiam tecum non abeat. Gloriantur quippe multi & se iactant, principes & patronos suæ religionis sanctissimos fuisse, & in vijs domini directè ambulasse. Sed quid tibi proderit eos sanctè & integrè vitam degisse, & cum Deo ambulasse: nisi tu eorum vestigia sequaris, & Deum tecum duxeris? Diligenter Deum debes inquirere, & talia operari, vt ipse non dedignetur tecum simul abire: & tua familiaritate gaudere. Nam si ea fiducia solum es contentus, vt cum alijs abeas, & negligens fueris in inquisitione illius: quando huius vitæ iam finis aduenerit, & hac communi luce fueris priuatus eo amisso, si illum quæseris, non inuenies. Sed iam videndum est, postquam illum amiserunt, quid fecerint.

Et requirebant eum inter cognatos & notos. Et inter hos non inuenerunt eum. Vt intelligatur quod nec caro, nec sanguis potuerunt illum inuenire. Verùm si Christus non inuenitur inter cognatos & notos, quid est, quod plerique religiosam vitam professi, postquam parentes suos cognatos & mundum propter Deum reliquerint: cœnobijs suis relictis inter cognatos & notos in seculo vagari conspiciuntur? Si Christus non est inuentus inter cognatos & notos: qui fieri potest, vt inter cognatos & notos tu illum reperias? His enim, qui sanctam vitam & castam sunt professi, dixit Christus. Vos estis sal terræ. Sal ex tracta maris aqua & congelata solis calore fit: ità monachi & religiosi, qui ab hoc mundo, tempestuoso mari erepti sunt, orationis calore, & radijs contemplationis percussi in salem conuertuntur. Atverò si acceperis salem, & eum in mare proiecteris dissoluetur totus, & in aquam conuertetur. Ita monachus, qui post quam religionis habitum indùit, & in monasterio iam factus sal, iterum in mundum egreditur, & cum secularibus conuersatur, secularis iterum conuertitur & mundanus fit, vt erat anteà. Et quanquam exteriori veste induatur, quæ illum monachum & religiosum repræsentat, nihilominus ipse peior effectus est omnibus secularibus: quandoquidem religionis fuco & sanctitatis specie sua vitia regit, & dissimulat. Itaque tu, qui sanctam religionem es ingressus, non Christum quæras inter cognatos & notos: sed in secreto monasterij tui cubili, lachrymis, oratione, ieiunio, & disciplina.

¶ Notabis autem, quod quanuis beata virgo rectè sciret, Iesum nequàquam posse amittiquia prius sua prædicatione & miraculis oportebat, vt mundo manifestaretur, & quod mortem acerbissimam patiens humanum genus debebat redimere: nihilominus tamen cùm hæc omnia rectè nosset, quantum ipsa potuit, effecit, vt illum inueniret. Quoquidem egregium documentum nobis ob oculos ponitur, vt quanuis sciamus Deum nos adiuuaturum, nihilominus quantum vires nostræ valuerint, conemur eum reperire. Cuius rei exemplum sacra pagina nobis subministrat. Nam cum Iacob ceto certius haberet Deum esse cum illo, & fratrem suum futurum esse superiorem. Et sciebat etiam *Genes.31.* quod Deus arguit Laban, & quod præcepit ne aspere ei loqueretur, nihilominus tamen facit quod in se est, & mittit munera Esau, *Gen.32.* vt illum placaret, & inueniret gratiam coram oculis eius. Hæc dicetis domino meo Esau &c. Dauid quoq; certo sciens se regnaturum post Saulem, & quod dominus ei auxiliabatur, nihilominus fugiebat à facie eius & abscondebatur, & abijt ad Achis regem Geth. &c. *Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.* Quod igitur nunc pijs lachrymis & deuota mente est considerandum, scilicet, quibus doloribus & tormentis cor virginis fuerit sauciatum his tribus diebus, quibus absentia sui amantissimi filij fuit passa. Quas lachrymas, quæ suspiria, quos gemitus emisit, quando oculos in filium conuertit, & eum non vidit. Iam hîc sacratissima virgo incipiebat crudelissimos & acerbissimos dolores experiri, quos in eius morte erat passura: de quibus Simeon iam

anteà

Universidad de Deusto
Biblioteca

antea prophetauerat dicens. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Nesciebat quid agere sanctissima mater angustiis & doloribus circundata, cum thesaurum illum, sapientiam æterni patris, quem Deus in custodiam illi dederat, amisisset. Quocirca gemitibus & vocibus magnis potuit illa verba referre, quę Rubē dixit. Puer non comparet, & ego quo ibo? Quod si Ruben tam dire flebat, videns quòd Ioseph non inueniretur: quos putas lachrymarum riuulos beatissima virgo pro vnigenito filio fudit, dum illum, quem vnicè diligebat, oculis nō videbat suis? Sapiens ait in Prouerbiis, quòd filius sapiens lętificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matri suæ. Ita omne gaudium, omnemq; lætitiam quam beatissima virgo de filio habuit vnicus hic dolor omnia excessit. Si tantum doluit Dauid, fleuitque serio mortem fidelis sui verique amici Ionathæ: quid putas virgo mater fensit, dum tanto solatio priuata se vidit? Egre satis tulit mater Tobiæ videns quod moras faceret filius, & diem statutum aproximare, flebat Anna lachrymis irrem-drabilibus dicens. Heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari: lumen oculorū nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spes senectutis nostræ. Si egestatem doloremque patiebamur, tua præsentia omnia sustinebamus. O nate, lumen & solatium nostrum, spes posteritatis nostræ: omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere à nobis. Et nullo modo poterat consolari. Cui vir suus dixit. Noli flere, Sanus est filius tuus. Quis dubitat quin sanctus fuerit, qui consolaretur virginem: at illa consolari non poterat veluti mater Tobiæ, sed circumspiciebat & circumibat vias. Nolite demirare me, quia dies cōputo. &c. Putabat sanctissima mater filium amississe, eo fortè, quia ipsa non vt par erat filio Dei vnigenito) debitum obsequium & ministerium præstitisset. Quamobrem postea illi dixit. Quid fecistis nobis sic? hoc est: quæ causa fuit vt nos omitteres? Dic mihi, quid peccauit aut in quo aduersus te deliquit vt postea me corrigam? Vbi beatissimę virginis humilitatem debes admirari, q; cùm eius obsequium & seruitium magis Deo placeret, quam cuiuscunque alterius supremi angelum hilominus tamen ipsa anceps & dubia manet, non intelligens an fortè aliquid fecisset, quo Christi oculis displiceret. Tu verò qui quotidie in mille defectus & peccata incidis, contentus & lætus viuis, existimans tuis factis Deum amicum & propicium habere. Ex quo loco discas semper cautum in hac vita oportere viuere. Tantum abest, vt securus & contentus viuas. Vide etiam quibus doloribus & angustiis dilectissima mater afflicta sit. Solet enim Deus frequenter electis & amicis suis labores & afflictiones immittere: vt quanti sit valoris eorū virtus cognosci possit. Nam qui pōdus aliquod auri, vel argenti solet appendere, vt clarius cognoscat, quantas habeat drachmas aurum illud, solet transmutare aurum in stateram vbi perpendicula erant, & econtra perpendicula, vbi aurum. Ita similiter contigit Deo cum patientissimo Iob, qui dedit illi abundantes diuitias, rectam corporis valetudinem, & multos filios, & constituit illum in stateram totius humanæ fœlicitatis. Et quanquam multi qui in hac statera collocantur, soleant deficere à vera ponderis mensura, quemadmodū Pharao, Saul, Salomon, Aman, & alii multi, tamen sancti patriarchæ Iob, pondus stetit magni valoris: quia omnibus his bonis nunquam superbit. At verò vt rectius & exactiū examinaretur, transtulit illum dominus in stateram tribulationum & laborum, vbi fidelis seruus fuit inuentus. Quo circa de eo scriptura inquit. In omnib⁹ his nō peccauit Iob, nec stultum quid contra dominum loquutus est: sed potius Deum laudabat & glorificabat, dicens. Dominus dedit, dominus abstulit, &c. Sic beatissimam virginem, post tanta dona concessa, post honores & gloriam, quā possidebat, cùm haberet Christum filiū suū, in statera tribulationis illam constituit: vt virtus atque patientia cognosceretur, & vt ipsa filii absentiam sentiret, quæ eius præsentia semper alacris fuerat. Quos enim diligit cor rigit, vt eorum virtus magis eluceseat. Vt nos non tristemur quando aduersa nobis aduenerint: quandoquidem sanctissimam matrē ab his non liberauit, vtpote moris illius est, dilectos & amicos suos his nunciis salutare: quod quidem indicium est summi amoris Dei erga illos. ¶ Ad tuam hic eruditionem debes animaduertere, quod si Christum amisisti, & vis illum inuenire, per eandem viam debes retro vertere. Virgo namque beatissima & sanctus Ioseph sic facientes, metuerunt eum inuenire. Sic tu cùm à Deo te auerteris, & illum per peccatum perdideris: nihil est salubrius, quam si eandem viam ambulaueris

Genes. 37.

Pro. 10.

1. Reg. 1.

Tob. 10.

Genes. 37.

lauetis pœnitentiam agens, dolore & lachrymis eam irrigando. Idcò præclarè Paulus. Deponentes vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritum mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Et paulo post. Quis rabor iam noster fuerit. Quasi dicat Paulus, Si nitet illos antiquos mores, deponite iam veterem hominis malitiam: & qui asper erat, iam post hac liberalitatē exerceat, sobrius vacet, iam castus sit, & puram mentis ac Deo conseruet, qui inuidia lectabatur iam inde charitatem induat. Superbus & laudis cupidus, iam humiliter & abiecte de se sentiat. Nam vt rex Ezechias morte esset damnatus, in se conuersus deplorauit: quo meruit audire. Non morieris. Solet enim dominus sententiam mutare, sine mutaueris delictum. Si in ritu & gaudio Deum amisisti, reuertere, & in planctu & fletu illum inuenies. Si escis & cibis superfluis Deum offendisti, sobrietate, & ieiunio illum placabis. Est enim axioma medicorum famosum: Contraria contrarijs esse curanda. Sic Niniuitæ facientes, Deum in suam gratiam conciliauerūt. Quapropter dominus per Isaiā inquit. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum. *Et factum est, post triduum inuenerunt illum.* Consummatis diebus paschæ vna die venerunt parentes Christi, qui fuit prima dierum trium, sequenti vero die quæsierunt illum inter cognatos & notos, tertia vero die reuersi sunt per eādem viam, qua in Hierusalem venerunt: die vero sequenti, quarta scilicet, eum inuenerunt.

¶ Probe satis diligenterque numerat sanctus euangelista dies quibus Christus absens fuit, at diligentius multo computabat mater. Quā recte iustus enumerat dies quibus ab eo Deus discessit, & dies laborū quàm diligēter supputat: quoque ille, & etiam Deus enumerat, neque patitur suos plusquam triduo in labore esse, & eius absentiam sustinere. Ità pijssimus dominus dixit. Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Non patitur Deus vt illum plusquam triduo spectes. Obidque noluit in sepulchro iacere plusquam triduo: cuius ingens pietas non tulit discipulos suos multum tristari propter peccatum absentiamq; sui. Quibus omnibus manifestat amorem suū, & quanta curam gerat & solicitudinem adhibeat in nostris fauoribus & necessitudinibus. Oportuerat qui de nos erubescere & vultu confundi, ut profundè expenderemus quam parum sit quod pro Deo amore operis exhibemus, ne dicam omnino nihil, & quam remisse illum expectamus, & nimium quòd ipse Deus sustinet nos. Nō enim tam patebatur viscera pijssimi Iesu, beatissimi virginis angustias & dolores, nostris profectò lachrymis doloris cruciatu tabescēs amplius cruciaretur. Nec vo[illegible] statim inuenire quæramus gaudiū afferunt illa, quæ carnis emunxit. Ita Deus sæpe æternas animi consolationes auferat amicis, atque electis suis: non quia malū illis vult, sed vt eorū virtute examinet, acuat, & confirmet. Qui cum sciat in nobis nō esse solidam stabilemq; animos firmare virtutem, non pet. multum temporis nos deseret, nec à nobis abesset, sed statim nobiscum adesset. Vis explicari vno pacto potest ingens illud virginis gaudium, quando suum filium suis oculis præsentem aspexit. Taceat gaudiū illud, quo reges illi Magi fuerunt perfusi, quando stellam amissam inter reliquas cœli viderunt apparere: etiam si euangelista dicat, quòd gauisi sunt gaudio magno valde. Sileat etiam gaudii illud, quod habuit mulier, quæ drachmā perdiderat, illa iam inuenta. Taceat etiā pastor cū gaudio suo, qui ouem perditam in humile adduxit. Taceat etiam lætitiam suam & alacritatē pater ille, qui filiū Prodigum iam amissum, brachijs extentis in suum suum recepit. Nam omnium horum lætitia nullo modo cum ea, quam beatissima virgo habuit venit comparanda. Ibi sanctissimæ matris lachrymæ doloris & lætitiæ, se inuicem eluxerunt. Recordabatur ibi transacti doloris, quæ filiū amiserat, & lachrymas proferebat gaudij præsentem illum intuens. Ex quo elicies non esse perpetuam tristitiam seruorum Dei: nam etiam si labores & ærumnas hic patiantur, postea spiritus consolationes & gaudia immittit. Ita se habuit cum Iacob, Ioseph, Dauide, & Helia, quos tandem mille gaudiorum generibus visitauit, ita vt merito dicere potuerint. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerūt animam meā. Finem habent labores bonorū, labores autem malorum & ærumnæ timendæ sunt: quia perpetuæ sunt, & fine carentes.

Matth. 2.

Luce. 15.

Ioan. 10.

Luce. 15.

Psalm. 93.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Macha. 7 Sic sanctorum Machabæorum frater minor tyranno dixit. Fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu vero iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Illas ergo æternas pœnas fuge, non has, quæ parum durant: quę fœlicem finem & gaudium sortiuntur.

¶ Discę etiam ex hoc loco, ne animi deliquiũ patiaris: si aliquando dominus aufugerit, aut oculorum tuorum aciem prætererit (vo'o enim dicere, quando à te sustulerit internam hanc animi consolationem) quandoquidem sanctissima virgo ea caruit, omni culpa vacans, sola diuina voluntate atque dispensatione. Discę etiam te commendare in manus & voluntatem istius domini, quando eius cõsolationem amiseris, paratus ferre martyriũ huius absentiæ per omne tempus quod ipse voluerit: nihilominus firmus & stabilis esto, nec ab illo discedas: sed potius toto hoc tempore cum magna cura & diligentia debes incedere, inquirens quod perdidisti. Quemadmodum beata virgo quæ per aliquod tẽpus caruit hoc tãto thesauro in nostrum solatiũ, postea vero quæsiuit, vt nobis relinqueret exemplum, & denique illum inuenit, vt animum nostrum ad simile opus corroboraret. Et hac de causa has absentias dominus facit, vt nobis materiam exhibeat: qua in tantis virtutibus nos possimus exercere. Abit, vt nos humilier: venit, vt nos consolerur: moram fecit vt virtutis nostræ periculum faciat. Nam si trium dierum spatio tristes illum quæsierunt: bene postea non sine magno fœnore rependit quandoquidem tantum gaudium illis attulit, cum eum inuenerunt inter doctores acutè disserentẽ magno omnium ad stantium applausu. Tantam enim consolationem Deus nobis tribuit, quantus fuit labor, quẽ

Ioann. 2. pro ipso sumus perpessi. Nam si in Canaa Galilææ quemadmodum erãt sex hydriæ aquapientæ, centum essent: omnes proculdubio posset in vinum cõuertere. Ita vt persuasum tibi habeas, quod vbi maior fuerit quantitas aquæ, ibi dominus vini superaddet maiorem: & vbi plures lachrymæ & afflictiones fuerint, plures consolationes & gaudia spiritualia domin' mittet: & vbi minores fuerint labores, pœnæ & ærumnæ, minorem gratiæ lætitiam, & minus glorię gaudium retribuet,

2. Cor. 1. Vnde Paulus sicut abundant Christi passiones in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. ¶ Vbi diligenter debes perpendere: quomodo Deus misceat lætæ tristibus. Vnde apud Esaiam Deus inquit, Væ gẽti peccatrici populo graui iniquitate, &c. Desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion sicut vmbraculũ in vinea & sicut tugurium in cucumerario. Et paulo post. Lauamini, mundi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Eodem modo Amos propheta. Leuo super vos planctum domus Israel. Cecidit, & non adijciet vt resurgat virgo Israel. Et paulo post. Hæc dicit dominus Deus. Quærite me & viuetis. Et in psalmo. Si dereliquerint filij eius legem meam & in iudicijs meis nõ ambulauerint, si iustitias meas profanauerint. &c. Sequitur. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed oculos iam in misericordiam & benignitatem Dei conuerte. Misericordiam autem meam non dispergã ab eo, nec nocebo in veritate mea. Quod enim nobiscum quotidie facit, fecit olim cũ primo nostro parente. Nam Adæ dixit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et imponens finem laboribus suis, subdidit: dicẽs. Donec reuertaris de terra, de qua sumptus es. Et cum eosdem parentes nostros vellet è paradiso voluptatis ejicere, fecit eis tunicas pelliceas, vt protegerentur à frigore. &c. Sic misericors Deus eos quos punit, solet consolari & post tribulationem consolationem immittit: quod omne in beata virgine possimus contemplari. ¶ Sed licet percontari: quomodo Christus in illo triduo quo fuit in Hierusalem se sustentauerit: aut quis illi dederit cibum? Respõdebo cum Basilio & Bernardo & alijs ecclesiæ doctoribus, Christum ostium mendicasse. Et Paulus Corinthijs ait de Christo, quòd propter nos egenus factus est. Vbi in Græco habetur mendicus. Et sic legit Basilius. Verba autem Bernardi libet referre. Vere domine per omnia nostræ paupertati conformare, quasi vnus de turba pauperũ stipem per ostia mendicabas. Quis dabit me buccellarũ illarũ mendicatarũ participẽ fieri & illi' edulij reliquijs? Et si aliquis dixerit, quis dñs in veteri lege præcepit dicens. Non erit mendicus inter vos. Respondeo quòd loquebatur diuitibus: ac si eis diceret. Ita diligẽtes estis in subuentẽdo necessitatibus pauperũ, vt nullã habeãt necessitatẽ mendicãdi: nã satis carę

emit, qui petit: quandoquidem pro precio suam verecũdiam exhibet. Et certè si diuites tales essent, vt deberent: non tot peterent ostiatim mendici, nam ipsi taliter suas diuitias impartirent, vt nullam pauperes haberẽt necessitatem mendicandi. Contemplare igitur hanc Christi mẽdicitatem pectore & animo Christianos: nam si illam rectè perpendis & consideras, non existimo te adeò lapideo & adamantino esse pectore, quin si superbo animo & elato fueris, nõ humilieris: cum videas Deum illum infinitę maiestatis (in cuius conspectu angeli & cælestes spiritus contremiscunt, pro te humilitatis vestem induisse & mẽdicum voluisse apparere: iuxta illud.

Psal. 39. Ego per ego sum & mendicus. Quæ verba ad literam Augustinus super hunc psalmum de Christo intelligit. Voluit hic esse mendicus, vt in patria illa cælesti te ipsum abundatibus diuitijs ditaret. Allegat sanctus Bonauentura, & refert illa verba Bernardi, quæ modo enarrauimus. Theophilatus etiam iuxta antiquam translationem, qua vtitur Thomas in catena aurea super illud Lucæ. In eadem domo manete, manducantes & bibentes quæ apud illos sunt, ità hunc locum exponit. Vide (inquit) qualiter discipulos mendicare instituit, & pro precio nutrimentum eos habere voluit. Ioannes autem Oeco lampadius, qui Theophilactum corrumpit ex industria verbum mendicandi mutauit: eo quod patrocinari videbatur piæ monachorum mendicitati. Mendicauit itaq; Christus. Primo vt satisfaceret abunde, & vt exolueret absolutum precium & perfectum pro superbia & petulantia nostra. Nos quippe arrogãti & elato animo arripimus cibum non nostrum sed prohibitum (quod & assidue facimus) ipse vero quod suum erat submisse & humiliter quasi alienum petit sibi gratis dari. Deinde vt nobis humilitatis præberet exemplum, & vt superbiam nostram domaret, mendicauit locũ vbi cum discipulis pascha erat celebraturus: mendicauit asellum cum Hierusalem voluit ingredi: mendicauit hospitium in domo Zachæi, à muliere etiam Samaritana aquam petijt: & mulieribus ipsi ministrantibus mendicauit victũ. ¶ Sed his iam dimissis consideras Christi paupertatem, humilitatẽ & abiectionem, mecũ diligẽter reuoluo, quid fieret de arrogãtia & vanitate mundi: si Christus venisset magnus, diues, atq; potẽs, si cũ venerit ità pauper, mẽdicus, & abiectus omnes illi, qui de Christianissimo gloriantur: ita sunt laudis cupidi, diuitiarũ sitientissimi, elati, atq; superbi. Quis obsecro auderet religionem ingredi paupertatem profiteri, & cum mendicitate, panem & cibum quærere, si Christus diuus veniisset? Si cum multi Christiani videant in nostra factione habere Christum pauperẽ, mendicũ, & indigentem, nihilominus tamen nos ipsos contemnunt, irrident, & persequũtur: quid obsecro facerẽt si Christũ diuitem pro suis partibus haberent? Si paupertas & mũdi contemptus quem Christus dilexit, non satis ad hoc fuit ad frenandam multorum Christianorum cupiditatem eorum culpa: quid facerent si Christus in potentia & diuitijs adueniisset? Magna quidem est & deploranda multorum perditio, quorum legem Christi sunt professi, ignominiosum iudicant eundẽ Christum sequi, & vile existimant paupertatẽ, quã ipse dilexit & amauit: & quod peius est & lamẽto dignius, vitã apostolicam & sanctam quam ipse degit contemnunt, & pro nihilo faciunt. Sed iam ad historiam deueniamus. Postquam igitur Maria & Ioseph puerum inuenerunt. *In templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem.*

¶ Nimis studuit Deus, vt eius sapientissimus omnibus innotesceret aduentus: idcoque passim faciebat signa, varia edebat exempla, quibus suam diuinitatem manifestabat, vt homines in eum intendentes illum agnoscerent. Et inter pleraque signa hoc vnum peculiariter demonstrauit mirabile satis, qui adhuc puer cum esset annorum duodecim, cum homines vix vti ratione incipiunt: hic nimirum sapientes & eruditos viros cœpit docere. Et quidem nisi eos malitia eorum excecasset, illum satis nosse potuissent: nam secundum vaticinia sanctorũ patruum quæ eos minime latebant, iam temporis plenitudo veniisset, in quo Christus venturus erat. Hoc satis erat illi in testimonium rei sapientiam supra hominum omnium mentem in puero experiri, & extra naturæ ordinem, vt illum Messiam esse credere cogerentur. Et ita vt reor ex tunc Pharisæorũ viguit obstinata malitia. ¶ Obserua præterea diligentia Christi studiumq; magnum adhuc puer cũ esset erga vicarios, ecclesiaq; ministros & doctores: eaq; summa adhibet curam, vt à tenera ætate iam cœpit eos visitare, quæstiones habere, & inter eos residere, quo nã pascatur omes requirere, quamque doctrinam popu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo prædicent diligenter examinare. In lege
Exod. 30. præcipiebat Deus vt cum mane sacerdos tẽpliq; minister surgeret, luminaria mungeret atque purgaret. Sic Christus summus põtifex & sacerdos summo mane ætatis suæ surgens lucernas ecclesiæ purgare mundareq; cepit. Hi quippe sunt ministri ecclesiæq; doctores, quorum luce illuminantur cæteri, & quidem multum interest vt ipsi lux sint vt alios illuminent. Vide itaque sacerdos & doctor, ne lumen quod in te est, tenebræ sint.
Matth. 6. Quod si ille qui aliorum est quasi lumen tenebrescat, quid erit populo? Ideoque oportune satis eos mundat Christus. Rursus præcipitur in lege, vt specula essent in templo eaq; mundarent. Proponebat Christus, & ipse faciebat satis: & non tantum respondendo eos docebat, sed etiam in propositis sibi quæstionibus illos erudiebat. Vnde cum semel ab
Matth. 22. eis quæreret de seipso quid vobis videtur de Christo, cuius filius est, illi dixerunt, Dauid. Rursus ad illos domin⁹. Quomodo ergo Dauid dominum eum vocat dicẽs, Dixit dominus domino meo? Si dominum eum vocat, quomodo filius eius est? Retulerat enim non parum vt cognoscerent Christum Deum esse & illius regnum nõ temporale, sed potius spirituale & cæleste esse: idque voluit eos docere in præfata quæstione: vnde ipse proponit, ipseque respõdet, vt ad veram sui cognitionem audientes trahat. Præterea mos erat apud Iudæos in diebus paschatis de lege disputare: & sic paschata in tempore illo celebrabantur. Nunc autem his diebus certamẽ initur de aleis, taxillis, conuiuijs, & de proximo rum vita. Illa autem disputatio, quam Iudei habebant, non fuit casu, sed moris erat. Atq; ita parentes secum filios ducebant, vt ibi discerent. Hic inuentus fuit Christus in loco sancto & orationis: non vt nostri huius tẽporis adolescentes, qui in domibus ludo, & blasphemijs dedicatis sæpius solent inueniri. Et nõ mirum debet nobis videri, quod Christum ibi reperetint. Nam filius libenter in domo patris sui manet. Ex quo sequitur quod ille, qui libenti animo ecclesiam habitat, filius Dei sit, quia est in domo patris, qui illum creauit: sed qui libenter est in locis ocio & lubidini vacantibus, signum est filium esse diaboli, quia in domo patris sui detineri vult. Sunt aliqua animalia, vt crocodili & anates, quæ etiam si terram incolunt, libenter etiam submergun-
tur in aquam, & ibi gaudent esse. Sic Christus etiam si vt homo, qui educatus fuerat in terra, & cum parentibus suis ipsam habitabat: statim vt templum videbat, quod quidem domus patris sui æterni erat, vt verus filius in ipsum ingreditur, & ibi gaudet, matre pro patre relinquens: nam hoc est magis conueniens suæ naturæ & inclinationi: vt filij anatum qui etiã si ab aliqua gallina fuerint procreati, visa aqua statim eam ingrediuntur & submerguntur. ¶Obserua autem, quod est templum sine doctoribus, & doctores sine templo: & templum cum doctoribus. Templum sine doctoribus illa ecclesia appellatur, in qua nulli sapientes homines, nec docti sunt. Vt hodie multæ ecclesiæ sunt, quæ plenæ sunt cæcis insipientibus & ineptis: qui cum nec sacros Canones, nec Theologiam, nec Grammaticam didicerint, in sacros ordines promouentur. Inter hos nequaquã Christus habitat, qui ob suam ignorantiam & insciti am in administratione sacramentorum in grauissima peccata dilabuntur. Doctores sine templo sunt docti & literati, qui extra gremium ecclesiæ sunt: vt sunt sapientes hæretici: scismatici: inter quos minimè Christus est, quandoquidem ipse in templo inuenitur. Templum cum doctoribus est illud, in quo adsũt catholici homines simul & docti, inter quos inuenitur Christus in medio doctorum. Sed in quam paucis ecclesijs hoc inueniatur vos videtis. Nam multæ ecclesiæ sunt plenæ pueris & adolescẽtibus indoctis: nam Episcopi & Canonici resignãt suas præbendas in consobrinos & cõsanguineos suos: cum sint multi doctores Theologi & probi viri versantes in academijs qui nec buccellam panis in victum habeant. Graue iudicium & tremendum hos expectat, & infernus faucibus apertis talibus est paratus. ¶Nota etiam quod non solum erat inter doctores, sed in medio illorum. Fons enim, qui in media platea cunctis patet, plus commodi omnibus affert, quã is, qui abscõditus est: & horologiũ etiã in alta turri, melius ab omnibus auditur. Ita Christus semper reperitur in medio. In medio trium diuinarũ personarũ locum habet: in natiuitate, in medio duorũ animaliũ positus erat: in morte, inter duos latrones, & salutem operatus est in medio terræ: & post resurrectionem, in medio discipulorum stetit. Post ascensionem etiam Ioan. apparuit Ioãni inter septẽ candelabra aurea.

Vt illud

Prima 2. Vt illud quòd Paulus ait in ipso optime adimpleretur. Ipse enim est mediator inter Deum & homines. Et hic in medio doctorum inuentus est. Quo circa debes animaduertere, quòd si proximo iniuriam intuleris, aut manu eum percutis, Christus in medio tui & illius est: & prius eum percutis, quam proximum, & prius maxillam Christi ictus ferit, quam maxillam proximi. Ideoque nemo proximum offendit & lædit, quin prius Christum offendat. Quapropter iram comprime, nec proximum offendas, quando quidem Deum prius offendis. Si vero tu iniuria
Ecclesi. 9. fueris affectus, tace: Deus enim qui prius in
Rom. 12. iuriam accepit, ipse vindicabit, cum dicat, Mihi vindictam & ego retribuam. Vellem ego, vt diuites hoc secum animo reuoluerent, quando cum pauperem conuiciantur: aut magnatos infimum persequũtur, & in carcerem agricolam detrudunt, & sanguinem & substantiã ebibunt, Deum esse qui talia patitur, quique vt iustus iudex iniurias sibi illatas vindicabit:
Psal. 15. cum dicat. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. ¶Potest etiam & forte melius locus iste interpretari. Nõ quod obsessus esset vndiq; tanquam in curriculo à circunstantibus doctoribus: sed esse in medio est decere, reddere seipsum, vt inueniat ab omnibus, videaturq; ab omnibus, & interrogantibus satisfaciat. Et secundũ sensum hũc quem verioré esse existimo dico, q⁹ bene poterat adhærere parieti, aut alicubi esse. Et hęc est phrasis scripturæ sacræ: in cuius rei testimonium inter multa, quæ possent loca adducere, pauca pro modulo referam. In Genesi dicitur
Gene. 2. quod erat lignũ vitæ in medio paradisi. Hoc
Leuit. 16. est, locatus in paradiso, & omnibus parẽs. Et in Leuitico. Ponã tabernaculũ meũ in medio
Ezech. 37. vestri. Hoc est, inter vos. Et rursus ibidẽ. Mittam pestilentiã in medio vestri. Ac si diceret. Mittã pestilentiã, quæ vos omnes capiat. In
Amos 4. primo quoq; volumine regum habetur. Auferte de medio vestri duos alienos. Et in quarto libro regum de illa Sunamite Helisei hospita habetur sic. Dixit ei propheta. Habes negotium: & vis vt loquar regi, huc
4. reg. 8. aliquod negotium: & vis vt loquar regi, huc principi militiæ? Cui illa respõdit. In medio populi mei habito, id est, omnibus nota sum. Et in Genesi loquitur Deus ad Abraham dicens. Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Ecce planè cõstat quod nõ vult ducere Deus quod hi quinquaginta viri iusti
esset in foro aut in plateis Sodomæ: aut secundum loci ciuitatis ambitũ in medio sisterent velut punctus in medio circuli. Sed hoc sibi vult dũtaxat. Si inuenero quinquaginta iustos qui innotescant Sodomæ frugi boniq; nominis, nõ sibi solũ vtiles, sed etiã omnibus. Nanq; iusti viri laudabile nomẽ & bonũ exẽplũ plurimi est apud Deum, & ideò nihil est q⁹ ei Deus nõ præbeat: diligit enim Deus iustũ cuius opera vt lux corã hominibus lucet, iuxta illud Saluatoris. Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra, &c. Igitur esse in medio doctorũ nihil aliud est ei ipsi nisi inter eos esse, & omnibus illis notus & manifestus. Sed iam videndũ est, quid Christus faceret inter doctores. Erat audiẽs, interrogãs & docens. ¶Vide quod Christus in ecclesia loquitur: extra ecclesiam vero, non Christus, Eccles. 15. sed diabolus docet: imo seducit. Christus autem in medio ecclesiæ aperuit os suum: quia impletus erat spiritu sapientiæ & intellectus. Agebat de Aduentu Messiæ, & de prophetijs, quas prophetæ prædixerant. Docet hic Christus consiliũ sapientũ & prudentũ esse auscultandũ, nõ ad dicendum, sed ad cõforandum. Ideò dicit quod audiebat illos & interrogabat. Interrogabat, non vt doceretur, sed vt potius doceret prudẽter interrogans: vt ex eorũ respõsionibus occasionẽ acciperet docẽdi eos scripturas, & præcipue aduẽtum Messiæ. Prius audit & deinde interrogat: vt suppediter exemplũ prius nos debere discere, quã docere: iuxta illud Ecclesiastici. Antequã loquaris, disce. Colliges etiã ex hoc loco alios audire, & sententiã eorũ non contẽnere: quanuis ignorantes & insipientes sint. Nũquid tu sic adeo sapiẽtia cæteros excellis, sicut Christus hos doctores? Moses etiã si sapiẽtissimus & Dei lumine illuminatus esset, audiuit Ietro sacerdotẽ Madiã, nec cõsilium eius contempsit. Naaman Syrus cum nondũ eius animus quietus esset Elisei respõsione, seruos suos audiuit: & sic meruit a lepra mundari. Multi prælati hac nostra tẽpestate suo iudicio & sciẽtia nimis præsumentes, in manifestissimas insanias & ineptias dilabuntur: nolẽtes audire suos subditos: atq; ita volẽtes sũã propriã voluntatẽ adimplere, sapientes & doctos à se reijciũt, simul & religiosos: nã prioribus prælati adiuncti subditi sunt, secundis vero dũi. Fit enim hoc ita quia ignorãtes & inepti in nihilo illis contradicunt. Et quantum ab scopo rectę rationis isti abertẽr,

Universidad de Deusto
Biblioteca

manifestè liquet: nam deberet ipsi attendere, se homines esse, qui natura in mille defectus & errores sunt procliues, ideoque audiant & interrogent: quandoquidem Christus idem faciebat. Nam cum Christus vellet Petrũ sitq; ecclesiæ in prælatum eligere: ptius eum examinauit, dicẽs. Petre amas me plus his? Ac si Christus diceret. Volo à te scire, quẽ te ipsũ iudices, & quanti hos alios facias. Nam si te ipsum plurimi habes, hos vero parui æstimas, non est dignus, vt pascas oues meas. Si vero credis te esse fragilẽ: pasce oues meas. Ideò à te quæro, vtrum plus his me diligas, collationem fecit cum alijs, vt inde colligere posset, quid Petrus de alijs sentiret. Nam nõ est dignus prælati nomine, qui se maximi æstimat, alios vero contemnit. *Stupebant autẽ omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius.* Nec mirum erat, nam apud Marcum legimus, q̃ in sabbatho cœpit Iesus in synaga ga docere: & multi audientes mirabãtur doctrinã eius dicentes. Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapietia, quæ data est illi? Et in Ioãne legimus: Iam autem mediante die festo, ascendit Iesus in templũ, & docebat & mirabantur Iudæi dicẽtes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Nam si sit mirabãtur doctrinã adulti, cur nõ mirarẽtur doctrinam puerã? Audierant sublimẽ & alta sapientiam, videntes autem teneram illius ætatem mirabantur. Felices & beati illi doctores essent si scrutati diligenter vellent sanctas scripturas: vbi videre possẽt, quis quãtusq; ille puer erat. Nã per Esaiã prædictum inuenissent. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis. Et hoc argumẽto facilè colligere ille esse Messiã mũdiq; redẽptorẽ. Hoc idẽ contigit discipulis, nam principes sacerdotum sapientiam Petri & Iohannis mirabantur: cognoscẽtes eos esse homines illiteratos & nunquam in academijs versatos. At mundus iam non habet similes pueros, de quorũ sapientia aut virtute possit admirari: sed potius multos, de quibus dices. Quomodo in tam parvo puero, tanta libido? Quomodo tot nequitiarum mendacia & furta? Vnde tantam malitiam sibi intenit puer, tã infantilis ætatis? Accipiunt hæc sine dubio à parentibus: cum Christus suam sapientiam & qualitatẽ habebat, accepit à patre: & corpus à matre. ¶ Aduertẽdum etiã est hic, quòd Christus opus suum non solum cum summa seueritate sed etiam cum sapien-

Ioann. 21.

Marc. 6.

Ioan. 7.

Esai. 9.

Actu. 4.

tia incepit: ira vt ij, qui doctissimi erant mirarentur & stupereẽt. Significabat res illa, quòd per doctrinam & sapientiã Christi, totius orbis sapientia erat obscuranda. Quemadmodum per Esaiam Deus prædixerat. Perdã sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Horum verborum meminit Paulus in suis epistolis. Vbi sapiẽs (inquit) vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nam cum mundus in sapientia Dei ipsum Deum non cognouit: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Mirandum igitur non est, quod sapientes Iudæi admirati fuerint & obstupuerint videntes rarã Christi sapientiam, Christus verã sapientiã mũdo attulit. Hic est Deꝰ noster (inquit Baruch) hic adinuenit omnem viam disciplinæ & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Imò ipsemet factus est nobis, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio: vt Paulus ait. Cæterum cum isti suam doctrinam admirentur: non ideò credunt, nec conuertuntur. Sic multi nunc videntes doctrinam prædicatoris stupent & admirantur, laudant & extollunt illum: sed non à flagitijs & peccatis recedunt, cum Christum illi audiẽtes nõ conuerterẽtur. Sed multo aliter Petrus Christi doctrinam suscipiens & eius mirabilia verba, inquit. Domine quo ibimus? verba vitæ habes. Non dixit loqueris. Quia hoc multi faciunt: sed habes. Ac si diceret. Tua sunt ista, quæ profers: non ab alio mutuata. Corda hominum perscrutis, quando loqueris: & verba tua omnia sagitte ignee. Ideò sequar te quocunque ieris. Denique non solum illi doctores admirati sunt: sed & parentes eius, ideoque ait euangelista. *Et videntes admirati sunt.* Scilicet propter rei nouitatem, quia nũquam similem viderant eum facere. Propter quod beatissima mater ingentio dio affecta immensa gratias Deo agebat. Filius autem cum charissimam matrem atq; accelsit ad eam statim: quem ipsa brachijs extentis suauissimis amplexibus excipit, & osculatur. *Et dixit mater eius ad illum.* Tacet Ioseph cum sciret nihil iuris in partu sponsæ sibi habuisse. Mater verò pro autoritate & dolore ab eo querit. Loquuta est etiã beatissima virgo propter excessum amoris, quo filium vnicum diligebat plusquam Ioseph: atque ità hoc amore coacta loquuta est. Primum autem verbũ, quod abore emisit signũ fuit illius summi amoris: nam dixit.

Esai. 29.

1. Cor.

Baruch.

2. Cor.

Ioan.

Mat. 27.

Luc.

Fili quid fecisti nobis sic? Quod verbum fili, in Græco, idem quod amor est. Atque ità in hoc primo verbo non potuit virgo non ostẽdere amorem illum, quem erga filium habebat. Quo verbo non virgo conqueritur, sed interrogat. Si autem querela fuit, ex maternis visceribus & amore exijt: propter quam beata virgo potius actionem gratiarum meruit, quam reprehẽsionem. Sit igitur vel interrogatio vel querela: certum id est fuisse prolatam ea humilitate, quæ verbis explicari minimè potest: & fundamentum habuisse in illo intimo cordis amore, super quem fundauerat dolorem illũ, cuius causa absentia triũ dierũ fuerat, quæquidem, etiã si paruũ illud temporis spacium durauit, maior & longior visa fuit illi, quam videri poterat omnibus hominibus huius mũdi, si per multos annos rebus sibi dilectissimis & amantissimis priuaretur. ¶ Expende etiã in his verbis antequã vltra progrediamur q̃ in hoc verbo fili denotatur quedã prope diuina ratio grandis virginis quærimoniæ, quę virgo sanctissima suũ maximũ dolorẽ ostendebat. Quando Christus orabat in horto protulit hoc verbum dicens: pater, in quo verbo latebat quædam diuina querela, ac si diceret. Tu ô pater, meus pater cum sis, me tantum permittis bibere calicem? Sic etiam & nunc beata virgo. Tu natẽ, filius meus cum sis, potuisti tibi persuadere, vt tantum in nobis causares dolorẽ? Quasi dicat. Nõ hoc tibi commerui fili. Nec meo huic erga te patrem amorem rependis. Cur ergo fecisti nobis sic? ¶ Nunc autem volo ô sanctissima virgo tuæ quæstioni satisfacere. Interrogas. Quid fecisti nobis sic? Ad quod respõdeo, recte filium tuum scire, quod nec ipsi angeli sic bene quemadmodum, & tu, illi seruierunt: noluit enim tibi hanc afflictionem immittere, quoniam propter aliquid te cum irascatur: sed quia quem magis diligit, maiores dolores illi infert. Nam sanctum illũ patriarchã Abraham ingenti tristitia & dolore affecit, præcipiẽs, vt filium vnigenitum sacrificaret: quodquidem clarum & apertum signũ fuit magni amoris, quo illum prosequebatur, & etiam illius quem ipse patriarcha et ga Deum habebat. Sanctus etiã Iacob martyrium suscepit causa filij sui Ioseph: quem existimauerat deuoratum esse à fera, & dolore affectus multis annis super illum planxit. Tobias etiam propter filium multum mœroris & tristitiæ passus est. Exemplа habes ô beatissima virgo cur tecum sic fuerit factum, ex nimio amore hoc emanauit & vt sis exemplũ alijs matribus vt in patientiã exerceatur, quãdo diuinæ voluntati placuerit charissimos filios de medio tollere. Denique his tribus diebus voluit te sic angi & macerari: vt fortitudine & animi robore te induas & præpares, vt ferre queas tres alios dies suæ mortis, vbi non sicut modo inuenies illum inter doctores, sed inter latrones & carnifices crucifixũ, flagellatum, & corona spinium insignitum. Sed iam audiamus, quid amplius beata virgo filio dixerit. *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* ¶ Si beatam virginem non latebat Christum Deum esse, & proinde perdi non posse: quare illum quærebat quasi Deus non esset? Responderet vtique beatissima mater. Nõne cum mihi cõmissus traditusque sit debeo illum quærere? Recte se res habet, neque me latet quòd perdere illum nõ possim: ad hæc tamen quantum mea interest, debeo facere vt illum inueniam. Vult Deus ne simus ociosi, neque in vanitatibus degamus vitam, sed quod faciamus quod in nobis est, & in bonis operibus nos exerceamus: quod ea hactenus verum est, quod quamuis cuipiam reuelatum esset prædestinatum electumque esse ad gloriam, cum hac tamen certitudine suæ salutis debet quantum in se est bona opera facere quæ ad salutem sunt necessaria. Nam Deus qui prædestinauit fines, prædestinauit etiam media ad hos fines obtinẽdos: etenim nullus adultorum adhuc cœlum ingressus est, quin prius in bonis operibus se exercuerit. Certus enim erat Paulus de sua salute: vnde Timotheo dixit. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. De cætero repolita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Nihilominus tamen Corinthios alloquitur in hunc modum dicens. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Quamuis enim reuelationẽ habebat de sua salute: timebat tamen ne si bene operari desineret, eius periclitaretur salus. Hoc ipsum est quod princeps Apostolorum Petrus inquit. Satagite vt per vestra bona opera certam vestram vocationem faciatis. Nam per maiora bona opera certiorem faciebant suam beati salutem. Præcepit dominus populo suo Israel: vt iruat aduersus Iericó & expugnet ciuitatem: hæc enim erat

Ioan.

Ioan.

1. Tim. 4.

1. Corin. 9.

2. Petri. 1.

Ioſue. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prima ac principalis ciuitas quam offenderunt in terram promissionis. Præcepitque eis dominus, vt septies eam circumirent, & clangerent tubis, & circunduceretur arca Dei: & peractis diebus septem ceciderunt muri Iericó, expugnaueruntque ciuitatem. Vnquid domine tot cæremoniæ cum absque omnibus ijs ruerent muri? Hoc vt cognoscamus ita nobis esse operandum, ac si per eadem nobis opera conferenda sit gratia. Taliter enim Deus operatur in nobis, quod vult nos ipsi cooperari. Hinc 1.Cor.3. Paulus: Adiutores Dei sumus. Sic etiam modo beatissima virgo quamuis non ignorat filium suum perdi non posse, vtpote quia Deus erat: cæterum vt faciat quod in se est, quærit illum dicens. Fili dolentes quærebamus te. Quæ verba manifestè indicant ex amore & dolore procedere. Rogat, cui voluerit sua absentia eos sic tristari, cuius præsentia super omnes mundi delicias sibi dulcis erat Ioseph tamen non pater Iesu erat (vt sæpè diximus) sed quia putabatur, sic illũ appellauit: cuem beatissima virgo sibi præposuit humilitatis & reuerentiæ causa, quia vt Ephes.5. beatus Paulus inquit. Caput mulieris vir est. Genes.18. Sic Sara Abraham virum suum dominum suum vocauit, dicens. Postquam senui, & dominus meus vetulus est, &c. Ex quo mulieres debent discere virginis exemplo suos viros honorare: quod quia regina Vasthi non fecit, ignominiosè à regno Persarum expulsa est. ¶ Dolentes ait & non immerito: quia quã- Hester.1. to aliqua res amissa charior est, tanto maiori dolore quæritur. Oriebatur quidẽ dolor hic ex dilectionis magnitudine. Vbi duo possimum nobis docentur. Primum quàm grauis dolor & iactura sit Deum amittere, & eius dulcissima præsentia carere: secundũ verò quomodo cum debeamus quærere. Quam tristè & infœlix sit Deum perdere & ab eius præsentia egregari, bene quidem illud Hie- Ierem.2. remiæ nobis ostendit, cum inquit. Vide quã malum & amarum sit reliquisse te dominũ, Psalm.76. & Dauid hoc idem experts dicebat. Renuit consolari anima mea. Sic adeò sanctillaris genus admitteret, & anima eius omnem consolationem reiciebat. Sed cur tam tristis? quam hæc videret, psalmum inceperit, ex antecedentibus tanquam rectius hoc intelligemus. Vocem meam ad dominum exclamauit vocem ad Deum deprecatus sum. Quicunque homo nisi mente & intellectum careat, altera duarum causarum vociferari debet: vel quia ille, cum quo loquitur, surdus est: vel quia longe ab eo distat. Deus autem non est surdus, quia eius aures omnia audiunt. Causa igitur tantorum clamorum est, quia procul ab eo distat. Hæc igitur est causa quare Psal.1. Dauid clamaret, & diceret. Voce mea ad dominum clamaui. Et cognoscens quantũ & quam graue malum sit sine Deo esse, dixit. Renuit consolari anima mea. Nulla est tanta in hoc mundo tristitia cui aliquo remedio non possit prouideri. Sola Dei iactura illa est, quæ solatium non habet. Nam si tristis es, quia domus passa est incendium, vel quia rem & substantiam latrones surripuerint hoc solatiũ habes, quia iterũ bona reparabis. Si tristis es, quia ægritudine laboras, offer dis statim medicũ adeò optimũ cui te in prstinam valetudinem valeat restituere. Si tristis es quia vxor obijt, continuo alia tibi adueniet, quæ prudentior, cautior, & magis cõformis tuæ voluntati sit. Denique nulla est in hac vita adeò grauis iactura, cui discursu temporis non solatium adueniat. Sed si Deũ amittis, quod solatium erit? quod remedij genus? Nullum. Ideo renuit consolari anima mea: quia sub cœlo nullum est solatium, quod huic rei possit satisfacere. Quidquid non est Deus, id omne mendicitas, paupertas & indigentia animæ nostræ est: sine quo fieri non potest vt animæ nostræ aliquid gaudij aut voluptatis adueniat. Ideò ipse Psal.1. met in alio psalmo dicebat. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Dolet iam & plora lachrymis tuis totus madidus, eo quòd per peccatum mortale Deum amiseris. Sed multi solum lamentantur rem & substantiam amissam: & mœstisunt, quia in ludo pecuniam perdiderint: propter Deũ autem amissum, qui maximus omnium est iactura prius gaudent, & lætantur. Sed tam mira videbimus propterea quod alius Deum amittat, quam quod non sentiat iacturam, & quam grauis ipsa sit. ¶ Quid igitur remedij erit, vt tantum damnum reparetur, quod de iactura Dei animæ nostræ accrescit? Illum quærere. Sed quomodo? Beata virginem aspice, & eiusdem vestigia insequere. Cum mœrore quæsiuit: & ideo meruit inuenire. Dolentes (inquit) quærebamus te. Ne obsecro Deum inquiras inter obiectamenta, & voluptates mundi huius: quã- Iud.3. doquidem sanctus Moses in rubo & inter vepres illum reperit: hoc est, inter pœnitentiã & asperitatem mundi. Nam multi eum quærunt inter virecta, inter flores & rosas, in voluptatibus, & delicijs viuentes, qui quidem ob id non sunt digni, vt ei obuiam veniant. Aspice igitur quod Christus in festis & gaudijs huius mundi amittitur: dolore autem & angustia cordis inuenitur. Lachrymis & gemitibus inquirebat eum Magdalena in domo Pharisæi, & ideo meruit reperire. Ità beatus Petrus, ità & bonus latro, illum inuenit in cruce: & sic omnes quos illum per peccatum amiserunt. Sponsa quippe cum quæsiuit: & cum non inueniret, dixit. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. O amens & inana quærum abes, vt mentem & intellectum habeas, quandoquidem existimas te posse sponsum inuenire in lectuli delicijs, & voluptatibus, cum tu ipsa fatearis, quod dilectus tuus est candidus & rubicundus: quod si pulcher est & formosus in medijs vijs & plateis debes illum inquirere: nã qui forma præstantes sunt & corporis habitu dispositi, videri ab omnibus cupiunt & laudari. Quapropter ipsa ità tim subdit. Quæsiui illum per vicos & plateas, & non inueni. Non inuenitur Deus in plateis nec in congregationibus hominum. Ecclã beata virgo non inuenit illum in comitatu. Sed paululũ inquit, cum pertransissem, inueni quem dilexit anima mea. Omne quod sub cœlo est, parum est: & ità paruum, vt sapiens dixerit. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Obsecro & vos in transitu omnes res huius mundi prætereunt, te ipsum contemnere, & ità Deum poteris inuenire. Transi hoc paululũ mundi, quod in Dei collatione fere nihil est, & ità cum inuenies. Quære illum dolore tui cordis, pœnitentia, & lachrymis: hanc culpa vacans: ità illum quæsiuit beatissima virgo. Quanto meliorem iure tu debes id facere, cum per peccatũ amiseris. Sed iam nunc videamus quid Christus ad hanc virginis quæstionem respondeat. *Quid est quod me quærebatis? Nescie batis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?* Cum dominus intelligeret matris interrogationem à bene volo pectore processisse, eodẽ tenore respondet non solum vt ostenderet interrogationem matris dignam esse responsione, sed etiã,

vt essetis fieret: nam cum prudenter & sapienter interrogauerit: prudenter & sapienter ipse respondit. Maria præpolluerat Christo patrem Ioseph: qui pater non erat, sed virginis sponsus. Christus autem vtilissimũ nominat alium sublimiorem & præstantiorem patrem scilicet Deum. Vnde alibi ipse ait. Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius, qui misit me. Ioann.6. Vnde non miremini, si dimiserim vos propter æternum patrem. Obedire enim patri potius Act.4. oportet Deo, quàm hominibus: & ideo cum non vobiscum essem, in domo patris mei erã inuenien dus. ¶ Obserua autem quod hic incipit Christus Deum patrem vocare publicè & in confesso. Non tamen dixit noster, sed meus. Vbi ostendit filium esse Deũ naturalem & non adoptiuum, sicut nos sumus. Notabis etiam quod cum Christus hic esse constitutus in tanto honore inter hos doctores: hic fuit inuentus à Maria & Ioseph, qui pauperes erant rebus temporalibus: quibus ipse Christus non dedignatus est respondere, obtemperare, & cum eis abire. Sed iam ad eam temporis iniquitatem & malitiam deueninus: vt sint multi, qui cum ad honores & dignitates ascenderint parentes suos nõ agnoscũt neq; pauperes consanguineos, quos contemnunt, & pro nihilo habẽt. Nõ ea humilitate & synceritate, qua prædictus erat sanctus Ioseph: qui cũ magnus princeps in regno Aegypti esset habitus & secundus à rege, fratres suos cognouit & honorauit. Nec dedignatus est dicere quod erat pastores ouiũ: & gens ofhcij apud Aegyptios in contemptu habebatur, sicut etiã modo apud nos. Sic Moses qui princeps erat totius Genes.45. populi Israelitici cognouit socerũ Ietro Aethiopem & illũ honorauit. *Et ipse nõ intellexerat verbũ quod loquutus est ad eos.* Nõ igitur debẽt mirari, qui nihil intelligere de patre æterno Christi Iesu: sed de Maria & Ioseph mirandũ est, quod cũ scirent Christũ habere patrẽ in cœlo non intelligant. Tantũ erat illis gaudiũ de inuento puero, vt nihil amplius cogitarent, nec eius animus aliis verbis acquiesceret: lætitia abiorpei, verba pueri nõ capiebant. Nam vt in prouerbijs habetur. Desiderium si cõpletur, delectat animã. ¶ Ad aliam eruditionem Prouer.17. nota, quod temporale gaudium distrahit mentem, vt nequeat verba Dei percipere. Sic Pharaoni omnia illi eranimi sententia euenierunt, non audiebat verbum Dei, quod Moses illi prædicabat. Vnde & tibi cauendũ, ne Exo.7.& 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimia lætitia affectus rerum mundi citò euolantium, cœlestium diuitiarum obliuiscaris. *Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Aduerte quod Christus ad templum Dei proficiscitur, quasi illum oporteat, sicut cæteros, Dei gratiam quærere: cum tamen ipse idem sit, qui cuncta gratiæ dona confert: & de cuius plenitudine omnes nos accepimus. In medio doctorum sedebat: audiens illos & interrogans. Quasi nunc dicere cogatur, qui ipsum Dei verbum & sapientia erat. Cum parentibus rediit, & illis subditus erat. Nonne hæc maxima sunt humilitatis exempla? Christus verbis nondum prædicabat sed efficacius ipsa opera, quæ faciebat humilitatis exhibebant exemplum: quibus ostendebat hanc esse potissimam & certissimam viam, vt Dei gloriam possimus consequi.

¶ Præterea in huius historiæ discursu clarè Christus ostendit habere duas naturas: cum aliqua operaretur, ità sublimia & alta quæ solum ad diuinitatem pertinerent: alia verò minora, quæ ad fragilitatem humanam spectabant. Vt homo ascendit in Hierusalem cum parentibus suis: vt Deus verò in templo manst sua propria authoritate. Vt homo, sapientes & seniores interrogabat: vt Deus verò ad quæstiones ità diuinitus & sublimius respondebat, vt omnes doctores in magnam admirationem raperet. Vt filius Dei mansit in templo patris sui æterni: sed vt filius virginis cũ parentibus rediit: quo ipsi voluerunt, & eorum imperio & voluntati parebat. Discant hinc prælati, discant & subditi. Prælati discãt humiliari quando viderint quod Maria & Ioseph Christum habent subditum. Ne superbia efferantur: quia plerunque contingit, vt subditi meliores sint conditionis & sortis, quàm prælati. Nam si prælatus secum consideret subditos habere meliores se, atque præstantiores: non superbia inflabitur, etiam si in alta dignitate & gradu fuerit constitutus. Discant & subditi obedire maioribus suis, cùm videant totius orbis redemptorem, & dominum subditum Ioseph & Mariæ. Vbi creator creaturam veneratur, & reuerebatur. Magnum quidem & nunquàm satis laudatum exemplum humilitatis nobis hic redemptor exhibuit: nam cùm esset totius orbis princeps & imperator, cui cuncta parent, & obediunt: tã & humiliate voluit suos parentes suspicere & venerari. Cur ergo filii non obediunt suis parentibus, cùm Christum videant verum Deum esse, & Ioseph, Mariæque tam humiliter subiectum? In Deuteronomio scriptum est præcepisse Deum. Si genuerit homo filium contumacem & proterum qui non audiat vocem patris ac matris imperiũ & coercitus obedire contempseris, &c. lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, vt auferatur malum de medio vestri. Sic Sapiens ait. Qui aliquid à parente subtrahit homicidium committit. Sed quid dicem de filio qui lites aduersus patrem exercet? & quo detestabilius est, qui iniurijs afficit, & maledicit aut percutit? Lycurgus ille qui legem dedit Lacedemonijs non statuit legem de pœna irroganda filijs, qui sacrilegas mouerent manus in suos parentes dicens, quòd talis lex superflua esset: videbatur enim ei fieri non posse quẽquã esse qui tantũ facinus aggredi cogitaret. Neq; tantũ parẽtibus, qui nos genuerũt obedire parareq; debemus, sed etiã parẽtibus spiritualib⁹ subijci: vt prælatis, sacerdotib⁹ & maioribus, qui vices Dei gerunt. Non igitur tibi molestum sit subditum esse homini propter Deum: quandoquidem pro te Deus ipse voluit hominibus subijci. Nam si oculos conuertis, & videre velis quanto minores dignitate erant illi, quibus Christus parebat, non molestè feres, aliis et multò minoribus obedire. Quapropter ex huius rei in aduertentia conquereris, quia ei es subditus, qui non scientia & literis est imbutus, vt tu. Jonas Deo nõ obediuit: nam cùm præcepisset ei, vt abiret Ninive, ipse Tharsis se conuertit. O in quanta mala ille labitur, qui inobediens est: & omnia etiam illi contradicunt, qui nescit obedire. Terra noluit sustinere Datan & Abiron, sed viuos deuorauit eos, simul cum vxoribus & filiis, nam omnes simul rebellioni consenserunt. Jonam etiam aqua non potuit ferre, nec mare, nec nauis. Aspice igitur Christum obedientem Mariæ & Ioseph: & ita obedientẽ, vt Paulus de eo dicat. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & hæc omnia pro te libentissimè sustinuit. Si subditi huius doctrinæ documentum vellent intelligere, gauderent certè præclaro obedire: qui Dei vicem gerit. Sed de his alias. ¶ Expendere etiam quantam & quàm magnam dignitatem habuerit beatissima virgo: cùm eius subditus fuerit ille, cui omnis creatura paret, seruit & colit, quemque omnes Angeli venerantur & suspiciunt. *Et mater conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* Clarius in hoc appa-

ret quanta sapientia beata virgo fuerit prædita: nam stulti audita conseruare non possunt, iuxta illud sapientis. Cor fatui quasi vas confractum: & omnem sapientiam non tenebit. Præclara laus beatæ virginis potest hæc appellari. Nam mulierum ingenium est nihil prorsus tacere, sed tantùm id quod non nouerunt. Præterea non vnum solùm sed omnia hæc verba conseruabat. Quo docemur, vt rapti in admirationem de his quæ in Christo videmus, & audimus, ipsum laudare debemus. Magnificare enim debet, homo extoliere atque laudare ea omnia, quæ vel à Christo audit, vel in ipso conspicit. Et omnia hæc non modo audire, verùm etiam conseruare operæ precium est, & animo secum reuoluere: non hoc aut illud, sed omnia. Sic fecit beata virgo quod dignus Lucas ipsius virginis laudi tribuit: quod quidem non immerito laude dignum est iudicandum. Quid obsecro melius homo facere potest? aut qua re prius animus melius cognoscet poterit? Imò & ipsemet Christus testatur, verbum Dei audire & conseruare veri in Deum amoris esse argumentum: imò indicium esse hominis ex Deo nati, cùm inquit: Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. Quare non est mirandum si diuus Lucas bis repetat: Mariam hæc verba audire, & conseruare illa. Nam suprà postquã pastores puerum adorarunt, dixit. Maria conseruabat omnia verba hæc. Et iterum hæc eadem verba nunc repetit, cùm venerunt Nazareth. Primum respicit ea, quæ de Christo dicebantur. Secundum ea quæ gesit. Duo hæc iam nobis veniunt consideranda. Quid de Christo dicatur, & quid ab eo factum sit. Ambo quippe ad perfectam Christi cognitionem pertinent. Quorum alterum cùm consideratur, iam dimidia Christi cognitio attingitur. Vnde tot furta, tot flagitia, tot mendacia, &c. nisi quia non conseruamus omnia verba, quæ à Christo dicuntur? Credimus & conseruamus, quæ dixerint pastores Simeon & Anna scilicet, quod Christus sit Deus & homo, lumen & gloria, &c. quia fidem horum habemus tanquam Christiani. Sed quę Christus gesit, quæ operatus est, quæ in nostram eruditionem & doctrinam reliquit, vt humilitatem, obedientiam, paupertatem, prudentiam, &c. ea, quæ ad mores pertinent componendos, non curamus. Ideo non boni nec perfecti Christiani sumus: sed tales, qui Christũ ore cõfitemur, factis autem negamus. Dicũt, Dñe domine, & quæ dicunt non faciũt. Cùm tamẽ Paulus asserat non in sermone esse verbum Dei, sed in virtute. Et diuus Iacobus etiam. Non auditores verbi, sed legisfactores simus. Quinimò Christus à se fugat, & tanquàm inutiles proiecit virgines quæ lampades habebãt sine oleo: & eos etiam qui in nomine ipsius miracula faciunt, dum tamẽ pertinuo maneant operãtũ iniquitatis. Quare si volumus, vt Christus nobis in salutem veniat: non secus ac Maria facere debemus: quæ non vnum verbum solum, sed omnia conseruabat, & non tantùm ea, quæ ad fidem spectabant, sed etiam quæ ad bonos mores. Rursus piam domini matrem imitemur, quæ omnia filii facta diurna & nocturna assidua meditatione secum reuoluebat. Fixius etiam & tenacius nobis memoriæ hæreant beneficia omnia, quæ nobis contulit, & quotidie confert liberando nos à peccatis, & commissa remittendo, vt vel hac exercitatione post hac, vitam in melius mutemus, & in melioré mẽtem resipiscamus. *Et Iesus proficiebat sapiẽtia.* Quoad intellectum, quãtus etiam ab initio conceptionis quatenus homo plenus esset sapientia patris. Sed proficiebat sapientia illa, quæ per experimentum adquiritur. *Et ætate.* Quo ad corporis incrementũ. *Et gratia.* Quo ad voluntatem & affectum. *Apud Deum.* Ad gloriam, scilicet, Dei & laudem. *Et hominet.* Hominibus verò ad salutem proficiet semper. Ad laudem inquam Dei: & ad hominũ salutẽ proficiebat. Agebat enim ea, quæ Deo placita erant: & quæ laudabantur ab hominibus. ¶ Obserua autem quod sapientia experimentali Christus proficiebat, vt Paulus ait. Didicit ex his, quæ passus est obedientia. Optimus quidem modus discendi obedientiã, est per experientiam. Nam videbis theologũ egregiè de obedientia disputantem & concionantem: si autem ei præcipias aliquid facere, quod eius nutui non arrideat, statim fiet vipera insurgit. Ideò Christus etiam si recte sciret, quid esset obedientia, per experientiam voluit eam discere. Ille qui postquàm chirurgiam didicit, gladio cæditur, cum ipse in curatione dolorem iam sit expertus, quando ipse alios curat, dolet & pictatem habet. ¶ Dico etiam quod proficiebat sapientia & gratia coram hominibus, quia per actus proficiscentes à sua sapientia & gratia habituali, quanto plus ætate crescebat, magis nobis merebatur. Maiorem enim gloriam & gratiam

meruit

Luc. 6. *1. Cor. 4.* *Iacob. 1.* *Matth. 25.* *Matt. 7.* *Hebr. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

meruit nobis Christus in die illa, qua crucifixus fuit quàm in die, quo in templo disputabat. Ideo gratia, gloria & ætate in dies magis proficiebat prædicando, orando, ieiunando, & morti pro nobis se offerendo. Et etiam si illa tria substantiua ablatiui sint casus, & hûc sensum reddat illa oratio: scilicet, quod proficiebat in ætate, in gratia & in sapientia: sed melius est dicere quod sunt effectui casus & hunc sensum reddere. Quod Christus proficiebat nobis magis quotidie adquirens maiora merita nobis coram Deo. Et hoc meritum sua sapientia efficiebat, & sua gratia. ¶ Expende etiam quod priùs dixit, coram Deo, & postea coram hominibus: quia priùs Deo oportet placere & postea hominibus. Sic inquit Paulus. Prouidemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Docet etiam hic Christus à primis iustitiæ rudimentis semper debere progredi ad perfectiora. Quemadmodum enim corpus habet actus suos, quousque ad perfectum staturæ modum perfectaque vires deueniat. Ità & pietas in crementa habet donec perfectionẽ attingat & plenitudinem Christi. Grandis sit Christus in nobis & adolescit cum perfectionem acquirimus cum iam relicto lacte carnis, solidũ cibũ spiritus appetimus cũ relictis & neglectis terrenis ad cœlestia aspiramus.

Roman. 12

CAPVT. III.

SICVT Euangelista Lucas antequam scriberet annunciationem Christi factam per angelum, & ipsius natiuitatem, præmisit annunciationem & natiuitatem præcursoris tanquam priora: sic modo scripturus prædicationẽ Christi, præmittit beatissimi Ioannis prædicationem. Nam sicut beatus Ioannes suo ortu Christi natale præuenit: ita prædicans baptismũ pœnitentiæ, corda hominũ disposuit, ad suscipiendũ Christi baptisma. Baptismus quippe Christi & prædicatio non erat restam parui momenti & ponderis, quin prius aliquis magnus & egregius concionator anteiret, qui hominũ corda pararet & disponeret. Expedichat etiam vt hoc insigne opus, quale erat Christi redẽptoris nostri prædicatio alicui prius manifestaretur: qui ipsum Christum præueniret, & mundo annunciaret. Sic enim est scriptũ, Non faciet dominus Deus verbum: nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. De eis namque quæ maximi sunt ponderis & momenti, amicos suos prophetas Deus certiores facit. Sic Noe mundi eneršonem parĩ aquas diluuij futurã reuelauit. Sic Abrahæ incendium Sodomæ. Sic Moysi quomodo missurus erat Iudæis manna. Ita etiam ut gratius & consentaneum rationi erat vt tam grande tum atque tam magnum beneficiũ facturus mundo (vt erat regni Dei prædicatio) prius alicui sancto & dilecto prophetæ tantũ opus manifestaret. Cum igitur aduentus hîc tanti præcursoris adeò esset solennis & celebris in veteri instrumento, vt ad literam de eo diceret Malachias. Ecce ego mitto Angelum meũ ante

Amos 3.

Genes. 18.

Exod. 16.

faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te, ita etiam nostet Lucas debita maiestate & splendore exitum diui Ioannis à deserto scribit, prædicaturi pœnitentiam, & adueniturum redemptoris prædicturi, dicens. *Anno quinto decimo imperii Tiberii Cæsaris.* Peractis bellis ciuilibus, & Pompeio magno superato, omnibus est notum Romani imperii sceptrum Iulium Cæsarem habuisse. Cui succesit Octauianus dictus Cæsar Augustus, qui quinquaginta septem annis imperauit & reliquit successorem hunc Tiberium filiũ Liuiæ vxoris Augusti Cæsaris. Anno verò quadragesimo secundo imperii Augusti Cæsaris Christus & Ioãnes nati sunt: sed verò regnauit quinquaginta septẽ annis, & diu⁹ Ioãnes exiit prædicatur⁹ in desertũ decimo quinto anno imperii Tiberii, manifestè constat, Ioannẽ trigesimum egisse annum, quando iam incepit prædicare: nam quindecim Octauiani & quindecim Tiberii, trigesimum numerum implẽt. in qua ætate Christus & sanctus Baptista exierunt prædicare. Hunc eundem annorum numerum compleuerat Ioseph, quando stetit coram Pharaone. Eundem Dauid cùm regnare incepit. Et in hac ætate vidit Ezechiel mirabiles visiones, & vaticinari & prædicere incepit: nam iuniorem ætatem neque prælati officium postulat, neque prædicationis munus decet. Non sic multi iuuenes hac nostra tempestate faciunt, qui cùm primum theologiam degustarunt, statim concionari volunt, & aliis suam scientiam ostentare. Nonne beatus Ioannes decimo quinto, vel decimo sexto suæ ætatis anno prædicare posset? Nonne Deo plenus, & ipsa diuina sapientia illi erat infusa: In hoc quidem ambitionem adolescẽtum huius temporis reprehendit: & docet prædicationis euangelicæ munus nõ nisi perfectis & prouectis hominibus committendã esse. Vt poma immatura, quæ ab arboribus vento deiciuntur, quæ nec suauitatem habent: nec stomacho profunt, quæ verò sunt matura, hæc grata & suauia sunt: sic concionatores isti iuuenes, nec dulcedinem habẽt spiritualem, nec vtilitatem, mentibus afferunt: sed quæ sunt tempore maturo è sacris literis collecta hæc vtilia sunt & salubria. ¶ Obserua secundo quod non dixit, anno regni Tiberii, sed imperii. Romani antiquitus à regibus gubernabantur: postea verò commoti tyrannide sexti Tarquinii vltimi eorum regis noluerunt reges acceptare: sed per senatum & consules, quos ipsi eligebant, regebantur. Et Iulius Cæsar qui imperium Romanum vsurpauit, cùm sciret nomẽ regis illis esse odiosum, noluit rex appellari, sed imperator. Vnde videre licet, quomodo Romani vt minus malum euaderent, in aliud maius inciderũt: nã imperatoris nomen maiorem superbiam & arrogantiam dicit, quam regis nomen: quandoquidem regere & gubernare maiorem humilitatem præ se fert, quàm imperare & præcipere quod nomen dominium & imperium significat. Ità etiam & hodie multis contingit, qui vt minora mala fugiant, in maiora incidunt. Vnde sanctus Iob. Qui timet pruinã: veniet super eum nix. Timent præsentis vitæ pœnas, & futuræ tormenta non pauent. Nã pruina in his inferioribus fit: nix autem de superioribus venit. Quo circa per pruinam intelligit Iob mala præsentis seculi, per niue autem tormenta quæ peccatoribus in alia vita restant: cumque peccatores huius mundi labores fugiant, cæci & amentes in æternos precipitantur. Illic enim trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sic etiam multi peccatores infœlicem corporis valetudinem timent, vel parũ etiam dolorem capitis. Vnde nec ieiunare volunt, nec corpus suum macerare: peccata autem & animæ grauissimas ægritudines non timent. Hi homines infantibus & pueris similes sunt, qui araneam vel parũ quoddam aliud animal timent, in ignem tamen manus coniiciunt. ¶ Tertio aduerte (si Suetonio & aliis historiographis credideris) hunc Tiberium crudelissimum hominẽ fuisse, homicidam, impium, & omni scelere contaminatum. Vide obsecro & diligenter consydera, quam parui faciat dominus huius seculi diuitias, gloriam, & honores: quandoquidẽ homini tam scelerato ea omnia commisit. Nam si hæc bona terrena alicuius essent ponderis, vel in aliquo pretio essent habenda, nõ ità facile Christus suis discipulis & charis amicis iussisset ea relinquere, nec ea concederet iniquis & perditissimis hominibus, Tiberio scilicet, Caligulæ, Claudio, Neroni, Commodo, Heliogabalo, & aliis similibus. Hæc enim terrena quę tu bona appellas, & quę quæris, & de quibus solicitus ambulas: sine dubio stercora sunt & furfures domus Dei. Visne vt liquido tibi cõstet, quã nihili Deus omnia hæc pendat? Abstulit vniuersa illa dus à nimis charo & dilecto amico suo Iob, petitione facta ab impio & crudelissimo inimico diabo

Mala. 4.

Psalm. 13.

Iob. 6.

Mat. 4.

Iob. 1. & 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gen. 25. dialolo. Rogauit dominum Satan, vt vniuer
sam substantiã Iob euerteret, si taimq; dominus id concessit. Abrahã filijs concubinarũ largitas est munera: Isaac vero primogenitu
ram & omnem sui relictam hereditauit. Ità dominus spurijs filijs qui de huius seculi diuitijs & honoribus tantum sunt solliciti hæc terrena bona concedit: bonos autem & legitimos filios qui vana & caduca huius mundi contemnunt, diuinis & nunquam perituris diuitijs auget, & locupletatos reddit. Contẽti sint mali, & satis illis sint bona hæc fluxa & caduca terræ: ab hæreditate vero cœlesti alienentur, & semoueantur, bona nanq; illa diuina, solis filijs & charis amicis reseruant. Audi
Psalm. 72. Psalmistam. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Vnde ex hoc loco discere debes, vt terrena despicias, contẽnas, & pro nihilo facias: cœlestia vero ames, diligas, & omni studio prosequaris.
Hæc quippe, quam mundus opulentiam, eo piam, abundantiam, & diuitias vocat, non ni si summa paupertas, mendicitas, & indigentia est. Ne obtecro in sterens huius seculi oculos nec mentem coniicias: sed in solum Deũ animum tuum cõuerte: siquidem erecto vultu teipsum dominus condidit, vt ad cœlestia (non per aspirates. Cum enim cõmodum & vtilitatem tuã Deus respiciat, omnia ea, quæ tibi sunt opus, super terrã constituit, vt panis, vinum, & caro, vt facili negotio ea posses adipisci: superflua vero, vt sunt aurum, & argentum, subtus terram abscondit, ne ipsa vehementer cupias & desideres. Ne serio futilia & ridicula ames & quæras: nam egregius psaltes vehementi raptus admiratione, cum
Psalm. 4. videret ea quibus homines tam auide & enixie student, inquit. Filii hominum vsque quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Quasi diuinus vates vellet hominum amentiam explicare, ac si diceret. Cum sitis filij hominum, rationis & intellectus participes: ne quasi rationis expertes sitis, constituentes vltimum finem in his terrenis & peritutis: quando quidem æternis bonis studendis conditi & effecti estis. Mendacium amas cum terrena amore prosequeris: aurum nanque & argentum etiam si hominum oculis alicuius sit æstimationis, vile tamen & nullius momenti dominus iudicat.
Procurante Ponrio Pilato Iudæã. His verbis manifestissime ostendit beatus Euangelista Christum esse verum Messiã promissum in lege.

Vnde operæpretium est aduertere, inter Iudæos duas prophetias fuisse celebratissimas, iuxta aduentum Messiæ quem exspectabant. Altera erat illa Iacob. Non auferetur sceptrũ de tribu Iuda, &c. Altera vero non minus celebris illa erat, quæ habetur in Deuteronomio. Prophetã suscitabo eis de medio fratrũ tuorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius. Quæ dubi autoritates secundũ omnium rabinorũ sententiam de Christo, & de ipsius aduẽtu intelligũtur. Altera nanq; illarum iubat, Messiã venturũ esse, quando regnum esset rex in Iudæa; altera vero, hunc Messiam magnũ futurũ propheta, & orandum ex Iudaico populo. Duo enim præstare debebat futurus Messias: alterũ scilicet quod futurus esset propheta & narione Iudæus: alterũ vero esse venturum, quando nullus esset rex naturalis in Iudæa. Nascitur Esaias propheta in Hebræo populo: ne autem aliquis falso existimaret, ipsum esse Messiã, in principio suæ prophetiæ inquit. Visio Esaiæ filij Amos, quã vidit super Iudam & Hierusalem in diebus Oziæ, Ioathæ, Acaz, & Ezechiæ regũ Iudæ. Ac si prudens diceret, Etiam si cum propheta & à vobis ortus, ne tamẽ putetis me esse Messiam: iam ego prædicare & prophetare incipio natura libus regibus Iudææ sceptrũ & imperium tenentibus, vt Ieremias etiam. Verba Ieremiæ filij Helchiæ de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth in terra Beniamin. Factũ est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon, regis Iuda. Baruch quoque legit. Verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioachim, regis Iuda. In Ezechiele etiã habemus. Ipse est annus quintus trãsmigrationis regis Ioachim. Et Daniel. Anno tertio regni Ioachim regis Iuda. Quod si diligẽter alios prophetas reuolueris, inuenies omnes prophetasse tempore, quo erant reges vel duces de tribu Iuda qui populũ gubernarẽt. Nõ enim defuerũt ante Christũ natũ in illo populo reges vel duces, qui regerent Israël: vt stante huius operis ostẽdimus. Igitur prophetas sanctus vt ab illo tempore à populo suspicionẽ, ne aliquẽ ipsorũ putarent esse Messiã (cum inter eos nati & educati essent) diligenter literis mandarunt reges Iudæ, sub quorũ dominio prophetabant. Sed diuus Lucas ostendit diuum Ioannem prædicantem maximũ illum prophetam promissum Iudæis. Sed sub quo rege Iudææ Procurante (inquit) Pontio Pilato Iudæa. Iam nõ esse rex in Iudæa, nõ est sceptrũ regale

regale, non est corona. Sed quid? procurator quidam, siue prorex, quem hodie constituit imperator: quem etiam si sequenti die libuerit auferet, ipse autem non naturalis, sed ex populo gentilico & aduena erat. Videt igitur quomodo in quouis euangelistæ verbo magnum claudatur mysterium? Conuincit hic Iudæos, & ipsorum cæcitatem reprehendit, probatque ex ipsorum prophetiis & testimonijs Christum esse Messiam: quem ipsi expectabant. Nihilominus ipsi tam cæci & tam ignorantes sunt, vt nolint cognoscere suum saluatorem: & mittunt nuncios, qui interrogẽt diuum Ioannem, an sit ipse Messias in lege promissus: cùm secundum rei veritatem potius deberent diuo Ioanni credere dicenti Iesum esse verum Messiam, quam si de se ipso id affirmaret. Nam testimoniũ quod aliquis de se ipso exhiber, non tantam fidem facit, quantam haberet si de altero id affirmaret; & siquidem Iudæi diuo Ioanni crederent, si dixisset ipsum esse Christum, potiori ratione Ioannis verbis debebant adhibere fidem dicentis Iesum esse Christum in lege promissum. Sed vnde Iudæis istis tanta prouenie-
bat cæcitas & obscuritas? Ex peccatis quidẽ, vt Sophonias aiebat. Ambulauerunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Mundanis nanq; & terrenis dediti solum externa considerantes, Christi paupertatem despiciebant: & quia pauper & humilis venit, id fuit in causa, vt eum non cognouerint; similes illi qui manũ supra oculos ponit, ne solis radiis offendantur: nec ab ipso illuminentur. Ita etiam hi inter suum intellectum & diuinam lucem pessima constituerunt, & ideò obtenebrati sunt, & cæci facti, & ita cæci vt cùm viderent omnes prophetias, quę de ipso loquebantur, iam adimpletas esse, cumque etiam ipsum Messiam coram oculis haberent, illum ignorabant. Ego veni (inquit Christus) vt qui nõ vident videant: & qui vident, cæci fiant. Oculi nanque vanitatis mundi allucinati rerũ mũdanarum amore: diuinam & inaccessibilem lucem non valent intueri. Hæc est illa cęcitas & obscuritas, quam misit dominus in Aegyptios: de quibus scriptura asserit, neminẽ spacio trium dierum fratrem suum vidisse, nec ab vno loco motum fuisse. Nisi Iudæi isti cæci essent, non vtique in suo euangelio Ioannes dixisset. Mundus Christum non cognouit. Nõ mirum erat, quod ita cæci & deliri essent in cognitione Messiæ: siquidem tantum

pulueris pondus amoris mundi, carnis, & sanguis oculis suis iniecerat, de quibus Ieremias dixit. Errauerunt vt cæci in plateis. Iniquio- Thre. 4.
tis conditionis est hæc cæcitas, quam quæuis alia corporalis: nam qui corporis cæcitate laborant, se ipsos agnoscunt, at qui interiori cęcitate tenentur, existimant se videre, cùm nihil videant. Quo circa redemptor noster his Ioan. 9.
dixit. Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc verò dicitis quia videmus, ideò peccatum vestrum manet. Caue & tu tanquam à Eccle. 21.
facie colubri à peccatis: ne in hanc terrerimã cæcitatem incidas: vt Deum non cognoscas, & teipsum ignores, &c. ¶ Expende etiam quã hæc terra Iudææ vbi Pilatus præsidebat, illa erat, quã olim Deus Abrahæ promisit, cũ dixit. Gen. 12. &
Ego sum dñs qui eduxi te de Vr Chaldęorũ, 15.
vt darem tibi terrã hãc, vt possideres eam, Iosue autẽ possessionẽ huius terræ tradidit filiis Abrahæ, postquam Moses eduxit illos de Aegypto. Sed aspicite quomodo Deus aliis reg- Iosue. 7.
na propter sua scelera tollit & aliis tribuit: quod videri potest in Saule, cui dñs regnum hoc de quo loquimur, sustulit, Dauidi autẽ concessit: secundum illud quod scriptũ est. Mortuus est Saul propter iniquitates suas eo
quod præuaricatus est pactum domini, & nõ 1. Par. 10.
custodierit illud: propter quod interfecit illum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai. Cùm Saul rectitudinem animi seruabat, dedit illi regnum: at cùm à mandatis domini recessit, regno orbatus est. Quod cũ Dauid rectè animo perpẽdisset, dixit Salomoni successori ipsius cùm morti esset propinquus. Obserua vt custodias mandata do- 3. Reg. 2.
mini, vt confirmet dñs sermones suos quos loquutus est de me dicens. Si custodierint filii tui viam meã, & ambulauerint in veritate: nõ auferetur tibi vir de solio Israel. Cũ enim rex præsidem aliquem constituit siue ciuitati siue arci, beneficium illud donat illi & successoribus illius: dũmodo tales ipsius regis non sint proditores: nam si sint, vitam simul & gratiam datam amittunt. Ita dominus dedit Abrahamo hanc terrã, & ipse fuit primus & fidelissimus præses: postea verò Isaac, Iacob & alii ipsius successores fideles & recti, quos dñs in officio sustentauit. At cũ traditores essent, abstulit dñs ab eis possessionem, & dedit eã Romano imperatori: qui dominium ipsius tenebat, quique hunc præsidem illi cõstituit. Similiter Deus nobiscũ faciet: si ipsius præcepta nõ seruauerimus. Atque ita debent

intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligi omnia à Deo nobis promissa, ea lege vt quæ ipse præcipit, diligenter obseruemus. Peccata Iudæorum eos in tam infœlicem statum adduxerant: & ita tursum in peccatis perstiterunt, exul à gloria in miseram captiuitate inierunt. Audi dominum. Filij regni eiicientur foras. Nec inertia detentus in hac misera & amentissima verba prorumpas. Christianus sum, vita æterna mihi hereditas est, ad regnum sanctum pertinere similique iure promissum debetur: nanque quemadmodum promissam terram Iudæis ablatum est propter scelera & flagitia quibus sese contaminarunt, ita regnum gloriæ (quamuis tibi promissum in hæreditatem sit) nihil dubitabit auferre, nisi tanquam filius Dei sanctis vitæ doctrinis & institutis vitam tuam compones. Sed iam historiam prosequamur. *Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis regionis & Lysania Abilinæ Tetrarcha.* Inter plures filios quos magnus ille Herodes Ascalonita habuit, post ipsius mortem soli tres vitæ remanserunt. Archelaus, scilicet, Herodes, & Philippus: cæteros, nanque ipse dum viueret interfecit. Post mortem patris contentio fuit orta de regni successione. Cæsar in quatuor partes regnum Iudæorum diuisit, & ius Archelao Iudæam, & Idumæã, Herodi, Galilæam: & Philippo, Ituræam & Trachonitidis regionem: & sic Tetrarchæ facti sunt. Tetrarchia enim quarta pars regni est, & Tetrarcha vocatur princeps quartæ partis regni. Archelaus antè qui in Iudæa regnabat fuit ex Iudæis gentibus scelerib⁹, à regno eiectus & relegatus est: tuncq; Iudæa administrata fuit per procuratores Ethnicos, quorum primus fuit Coponius, secundus Ambius Rufus, tertius Valerius, quartus Marcus, quintus vero Pontius Pilatus, qui teste Iosepho anno duodecimo Tiberij Cæsaris procurator Iudææ constitutus est: eiusq; tempore cum Herodes & frater eius Philippus essent Tetrarchiæ, venit Ioannes prædicans baptismum pœnitentiæ, porro aliqui diuerunt Lysaniam istorum fratrem fuisse, & filiũ Herodis Ascalonitæ alij vero eius nepotem, vt pote filium Ptholomæi eiusdem ex Alexandria Sororæ præfati Herodis. Quomodocunque autem illud se habeat, parum ad propositũ refert. Sed his dimissis ad nostram eruditionem aliqua sunt obseruanda. ¶ In primis quomodo quidnam & prauo animo dignitates, honores, & diuitias acquirunt, & iniusta fide possident, breui tempore in tenebras exteriores eiiciuntur. Nam malæ æquitatis, non gaudebit tertium heres. Ingressus est Herodes Ascalonita iniustè per tyrannidem, & regnum iniuste vsurpauit: ideo iudicio non diu mortuus est, cum tam regnum in quatuor partes diuidatur, & præcipuã regni partem, quæ erat Iudæa per procuratore regatur, & gubernetur, qui aduena & gentilis erat. Ex quo dicimur, et nihil in hac vita malis artibus & dolo acquiramus quod male fide possideatur, diu stare non potest: nec quod iniquum est, vsque ad finem perdurare. Quod omnibus locis & paginæ testimonio & exẽplo apertiùs inde demonstrari potest. Nam Abimelech Gedeonis filius qui regnandi cupiditate septuaginta fratres interfecit miserũ & infœlicem finem sortitus est: quippe qui à muliere fuit occisus. Vide etiã quem exitum habuerit Hieroboã qui aduersus deum minus fuit in Roboam surrexit: & vitulos aureos confecit, quos populus adoraret: vt se tueri & cõseruare posset in regno suo. Idem exemplũ tibi affert de Achab cuius domum diripuit Iehu, & neminẽ viuũ reliquit. Idem contigit Athaliæ: & omnibus illis qui maiori titulo dominati, obierunt. Hæc etiam quotidie experimur in hominibus ecclesiasticis, qui bonis ecclesiæ & pauperum rem suam & substantiam augent & amplificant, & memoriam sui in hac vita relinquunt, quo circa permittit dominus, vt his bonis hæredes prodigi & epulones succedant, qui illa breui temporis spatio deuorent & consumant. ¶ Adnotare etiam quod omnes hi principes & sacerdotes quos euangelista describit flagitiosissimi homines fuerunt, & supra quam dici potest grauissimis peccatis inspectis: qui dignas factorum suorum in inferis pœnas luunt. Qui cum mali essent & ipse populus pessimis moribus erat imbutus, vbi pauca vel nulla prorsus iustitiæ loca aliquis vendicabat. His igitur temporibus Baptista suidem inter omnigena virtutũ supellectilis abundans & claris vitæ potentis illustratus: nam est reliqui omnes mali sint nihil verat quin tu bonus & sanctus esse possis. Nec ideò referas ea iniquum & iceleratum esse, nec ad bonam viam reapplicare posse, quia te sequi perditionis viam & ad inferni elegerint: quãdoquidem cum illi male essent, Ioannes iustus inter eos inertus est. Nequissimi erat hominis tempore. Nec ipse vero sanctus cui dies dixit. Te omnes nostri, cora me ex omnibus gentibus

Et in

Et in terra Hus vbi omnes iniquitatem fecta hauriunt, iniuriatur Iob vir rectus & iustus: vt merito beatus Gregorius annotat & ponderat super sancto Iob: Quod si iniquorũ & flagitiosarũ cõsortiũ & amplexus, tibi ipsi culpã impures, non rerum initia æquandoquidem in quocunque tempore rectum vitæ tramitem insequi poteris, vt fecit sanctissimus Baptista eo tempore quo perditissimus erat mundus, quoque tãm fœderatis & iniquis hominibus regebatur. Quid enim obsecro nocuerunt aliena iniquitas, tibi inijcere potest? Audi Petrum Ecclesiæ principem & antistitẽ summũ. Quis est qui vobis noceat, si boni imitatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam beati. Nihil fecisti tamẽ etiam si in mundo plurimas tyrannides videas, & habeantes sceptrum nulla putritate conscientiæ inductos, non ideo virtutem (quæ per se ipsam pulcherrima merces est) deseras & abijcias. Sed ad id vnum oculos efficaces moueas Deũ esse iustissimũ & æquissimum iudicem, qui singulorum opera meritur & debita solutione rependit. Nunc autem patiens esto & cum videas mala principum & prælatorum pro eis ad dominum ora & semper virtutum gradibus insiste: & cũ videris in hoc seculo iustos jam periclitari mentem & oculos in cœlum reuoca, & cũ Psalmista dic. Introibo in potẽtias domini, memorabor iustitiæ tuæ solius. Id solum Deo relinque vbi iustitiæ lumen habitare etiam si nullum in terra apparear. ¶ Præterea, hæc diuisio significabat, eito vniuersum regnum venturum esse in ruinam. Nam venit illa Christi sententia adimplenda. Omne regnum in se diuisum desolabitur, vt experimento in Iudæorum regno demonstrari potest. Discordia enim quæ orta fuit inter hos fratres Herodis Ascalonitæ filios, fuit in causa vt regnũ diuideretur: diuisio autẽ initium fuit vniuersæ deuastationis regni. Nam cõcordia paruæ res crescunt: discordia vero maximè dilabuntur. Si linguarum discordia illud magnificum & superbũ opus turris Babyloniæ destruxit: quanto vehementius voluntarum discordia, omnia destruet? Ad generationem rerum naturalium necesse est vt conueniant elementa, & sedata discordia inter se quadam amicitia copulentur, ex qua vnita concordia gignuntur lapides preciosi, aurum, & argẽtum, & cætera metalla pulchra, quæ merito, & ipsorum cõditorẽ & summũ opificẽ, admiramur. Quid Apollineæ facultatis dogmata & canones docent: nisi ex concordia quatuor humorum rectam valetudinem & incolumitatem corporis constare, ex discordia autem mille ægritudines, dolores, & mortem prouenire. In quo enim recta ratio Musicæ cõsistit, nisi in cõcordia, & harmonia vocũ? Natura vt docta rerum omnium magistra in lapide Thirreo hoc insinuare voluit quia ex aquã conjecta, si integer sit, quãuis magnus enatat: at verò diuisus in profundũ demergitur. Sic nos integri & concordes permanem⁹, diuisi verò & discordes submergimur & deperimus. Vnaquæq; acies suum habet vexillum, quo cognoscatur, & quælibet nobilis familia suum stemma: sic Christiana familia amorem & concordiam habet signum. Ideò redemptor noster. In hoc cognoscent quod mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Experimentum in capite alieno debemus facere, cũ videamus hos fratres causa inimicitiæ & iurgij regnum patris pendidisse, tenemurque pacem & amorem diligere, quem Christus summopere commẽdauit. Obserua tursus Esaiã, Hieremiam, Ezechielem, & reliquos prophetas nominasse reges Iudææ tantũ, scilicet eos in quorum temporibus prophetabant: nam eorum doctrina & prædicatio præcipuè in illum populum Iudæorum dirigebatur. At beatus Euangelista, hic ponit reges, & principes, tam Iudæos quam gentiles: nam Christus vtrique populo venit, & euangelica prædicatio Iudæis & gentibus datur. Scripsit Tiberium qui imperator & dominus orbis erat: siquidem prædicatio Euangelij per ministerium Apostolorum nota vniuerso mũdo debebat fieri. Mortuus est Christus, vt omnes saluos faceret, & omnibus legem suam dedit: & ità decebat, vt in hoc loco mentio fieret omnium principum tam Iudæorum, quàm gentilium. Et quia Christus non solũ rex erat, verum etiam summus sacerdos, numerat etiam sacerdotes, qui tunc templo ministrabant, dicens. *Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha.* Sacerdotium statui seculari præstat & maior quidem autoritas in Papa re fider, quam in cunctis regibus & imperatoribus mundi. Sed cum maiori honore digni sint: prius Euangelista scribit principes seculares, & in vltimo loco hos summos sacerdotes: & id non sine diuino consilio, vt videas quantũ de alicuius dignitate & honore peccata minuant. Fuerunt nanque isti Pontifices

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annas & Caiphas Simoniaci, & ità digni fuerunt tali dedecore quod præferuntur illis nequissimi seculares & peccatores. Quot sunt etiam nunc in Ecclesia Dei sacerdotes, religiosi, & Episcopi, quibus coram Dei oculis multi publicani & peccatores præferũtur? Vtinam multi seculares nobis post terga relictis, victoriam regni Dei non deferãt. Quo circa diuus Paulus, nobiscum loquitur dicẽs. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Vnde si seculares digno honore non afficiunt nos: id euenit quia vident nostra opera non suis præferri: nam conspiciunt nos garrulantes, confabulantesque sicut ipsi: vident etiam nos epulari, & vocari, sicut ipsi: atque ita paruifaciũt, & contemnunt nos. ¶ Aduerte etiam quod summus sacerdos secundum legem perpetuus erat, & pro toto tempore vitæ fungebatur officio: at tãtum inualuerat ambitio & cupiditas, vt singulis annis singuli sacerdotes eligerentur: & ita tẽporo, quo beatus Ioãnes incepit prædicare, erat Pontifex Annas. Anno vero quo Christus mortuus est, obtinebat Pontificatum Caiphas: & propterea vtrũque beatus Euangelista nominauit. Herodes namque cũm videret commodum & vtilitatem inde sequi, venale fecit sacerdotium. Ex quo liquido constat, quanta suboriantur mala. Erat enim Herodes, sicut & cæteri reges sub tributo Imperatoris Romani, & etiam muneribus & donis emerat regnum, & principatum comparauerat: ideò opus erat, vt omne hoc surriperet à templo. Sicut modo qui officia emunt, necesse est vt iuste vel iniuste substantia pauperum & plebis soluantur. Quod graue malũ in multis prouincijs cernimus. Altera ratio est quia cũ officia venũdentur pecunijs ab indignis plerunque possidẽtur: quandoquidem non meritis talis hominis attenditur, sed pecuniæ suæ. Altera est ratio, quia is qui officium emit, pondere tributorum & pecuniarum oneratur, vt soluat pactum & conuentum. Sic Herodes pecunijs & redditibus Ecclesiæ sua debita vult persoluere. ¶ Actũ iniquè agebant hi principes seculares dantes sacerdotium pro pecunijs: quãto pejus ipsi clerici faciebant, si quidem pecunias pro Pontificatu exhibebant: Contemplare obsecro qualiter tum temporis Ecclesiæ conditio & status iacebat. His igitur calamitosis & miserandis temporibus eximij prædicatores venerunt, Christus redẽptor noster, & beatus Baptista. O vtinam & nunc dominus Iesus dignaretur ex alto descendere vt Ecclesiam suam visitaret. Magna quidem alia peccata fuerant in Israel, quibus medẽdis misit dominus Esaiam, postea verò misit Heliam, Eliseum, Hieremiam, Ezechielem, & alios plurimos & sanctos viros. Nũc verò cũ sapientissimus ille atq; expertus medicus videret egritudines vsq; ad interitum peruenire, cũq; intueretur ipsos sacerdotes, qui alijs deberent esse exemplo, auaritiæ, ambitioni, & Simoniæ deseruire: ipse proprius de cœlo descendit, vt huic pestilenti morbo pharmacũ adhibeat: & ante se mittit non quemcunque conciõnatorem, sed magnũ & sanctitate præexcellentem, vt corda hominum disponat, & sacerdotum vitia reprehendat: post illum verò Christus venit vt peccata ministrorum tẽpli propulset. Quo circa cùm dixisset Euangelista, quod Annas & Caiphas erant Pontifices, cùm solus vnus deberet esse perpetuus: statim apponit remedium, & egregium quendam & sanctissimum hominem, dicens. *Factum est verbum domini super Ioannem filium Zachariæ in deserto.* Quot reges & principes designat hic Euangelista, vt dicat, Christum misisse Ioannem prædicatorum. Cùm Christi natiuitatẽ scripsit, tantũ Romani Cæsaris meminit: Ioannis autẽ natiuitatẽ narrat nullius principis facta mentione: cùm verò prædicationis officium recenset non tantum Cæsaris, sed & sacerdotum, & nimirum principum recordatur. Nimirum vt innueret, quanti esset momenti alicuius sancti Propheræ aut prædicatoris Euangelici creatio. Magnum & præclarũm opus est officium prædicationis: ad cuius functionem perfectam, non satis est habitum religionis induere, in scholis arguere, & scripturam legere: sed necessaria est vitæ sanctitas, morum integritas, & vitæ perfectio. Quòd Deus condat hominem suæ admirabili potentiæ velut nihil est: ad conciõnatorem efficere, hoc quidẽ grande opus est, nam constituit homine omnibus suis numeris perfectum & absolutum. Ideo Moses quanuis sanctissimus esset, cùm dominus illum mitteret ad prædicandũ Pharaonem, se à tali munere quãtũ potest abstinet, nam cũ humilis esset, se imparem tanto officio iudicat: quod etiam Ieremias secum reuoluens tãtum officium humeris suis impar existimabat. Quod idẽ Ionas fecit, & omnes illi qui altitudinẽ & excellẽtiã huius muneris agnoscũt,

agnoscunt, & humanam imbecillitatem perpendunt. Nunc autem non desunt multi qui hanc honorari & dignitatem appetant, cum illo profectò indigni sint. Agitur vt intelligas reapse laboriosum esse rectum prædicatorẽ constituere, efficere, quam alium quemuis honorem tanquam rem maioris momẽti & põderis, appolint hic Euangelista tot principes in electione beati Ioannis Baptistæ in concionatorem, & nullam mentionem facit alicuius principis vel regis, dum ipsius natiuitatẽ describeret. ¶ Perpende autem hic primo quod diuus Ioannes non exijt prædicare nisi iussus. Non temerè aut præsumptuosè vsurpauit officium vt Ozias qui perexiguus fuit lepra, eo quod sibi imputato officiũ sacerdotale. Vnde in Euangelio cuidam dicitur. Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Sed multi cùm non vocati sint à Deo, talia munera sibi arroganter assumunt. Vnde dominus per Ieremiam dicit. Non misi eos, & nõ præcepi eis, neque loquutus sum ad eos. Ioannes autem vocatus tanquam Aaron exijt ad prædicandum. ¶ Aduertendum quoque est hic tempus quo Ioannes venit prædicans: & locum in quo erat, quando præcepit dominus illi vt prædicaret. Factum est enim verbum ipsi per Ioannem, & venit prædicans baptismũ pœnitentiæ, quando in principibus & primatibus mundi dominabatur tyrannis, & in sacerdotibus simonia: & quando regnum Israel diuisum erat in quatuor partes, & vniuersus orbis ita perditus erat, vt iam fere in præcipitium inferni abiret: nunc factũ est verbum domini super Ioannem. In quo quidẽ diuinã misericordiam & pietatem Christianis oculis (si velis intueri) relucere videbis: nam in maioribus nec, hitatibus & in maximis conflictus periculis nos nunquam obliuiscitur: etiam si nos tali auxilio simus indigni. Ipse enim cognouit figmentum nostrũ: recordatus quoniam pulueres sumus, & sicut miseretur pater filiorum, misertus est nobis. O quoties pius & misericors dominus iam tibi in interitum tendenti, manum præstat & succurrit: & sæpe sæpius cum peccare vis, ad ostũ cordis tui pulsat, & tunc factum est verbum dñi super te, mittẽs tibi sanctam inspirationem ne extra vanis & iniquis cogitationibus progrediaris. Hoc enim sæpissimè tam in infernum esses lapsus, nisi pietas & misericordia dñi tecum adesset: nã etiam si mũdus blasphemus sit, & transgressor mandato

rũ dñi, non ideo dominus illum deserit tendẽtem ad interitum. Ex quo loco discere debes, vt semper in domino spem tuã reponas, nec vnquã tibi de eius infinita misericordia est desperandum. Pariens enim est & præstabilis super malitia. Inde igitur in eo quippe, qui nunquam in maioribus necessitatibus tibi deerit: quemadmodũ vniuerso orbi succurrit, mittẽs beatum Ioannẽ Baptistam ad prædicandum. Quod etiã sacræ paginæ testimonio clarissimo tibi oculos ponã. Nã cum sanctus Ioseph iniustè exularet à patria, cùmq; vẽditus esset à propris fratribus, & falsò accusatus, & in vinculis detentus, quãdo nulla spes remedij affulgebat: recordatus est illius dominus, & à vinculis eum eripuit, & cõstituit illũ in altissimũ regni solũ & dignitatem, ita vt post regẽ nulli maior honor, gloria, & dignitas tribueretur. Vnde etiã quãdo Israel grauiter opprimebatur & persequebatur à Pharaone in Ægypto, nunc dominum memoria illius subijt, & dixit Mosi. Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui. Nunquã enim de ipsius diuina misericordia desperare debes: sed firmo & virili animo in ipso confidere. Sic de illa castissima fœmina Susanna legimus in Daniele, quod erat cor eius fidecia habẽs in dño: atq; ità cũ omni prorsus humano auxilio esset destituta, tũc liberali manu dñs illi subuenit, atq; à tanto periculo liberauit. Ideoq; memor esto portentũ illius dicti Abacuc. Si morã fecerit expectia eũ, veniẽs enim veniet & nõ tardabit. Quã grauissimè sæpius Deus offenditur: cũ in illo nõ speras. Videtur nãq; virgini pauper & ipsius matri q; nemo eã in vxorẽ ducet, cũ dotẽ nec supellectilẽ habeãt: atq; ità decernunt carnaliter & cum Dei offensa viuere: quasi ipsius Dei manus sit abreuiata, vt non possit carũ necessitati aliquo modo subuenire: Dei consilio & decreto terminum affigaant, & secum tacitè hæc mente reuoluunt. Si talitempore, vel tali anno, vel mense nobis non fuerit prouisum, non est quod speremus: sed mũdi vanitatibus & delicijs nos tradamus. Ita fecerunt illi Israelitæ, qui cùm in magno discrimine essent constituti, & obsessi ab exercitu Assyriorum, iam secum decreuerant seipsos in potestatem Holophernis tradere: quos acriter sancta & virilis Iudith reprehendit dicens. Quod est hoc verbum quod consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs: si intra quinque dies nõ venerit vobis adiutorij?

Mat. 8.

2. Cor. 6.

Gen. 37. & 39.

Gen. 42.

Exod. 3.

Dan. 13.

Abacuc. 2.

Iudi. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui estis vos qui tentatis dominum? Igitur ne Deo diffidas vnquam, nam in maioribus periculis, maximisque imminentibus calamitatibus, magis propicium & amicum illum inuenies: quemadmodum eum mundo fecit, quando maioribus vitijs & iniquitatibus abundabat, mittens Ioannem Baptistã. ¶ Sed vbi erat quando factum est verbum domini super eum? In deserto. Vbi attentius perspicere debes, quod vocat dominus diuum Baptistam cùm procul recessus ab hominibus esset in deserto, & constituit illum prædicatorem & præcursorem suum. Vbi etiam notare debes quomodo fugiendum sit à gloria huius mundi, & ab eius honoribus, & vanitatibus: hos enim dominus quærit, & in publicum iactat, & eosdem honorat, & amicos suos prædicat. Hos nanque maximo honore afficit, qui ipsum honorem contemnunt: & eos maximi facit, qui abiectos & humiles se esse iudicant. Abraham nanque cùm à patria recessisset, & per exteras gentes fuisset peregrinatus in extraneis terris, constituit illum dominus magnum principem. Moses etiam qui regiam domum Pharaonis contempsit, cùm solus esset in deserto, seruandis ouibus intentus, factus est à domino magnus princeps: & electus dux totius Israel. Quis obsecro memoriam hominum minus subierat, aut quis mortalium magis oblitioni erat traditus, quam Dauid qui pascens solus in deserto oues, vnctus est in regem à domino, & magnis in bello reportatis triũphis in præclarũ principem euasit? Absconditus erat Saul in domo sua, & humilem se iudicabat, nec volebat in regem eligi, sed dominus ipse manifestauit, & in regem constituit. Cur igitur tu honores ambis: cùm videas non dari nisi his, qui eos negligunt & aspernantur? Diuum Ioannem intuere in syluis bestiarum more vitam degentem, quem dominus manifestat & illustrat, vt omnis mundus ipsum veneretur, & laudet. Ità dominus consueuit eos honoribus afficere, qui eosdem fugiunt & negligunt propter ipsius amorem.

¶ Pr er-ea in deserto factum est illi verbum Dei: nam ille qui diuinis consolationibus & inspirationibus frui vult, opus est vt vitam solitariam amet, & omnes humanas conuersationes longius propellat. Nunquam dominus permittit vt in eodem altari arca testamẽti & idola Dagonis simul essent, & cùm Philistæi id conati essent, nunquam tamen id efficere potuerunt: nam non patitur dominus vt dulcia atque suauia suæ gloriæ & diuinitatis gaudia misceantur carnis & mundi familiaritatibus. Cuidam animæ sanctæ cui dominus voluit sua secreta reuelare, dixit per Oseam. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vt dominus cum anima nostra loquatur, non opus habet testes. Et volens ad Mosem loqui, duxit illum in sublimem montem Sinai. Et in solitudine deserti apparuit angelus Agar. Et Helias extra vrbem erat, & omni prorsus humana conuersatione carens, quando Angelum vidit. Quando dominus cor nostrum solum inuenit, statim cum illo sedet. Et cum animam nostram à mũdi curis & solicitudinibus separatam: statim magna mirabilia & secreta illi pãdit: quæ neutiquã reteraret, si negotijs implicatã inueniret. Equidẽ si scires quam grauem iacturam facias cum te rebus mundanis tradis, dubio procul non magni laboris rem iudicares, soli Deo adhærere: nam si contemptionem humanam reieceris, diuinam inuenies: silentium nanque & solitudo fortissimi muri sunt deuotionis. Si volueris iam comparatam deuotionem conseruare, solitudinem dilige: nam quanto maiora & ampliora beneficia beatus Ioãnes acceperat, tanto melius existimabat in desertum recedere: vt gratiam conseruaret. Iob enim ait. Lampas contenta apud cogitationes diuitum. Si lampas accensa est, statim tegitur ne flante aëre intereat. Iusti sunt lampades accensæ: & de Ioanne, dixit Christus, quod erat lucerna ardens & lucens. Iusti nanque ne vento inanis gloriæ & humanæ laudis offendantur, abscondunt & celant sua bona opera. Ioannes quippe, vt aptius & commodius se Deo traderet in desertum secessit. Nouerat enim prudens ac sanctus vir difficillimum esse inter hominum turbas intacte & pure viuere: ideo solitudinem petijt, vt peccandi irritamenta fugeret. Quid hic dicturi sunt stolidi & insipientes homines, qui cùm in vitia & peccata sint nimis procliues: eos quæritigionis habitum induunt, impudenter irride nt? Christus etiam verus Deus & homo hominum consortia fugiebat: non quod ipsi esset opus, sed vt nobis fugienda demonstraret. Hoc etiam multi sanctissimi viri fecerunt: nam Eliseus ità has familiaritates fugiebat, vt etiam ipsa hospes quæ mulieres domorum receperat, nomen ipsius ignorabat, & cùm iussisset Giezi eam accersere, non proprio nomine nuncupauit, sed nomine ciuitatis, in qua ipsa nata erat, scilicet, Sũnamitis: & ideo vocauit eam Suanamitem. Fuge igitur humana consortia & consuetudines: & esto mundo exter & aduena, & amicus & familiaris deserto. Melius quidem est inter immanes bestias in deserto & solitudine vitam degere: quam in ciuitatibus & polis nutr. inquos homines. Ibi hac ergo solitudine verbum domini factum est super Ioannem. Sic tu si volueris verbum domini audire fuge à confortio & tumultu hominum. Exemplo eiã Christi Saluatoris nostri: prius cœpit Ioannes facere quàm docere: nam prius sanctissimam & purissimam egit in deserto vitam multis annis ieiunans, & orans: postea verò alios docuit. Sic oportet, vt vt antequam alios doceas, teipsum doceas, vt possis alijs non tantum verbis: sed facto prodesse. Sed iam singula verba expendamus.

¶ Factum est (inquit) verbum domini, super Ioannem filium Zachariæ in deserto. Multotiens inuenies in prophetis verbum quod factum est. Sæpe etiam onus, vel pondus: vt in initio prophetarum Abacuc, & Malachiæ: & in Esaia, & in Zacharia in medio & circa finem. Diuitimen autem est (vt Hieronymus ait) quod vbicunque est graue, quod dominus comminatur, & plenum ponderis & laboris, quod per verbum pondus designatur: minarum autem plena sunt, quæ per verbum onus minuuntur. At verò vbicunque dominus prospera pollicetur, siue post commi-
nationem meliora promittit: ibi non pondus aut onus, sed factum est verbum dñi dicitur. Ideoq; quia Ioãnes prospera nunciabat, siempe aduentum Messiæ, & regnum cœlorum, & iter præparabat vt Christum susciperent, non onus sed factum est verbum domini super Ioannem dicitur. Super Ioannem inquit, quis verbum illud super Ioannem descendebat. Esaias enim ait. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, &c. Sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Particula super, sublimitatem notat: quia in cor hominis verbum Dei non ascendit: sed verbum descendit ad cor, & cor ascendit ad verbum. Et quod est verbum quod descendit super Ioãnem? Vade & prædica baptismum pœnitentiæ. ¶ Exprimitur etiam nomen patris, dicens filium esse Zachariæ: quia Ioannes sanctitatis paternæ fuit imitator & hæres. Quandoquidem Zacharias cum vxore sua pure & innocenter vixit: ambo quippe iusti erant coram domino. In quo quidem aduertere debes, quomodo teneantur ij qui ex probis & sanctis parentibus sunt orti, eorum vitam, quo ad fieri possit imitari. Vnde si tu teipsũ iudicas ab egregia parentum stirpe descendere, ipsorum virtutes imitari curabis. At si non ex nobilibus parentibus descendis: talia opera facito, vt noua & egregia proles à te incipiat. *Et venit in omnem regionem Iordanis.* Hoc est, ad loca Iuxtæ iuxta fluenta Iordanis. Quoniam gratia baptizandi venerat, ad loca abundantia aquis accedere debebat: ne aquæ defectu illi qui ad eius predicationem conuertebantur, baptismo carerent. Cum enim rectè nosset, quanta gentium copia ad ipsius baptismum erat properatura; loca aquis abundantia sibi elegit. Discamus hic beatissimi Ioannis exemplo cum locum quærere, qui magis aptus semper sit ad recta opera facienda, & qui nobis ansam & occasionem præbeat sanctis operibus nos exercendi. Cùm enim grauiter ægrotaret rex Ezechias, Esaias propheta ad eum accessit ex parte Dei dicens. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem & fleuit. Cur (inquit Hieronymus) conuersus est ad parietem, vt fleret, & oraret? Quia quando Salomon hoc templum absoluit, regiam suam domum condidit coniunctam, ità vt ipse paries templi ex altera parte domum regum contineret, ad hoc vt negotia quæ regi offerrentur cũ Deo posset facile communicare. Ideo Ezechias oraturus ad parietem templi se conuertit. Ità Episcopi & ij, quibus animarum cura est commendata domos suas iuxta Ecclesiam deberent habere, vt facilius sacramenta possent administrare: vt faciebat Ioannes, vt commodius posset baptizare. In libro Numerorum dicebat Deus sacerdotibus atque Leuitis. Excubate in ostijs sanctuarij. Ianitor quippe iuxta ianuam debet sedere, & gubernator iuxta clauũ: & sacerdos iuxta Ecclesiã.

Sic nos iuxta locũ vbi facilius possimus Deo seruire, habitare debemus. Abraham sedebat in meridie in ostio tabernaculi sui, vbi itinerantes posset videre, & hospitari. Ità etiam è contrario, is locus est nobis fugiendus, qui ad malum occasionem præbeat. Fugite (inquit Paulus) ab omni fornicatione Tha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mar nurus Iudæ sedit in biuio vbi meretrices sedere solebant: & sic Iudam ad peccandum allexit. Sic etiam præcepit dominus populo suo ne facerent sculptile, & simulacra: ne illa adorarent: & ne miscerent alienigenis mulieribus, nè Deos eatum adorarent. Quę admodum enim boni occasiones & loca magis conducentia quærunt, vbi melius Dei seruitio vacare possint: sic mali vt melius auaritiæ & cupidini studere possint loca aptiora quærunt: vt mercatores consueuerunt facere: qui mercibus vendendis, in mediis plateis domos incolunt. *Prædicans baptismum pœnitentię in remissionem peccatorum.* Quia baptismus Ioannis non erat sacramentum, per quod dabatur gratia: sed erat in remissionę peccatorum, non caussaliter & directè, sed dispositiuè seu præparatiuè: quia præparabat homines ad Christi baptismum. Fuit tamè ipse Ioannes institutor sui baptismi: sed tamè ex præcepto diuino vt ipse dixit. Qui misit me baptizare, ille mihi dixit, &c. Vnde institutio eius fuit à Deo per autoritatem: & à Ioanne per mysterium: ita tamen quod Ioannes non fuit nudus minister, vt ministri sacramentorum Christi, qui nihil aliud faciunt, quam applicare sacramẽta, sed fuit institutor ex diuino præcepto. Quorum vtrunq; docuit nos Christus, dicens. Baptismus Ioãnis à quo est, è cœlo an ex hominibus? Quasi diuisset. Ioannis erat tanquam institutoris & ministri: cœlitus tamen præceptum acceperat. Nam si ritum baptizandi consideres familiaris spiritus sancti reuelatione fuit ad id ministerium missus, si autem effectum, nihil in eo fuit, quod Ioannes ipse non posset præstare: nã gratiam non conferebat, sed abluebat tantum corpora. Oportuit autem Ioannẽ tanta sanctimonia fulgentem baptismum incipere: quia durissimum erat Iudæis circuncisionem relinquere, & auscultare Christi baptizanti. Et ideò oportuit etiam, vt Ioãnes de genere sacerdotum, quos oportebat circuncisionem tenere, illo baptizandi ritu vti: vt populum de mulceret, & ad Christi baptisma alliceret. Forma huius baptismi erat: Ego te baptizo in nomine eterni. Qui baptismus etiam si nõ obligabat ad ius susceptionem, obligabat tamen ad hoc, vt nequis ipsum contemneret: quia contemnens consiliũ, contemnit consiliantẽ. At Ioannes missus erat à Deo, & ità qui spernebat baptismũ Ioannis, per consequẽs & illũ qui eum miserat, cõtemptui habebat.

Gen.38. Leui.26. Exodo.34.

Ioan.11.

Mat.11.

Act.19.

¶ Vocabatur autem baptismus pœnitentiæ: quia quos baptizabat, pœnitere, docebat: & pœnitentiã prædicabat. Hanc à nobis exigit Deus, quia voluptas, quæ peccata consentis, ipsa eadem id abneget: ità vt quẽadmodum per voluntatẽ ingressum fuit malum, per eã dẽ etiam bonũ nobis adueniat. Sic Moses in deserto fecit serpentẽ æneum, vt curarentur qui erant à serpentibus morsi. Serpens mordebat, & serpẽte à morsu curauit. Cor superbum & elatũ offerat cor humile: & voluptas iniqua & depraua ta Deo obediat, & subiectetur illi. Nam beata Magdalena ità fecit, eis nanq; rebus, quibus vanitati mũdi inseruerat, eisdẽ prorsus se ipsam Deo reconciliauit. De hac re capite septimo in conuersione Magdalenæ oportunius dicemus. Itaq; cor tuũ quod dæmoni per peccatũ consecratũ, id ipsum Deo debes tribuere: ipse nanq; ait, Præbe mihi cor tuũ. Tanquã magnus dñs petit Deus id quod vult, & id quod magistũ placet. Nõ à nobis suppellectilia petit nõ rẽ, manũ, aut pedẽ: sed præcipuum quod in homine est, sine quo ipse homo nihil est. Nõ petit, vt illud ad tẽpus mutuemus: sed quod id præbeamus: nõ enim vult, vt solũ cẽpore quadragesimæ pœnitentiã agam⁹ vel per certũ pⁿ, sed toto vitæ corriculo. Nec petit vt illud vendamus quãdoquidẽ Deus liberaliter id nobis tribuit: nec vlla mercede accepta nos redemit. Sed quia cor nostrũ adeò infirmum & ægrũ per peccatum extitit, operæpretium erit illud dolore & contritione afficere. Idèò acceptabit illud contritũ & humiliatũ, alliis enim nunquam illud accẽptabit. Cùm Deus nõ possit peccatori sine pœnitentia peccata remittere, quia remittere homini peccata, est illũ in suã amicitiã & gratiã reuocare, sed nullũ hominẽ in suam amicitiam reuocat nisi fit bonus & iustus q; fieri nõ potest, nisi voluntatẽ quã à Deo habebat auersum in ipsum conuertat, q; fit per solã detestationẽ peccati, quæ est pœnitẽtia. Fieri igitur nõ potest, vt peccatũ remittatur, nisi facta prius pœnitẽtia. Et licet paruulis ante vsum rationis, remittatur peccatum, tamen quia originale non propria voluntate cõmiserant, possunt absque proprio motu à Deo iustificari. Bene tamen potest Deus peccatori cõdonare pœnas, & nolle punire absque pœnitentia: sed hoc nõ est peccata remittere. Nec pœnas peccato debitas condonabit, nisi peccator prius egerit pœnitentiam. Vnde sanctissimus Iob. Verebar

Num.

Luc.

Prou.

Prou.

Ioh.8. Ioh.14.

opera

opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Nõne parcet dominus delinquenti? Nonne deliquerũt Dauid, Petrus Mathæus, & multi alij: Ideò dominus dicitur non parcere delinquenti, quia delictum nunquam sine vllone relinquit: aut ipse homo se ipsũ punit, aut Deus vindicans castigat. Tu ergo e duobus, vnum elige, & cùm in media electione fueris constitutus, memineris: obsecro illud Pauli. Horrendum esse incidere in manus Dei viuentis. Si tu mediocriter te ipsum punieris, Deus in te non animaduertet. Nã vt Apostolus ait, si nos ipsos iudicaremus, vtique non iudicaremur. Quibus verbis satis apertè ostendit Paulus, quod iudicamur à domino, quia nos ipsos nunquam iudicamus, nec punimus. Quo circa enitendum tibi maxime est, vt sanctam pœnitentiam agas, & peccata tua plangas. Deus nanque vt qui benignus & misericors est bis eundem non punit. Quod si tuam culpam correxeris, non iterum dominus in illam animaduerteret. Vnde sanctus Dauid, qui domini ingenium & animum rectè nouerat, inquit. Feci iudiciũ & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. Calix enim est in manu domini, vini meri plenus mixto. Peccatores nanque, qui in hac vita pœnitentiam egerunt, calicem mixtum bibunt multis & maximis diuinis consolationibus. Ideò Ioannes cùm hanc pœnitentiam prædicabat adiunxit. Appropinquabit regnum cœlorum. Et beatus Stephanus in sua passione vidit cœlos apertos. Et Paulus ait. Sicut abundant Christi passiones in nobis: ità per Christum abundat cõsolatio nostra. Si verò hic pœnitentiam non egeris durissima re in inferno sperat pœna. Bibes nanque fæces calicis durissimæ passionis: nam si ieiunare noluisti ibi perp. tuam patieris inediã: si noluisti lugere, ibi lacrymis & gemitibus nunquam parces, &c. Habet se dominus cum peccatoribus, quemadmodũ barbæ tonsor cum hominibus rusticis: nam iubet illis vt comam pectant prius ipsi, ne si eos accipiat, capillos extrahat. Ne igitur speres, vt dñs pr⁹ in re animaduertat, nam dure, & asperè tecum aget: at tu prius in hac vita de te pœnas sume, agens pœnitentiam. Hanc autem salubrem pœnitentiam Ioannes sanctissim⁹ populis prædicabat. Sed expende sancti præcursoris prudentiam. Prædicãs nãque pœnitentiã maximis & induratis peccatoribus dicebat. Genimina viperarũ: quis docebit vos fugere à ventura ira? Populis vero ignorantibus, & inscijs blande loquutus est. Qui habet, dicebat, duas tunicas, det vnã non habenti. Et militibus aliam ostendit viã. Sic prædicator pœnas inferni aliquando prædicet, aliquando beatitudinem cœlestem, quandoque etiam diuinam erga genus humanum misericordiam. Idèò habetur in lege, quod in veste summi sacerdotis erant tintinabula. Ad quid hoc? Cymbala nanque & tintinabula non eundem sonitum quem tubæ, cornua, & organa, & alia instrumenta reddunt: sed diuersum. Aliquãdo enim cymbalum pulsatur ad prædicationem, aliquando ad obsequia mortuorum, aliquando ad festa & solennitates: sic itaq; diuersa sonat & demonstrat. Sic concionator aliquando sonitum mortis efficiat, ostendens populo cineres, in quo citius est conuertendus: aliquando infernum pronunciet, &c. & pœnitentiã velut Ioannes populo prædicet: quandoquidem tantis vitijs abundat, furtis, rapinis, adulterijs, & alijs grauissimis peccatis. O vtinam dñs his tẽporibus mũdo mitteret similes prædicatores sicut Ioanes: qui ipsi mũdo pœnitentiã prædicarent audacissimè, siquidẽ tantum iam dominatur iniquitas. Non est inquit Oseas) veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & homicidium, & mendacium, &c. ¶ Expende etiam & vide sanctissimi Ioannis dignitatem & laudem: nam primus ipse fuit, qui in mundo prædicans pœnitentia promisit regnum cœlorum, & remissionem peccatorum. In libro Numerorum habetur, quod timentes filij Israel ingressum terræ promissionis, quia erant ibi gigantes, animati sunt per Caleb, & postèà per Iosue. Sic beatus Ioannes fuit primus: qui nobis cœlum manifestauit, patriam nobis promissam: & postèà sequutus est illum Christus, sicut alter Iesus Naue. Hinc ortum est, quod beatissimus Ioannes inter alios sanctos totius beatæ patriæ tantum splendeat & fulgeat. Nam lex est constituta & stabilita in bellis, vt is qui prius exierit manus congressurus cum hoste, vel ciuitatẽ expugnauerit, toti⁹ lucri primas partes, & sedẽ accipiat: sicut Dauid fecit cum Ioab. Secundũ igitur hanc legẽ Ioannes fuit prim⁹ qui debellauit & inuenit hos diuinos Indos, qui primus remissionẽ peccatorũ & regnum Dei prædicauit: quia vero in expugnatiõe huius regni cœlestis prim⁹ ipse fuit, ideò meruit,

Exod.28.

Num.13.

Ioh.

2.Reg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt post Christum huius regni regem primũ locum in ipso obtineat, Mariam semper excipio. Ne vero existimes quod beatus Ioannes nulla impetrata autoritate prædicabat cum Esaiã suam confirmat doctrinam: & ideo sequitur in textu. *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ.* Esaiæ librum recte Lucas appellat librum sermonum, propter ipsius eloquentiam & sententiarum magnitudinem, qui numero capitulorũ cæteros excellit prophetas. Obserua etiam quod beatus Ioannes ad confirmandum ea, quæ prædicabat, adducit in testem Esaiã prophetam, & sacræ scripturæ autoritate dicta sua probat. Hoc etiam fecerunt Apostoli, quibus conciones scripturæ testimonijs fulciebant, quibus firmiorem fecerant fidem credentibus cum se nihil aliud docerent, nisi quod multis retro seculis Deus futurum prædixit. Sic fecisse Petrum in multis locis actuũ Apostolorum cõstat. Sic etiã Stephanus, sic etiã Paulus. Denique ipse Christus variis scripturarũ vtitur testimonijs. Non sic modo multi, quibus volũt dictis adhibeatur fides nullo demõstrato testimonio. Nã absenris famæ detrahunt, dicentes: mendacem esse, ebrium, ludum: sit autẽ ab eis petas vt illa dicta probẽt: nihil minus, quãm ineptè & insipienter respondent, quod ipsi id fatentur & affirmant, & satis sit illos hæc dicere. Proh dolor quod tanta mendacia ferri non possunt, nam in hac re peiores sunt homines quam diabolus, qui quando in terreno paradiso matri nostræ Euæ mẽtiris: nam si tibi dicitur, quod probes testimonijs veracibus id quod affirmas, nullum adducis testimonium. Si Ioannes Baptista sanctificatus in vtero quo maior nemo est, testimonio Esaiæ dictum probat: quid est quod velis, vt tibi credatur nullo adducto testimonio? Sanctitas beatissimi Ioannis tanta erat vt sui ipsius autoritas ad id probandum sufficeret: nihilominus tamen quod dicit autoritate prophetæ confirmat. Tu autem cum garrulus & detractor sis, tuis dictis præstari vis fidem? Proba igitur quod dicis, & tibi statim credemus: Ità nimirum quando aliquis tibi dixerit, male de te audire in populo, & quod multi multa dicunt, nisi testes tibi demõstrauerit, falsa omnia esse crede: & quod is idẽ, qui ea tibi narrat falso ea tibi etiã imponis, nam sicut apud nos dicitur. *Qui carmen canit, ipse composuit.* Sed de his satis. ¶ Obserua etiam quod Ioannes frequentius Esaiam allegat potius quã alios prophetas, quia præ alijs clarius prædixit Christi aduentum, vitã, & doctrinam, miracula, & passionem: & regni eius progressum. Vn de potius Euangelista (vt Hieronymus ait) dici meretur, quam propheta: nam ità vniuersã Christi, ecclesiæque mysteria clarè prosequutus est vt nõ putemus eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Sed quid in persona Ioannis Esaias loquatur audiamus. *Ego vox clamantis in deserto.* Habrailmus est. Idẽ enim est vox clamantis, at vox clamans. Sicut terra promissionis, terra promissa: virga equitatis, virga æqua: populus acquisitionis, populus acquisitus: vas electionis, vas electũ, & si qua sunt horũ similia. Sẽsus est. Ista est prædicatio, clamor, sermo Ioannis in eremo prædicantis. Obserua etiam præter hæc quod Ioannes erat vox, quia quidquid erat in Ioanne erat vox. Vestis, manus, pedes, caput, & lingua, totus erat vox clamans, & dicens. Pœnitentiam agite, Eius cibus, potus, lectus, cilicium, inedia, os deniq; & facies prædicabant. Nã etiã si os non loqueretur, quidquid in ipso erat prædicabat contemptum mundi, pœnitẽtiã, & amorem diuinum. Totus ipse à calce vque ad caput vox erat dicens. Pœnitentiam agite: conuertemini ò peccatores in dominum. O qualis prædicator Ioannes: equidem nõ illi dici poterat, Medice cura te ipsum. Bene beatissimus Ioannes ambitionem poterat reprehendere, siquidem cùm illi offerrent honorem Melsiæ neutiquam acceptauit. Bene quidem carnis blandimenta & indulgentia nimiam taxare poterat, siquidem melle syluestri se ipsum alebat, & sustentabat, & cameli pellibus vestes conficiebat. Bene quidem auaritiam poterat execrari & reprehendere quandoquidem à puero diuitias contempsit, & domum paternam reliquit, & in eremum abijt. Omnia quidẽ vitia dubio procul optimo iure taxare poterat: qui exemplar totius virtutis & sanctitatis erat. O mirabilis concionator. Sunt quippe multi concionatores, qui vocem habent, & clamant, sed non sunt ipsi vox: quia si verbis prædicant, non factis id ipsum insinuant. Aliud prædicat vox, aliud vestitus, cibus, hom⁹, somnũ, & op⁹ externũ. Quib⁹ Paul⁹ mirificè loquitur. Qui

Act. 23. &c. 10. Act. 7. Mat. 49. 12. & 16.

Genes. 3.

Mat. 11.

Qui prædicas non furandum, furaris qui dicis non mœchandum, mœcharis. Sunt etiam multi, qui quasi inertes muti et tolo oris flatu, non item digitis incõdite sonãt iustitiã, sobrietatem, pudicitiam, humilitatem, & denique omnes virtutes, atque hi antes obtundunt harmoniæ dulcedine, sed mentes non recreant. Non sic euangelicus tibicen Ioannes, qui quasi alter Orpheus durissima saxa, id est, durissima corda, & antiquæ peccandi consuetudinis glaciem diuinis verbis fugabat: ità vt publicani, & peccatores & milites ad eum venirent toto corde pœnitentiã acturi. Ex quo loco tu qui de officio & munere concionatoris gloriaris discere debes, eam vitam facere, quæ dictis & prædicationi sit conformis: & quemadmodum lingua prædicas, ità etiam manibus facias. Quid obsecro cogitas fuisse in causa, quod Helias tremore concusserat regis Achab cor: & quid est, quod ausus fuit ipse regi dicere. Tu & domus patris tui qui dereliquistis dominum & sequuti estis Baalim? Nam videbat rex in cõspectu suo hominem diuinum potius quam humanum imbe cillum, languidũ, pœnitentia & lachrymis pallidum, & confectum, indutum animantium pellibus. Hic equidem tremore & mœrore regem cõcutiebat: Helias & beatus Ioannes non vtique maiores veritates prædicabant, quãm nos, nec melius euangelium: at vberem & copiosum fructum ex animabus reportabant vitæ sanctimonia & exemplo. Omnia enim, quæ ad obsequium templi spectabant, ex purissimo auro erant confecta, & etiã forcipes. Nonnè satis esset, si ferro essent conflatæ? Non equidem: nam his qui alterius vitia carpere debet ab omni reprehensionis labe intactum se seruare tenetur. Oportet enim vt totus aureus sit, sancta vita & præclaris virtutibus munitus, qui alios mũdare debet: quamobrem forcipes aureæ erant. Qui fieri potest, vt immundus cùm sis: aliorum spurcitiam valeas propellere? Indignum etiam est quod iniquus peccatorem corrigat, & quod malus in malum linguam conijciat. Quod si volueris perpendere sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam quando Iudas filius Iacob vidit quod fornicata esset Thamar nurus sua, expauescens & horrens delictum dixit. Comburatur. At postquam illa misit ei baculum & annulum, & Iudas cognouit pignora, & peccatum suum propriũ dixit. Iustior me est. Quoquidem facto docetur nunquam vnius peccatoris, linguam aptã esse ad condemnandum alium peccatorem: atque ità Iudas postquam peccatum suum agnouit, nunquam ausus fuit Thamar condemnare, existimauit enim se maiorem peccatorem, quàm illa. Audi si vis alium scripturæ locum. Quando Ioab misit nuncium regi Dauid de gestis in bello, ipsi nuncio dixit. Si videris eum indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum, &c. Dices. Etiã seruus tuus Vrias mortuus est. Vt enim disertus Ioab os Dauid comprimeret, ne auderet ignauiam militum & ducum reprehendere in memoriam Dauidi reuocauit graue illud peccatum quod commiserat, iubens interfici ipsum Vriam. Dic, inquam illi (dixit Ioab nũcio) quod seruus suus Vrias, & fidelis miles mortuus est: talibus quippe dictis tacebit, & pudebit minimum defectum suorum ducum carpere illum, qui ducem suum interfici iussit. Carere nim debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. Sed de his ista sufficiant. Itaque totus ipse Ioannes vox clamans erat, vt pœnitentiam ageret, & vt domino præpararent corda. Sed vbi clamabat. In deserto. Vox inquam clamans in deserto. ¶ Videas obsecro quod Ioannes nunquam dicitur prædicare in ciuitate, sed in deserto: quia Ioãnes ea sola prædicabat, quæ hominibus à Deo desertis, & longè remotis conuenichant: hoc est, pœnitentiam peccatorum. Sed Christus non tãtum prædicat hæc, sed ea etiam quæ ciuibus Dei congruunt: & ideò prædicat in desertis & in ciuitate. Præterea Ioannes prædicat in deserto, quia in ciuitate tot sunt peccata tot sordes, vt Ioannes eas ferre nequeat. Stomachabatur Ioannes, nec tot poterat ferre peccatã, adeò vt cùm videret Phariseos, eos ferre nequiret, sed exomuerit dicens. Genimina viperarum, quis, &c. Porro Christus grandioris stomachi est, ferendis iniquitatibus, & languoribus nostris curandis: vt qui toto affectu, & toto corde nos amat, & dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam. Quid obsecro diuus Ioannes diceret, si per ciuitatẽ hanc deambularet, & tot videret fieri latrocinia, tot vsuras, tot mendacia, tot denique homines luxuriæ & vanitatibus huius seculi deseruire? Certè existimo linguam etsi indefessam non posse illi sufficere tot vitijs carpendis: ne sciret vtique qua esset incepturus, atque ità fine dubio deficeret, tot iniquitates admirans. Hac igitur commotus de causa in

Gen. 3. 8

2. Reg. 11.

Mat. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deserto prædicabat: nec ciuitates audebat ingredi, vt non videret mechanicos artifices manuentes, & vsuras mercatorum, & vanitatem & pompam, qua nobiles incedunt, &c.

¶ Vide etiam quàm egregius & magnus prædicator erat Ioannes, liquidem per deserta tendebant, ipsum audituri. Tanta erat vis & virtus suæ prædicationis, vt deserta quasi populũ & ciuitatem gentium concursu efficeret: secundum illud Esaiæ, Conuertetur Libanum in Carmel: & Carmel in saltum reputabitur. Virtute suæ prædicationis effecit, vt ciuitates Iudææ in solitudine manerent. Quia vt Marcus ait, Exibat ad eum omnis Hierosolyma & Iudæa: & obliti filiorum & domorum ad eũ concurrebant. Aspice igitur ô tu peccator, quod dominus nunquam ecclesiam suam deseruit: & quemadmodum tunc misit Ioannem, ad curandum spirituales hominũ languores: etiam nunc multos ministros & prædicatores mittit, qui animæ tuæ medeantur, iuxta illud quod ipsemet dominus ait. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Si voces prædicantium voces Dei sunt: & ipse Deus est, qui in interioribus tui cordis clamat. Vox Dei est, quæ sonat in deserto animæ tuæ, eius gratia & donorum destitutæ. Ingentes voces emisit Ioannes in deserto, & nunc etiam emittunt concionatores, & Deus in anima tua: placeat tamen ipsi per infinitam ipsius pietatem & misericordiam, ne sit (vt aiunt) in deserto prædicare. Potius auditur ab hominibus sibilus serpentis: & mũdi clamor, & vox carnis, quã Dei verbum. Ideò per prophetam conqueritur dominus dicens. Clamaui, & non erat qui audiret. Quare? Quia sunt multi qui clament in domo peccatoris. Contingit enim vt in aliqua domo multi sint saltantes, canentes, & gaudentes: dum tamen aliquis tũ rem pori ostium pulsat, non exauditur propter magnum tumultum & strepitum eorum, qui intra domum sunt. Ita nimirum, intra ipsam peccatoris animam semper habitat quædam vox, quę inordinatus est diuitiarum appetitus, qui semper clamat: & est alia vox quę vindictam inimicorum postulat, alia verò quæ honores, alia denique quæ voluptates & blandimenta carnis desiderat: & hinc est, quod cũ plena sit inordinatorum appetituum, quando Deus vocat, non exaudiatur. Quod autẽ hæc animæ desideria voces sint, clarè cõstat. Nam cùm orans esset Moses nec aperiret os, nec labia: dixit illi dominus. Quare clamas ad me? Anna enim mater Samuelis cùm oraret in templo, non aperiebat os suum, nihilominus tamen magnos clamores suorum desiderium pauperum exaudiuit Deus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Igitur hæc animæ, desideria clamores & voces sunt. Clamant desideria carnis & sanguinis: cumque magnus sit strepitus in ipsa anima peccatoris, etiam si dominus ad ostium pulset, non exauditur. Nec mirum quod non exaudiatur, vbi sic dominantur & imperant inordinatæ libidines. Et quod peius est, quod etiã si dederis his inordinatis desideriis quod petunt, nunquam tamen cessant voces emittere. Auari nanque, cupidi, & mundani, etiã si cõsequantur omnia illa, quæ cor suum desiderat, semper amplius atque amplius petunt. Remedium autem præsentanium, vt Deum clamantem possis audire, est facere vt taceant omnes illi, qui intus clamitant. Nunquàm tuis appetitibus quod volunt concedas: quia neutiquam tacebunt. Linguam tuorum desideriorum scinde, breuitatem vitæ considerans, Christi humilitatem & paupertatem, tunc que cessabunt: atque ita cùm amorem mundi à corde tuo remoueris, pacificũ & quietum erit: atque ita vocem domini cũ vocauerit exaudies, & cum sancto Iob poteris dicere. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Vide dominum dicẽtem. Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Cùm enim dominus dicitur ad ostium stare, manifestè insinuat cũ peccatore loqui: nam iustus & amicus Dei domus ipsius est, quam ipse libenti animo habitat. Et in hoc quidem apparet quàm iniurbanus cum Deo ipse peccator sit: nam cùm sit ad ostium pulsans, expectare illum facit, & nõ vult aperire. Cùm autem dicit, si quis aperuerit, liberum hominis arbitrium ostendit, quando in sua potestate reliquit quod possit aperire, vel nolit. Quia verò non cogitet, quod venit vt illum interficiat: si quidem sua peccata id merentur, inquit, & cœnabo cum illo. Venit quippe vt animã ditet, & vt mille donis & beneficiis cumulet. Ipse cœnam affert, & omne symbolum soluit. Aucepsnanque anues inuitat: sed non minus quàm ipsa vitæ prandium emit. Ita dæmon nostros primos parentes in paradiso inuitauit, sed care frustra emerunt. Id circo Ieremias, Vendone [illegible]

me, sicut auis. Christus autem tecum cœnaturus, cœnã affert, nihil aliud vult, nisi quod aperias illi ianuas tuæ voluntatis. Quid est igitur, quod illis non aperis? Quare illum non audis? Vtique quia magnus strepitus est in anima tua amoris mundi, & carnis, & inordinatorum appetituum. Illos igitur scinde, & silentium impone animæ tuæ: & tunc recte audies dominum te ipsum millies vocantem. Sic olim clamabat Deus per Ioannem, sic & nunc clamat ad aures peccatorum. Vide igitur, quando in tuam vtilitatem & commodum cedit, quod illum audias libenti & spontaneo animo: nam si in hac vita cum tanto amore vocat, illum non audietis: postea volens nolens illum audies, quando dixerit terribili & horrenda voce peccatoribus. Ite maledicti in ignem æternum. Sed iam audiamus Ioannem clamantem, atque dicentem. *Parate viam domini.* Ante medici aduentum monetur egrotus: vt cognoscens morbum medicum venientem reuerenter accipiat, seque illi in omnia obsequentem & dicto ob audientem præbeat. Et quemadmodum ante Ioseph ibat præco vt omnes genua flecterent: sic Ioannes coram Christo præibat clamans, vt corda homines pararent & Christum adorarent Saluatorem, nõ solùm Ægypti sed totius mundi, & ei obedirent, atque morem gererent. Hoc erat Ioannis officium, ad hoc venerat: vt Angelus dixerat Zachariæ. Ipse præibit ante illum, in virtute & spiritu Heliæ parare domino plebem perfectam. Præparabat corda hominum, vt Christum susciperent. Quid est viam in corde præparare? ex rebus temporalibus cernimus & cognoscimus, quomodo sternitur via, & quomodo plana fiat. Ita circa interiora nostra idem agimus, amouentes peccatorum malorumque affectuum scopulos, quo via sit parata domino, hoc est, absque vllo impedimento & mora Christus dominus ad nos venire possit, & nos ire ad Deum. Via itaque domini ad homines veniens, est voluntas nostra. Ipse homo est domus, in qua Deus habitat, in quantum iustificatur, & est via in quantum disponitur ad iustificationem. Et sicut via est necessaria veniẽti, ita dispositio & voluntas est necessaria ad iustificationem: vt Deus veniat ad hominem. Itaque nullus adultus potest iustificari sine propria voluntate. Hæc autem via putatur per vitam studiosam & pœnitentiã, quæ virtus facit conscientiam & animam cõponi cum recta ratione, quæ est regula humanæ vitæ: & quia homo cùm studiose viuit cõformatur regulæ rectæ, dicitur via recta & præparata. Præparemus & nos viam domino: vt excluso peccato dominũ suspicamus.

¶ Obserua autem quod in eo quod dicit, præparate libertatem, insinuat liberi hominis arbitrij. In potestate tua est parare, vel non parare viam domino. Deus nanque neminiſuã gratiam denegat nec deserit faciẽtem quod in se est: ille qui paratus est omnibus subuenire. Tu autem bene vtere libero tuo arbitrio & para cor tuum domino: vt iter faciat, & habitet in anima tua. Obserua iterum quod nõ dicit beatus Ioannes, quod paremus quamcunque viam sed viam domini. Alia est enim via domini, & alia via nostra. Via nostra vitia & peccata sunt, via autem domini, virtus. Sic apud Esaiam dominus dicit. Nõ sunt viæ meæ, viæ vestræ, & cogitationes meæ, cogitationes vestræ: sed sicut exaltatur cœli, &c. Via domini quæ ducit ad vitam arcta est: via autem impiorum, quæ ducit ad interitum lata & spaciosa est. Via impiorum tenebrosa iuxta illud sapientis. Via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus domini persequens eos. Ambulãt impij sicut cæci sine lumine, in mille lapides & scopulos quotidie offendentes: hoc est in mille peccata & abominationes incidentes, quousque in foueam inferni præcipitentur. Quapropter in Ecclesiastico habetur. Via peccatorum complantata est, &c. via vero iustorum est quasi lux expendens. Aduertamus igitur pedes nostros à via iniquitatis, & relinquamus vias nostras ad æternos cruciatus tendẽtes: & præparemus viam domini ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Sed quid vlteriùs ex Esaia beatissimus Christi præcursor addat, audiamus: *Rectas facite semitas eius.* Viæ domini sunt præcepta, semitę verò eius consilia. Præceptum quippè domini est in extrema necessitate eleemosynam erogare, consilium autem euangelicum omnia bona tua vendere, & dare illa pauperibus. Ad præcepta enim obseruanda omnes tenentur: ad consilia autẽ non nisi ij, qui propria voluntate se ipsos adstrinxerint. Hæc quidem consilia vocantur semitæ, nam magis arctæ & angustæ sunt: & sic eorum vita & institutio, qui consilia hæc sequuntur magis arcta est: nam præter eam obligationem, quam habent ad implenda præcepta, tenentur etiam & obligantur ad obseruanda consilia.

Esa. 29.
Mar. 1.
Matt. 10.
Esa. 50.
Esa. 55.
Matth. 7. Prouer. 4.
Eccl. 21.
Luce. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ha. Et quemadmodum semitæ quædam cōpendia sunt, vt citius ad expectatum finem perueniatur: sic etiam quis ipsos ad consilia adstringunt magis merentur, & citius in beatā aīctorū patriā perueniūt. Cùm autē compendiūm nequeat esse sine dispendio: si magis hi coram Deo merentur, magis etiam laborant. Vide autē quid dominus loquiebat de via non dixit, q̄ esset recta, sed de semitis dixit, q̄ fierent semitas rectas. Hoc quippe laboris est illis, qui consilia sequuntur, quique faciunt opera maioris supererogationis, q̄ sæpissimè tentantur à dæmone vana & inanis gloria, potius quam reliqui alios. Etenim opera quæ à communi hominum institutione discedunt, & altiorem vitæ conditionem sequūtur, multoties laudantur & extolluntur ab hominibus: atq; ita qui per has semitas iter faciunt, maiores habent lapsus occasiones & auulsionis meriti: q̄ contingit sepius his, qui per semitas itinerarē tolent. Nō quis laudatur, quia tepore quadragesimæ ieiunat, quia id ab ecclesia est præceptum: sed si alis tēporibus ieiunet, hoc est maioris supererogationis & ab omnibus laudatur: quia verò nimis, qui non ita perfecti & recti sunt, intentionem distorquens, & meritum amittunt, laudibus & humana gloria allecti, ait Ioannes. Rectas facite semitas eius. Et etiam si opus sit, vt vie sint rectæ: nam opera obligatoria necessium est, vt propter Deū fiant: quia verò in præceptis nō adeò hæc monitio requiritur, cū minor sit tentatio vanæ laudis & gloriæ. Beatus Ioannes ad id quod magis necessarium est properat dicens, quod in operibus maioris supererogationis animus & intentio nostra in solum Deum dirigatur. Quod autem in semitis maius sit periculum clarū est, quia inimicus dæmon frequentius viros sanctitate & religione perfectos tentat & persequitur, quàm reliquos alios: Nam (inquit Iacob) coluber in via & ceraستes in semita: vt mordeat vngulas equi, & cadat ascensor eius retrorsum. Coluber parum habet veneni: at Ceraستes pessimus serpens est, habens quatuor cornicula in capite, & in arena absconditus insidiosè mordet. Sic maximè tentat diabolos viros perfectos, potius quàm alios: quia communi via mandata seruant. Ideò prioribus est sicut colubræ qui parum habet veneni: & ambulanti bus in semita est ceraستes, qui multum nocet absconditus, quia viros perfectos absconditè & insidiosè tentat, aliquando sub specie boni

Genes. 49.

latitans in occulto vel de bono opere tentat. Mordet ceraستes hic in intentione ac fine, quē habes in operibus bonis quo circa ait, quod in vngulis equi mordet, quæ extremæ partes sunt animalis: sicut finis seu intentio operis vltimum est operationum nostrarum. Finis enī (vt Aristoteles ait) primus est in intentione, & vltimus in executione. Et sic cadit vir, & corruit in semita: qua propter recta semita incedendum est superando omnem fēculi tentationem, & cogitantes q̄ quidquid boni faciunt, à Deo venit, iuxta illud Pauli. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquàm ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. De hac etiam vir & semita habetur in Prouerbiis. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. In psalmo quoq; loquitur Dauid domino dicens. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. ¶ Verum quomodocunque viam vel semitam intelligas, opus est in hac vita, quę via est, per quam ad aliam vitam tendimus recto incedere gradu: hoc est vitia & peccata euellere: & cor nostrum ab omni sorde & inquinamento mundū habere. Etenim ille omnibus aliis omissis recto itinere graditur, qui in charitate ambulat: & taliter viuit, qualis cupit & vult in morte inueniri. Hunc enim arbitror recto itinere ambulare. Ad hoc quippe vt via vel iter rectum sit: opus est vt medium extremis conforme sit. Nam si aliquis vellet à Parisiis Romam tendere, magnum faceret dispendium si Neapoli transiret. In hac vita omnes sumus viatores: & scriptura sacra multis in locis confert nos cum viatoribus & itinerantibus. Vnde Paulus. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Et ad Hebræos. Non habemus hic ciuitatem manentem, inquit, sed futuram inquirimus. Petrus etiam ait. Obsecro vos tanquàm aduenas & peregrinos, abstinere vos, &c. Sic scholastici theologi vocant nos viatores, illos autem qui sunt in patria, vocant comprehensores: nam nascendo iter incipimus, & ad finem in morte peruenimus. Qualia obsecro fuere exordia nostri itineris? Audi Salomonem. Et ego (inquit) natus accepi communem aerem, & primam vocē omnibus emisi plorans. Et postea post. Similis erit exit⁹. Quæ obsecro est via recta: Illa cuius medium cum initio & fine ponitur. Natus es plorās & vagiens: & inuites suspirijs & gemitibus vitā finies. Si aut in vita egeris ridens & gaudens: per deuia & ob-

brico

lubricosa incedis loca. Si autem pauper, nudus, & egenus natus es, nullāq; suppellectile in mundū attulisti, modo verò diues vis fieri: per minus rectum tendis iter. De iusto dixit sapiens. Iustum deduxit dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei. Et quod est iter rectum: Honestauit illum in laboribus. Rectum iter ille agit, qui sicut natus est, & moriturus, ità viuit. In laboribus natus es, plorans, pauper, nudus, & humilis: & moreris mille doloribus, angustijs, & calamitatibus circuncidatus. Opus enim est si rectum iter agere volueris in lachrymis vinas, oratione & gemitibus, humilis & pacificus. Statim cū natus fuisti paruo incunabulo capiebaris, in morte verò constitutus parua sepultura: modo verò magnæ & superbæ domus nō possunt te capere: & forte eo peruenies insaniæ, vt tibi etiam mundus paruus videatur. Quādo natus es, non manu habebas hastā, aut ensem, nec aduersus aliquem irascebaris: & in morte etiam inermis, infirmus, & debilis eris: modo verò superbiam tanquam habitū induisti, vindictam, & mortē. Non iustū, quem dominus per vias rectas deduxit insequeris: sed de illis es, de quibus David in psalmo dixit. In circuitu impij ambulant. Non nimio diuitiarū amore rapiaris: siquidem vides Iob dicentē. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Non dignitatem aut altitudinem huius mundi persequaris, quandoquidē tam humilis & pusillus natus es: & talis etiam es moriturus. Non sic sanctissimus Iob faciebat, quā do dixit. Dimitte me domine. Et ad quid obsetro tēpus hoc pustulas? & ad quid vitā? nunquid ad ridendū, & gaudendū? Non equidē, sed vt plagam paululum doloremmeum. Ad hoc etenim vitā impertrabat sanctus Iob, non ad vanitates & gaudia. Talis vita tua debet esse & ad hoc illā teneris petere. Aspice igitur beatum Baptistam, qui tot annis in scholis cęli studuit. Cumque tam diuina & alta Philosophia & Theologia esset imbutus, relictis omnibus subtilibus quæstionibus, nihil aliud prædicat nisi. Rectas facite semitas eius. His nanque breuibus & compendiosis verbis complectitur omnem reformationem vitæ nostræ, dicens, quod per viam rectam ambulemus: ità viuentes, vt sumus morituri. Quomodo autem via præparanda sit, & recto itinere ambulandum, declarat Ioannes dicens. *Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur.* Non intelligendum est hoc, vt litera sonat: nam non semper in scripturis diuinis historialis consequentia stare potest, sed nōnunquam deficit, vt dicitur in Prouerbijs. Spinæ nascuntur in manu ebrioſi. i. homo iracundus iurgia & contentiones seminat. Et illud Esaiæ, Abietes super te lætatæ sunt: & cedri Libani. Lege de hac re si placet Origenem & Augustinum. Itaque hæc quæ Ioannes hic ait non materialiter, & vt litera sonat interpretanda sunt: quia Christus non venit vt materiales vias & itinera corrigeret, sed vt mentes hominum emendaret, & animas illorum sanaret. Ideoque hæc est metaphora, per quam intelligere vult, quomodo præparandum sit cor nostrum, vt Christum Saluatorem recipiamus. Cùm igitur dicit, quod vallis implebitur, significat tollendam esse pusillanimitatem: & cùm dicit quod omnis mons & collis humiliabitur, significat superbos humiliandos esse in aduentu Messiæ. Multi hic dicunt quod per valles intelligit humiles: quodquidem neutiquam stare potest, quia hic Ioānes de defectibus vię loquitur, qui corrigendi sunt, humilitas verò non est defectus, sed potius eximia virtus: hic autem Ioannes loquitur, qui præparari nos debeamus, & de reformatione spirituali, quam Christus efficiet in animis nostris suo aduentu, corrigens omnes defectus & lapsus nostros. Ideoque clarè intelliges beatum Ioannē hic esse loquutū de pusillanimitate & superbia, quæ vitia sunt & defectus viæ, vt in Deū finem nostrum tendamus: & hæc duo vitia intelligit per vallem, montem & collē. Multoties quippe pusillanimitas timidos homines facit, & impedit commodum & vtilitatē spiritualem. Hæc fuit causa, vt filij Israel mirarentur magnitudinem gigantum terræ promissionis, & lamentabantur murmurantes, & volentes redire in Ægyptum, non confiderantes dextera excelsi liberatos fuisse à potestate Pharaonis, & miraculosè eduxisse eos de Ægypto. Hæc eadem pusillanimitas in causa est etiam vt multi suis vitiis & peccatis hæreant, existimant nāque se non posse diu persistere in bono, quin statim ad antiquam consuetudinem mali deueniant. Equidem vt verū fatear superbia graue obstaculum & impedimentum est huic vię. Vnde Dominus per Esaiam. Ad quem ego respiciam nisi ad pauperculum & humilē, &c. Hæc duo maximè nobis est curādum, vt de media via

Prouer. 26.
Esai. 14.
Orig. hom. 2 in Gen & 4. li. periar. c. 1. Aug. li. 3. doct. Christ. cap. 11. & in psal mo. 103. ver sus finem.
Num. 14.
Esai. 66.

tollas

Universidad de Deusto
Biblioteca

tollantur, vt possit dominus libere, & nullo opposito obice in animas nostras venire. Reijciamus igitur à nobis hanc pusillanimitatem, considerantes, qui exiguæ & imbecilles sunt vires nostræ, & quâ fortis & potens est dominatus: cuius fauore & auxilio pusillus pastor gigantem illum Goliath interfecit: & imbecillis femina Holofernem trucidauit. &c. Et *erunt prauа in directa, & aspera in vias planas.* Hoc est ita quæ per legis asperitatem difficilia videbantur, & impedita per fidem & euangelicam gratiam expedita fient & facilia. Virtutum & malarum cupiditatum aspera, conuertentur in vias leues & planas. Mentes iracundæ & immites ad mansuetudinem per infusionem gratiæ redibunt. Aspera vero per Christi eruditatem reddentur leuia. Nã qui antea iniustitiæ & prauitatibus operam dabant, qui iura violabant, & fundamenta iustitiæ peruertebant, erunt iusti, & actiones suas sanctis normis & regulis component. Iniustitiam appellat viam obliquam, & flexuosam: vt alio in loco Esaias, principem iniustum serpentem flexuosum appellauit. Ait itaq; quòd Christus conuerteret iniustitiam in æquitatem, & aspera in vias planas: hoc est homines insolentes, superbos, & elatos futuros esse modestos, mites, & blandos. Sunt quippe quidã homines, qui in te aliqua beneficia conferunt, sed ita elati, vt prius sua asperitate te vulnerent, quam beneficia concedant: similes arboribus spinosis, quæ prius te pungunt, quã fructum ab eis euellas. At diuina gratia comites fient: blandi & suaues. Itaque omnes deformitates viarum tollit Ioannes. Dicit nanque quatuor deformitates viarum, per quas corporaliter gradimur corrigendas esse, vt via omnino sit suauis. Deformitas enim est viæ, si habeat in medio aliquem montem, per quem oporteat ascendere, & hanc corrigit dicendo, quòd omnis mons & collis humiliabitur. Alia est deformitas si sit aliqua vallis, in quam oporteat descendere: & hanc corrigit dicendo, omnis vallis implebitur. Montibus itaque & collibus æquatis, redderetur via plana. Tertia est deformitas si flexuosum & ambagibus sit plenum iter, & hanc corrigit dicens, fit erunt prauа in directa. Deniq; alia est deformitas si aspera via sit & spinis plena: hanc corrigit dicendo, fit aspera in vias planas. Significans autem (vt vno verbo dicta cõplectantur) per huiusmodi metaphoras tollẽdas omnes fruitates motum esse, tollendum

1. R *Reg.* 17. *Iudi.* 14.

Esa. 27.

pusillanimitatem, iniustitiam, & reliqua alia, quæ noxia sunt moribus. Prophetatur q; hæc tunc fore debere, cùm venerit Messias, vt ex his materialibus figuris & dispositionib⁹ viros instruet qualos debeant esse mores & conscientiæ ad parandam viam, quã dominus ad nos venturus est. nam si aliqua illarum conditionum desit, non vtique parata in nobis erit via, vt Messias veniat. Et merito quã gratia præsupponit naturam, & bonitas meritoria præsupponit bonitatem moralem. Scopus igitur & præcipuum Ioannis prædicationis intentum illud est, vt quantum in nobis fieri possit domino ad nos venturo viam præparemus, qui veniens omnia impedimenta tollerita vt illa via quæ antea erat aspera & tortuosa sit postea iucunda, alacris & læta: quod quidem omne Christus sito sanctissimo aduentu compleuit, ita vt ausus sit dicere. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Hoc modo amouit impedimenta Christus suo gloriosissimo aduentu: quia morte sua viã asperã planissimã fecit & leuem. Quis postquam Christus pro nobis mortuus est, incundum est non pati labores & persequationes? Hoc iter quod antea asperrimum erat, ob cuius difficultatem à paucis terebatur: postquam Christus id pertransiuit, ita planum, suaue, & iucundum fuit effectum: vt innumeræ virgines tenerrimæ, & in florenti ætate, gaudentes, & lætantes per ipsum ambulauerint. Quid dulcius tam dulce martyrium fecit? Vtique Christi aduentus in mundum. Dulce quidem est hoc iter ambulare, & propter Christum pati: postquam ipse pro nobis passus est. Nonne aliquando tibi iter facienti contigit socium itineris inuenire, qui ita dulcem & suauem haberet conuersationem, vt potius iucundus & delectabilis sit itineris labor quàm laborosus? Sic nimirum dulcis Christi conuersatio, qui vna nobiscum iter agit, quãdo propter ipsum aliqui labores suscipimus, huius vitæ labores & afflictiones dulces & suaues reddit. Quapropter Dauid in psalmo loquitur dicens. Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in viis eius. Vide & attentè considera, quomodo Dauid non vocat beatos homines quosdam, qui tam in patria fruuntur diuina essentia: sed illos etiã, qui dum in hac vita ambulant, & per viam dominicã tendunt. Et quare id? Non quidem ob aliud, nisi quia hi in laboribus suis tamã dulcedinem & suauitatem inueniunt, vt iamiam fruantur illa beatitudine & gloria, quam sancti possident in cœlo. Ideò ipsius regias vates addidit. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Obserua quod non dicit. Manducabis fructum laborum, sed mã ducabis labores. Agri enim cultor non laborem, sed fructum laboris comedit. Arat, & semina in hyberno tempore spargit: vt maturo tempore veris metat. Labor quippe est vineam fodere, fructus verò est vindemia. Ità in seruitute Dei labor est ieiunium, fructus vero laborum est saturitas in cœlo. Labor in hac vita sunt lachrymæ, fructus verò gaudiũ sempiternum. labor est persequutio, fructus vero æterna beatitudo. Et vide quod non solum dicit Dauid quod qui ambulant in viis domini fructum laborum comedent in gloria, sed etiam quod manducabunt labores. Nam non solũ securi Dei post hanc vitã fructu laborum gaudebunt in cœlo, sed etiam in hac vita illis gaudent, & se ipsos pascunt, & pinguescunt in gloriam animam suam. Non solùm fruentur fructu laborum, persequutionis & ieiunij in cœlo: sed etiam in hac vita ipsum ieiunium & persequutio dulcis cibus est & esca, quæ illos pingues reddit: ideò ait, quod manducant suos labores. Maiores nanque consolationes spirituales inter labores & angustias in hac vita habent iusti, quã impij in suis delicijs & voluptatibus. Vnde Augustinus hunc locum exponens inquit. Dulciores sunt lachrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. Plana quidem est via cœlestis delectabilior, & iucundior omnibus floribus & delicijs mundi. Illi qui nunquam huius itineris ingressum inceperunt, durum, & asperum illum esse dicunt. Maior fides adhibẽda est illi, qui apud Indos commoratus est, de rebus quæ aguntur illic: quam ei, qui nunquam ad eos nauigauit. Et enim sancti, qui iter dei & semitas ipsius ambulauerunt, suis literis & monimentis mandarunt, dulce esse & suaue Deo seruire. Auarus durũ iudicat, eleemosynam erogare: & libidinis vacans, castum esse & prælatus honoris cupidus, subditum fieri. His asperum & durum videtur iter cœleste, quia nunquam id ingressi sunt, nec sciunt quid sit Christo deseruire. Cui si ipsi se consecrassent, ipsa experientia certo viderẽt, iucundius esse & delectabilius hoc iter ambulare Dei, quã suis vacare vitijs & voluptatibus. Nõne aliquando tibi contigit statim cũ

à confessarij pedibus surgis tuis mundatus peccatis, ità contentum, & lætũ esse, vt prorsus videaris in ipso cœlo iam cõstitutus, propter sarcinã peccatorũ, quam deposuisti. Ovtinam vltèrius per ipsam Dei viam progrederis, vt videres quanta in ipsa adsit dulcedo: quandoquidõ in ipso itineris initio, hoc est relinquens anteacta vitã, tantam inuenisti animæ consolationẽ. Quando filij Israel tendebant in terram promissionis, arca domini ibat ante illos, ad explorandum illis requiem, & nubes etiam protegebat eos. Duo etenim cum eis qui ambulant viam suam dominus facit: quærit eis requiem, & mitigat illorum laborem in via. Vnde sanctus Dauid. In via mandatorũ tuorũ delectat⁹ sum. Sicut in omnibus diuitijs. Per via mandatorũ ibat Dauid, sed nimio gaudio & lætitia, ità vt caneret, delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Etenim etiam si in via domini sit aliquis labor, & mali & boni vna in hac vita ærũnas & labores patiantur, nulla tamen est collatio inter eos. Clarum nanque est maiorem esse laborem sine lumine & in tenebris ambulare: scriptura enim de malis inquit, quod ambulant vt cæci qui à domino peccauerunt. Salomon autem ait. Iustorum semita est quasi lux splendens. Videt boni vbi pedes suos faciat & cũ alacritate incedunt. Ideò Dauid crebrissime de hac via in illo Psalmo centesimo decimo octauo loquitur dicens. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Licet arcta sit via, quæ ducit ad vitam: ego tamen in latitudine cordis & lætitia eam ambulabam, cùm tecum vna irem. Si enim corpus meũ laboribus afflictũ & contractũ est, cor tamen meum dilatatũ est. Ideò subdidit. Cantabilis mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Cùm tu mecũ adfores socius hanc vitam, quæ locus est peregrinationis & laboris psallẽs ducebam. Eo enim modo dominus cũ seruis suis agit, tanquam dominus qui inuitat ad prandiũ aliquem amicũ suũ magnum, qui cùm ad conuiuium accedit & venit hora manducãdi, si cibus nõ tam cito est paratus, iubet statim dominus, vt ante prandium aliquod obsonium afferatur, quo interim famẽ sustineat. Ità nimirũ dominus iustis & amicis suis magnum & sublime cœli conuiuium habet paratum, interim tamen ne ieiuni sint, neue in expectatione deficiant, mittit illis in hac vita obsonium consolationum spiritualiũ, & gaudiorũ animæ.

Num. 10.

Psal. 118.

Sapho. 1. *Pron.* 4.

Mat. 7.

Ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genes. 28. ka Iacob cùm à fratre suo persequeretur in via vidit scalam illam attingentem cœlum, & dominum innixum scalæ. Hanc visionem nũquàm vidit Esau, etiam si magnis diuitiarũ cõpijs abundaret: neque unq̃ videbunt nisi scalam descendentem ad inferos, & dæmõe innixum scalæ & paratum, quemadmodum latro, qui non videt nisi scalam crucis, & carnificem iuxta illam. Relinquite iterum ò peccatores hanc viam inferni per quam rẽdistis, & viam domini quærite, & per eam ambulate, viam domino præparantes, rumpentes scopulos vestrarum passionum, & frangentes lapides vestri cordis, & antiquorum morũ muros. Christus nanque suâ dulcedine & suauitate cõsuetudine hanc viam leuem & amabilem facit. Sed de his iam sit satis, ad alia gradum faciamus. *Et videbit omnis caro saluitare Dei.* Caro hic pro toto homine sumitur, sicut etiam aliquando anima pro eo quod omnis homo, vt in Genesi dicitur. Omnis anima, quæ non circumciditur, &c. hoc per synedochen: qua figura sæpe scriptura vtitur: de cuius vsu videre placet Augustinum & Chrysostomum. Verũ vt pulchrè annotat Origenes cùm homo nominatur à principaliori parte dicitur spiritus: cùm autem ab inferiori dicitur anima, à deteriori verò dicitur caro. Vnde Paulus ad Galatas ait. Manifesta sunt opera carnis, hoc est hominis. Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Scriptura etiam alibi ait. Nõ permanebit spiritus meus in homine, quia caro est, hoc est terrenus, vitiosus, & impius, & totus voluptatibus deditus. Lege Ambrosium. ¶ Obserua etiam, quod omnis hic accipiendum est iuxta generis distributionem, incõplete, vt dialectici aiunt: vt sit distributio pro generibus singulorum. Nam non omnes viderũt Christum: sed ex omni populo, lingua, & natione aliqui: ita quod nulla sit natio, aut lingua de qua non saluentur, neque aliqua prouincia est in toto orbe vbi euangeliũ non sit prædicatũ, & ad quã Chri notitia non peruenerit. Sic in Apocalypsi legimus, quod illi senes adorantes agnum dixerunt. Redemisti nos domine ex omni tribu, lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Expẽde quod non dixerũt, redemisti omnẽ tribũ, omnẽ linguã, neq; omnem populum: sed ex omni tribu, & ex omni lingua, & populo: quia ex omni lingua aliqui ex omni populo aliqui, ex omni natione aliqui in Christum crediderunt, & illum per fidem cognouerunt, & salui sunt facti. ¶ Quamuis hoc etiã intelligi possit quo ad sufficientiam, licet nõ quo ad efficaciam: nam Christus pro omnibus mortuus est sufficienter, omnibus dãs salutem & redemptionem, quamuis nõ omnes suæ passionis fructum deprompserunt. Sic in præsentiarũ omniũ visibilis apparuit, & illũ omnis caro videbit: nã quantum in se est, omnibus patet, omnibus ostenditur, neminĩ denegatur. Quemadmodũ sol qui omnibus oritur in omnes suum splendorem & radios mittit: at si tu fenestram claudis, vel cubiculũ abis, tuæ imputabitur culpæ, si solem non videas. Omnis itaq; caro videbit salutare Dei: quia omnis qui illum voluerit videre, videbit: hoc est qui voluerit credere, credet. Nam fides, quæ donum Dei est, non negabitur facienti quod in se est. Sic etiam intelligendum puto illud Ioelis. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ. Quod autẽ hæc visio de visione fidei intelligenda sit, qua videmus hic (vt inquit Paulus) in speculo in ænigmate, ne dimini dubium est: cũ Christus in carne passibili à paucis visus sit, & non ab omni natione. Hoc etiam egregiè satis vaticinatus est Dauid dicens. Viderunt omnes fines terræ, salutare Dei nostri. ¶ Porrò saluatare vocatur hic à Dauide, & ab euangelista, & à Simeone cùm dixit. Viderunt oculi mei saluatare tuum: & à Iacob cùm dixit. Saluatare tuũ expectabo domine, quia saluté nobis tribuit & incolumitate. Omnes nos maxima premebamur infirmitate, quia tota species humana corruerat, & ita detinebamur peccatis, vt Oseas diceret. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, &c. Sicut cùm Ezechias infirmaretur iam iã morti propinquus, quẽ vt curaret in signum salutis sol descendit lineas: sic Christus Iesus verus sol institiæ & salutare nostrum, descendit vt languores nostros & infirmitates curaret. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu inuentus, vt homo. &c. Nõ immerito ille, qui salutem humano generi gratuito tribuit, saluatare vocatur. Vide igitur tu quanta animi lætitia & alacritate æger medicum, qui illum sanare potest, accipit: quẽ cipiẽ si sciat, tantam medicum habere potentiam, vt salutem præstare possit. Sic tu toto pectoris & animi conatu Christum debes suscipere venientem sanare vulnera & languores animæ tuæ. Ample ere igitur medicum hunc salutarem. Ipse enim est, qui ait. Salus popu-

Genes. 18. *Aug. tract. 105. in Ioan. & de orig. animæ ca. 17. & li. 83. quæst. q. 80. Chry. ho 65. in Gen. Ori. li. 9. in epi. ad Ro. cap. 15. Gala. 5. Gen. 6. Amb. cap. 3. com. epis. ad Rom.*

Apoc. 5.

populi ego sum: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Præpara ergo cor tuum, & dignũ ei hospitium, vt venientem postea seuerum iudicem secure illũ videas vsque in secula in cœlo regnantẽ, &c. Sed iam videamus, quid vltra beatissimus Christi præcursor populo prædicet. *Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizarentur ab eo.* Etenim (vt inquit Matthæus) magna erat multitudo gentium, quæ ad Ioannẽ concurrebant in deserto, vt baptizarentur. Tunc exibant ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabãtur ab eo in Iordane, cõfitentes peccata sua. Sed quid Ioannes dicebat, audiamus. *Genimina viperarum.* Mirum quidem est, vt cum Ioannes ad turbas loqui velit, tã aspero vratur exordio: vt genimina viperarum vocet populum. Sed sciendum est, aliam esse rationem alloquendi suos, aliã externos: aliã eos, qui ad fidẽ sunt introducti, & aliam deniq; ad eos, qui iam dudũ crediderunt. Hæc in scripturis sacris veteris & noui instrumenti facilè reperies, vbi prophetæ suos Israelitas seueriss ime reprehendere unt. Esaias ad suos in prophetiæ exordio statim aspere loquitur, dicẽs. Væ genti peccatrici, populo graui, &c. Ionas autem missus ad Niniuem ciuitatem externam, contẽtus fuit admonuisse vltionis, quæ post quadraginta dies ciuitati imminebat: & pepercit reprehensionibus. Sic Paulus Areopagum introductus studuit suæ philophiæ, quam rationem ab eo postulabãt reddi: & in increpationes nõ prorumpit, quatum tunc erant incapaces. Exterui erãt Athenienses: sed cùm alloquitur Corinthios qui iam erant sui summa virtute seueritate, maximè cum illo scorta tore qui nouercam duxerat, verbis agit & factis, & cum eis qui rantũ scelus nutriri passi sunt. Sic Stephanus cũ cerneret Iudæos tam obstinato animo resistere veritati, in acrẽ prorumpit reprehensionem dicens. Duri cernicẽ, & in circũcisi corde, vos semper spiritui sãcto restitistis. Hæc differẽtia, quæ ad suos, vel ad externos pertinet, seruari etiam debet, inter eos, qui vel modo crediderũt, vel iam diu in fide sunt versati. Et enim videmus in actis apostolicis ob eos qui noui erant in fide, Paulũ quædam seruasse legis cerimonias: quas tamen in Galatis reprehendit, qui ob rẽpus debuerant esse in fide solidiores. Sic in epistola ad Hebreos acrius inuehitur in quosdam. Cum deberetis (inquit) esse magistri pro tem-

Matth. 3. *Chry. hom. 13. & 25. in Ge. Esa. 57.* *Ierem. 5.* *Psalm. 48.* *Ezechiel. 2.* *Basi. in exa. hom. 8. & 9.* *Tertu cõtra Iudæ. ca. 4.* *Matth. 23.*

Universidad de Deusto Biblioteca

quasi dedignãs illorum progeniem. Ac si diceret. Non estis progenies Abrahę, sed progenies viperarum. Et quòd ista fuerit mẽs Ioãnis & sensus germanus huius loci patet, quia Ioannes statim dixit. Ne velitis dicere patrẽ habemus Abraham, &c. Potius nanq; dicẽdi estis filij viperarũ, cum ipsarum mores & consuetudines referatis, quam Abrahæ. Multi etiam nunc sunt similes istis qui de parentũ sanguine & stẽmatis gloriantur, & facta bona parentum extollunt & laudant: cum ipsi pleni sint peccatis & sceleribus & nobili suorũ sanguine abutantur. ¶Considera autem ad quantam miseriam homo per peccatum deuenerit. Quid enim obsecro miserabilius, aut lamentatione dignius, quã quod homo omittat nomen hominis, & asciscat sibi nomẽ bruti & irrationalis? Homo nanque animal est rationale: quando vero non vtitur ratione, iam hominis dignitate priuatur. Sic Iob erat homo: & addidit scriptura quod erat simplex & rectus. *Iob. 1.* Hoc quippe est esse hominem, habere animi rectitudinẽ & candorem: nam qui hãc non habet confertur à Dauide cum bestijs in psalmo dicenti. *Psalm. 48.* Homo cum in honore esset & non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Nõ dicit iumento in singulari, sed iumentis, quia omnia vitia animalium solus homo iniquus & sceleratus habet. Luporum enim habet cauillationem & voracitatem: leonum crudelitatem, & viperarum venenum. Vnde Esaias nequiorem bestijs hominem appellauit, dicẽs. *Esai. 1.* Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Et Dauid comparatus est, dixit. Peius nanque est cõparari quam nasci: nam nasci naturæ ipsi tribuẽdum est, comparari vero vitio. &c. Sed iam Ioannem audiamus. *Quis ostendit vobis fugere à ventura ira.* Vipera si tractes eius morsu, morieris. O summum miraculũ, quod Deus velit homines vipereos tractare. Tãta est ipsius bonitas & clementia, vt etiam si ipsorum morsu sciat interemptum iri, nihilominus cũ eis agere non dedignatur. Etenim certum est morsibus, id est pœnis peccatorum nostrorũ Christum mortuum esse. Peccata nostra ipse tulit, & ab eis dilaniatus est. *Esai. 53.* Quis obsecro vnquam vobiscũ tanta humanitate & clemẽtia est vsus, vt proprio mortis periculo vos tractaret, & à ventura ira fugere demonstraret? Pharisæi & Sadducæi erant isti, vt patet in Matthæo, *Matth.* & miratur Ioannes de eorũ cõuersione. De Sadducæis quia negabãt immortalitatẽ animę & futurã vitam: & hæretici raro conuertuntur, quãuis aliquãdo simulent cõfessionem mortis & vitę timore. Atque ideo mirandum est, cum conuertantur. Berengarius & Hieronymus de Praga, *Prouer. 2. Petri 2.* post adiurationem sicut canes versi sunt ad vomitum. Pharisæi vero quanuis catholici essent, & resurrectionẽ crederent: tamẽ quia vitijs & iniquitatibus erãt assuefacti multis iam retro diebus de ipsorum conuersione erat maxime mirãdum. Ac si diceret. Cum tam longe à Deo recesseritis, mirum est quod appropinquaris ad pœnitentiam. Caue ergo & tu ab his duobus statib*. Etenim difficulter hæretici & ille qui iam in vitijs obcalluit, ad pœnitentiam conuertitur. Mala quippe consuetudo post se ad quemcunque vetum huc & illuc eum rapit, & post se ducit in peccatũ, ita vt sæpius in hęreses & mille flagitia eũ impellat. ¶Expende etiam quod pœnis vitæ futuræ minatur Ioannes Pharisæos & Sadducæos: quia nullus illorum futuras pœnas timebat. Etenim Sadducæi nullam post hanc nobis manere vitã existimabant, & inde nullas pœnas. Pharisæi vero licet crederent pœnam futurã, tamen non timebant illã: quia ipsi in suã æstimatione iusti erant, & in suam iustitiam fidebant. Idcirco miratur Ioannes, quis apud vos tantum valuit, vt mõstraret vobis timẽdas pœnas iræ futuræ? Isti autem nõ alius est nisi Deus, quia ipse pulsat hominum corda, & erudit eos: vt recedant à malo. ¶Obserua autem quod fugere à ventura ira, est fugere à vindicta extremi & vltimi iudicij, in quo nemini de sua iustitia vel iniustitia defraudabitur, sed omnibus iuxta merita vel demerita reddetur. Stat nanque beatus Iob nos admonens. Fugitę à facie gladij: quoniã vltor iniquitatum gladius est. Vt hanc venturã iram possis subterfugere, opus est, vt in hac vita vitia & peccata subterfugias. Quis fugit à ventura ira? Ille quidem qui in hac vita à vitijs & peccatis procul recesserit. Nã ira & indignatio non venit super iustos, sed super peccatores. Cadent enim in retiaculo eius peccatores. *Psal.* Fuge ergo huius mundi gaudia, illecebras, honores, & seculi vanitates, vt Ieremias admonet dicens. *Ierem.* Fugite de medio Babylonis. Optimè & graphice mundum Babylonem appellat quia plenus confusione est, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nãc merito

rito hanc confusionem dices, vbi pluris æstimatur aurum, quam virtus: & vbi terrena & caduca bona, spiritualibus & veris bonis anteferuntur? Si mundus talis est, illũ fugias: ne in venturam iram incidas. Quam vt fugerent sancti monachi & eremitæ, à mundi tumultibus illecebris & honoribus recesserũt: contenti solum tunicis cilicinis, & frondibus arborum ad vitam transigendam, arctissimã agentes pœnitentiam, vt venturam domini iram possent euadere. Quare igitur tu in peccatis viuens & delicijs, hanc iram putas euadere? Fuge ergo ab huius mũdi vanitatibus, & dum viuis pœnitentiã agito, vt ventura pœna non te maneat. Quod beatus Ioannes sequentibus verbis docet. *Facite ergo fructus dignos pœnitentię.* Q. D. Si ab ira ventura vultis fugere pœnitentiã agite, quodquidem signa ostenditis, vos illam agere vel imperfectè igitur illam operamini. Et idcirco dixit, facite fructus dignos pœnitentię: Fructus est qui ab ipsa re prouenit: & est post ipsam rem. Pharisæi & Sadducæi pœnitentiam habebant, cum accedebant ad baptismum Ioannis, sed illam imperfectam. Profitebantur se esse peccatores, sed ab vsuris & sceleribus nequibãt recedere: vnde Ioannes illos admonebat, vt peccata detestarentur, & nunquã facies suas ad ea conuerterent, & vt pro peccatis dignã satisfactionem facerent. Quo circa obseruandum est fructus hic dixisse, & non flores, cõtra illos, qui flores tantum pœnitẽtiæ faciũt: & isti sunt qui incipiunt ad Deum se cõuertere, & bonorum motuum flores emittunt, quibus apparent se iam esse conuersos. Sed, *Prou. 26.* proh dolor, quod mouentur isti & trahũtur sicut ostium in cardine: nam nunquã illi motus & proposita ad expectatam maturitatem perueniũt: nec dignos proferunt pœnitentię fructus. Atque ità multi onusti frigidis & immaturis intentionibus in infernum præcipitantur. Talis fuit pœnitentia Achab, incepit *3. Reg. 21.* nanque seipsum in dominum cõuertere: sed in medio itinere defecit. Quapropter dixit dominus Heliæ, Nonne vidisti Achab humiliatum coram me? Ideoque in diebus eius non immittam mala. At Achab mortuus est in vitijs & peccatis, quia fructus pœnitentiæ non fecit, nec illam ad maturitatem perduxit. Præterea non tantum fructus pœnitẽtiæ, sed dignos fructus admonet Ioannes esse faciendos: quod dupliciter intelligi potest. Primò de pœna satisfactoria: vt quanta fuerunt peccata, tãta sit satisfactio, quæ peccatis correspondeat. Nam sicut per peccatum cõcessit homo voluntati suæ plusquam debuit: ità iustitia exigit, vt aduersus voluntatem suam tantum faciat seipsum puniendo. Sic in Apocalypsi habetur. *Apoca. 18.* Quantum se glorificauit in delicijs, tantum date illi de tormento. Et in Deuteronomio. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. *Deute. 25.* ¶Aduertendum tamen quod est contritio & satisfactio æquiualens offensæ seu culpæ, æqualitate proportionis per respectum ad hominis possibilitatẽ: hæc requiritur à nobis, non autem æquiparantiæ offensæ. ¶Secundò potest exponi, facite dignos fructus, propter charitatem: quia pœnitentia debet esse propter Deum summe dilectum, & procedere ex radice dilectionis diuinæ. Nam qui ex charitate non dolet, non agit fructus dignos pœnitentiæ. Sic fructum egit pœnitentiæ Antiochus, non tamen di- *1. Mach. 9.* gnum: quia non ex dilectione procedebat, idcoque non fuit dignus, vt exaudiretur à Deo, nec misericordiam fuit consequutus. Sic etiã Paulus loquitur de Esau, dicens nõ inuenisse locum pœnitentiæ etiam si cum lachrymis postulasset. *Hebr. 12.* Præterea Saul & Dauid reges Israel ambo fuerunt peccatores, ambo à prophetis correcti, *1. Reg. 15. 2. reg. 12.* & ambo pœnitentiã egerũt: sed Dauid misericordiã est consequutus, nõ tamen Saul. Cur dominus acceptauit pœnitentiam Dauid, non autem Saulis? Vtiq; quia Dauidis pœnitentia ex diuino amore procedebat, non tamen Saulis: quia ea de causa dolebat & angebatur, quia regnum temporale perdebat. Dauid autem pœnitebat, quia tantum & tam bonum Deum offenderat & fructus dignos egit pœnitentiæ, atq; ideo remissionẽ peccatorũ adeptus. Facite (inquit) fructus dignos pœnitentiæ, hoc est cor & spiritum per pœnitentiam & bona opera cũ Dei gratia renouate. Hoc ait non quia homo per se & ex suis viribus tantummodo id facere queat, quoniam gratiæ infusio à solo Deo est: sed quia homo ad gratiã se disponere possit per liberũ arbitriũ, & attritionẽ cũ Dei auxilio. Et facienti quod in se est Deus nõ denegat gratiã. Quid ad hæc dicũt Lutherani? Si nihil possumus efficere, cur Ioãnes spiritu sancto afflatus & plenus nobis, pręcipit, vt faciamus fructus dignos pœnitẽtiæ? Deus nõ præcipit nobis impossibilia, qui & alibi dicit. Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. *Luce. 13.* Nã si impossibilia præcepisset esset impius & iniustus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustus: ergo id nobis præcipit quod est in potestate nostra constitutũ, & præcipit hoc à nobis fieri: ergo possumus illud facere & operari. Restat igitur vt nos id opere cõpleamus.

Deus nãq; adiuuabit nos gratia sua: quia hęc innouatio nõ potest fieri absq; Deo, vt egregius canebat vates. Cor mundum crea in me *Psalm. 50.* Deus, & spiritũ rectum innoua in visceribus meis. &c. *Et ne cœperitis dicere, patrẽ habemus Abraham.* Falso nanq; & amentissimè putabant multi ex pharisæis, quòd etiã si grauissima peccata cõmisissẽt, nõ ideò erãt puniẽdi, etiã si nullã egissent pœnitẽtiã, quia filij Abrahæ erant: quod quidẽ quã ridiculũ sit, nemo sanè mentis homo id non iudicabit. Ideoq; Ioannes hũc errorem ab illis expellit, dicẽs ne in hac re multum fidant: si ipsi ex sua parte non satisfecerint. Nam cum ipsi pessima opera facerent, nõ filij sancti patriarchæ Abraham erant reputãdi, sed dæmonis: vt ipse Christus dixit. Vos ex patre diabolo estis. hic *Ioan. 8.* etiam parentibus horum Iudęorũ olim dixit *Ezechiel. 16.* Ezechiel. Pater tuus Amorrœus, & mater tua Cethæa. Harum barbarum nationum vocat Deus populũ Israel filium: nõ quod talis esset per naturam, sed per imitationem. Inaniter gloriabantur isti se patrem habere Abrahamum, cum tam dissimiles essent in moribus. Quid prodest vnulo si profluat ex puro & salutari fonte, si ipse sit spurcitijs & immũditia plenus? Quid prodest filio parentũ nobilitas, si ipse de prauatis & turpibus moribꝰ sit imbutus? Sed de istis nonnihil postea dicemus. ¶ Nunc autem perpende quomodo homines omnibus Dei beneficijs abutatur. Decreuerat Deus vnã gentẽ ex omni fœce generis humani eligere, per quã exerceret mysteria, quæ ad salutem generis humani pertinerẽt, & ex qua ipse filius Dei carnẽ acciperet, *Psalm. 73.* & salutẽ operaretur in medio terræ. Hoc tã ingẽs beneficiũ intelligere debuissent Iudęi, & rectis atq; honestis factis præ alijs gentibus ita illustres esse, vt gloriari possent, ac dicere. *Psalm. 75.* Notus in Iudæa Deus, & in Israel nomẽ magnũ eius. Et factus est in pace locus eius, &c. At illi genus quidem suũ iactabãt: sed facta tanto genere digna præstare, non erat illis curæ. Hunc illorum tumorem reprehendebat *Hierem. 7.* olim Hieremias dicens. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: templum domini, templum domini, templum domini est. Etenim existimabant illi, nunquam permissurum dominum, vt memoria gentis illius abo leretur, propter magnificũ illud & egregiũ templũ, quod tuo nomini Hierosolymis erat dicatum: cumque propheta eis minaretur interitum, respondebant ei. Abijt vt dominus propter peccata nostra deuastari permittat templum: quod suum est, magis quam nostrum. Quapropter monebat illos propheta ne fiderent his mẽdacijs & vanitatibus: ostẽdebatq; illis, quid deberent facere, vt propitiũ & aduocatũ Deũ haberẽt. Bonas (inquit) facite vias vestras & studia vestra: & habitabo vobiscũ in loco isto, dicit dñs exercituum Deus Israel. In eundem modum inuenies illos iactantes in euangelio & dicentes. Semen *Ioan. 8.* Abrahæ sumus, nemini seruiuimus vnquã: & quomodo tu dicis, liberi eritis? Dñs vero nõ agnoscentibus aliam nobilitatem nisi corporis, docuit illos eam vere seruituterm esse, quę à peccato ꝓficiscitur: atq; ita dixit illis. Amẽ dico vobis, omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioannes itaq; sciens Iudæas hoc morbo laborare, admonet ne frustra gloriẽtur, se patrem habere Abraham: nisi addant facta tanto parente digna. An nõ erat bonũ vt Iudæi cõfiderent in patre suo Abrahamo? Nonne sancti orant pro peccatoribus? Nõne Stephanus orauit pro Paulo? Verũ est, & bona est oratio, & intercessio sanctorum: sed oportet vt tu etiã, quidquid in te fuerit, suppellectilis addas. Etenim sancti in cœlo pro impijs intercedũt: sed cum eorũ intercessio Deũ nõ obliget, vt faciat quæ ipsi orãt & petunt: consiliũ est salubertimũ & prudentissimũ, vt nemo solũmodo illi baculo innitatur, sed pro virili contendat iniquitatem fugere, ne in ea moriatur. Vnde Petrus. Dabo operam frequenter habere vos post obitũ meũm vt horũ omnium memoriã habeatis. *Quod* Petrus promisit in carne, præstat in cœlo. Orabit & orat pro omnibus, sed non omnes eius oratione ſiluantur: sed tantum illi, qui electi & præordinati sunt in vitam æternam. Noluit Deus acceptare preces Samuelis, qui pro Saule orabat: quem Deus abijcere statuit, nec preces Ieremiæ suscepit pro populo deprecanti, quem relinquere decreuit. Ita sancti pro omnibus orãt: sed vnde tu scis, ex eis esse, quibus Petri vel sanctorum oratio proderit? Noli ergo orationibus sanctorum fidẽ confidere: si iniquus esse vis. Sed ad Deum conuersus innoca sanctos patronos, nõ alias nam si tuorum peccatorum stercore adhuc es inuolutus, quid sanctorum meritis con-

dis? Vana est hæc tua confidentia. Sic isti Iudæi cum male & pessimè viuerent, confidebant meritis & orationibus Abrahæ, cuius precibus sese saluandos existimabant: quod erroneum erat, & ineptissimum. Quierror inde prouenire poterat, ex eo quod habetur *Leuitic. 26.* in Leuitico. Nam cum Deus numerasset omnia mala, quæ missurus erat populo illi, dixit in fine. Tunc recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Abraham, Isaac, & Iacob. Quod illi intelligere deberent faciẽtes pœnitentiã, ad illius modum qui aliquã rem recordatur, illis parcerer, quia misericors est: & diligit semen Abrahæ quod nõ permittit perire. Nã cum haberent patrem Abraham de suis meritis confidentes, iniquã & turpem degebant vitam, solum hoc cõtenti quod filij Abrahæ haberentur. Quod quidem multi etiam sunt monachi, qui imitentur, dicentes patrem habemus Benedictũ, Augustinũ, Hieronymũ, Franciscũ, & Dominicum: & dicunt sicut Iudæi patrem habemus Abraham. Patrem (inquiũt) habemus Dominicum vel Franciscũ, & alijs narrant egregia facta, & mirificis encomijs prædicant laudes fundatorum religionum. Et dicunt. Noster ordo tot habet sanctos in sanctorũ catalogo scriptos, tot summos pontifices, tot cardinales, episcopos, & magistros, & in his gaudent, & inaniter gloriantur: cum nimiũ à vera sanctorũ patrũ virtute sua impietate, & morũ tepiditate degenerẽt. Quibus meritò dicere possumus, illud, *1. Cor. 1.* quod Christus Iudæis. Si filij Abrahæ essis, opera Abrahæ facite. Quos etiam hic beatus Ioannes monet, ne vana spe fallãtur. *Dico enim vobis, quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Abrahæ est in dativo, sicut illud actuum apostolorum. Nunquid in *Act. 1.* hoc tempore restitues regnũ Israel? Pro ipsi Israeli. Sed mirum videtur quomodo possit Deus hoc facere cum Abraham iam obierit: & carnales filij ex carnali semine propagentur. Nam bene Deus ex lapidibus quos tunc Ioannes digito ostendebat poterat homines facere, & ex nihilo creare: sed quod isti homines sic facti & creati essent filij Abrahæ, impossibile videbatur. Sed cum Deo nihil impossibile sit & potestas eius sit infinita, multis modis hoc facere potuit. Primo quia potest transubstantiando conuertere vnum in aliud subsistens, sicut quotidie facit in sacrosancto Eucharistiæ sacramẽto, vbi fit transubstantiatio, nam substantia panis conuerti tur in substantiam corporis Christi. Et sic lapides in Iudæos tunc vel nunc existentes conuertere poterat. Item potuit hoc facere suscitando Abraham, & lapides in semen eius cõuertere. Multis etiam alijs modis nobis ignotis poterat Deus hoc efficere. ¶ Ad nostram tamen eruditionem ex hoc loco licet colligere, non de parentũ stemmatis aut sanguine gloriari: sed ita boni & virtutibus imbuti simus, vt à nobis ipsis nobilitas generis incipiat, quãuis progenitores nostri nobiles non fuerint. Esto tu studiosus & à te nobilitas tuæ sobolis orietur quanuis aram tui cã nõ habuerint: nã si moribus & vita deteriores, in te finitur tuorũ parẽtũ antiqua nobilitas. Etenim melius est principiũ esse nobilitatis, quam finis: & melius est nouã domũ nouis & egregijs factis erigere, quam antiquam obscuris sceleribus demoliri. Virtus est virtutibus domum condere, & vitium illam destruere. Es enim ad videndum non lucẽ quæras in oculis alienis, nisi propijs oculis illam habueris: nihil enim aut parũ claritas & celsitudo alienæ nobilitatis tibi proderit, nisi tecum illam habueris. Quo circa optimum est bonum & nobilem esse, quam à bonis & nobilibus descendere. Magnum quippe signum est re non esse bonum, quandoquidem alienam bonitatem opus habes emendicare: & quia veram in te nobilitatem nõ habes, à tuis parentibus illam petis. Argumentum quidem euidẽtissimum est nimis pauperem & egenum nobilitatis esse: quandoquidem aliorum factis & virtutibus teipsum locupletare vis. Illa vera nobilitas est, quæ sanctis & bonis moribus animam ipsam pulchra & formosam reddit: nam morum & vitę claritas & splendor hominẽ gratũ Deo efficiũt. Gloria eorũ (inquit Oseas) à partu, & ab vtero, & à conceptu. Ea *Osea. 9.* etenim quæ sibi deberent esse argumentũ, vt studiosè & castè viuerent, occasio illis sunt vt peiores & deteriores euadant. Nanque sanguinis & prolis nobilitas nobiles cogit, vt ipsam virtutem sequantur vt ataui & proaui fecerunt. Nobilitas quippe est pactum quoddam & iuramentum, quod tales obseruare in perpetuum debent ad imitandum & sectandam virtutem: at qui id non faciũt, veluti monstra sunt & à vera natura degenerantes. Ne igitur te ipsum iactes, nec glorieris de antiquorum stemmatis: quia audientibus testimoniũ exhibes tuæ infamiæ & inficitię. Dominus enim Saulẽ elegit in regẽ Israel *1. reg. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum ex infima familia & ex minima tribu illius populi esset. Potius dominus ad hominē attendit, quam ad illius nobilitatem. Et cum
1. Cor. 1. Christus in mundum venit nō elegit nobiles) vt inquit Paulus) sed ignobiles & contemMatth. 4. ptos, quales fuerunt piscatores illi & discipuli eius. Et ipse redemptor vt eorum arrogantes animos & elatam superbiam reprimeret, qui in similibus vanitatibus confidunt, & de
Ioan. 10. eis gloriantur, dixit se esse pastorem. Proijce à te quæso hanc insaniam, & reminiscere vilem puluerem & cinerem esse, & quod nec tibi ignoscent vermes: qui etiam eos qui te genuerunt, deglutiunt. Nobilitas nanq; quā ab illis accepisti, est mortalitas & corruptio. Hæc sunt arma quæ in tuis stemmatis debes depingere: nec illa supra portas domus constituas, sed potius in tui cordis abditis & penetralibus reconde. Hi pharisæi & Sadducæi gloriabantur se patrem habere Abraham, & ab illo ortum ducere: quodquidem in maiorem illorū cedebat ignominiam: quandoquidem secundum rei veritatem ex ipsis lapidibus poterat Deus filios Abrahę efficere. Sed iam ad contextum. *Iam securis ad radicem arboris posita est.* Ac si diceret. Iam securis posita est ad radicem arboris diu toleratæ. Succidetur à stirpe populus Abrahæ, & interētur gentes. Securis diuinum est iudicium, & ira Dei, in dignos à vita resecans, nisi pœniteāt. Admota tamen est securis radici, non ramis aut trunco: quia funditus est euertenda nisi fructus dignos pœnitentiæ egerit. Poterant enim dicere pharisæi. Volumus facere pœnitentiam, sed non opus est vt statim ad hoc cōnemur, quia adhuc manet nobis tempus: Ioānes autem dicit non esse expectandum, quia iam venit tempus, & securis ad radicem arboris posita est, & appropinquat tempus exilij. Dicebat hoc Ioannes qua præcisio eorum iam appropinquabat. Vaticinatur quippe exilium Iudæorū. Iam appropinquat tēpus desolationis Iudæorū, & cessabit sacrificium vestrum, & ceremoniæ vestræ, & synagoga sepelietur. Potens est enim Deus ex lapidibus gentiū suscitare filios Abrahæ: hoc est veros Israelitas fideles & credentes, sicut fuit Abraham, qui quanuis nō sint ex eius lemine propagati, tamē fide erunt filij eius fideles. Nam omnis arbor quæ non facit fructū bonū excidetur, & in ignē mittetur & ardebit. Ideoq; statim facite fructus dignos pœnitentiæ. Nō ait iam secat, sed iam posita est ad arborem, vt significetur in hac vita esse tēpus huius iræ per pœnitentiam fugiendæ. Nec ait securim hanc ad motam ad arboris ramos vt maneat post mortē spes aliqua pullulādi, sed ad radicem vt funditus euellatur, & in ignē extinguibilem mittatur, sine vlla spe remedij aut pœnitentiæ: sicut est arbor radicitus secata. ¶ Iam hic vides quomodo pœnitētia ex timore facta nō sit mala: vt impiè docēt Lutherani. Nā Ioānes timorē mortis & gehennæ hic incutit peccatoribus. Etenim si peccatorum dolor & pœnitentia quæ à timore seruili inchoatur, bona nō esset, nunquā Christus peccatorees ad pœnitentiam hortaretur, dicens inferius. Nisi pœnitētiam egeritis, omnes simul peribitis. De hoc mortis & iudicij timore multa etiam differit Christus apud Matthæū. Et in illa parabola cū misit vocare inuitatos, iussit vt compellerētur ad intrandum: vbi non suaui tractione, sed per quandā vim & violentiā ad ingressum cōpelli iussit. In illa etiam parabola de impio illo seruo, qui fratri suo centum denarios dimittere noluit, iubens illum in carcerem detrudi, timorem & terrorē incutit Christus. Igitur aperte ex his omnibus constat nō esse malā pœnitentiā ex timore procedentē. Vt enim ab inordinato amore creaturarū reuocetur peccator, bona & salutaris est timor gehennæ: vel alterius cuiuscunq; terribilis pœnæ. Sicut bruta animalia abeicis quas maximē cōcupiscunt coercentur. Etenim si cani ad cibū currenti baculū proijcias, statim pedē sistit si minēris arcu, retrahit paulatim pedes: si acerbius agas, & vehementiori impetu contra illum insurgas, protinus de relicto, quem concupiscebat cibo, fugam capescit. Sic etiā timore pœnarū possunt cohiberi peccatores à suis illecebris & voluptatibus. Verum licet mala non sit hæc pœnitentia ex timore facta: tamen nō remittit peccatū nisi vltra progrediatur, scilicet; nisi ex timore transierit ad amorē. ¶ Admonere locus iste vt bonū semper insequamur, & fructus bonorū operū edamus: ne inutilitatis, & sterilitatis arguamur. Nanq; si arbor non producit fructus, ad nihil aliud prodest, nisi vt scindatur, & ignē mittatur: quemadmodum deficuilla sterili quam dominus tribus annis expectauit: at videns eius infœcunditatem scindi iussit. Vidisti ne vnquam obsecro pyrū abundantem & fœcundam pyris in ignem mittere? Vtinā ne tanquā arbores infructuosas nos in ignem Deus mittat, & virę curiam impediat

impediat, & rapiat tanquam ab indignis possessoribus. ¶ Docemur etiam vt protinus manus ad aratrū mittamus, & agamus pœnitentiam: quandoquidem nescimus qua die, vel
Eccles. 5. qua hora mors sit ventura: iuxta illud Ecclesiastici. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem pœnitētiā: quia subito venit ira Dei, & destruet te in die vindictæ. Væ illis, Væ illis, qui cum secutis iam posita sit ad arborem, & caput eorum canis sit plenū: non videt quomodo cito transit dies & hora pœnitentiæ, nec aduertunt quomodo dies salutis abeat. Mirum est te tam pigrum & inertē videre, cum mors ad ostium domus tuæ sit. Attende obsecro & vide, quod iam securis ad radicem arboris posita sit. Respondeas oro & obtestor quicunque sis, qui hæc legas: quando securis arborem scideris, in quā partem arbor cadet? Equidem ad eam partē inquam antea procliuior erat. Nā si magna aliqua arbor in sinistrā partem omnem suam molē & ramos incuruat, si hæc talis scindatur, dubio procul in sinistrā manū cadet. Si igitur tu omnia desideria tua, affectiones, & cogitatus in res mūdanas conijcis, & omnes curæ & solicitudines tuæ nō nisi honoribus, diuitijs, & voluptatibus studēt, dum hæc tibi durat vita: qui fieri potest, vt cum mors venerit in dextrā Dei fœlicissimā beatorū sortem cadas? Difficile erit in vitam intrare. Væ illis qui in vitijs & peccatis vitā degētes, vane cōfidunt futuros esse cœli, & beatarum sedium incolas: nam illa sors illis sæpe numero cōtingeret, quam semper in vita amarunt, & delixerunt. Quo circa maxime curādum tibi est, vt talis viuas qualis cupis in morte reperiri. Hoc igitur cum ventura die cōtingere possit, quā do iam securis ad radicem arboris posita est, vitam tuam sanctis institutis & moribus dirige, nec dicas: cras istud faciam, subinde repetens. nam de quocunque temporis momēto arctissima tibi exigetur ratio. Totis igitur neruis incumbe, vt ad bonam partem cadas: nā vbi ceciderit arbor, ibi perpetuo manebit, iuxta illud. Vbi ceciderit lignum ibi erit, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem. Hæc omnia dicta diligenter obserua: nam si rursus feceris, aduersus te sententia Ioannis fulminatur. *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonū excidetur, & in ignem mittetur.* Hoc est, Omnis homo adultus, & rationis compos, qui nō seruat præcepta, & mandata Dei, excidetur & separabitur à consortio electorum: iuxta illud Esaiæ. Tolletur impius, ne videat gloriā Dei. Et in ignem infernalem in iudicio hoc particulari anima eius mittetur: in iudicio vero vniuersale anima simul & corpus. Vnde saluator, Omnem (inquit) palmitē in me non
Esai. 26. Ioann. 15. ferentem fructum tollet eum: & in ignem mittet & ardet. Omnis homo siue iustus ille sit, siue peccator: quasi quædam arbor censētur, & tali nomine in scriptura sacra nuncuparur, Vtrunque enim iustum & peccatorem arboris appellatione Deus significauit, cum per Ezechielem ait. Ego dominus humiliaui
Ezechi. 17. lignum sublime, & exaltaui lignum humile. Quod apertius Christus dixit. Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.
Luc. 14. & 18. Fructus huius arboris sunt opera: radix siue bona siue mala est appetitus siue bonus siue malus. Præsciduntur rami, quando desinit iustus bona facere, vel facit mala: & etiā quādo malus non agit malum, vel facit bonum. Sed quia radix in eo manet, scilicet bona voluntas in iusto, & mala in peccatore: statim ad odorem aquæ spiritualis iustus bonū germinat. Cum enim de Deo audit, & mortem meditatur, operatur bonum: quia radix in eo manebat. Exemplū huius rei est in Dauide, qui peccans, præscissus est à Deo: non tamen sine germinandi spe. Nam cum Nathan illū
2. reg. 12. de peccato redarguit, ad odorem illius aquæ reuixit, & flores pœnitentiæ germinauit. Vnde Iob. Lignum habet spem, si præscissum fue
Iob. 14. rit: rursum virescit, & rami eius pullulant. Si militer peccator licet rami eius præscindantur, nisi eradicetur spem habet, nam ad priora peccata se cōuertet: etenim oblata occasione ad vitia priſtina redibit. Et tales sunt qui in sancto quadragesimę tempore à vitijs purgantur, aduentante autem paschate: tanquam canes ad vomitum præcipites irruunt. Sicut bonus facit comam, vt ait Iob:
2. Petri. 2. quia melior & sanctior fuit: sic malus facit comam, quia tanta multitudine vitiorum obruitur, quanta prius premebatur. Sed iam singula verba vtpote mysterijs plena attentius veniunt perpendenda. ¶ Omnis (inquit) arbor. Omnis siue nobilis sit, siue diues, rex, siue pastor, cuiuscunq; ille sit status, aut cōditionis non effugiet à vētura ira. Omnes enim in manus domini cadēt. Existimas ne tu quāuis ditissimus & potentissimus sis: nisi rectā egeris vitam, iram domini euadere? Etenim magnates, & potentes iudicāt, quod quemadmodum prospere & fœliciter & secundis

Universidad de Deusto
Biblioteca

relens fortunæ hæc vitam transeunt, nunquã vitabos esse malignos, attendentes ad id quod scriptum dicit. Peccatores peccauerunt tormenta patientur. Oculo igitur mentis aperiant, & videant quod omnis arbor quantumuis maxima, alta, & quantis altissimas egerit radices: & quamuis frondibus & pulchritudine ramorum nitescat, tandem si fructus non emittat bonos, excidetur, & in ignem inferni deportabitur. Manus igitur habeant liberales in pauperes, & egenorum & pauperum miserantium, a blandis & delicatis lectulis surgant, & sanctis operibus se exercentes, memoriam eternus ille sperent vasis & magnis gaudijs. ¶ Fructum etiam dicit bonum, nõ solum quia Deus non tantum ab homine Christiano verba bona petit, sed recta & sancta opera. Elaias etenim diuino ore loquutus nõ dixit. Discite bene loqui, sed discite benefacere. Etenim perfectio Christiana nõ verbis sed operibus constat: nunc autem quæ huius tempestatis infelicitas est, non aliud in multis hominibus inuenies, quam verborũ frondes, non autem bonorum operum fructus.

¶ Obserua etiam quod non dixit, quem fructum arbor productura esset, quia vnicuique arbori datur speciali fructus. Vnicuique enim donat Deus mensurã spiritus diuidens singulis prout vult; ideoq; vnusquisq; iuxta talentũ sibi traditum affert fructũ. ¶ Præterea non dicit, quæ non fecerit, vel quæ nõ fecerit, sed quæ nõ facit fructũ, vel nõ faciens in præsenti, nõ autẽ in præterito, aut in futuro: quia non sufficit semel aut bis bonũ fecisse, nisi semper facias, & in eo perseueres. Nec dicit fructum magnũ, sed fructum bonũ. Nõ enim in iudicio a te quæretur si plures ecclesias ædificaueris, vel monumenta posteritati mandaueris: sed si inimicos dilexisti, & fame pereuntes adiuuasti. &c. Quia licet pium sit opus ecclesias & xenodochia edificare, præstantius tamẽ inimicos diligere & proximo extremẽ indigenti subuenire. Hæc oportet facere, & illud nõ omittere. ¶ Expẽdetiam, quod nõ dicit. Arbor quæ fecerit malos fructus, scilicet homicidia, furta, & id genus alia: sed quæ nõ facit fructum bonum, quare peccata omissionis damnantur hic. Itaque si peccatum omissionis dignum est igne inferni: quam acerrime punientur peccata commissionis in inferno? Si inutilem arborem, quæ bonum facere negligit, sic Deus castigat: quomodo putas quod punientur adulteri, & homicidæ? Ex hoc loco satis apparet conclusum, quod sola omissio committit peccatum mortale: nam hic de omissionis peccato loquitur: quia non tantum ille qui malum facit, damnabitur: sed etiam qui bonum omittit, ad quod tenetur. Cuius rei exemplum est, ille inutilis seruus, de quo dominus in euangelio Matthæi ait, Inutilem seruum proijcite in tenebras exteriores. In iudicio namque generali & extremo peccata omissionis contra malos sunt discutienda. Arguentur etenim de bonis quæ nos egerunt. Esuristis & non dedistis mihi manducare: sitiui & nõ dedistis mihi bibere, &c. ¶ Rursus aduertendum est, quod non dicit arborem eradicandam, sed excidendam: quia vir impius cum moritur radices reliquit in terra. Nam radix quæ voluntas, seu affectus, suus appetitus est, mortuo impio manet in terras nam licet peccat, quia in vita sua desideria in terra collocauerat, in terra manent desideria illa, opes, diuitiæ, & memoria, obstinatis in malo, & plenus illis desiderijs: & sic in malo permanet inuolutus suis terrenis desiderijs. Sed iustus, quia ea quæ obtinere erat erat celestia, nõ reliquit radices suas in terra: nõ excinditur, sed totus in cœlum euolat. Nihil in terra amatum reliquit, siqui de nihil in terra cõcupiuit. ¶ Deniq; obseruãdum q; vbi nõ dicit, q; in ignem mitterur: quia arbor quæ igne bono & cælesti, hoc est Dei dilectione & amore calefieri noluit, igne malo & infernali cõburatur vt pœna correspondeat delicto. Imo vero arbor quæ malo igne & carnali exarsit, igne vehementi torqueatur. Mitti autem dicitur: quia in eius potestate non est, non mittificut lignum quod in potestate est mittentis. Etenim illa misera anima quæ poterat voluntarie pedẽ ab igne subtrahere in hac vita, & noluit: quamuis post mortem nolit, in ignem mittetur, nec facultatem habebit postea ab igne euadendi, sicut non habet arbor in rogum conjecta. Vt igitur arbor quæ in ignem conjicitur, per se ignem euadere non potest, ita nec misera anima vbi infernum defecerit. Tunc enim quos ignis tanti amoris diuinus calefecit: ignis tanti dolotis exuret. Vt quos ignis charitatis & amoris camin' æternitatis nõ excepit, excipiat ignis ille furoris & iudicij nationis domini. Væ igitur peccatori, qui tã male elegit. Nanque si ignem charitatis eligeret, qui sicut ignis materialis saporem omnibus codimentis confert: ita cundam virtutem in hoc

in hoc seculo degeret. Quid amonominia diuitiæ facit, & nomẽ difficultatis ignorat, posteriores vero in seraphicis choris cum angelis lætarentur. Sed matutè stultus & demens hic ardens & torqueri igne cupiditatis & ambitionis, quo igne peccatores hic cruciatur, & postea in futuro cõburiquã hinc cũ Christo exultaret & cum sanctis gauderet & posteam æternũ lætari. Sed iam de his sit satis: sequentia videamus. Cũ igitur Ioannes hæc populo prædicaret, tota erat ipsius verborũ efficacia, vt dicerẽt, Quomodo saluti & remediũ possimus eorũ currere? *hæc interrogabant eum turbæ dicentes. Quid ergo faciemus?* Vulgus hominũ simplex interrogat, sicut in Actis apostolorũ legimus, q; cõpuncti corde dixerũt apostolis. Quid faciemus viri fratres? Sed Pharisæi & scribæ non hoc fecerũt, quia difficulter corrigũtur sapientes & magni in suo sensu cõdi, sicut apud Ioannem dixerũt. Nunquid ex principibus credidit in eũ, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Quod etiã quotidie fieri videmus, literati se ipsos de sua scientia gloriantes: & sapientes in oculis suis, sæpe irridẽt homines, qui conuertũtur: ipsi vero suo ingenio inflati indurati manẽt. Diuites & potentes posteriores sunt in obsequio Dei, cũ in delicijs & voluptatibus huius seculi desipiant. ¶ Ex quo docemur potius nos debere gaudere si in hoc seculo simus ex sorte humilitũ, & contemptorũ: quam si optimates & capita populorum iudicemur: quandoquidem paruuli in obsequio domini priores sunt. Vnde dñus Psalmo. Noli altum sapere, sed time. Si vis in cælo magnus esse: humilis in mundo esto. Igitur hæc turba videns sanctissimũ Ioannis, & vitam arctissimã, & quod nihil nisi eorũ saluti intenderet verbis, eius fidem præstitit: idcirco, perentes consiliũ quæ rebant ab eo, quid facturi essent. Actũ dicerent. Siquidem tam aspere & acriter nos increpasti: & tantum dicis nobis imminere periculum: quod nobis exhibes consilium, vt euadamus mala quæ comminaris. ¶ Obserua autem quod non dixerunt. Quid dicemus, sed quid faciemus? Melius quidem & rectius intellexerũt hi, qua in cœlũ esset eundũ via, cui impius ille & sceleratus Lutherus, qui sola fide satis esse dicebat sine operibus ad salutẽ. At hi quoniã cognouerũt necessaria esse bona opera: interrogarunt quid facere deberet, vt fieret salui. *Respondit autẽ dicebat illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat.* Interrogauit Ioannes de salute obtinẽda, ab operibus misericordiæ inchoat: nam de illis in vltimo iudicio peccatores arguentur. Tunc enim vt in Matthæo habetur his qui à sinistris erunt dicet. Matth. 25. Esurijui & non dedistis mihi manducare, sitiui & non, &c. Breuis est Ioannis in verbis, sed abundant eius verba mysterijs. Primo enim dixit verbis oleomosynas ẽmendatis, secundo euisceranda sit addit. Tertio charitatem & ordinẽ faciẽdi eleemosynã innuat. Sed singula iam expendamus. Formidanda equidẽ sunt verba Ioannis. Si enim opus pertinet de vltimo terrore, & potestatis, & pœnis, quis non de vltimo rigore, & pœnis, & asperitatibus erogandũ quid in diuino iudicio reputabitur? Qui thesaurizat ecclesijs preciosis, nõ cessans abundare, qui tot & tendoria gemmata quotidie parat, qui tantã sibi pecuniã congregat, pauperibus vero parcit, seu tenuia impendunt. Vnde si de patrimonio proprio seu possessione propria facere, tam impiũ & atrox damnabitur: quis aliquin quæret de patrimonio crucifixi dare his ecclesijs quæ pauperibus sunt consecratæ, preciosa curiosis, & superbis vestimenta habere, delicate ac splendide epulari, pauperibus aut parum aut nihil præbere. Sed horũ vana cogitatio & error est, non existimant, quod id quod pauperibus bonus amittũt, & perdunt: & quod illi nullam eorum vultis tem cedit; nam in area iam non intendunt quod pauperi dederũt. Quinquidẽ signa manifesta exhibent sua fidei: quando qui dem non credunt Deo, quæ in scriptura sacra sæpius dicit, quod non amittitur id quod in pauperes dilimbitur, sed potius in sicuro loco conseruatur, & multiplicat. Illud dominus non sine magno fœnore. Vnde egregius Psalmo. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculũ seculi. Dispersit dicit virum iustũ res suas in diuersos pauperes, sed eleemosyna sua non est perdita, sed manet in seculũ seculi. Et in proverbijs. Qui dat pauperi nõ indigebit: qui despicit supplicationes penuriam, Illi viduæ quæ Heliæ hospitiũ dedit nec oleum nec farina defuerunt. Etenim quia homo misericors bene dispensat pauca bona sibi commissa, ideo merito super multa constituitur: iuxta illud quod Saluator dixit. Serue nõ fidelis. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Hac de causa in scriptura semini cõparatur sicut apostolus de eleemosyna ait ad Corinthios.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 9. thios scribens. Qui parce seminat: parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Semen enim videtur perdi cùm seminatur: sed multo meliùs seruatur, & multiplicatur. Sic eleemosyna cùm datur seruatur, & cum usuris acquiritur. Ideò Eccles. 29. Ecclesiasticus. Perde pecuniam propter fratrem, & non abscondas illam. Vide quàm bonum consilium sit dare pauperi: nam res nostras amittimus, quę diu durare non possunt, & facimus illas æternas & immortales. Si frumentum seruas, illud perdis: & si perdideris, seminans renouas: solas enim quas dederis, semper habebis opes. Præterea semen absconditur: sic eleemosyna occultè eroganda est. Eccl. 29. Vnde in Ecclesiastico habetur. Cõclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Et dominus in euangelio. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Quod declarans dixit. Cùm facis eleemosynam, noli tubam canere ante te. Item in vno anno seminatur & in alio legitur. Sic eleemosyna in hyeme huius vitæ seminatur, & in vere gloriæ colligitur anno vẽturo vitæ æternæ. Deinde semen gelu pressum & retardatum vberius fructificat. Sic eleemosyna quæ aduersitate premitur, maiorem habitura est remunerationem: & sic eleemosyna quæ occultè fit, digna est maiori remuneratione, quam illa quæ laudatur. Denique & hoc mirabile est quod semen eleemosynæ magis multiplicatur & augetur in sterili terra, quam in abundanti & pingui: nam si eam in diuites erogas, illam amittis: si autem eam largitis pauperi, inopi, & percusso, centũ Luc. 14. pro vno accipies. Vnde Christus. Cùm facis conuiuium, voca pauperes & debiles.

Quod etiam Ioannes in his verbis dixit, scilicet, date escas & vestes non habenti considerationem dignissimum est. Non enim dixit, date habenti, sed non habenti: quia eleemosyna non est eroganda diuitibus, sed pauperibus 4. Reg. 4. & egenis. Quapropter Eliseus propheta iussit ponere oleum in vasis vacuis, non plenis: nam quod ponitur in plenis diffunditur. Itaque reponenda est eleemosyna in vasis vacuis: hoc est in pauperibus, quorum etumenæ vacuæ sunt pecuniis, quorum arculæ vacuæ sunt vestibus: quorũ domus vacuæ sunt supellectilibus & taperis. In vasis vacuis oleũ est fundendum, & cum illis misericordia est exercenda: non autem in vasis plenis, hoc est in diuitibus qui pleni sunt bonis temporalibus. Nam in istis vasis plenis diffunditur oleum, & perditur meritum: quia nullam inueniet retributionem. Nunc autem quod est mundi Labyrinthus & chaos, dona & munera non mittuntur nisi diuitibus & potentibus, vt homines in illorum gratiam possint deuenire. Terra arida & sicca irriganda est: non autẽ quæ pluuiis & roribus madida est. Pauperi & inopi qui sitit & aret cum superfluis bonis subuenire debes: non autem diuitibus: nam qui id faciunt, nihilo faciunt sapiẽtius quàm qui aquam in mare ferunt. Et hoc est secundum quod docuit Ioannes ostendẽs quibus sit eroganda eleemosyna. Tertio charitatem & ordinem faciendi eleemosynam ostendit. Nam non dixit, qui habet vnam tunicam det illam non habenti, & ipse maneat nudus: hoc enim esset contra charitatis ordinem. Nam non solum charitas sed ordo diligendi est in præcepto: vt homo super omnia diligat Deum, deinde seipsum, postremo proximum, secundum quod magis vel minus sibi coniuncti sunt: aut maior est ratio dilectionis. Ideò debet homo primum sibi ipsi necessaria ministrare: deinde quod superest indigentibus porrigere: eodem modo vt ipso vellet sibi fieri, si in eadem vel simili constitutus esset necessitate, nam fraterna charitas hoc requirit. *Venerunt autem publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum.* Publicani erant, qui à fisco aliquid conducunt, & præcipuè quiue ctigalia exigunt. Iudæi hos exosos habebant, & officium hoc vile & abiectum habebatur apud illos: qui vi, rapina, & fraude, non rato peccabant: plus ab hominibus exigentes, quàm leges superiorum præscripserãt. Et hi qui peccatores erant, se conuerterunt, & ad baptismum Ioannis veniebant: sed Pharisæi sua superbia tumescentes non conuertebãtur. Ideò dominus dixit eis. Publicani & peccatores Matt. 21. præcedent vos in regno Dei. Dicebant itaq; Ioanni. *Magister, quid faciemus?* Bene, fructuose & vtiliter quærunt. Multi curiosa & inutilia quærunt. Vitam suam conterunt in sapiendis curiosis & inutilibus: ea verò à tergo relinquunt, quæ ad salutem animæ & saluationem conducunt: quiquidem vt pudore suffunderẽtur deberent audire Ieremiã dicentem. State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. At illi quia prudentes interroga- Ierem. 6. bant, digni erant, vt eis responderentur, quæ ad salutem conducerent. Etenim Ioannes vt eius

eius præcursor, qui neminem quãuis grauissimum peccatorem reiecit, publicanus suauiter & benignè respondebat, dicens. *Nihil amplius quàm constitutum est vobis faciatis.* Fraude quasi familiare illorum peccatum præ cæteris omnibus dehortatur, monẽs ne vltra quã constitutum est faciant. Ac si diceret. Si non potestis vestra largiri: sit tamen ille primus gradus ad melius vitæ vestræ institutum, vt abstinearis vos à rapiendis alienis. Habetis enim meredem præscriptam à rege illam solum & non aliud à populo exigatis. Ne amplius extorqueatis in vestrum vsum & luerũ, vltra id, quod præscriptum est. Nullus itaq; vestrum legem sibi præstitutam, nec terminos officii sui transgrediatur, ne præsumptionis sit reus, & male apud populũ audiat. Sed quod sibi incumbit, obseruet, nec aliena inuadat: iuxta illud quod in Deuteronomio etiã Deut. 19. habetur. Non transferes terminos, quos fixerunt priores in possessione tua. Et enim de his qui contra hęc agunt in libro Iob dicitur. Alii Iob. 24. terminos transtulerunt. ¶ Aduertendum hic est diligenter quòd Ioannes Baptista nõ damnat hic vectigalia regum & principũ, sed potius videtur ea approbare. Nam si reges non possent sua vectigalia & exactiones reposcere non vtiq; Ioannes diceret. Nihil amplius quàm constitutum est vobis faciatis. Sed Ioãnes non prohibet exactiones, sed excessus earum, & quod iure reportari nequit. Nã principibus & regibus lege diuina & naturali vectigalia & tributa debentur. Et quod publicanis dictum est etiam de aliis officiis intelligẽdum venit. Indiget nanque orbis gubernatione principum, & constitutione legum: nec malorum improbitas insurgens, innocentibus perniciem machinetur. Etenim vnus vel alter homo siue ille sit Cæsar inuictissimꝰ quid solus efficere valebit, nisi sibi coadiutores habuerit, quorum ministerio probos defendat, improbos verò puniat? Ad hunc locum fortassis pertinet quò de emptionibus & vendi tionibus dici poterat. Nam vendere, & emere licitum est: dummodo hat iuxta maiorum leges. Sed de his satis. Accedant alii. *Interrogabant autem & milites dicentes. Quid faciemus & nos?* Isti sub Romano imperio militabant, & rempublicam & patriam defendebãt: qui etiam conuersi sunt ad Ioannis prædicationem. Tres nanque fuerunt ordines interrogantium Ioannem. Vnus turbarum, alter publicanorum, & tertius militum: quibus omnibus Ioannes commodum & aptum dedit responsum. De aliis iam diximus, sed de istis audiamus. *Et ait illis. Neminem concutiatis.* Opprimendo, & corporaliter affligendo, siue iniurias inferendo. Frequenter enim fieri solet vt arma quæ princeps dedit in defensionem publicæ honestatis in ciuium damnum & perniciem conuertantur. Nam frequenter milites prædantur, domos incendunt, abigunt, vi constuprant fœminas, abrumpunt fores, & alia id genus perpetrant facinora, quæ credunt licita esse. Alii mandata falsò deferunt ad principes & duces: vt quæ aliorũ bona in fiscum rapiuntur, sibi aliqua pars eorũ accrescat & accedat, in laborem & mercedẽ calumniæ. Ideoque addidit. *Neque calumniã faciatis.* Multi istorum non solum repoſcunt, quod eis debetur: sed etiam id volunt extorquere, quod minimè eis debetur. Huic igitur hominum generi Ioannes ostendit, quid facere soleant: & quid post hæc vitare debeant: si velint effugere vindictam Dei. Dixit itaque illis. *Contenti estote stipendiis vestris.* Hoc est mercede seu retributione vobis ab imperatore statuta pro militiæ laboribus, quibus pro reipublicæ incolumitate dimicatis, ne aliquid vltra extorqueatis. Vbi animaduertendum venit, quomodo homines in diuersis statibus constituti, salui fieri possint: nam alii istorum erant publicani, alii milites, & alii de media plebe & turba diuersis conditionibus officium seruientes: & omnibus his est aditus ad salutem: dummodo vnusquisque iuxta talentum sibi traditum, & gratiam donatam fideliter laboret. Nam non legimus, ad quod officii genus mercenarii illi fuerint cõducti, quos dominus in vineam misit. An ad fodiendũ, an ad vites amputandas. Quod credo dominum fecisse, vt moneret nos, quemlibet pro suarum virium robore in ecclesia hac militãti debere laborare, si velit post hanc vitam denario diurno frui, & retributione gaudere, iuxta illud Petri. Vnusquisque prout accepit gratiam à domino, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed militibus de quibus nunc agitur tria præcepit ad eorum statũ concernentia. Primo prohibet ne violentiam alicui inferant, dicens. Neminem concutiatis. Deinde fraudem, dicens: neque calumniam faciatis. Demum contenti (inquit) estote stipendiis 1. Pet. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lege Auz. de verbis do. ser. 19.

pendijs vestris. ¶ Porro autem circa res militares tria in hoc loco maximè consideranda sunt. Primum omniũ quòd militia de se non est mala: nam si mala esset, non vtique Ioannes illam permisisset, nec diceret. Contenti estote stipendijs vestris: sed potius diceret. Ne militiam exerceatis. Etenim sanctissimi homines quos tam vetus quam nouũ instrumentum commemorat bella multa gesserũt, vt Abraham, Moses, Iosue, Gedeon, Samson, Iepte: & multi alij quos diuus Paulus enumerat in sanctorum numero in epistola ad Hebræos. Et in nouo testamento nec Centurio in euãgelijs, nec Cornelius in Actis militiæ taxantur. Etenim milites publici ministri sunt ad defensionem bonorum, & vindictam malorũ ordinati: vt de publicanis diximus. Sunt autem in militia leges præstatoriæ, quæ si non transgrediantur, minime bellum vituperandũ venit. Loquor autem de bello, quod iusta & legitima causa suscipitur: hoc est, si pro defensione publicæ tranquillitatis, si pro tuenda Christiana religione, vel taliter fieri tum vt minime vitari possit, &c. Taceat ergo suo ore impudentissimo huius nostri temporis Hæresiarcha Oecolampadius dicens, non licere homini Christiano bellum gerere, cum videat Christi præcursorem Ioannẽ partem aiẽtem quòd possumus bellare tenere. Nunquẽ Diuus Ioannes bellum non prohibuit, sed militibus regulam & modũ tradidit. Vnde etiã Paulus ad Romanos ait. Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit: non enim est potestas nisi à Deo. Et paulo post. Si autem malum feceris, time: nõ enim sine causa gladiũ portat. Dei enim minister est, & vindex in iram ei qui male agit. Christus etiam redemptor noster Herodianis quærentibus, vtrum liceret tributum dare Cæsari, respondit. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Hac enim de causa tributa reddũtur: vt inde militibus ad pacis conservationem necessario stipendiũ soluatur. Et filij Israel non nisi debellantes obtinuerunt terrã promissionis: vt patet in libris Iosue, Iudicũ, & Regum. Imò voluit Deus vt continuum haberent bellum contra infideles. Vnde in libro Iudicum habetur. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem: vt omnes qui non nouerunt bella Chanæorum vt postea discerent filij Israel, certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Et in Ieremia scriptũ est. Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Et in primo libro regum dominus loquutus est Sauli regi Israel, per manum Samuelis. Recensui quę fecit Amalec Israẽli. & Lege libros regum primum & secundum, vbi Dauid sæpe consulebat dominũ, iret ne præliaturus, an non: & dominus præcipiebat vt iret. Percussit Amalechitas qui spoliauerũt, & incenderũt Sicelech, & abstulit spolia iussu & præcepto Dei. Quomodo ergo iste præliũ nõ est licitũ: si dominus id præcipiebat? Dic mihi obsecro quare modo nõ potest dũs punire Turcas manibus & ense Christianorum: sicut tunc puniuit Amalechitas per Iudæos? Denique si nullo pacto bellũ esset licitum: sequeretur inde quod si peccator aliquis publicus & sceleratus esset interficiendus à Iudice, dũ se ipsum vellet defendere ne in carcerẽ detruderetur: quod tunc Iudex male ageret bellũ gerẽdo: hoc autẽ fateri esset nimis absurdũ, & totius trãquillitatis Christianæ exitũ, & sacris literis & naturali rationi apertissime contrariũ. Sanctissimum ergo est, cõtra peccatores debellari: & multo melius pro fide contra Turcas & Saracenos, & optimũ contra hæreticos, qui Turcis deteriores sunt. ¶ Obseruandũ hic est etiã quam caute Ioannes fuerit loquutus: nã turbas quę bonæ erant docet facere bonũ: milites autẽ qui mali erant, docet nõ malũ facere. Cuilibet ad se accedẽti secundũ illius conditionẽ & capacitatem loquebatur. Siquidem publicanis & militibus qui maioribus solẽt vitijs implicari quã reliqui homines facilia proponit præcepta, & à malis coercet. docẽs eos primo vt ab eis peccatis recedant, ad quæ proniores esse solent: vt eos sic paulatim ad bona agẽda induceret, & vt alijs misericordiã etiam docet subuenire. Ad maiorem enim perfectionem omnes hos volebat Ioannes inducere: sed nõ erant dispositi neq; idonei, ideo minora illis proponit, nã si maiora proponeret nihil facerent. Ná vt de extremo ad extremum datur medium est insequendũ. Si enim maiora proferret, nõ eis intenderẽt. Sic & Paulus Corinthijs suis aiebat. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquã paruulis in Christo lac vobis potũ dedi, nõ escã: nondũ enim poteratis. Et in actis Paulus regi Agrippæ dixit volens illum ad fidẽ Christi conuertere. Optarem apud Deum & in modico & in magno non tantum te sed etiam omnes qui audiunt hodie fieri tales

Hebre. 11. Matth. 8. Act. 10.

Matth. 22.

Iudi. 5.

Ieremi. 48.

tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Si igitur diuus Paulus sic labores tribulationes, & vincula laudabat, & sic adeò conuersionem gentium optabat, vt desideraret omnes fieri Christianos, sanctos & perfectos, vt ipse erat: quare etiam non volebat vt Agrippa & reliqui alij in carcere essent detenti, & eosdẽ labores pati, quos ipse? Cur dixit excepti vinculis his: Si cathenæ & vincula bona erant, & ipse sibi ea desiderabat: cur aliis illa nolebat? Vtique quia Paulus tam erat perfectus, & in obsequio domini multum versatus: & habebat virtutem & spiritum vt illa vincula posset tolerare læto & alacri animo. Ac verò eis qui in fide infantes, & teneri erãt in fide nolebat ostendere vincula sua, ne eis timorẽ incuteret. Oportebat enim vt nouos & paruulos in fide eos suauitate duceret paulatim & pedetentim. Ideoque dixit. Excepti vinculis his. Tũc enim nondũ erat, vsque quo arma pœnitentiæ induerentur, & laboribus se ipsos exercerent: nã non omnes itarant fortis & virili animo vt D. Paulus, vt gauderẽt in carcerẽ detrudi, & pro Christo cõtumelijs pati. Hanc normã & prudentiam diui Ioannis & Pauli vellem ego vt multi prælati discerent: sic vt paruulos & imbecillos suauitate quadã & moderatione tractarent, ita vt paruulorum defectus prudenter valeant sustinere: & id oneris eis imponant quantũ fuę vires ferre potuerint. At tanta est aliquorum asperitas seueritasq; vt ita humeros imbecillium onerent vsque adeò vt oneri succumbant, tãta est prælatorum imprudentia & insciticia. Sed nos iuxta Esaiæ doctrinã calamum cõfractum ne conteramus, nec lignum fumigans extinguamus: adimplentes illud apostoli. Debemus nos firmiores portare imbecillitates infirmorũ: & non nobis placere. Quod etiam Ecclesiasticus admonet dicens. Recupera proximũ tuum. ¶ Tertio aduertendum hic est, & consideratione dignum, videre Ioãnem pillis camelorum indutum, cuius cibus erat mel syluestre & locustæ: quique tã asperam vitã agebat vitam, quique sibi ipsi parcissimè erat, tã benignus sit & suauis proximis. Quod quidẽ propriũ & quasi naturale est omnibus sanctis & iustis. E contra verò omnes illi qui suo indulgent genio, & quid delicatè & lautè viuunt omnibus aliis acerrimi & tyranni sunt. Quod ego sæpè sæpius vidi: nam ij prælati qui secundum animi sententiam viuunt, qui nec claustrũ nec legẽ vllã seruant, subditos adeò præceptis & obseruationibus onerãt, vt eos deficere faciãt: & volunt ijsti prælati vt subditi sexcẽta præcepta obseruent, cùm nec vnũ ipsi adimpleant. Tales erant Pharisæi illi de quibus Saluator dixit. Allegãt onera incomportabilia, & imponunt in humeris subditorum, digito autem suo nolunt illa leuare. Oppositum autem videmus facere viros rectos & sanctos: qui cum sibi ipsis asperi sint, arctissimam agentes vitã: cum proximis suauitate quadam & benignitate vtuntur. Cuius rei exemplum in Ioanne Baptista videmus, qui cùm ipse tam duram, & vix humeris hominis ferendã vitã transigeret, non dixit turbis, publicanis, aut militibus. Vestite vos ciliciis, ne carnes comedatis, neq; bibatis vinum, sicut ego nunquã bibi: non habeatis lectulos, sed super nudam terram dormite, & facite q̃ me videtis facere. *Quia* ipse hæc faciebat aliis non imperabat, & forsitan si hæc ipse non faceret, aliis facienda consuleret: sicut prælati quidam quorum mores iam retulimus. Sed ã ad contextũ. *Existimante autẽ populo & cogitantibus omnibus de Ioanne ne forte ipse esset Christus.* Viderant miracula quæ Ioãnes fecerat in sua natiuitate. Viderunt enim quòd puer cùm esset in desertum abiit, videbant cibũ, vestitum, & pœnitentiam, & ingentem spiritus sui virtutem, & verba efficacissima quæ prædicabat ex quibus omnibus tantã opinionẽ induerũt de sanctitate Ioãnis Baptistæ, vt non solùm multi ex populo, vt hic ait Lucas, putauerunt beatũ Ioannẽ esse Christum: sed etiã multi Iudæi proceres synagogæ Ierosolymitanæ (vt Ioannes euangelista narrat) miserunt sacerdotes & leuitas nũcios vt interrogarent eum, tu quis es, existimãtes illũ esse Christũ. Aduerte hic tu & considera, quã magnæ & potẽtes sint vires virtutis, quæ tã magna princeps & regina est, vt non solũ boni eam laudent, & venerentur, sed mali etiam illam laudibus extollunt, & in magno habent pretio. Certum est gentẽ Iudæorum fuisse iniquissimã: ipsi nanque persequebantur Esaiam, Amos, Barachiam, Micheam, & alios sanctos prophetas. Et Ieremiam in lacũ coniecerunt: quẽ honorari iussit Nabuchodonosor, & curam illius demandauit Nabuzardam. Et prophetã sanctũ quam Gentilis idololatra honorauit, ipsi eum persequuti sunt. In quo videre licet quanta fuerit sanctitas & virtus Ioannis Baptistæ, quod cùm illi ita depraui essent, illũ esse iudicauerũt venturum Messiam.

Mar. 25.

Ioan. 1.

Ieremi. 38. & 39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Messiam. Aspice igitur quantum valeat virtus, nam his suis viribus coacti sunt illum tam grandi honore illustrare. Ità tu si rectitudinẽ & animi candorem habueris: hoc potius inimicos tuos superabis, quam armis. Vide obsecro virtutis vires. Nam Dauid sola virtute inimicum suum Saulem superauit: & facilius quidem quam si ferreis armis in certamine ageretur. Similiter cum Dimas ille qui cum Christo erat in cruce magnam virtutẽ crucifixi videret, nã pro crucifixoribus orabat, & quod dicebat patri, Dimitte illis, quia nesciũt quid faciũt: secum interius loquutus dixit. O quanta & quam magna bonitas & sanctitas. Quod quidem vt in Deum se conuerteret, multũ valuit: nam hæc apud se cogitabat. Cũ tanta hic vtatur misericordia cum suis crucifixoribus, mecũ eadem vtetur. Sic Paulus virtute & bonis actibus suis gentes deuicit & cõuertit. Vnde ipsemet ait. Ego sic pugno non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum. &c. Carbones mortui duplici modo incendi possunt. Vel imponendo illis prunã, aut si vni cum alijs collidantur, nam ex motu ignis incenditur. At primo modo facilius incenduntur, quam secũdo. Ego (ait Paulus) non multo labore corda gentilium & peccatorum incendo, vt ille qui verberãdo aërem ignem quærit: nam etiam si hoc modo ignis extraharur, difficillimum quidem est. At ego (inquit Paulus) etiã ignem charitatis & amoris injicio, vt exemplo bonæ meæ vitę alios incendam, castigans corpus meum: ne forte cũ alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nã etiam si verbis meis aërem percutiã, nisi ego ignem charitatis habuero, forsitan reprobus ero. Multi namque sunt qui feriant suis verbis aërem, & qui ignem incendant in audientium cordibus sua prædicatione. At facilius ignem extrahunt, qui simul cum verbis sanctimonia vitæ & morum integritate sunt pręditi. Nam Paulus suæ virtutis exemplo alios ad virtutis amorem & studiũ incitabat. Ideo beatus Petrus. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis quæ militãt aduersus animã: conuersationem vestram habentes bonam inter gentes. Sic beatus Ioannes suæ vitæ asperis exemplis apos traxit: quod etiã tu facies melius quam si malus esses cum armis materialibus, nã maiores sunt vires virtutis quã reliquæ humanæ potentia. ¶ Obserua etiam quãnis hi mali sint, quantã curam & diligentiam adhibẽt, vt dominũ quęrant; tu vero in cubitu nice sedes nihil agens, & in vtranuis autem dormiens. Non est qui requirat Deum (sait dicimus psalites) nõ est vsq; ad vnum. Et quod peius est & maximè deplorandũ, Deus ciamat & vociferat, & nemo est qui respondeat aut quærat eum. Ideò ipse cõqueritur per Ieremiã dicens. Quis miserebitur tui Ierusalẽ, aut quis cõtristabitur pro te, aut quis ibit ad rogandũ pro pace tua? Tu reliquisti me dicit dominus, & retrorsum abijsti, & extendã manum meã super te, & interficiam te, laborauj rogans. Quærite ergo dominum, quærite faciem eius semper. ¶ Aduerte etiã & vide quo modo dilectio periculum habeat, si iustam regulam & modum transeat. Nesciunt homines seruare modũ, nam quem diligunt, plusquam pars est, diligunt: & quem oderunt, supra modum oderunt. In actis apostolicis legimus quod in Licaonia Paulum & Barnabam tanquã Deos colere cœperunt, dicentes. Dij similes facti hominibus descenderũt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem; Paulum vero Mercurium, quia erat dux verbi: & vix potuerũt sedare turbas, ne eis sacrificarẽt. Sed vide vulgi mutabilitatẽ & leuitatem. Statim post tantũ & tam maximũ honorẽ datũ Paulo, eundem lapidauerunt: & eiecerunt illum extra ciuitatem, & reliquerunt tãquam mortuum. Simile fere contigit Paulo in Milero insula, quem Deum Miletj putauerunt, quẽ dixerãt homicidam & peccatorem. Nesciũt homines seruare modum: nam semper in extremis ambulant. Ioanni quem diligunt honorem Messiæ debitum tribuunt; & Christũ quem odiunt, vocant peccatorem. Diligebant Ioannem & merito sed excedebant in modo, nam illum plusquam hominem iudicabant: & aliqui hæretici non hominem sed Angelum natura illum esse dixerunt. Hanc inordinatam charitatem apostolus Paulus pertimescens de se ipso dicebat. Timeo autẽ ne quis de me cogitet, super id quod videt in me, aut audit ex me: & ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. Necesse enim est dilectioni frænum imponere. Ideo Saluator cũ de Dei dilectione fuit loquutus, dixit. Diliges dominum Deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima & mente. Sed cum loquutus est de proximi dilectione non dixit, ex toto corde, aut ex tota anima, sed sicut te ipsum: ostendens modum quendam & regulam debere obseruari. Opus enim est sobrie & cautè

1. reg. 24. & 26.

Lucæ. 23.

1. Corin. 9.

1. Petr. 2.

& cautè diligere. Horum autem extremorũ odij & amoris deterius est id quod ab amore procedit: ita vt ego potiùs vellem odio esse habitus, quàm nimis diligi. Nam ille qui alterum plus æquo diligit in summos honores illum constituit & dignitates, quousque illum in infernum præcipitat. Si autem quem odis, persequeris, in sui ipsius cognitionem illum adducis: si verò patientiam amittit, se ipsum amittit, & perdit. Sed si indigno honorem & dignitatem tribuis, suos defectus pandis, ita vt cunctis nescientibus pateant. Quare iã constat, quomodo nimius amor magis nociuus sit, quàm odium. Atque ità acrius & fortius isti beatum Ioannem tentauerunt, offerẽtes illi hunc honorem, quam Herodes quando illum in carcerem detrusit: & maior fuit hæc tentatio & periculosior quàm Herodis. Nã mundus plures perdit & destruit constituendo illos in honores, quam affligendo eos per sequutionibus. Vnde is honor qui Ioanni offerebatur acutissima & potentissima fuit tentatio: adeò vt plures iustos, quos tentationes & persequutiones non valuerunt deuincere, hic honor facilè eos superaret, & ad sui amplexum alliceret. Atque ita iste non fuerit amici Ioannis, sed potius inimici: quandoquidem in tantum atque tã graue periculum illum induxerunt. Sic himnæi elegerunt Abimelech filium Ierobaal in regem, quòd quidem cessit in damnum & perditionẽ ipsius Abimelech, quia ipse interiit & Sichẽ destruxit. Non fuerunt hi amici Abimelech quã do se ipsos, & illum destruxerunt. Neque isti etiam boni amici Ioannis fuerunt, efferẽtes illi istum honorem. ¶ Expende etiam quàm periculosum sit proximum esse rebus, quas possis malè concupiscere. Etenim rusticus nõ solet ambire aliquod regnum nec complexa cerdos pontificatum sibi non suo sed ducis & cardinalis ambiunt cuæ sibi videntur proxima esse. Sic Pharisæi videntes Ioannis sanctitatem, credentes parum à Messia differre, tentant illum, an forsan Messiæ desideret. Sic etiam diabolus mũdi imperio & monarchia Christum tentauit: quia putabat magnũ & egregiũ virũ videbat, & putabat facile fieri, vt monarchiam assereret. Sic Core, Dathã, & Abiron ambitiosi primatũ populi & summũ sacerdotiũ quærũt alteri patũ decerat, vt ad summũ sacerdotiũ perueniret, alteri verò vt in principẽ constitueretur, cum primogenitus esset. Humilis autem Baptista gloriã Christo tribuens sicut fidelis Christi seruus, illã accepta re noluit. Quapropter dicit euangelista: *Respondit Ioannes dicens omnibus.* Quamuis euangelista Ioannes dicat q̃ hoc respondit: legatis tamẽ multi ad eũ tũc, qui venerãt vt audirent illũ. Et Lucas noster dicit hic q̃ populus illũ existimabat esse Christũ: atq; ideò omnibus scilicet sacerdotibus & Leuitis, qui missi fuerãt ab Iudæis à Ierosolymis, & populis qui hoc existimabãt, respondit omnibus istis dicẽs. *Ego quidẽ aqua baptizo vos: veniet autẽ fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiã calciamentorum eius: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne.* Acsi vellet dicere. Vos magnifice me habetis & æstimatis, propterea quæ videtis, ex cibo scilicet, potu, vestitu, baptismo, & doctrina fideli & solida: sed longè sunt efficaciora quæ non videntur. Ego tantũ aqua baptizo vos, tamen nõ remitto peccata: sed præparo vos efficacioni baptismo, quem accepturis ab eo, cuius aduentũ vobis prædico. Tempore enim maior sum eo, & prædicationis ordine prior: sed potentia, & virtute, sanctitate, & iustitia, longè inferior. Is namque qui me sequitur tãto me præstantior est, vt ego, quem magnũ vos iudicatis, indignus sim soluere corrigiam calciamentorũ eius. Et addit rationẽ & causam. Ego enim baptizo vos tantũ aqua, & ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne. Sed antequàm vlterius progrediamur hic aliqua obseruanda sunt. ¶ In primis quomodo dicat Ioannes Christum venturum esse post illum: quia quando Ioannes ista dicebat, iam Christus venerat, & annum suæ ætatis trigesimum agebat. Dicendũ q̃ iam venerat quantum ad subsistentiã personalem: nũ tamẽ quantum ad opus ad quod mittebatur. Christus enim non venit in mundũ vt homo esset, sed vt saluatẽ nostrã operaretur. Igitur quia nihil fecerat illius ad quod venerat recte dixit Ioãnes nondum venisse. Opera enim quæ Christus fecit ad salutem & reparationem nostrã, fuerunt prædicatio, legis latio, miracula & prodigia, & denique ipsa mors qua omnia legalia consummauit. Illa cœperunt in baptismo Christi, quando Ioannes manifestauit eum dicens. Ecce agnus Dei. Hic est enim de quo dixi vobis, post me venit vir, qui ante me factus est. Sicut cùm Thamar pariebat Phares & Zaram, prius Zaram manus emisit, sed Phares prius fuit egressus, quia retraxit manum Zarem. Sic qui ortu corporis fuit posterior, scilicet, Christus Iesus, virtute & veritate primus

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Genes. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus extitit. Ideo primo prorupit manum, vincebat enim alium, & studiosior illo erat. Quapropter dicit hic Ioannes quod fortior eo, veniret post illum: quod non solum debes intelligere secundum diuinitatem, sed etiam secundum quod homo erat. Non enim est datus ei spiritus ad mensuram, quia humanitas eius vnita erat verbo hypostatica vnione: ita quod in eodem esse in quo verbum patris æternaliter est subsistens, ipsa quoque à principio incarnationis subsistat. Ideoque ascendens Christus in cœlum Angelis interrogantibus, quis est iste rex gloriæ? respondebant angeli dicentes. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, & ita fortis vt inimicum suum proprijs armis deuicerit & superauerit: vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Præterea fortior debuit esse Ioanne, qui erat reseraturus cœlum, impleturus orbem, mundaturus peccatum, prostraturus diabolum, spoliaturus infernum, exeltaturus se ipsum à sepulchro. Necesse enim erat Christum Ioanne esse fortiorem, qui nostra scelera & flagitia sustineret, & propter pœnitentiam dissimularet. Nisi enim in Christo illa esset charitas, quæ omnia sustinet: fieri nequiret, vt tot orbis peccata non ita eum prouocassent, vt eum redegissent in nihilum. Ipse enim peccata nostra tulit, & iniquitates nostras ipse portauit. Dominus quippe posuit super eum omnium nostrorum iniquitates. Hanc credo fuisse causam, ob quam Ioannes dixit Christum fortiorem se, & non sanctiorem, seu meliorem: quia cum nemo ascendat in cœlum nisi filius hominis, qui est in cœlo, nos ascendere non potuimus in cœlū, nisi portemur à Christo in humeris, sicut quis perdita à pastore. Fortis igitur est, qui adeo grauem sarcinam in cœlum deportare valet. ¶ Præterea in eo quod ait, non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius: aduerte ex hoc nō sequi Christum vlum fuisse calciamentis, cum mittens discipulos ad prædicandum, ea prohibuerit. Etenim in cœna dixit illis. Quando misi vos sine sacculo & pera, & calciamentis, numquid aliquid defuit vobis? Christus nanque qui primis cœpit facere & docere, non vsus fuit calciamentis, qui noluit discipulos illis vti. Ideoque dictum Ioannis, iuxta modum loquendi accipiendum est. Nam sensus literalis non semper est ille qui immediate per verba significatur sed interdum qui per similitudinem insinuatur, aut per res verbis expressas significatur. Sic & illud quod dominus ait. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te, & si pes tuus, &c. Occasiones peccatorum esse fugiendas docet: ne nobis ipsis, aut alijs simus scandalo. Etenim non vult Christus, vt quis oculos suos sibi eruat, sed vult vt ita oculos nostros à vanis mundi rebus abstineamus, ne vt alter Dauid illorum causa Deum offenda mus. Sic etiam non vt litera sonat accipiendum est illud Ieremiæ & Ezechielis. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed de pœna filiorum propter peccata parentum intelligendum est. Sic in præsentiarum Ioannes loquebatur iuxta communem modum loquendi, quo aliquis minorem alio se vult ostendere, aut humiliorem præstare: asserit se indignum esse, vt eius calciamenta soluat, vel aliud id generis obsequium promittit. In quo profundissima beati præcursoris patet humilitas: quia cum talis ac tantus ab hominibus iudicaretur, seipsum coram omnibus voluit deprimere & humiliare. Quando in bello aliqua iacitur sagitta, cum ad se venientem illam intueantur milites, seipsos deprimunt atque ita sagitta illis intactis per aërem euolat. Ita beatissimus Ioannes cum perniciosissimam sagittam honoris in eum illi iacerent, seipsum in terram deiecit, & humiliauit, dicens, se non esse dignum nec aptum vt in tanti atque tam magni domini calciamenta posset dissoluere. ¶ Discere tu à beatissimo Ioanne in prosperis ac secundis fortunæ honoribus humiliari. Hęc enim vera humilitas est quæ oblatis honoribus micat, & splendet. Sic humilis fuit Saul cum electus in Regem, dixit Samueli. Nunquid filius Gemini ego sum de minima tribu Israël: & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Sic etiam Dauid loquutus est, eum Rex Saul daret ei filiam in vxorem, Quis ego sum vt sim gener Regis? Abigail quoque cum Dauid voluit accipere illam in vxorem. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Moses etiam cum dominus præcepit vt iret ad Pharaonem, & constituit Deum Pharaonis. Quis sum ego vt Exeuadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto? Denique & beatissima virgo Maria ab Angelo salutata, & in ma-

Ioan. 3.

Psalm. 23.

Luce. 22.

Act. 1.

Matt.

Ioan.

Exod.

trem

trem Dei electa humiliter respondit: Ecce ancilla domini. Verus humilis sicut Ioannes non flectitur honoribus: nec mundanis laudibus effertur. Quocirca meritissimo altissimum illud solium quod Lucifer ille cadens de cœlo perdidit ob superbiam & animi elationem, datum est humillimo Ioanni Baptistæ. Ille enim impius & sceleratus cum creatura esset, diuinam honorem voluit rapere, qui suus non erat: hic autem Ioannes cui hic honor datus est, cum noluit vsurpare. Quod ille appetiit, huic datur: quapropter quod ille perdidit, merito Ioanni datum esse credimus. Et illam manum quam Ioannes existimabat indignam esse vt soluere Christi calciamenta, ipse Christus non in calciamentis imò super caput suum posuit, cùm in Iordane fuit baptizatus. Ex quo discere in omnibus humiliari, nisi hinc cùm aliquis honor tibi offertur: nam humiles exaltat & extollit Deus, sicut superbos deprimit & humiliat. Humilia enim respicit, & alta à longe cognoscit. Et detestans Christus superbiam & animi elationem Capharnaum maledixit, dicēs. Væ tibi Capharnaū, nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? Vsque in infernum descendes. Et quemadmodum superbia Deo & hominibus odiosa est: ita humilitas grata & formosa in oculis omnium. Et quemadmodum cinis ignem conseruat: ita humilitas Spiritus sancti gratiam. Abraham domino loquebatur, dicens: Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Humilem tui ipsius cognitionē præsta & maiora dona accipies à Deo. Humilis esto, & paruulus nam humilem Baptistam in altissimum dignitatis solium dominus constituit: & superbum Luciferum in ima Tartara detrudit. Stat enim sentētia Qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Discant ergo principes & vniuersi Christiani, non sibi licere falsis titulis aliorum dignitates & officia vsurpare, quin potius ex exemplo Ioannis oblatas reculare. Vnde Paulus ad Hebræos. Nemo assumat honorē, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Abimelec filius Ieroboal Absalon, Adonias, Athalia, & cæteri omnes qui principatum vsurpare conati sunt, infœlici morte vitā finierunt. ¶ Docemur etiam hoc loco non laudare nosmetipsos. Etenim Ioannes poterat dicere. Ego sum sanctificatus in vtero matris, ego nūquam letale peccatum commisi: ego cū ferisin deserto viginti quinq; annis vitā degi: ego sum propheta, & plusquā propheta, ego sum angelus missus ante dūm, ego sum lucerna ardēs & lucēs, & multa alia egregia & præclara de se ipso fari poterat se ipsum laudās & merito. At quia prudēs & sapiēs erat, noluit talia de se prædicare: sed potius dixit nō esse dignū vt solueret ei calciaméta. Ne laudes temetipsum; nā laus in ore proprio vilescit: & oēs qui te audiūt vanū & amentē iudicabūt. Aspice igitur quā amēs & insipiēs sit, qui se ipsum laudat. Laudat se ipsū quis, vt inde laudes suas prædicet, & honorē sibi cōparet, quod multo aliter euenit ac ipse cogitat: nā nō nisi ignominiā & opprobriū inde colligit. Ità q̄ non consequitur, quod ipse intēdit, sed q̄ nō vult: nam audientes, illū irridēt & molestē ferūt suas verborū ambages, & vanitates. Ego autē sæpius audiui illi attentionē præstari, qui de alicuius fama & honore loquitur, ac detrahit vni horæ spacio. At qui se ipsum laudat, nec per breue tēporis spaciū à nemine potest audiri: nā omnes illū molestē ferunt, & omnium aures offendit. Atq; ideo quando coram te aliquis se ipsum laudat, scias q̄ ille te insanū iudicat & amentē. Atq; ideō tanquā iniuriam tibi facta illam debes accipere: quod corā te aliquis se ipsum exaltet & prædicet. Etenim cùm homō sapiens irrideat seipsum laudantem, sui laudator amentē aliquem quærit, coram quo suas proprias laudes possit iniurius exprimere: nam solus insipiens non offenditur si aliquē audiat proprias laudes decātare. In duobus tamē casibus potest homo seipsum laudare. Primo cū maxima aliqua tribulatione premitur, ne spiritus eius deficiat, vt eius animus aliquantulum subleuetur. Sic cùm vxor Iob dixit ei, Maledic Deo, & morere: respondit sanctus Iob. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Et laudans seipsum, & erigens spiritum dixit. Oculus fui cæco, & pes claudo: Patrem earum pauperum, & causam quā nesciebā, &c. Se ipsum laudabat, dicens, quomodo misericordia fuerit vsus: quia amici opprimebant eum, & calumniabantur. ¶ Secundò potest quis se ipsum laudare propter communem bonum. Sic Dauid coram Saule se ipsum laudauit, dicens. Leoncm & vrsum interfeci ego seruus tuus. Nam si hæc non diceret nec fortitudinem suam laudaret, minime facultatem faceret Saul illi, vt cum Goliath Philistæo iret dimicaturus: qui si non pugnasset, non vinceret Israel. Hac etiam ra-

Iob. 13.
Iob. 29.
Leg. Gre. li. 14. moy. ca. 17.
1. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione sepe Paulus se ipsum extollit in suis epistolis, dicens. Plus omnibus laborani. Et castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et multa alia his similia. Sed de his satis.

1.Cor.15. 1.Cor.9 ¶ Caterum id quod ait Ioannes Christum baptizaturum in Spiritu sancto & igne intelligendum est quod baptizauit per suos discipulos: nam in euangelio Ioānis scriptum est, quod Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. ¶ Obserua autem quod quanuis baptismus Christi sit in aqua & Spiritu sancto, vt ipse dixit Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: noluit tamen Ioānes dicere in Spiritu sancto & aqua: sed in Spiritu sancto & igne: quia intendebat assignare differentiā sui baptismi qui fiebat in aqua à Baptismate Christi, & excellentiam baptismi Christi. Idcirco non nominauit elementum aquæ in quo fiebat. Vnde ignem non sumit pro igne materiali, sed pro igne intelligit Spiritum sanctum qui mentem inflāmat. Sicque connunctio, & tenetur expositiue. *Cuius ventilabrum in manu eius.* Hoc dicit propter iudiciariam potestatem, qua discernūtur boni à malis. Sicut per ventilabrum purgantur formenta à sordibus, ita separabuntur de facto ad pœnam & meritum. Sic Ieremias in persona domini loquitur. Dispergam eos ventilabro in portis terræ. Malachias etiam ait. Ecce venit, dicit dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Expende autem, quod hæc verba de Christo saluatore ait Ioannes: quia vt ipse Saluator ait, pater omne iudicium dedit filio: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Verum quia potestas hæc iudiciaria est, segregare bonos à malis, vt bonos glorificet, & malos puniat: ideo quantum ad separationem, executionem & discretionem dicitur. *Et purgabit aream suam.* Hoc est ecclesiam militantem vbi grana cū paleis sunt mixta in præsentis enim ecclesiæ area triticū & paleæ, hoc est pij & impij mixti conuersātur. Ac tempore messis, tempore inquam consummationis seculi aliud videbimus, aliud perpetiemur. Id quod non tantum hac Ioannis similitudine docemur. Nouimus enim quid dominus alijs in locis dixerit discipulis bonis, & malis, tritico & zizanię, virginibus sapientibus & stultis, quibus & hædis: quibus omnibus idem persuadet dominus, quod Ioannes hic admonere tendit. Magnum quidem est in baptismo peccatorum accipere remissionem: tamen si relaberis in priorinum peccati cœnum, nec pœnitentiam feceris, ventilabrum Christi te ab horreo cœlesti expellet. Nec enim ideo tibi peccata priora remissa sunt, vt ne quis te dedas peccatis: sed vt post hac innocenter viuas, & voluptates huius seculi contemnas. Vides hic paleas cum tritico admixtas: sic in ecclesia militanti boni cum malis mixti sunt. *Sic ex duobus*

Ioan.4. Ioan.3. *filijs Adę Abel bonus & iustus erat: & Cain malus.* Et ex filijs Noe vnus malus, & alij duo boni fuerunt. Duos etiam habuit filios Isaac: Gen. vnus bonus, & alter malus extitit. Apostoli etiam non omnes fuerunt boni, quia ex illis vnus fuit tetertimus & sceleratissimus. Ex septem etiam diaconibus quos Apostoli elegerunt, vnus illorum autor extitit erroris. In hac igitur ecclesia militanti, boni & mali admixti sunt. Sustinet autem dominus in hac vita malos expectans eos, vel si aliquando conuertantur: & bonis operibus eos allicit, vt vel sic eos ad se attrahat. vt sic cum tanta beneficia à manu Dei illis videant contingere, in ipsum tanquam in parentem amantissimum conuertantur. Nam quando accipiter procul euolauit ac fugit è domini manibus, non illum fuisse ad se vocat & attrahit dominus: sed potius carnem in manibus ostendit, & signa amoris insinuat. Ità mali fugitiui ambulant à manu domini. Deus verò cuius tanta est in nos charitas & dilectio, ne isti mali perdantur: bonis operibus, & cunctis beneficijs eos ad se allicit & conuertit. Itaque sustinet Deus peccatores, & illos expectat vt aliquando conuertantur. Nam si latronem qui à dextris Iesu in cruce pendebat cùm alios interficiebat, & aliena furabatur, in interitū dominus adduceret, non vtique saluus fieret, nec tā fœlicē & beatū finē consequererur. Si Paulū etiā dūs interfecisset, cū Christianos vexabat, & ecclesiā persequebatur: non vtiq; tantum & tam insigne Apostolum gentium prædicatorem haberemus: nec Ecclesia gauderet tam sublimi suarum epistolarum doctrina. ¶ Secundò dominus malos sustinet: quia cedit in bonorū vtilitatem. Ne autem extra metaphoram, de qua hic vtitur diuus Ioannes, egrediamur, clarè constat paleam vtilissimam esse tritico: nam palea illud cooperit & defendit tenerum est, à nimio solis calore, & abactæ

& illud

& illud conseruat. Ità etiam mali vtiles sunt in hac vita bonis. Nam virtus nisi exerceatur, aresci t. Ensis itidem si semper vagina claudatur nec euaginetur, rubiginem cooperitur. Ità opus est vt virtus exerceatur, & probetur, nec otiosa sit. Vnde beatus Petrus: Vt probatio fidei vestræ preciosior sit auro & argento, quod per ignem probatur. Idis ergo duabus de causis simit Deus malos viuere, vt videlicet ipsi conuertantur: vel per ipsos boni exerceantur: vt ait Augustinus. Simit modo Deus crescere zizaniam: sed cum venerit tempus messis, idest, iudicij dies: dicet messoribus. Colligite zizaniam in fasciculos ad comburendum. Exibunt enim Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, & sic purgabitur Ecclesia. Vide ergo & tu quod sis granum, nec palea efficiaris. Et enim grana ad pedes ventilantis suo pondere cadunt: sed paleas longe ventus impellit. Si igitur in tribulatione ad Christi pedes cadis, eius voluntati penitus subiectus, granum es. Si verò tribulatio à Christo te semouet, palea es. Etiam in hac vita tribulario probat, quis sit granum, ad horreum cœleste destinatum: & quis palea, igne æterna comburenda. Christus etenim ventilabatur à tribulatione dum erat in horto: sed procidit in faciem suam dicens, Pater si possibile est, transfer à me calicem istum. Non vides in Christo granum ad pedes ventilantis proiectum? Sic te ipsum proijce in tribulatione tua ad pedes Iesu Christi: quod si id non feceris, palea es. ¶ Expende autem hic & diligenter considera: si illi qui in sua tribulatione ad pedes Dei non ceciderunt, igne inextinguibili, sunt comburendi: quid erit de his qui nulla tribulatione acti, mala committunt? Quo obscuro igne comburentur, qui depraua ta sua voluntate vitijs se tradiderunt? Istę paleæ inutiles comburentur in die vltionis: granum verò seruabitur. Atque ideò sequitur in contextu. *Et congregabit triticum in horreum suum.* Idest, iustos in beatitudinem. Recte autem iusti tritico assimilantur: quia fructificant & vtiles sunt proximis in Ecclesia Dei. Etenim triticum molitur, coaptatur, quoquitur, & denique in minutissimas particulas diuiditur: vt ipsum hominem sustenter, & illa vtilitati sit. Sic sancti propter salutē proximorum se ipsos dilacerant, & consumunt, vigilantes, studentes, laborantes, & vitas suas & salutem pro bono & vtilitate ecclesiæ in discrimen inducentes. Sic Paulus Corinthijs inquit. Ego autem libentissimè impendam, & super impendar ipse pro animabus vestris. Iob etiam sic inquit. Ingredieris in abundantia sepulchrum: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Sed quid de paleis? *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Paleas reprobos vocat qui sunt materia combustionis, & ita sunt pabulum ignis sempiterni, qui nunquam extinguitur. Hęc autem palearum adustio longe erit à tritico congregato: qui isti erunt in inferno, boni autem in gloria. Congregabit (ait) bonos, quod de reprobis non dixit: quia boni hic congregantur & vniti sunt, quasi cor vnum & anima vna, in dilectione, & charitate, & gratia. Mali verò dispersi sunt: quia non est pax impijs, nec in aliquo conueniunt. Dispersos peccatores in diuersos fasciculos mittet in stagnum ignis & sulfuris: iusti verò congregati in horreum Dei, in æterna beatitudine manebunt. Grandis & longa erit differentia inter bonos & malos, non solum in loco, sed etiam in modo. Sic in Hieremias habetur. *Quid paleis ad triticum dicit dominus?* In libro etiam Iudicum habetur fuisse bellum quoddam inter Galaaditas & Ephraitas: & vincentibus Galaaditis fugerunt Ephraitæ. Et Galaaditæ occupauerunt transitum quendam ad fluuium Iordanem, qua Ephraitæ redituri erant in patriam suam, qui cùm fugentes venissent, singuli dicebant. Obsecro vt me trahsire permittas. Galaaditæ autem respondebant. Nunquid Ephrataeus tu es timore autem perterriti dicebant, non, Galaaditæ autem vt certi de hac re essent, iubebant illis, vt hoc nomen Sibolech pronunciarent: qui autē hoc nomen rectè pronunciabant impunes trāsibāt: quia autē nesciebāt, in fluuio decollabātur, atq; ita quadraginta duo milia illorum interfecerunt. Omnes quidē angustum & difficilem mortis trāsitum subire debemus. Omnes nos oportet præsentari ante tribunal Christi (ait Paulus) vt vnusquisq; reddat ratione de his quæ gessit in corpore siue bonū siue malū. Hic autem sunt inimici nostri qui examinabūt nos. Qui verè prulerit Sibbolech, hoc est spica cū grano, vtiq; transiet: nā illi qui grana sunt, & in hac vita sanctis se tradiderint operib⁹, liberi transibunt in horreum Dei. Qui vero dixerit. Zaboseth, hoc est spica cum palea & sine

1.Cor.13. Esai.48. Ierem.23. Iudi.12. 2.Cor.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grano comburetur: sicut palea igne inextinguibili. &c.

¶ Obseruandū etiam hic est, quod cū multæ sint pœnæ damnatorum, ità vt in psalmo habeatur. Ignis, sulphur, spiritus procellarum. &c. *Psalm.10.* potius tamen de pœna ignis loquutus est dominus: quia punitio ignis inter corporalia grauior est pœna, & nomine ignis grauissima pœna intelligitur. Et non solum ignis, sed æternus. Ideò Ioānes igneū inextinguibilem dixit, quia nunquam extinguetur: sed vsque in seculum seculi ardebit, crucians damnatos. At si tu nunc per breue tēporis spacium nequis digitum in igne sustinere: qui ò infœlix peccator perpetuo ferre valebis inferni ignē: qui si cū materiali hoc conferatur, vtique materialis velut pictus apparebit? At si in lectulo blando floribus & rosis circundato iaceres, ibique varia musica instrumenta tibi deseruirent dulci & cordato concentu; ea tamen lege, vt quadraginta annorum spacio à lecto non surgeres: nonne tormentum hoc intolerabile iudicares? Quomodo igitur poteris ferre igneis cathenis esse ligatum in obsceno illo inferni loco: à quo nunquam in æternum surges? Sine vlla spe viuere, & certo scire, nullum esse remedium: trississimum quidem est, & lamentabile. Sed hæc missa faciamus.

¶ Obserua etiam quod vnus Christus habet ventilabrum in manu sua, & ille solus habet potestatem triticum à paleis separare, vt in totum mundum sit triticum: quod quidem vt diximꝰ in consummatione seculi tandē fiet.

¶ Præterea cauendum tibi maxime est, ne de relinquas aream domini propter leuitatē palearum: sed potius stude quantum in te fuerit, vt paleas in triticum conuertas. Etenim in Ecclesia catholica quæ area domini est, palee vt iam diximus sunt homines mali, abusus sunt, superstitiones, vitia, & peccata. Nunquid propter hoc fugiendū est ab ecclesia? Abiit. Noe propter malitiā Can non deseruit aream. *Gen.9.* Nec Petrus ob iudæ improbitatem deseruit apostolatum. Si in ecclesia non foret peccatum, quid opus esset remissione peccatorum? An quia aliqui malè viuunt, totam *Mat.15.* Christi calumniabetis ecclesiam? Noli contemnere rete euangelicum propter malos pisces. In ecclesia nostra maxima quidem videtur scelera, sed nihilominus vera ac euangelica seruatur doctrina. Scelera operibus pœnitentiæ abluenda sunt: & doctrina sectanda. Sed extra ecclesiam impurissima scelera videbis, & frustra quæres sanam doctrinam. Sed de his satis. *Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.* Non est dubium quin ipse longiori fuerit vsus sermone. Nam Euangelistæ non scribunt nisi fundamenta, themata & conclusiones sermonum. Etenim certum est quod cùm diuus Ioannes à deserto exiret plenus scientia & diuino spiritu, non hæc solum dixisset, sed sistens: nam super hæc verba, & super illa, pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum, multos ac egregios pœnitentiæ prædicauit sermones: & mirabiliter de hac *Mat.* materia fuit loquutus. Sic cùm dicit Matthæus quod in monte prædicauit Christus illas beatitudines, beati pauperes spiritu, &c. multa de his beatitudinibus protulit, quæ longum esset recensere: sed Euangelista fundamenta tantum materiæ posuit, & conclusiones. Ideoque in Euangelio Ioannis scriptum habetur. Multa & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Discere ex hoc loco multa statuta, ceremonias, & consuetudines habere nunc Romanam Ecclesiam catholicam, quæ ab Apostolis detinta sunt: & venerunt ab ore in os, ab ipso domino nostro Iesu Christo. Nam sicut Euangelista non scribit omnia quæ Ioannes Baptista prædicauit, quia dicit quod multa alia exhortans prædicabat, & hoc vnico verbo illa omnia concludit: multo melius hoc de Christo dicere poterat, quod multa alia euangelizauit, & docuit, quod etiam Euangelista Ioannes dixit. Ideoque non quæras vbi habetur in Euangelio de ordine diaconatus & subdiaconatus, & acolytorum, & vbi tractent Euangelistæ de christma, aut de perpetua beatæ Mariæ virginitate. Plura enim habet Ecclesia quæ non sunt expressa in scriptura: nam si nihil aliud esset creditum nisi quod est in scriptura, sequeretur quod antequā Matthæus qui primus scripsit euangelium post quindecim annos à Christi ascensione scriberet, nihil erat credendum, quia tūc nihil erat scriptū. Et post multos annos non tenebamur credere Lazarē resurrectionem, quia nondum Ioannes illā scripserat. De his in præfatione beati Lucæ in initio huius diximus. Nūc autē satis sibi fecisse quod ab ipso Deo & Christo Iesu acceperunt. Apostoli, quæ suis discipulis prædicauerūt, & illi alijs: atq; ita Ecclesia Romana ac

accepit, & obseruat: quæ cum diuino spiritu tenatur, minimè errare potest, nec vnquam erauit, etiam si alia erauerint. Sic Lucas Euangelista in Actis, quando Christus voluit ecsio ascēdere, ait, quod loquebatur suis de regno Dei, id est, de statu Ecclesiæ militantis. Quod autem loquebatur non exprimit. Cū iam ad patrem vellet discedere, cum illis de gubernatione Ecclesiæ egit, de sacramentis, de ordinibus, de Episcopis, & sacerdotibus, & de alijs multis quæ Euangelista silluit. At illa vnico solo verbo cōprehendit, dicēs. Loquebatur de regno Dei. Pudeāt igitur illi Lutheriani omnū hæreticorum & quos terra sustinet, impudentissimi & procacissimi, qui in omnibus expressam auctoritatē Euangelij postulāt, nolētes credere ecclesiæ: cū non videāt eccl & ducēs eæcorum quod scriptura fuisse pte autoritatem ab ecclesia. Actibus finamus, quandoquidem tantum in infernum festinant, & expositionem sequamur beati Lucæ, qui postquam de prædicatione Ioannis egit modo inquit. *Herodes autem Tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes.* Solus Lucas meminit quod Ioannes reprehendesit Herodem de alijs criminibus: nam Matthæus & Marcus solū de incestu enim Herodiade tractant. Quæ autem fuerint alia crimina nescimus. Fuisse autem illum hominē impium & scelerātum non solum ex domini verbis qui illum appellat vulpem, sed ex pœna priuationis tetrarchiæ, & exilij perpetui apud Lugdunum à Caio imperatore inflicta colligi potest. Dē Herodiade solū hic agit mētionem, non addūcens in medium reliqua ipsius vita nec eorum qualitates: nam reprehensio Ioānis de hoc crimine fuit causa suæ mortis. Etenim Herodes Antipas Herodiadem fratris sui Philippi vxorem tulerat, quod turpissimum connubium beatus Ioannes nō poterat non reprehendere. Nanque beatus Ioannes non erat vt multi huius temporis, qui vitia paruulorum taxant, & puniunt: & potentum peccata dissimulant. Ioannes autem non solum peccata populi, pharisæorum & publicanorum exterminat, sed etiā peccata principis declarat. Vbi venit statim conculcanda Ioannis charitas, & impietas Herodis. Ioannes quippe volebat Herodem salutem fieri, sed Herodes volebat Ioannem de figere. Quid aliud Ioannis animum moueret nisi Dei dilectio & amor? Angelus enim de eo dixerat venturum esse in spiritu & virtute Heliæ, qui regis Achab arguebat peccata: licet sciret odiū, & persequutionem excitaturū. Perfectus Dei minister plus facit Dei honorē, quā propriam vitā tutare & commodū: imò plus quā vitā & salutem propriam sedi suæ, omnium rerū suarum iacturā & dispendiū facit, cruciatus & mortē ferat; quā ignominiosas in Deū calūnias. Quemadmodū in *Esai.37.* Ezechia videre licet, qui scidit vestimēta sua, cū legeret literas in quibus Rapsaces legatus regis Assyriorum dura conuicia euomuerat, contra sanctū Deū Israel. Sic Ioannes tantū scelus ferre nō valens, & saluti ipsius Herodis consulens, ipsum arguebat; sed Herodes ei qui vitam animæ illi voluerat restituere, vitā aufert. Hæc est retributio malorum in bonos. Vnde in psalmo inquit Dauid. Posuerūt *Psal.108.* aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Vide quā parū profit in peccatoribus obstinatis charitatiua & fraterna correctio. In duro & deprauato corde nihil prodest monitio sancta bonorum. Quando *Exo.7.* Pharao nolebat dimittere populum domini, vt sacrificaret domino Deo suo, misit Deus Mosem cū virga in manu sua, quam cum in terram proijceret coram Pharaone, conuersa est in colubrum. Correctionem & reprehensionem vocauit Iob virgam, dicens. Quasi impij eleuati sunt. &c. Non est virga Dei super illos. Hanc virgam, quæ correctio est, si coram obstinato Pharaone proijcias, hoc est coram peccatis obstinato: in colubrum conuertitur, hoc est in peccatum letale: quia non sponte correctionem accipit. At notandum est, quod cum Moses habuit virgam in manu nō conuersa fuit in colubrum, quousque illam in terram proiecit. Ita nimirum tu accepetis correctionem quām quis tibi præbet, non colubēr est, sed virga in manu: si à te ipsam proiecetis, in colubrum, hoc est in peccatū cōuertitur. Et quale est illud? Vir (sait lapiēs) qui dura cervice corripientē contēnit, *Prouer.29.* repentinus ei superueniet interitus. Et in Ec- *Eccl.15.* clesiastico etiam habetur. Qui odit correctionem, minuetur vita eius. Breuior erit illi vita corporis, nam paruū temporis viuet: & vita etiā gratiæ, quia in peccato morietur. Quid ergò erit remedij? Vt caudā colubri accipias quemadmodum Moses fecit, & in virgam cōuertetur. Cohibrum iterū accipere, est reprehensionē admittere: & ex cauda apprehēdere, & finem & intentionem illius cōsiderare

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui reprehendit: tuncque coluber in virgã salutiferam conuerteretur. Hoc deberet impi⁹ & sceleratus Herodes considerare, & quantum & quam magnum esset beneficium amica & benenuola exhortatio. Melius est enim à sapiente corripi: quam stultorum adulatione decipi. Ideò Dauid cupit à iusto in misericordia increpari. At ea est mundi vanitas & insipientia, vt semper veritatis amatores odiat, & fugiat. Odio habuerũt corripientẽ in porta. Sic Achior propter veritatẽ ab Holopherne ligat⁹, & Michæas alapa percussus est. Sic & Esaias, Hieremias, Helias, Barachias filius Ioiade. Sic & Amos & omnes sancti & prophetæ persequutionẽ passi sunt: & semper à mundo veritas odio fuit habita & contẽpta. Vnde Paulus Galatis suis scribẽs ait. Inimicus factus sum vobis, verum dicens. Ideoq; adludæos saluator dicebat. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Beatus Ioannes quia verum dicit, persequitur ab Herode, quousque in capitis discrimen illum intulit.

¶ Quærunt autẽ ad hoc facinus perpetrandum hanc occasionẽ, vt puella quædam saltatura excat, & petat Ioannis caput. In hoc mũdo boni pro nihilo habentur. Vnde Paulus. Æstimati sumus sicut oues occisionis. Qui lapides pretiosos non agnoscit, smaragdum, qui decem millia ducatorum valet, pro decẽ vel duodecim ducatis æstimat. Ità mundus tanquam ignorans & insipiens iustorum valorem & precium non nouit: cùm secundũ veritatem lapides pretiosi sint inæstimabilis valoris, in beatitudinis ædificium coaptandi. Ideò Paulus loquitur ex de mundi iudicio & sententia dicit. Æstimati sumus sicut oues occisionis. O mundi vanitas execranda, vt sanctissimo viro Ioanni Baptistæ caput auferatur, propterea à quod puella exeat ad saltandum. cum reuera nec oniculæ esset auferendum. Ne autem existimes quod quia Herodes illum cõtemnit, Deus illius obliuiscitur. Nam quemadmodum ille qui turrim altissimam vult condere, prius fundamenta profũdissima iacit: ita volens Deus super omnes choros angelicos beatum Baptistam collocare voluit, vt in morte humilior esset omnib⁹ alijs. Nam nemo omnium tam vili & abiecta occasione mortuus est, sicut ob videndam puellam saltantem filiam cuiusdam meretricis. Caput autem huius tam celeberrimi viri, quo inter natos mulierum non surrexit maior, oblatum fuit fœdis & adulteris mulieribus. &c. Vt igitur ad vitia & peccata Herodis reuertamur, inquit Euangelista. *Adiecit & hæc super omnia.* Vbi maximè aduertere debes, quomodo vnum peccatum alterius sit causa peccati, & quantam veritatem in eo contineat dictum illud beati Gregorij: quod peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Herodes peccatis prioribus alia adiecit peccata: quia abyssus abyssum inuocat, & vnum post alterum trahit peccatum. Vnde in Ecclesiastico habetur. Cor nequam grauabitur in doloribus: & peccator adijciet ad peccandũ. Et hoc iusto Dei iudicio. Quia cũ misericordiarum dñi nolit occasionem oblatam accipere, meritò à Deo derelinquitur, vt suos appetitus & libidinem sequatur, & vt peccata peccatis addat. Etenim (vt inquit Augustinus) vnũ peccatũ est pœna alterius peccati. Et vnum peccatũ dominus permittit, vt aliud puniat: iuxta illud Apocalypsis. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Si autem huius rei appositissima exempla in sacra pagina videre velis, audi. Nam cum Caim fratri suo Abel maximè inuideret: cumq; huius peccati pœnitentiam non egisset, in aliud maius & grauius præcipitẽ se dedit, scilicet in homicidiũ sui proprij fratris. Nec in hoc gradũ sistit, sed eo insania & temeritatis deuenit, vt existimaret Deum ignorantem & nescientem esse. Et à vt diceret. Nunquid ego sum custos fratris mei? Et his omnibus peccatis aliud addidit omnũ pessimũ scilicet, dicere. Maior est iniquitas mea quam vt veniam mereat. Dauid etiam pronus vt Bersabe concupiuit, secũdo loco adulterauit, tandem tertio homicida fuit. Petrus etiam primo simpliciter negauit Christum: secundo addidit iuramentum, & tertiò anathematizauit. Sic etiam Iudas fur erat, & loculos habebat, vt ait Ioannes: deinde murmurator, & detractor: deinde dominum suũ vendidit: postremò seipsum suspendit. Ne obdiere cro in peccatis detinearis: quia tantas eorum farcinas assumis, vt oneri sit tibi succumbendum. Vnde regius & diuinus psaltes. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Tantum temporis peccatis habebis, vt in profundum malorum deuenias. Vnde Daniel sancti quo dixit. Nũc venerunt peccata tua quæ operabaris prius super te, judicas iudicia iniusta. Ex vno in aliud deuenit peccatũ, & vnũ peccatũ aliud impellit: & nullũ finẽ nec terminũ hoc

hoc genus mali haberet, nisi diuina misericordia nostris peccatis imponat finem. Quemadmodum lapide proiecto in aquas excitatur fluctus, qui simul vt oritur, alterum secũ excitat, & ille alterum quousque in magnum & pene infinitum numerum fluctus perueniant nisi scopulum aliquod fluctibus obsistat, ne fluctus vltra progrediantur, sic ex vno peccato commisso aliud oritur, & ex illo aliud, vt fluctus ex fluctu: ibitque hoc fluctuatio in immensum, nisi diuina misericordia his peccatorum fluctibus resistat. Hinc propheta Oseas peccata Israelitici populi narrãs inquit. Maledictum mendacium, periurium, &c. sanguis sanguinem tetigit. Tunc sanguis sanguinem tangit: cùm peccatum vnum ad peccatum aliud impellit. Ligatura Sansonis semper de malo in deterius procedebat. nam prius fuit ligatus decem neruceis funibus: secundo nouis funibus: tandem vltimo, clauo in terram defixo fuit ligatus à crinibus. Sic peccator de vno in aliud peccatum tendens, semper eius status deterioris fit conditionis, & fortius ligatur à dæmone ligamentis & funibus peccatorum: ità vt mentis tenebris obcæcatus in circuitu diabolo seruiat. Quapropter dominus per Matthæum malos contuit cum hædis, quia hædus semper procedit de malo in peius: nam quanto magis hædus adolescit, tanto peior fit ad manducandum: ità vt quando ad maturam ætatem peruenit, comedi à nemine possit. *Sic* mali semper in peius proficiunt: quousque in profundum malorum deueniunt. Ideò cauendum est diligenter à prioribus peccatis: nam licet parua tibi in principio videantur, paulatim & sensim in grauissima incides, & in profundum malorum. Ideò Ecclesiasticus ait. Tanquam à facie colubri fuge peccatum. Videbitur forsan tibi parum commendasse fugam peccati: siquidem non dixit, fuge peccatum tanquam ab vngubus leonis, aut tanquam à tigridis dentibus, aut tanquam à facie draconis: nam coluber parum veneni habet, nec ab illo fugiunt nisi pueri. Per colubrum qui autem animalia venenosa minus venoni habent intelligit hic Ecclesiasticus paruum peccatum, à quo fugere debes. Quare? Quia Esaias dicit, quod ex radice colubri egredietur regulus. Basiliscus inter reliqua animalia venenosissimum est, & adeò malus est vt solo intuitu homines interficiat, atque ita per illud intelligitur grauissimum omnium peccatum. Fuge igitur à paruis & prioribus peccatis, ne forte oculis Basiliſci interficiatis: siquidem ex paruis peccatis grauissima oriũtur. In Ægyptum misit dominus Cynifes, qui musculæ sunt paruæ. At postea magnas muscas misit. Vt inde intelligas post parua mala grauiora subsequi. Quod si à prioribus nõ caueris, in maiora incides. Vnde Ecclesiast. Qui spernit modica, paulatim decidet. Nam qui consueuit minora damna contẽnere, maiora non sentit: & tanto minus grauiores culpas timet, quanto in minimis nihil sentiebat. Beatus Paulus ne Corinthij in grauia mala præcipitarẽtur, quia parua contẽnebãt, ait eis. Sedit populus mãducare, & bibere: & surrexerũt ludere. Quia in modico cibo & potu sunt vsi, in idololatriã abierunt. Malũ paruũ time: nã qui inimicũ contemnit, ab eo plerunq; interficitur. Vnde Esaias. Væ qui trahitis in funiculis vanitatis iniquitatem. Meritò iniquitas in funiculis vanitatis trahitur, quia peccata peccatis connectuntur. Abyssus abyssum inuocat, & vnum peccatum aliud trahit: & parua scintilla montem incendit, & ex paruis occasionibus maxima mala nascuntur. Solet enim fieri si locũ prauæ cogitationi in tuo corde dederis, vel iocosæ confabulationi, paulatim ad turpia & inimicitias peruenitur, & multoties ad mortem & interitum. Herodes denique multa mala fecit, & vxorem fratri suo abstulit, & super omnia hæc dicit Euangelista, quod adiecit ad hæc. Et quid adiecit ad mala priſtina? Et *inclusit Ioannem in carcerem*. Scelera sua omnia hoc vno absoluit, comprehendens sanctiorem virum, & iustiorem quo neminem in terris reperires, præter Christum & sanctissimam ipsius matrẽ. Nõ colligunt de spinis vuas, nec de tribulis ficus: nec à simili homine sceleratissimo aliud melius sperari poterat. Quomodocunque malum tractaueris, semper deteriorem partem reportabis: nec bonus & iustus ab impio & obstinato peccatore alia maiora beneficia sibi comparabit. Ideò Esaias ait. Ne formides à duabus caudis titionũ fumigantium. Mali titionibus comparantur. Caudas appellat extremitates torrium in quibus est ignis. Vide ꝙ qui peccatores sunt & principes superbi ac tyranni, titionibus similes sunt nõ lucẽtibus, sed fumigãtibus. Ecõtra boni lucẽtes, lux mũdi sunt: sed iniquus, torris est nullũ splẽdorẽ emittẽs, sed cõburens, exulcerãs, fumigãs, oculos grauãs, & ad lachrymas puocãs, nigredi

Eccl.7. Psalm.147. Amos.5. Iud.5. 3.Reg.22. Gala.4. Ioan.8. Rom.8. Matth.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem efficiens, & totam congregationem hominum dilspans. Et dicit, ex vtraque parte fumigans: quoniam ex nulla parte eum accipies, quin comburaris. Si eum mones & corripis, persequitur te: si laudas & adulationibus fallis, te ipsum perdis. Nullum est his medium: nec aliquid maioris emolumẽti, ab eis capies, quam id quod Ioannes Baptista. In deserto feræ nec animantia bruta in nihilo vtrum sanctum læ debant. Ad hic inferni torris nullam habuit suæ sanctitati respectum, nec mirabi t eius doctrinæ: sed tanquam latronem aut homicidam in carcerem illum coniecit. Ex qua doctrina prospicere attente debes quæ viscera charitatis & benignitatis Deus habeat, tam erga pios & sancto: quàm erga iniquos & prauos peccatores. Nam Ioannes præcursor domini, vox verbi, angelus missus ante faciem suam, in carcerem conijcitur: & quod magis est propter rem ridiculam caput amputauerunt. Herodes filius perditionis fluctet delicijs, & lætatur. Quis iudicabit bonis bene esse, malis autem male, cùm contrarium prorsus videatur? Hinc igitur impij accipiunt occasionem ac in sua malitia roborantur, sicut olim Israelitæ dicentes. Bene nobis erat cũ seruiremus militiæ cœli, ideò non audiemus vocem tuam. Item illud. Recede à nobis. Quid enim prodest nobis si adoraue rimus eum? Et temque illud Malachiæ. Vanus est qui seruit Deo. Verũm non te moueant hæc. Certũ est enim Deũ odire peccatores, etiam si omnibus mundi bonis perfruantur: & ecõtra diligit bo os, etiam si omnibus malis eos subijciat. Hic necesse est vt rem hanc oculi fidei attentissimè introspiciant. Sed vt clarè hoc appareat Ioannem cum Herode cõferamus. Dic igitur cui eorũ melius erat: Herodi an Ioãni? Profectò si rẽ bene inspicis Ioannem etiam in carcere vincto. Ioannes quãuis vinctus tecurus erat, nec regem timebat. At Herodes licet liber esset Ioannem timebat. Item Herodes diuitias habebat, sed non satiabat: vt tamen Ioannes nihil horum possidens contentus erat, nihil amplius quærens. Solet enim Deus aliis tribuere dona, aliis frustum donorum. Vnde Iob. Si comportauerit impius quasi puluerem argentum ipse cõgregabit, sed innocentis duridetur. Deinde quid malefec t Herodes? Coniecit illum in carcerem. At Ioanni totus mundus carcer erat. Coniecit in tenebras, cui prius exosa erat externa illa lux. Abstulit ei vitam: sed hanc ipse

Ierem. 44.
Iob. 21.
Mala. 3.
Iob. 27.

despiciebat, & mundo mortuus erat, cupiés dissolui, & esse cum Christo. Tertiò, Quis eorum fortior fuit? Vtique Ioannes. Vincit illũ Herodes, sed non potuit ligare linguam: obstulit vitam, sed non potuit auferre iustitiam, fidem, nec Deum ipsum. Quartò, Quis eorũ nunc melius habet? Ioannes certè: nec eum sequuta est semper aduersitas, nec Herodem prosperitas. Ioannes modico tempore tribulatus, quiescit in æternum: Herodes modico tempore gauisus, tristatur in æternũ. Etenim impius cùm moritur, non secum rapit opes. Nihil hinc auferre licet nisi quod iustitia aut peccato rapitur. Pius in gratia discedens, omnia Christi bona secum rapit. Abunde igitur diues est, qui cum Christo pauper est, nec penuriã timere potest. Sed impius cũ suo peccato omnia diaboli mala secum affert, & sic omnium miserrimus est. Vides ergo quam aptè dictum sit quod impijs non bene sit nec pijs male in hac vita: hoc autem caro non cognoscit. ¶ Herodes timebat Ioannem vt Martyr cus ait: at Ioannes non timebat Herodem. Dignum equidem consideratione est quantum mali bonos timeant. Nulla est co umba quæ sic adeò accipitrem pertimescat, nec ouis aut agnus lupum: vt iniquus, & peccator iustum. Videtur enim bonos dominiũ quoddam & imperium habere super malos: quod quidẽ quotidie experimento videmus. Decreuit Gothonathas & socius eius inimicos inuadere, & vt in castra vbi inimici erant transirent, alcendit per scopulos: at cùm caput erexit, & cum Philistæi Dei inimici faciem Ionathæ viderunt (vt inquit scriptura) solo illius aspectu fere mortui sunt. Videntes faci m Iona hæ alii cadebant ante pedes eius. &c. Etenim cecidit nouerunt mali quantum valeant & possint boni coram Deo, ità vt si ignem petant à cœlo descendere aduersus eos, statim dominus concedet, vt fecit Helias. Quòd si petierint vt terra aperiatur, & malos deuoret: vtique faciet dominus: vt concesit Mosi vt deuoret Dathan & Abyron. At si pluuias petunt, de cœlo descendentis autem est riliratem obnostra peccata; id etiam fiet. Sic timebat Saul Dauidem: & Herodes Ioannem: licet in vin culis esset coniectus. ¶ Iam igitur vides quo modo boni etiam si pauperes & egeni sunt, & humano destituti auxilio: nihilominus fortiores & beatiores sunt, quam impij. Nunc autem operæ erit pretium vt Ioannis honorem in carcere retenti restaurentis. Nam si videres

videres quod mandato regio aliquis homo qui ab omnibus iustus & sanctus iudicabatur in carcerem detruditur: non me scandalizaberis. Semper pro iustitia bene præsumendum est: dum autem nobis non contrarium constiterit, semper iustitiam benefacere, iudicandum est. Aspice igitur nunc beatum Baptistam in carcere deuinctum, & ipsius famã & honorem magnum detrimentum pati. Opus igitur est, si quidem iniuste, & immerito iniuriam patitur, & in carcere deuincitur vt innocentiam suam & synceritatem probet. Ioannes igitur septẽ testes pro partibus suis adduxit: & his probat rectum, & iustum esse, & cõtra omne ius in carcere detineri. Primus testis venit præsentandus pro innocentia Baptistæ Propheta Malachias qui dicit de Ioanne Baptista. Ecce ego mitto Angelum meũ, qui, &c. Tanta est huius hominis puritas & innocentia, vt merito cum Angelis conferatur. Secundus & non contemnendus testis est regius Propheta, qui considerans Ioannis sanctitatem in psalmo dixit. Iustitia ante eũ ambulabit, & ponet in via gressus suos. Tertius accedat testis Angelus Gabriel qui dicat. Erit magnus coram domino. Quartus Zacharias pater eius, qui repletus spiritu sancto filio dixit. Tu puer propheta altissimi vocaberis. Quintus & non minoris autoritatis testis est vox populi qui dicebat. Manus domini erat cum illo. Sextus ipsa veritas Christus redemptor noster qui ait. Inter natos mulierũ non surrexit maior Ioanne Baptista. Septimus accedat testis ipsemet Herodes inimicus & persequutor Ioannis: nullum quippe maius est signum veritatis, nisi quod à proprijs inimicis profertur. Herodes inimicus Ioannis, iustitiæ, & veritatis, de ipsa veritate Ioannis, iustitiæ, & veritatis, de ipsa veritate testimonium perhibet: nam de illo ait Marcus. Herodes metuebat Ioannem: sciebat illum virum iustum & sanctum. Et Herodes dixit etiam de Ioanne. Virtutes operantur in eo. His testimonijs Ioannis sanctitas probabatur, & quod iniuste ab Herode sit in carcere detentus. Et cùm ita hæc sese habeãt, nihilominus Herodes Ioannem quem sciebat iustum esse in carcerem deiecit, & decollauit: quia cum de peccato arguebat. Periculis expositus regum status est. Nũquam ad eos ingreditur veritas, dum assentatoribus ab illis accessus datur: & accedit illis quod his vsu venit qui in eminẽtiori aliqua turri positi dũ in terram inspiciunt attoniti tãto & tam magno hiatu interiacente obstupescunt, & quasi extra suos sensus exeunt. Ij putant omnes illis debere, & reliquos homines quasi alterius generis animantia despiciũt. Quidquid volunt & cupiunt, nimis cupiunt: nec curant rectum sit, an iniquum quod postulant. Vide qualem Nabuchodonosor habuerit insolentiam: qui sapiẽtes omnes interfici iussit, quia somnium suum non diuinabant. Omnia volunt ad nutum & ex animi sentẽtia fieri, etiã si sit contra fas vel nefas. Si alicui contradixeris morieris, sicut Ioannes Baptista. Dan. 2.

¶ Sed his dimissis vt ad alia properemus: hic obseruandum est, quod multa de Ioanne Baptista scripserunt Euangelistæ, & plura quam de virgine Maria. Nam licet de virgine vt in superioribus vidimus, multa dicat noster Lucas, Marcus tamen nihil omnino dicit, Matthæus verò & Ioannes paucissima. De Ioanne tamen omnes quatuor Euãgelistæ multa dixerunt. Scripserunt nanque conceptionẽ, natiuitatem, vitam, prædicationem, mortem, & sepulturam. Ratio est quia intentio Euangelistarum fuit narrare omnia gesta & dicta Christi, in quantum illa sunt necessaria vel vtilia ad nostram salutem. Quia tamen interdum illa non possunt enarrari, nisi interponantur quædam pertinentia ad alios quatenus aliquo modo tangunt gesta Christi, oportet vt de illis dicant. Nullius autem quantuncunque sanctissimus sit gesta describuntur: nisi quatenus tãgũt historiã Christi. Ideò de beata virgine quædã narrantur, quædã verò subticẽtur: narratur quomodo Christũ cõcepit & peperit. Cætera verò de beata virgine vt assumptio eius ad cœlos, & alia quæ ad Christi historia nõ pertinẽt licet illa essent relatu dignissima, nullus Euangelistarum tetigit: quia erat eis alienum & præter intentionem eorum. De Ioanne etiam eodem modo dicendum est, quod de eo Euangelistæ aliquid dixerunt non propter sanctitatem suã: sed in quantum gesta eius pertinebãt ad Christum: & quia plura suorum gestorum ad Christum pertinebant, plura de eo scripserunt Euangelistæ. Sed satis digressi sumus: nunc autem ad contextum. *Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus.* Iam hic clarè vides quomodo Euangelista non seruat ordinem historiæ. Nam clarũ est quod id quod de baptismo dicit, non fuit post carcerem & vincula Baptistæ, sed antea: quòd sæpe non solum Lucas, sed etiam alij Euãgelistæ facere solẽt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ductu spiritu diuino. Sic etiam D. Augustin⁹ sentire videtur quod Iudas post Christi mortem laqueo se suspenderit, nam visis miraculis quæ in Christi morte fiebant compunctus est: nam antea non erant principes sacerdotũ in templo, vt daret illis pecunias: quia assistebant in Christi morte. Hoc autem Matthæus scribit ante Christi mortem. Ioannes etiam euangelista ait ante Lazari suscitationem Mariam vnxisse pedes Iesu: quod accidit postea ante lex dies Paschæ. In Genesi quoq; dixit Iacob Ioseph filio suo. Nunquid ego & mater tua adorabimus te super terram? Cùm ergo tunc esset viua Rachel, scriptura ante hoc in capite trigesimoquinto scribit mortem Rachel, quæ postea fuit. Nam si cùm hæc dixit Iacob Iosepho mortua esset Rachel, non esset Ioseph filius senecturis, sed Beniamin. Et etiã quod habetur Exo divigesimoquarto. Et venit Moses & narrauit populo, omnia verba ponenda sunt in fine capitis præcedentis, ante initium capitis vigesimiquarti. Nam post datas leges descendit Moses de monte, vbi cum domino fuerat. Plura alia scripturæ loca in medium adducere possem, nisi breuitati consuleret. ¶ Sed his dimissis obserua quod licet Lucas dicat quod omnis populus baptizabatur à Ioanne: dictio, omnis, non pro omnibus nullo dempto accipienda est: sed pro maioti parte: nam certum est aliquos nõ fuisse à Ioanne baptizatos. Vniuersales loquutiones in scriptura non ita vniuersaliter vt litera sonat accipiendæ sunt, nec in rigore dialectico. Sic Esaias. Videbit omnis caro quod os domini loquutum est. Et Paulus fecit omnibus omnia factum esse prædicat, vt omnes lucrifaceret. Atque in alio loco ait. Oës quærũt quæ sua sunt, nõ quæ Iesu Christi. Dñs etiam. Omnes qui ante me fuerunt, fures fuerũt, & latrones. Numquid fur fuit Dauid, Esaias, Ieremias, & Ioannes Baptista? Absit. Loci isti & vniuersales loquutiones non de omnib⁹, sed de pluribus intelligendæ sunt. Ex quo patet quam debile sit fundamentum eorum, qui probare voluit, beatam virginem conceptã in originali peccato ex illo Pauli. Omnes in Adam peccauerunt. Ex opposito contra ipsos adduci potest illud quod Iacobus ait. Omnes in multis deficimus. Vbi Iacobus de peccatis actualibus loquitur, quia pluraliter loquitur. peccatum tamen originale vnum in vnoquoque tantum est. Si ergo omnes nullo excepto intelligendum est quod in multis de

Augu. q. ex nouo test. q. 94.

Mat. 27. Ioan. 11.

Gen. 37.

Esa. 4. 1. Cor. 5.

Philip. 2. Ioan. 10.

Rom. 5. Luc. 3.

linquimus: concedere tenentur authoritate Iacobi conuicti quòd beata virgo habuerit multa peccata actualia. Et si dicant quod Iacobi dictum interpretandum est excepta Dei para virgine: cur etiam & autoritas Pauli sic interpretanda non erit? Igitur Iacobus & omnes autoritates quas citauimus, excepta Pauli autoritate quæ omnes includit dempta virgine intelligendæ sunt, vt in plurimũ: nam multi excipiuntur ab illa generalitate. Iste etiam modus loquendi frequens & vsitatus est apud nos. Nam si plures sequuntur aliquem egregium concionatorẽ dicere solemus. Omnes sequuntur illum: scilicet, maxima populi pars. Sic etiam omnis populus baptizabatur à Ioanne, id est, maxima populi multitudo: & maior populi pars veniebat ad Ioannẽ & baptizabatur ab eo. *Et Iesu baptizato.* Expende Christi bonitatem & humilitatem: nam Ioannes peccatores baptizabat, & prædicabat illis pœnitentiam: & Christus ac si peccator esset, inter multitudinem peccatorũ baptizari voluit à Ioanne. In circuncisione tanquam peccator circuncidi voluit: sed illam humilitatẽ coram paucis ostendit. Verum hic coram multitudine populorum tanquàm si peccator esset nudari & baptizari voluit à seruo. Mercator vbi lucri spes affulget currit celeriter, & nihil intentatum relinquit, quo citius vadat. Ita Christus vbi humilitatem assequi poterat, accelerat & properat: vt hanc sibi ipsi copularet. Atque ita inter peccatores constituti voluit, vt vnus eorum, qui rex erat ecclesiæ. Voluit itaque dominus baptizari vt exemplum humilitatis præberet. Item non vt sanctificaretur ab aquis: sed vt vim regenerandi aquis conferret. Item vt innotesceret Ioanni determinate: nã quanuis sciret Ioannes Christum in mundo esse, tamen quia oculis corporeis illum non viderat, nesciebat quis esset. Atque ideò postea dixit. Ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Venit itaque Christus lõge itinere à Galilæa vsque in Iordanem vt baptizaretur: vt doceat nos, qua humilitate & reuerentia suscipiendi sumus ecclesiæ sacramenta, quandoquidem baptismum hunc qui futuræ vmbra & imago erat tanta humilitate Christus suscepit, & à longinquo veniens. Nunc autem omnes volunt sacrum domi celebrare, vbi ludunt, comedunt, & bibunt. ¶ Quę-

admodum

admodum Christus in baptismum tendit, tu facilitter. Nonne manifestissima esset insania, quod vellet aliquis regem domum suam venire ad conuersandum? Tu teneris ad illũ ire, ille autem ad te nequaquã tenetur. Nunc autem sacerdos iam est indutus sacris vestibus expectans te vt à lecto surgas, & manus & faciem laues: nonne hoc est Deum ad te venire vt te inuisat & alloquatur? Ità Christus in baptismum venit, iter à longe faciens tanquam alius quiuis particularis homo: vt intelligas qua reuerentia ecclesiæ sacramenta sint suscipienda. Ex ea autem humilitate qua baptismum suscipi, discere debes, quomodo in Ecclesia debeas esse. Nunc autem maximè deplorandum quanta irreuerentia multi sint in Ecclesia: magnas sedes secum ferũt, puluinos, & alia id genus superflua & vana. Aspicè igitur Christum quomodo inter alios peccatores baptismum suscipit: tu verò sacramentum inter alios nõ vis accipere: sed quia nobilis es (& insanus & amẽs potius quã nobilis) solus eucharistiæ sacramentum vis suscipere: quasi videatur tuæ autoritati aliquid derogari si cum alijs accedas ad tantum & tam ineffabile sacramentum.

¶ Aduerte autem quod quẽadmodum duo fortes & ad pugnam instructissimi homines ex auditis solùm & fama se cognoscunt, desiderant tamen facie ad faciem se ipsos videre, & suarum virium in congressu aliquo experimentum facere: ita duo hic potentissimi hominum Christus & beatus Ioannes de humilitate in hoc baptismo quasi certant, quis eorũ humilior appareat. Ioannes ait. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Et rursus ait. Non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti, Sed Christus. Vis ne mecum de humilitate certare? Ad id quod dicis, tu venis ad me: dico quod ego veniam vt quæram te: & manum eam quam dicis non esse dignam soluere corrigiam calceamẽtorum meorum super caput meum ponam in baptismo, &c. Et *vtante*. Nullam Christus habebat necessitatẽ vt oraret: sed vt exemplum præberet, & simul doceret orationem nobis esse faciendã post absolutionem peccatorum, & in statu gratiæ & non in peccatis, in quo statu nullum opus meritorium vitæ æternæ fieri potest. Et enim habetur in Esaia dominum dixisse. Cũ multiplicaueritis orationem non exaudiam. Et adiecit. Lauamini, mũdi estote, auferte malum, &c. Secundò, orat Christus, vt scias post baptismum esse hominibus orandum vt introeant cœlum. *Quia* licet per baptismum aperiatur cœlum, & detur nobis gratia & remittantur peccata: manet tamen fomes peccati nobiscum pugnans interius, & mundus, & dæmones qui exterius apertissimum bellum aduersus nos gerunt: contra quos antidotus saluberrimus & necessarius est oratio. Sic beatus Petrus admonet dicẽs. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiẽs circuit, quærens, &c, Ideoque vigilate in orationibus? Nam vt Paulus ait. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Sciendum autem est, antequam vltra progrediamur formam baptismi Ioannis esse, in nomine venturi, scilicet, Iesu Christi, vt in Actis Apostolorum habetur: sed hæc forma non erat Christo conueniens, ideoque incertum est sub qua forma illum baptizauerit. Cum baptizaretur tamen, & oraret, ait noster Lucas, quod. *Apertum est cœlum*. Non realiter sed secundum apparentiam: sicut alibi dicitur de tempore diei iudicij quod stellæ de cœlo cadent. Oportebat enim vt secundum intellectum simplicium, quibus scriptura suos loquutiones accõmodat vt possint intelligere, vt exiret colũba illa, & crederetur illa vox de cœlo venire, vt diceretur cœlum apertum fuisse. Ideò sæpe in scriptura dicitur Deum habere pedes, & manus: cùm nihil horum habeat. Et iste modus de apertione cœli est satis vulgatus in scriptura. Sic in Genesi dicitur. Cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia magna. Et in Deuteronomio. Aperiet dominus thesaurũ suum optimum cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tempore suo. In quarto quoque volumine regum scriptum est quod cum diceret Eliseus sequenti die futuram esse abundantiam panis in Samaria, respondit quidam. Si dominus fecerit cataractas in cœlo, non esse poterit quod loqueris. Sed ista visio de apertione cœli fuit corporaliter, licet non aperirẽ tur cœli realiter: tamen videbantur hominibus quod aperirẽtur realiter propter aliquẽ motum vel figuram factam in nubibus. Nam naturaliter & sæpe hoc fit, & vocantur tales impressiones hiatus. Hanc autem apertionẽ non solum Christus, sed omnes qui illic aderant quando Christus baptizatus est, viderunt: nam aliàs frustra cœli aperirentur, quia apertio facta fuit, vt illic astantes aliquid no-

ui poſ-

1. Pe. 5.

Ephe. 6.

Act. 17.

Mat. 24.

Psalm. 109

Gen. 7. Deut. 28.

4. Reg. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri possent cognoscere. Voluit tamen Deus vt in baptismo cœli aperirentur: primo vt ostenderet quod virtus cœlestis descendebat de cælo ad baptismum sanctificandum, & super quemcunque baptizatum. Secundo, quia in baptismo profitentur fidem, & baptismus fides sacramentum dicitur: per fidem autem inspicimus cœlestia quæ sensum & rationem humanam excedunt. Ideoque cœlum apertū est, quia in baptismo fides nobis datur, per quam cœlestia cognoscimus: quæ sine fide per humanam rationem cognosci non poterant. Tertio, quia per baptismum datur nobis introitus ad regnum cœleste, quod per baptismum clausum fuerat. Præterea quemadmodum primi hominis superbia cœlum clausit: sic Christi humilitas illud aperuit, & aditum ad id nobis patefecit. ¶ Obserua etiam quod hic cœlum aperiri dicitur, non tamen in Christi passione, in qua apertum fuit cœlum & terræ obscuratum: cùm reuera in Christi passione omnibus nobis apertum sit, & latroni patuit, &c. Christus dixit. Hodie mecū eris in paradiso. Tunc enim cœlum fuit apertum & antea sic erat clausum, vt neque Ioanni Baptistæ ad illud ingressus esset. Multo melius in passione cœli aperiendi erant, quam in baptismo. Sed addi. Quantum fuit de merito Christi tunc in baptismo cœli patuerunt: tantum enim fuit meritum illud, & tanta humilitas in hoc baptismo, vt vix pater potuerit se cohibere, quin cœlos aperiret Christo se aquis immergenti. Sed in die crucis cœli non monstrantur aperti, quia dies illa fuit dies iræ, dies vltionis domini, quæ vindictam sumpsit de peccatis nostris in filio suo. Ira in Esaia, dies vltionis, dies redemptionis dicitur. Ité in cruce corpus Christi, quod quidem præstantius erat cœlo rumpitur, & aperitur: ideo ne quæras alterius cœli apertionem. Vbi maiora apertuntur, non est necesse vt minora aperiantur. *Et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.* Ex quo patet quod non fuit vera columba, quia species non accipitur hic pro natura specifica, sed pro similitudine alicuius rei. Ex quo innuitur, quod non erat illud quod verum quod ostendebatur, sed species illius simile est, similitudo. Sicut non dicimus quod Christus venit ad nos specie corporea, sed quod venit in corpore. Sicut spiritus sanctus apparuisset in vera columba, sicut Christus in vero corpore: nō diceretur quòd descendit in corporali specie, sed quod descendit in corpore vel corporaliter. Etenim angelus aliquis assumpsit illam similitudinē columbæ conflatam ex ære, non descendens de cælo, sed de aliqua parte altissima æris, & mouit illam vsquè ad Christum: & ob hoc putabatur ex cælo descendisse, quæ peracto suo munere in eam abiit materiam, ex qua fuerat composita. Deus enim immutabilis & incircunscriptibilis non mouetur, neque descendit: dicitur tamē quòd spiritus sanctus descendit, quia illa species columbæ seu similitudo spiritum sanctum repræsentans verè descendit, significando spiritum sanctum descendere super Christum: qui tamen non descendebat, quia in Christo realiter erat. ¶ Obserua autem quod spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis venit, quia venit illuminare apostolos, & purgare eorum peccata: sed super Christum in columbæ specie descendit, vt Christi innocentiam demonstraret. In cuius rei typum scriptum habetur in Genesi, q̄ columba post diluuium arcuit virentis oliuæ ramum: per quam intelligitur innocentia & fœcunditatis cum gratiâ vnctionis. Venit igitur spiritus sanctus non vt gratiam Christo daret, qui ad plenitudinē acceperat, sed ad manifestandum dignitatem, excellentiam & gloriam Christi. Et quia tunc magis peccatores se accommodabat, decuit eius innocentiam & sanctitatem ostendi per columbæ descensum. Præterea in columbæ specie spiritus sanctus super Christum apparere voluit: quia non venit vt peccata per zelum percuteret, sed vt per mansuetudinem toleraret. Vnde ipse loquens Samaritanos incendere, dixit. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Rursus hic ostenditur quales animas amat, qualesque reddit spiritus ille cœlestis. Nihil columba simplicius, aut à pugna rapuq; alienius: tales amat talesque spiritus manu creatis facit: hoc est modestos, mites, & mansuetos, &c. Denique vt concludam columba non venit ad hominem, nisi cùm est ipsi hominis familiaris, domestica, & amica. Ita venit spiritus sanctus ad nos vt familiaris, vt domesticus, & vt amicus. O rem inauditam. Deus homini se familiarem præstat, vt familiaris sit columbæ, quæ ad hominis manus sine vllo metu accedit. Credo certissime hoc voluisse dominum per columbæ in se aduentum ipsi docere, quod spiritus sanctus olim antiquis hominibus erat velut ferus, velut intractabilis, sed

sed per Christum factus est hominibus amicus. Ità vt sicut inter domesticas opes habēt homines suas colūbas: ita nunc homines inter domesticas sibi diuitias spiritū sanctū habere se putent: O vere diuitem, qui Deū possidet. Et quidē colūba fœcundissima est: nō tamen sibi sed dño suo parit. Ita spiritus sanctus in nobis fœcundissimus est, quia fœcundos nos reddit: ea tamē fœcunditate, non in sua, sed in nostrā vult cedere vtilitatē. Ex quibus habes Christiani hominis mores, columbini sunt, mites, atq; fœcūdi. Sed de his satis. *Et vox de cælo facta est.* Hæc vox nō fuit formata à patre, nec ab aliqua diuina persona: Deus etenim nō potest aliquā vocē formare, quia Deus nihil potest facere cū successione: formare enim vocē fieri nō potest nisi cū successione, quia vox est quidā sonus cōtinuus, & quā diu durat iste sonus oportet q̄ vocis actualiter impellat & frāgat aērē ad formationem vocis, & sic est actio cū successione, quodquidē Deo non conuenit. Quapropter hæc vox formata fuit ab aliquo angelo, qui potest formare voces in corpore assumpto, vt pater de angelo Gabrielē, qui verē loquutus est beatæ virgini Mariæ, & de multis alijs. Conuenit autē hoc angelis, quia ipsi sunt Dei ministri, vt psalmus, & Paulus etiā ad Hebræos. Et quia ea quæ eius facit per ministrū suū dicitur, quod ipse fecerit: quia angelus formauit istam vocē loco patris, dicitur patrē loquutū fuisse. Sic in scriptura, dicitur quod Salomō ædificauit templum dño: tamen ipse nihil laboris cōtulit, sed ministri eius. Qui modus loquendi frequēs est & vsitatus in scriptura, quia multoties dicitur q̄ dñs fuit loquutus Abrahæ, & Iacob & Mosi, & Dauid, & alijs: & erat angelus qui loquebatur eis, vt beatus Stephanus dicit in Actis, & Paulus ad Galatas. Quia ille angelus loquebatur loco Dei, & vices illius gerebat in illo actu: dicitur quod Deus loquebatur. Sic ista vox formata fuit ab angelo in aere propinquo iuxta Christū. Dicitur hæc vox facta de cœlis, nō quod de cœlo venerit, sed quia venit de aere. Aer enim in scriptura cœlū dicitur, sicut infra noster Lucas ait de semine illo, quod cecidit secus viā, quod volucres cœli comederūt. Sed quid hæc vox dixit, audiam? *Tu es filius meus dilectus.* Consubstantialis, coæternus, naturalis, & vnicus. Dilectus inquā, quia quatenus Deus illū diligo amore infinito & æterno, sicut me ipsum. Secundū verò humanitatē assumptā diligo cū magis quā totum vniuersum: quoniā maius bonum contuli illi soli, quā totis creaturis simul nempe personalē vnionem cū verbo, & gratiam sine mēsura. *In te complacui mihi.* Ideſt, in quo voluntas mea implebitur, quantū ad reparationē generis humani: propter quod saluator ipse ait. Quæ placita sunt ei, facio semper. Sic enim lætatus Deus in operibus suis, & si bene placitū est dño in populo suo: quāto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cōplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil deniq; mali inuenitur? Demū secundū diuinitatē Christi cōplacet sibi pater in filio cōplacētia infinita: secundū verò humanitatē assumptā habet in eo complacētiā singularē tanquā in filio obedientissimo, hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens. Ecce puer meus suscipiā eum, electus meus cōplacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritū meum super eū. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cū ait. In quo mihi cōplacui. Sunt enim sæpe in nobis cōplacentiæ voluntatis non secundū rationē ideoq; non bonæ: Deus verò quodcunq; vult, illud est bonum, quippe cius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quærit.

Ioan. 7.
Psal. 103.

¶ Perpende autē quod sæpe in scriptura præteritū ponitur pro præsenti: vt hic cōplacui, habetur pro cōplaceo. Et tolle filiū tuū quē dilexisti vt est in Hebræo, habetur pro diligis. Est etiā pulcherrimū exemplum in Ioāne cū Christus dixit Mariæ Magdalenæ. Noli me tangere, nōdū enim ascēdi ad patrē meum. Ascendi pro ascēdo ponitur, hoc est, quadraginta dies apud vos cōmoraturus sum: & ideò ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annūcia discipulis meis, præcipuè Petro, me iā à mortuis surrexisse. Alioquin nunquā se tāgi à Magdalena, phibuisset, qui libēter se postea tangi permisit à Magdalena, & alijs mulierib⁹. Lege Ambr. ¶ Porrò Matt. dixit. Hic est filius me⁹ dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad tāde sententiā explicandā valet. Vox etenim cœlestis vnum horū dixit: sed Matthæus ostēdere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius q̄bi audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Non enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solum Christum designat, & de illo dicit. Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & so-

Gen. 22.
Ioan. 20.
Mat. 28.
Amb. li. de Abrahā. c. 8

latio

Universidad de Deusto
Biblioteca

latio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. ¶ Obserua quòd hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantum, & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autem filiorum Dei, quæ est per quandã conformitatem imaginis ad filium Dei naturalẽ fit per gratiam in hoc seculo, quæ est conformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta: iuxta illud Ioannis. Nũc filii Dei sumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus, nanque quod cùm apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritatem gloriæ: ideò tantùm in baptismo, & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditum est, hic est filius meus dilectus.

¶ Ad nostram autem eruditionem hic diligẽter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo, vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarum contemptum, vocẽ patris audiuit, & spiritus sanctus in specie columbæ apparuit: ita vt à patre simul & spiritu sancto honoratus & exaltatus fuerit. Vbi clarè & manifestè docemur, quod si honoribus & gloriæ studemus, vt illos facilius assequamur, operæpretium est eos contemnere & fugere. In hac tanta animi humilitate & abiectione, vox patris audita est dicens. Hic est filius meus dilectus. Acsi diceret. Hic non est peccator, vt vos putatis: sed filius est Dei. Columba quæ sine felle est, ostẽdit quod hic humilis Iesus caret felle peccati. Vides iam quo modo per eam viã, quam accepit vt honorẽ contemneret, per eandẽ illum inuenit. Hoc ideo Christus consequutus fuit in quocũq; negotio & re suscepta in vita sua: nam vbicunque seipsum magis humiliauit, ibi maiorem gloriam fuit adeptus. Nascitur in stabulo tuncq; laudatur ab angelis & canunt. Cum tanquam peccator circũciditur, statim ibi imponitur illi nomen Iesus, hoc est Saluator. Moritur in cruce tanquã sceleratus inter duos latrones, ibi gloriam suam Deus ostẽdit obscurans cœlum solem, & stellas: & Cẽturio illum glorificauit & magnificauit. Hic autem cum tanquam peccator baptizaretur: à patre filius Dei vocatur, & extollitur. Vt hinc discant omnes qui mẽbra Dei sunt hac via contemptus & humilitatis incedere, vt inde immortale sibi nomen & gloriam cõsequantur. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.* Habebat viginti nouẽ annos & tredecim dies, quia sexta die Ianuarij in eadẽ die, qua Magi venerunt ab Oriente adorare Christum: baptizatus est à Ioãne in Iordanis flumine. Hæc enim est ætas perfecta in qua homo probus vel improbꝰ cognoscitur. Ideo Noque filij Gerson nõ nisi ab annis triginta vsque ad quadraginta numerabãtur. Sed ista ad Christi Genealogiã deueniamus. *Et putabatur filius Ioseph: qui fuit Heli, qui fuit Mattath, qui fuit Leui &c.* Qui f. Ioseph fuit filiꝰ Heli, qui f. Heli fuit filius Mattath: qui Mattath fuit filius Leui: & sic deinceps de omnibus aliis loquendũ est vsq; in finem. Hic describit Lucas Christi Genealogiã incipiẽs ab inferiori ad superiorem scilicet à Ioseph & finẽ faciens in Deo patre. Sed antequam de hac Genealogia discutiamus operæpretiũ est scire, cur Lucas, & Matthæus etiã scribũt Christi Genealogiã cũ Paulus contrariũ doceat: ait enim Thimotheo scribẽs. Rogauit te vt maneres Ephesi cũ iré in Macedoniã, vt denũciares quibusdã, ne intenderẽt fabulis & Genealogijs. Tito etiam ait. Stultas autem quæstiones & Genealogias deuita: sunt enim inutiles & vanæ. Si igitur hoc ita se habet, estq; vanitas & amẽtia de genere & stirpe agere: quare Euãgelista nostri ista ferio Genealogiã Christi narrat? Nulla est cõtradictio inter D. Lucã & Paulum: quandoquidẽ vterq; diuino afflatus spiritu scripserunt. Sed ad hæc respondetur quod inter Iudæos multæ erãt quæstiones & dissidia de genere & sanguine: alij nãq; gloriabãtur à Moise descendere, alij à Iosue, alij à Caleb, & super hac re magna erat disceptatio. Quapropter Paulus tantis dissidijs voluit esse impedimento. At verò opus erat facto vt euãgelista Christi Genealogiã scriberet, vt ostẽderet Iudæis, quod Iesus erat Messias promissus in lege, descendens ab Abrahã, & à domo Dauid: nam aliter nõ illũ, vt Messiã & Christum acceptassent. Necessariũ erat fidei nostræ, vt videremus hunc fuisse Christũ promissum patribus veteris testamẽti, & quod secũdũ carnẽ suum erat filius Dauid & Abrahã. Ideoq; aduerte, quod cũ in Genesi Deus dixisset, subuertã rũ esse cunctũ orbẽ aquis diluuij, nunquam pro hominibus Deum orauit Noe. At verò è contra Moses cũ dixisset illi dñs, populũ Israeliticũ velle subuertere, magnis precibus & orationibus ad Deum factis pro populo re-

gauit dicens. Parce populo, aut dele me de libro viuẽtiũ. Quare igitur Moses Deũ erauit pro populo, & nõ Noe. Maior nanq; fuit iactura tẽpore Noe, quandoquidẽ omne genus humanũ obruebatur, exceptis octo hominibus. At tẽpore Mosi nõ nisi Israel perdebatur. Ni hilominus orauit Moses & non Noe, nã tẽpore Noe non erat promissio Christi facta, vt tẽpore Mosi. Promiserat dñs Abrahæ ex generatione sua venturũ Christum, videbat autem Moses in illo populo esse omnẽ generationẽ Abrahæ, ex qua nasciturus erat Christus: at si ille populus destrueretur diuina promissio non adimpleretur, quodquidẽ inconueniẽs erat & vt malũ hoc vitaret, orabat Moses tanta instantia, hoc promissum in memoriam repetẽs dicens. Recordare Abrahã, Isaac, Israel seruorũ tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo, &c. Hac igitur de causa cũ deceret vt dñs verbum suum adimpleret: tanta cura & diligentia hãc Genealogiã scribit, vt ostendat Deum veracem esse in promissionibus suis: & Christum esse filium Abraham & Dauid, & reliquorum patrum, quibus factum fuit promissum. Sed ũ Christi genealogiam consideremus. ¶ Tota genealogia computato Christo & Deo continet septuaginta sex personas secundum generationes quinque ætatum ordine inuerso procedẽdo. Quintæ ætatis finis est Christus & primus Salatiel post transmigrationem Babylonis. Generationis quartæ ætatis finis est Salatiel in transmigratione Babylonis, & principium Dauid. Generationis tertiæ ætatis finis est Dauid, principium enim Abraham. Generationis secundæ ætatis finis est Abraham: & principium Noe. Generationis primæ ætatis finis est Noe, & principium Adam. Christi autem genealogiam duo euangelistæ scripserunt: Matthæus videlicet & Lucas. Matthæus enim ad eos, qui ex circumcisione erãt scribens non altius quam ad Abraham genealogiam deduxit: sed hoc principio sumpto vsque ad Christum descendens, ostendit solũ ipsum ex semine Abrahæ & Dauid natus esse secundum promissa ad illos facta. Nihil enim æque eos delectabat, qui ex Iudæis crediderant, atque audire quod ex semine Abrahæ & Dauid natus esset Christus. Lucas verò per sectam tradit generationem, incipiẽs à Christo, & vsque ad Adam ascendens, vt demonstraret quot generationibus separatus sit nouus Adam à veteri, & super quot generationes dominium habuerit peccatum. Differentia igitur rerum demonstratarum, differentiam fecit demonstrantium. Siquidem Matthæus necessario faciens mentionem Abrahæ, ab hoc meritò descendit ad Christũ: cuius genealogia describitur. Lucas verò quia ad huiusmodi necessitatem mentionis Abrahæ faciendæ non inducebatur necessario, à Christo inchoans quid apud Hebræos confuetum esset diligenter exquisiuit: & iuxta id quod exquisierat, genealogiam contexuit. Matthæus scripsit Hebræis, quorum affectibus sciebat fore gratissimũ, si perspexissent Christum esse filium Abrahæ & Dauid. Lucas autẽ, quia gẽtibus scripsit ab Adam vsque ad Christũ protendit genealogiæ seriem: vt intelligas Christi gratiam non ad Iudæos solum, sed ad vniuersum mortalium genus peruenisse. ¶ Præterea Matthæus descendendo, & Lucas ascendendo narrant Christi genealogiam: quia natura est principium propagandi, & gratia reducendi. Matthæus ab exordio incipit: & Lucas à bapt. Matt.17.

1.Ioan.3.

Luc.3.

Matt.27.

anno trigesimo: quia ille tractat de exordio nascendi, hic verò reconciliandi. Matthæus à principio, Lucas à baptismo: quia ille generationem, hic verò regenerationem, præcipuè attendit. Matthæus vsque ad Abraham, & Lucas vsque ad Deum describit: quia ille naturã scribit, iste gratiam, quæ filios sanctificat. Tractat igitur Matthæus de Christi generatione prout descendit ad nos: Lucas tamẽ de Christi generatione quodammodo specialiꝰ, prout per eam ad Deum ascendimus. Ideo incipit post Christi baptismum, quia in baptismo spiritualiter regeneramur, talis autem regeneratio fit per gratiã ascendendo. Ideò Matthæus ponit aliquas mulieres vt Thamar, Ruth, Bersabẽ, Raab, quia carnalem Christi ad nos descensum determinat, in quo mulieres concurrunt. Lucas autem nullam mulierem describit, quia de generatione tractat, per quam ad Deum ascendimus: quem ascensum mulieres impediunt, potiùs quam iuuant. ¶ Deinde aduertendum quod in hac genealogia nõ ponuntur primogeniti Adam, Abrahã, Isaac, & Iacob: sed secundo geniti Abrahæ & Isaac: quia Israel reprobandus erat, quia erat primogenitus. Vnde dominus dixit Mosi in Madian, vt diceret Pharaoni. Hæc dicit dominus. Filius meus primogenitus Israel. Fuit populus Iudaicus adumbratus in Cain, Ismaele, & Esau primogenitis. Gentilicus verò in Abraham, Isaac, & Iacob secundo genitis.

Exo.4.

Repre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reprobandus erat Israel in sua perfidia, mansuetus gentilicus verò eligendus. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Idcò Isaac dixit primogenito Esau. Fratri tuo seruies. Futurum erat, vt populus Israel primogenitus seruiret gentilico, vt nunc videmus. Sed de his hactenus.

Ioan. 1.
Gen. 27.

¶ Igitur omnibus his omissis, vt hæc genealogia integrè & perfectè cognosci & capi possit: sub breui epilogo eam describere placuit, in tui gratiam & claritatem, & in euangelistarum concordiam. Prius ergo secundùm Lucam ab Adam vsque ad Abraham singulas generationes scribemus, in quibus nulla vel parua difficultas inuenitur: vt in subiecto indice patebit.

¶ DEVS creauit Adam.		Gen. 1.
1	Adam genuit Seth.	
2	Seth genuit Enos.	
3	Enos genuit Cainam.	
4	Cainam genuit Malaleel.	
5	Malaleel genuit Iared.	
6	Iared genuit Enoc.	
7	Enoc genuit Mathusalem.	Gen. 5. & 1. Para. 1.
8	Mathusalem genuit Lamech.	
9	Lamech genuit Noë.	
10	Noë genuit Sem.	
11	Sem genuit Arphaxat.	Gen. 1. & 1. Para. 1.
12	Arphaxat genuit Sale, qui cognominatus est Cainam: idem enim est post diluuium Sale & Cainam, quanuis aliqui putauerũt vt Augustinus .16. de ciuita. Dei cap. 10. Duos fuisse viros, quia sic inuenit in codicibus Græcis quibus vtebatur Augustinus vbi superflue ponitur Cainam, & putãtes duos esse viros aliqui errauerũt.	
13	Sale, qui cognominatus est Cainã genuit Heber	Gen. 11. & 1. Para. 1.
14	Heber genuit Phalech.	
15	Phalech genuit Rheu vel Ragau.	
16	Rheu genuit Saruch.	
17	Saruch genuit Nacor.	
18	Nacor genuit Thare.	
19	Thare genuit Abraham.	

¶ *Secundum Lucam, & Matthæum simul sequentes generationes vsque ad Dauid inclusiuè, nullam dissonantiam prætendunt.*

20	Abraham genuit Isaac.	Rut. 4. & 1. Para. 2.
21	Isaac genuit Iacob.	
22	Iacob genuit Iudam.	
23	Iudas genuit Phares.	
24	Phares genuit Esron.	
25	Esron genuit Aram.	
26	Aram genuit Aminadab.	
27	Aminadab genuit Naason.	
28	Naason genuit Salmon.	
29	Salmon genuit Booz.	
30	Booz genuit Obeth.	
31	Obeth genuit Iesse.	
32	Iesse siue Isai genuit Dauid.	
33	Dauid Rex genuit Nathan & Salomonem ex Bersabe.	

vtrumque

vtrũq;. Hic enim Nathã ex cuius linea sequitur Lucas genealogiã diuertens Lucas à Matthæo: multi putauerunt fuisse illum sanctum prophetam Nathan, quem ob sanctitatem adoptauit Dauid in filium: quod falsissimũ est. Nam Nathan filius fuit legitimus Dauid & frater Salomonis ex eadem matre genitus: vt habetur in primo libro Paralipomen.

Regni successores.

34	Nathan. 2. Reg. 15. & 1. Par. 3.	Ex Luca, & Philone.
35	Mathat, qui & Ahiasar. 3. Re. 4	
36	Menna.	
37	Melchã.	
38	Heliachim.	
39	Ionas.	
40	Ioseph.	
41	Iudas.	

Reges ex successione.

42	Simeon qui & Ioas, & Heli. 4. Reg. 11.	Ex Luca, & Philone, & ex Matthæo.
43	Leui qui & Amasias. 4. Reg. 14.	
44	Mathat, qui Azarias & Ozias. 4. Re. 15	
45	Iorim, qui & Ioathan. 4. Reg. 15.	
46	Eliezer, qui & Achaz. 4. Reg. 16.	
47	Iesus, qui Ezechias. 4. Reg. 18.	
48	Her, qui & Manasses. 4. Reg. 21.	
49	Helmadam, qui & Amon. 4. Reg. 21.	
50	Thosan, qui & Iosias. 4. Reg. 22.	
51	Addi, qui & Ioachaz. 4. Reg. 23.	
52	Melchi, qui & Ioakim, vel Eliachim. 4. Reg. 23.	
53	Neri, qui & Ioakim, Ieconias & Heli. 4. Reg. 24.	
54	Salatiel, qui & Mesezebeel. 1. Para. 3. & Neemi. 3.	
55	Zorobabel, qui & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres, videlicet Mosollam, & Ananiam. 1. Para. 3. & Neemiæ. 3.	

Sequitur Lucas lineam Rhesa.

59	Rhesa, qui & Mosollam. 1. Para. 3.	Ex Luca. & Philone.
57	Ioannaben, Rhesa.	
58	Iudas cognomine Hyrcanus.	
59	Ioseph vel Iosephus.	
60	Semei, qui Abner.	
61	Matathias, qui Helih.	
62	Maat, qui & Asar.	
63	Nage vel Nagir, qui & Artaxat.	
64	Helih, qui & Aggai.	
65	Naum, qui & Mossot.	

Reges Iuda.

Salomon. 2. Reg. 12. & 1, Para. 3.
Roboam. 3. Reg. 14.
Abias. 3. Reg. 15.
Asa. 3. reg. 15.
Iosaphat. 3. Reg. 22.
Ioram. 4. Reg 8.
Ochozias, qui & Ioachaz. 2. Parali. 21. In hoc defecit linea Salomonis & ideo Matthæus ad lineam Nathan diuertit cum Luca relinquens tres Reges, scilicet, Ochoziam, Ioas, & Amasiam.

Sequitur Matthæus lineam Abiud.

Abiud, qui & Ananias.		Ex Matthæo.
Eliachim.		
Azor.		
Sadoch.		
Achim.		
Eliud.		
Eleazar.		
Mathan.		
Iacob.		
Ioseph vir Mariæ, de qua natus est Christus.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

66 Amos, qui & Sirach.
67 Mathatias, qui & Siloa.
68 Ioseph vel Iosophi iunior, qui Arses.
69 Ioanne, qui & Ianæus, qui & fecundus Hyrcanus.
70 Melchi.
71 Leui.
72 Mathat.
73 Heli, qui & Ioachim pater Mariæ.
74 Maria virgo, mater Christi.
75 Iesus Christus, filius eius.

Ex Luca, & Syrorum libri.

LVcas ergo Euangelista prosequitur generationes omnes iuxta naturam procedentes directe secundum lineam Nathan, & incepit à patre beatæ virginis qui dictus est Heli & Ioachim, fuit enim binomius vt refert diuus Augustinus. Philo etiam Iudæus ait q̃ apud Syrios Ioachim, Heli, & Eliachim, idē sunt. Euangelista noster Lucas proprium nomen accepit quod fuit Heli, sed ecclesia nomen eius vulgare quod fuit Iehoachim siue Ioachim. Quia multi ex Hebræis fuerunt binomij, multi errauerunt: nam scripturæ consuetudo est vt Hiero. annotat cõtra Heluidiũ eundem hominem diuersis nominibus nuncupare. Raguel socer Mosi & Ietro dicitur: Gedeon nullis causis prætermissis subito vocatur Ieroboal: pater quoque Dauid Isai, Iesse, & Naas appellatur. Et etiam mons Tabor Ithabiricum dicitur: & Hermõ Phenices cognominant Sanior, & Amorræus cognominat eum Sanir. In nouo etiam testamento Petrus dicitur Simon & Cephas: & Iudas Zelotes in alio euangelio Thaddæus dicitur, & sic illũ vocabit Marc⁹: & Matthæ⁹ vocat illũ Iebbæũ, & Lucas Iudã Iacobi. Certũ est autẽ euãgelistas nõ errasse in nominibus apostolorũ: sed quia moris erat binis vel ternis nominib⁹ vti apud Hebræos. In titulo etiã psalm. septimi inuenitur scriptũ, Psalmus Dauid quẽ cecinit dño pro verbis Chusi filij Gemini. Et in libris regũ legimus fuisse filiũ Arachi: duplex enim nomẽ habuit pater Chusi. Aminadab etiã à Matthæo & Luca vocatur filius Arã: & in primo Paralipomenon hic Aram pater Aminadab vocatur Ram. Sed de his satis, nam huiusce modi innumerabilia exempla quisque si studium & diligentiam adhibeat ex scripturis poterit erogare. Et multi interpretantes scripturam allucinantur propter nominum varietatem, & æquiuocationem.

lib. 2. q. 1. cap. 5.

Iudi. 6.

2. reg. 17.

Matth. 1. Luc. 3. 2. para. 2.

Lege si placet diuum Hieronymum. Hac de causa quam plurimi quia dicit Lucas de Ioseph qui fuit Heli dixerũt quod Iacob & Heli fuerunt fratres: mortuoq; Heli abiq; liberis quod Iacob frater eius, vt semẽ ac nomẽ eius suscitaret (vt lex præceperat) eius vxorem duxit ex qua ipsum Ioseph genuit: eam ob rem alterum secundum naturam, alterum secundum legem ei patrem fuisse dicunt. Sed certe nimium fallũtur, quia Iacob & Heli licet ex eadem tribu fuerint atque ex Dauidica stirpe prodierint: fratres tamen esse non potuerunt: cùm alter per lineam Abiud & alter per lineam Rhesæ descenderint à Zorobabel, ideoque valde distantes erant. Quapropter cum hic dicitur, fuit, intellige quod fuit filius: & in primo, fuit, & in vltimo non accipitur sicut in alijs. In vltimo fuit, scilicet qui fuit Dei, intellige qui fuit creatura Dei: & in primo cum dicit, qui fuit Heli, intellige quod fuit gener Heli: quia scriptura generos consueuit filios nominare, vt in Genesi dicitur de Iacob iuxta Hebraicam veritatem. Surrexerunt omnes filij eius & omnes filiæ eius, vt consolarentur eum. Et translatio septuaginta interpretum sic habet. Venerunt omnes filij eius & filiæ, & cœperũt cõsolari eũ. Iacob tamen Dinã vnicã filiã habuit: sed scriptura vxores filiorum, filias vocat.

¶ Aduerte etiã q̃ Lucas scribit generationẽ Christi naturalẽ per viã Nathã: Matthæus verò describit primo gũrationes secundũ lineã Salomonis regis vsq; ad eius extinctionẽ: quia deficiẽte postea coact⁹ est diuertere ad lineã Nathan, quia ex eo erant geniti regni successores. Ideoque Christus verissimũ est quod descendit à Dauid, nam vt Paulus ait, factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ, sed nõ R⁹ fuit Christus fili⁹ Salomonis, vt ego existimo. Nã linea Salomonis defecit interfecto à Iehu Ochoziã, & hoc fuit peccatis suis existẽtibus in causa. Sed ipse Christus processit ex Dauid per lineã Nathan filij Dauid legitimi, & fratris Salomonis. Nã interfecto Ochozia & cæsa Athalia successit in regnũ Ioas qui descendit ex linea Nathã. Siquidẽ orta lite inter filios Dauid quos ex Bersabe habuit qui fuerunt quatuor. i. Simma, Sobab, Nathã & Salomon, quis in regno præcederet: Dauid edicto statuit à iunioribus inchoari, & vt alteri succederet, quãdo posteritas naturalis deficeret. Itaq; à Salomone minimo cœptũ est, & à Nathan illi natu proximiore filio dicto Abiasar & Mathat & posteris eius Ahiasarim atq; Mathatim, id est, vt oẽs dicerentur & essent fratres principis, & donati tempore ad succedendũ. Hinc vsq; ad Iosaphat & Ochoziã posteritas Nathã semper dicta est Ahiasarim. Nã quos occidit Iorã posteros Nathan, quos pater in tribu Iuda præter decretũ honorauerat filij Iosaphat fratres Iorã dicti fũt. Similiter infantes eorum quos Iorã liberos quidẽ sed redditu vacuos in tribu Iuda reliquerat dicti sunt fratres & filiæ Ochoziæ: cũ tamẽ Ochozias vnicus solus ex Iorã & Salomone superstes esset. Quo perẽpto omnẽ stirpem regiã Ahiasarim Athalia conata est delere, nisi prouidẽtia Iosabeth sororis Ochoziæ saluatus esset minimus ex Ahiasarim infans Helith qui & Ioas primus ex domo Dauid & posteritate Nathã. Pro quo Mizmor. i. psalmus à dextro & læuo choro decantatus fuit, qui à septuaginta senioribus septuagesimus quartus positus est, & sub Ioiada institutus, ne disperderet Deus funditus domũ Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto Ioa atq; deinceps in memorationẽ reges sem per binomij & trinomij fuerũt. Nã iste prim⁹ dictus est Heli, Ioas, & Simeon, sicut Iesus dictus est Ezechias, & Her vocatus es Manasses. Itaq; Ioas quãuis scriptura dicat q̃ fuit fili⁹ Ochoziæ, nõ erat filius Ochoziæ genitus ab eo, sed adoptiuus siue regni successor & hæres: qui nẽpe successores in sacris literis vocãtur filij & geniti à patribus. Nam Michol filia Saul certũ est quod fuit perpetuo sterilis, vt habetur in secũdo volumine regũ capite sexto: ex ea enim nõ sunt nati filij tũ quia irriserat Dauidẽ, tum etiã ob patris culpã, de stirpe enim Saul noluit dñs vt maneret memoria & inconueniens maximũ erat vt crucifixeretur filius Dauid si aliquis nasceretur ex Michol. cum dominus præcepit vt posteri Saul crucifigerentur. Verum capite vigesimo primo eiusdem libri secundi regũ dicitur quod Michol genuit quinq; filios ex Hadrieli: sed isti quinque filij erant adoptiui, quia Hadriel duxit vxorem Merob filiã Saul natu maiorẽ, vt habetur in. 1. lib. regũ, ex qua habuit quinque filios quos Michol adoptauit in filios post mortẽ parentũ. Nec est credẽdũ quod Athalia occiderit filios genitos à filio suo Ochozia: nulla enim reperies mulierẽ quæ videns mortuũ filiũ suũ nõ exoptet suũ regnare nepotẽ, præcipuè tamẽ cũ multæ sint aniæ quæ plus diligũt suos nepotes quã filios, vnde regnare malũt eos. Verum quia vidit Athalia quod nõ remansit ei hæres filij sui Ochoziæ, & proinde domũ Dauid & regnũ Iuda transire in domũ Nathã, voluit omnes è medio tollere, vt sola regnaret, nisi solicitudine Iosabeth seruatus esset Ioas ex posteris Nathan & regni successor. Igitur Ioas non fuit filius Ochoziæ ab eo genitus, sicut nec illi filij Hadrielis fuerunt filij Michol: sed more scripturæ vocantur filij, quia erãt adoptiui & hæredes. Igitur Matthæus cum Luca conuenit vsq; ad Dauid: & tunc Matthæus se quitur lineam Salomonis vsque ad Ochoziam, & Lucas lineam Nathan, & post Ochoziam conuenit Matthæus cum Luca vsque ad Zorobabel filium Salathiel, qui genuit duos filios scilicet Resa & Abiud. Tunc diuertit Matthæus à Luca & sequitur lineam Abiud, & Lucas lineã Resa. Ex Resa descẽdit virgo Maria, & ex Abiud descendit Ioseph. Itaque vterq; tam Ioseph quam Maria descendit à Dauid per lineam Nathan: sed vnus descendit per vnũ ramũ, scilicet Maria per Rhesa, & Ioseph per alium ramũ, scilicet per Abiud: qui Rhesa & Abiud fratres fuerunt, ambo filij Zorobabel. ¶ Præterea Salatiel qui à Matthæo, dicitur filius Ieconiæ, idem est cum Salatiele qui à Luca dicitur filius Neri: quia idẽ vir dictus est Ieconias, Neri, Ioachim, & Heli. Nam Ieconias qui & Neri, cognominatus est Salathiel in ipsa captiuitate: hoc est, post septuaginta annos à desolatione templi. Cum ergo Matthæus dicit, post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salatiel, non est intelligendum quod soluta captiuitate genuit eũ: sed facta trãsmigratione in ipso captiuitatis tẽpore. ¶ Rursus obseruandũ quod descẽdentes de Rhesa citius genuerũt, & geniti ex Abiud tardius concessum est eis generare: & ideo plures generationes sunt iuxta Lucam

2. reg. 21.

1. Reg. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam iuxta Matthæum. Nulla ergo dissonãtia reperitur inter Matthæum & Lucam, sed vterque veram Christi genealogiã rectè descripsit: nec oportet dicere quod Lucas filios posuit legales & adoptiuos, vt multi falso dixerunt: cum Lucas sicut & Matthæus ponat filios naturaliter genitos, nisi tantum vnum Ioseph spõsum virginis: qui filius ait esse Heli. i. Ioachim. Filius inquam nõ naturalis: sed gener eius. Sed iam colligenda sunt vela: & finis huic capiti imponendus. Ad explanationem ergo sequentis capitis accedamus.

CAPVT. IIII.

NARRATIS iã tandẽ his, quæ pertinẽt ad ingressum salutoris in hũc mundum, nũc euãgelista describit ea, quę christus gessit in trib⁹ vltimis annis vitæ suæ. Aderat iam tẽpus in quo lucerna posita super candelabrũ, illuminaret omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũdũ: vt ad agnitionẽ sui oẽs attraheret qui in tenebris & in vmbra mortis sedebãt. Iam ergo Lucas agit de Christi progressu per hũc mundũ: de eius ieiunio, prædicatione, & miraculorũ operatione. Cum autẽ in actis apostolorũ Lucas noster dicat de Christo, cœpit facere & docere: prius nũc ipse ieiunat, tanquã strenuus & magnanimus dux, qui milites suos ad bellum volẽs incendere & inflãmare, aduersus primos inimicorũ impet⁹ in acie se cõstituit: prius inquã ipse ieiunat quadraginta diebus in federto, antequam populis ieiuniũ & pœnitentiam prædicet. Quo nimirũ facto prędicatores verbi domini monet, quid facere debeant, antequã populo verbum Dei proponant, vt digne & vtiliter prædicẽt. Prius nanque ipsi vitio carere debent: & tanquam aurum se ipsos purgare pœnitentia & ieiunio. Sic ille eximius prędicator huius exempli nõ immemor faciebat, qui dixit. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Etenim lux in lampade oleo sustentatur: sic prædicatorum doctrina quæ lux est splendidissima lippos humanarũ mentiũ oculos illuminans, & tenebras caliginosas peccati fugans & expellẽs, oportet vt oleo misericordiæ, pietatis, & bonorum operũ foueatur & sustẽtetur. Mirabile quippe esset, & res mõstro quã simillima, si aliquis maiorem haberet linguã, quã manus, siquidem maior est manus quã lingua: & si quis ita magnã haberet linguam, vel manũ ita paruã, vt linguã manũ excederet, res esset, pculdubio admiratione digniss ma. Sic est prædicator, qui multa docet, & pauca docere. Nunc autẽ Christus iam annũtiũ aut nihil operatur. Christus iam annũgesimũ attigerat, & nihil verbo prædicauerat, sed multa opere & re docuerat, quæ postea prædicauit. Triginta annorũ spacio duobus ieiunat, posteaq; multas passus aduersitates, tẽtationes, & naufragia, post bella, argvictorias, ea quæ fecerat, exijt alijs prędicare, & docere. Quæ omnia antequã in publicum prodiret egregie euãgelista noster Lucas describit, dicẽs. *Iesus autẽ plenus spirita sancto regressus est à Iordane.* Non dicit, affluens spiritu sancto, sed plenus, quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: non enim ad mensuram dat Deus spiritum ipsi scilicet Christo, in vtero virginis mansit in eo totus spiritus: nunc autem ipsis operibus declarare incipit plenitudinem in se manere. Et sic regressus est à Iordane, quia regnum principis mundi aggressus est destruere à baptismo: regnumque suum in orbe nouum construere. Plenus itaque spiritu sancto regressus est à Iordane, plenus inquam non plenitudine sufficientiæ, vt beatus Stephanus: nec plenitudine prærogatiuæ, vt beata virgo: sed plenitudine superabundantiæ, qua Christus fuit plenus, ita quòd tota animæ eius capacitas fuit repleta sic: vt proficere vlterius nõ potuerit in habitu gratiarum, atque virtutum. Nã in quantũ Deus spiritus sanctus plenus in ipso est, quia vna diuina persona est in alia per cuminsessionẽ, nã quelibet est incircũscripti bilis, & immẽsa. Christus etiã in quantum homo plenus est spiritu sancto: nõ sicut aliæ creaturæ rationales, in quibus per dona sua spiritus sanctus habitat, sed plenus spiritu sancto plenitudine superabũdantiæ, vt iam dixim⁹. Et

Matth. 5. Ioan. 1.

Luce 1.

Act. 1.

1. Cor. 9

Et agebatur à spiritu in deserto. A spiritu scilicet sancto agitur, quo immediate dixerat Lucas Christum esse plenum: quapropter ex hoc contextu aperte constat, à Spiritu sancto, & non ab alio spiritu ductum esse in desertum. Matthæus dicit, quòd ductus sit à spiritu, Marcus, expulit eum spiritus: Lucas vero non fert quod agebatur à Spiritu sancto. In quo clare ostenduntur in diuisa opera Trinitatis. Etenim cũ expulit potentia patris duxit eum sapientia filij: & agebatur ad hoc opus, benignitate Spiritus sancti. Num pater in filio manens eius opera facit sapientia, quæ est ipso, per semitas æquitatis eum duxit: spiritus vero sanctus qui super eum requieuit, diuinitus ipsum egit. Vnde ex ipso patre tanquã à principio mouente, per ipsum filium tanquam sapientiam regulantem secundum Dei voluntatem, & in ipso Spiritu sancto tanquam in fine quietante iunt omnia opera eius facta.

¶ Docemur nosecodem modo facere secundũ exemplũ, quod nobis exhibuit. Habes enim à Deo posse, velle & velle bonum. Hoc age, ne desis gratiæ Dei, ne gratiam Dei in vacuum recipias, aut negligas, aut (quod deterius est) abijcias. Omnes nanque qui spiritu Dei agũtur, hi filij Dei sunt. Vide in operibus tuis, quo agaris spiritu, vt inde scias an sis filius Dei, nec ne. Illa sancta quatuor animalia vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Sic iusti vadũt spiritu Dei ducti. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Hoc sancto spiritu moueri debes, quemadmodum senex ille sanctus Simeon, qui venit in spiritu in templum. ¶ Aduerte autẽ quod tunc aliquis Dei spiritu ducitur, cùm regitur diuina voluntate: quæ regula est & mensura omnium operationum nostrarum. Nam non omne id bonum est, quod boni vmbram refert: sed illud solũ quod diuinæ voluntate componitur, & mẽsuratur. Existimabat etenim Saul se dño magnum obsequium præstare, offerendo illi boues Amalec: quare dominus maximè fuit offensus. Vide ne secundum voluntatis tuæ placitum dirigaris, sed secundum id quod dñs vult, & iubet: nam si spiritu Dei ambulas, cũ Christo ambulas. Pretetea qui hoc spiritu ambulant dulciter ambulãt: non pigri sunt, sed strenui ac diligentes. Sed multi sunt malis arboribus similes, quæ non nisi fustibus concussæ, fructum expectatũ reddunt, vt sunt nuces, & amygdali, &c. Sic multi nisi coacti nihil bonifaciunt: quia non diuino spiritu agun

Matth. 4. Marc. 1.

Luce 4.

Luce 3.

tur, erogant eleemosynam nunquam, vel sero: nec de peccatis confitẽtur nisi in fine quadragesimæ. Vbi obseruandum est, homines in suis actionibus agere: animalia vero potius agũtur, quam agunt. Quid ergo est, quod hic Lucas noster dicit, quod agebatur Christus? Equidẽ attente hic gradus est sustendus, & vberes fructus ex hac consideratione volueris reportare: nam homines qui in diuinis mandatis exequendis strenuè ac diligenter se exercuerũt, quique diuino amore incensi & inflãmati ad culmen perfectionis aspirant aliquãdo aguntur, & non ipsi agunt: vt intelligas talia opera eorum vires superare. Christus itaque agebatur, ad innũbilum quod tantum atque tam magnum facinus, cum quo collata angelorum bonorum cum malis pugna minima est, vires humanas superat: & longo ante, collit interualló. Opera Christi potius actionis nomine appellanda fuer, quam passionis: passiones quoq; martyrum fortitæ quoq; sunt actionem, sed plus passionis habuerunt, quã actionis: quod in Christo è contra venit intelligẽdum. Martyrium & crucis tormentũ nihil redemptioni nostræ prodessent, nisi actionem habuissent: quod est velle flagellari, & velle crucifigi. ¶ Obserua etiam quod Christus agebatur à spiritu in desertũ, vt ibi tentaretur à diabolo: vt tu discas, nõ semper tua voluntate, imò ductus Spiritu sancto sæpius periculum debere aggredi, ibique fortiter & viriliter pugnandum quotiescunque res & ratio id postulauerint. Etenim nemini licet se periculo exponere sine causa, sed quãdo spiritu diuino fuerit ductus, hoc est, cùm res & ratio postulauerint, ibi tũc fortiter & viriliter est dimicandum. Vide etiã quod Christus ad tentatorem tendit, & quærit illũ. Homines diabolus aggreditur vt eos tentet, non homines diabolum, vt tententur ab ipso: quoniam ad Christum diabolus ire nõ poterat, ideo Christus contra dæmonem tendit. Et quo abijt? *In desertũ.* Quando quis alium impugnam prouocat, qui prouocat locum elegit, prouocatus vero arma. Ita cùm Christus victurus venerit Saranam: ipse locum desertum sibi eligit, Satanas vero arma. Vt autem glorioſior sit victoria campũ Christus elegit, (quod in dæmonis fauorem cedit) & ideo abijt in desertũ, vt ibi tentaretur. Non tendit Christus in sancta sanctorũ, neque in altare tẽpli, vbi peccatores Deo reconciliãtur, & vbi dæmonis vires & potentia fraguntur. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

abijt in desertum, vbi dęmõ ambulare solet, iuxta illud quod dicitur, quod exiens ab homine ambulat per loca arida & deserta. ¶ In hunc locum Christus proficiscitur, in quem etiam dilectos & amicos suos ducit. Agar cũ sola esset in deserto apparuit angelus. Et Helias in populo & societate Iezabel fame periebat: postquam autem in solitudinẽ Berthsabe Iuda recessit, ibi cœlesti pane pastus angeli cõsolatione est fruitus. Multa eaque diuina & abscondita in solitudine sponsus sponsę revelat, quæ in publico & cotam multis non propalat. Ita Christus animæ nostræ mirabilia secreta pandit cum eam inuenit ab omni cura mundana semotam, & à mundi tumultibus expeditam. Sic dixit animæ dilectæ. Ducam eam in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. ¶ In desertum rendit dæmon Christum tentaturus: nam in plateis & locis publicis ciuitatis nihil illi est negotii, nihil est ibi laboris, tam ea omnia tranquillè & quiete possidet: nec eos qui sui sunt tentat, sed eos qui in solitudinem discedentes ab ipso fugiunt. Itaque dæmon viros solitarie vitam agẽtes aggreditur: cũque Christus sciret, quod ibi dæmon acies suas constituit, quodque ibi nervos & vires exeret, hac de causa hũc locum eligit vt gloriosior sit victoria, & victoris fama illustrior reddatur. Quo facto docemur quod si volumus aduersus Satanam dimicare, debemus mundum relinquere: nam qui adhuc amori mundi hærent, iam isti fecure possidentur, & victi sunt, iuxta illud. Qui voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et apostolus monet. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus. Et rursus. Omnis qui in agone contẽdit, ab omnibus se abstinet. Tempus verò quo fuit in deserto assignat Euangelista dicens. *Diebus quadraginta.* Quadragenarius numerus (teste Hieronymo in Commentarijs super Ezechielem) sæpissime in sacris literis afflictioni, & pœnitentię legitur accommodatus. Nam quadraginta diebus durauerunt aquæ diluuij, filij Israel quadraginta annorum spacio desertum incoluerunt: ibique multa mala passi sunt, antequam ingrederẽtur terram promissionis. Niniuitis quadraginta dies pœnitentiæ imponitur, in peccati condonationem, & Ezechiel quadraginta diebus pro tribu Iuda in latus dextrum inclinatus dormiet. Deinde hoc tempus tam in lege, quam in prophetis, & euangelio ieiunijs consecratum est. Moses legem acceptur us ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et Helias fugiens iram Iezabellæ quadraginta diebus, & noctibus legitur non comedisse. Sic Christus prophetarũ & legis interpres & confirmator totidem diebus cum Satana prœliaturus à victu se abstinet. Vbi obseruandum est quod in Deuteronomio, ira dominus præcipiebat. Dent Iudices Israel sicum qui peccauerit, dignum inuenerint plagis faciẽt eũ verberari, ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant. Vtrum vt Iudæi misericors dei esse ostenderent, hunc numerum non attingebant: ideo Paulus Corintijs suis scribens dicebat. A Iudæis quinquies quadragenas vnus minus accepi: quia Paulum odiebant, non ipsi vnam condonarunt, igitur sicut pro peccatis quadraginta plagæ debebantur, ita quadraginta diebus Christus ieiunauit: vt iam faceret pro peccatis nostris debitis plagis. Vide etiam quomodo Christus ieiunat nõ duobus aut tribus diebus, sed quadraginta continuis, in quibus nec buccellam panis, nec cyathum aquæ frigidæ degustauit: non quidem, vt tu qui cum nondum fames aduenerit, iam appositos habes cibos. Christus famem passus est, & non vtcunque, sed illam ingentem inter saxa & bestias vitam degẽs, vt Marcus ait: & in hoc deserto, in quo Christus suum mirabile ieiunium complet, inuenta sunt animalia reptilia. O quam miniman famem nos volumus pro Christo pati qui vel in vno die ieiunij deficimus, & concionem fastidimus: si autem opus fuerit, vt seruamus appetitui nostro, vel per vnius hebdomadæ spacium nec dormire, nec comedere, id quidem præsenti animo perficiemus. Propheta illi Baal à summo mane vsque in medium diem dicebant. Baal exaudi nos, scindentes venas suas cultris & lanceolis, donec perfundebantur sanguine: omnia autem hæc alacri & iucundo animo pro diabolo patiebantur. Sed proh dolor, quot quantique sunt hodie his simillimi: quotque sunt multi res, quæ volsellis, & diabolicis inuentis sibi ipsis martyrium inferunt, & carnem suam ac membra in sacrificium dæmoni offerunt vt vel sic amentur, & pulchræ humanis oculis appareant. Si vero obesæ sunt & pingues si opus est, vt delicatiores & magis compositæ in corporis habitu videantur, vt vanitati deseruiant, aspere ieiunabunt, soli panem & aquam edentes: at ob Christi amore pauci vel

Luc.11.

Genes 21.

3.reg.19.

Osee 2.

Iacob.4.

1.Tim 2.
1.Cor.9.

Hier in c.29. Ezec
Genes.8.
Ion 3.
Nume.32.

Ioan. 3.

Ezechi. 4.

Exod.19.

vel nulli sunt qui aliquantulum famis vel laboris velint sustinere. Non equidem sanctus ille rex Dauid ita faciebat, sed Christum in sua ieiunio sequebatur dicens. Genua mea infirmata sunt præ ieiunio. Sed de ieiunio postea pauca subdemus: nunc autem de numero dierum hæc satis sint. *Et tentabatur à diabole.* Quãdo imperator exercitus siue dux militi alicui campum designat, vt manus conferat cum hoste fortissimo, vel cum immani gigante, vt animum & stimulos addat ad pugnam coram militibus suis, illum laudat eius magnanimitatem commendans. Sic mihi videtur æternum patrem fecisse, qui Christum in baptismo laudauit, dicens. Hic est filius meus dilectus, cùm illum vellet aduersus Satanam in campum inducere: vt illum protegeret, ac superaret: atque ita post baptismum & patris æterni egregias laudes, ingressus in desertum tentabatur à diabolo. Vbi colliges quod antequam his tribus tentationibus aperte tentaretur, multis alijs tentationibus antea per spatium quadraginta dierum fuit tentatus. Cui scilicet fauet id, quod Lucas in inferius ait, scilicet quod expleta omni tentatione recessit diabolus: quia non solum illis vltimis tribus tentationibus fuit Christus impulsus, sed varijs artibus & machinamentis diabolus totis quadraginta diebus in Christum fremit. Cui sententiæ Paulus suffragatur dicens, Christum tentatum per omnia per similitudinem absque peccato. Si autem tentatus est per omnia, nullum non genus tentationis est expertus. Quia exemplum erat omnibus tentatis, & meritum, omnes tentationes expertus est. Quomodo autem fuerit tentatus, aut quam grauia fuerint, aut qualia hęc tentationum genera, nescimus: quæ ideo forsitan sub silentio sunt præterita, quia maiora erat, quam quæ diceris possent vllo pacto exprimi. Nam neut ait Ioannes, si scriberentur ea quæ fecit Iesus, totus mundus non posset libros capere. Sic quadraginta dierum tentationes, quibus diabolus Christũ tentauit, mũdus ferre non posset, si scriptura explicasset. Satis nobis scire sit, per totum hoc tempus varijs acerrimisque tentationibus fuisse circumuentum. Dicere enim potuit: Circumdederunt me canes multi, &c. libera à cornibus vnicornium humilitatem meam. Hic incipit pati à dæmone iam læuitiam, quam passurus est in passione à membris suis. Videtu mulier peccator, quanta pro te Christus fuerit

Psalm.108

Hebr.4.

Hebr.12.

Exod.12.

Ecclc.2.
Leg. Gre. lib.4. mo.c. 24.

Exod.5.

Exod.14.

passus, quot mortes, quot angustias, ac labores, omnes pœnas nobis debitas Christus assumpsit. Vnde Paulus. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Ideo & nos deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Obserua tamen quod cum omnis tentatio fiat suggestione, delectatione, & consensu, & delectatio & consensus sint sine peccato: id. o Saluator sola suggestione tentatus est: & sic omnis eius tentatio externa, non interna fuit. Obserua etiam quod in nostra voluntate non est tentari, vel non tentari quamuis in nostra voluntate sit consentire, vel non consentire: sed mundi, & tentatorem etiam per suggestionem diabolum tentare non potuit nisi volentem. Nam non potuisset, neque ausus fuisset, tentare eum nisi ipse permisisset. Vnde Matthæus ait, vt tentaretur à diabolo: non tamen dicit, vt diabolus tentaret eũ. ¶ Ex quo ieco operæ pretium erit discere ad nostram eruditionem, primo, vt nosmetipsos muniamus aduersus diaboli insidias, & tentationes, ieiunijs, orationibus & vigilijs: Christus nãque antequam tentaretur, ieiunauit, & ieiunijs, & orationibus se munijt, vt discas cautè viuere, nec inermis à dæmone inueniaris, & victus sis. Sic Moses vt hoc præueniret tempus agnum ante immolauit, hoc est vesperè: vt manducantes eum & pascha Domini celebrantes non occuparentur exterminatoris insidijs: ne inermes & vacuos spiritualis alimenti nocturna lapicula tenebro si hostis opprimerent. ¶ Secundò discamus, in ipso statim exordio, vt Deo seruire cupierimus expectare dæmoni, & mundi tentationem: scriptum quippe est. Accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Statim vt Christus in solitudinem recessit, & ieiunare incipit, tentatus est à diabolo. Persequitur dæmon eum, à quo dæmon ipse deseritur. Cuius rei exemplum nobis erit Pharao ex Ægypti, qui etiam si in regno suo Israelitici populum semper oppressit, sed tunc multo acrius eum fuit persecutus, cum videbat præstare sua populum fugere, si quidem laborem illi auxit, postea vero magno exercitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum fuit persequutus. Idem fecit Labã cum Iacob qui etiam si non bene cum illo egit, dũ vigintiannorum spacio domi habuit: at cum vidisset à domo fugere, congregauit amicos
Gene. 31. suos & consanguineos, & persequutus est eũ quousque in mõte Galaad illum est assequutus. Ita nimirum etiam si hi, qui mundo hærent magnos patiantur labores: tamen maiores illos experiuntur cùm mundũ relinquũt, & christi mandata sequuntur. Adueniente aurora fit ventus, quia vapor ventum faciens est collectus, & radius solis appropinquans percutit aërem gelidum. Sed in prima noctis parte raro fit ventus, quia ille vapor non est perfecte collectus. Sic qui ad Christum, qui vera lux est incipit accedere, sicut aurora gratiæ cùm expellit noctem peccati, & illucescit ei dies iustitiæ, tunc diabolus magis tentationis ventum suscitare conatur: sed existẽte homine in tenebris & nocte peccati raro sit ventus, quia parum tentat diabolus. Quapropter
Greg. lib. 24. mora. c. 12. Gregorius in illis verbis, fili accedens ad seruitutem Dei, sic inquit. Hostis noster nos ad huc in hac vita positos, quanto magis sibi rebellare conspicit, tãto amplius expugnare cõtendit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Igitur quemadmodum Christus protinus, vt baptizatus fuit, & desertum ingressus, tentatus est: sic tu vt primum Deo seruire inceperis graues pasturus es tentationes. Nec mireris si statim dæmon te inuaserit, eò enim data sunt tibi arma, vt prælieris: nec ob id tristeris, nam dæmon non eos expugnat, qui sui sunt. Canis non domesticos mordet, sed eos, qui foris sunt: sic diabolus non tentat, nec persequitur eos, quos quiete possidet, sed iustos ac bonos: Nunquã fur furaturus ingreditur loca vbi paleæ sunt & stercora, nam ex eis nihil hauriet nisi puluerem in calceis: at mercatorum domos ingreditur, & vasis sacris insidiatur, atque ærata publica quærit, ex quibus locis facilè diues exire potest. Mundani homines onusti & impliciti negotijs carnis nunquam tentantur, quia pauperes sunt & fere nullius valoris, ex quibus dæmon parum vel nihil lucrifacere portat, quandoquidem nullis sunt virtutibus nec meritis insigniti: Christum verò, qui eximijs virtutum dotibus fulgebat, quique in solitudinem deserti recedit, dæmon tentat. Sic bonos qui mundum contemnunt & relinquunt Satanas persequitur. Agricolæ vuas colligunt, & in domo sua seruant: at palmites in agro tanquam inutiles reijciunt. Ita bonos tanquam vuæ pretiosæ reseruantur: mali verò in medijs plateis ambulant. Hos igitur Dei amicos aucupari vult dæmon, has vuas quærit, hosque ipse persequitur, & tentat. Sic angelus Raphael dixit Tobiæ. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Nam quemadmodum, Turca non bellum gerit aduersus Turcas, sed aduersus Christianos, & quemadmodũ nemo aduersus amicos & domesticos insurgit, sed aduersus inimicos: ita diabolus non eos expugnat qui sui sunt, sed eos, qui sub vexillo ducis Christi ambulant. Quando pulchra illa fœmina Iudith vidit principem Holofernem sedentem in tentorio in maiestatis solio, lapillis & smaragdis pretiosis circundatum, cœpit ipsa timere, cui Holofernes dixit. Aequo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuasset lanceam meam contra eum. Nam quemadmodum Holofernes non bellum inferebat illis, qui regi suo seruiebant, & obtemperabant, sed rebellibus: sic diabolus non tentat nec persequitur eos, qui sub imperio suo sunt, sed iustos, & Dei amicos. Quocirca statim vt Deo obedieris, & optemperaueris, & eius mandata feceris amplexus, acriter te ipsum inuadet: quemadmodum Christum protinus, vt in desertum abiuit. ¶Ex quo etiam tertio loco oportebit discere quod cũ magis prosperi, & fœliciores, & magis dilecti à Deo fuerimus, tunc magis cauendus est casus, & maiori diligentia nos tueri debemus à mundi, dæmonis, & carnis tentationibus. Quid est homo (inquit Iob) quia magnificas eum: aut quid apponis circa eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Licet omnibus hominibus timenda sit tentatio, illis tamen potissimum quia Deo extolluntur, & illi sunt familiares: nam cùm Christus à patre in baptismo præclara suarum laudum audiret encomia, cùm ei dicitur, hic est filius meus dilectus: statim ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. Eodem etiam modo cùm diabolus audiret virtutem & excellentiam sancti Iob, quod esset reiectus, nullusque ei similis: statim varijs tentationibus fuit percussus. Sic etiam postquam dominus sanctum virum Abraham tot beneficijs, ac donis magnum & illustrem reddiderat, grauissima tentatione eius animum pulsauit. Optimè quidem euangelista Matthæus hæc omnia expendit vnico verbo dicens. Tunc ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à diabolo. Tunc ait. Quando tunc? Quando pater filii sui testimonium clarum exhibuit. Tunc, quando Spiritus sanctus in columbæ specie visus est. Tunc, quando cæli aperti sunt super eum. Tunc inquam, quando æternus pater filii innocentiæ testimonium exhibuit, quando eum honorauit, & exaltauit: tunc abiit in desertum & grauiter à diabolo tentatus est. Vide Christi humilitatem, & à tanto atque tam sancto saluatore disce, vt in honoribus & dignitatibus constitutus scias humiliari. Commendat maximè euangelista Christi Saluatoris nostri humilitatẽ: qui cùm talis ac tantus esset, filius Dei declaratus & manifestatus: sic se humiliauit, vt ab immundissimo & impio dæmone expugnari voluerit. Hoc idem Ioannes de ipso insinuare voluit cùm dixit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Postquàm verò tanti verbi maiestatem & dignitatem commendauit: vt humilitatem ostenderet subdidit dicens. Et verbũ caro factum est. Ac si diceret. Videte quantũ Dei filius se humiliauerit, qui cùm tantus ac talis esset, non horruit virginis vterum: & propter nimiam charitatem, qua nos dilexit, homo factus est propter hominem. Et idem Ioannes postquàm Christum exaltauit, & magnificauit dicens, à Deo exiuit, & ad eum vadit, dixit quod misit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum: vt in his clarè Christi humilitatem ostẽderet. Quod idem Paulus de Christo confirmat: qui cùm in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, &c. Humiliauit semetipsum factus obediens, &c. Hic enim cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ, eius traditur peruersissimo inimico, vt tentetur. Discite itaque in rebus prosperis tentationem timere & expectare. Discite in honoribus humiliari, & vestigia Christi sequi. Mirandum quidem est, quod videas Christum ducem tuum mœstum ac palidum inter bestias & scorpiones vitam degere: tu verò in deliciis viuas, voluptatibus, & vitijs deditus, illum solertem militem & fidelem seruum sui regis Vriam recordatus, qui noluit ire in domum suam, vt sibi quieti & ocio per noctis spacium indulgeret, sed potius dixit. Dominus meus Ioab manet super faciem terræ: & ego ingrediar domum meã, & comedam, & bibam, & dormiam cũ vxore meã? Si dominum tuum, & ducem tuũ vides in prælio pugnantem, & supra petrã dormientem: quomodo non erubescis in deliciis, & voluptatibus viuere? Signum clarissimum est, te non militare sub eius vexillo, nec ex suis militibus esse: quo circa stipendiũ suæ gloriæ, nec gloriosam coronam, quæ donatur militibus suis, nõ tibi dabit. ¶ Quinto discamus tunc potissimum cor nostrum custodire, & profectui spirituali vacare: cùm aliquam gratiam, aut domum à Deo fuerimus assequuti. Tene (ait Ioannes) quod habes: ne alius accipiat coronam tuam. Quapropter Christus post baptismum in eremum recedit, vt tu scias post gratiam susceptam, post communionem sacram: vt diuinum spiritum conserues à mundo recedere, & procul ab eo fugere. ¶ Discamus sextoveri simum illud esse Christi dictum quod regnum cælorũ vim patitur, & quod violenti rapiunt illud. Post baptismum tentatur Christus: & multis aliis tentationibus atque laboribus, regnum cœlorum nobis meruit. Sic filii Israel postquã dominus illos eduxit ab Aegypto, & post transitum maris Rubri multos labores, & plurima bella sunt experti in itinere: vt regnum iure belli acquirerent. Sic nos post peccatorum tenebras, post lauacrũ baptismi à potestate Pharaonis educti, opus est, vt militiam sub duce Christo exerceamus, multis generibus tentationum oppressi & pugnemus contra Amalech, Madia, Chananæos, Cetheos, Amorrhæos, & aduersus multa alia genera vitiorum, vt illos prosternentes terram cælorum nobis promissam possideamus. Hac vi acquiritur regnum cælorum. Nunc in deserto sumus, per quod filii Israel iter faciebant: & Christus in deserto fuit. Illi pugnabant, & Christus pugnauit: illi tentabantur, & Christus tentatus est, vt discamus, quod desertum vitę huius locus est tentationis. ¶ Vltimo colligẽdum est, tentationes nobis vtiles esse, cùm dominus illas mittat propter commodum nostrũ. Christus tentari voluit, vt nos etiã sciamus, quod per tentationem paratur nobis via ad vitam capessendam. Ita similiter in hac vita misit dominus tentationes dilectis suis Abraham, Iacob, Dauid, Iob, Heliæ, Esaiæ, Ieremiæ, Ezechieli, Danieli, Susannæ, & omnibus suis amicis, tam veteris quàm noui instrumenti. Ne

2. Reg. 11.

Apoc. 3.

Luc. 16.

Exo. 19. Num. 13. & 21. Iosue 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœniteat te, quod tenteris: sed illud maximè cauendum est, ne illi consentias, & vincaris. Nihil enim prodest si excussorium ferramentum cilicem feriat, nisi fomes applicetur vt accendatur. Ita nimirum etiam suæ mon excussorio ferramento suæ tentationis lapidem tunc sensualitatis feriat, nisi fomitem consensus suæ voluntatis applicueris, nunquam ignē excutiet, quo nobis combatur. Nunquam tibi pertendunt dominus est ne tentationes tibi mittat, id tamen orandum, vt gratiam tibi subministret, qua possis illa superare, dicens Et ne nos inducas in tentationem. Callidus quippe cùm sit inimicus, solet in Angelum lucis transfigurari, & habitum mutat, quē admodum vxor Ieroboam, quæ mutatis vestibus voluit decipere propheram Ahiam; Opus est caute & prudenter aduertere, vt non fallamur: prius examinare sit ne tentatio dæmonis, an diuina inspiratio. Vnde Ioannes huius rei memores nos facies inquit. Nolite credere omni spiritui sed probate, an ex Deo sit. Venator nanque solum escam ostendit, lapidem autem coopetit. Sic dæmon sub virtutis vmbra tētat, qui mad modum simuli Daniels sub obseruatione legis, & prætextu zeli & religionis. Diuersę sunt dæmonis artes & insidiæ: nam vnam partem solet aggredi, aliam autem forte: vt si alteram partem cooperias, aliam apertam relinquas: quam possit infringere. Solet enim contingere, vt tentatione carnis dæmon te inuaserit: tu vero victor cùm extiteris, victoriam laudas: & magnificas. In quo diligenter debes aduertere, quod etiam si tibi fuerit vitium dæmonem de carne reuolui se tentare, non id ipse curat, sed potius vanagloria & superbia: tu verò cùm te numeris contra tentationem carnis, inani gloria & superbia fuisti victus. Postea vero fingit se abire, & à te discedere, vt te incautū & inuitamus aurem dormiente inueniat. Si tentatio te reliquerit, nē tūc dormias, quia maiori impetu te vulnerabit. Tempore pacis cautius tibi viuendum est, quam tempore belli. Maius periculum patitur nauis tempore quo mare est tranquillum, quam tempore tempestatis: nam tempestati multa sunt remedia, nullum autem tempore tranquillitatis. Maxima omnium tentationum est, nullam pati tentationem. Tunc potius existima maiores habere tētationes, quando nulla tibi adest. Statim vt cibus stomachum ingreditur, natiuus calor cum illo pugnat, quoniam ad se redigere nullum cibum nouerit, quo cum bellum gerat, contra septum bellum mittit, si verò cibum eius non ministrauerit, secumque ad interitum pugnat. Ita nimirum & si foris nullas habueris tentationes, tecum ipse in corde tuo intus habebis. Ne pereniteat, si teteris, si tribulationes & angustias fueris passus: nam tunc dominus, si tu vere in eo gnaueris, auxilium subministrabit: nam dominus vult propter emolumentum tuum te tentari. Scriptum enim est. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Quomodo bellum erat, nisi bellatores fuerint? Nec in pace esset gloria, sine victoria: nec victoria sine bello. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se. Rectum quidem est labor tentationis, fructus autem copiosus: & merces magna nimis quam inde reportabis si viceris. Tentatio permittitur à Deo Deus autem non permittit nec patitur vt teneris supra id quod potes, secundum illud Apostoli. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Non protendit vires dæmon, nisi tantum ad id quod diuina prouidentia vult. Ieco nanque ille qui interfecit prophetam inobedientem redeuntem à Bethel, non tetigit corpus mortui, nec iumentum ipsum ferens, atque ita cùm ad sepeliendum corpus venerunt, inuentum est corpus integrum & iumentum viuum. Quodquidem factum paradigma est, quàm sim tata potentiam habeat & vires leo ille rugiens, qui circuit quærens quē deuoret. Quo quidem significatur, si victus fueris, in tuam culpam esse reijciēdū: quando victor cùm possis esse, non vis. Vult dominus vt tentemur, vt victores existentes triumphi palmam, & coronam accipiamus. Vnde sanctissimus Iob dixit. Militia est vita hominis super terram. Vita nanque hominis Christiani militia est, in qua nullum est pactum nulla quies, nullū denique fœdus percussum. Cuius quidem rei non mirari debemus (inquit Chrysostomus) sed potius mirandum est, quod non grauiores & maiores sint tentationes. Nam si tu serpentem perentem, non deberes mirari quod ipse aduersus te insurgeret sed potius mirari deberes si quietus maneret. Cùm igitur serpens ille antiquus contra aduersus nos cœperit inuidiam nostræ bono

bonorum operum non mirari debes si aduersus nos insurgat: siquidem quocunque bono opere à nobis perfecto grauissimè illum pertimus. ¶ Sed insurgit nunc grauis quęstio: nam si dominus scit, dæmonem ita pœnitere nostrorum bonorum operum: sic adeò vt aduersus nos insurgat, tentaturus, & cùm rectè etiam sciat dominus quod propter has tentationes multi deficiunt, & vincuntur, & etiam quod plures sunt victi quam victores: quid est in causa cur dæmonem non annihilauit, cùm illum è cœlo deiecit? Cur dominus patitur, vt tentemur: quandoquidem tanti homines tentationibus dæmonis cedunt? Cui quæstioni suo ore aureo Chrysostomus respondet dicens: non solum non dominum vsum fuisse nobiscum sæuitia, sed potius benignitate atque misericordia sua. Nam si dæmō coactos nos vinceret: vtique merito de Deo nos conqueri deberemus, quando dæmoni potestatem dederat vt nos vinceret. At vincit nos spontaneos & non inuitos: nam si nos nō cōsentimus fragiles sunt eius vires & potentia: quod quidem clarum conspicitur in historia huius euangelii, nam cùm Christum tentauit non vi illi lapides intromisit in os: sed dixit. Dic, vt lapides isti panes fiant. Et quando illum tentauit vt sē à summitate templi præcipitaret, non vi illum deiecit: sed illum incitauit, vt id faceret. Et idem contigit in tertia tētatione. Quo circa cùm diabolus neminē cogat, non est sufficiens excusatio dicere, demō me peccare fecit: quod dictum apertissimum mendacium est: nam bene posses à peccato te ipsum abstinere, nisi tuæ voluntatis consensum illi dedisses. Nam etiam si dominus rectè sciret, omnes homines defecturos & captos in tentationibus, siquidem dæmon neminem impellit, benè nobiscum factum esset si tētaremur. Nihilominus non omnes vincit, sed potiùs multi in virtute proficiunt: atque ità diuina fuit facta prouidentia vt tentaremur, vt agnoscatur firmitas, fides, & virtus bonotum, & etiam vt nota sit pigritia, inertia, & prauitas malorum. Nam si velis, clarè videbis quomodo qui peccant, peccent ob defectum virtutis, non autem ob vitium defectum, audi. Si adessent hic duo homines æqualibus viribus pollentes, alter verò magnū lapidem reuolueret, alter verò non: qui lapidem non reuoluit, clarum est id fecisse, cū nollet, siquidem æquales vires cum altero habebat. Omnes homines eadem natura constamus, & æquales vires habemus naturales. Deus autem paratus est nobis omnibus fauere, si æqualiter simus dispositi. Cùm autē multi probi ac sanctissimi viri nos præcesserint, argumentum est cùm nobiscum eadem fuerint natura, quod si malumus, nō est quod aliter non possimus, sed quod non velimus. Vnde multitudo castorum & pudicorum virorum multitudinem eorum qui luxuriam & libidinem sequuntur confundit: & multitudo humilium, multitudinem superborum reprehendit. Atque ità cùm tentatio & bellū causa sit bonis augmenti gratiæ: non est dubium, quin si Deus per impossibile posset iniuriam irrogare, irrogaret vtique iustis, si tentationem illis adimeret, siquidem cum illa tātum merentur. Quam etiam iniuriam malis inferret, si tentationem illis non daret, etiam si vincendi essent quippe vt dixi mus, tentatio neminī vim infert. Vis videre vt tentatio neminē cogat, nec dominus eam permittendo: Dic mihi quot sunt, qui suis oculis Deum offenderunt? Eua, Dauid, & alii multi, &c. Mors intrauit per fenestras nostras. Quot sūt qui Deum auribus offenderunt? Quot qui lingua: Infiniti qui famæ proximorum detrahunt. Respondeas igitur obsecro: egit ne nobiscum male dominus, præbens nobis aures, oculos, & linguam: non equidem. Quot sunt qui virtutibus peccarunt: non dico executiūe, sed occasionaliter: multi sanè, vt fuit Pharisęus: qui ex illis sumpsit sibi ansam ad superbiendum. Sunt igitur virtutes malæ? Nō ita. Quod sunt qui solis, luna, & ornatu cœli causa in Deum grauissimè peccauerint, hæc omnia tanquam Deum colentes? Nemo autem erit tam inops mentis, qui dicat Deum malè fecisse illa creando. Igitur quemadmodū multi his rebus peccarunt, nec ideò illæ malæ sunt, nec causa peccandi, sed earum malus vsus: ita etiam si tu tentatione peccas, siquidē illa non te cogit, nec Deus habet culpam qui eam dedit, sed tu qui facilè succubuisti. Hoc Christus insinuasse dicens, quod homo sapiēs ædificat domū suam supra petrā, & venerūt flumina, & flauerūt venti, & irruerunt in domū illā, & non cecidit: fundata quippe erat super petrā. Stultus verò ædificauit domū suā super arenā, & venerunt venti, & descendit pluuia, & flauerūt, &c. Dic mihi quis illā domū demolitus est? Non equidē sola tēpestas, nec ventus: nā si vetū id esset, altera etiā domus destrueretur, nā eadem tempestas in alterutram

Matth. 6. 2. Cor. 11. 3. Reg. 12.
1. Ioan. 4.
2. Dan. 14.
Gen. 3. 2. Reg. 11. Ierem. 9.
Luc. 19.
Matt. 7. Luc. 6.
Leg. Chri. ho 4 ad pu. pu Ant. &

Universidad de Deusto
Biblioteca

precipue 10. 5. hom. 9. in illud Nemo laeditur nisi à semetipso.

tertutram irruit: sed causa fuit malum fundamentum vnius, & bonum alterius. Fragile fundamentum occasus fuit causa. Ità nimirum tentationes, quæ probos & malos aggrediuntur eædem sunt: qui autem cadit, malũ fundamentum ei est causa. Quod idẽ in area videri potest: num cùm ventus sufflat, paleas secum fert, triticum autẽ manet. Quis paleas fundit? vẽtus? Non vtiq; quia etiam triticum secum ferret. Causa fuit palearum leuitas. Te non ducit tentatio, sed tua voluntas quæ nihil ponderis habet in virtute. Deus quidẽ est tua virtus atque ità tentatio te quo voluit duxit, nõ autem iustum. ¶ Obserua autem quod tentatio nihil mali intulit malis, etiam si cum illa cadant: sed potius multum vtilitatis. Dic mihi quale maius piaculum est: in peccatum incidere cum tentatione, an sine illa? Clarum est multo grauius esse sine tentatione peccare, quam cum illa: nã maior imbecillitas esset cadere me non in pulso, quàm vi illata. Cùm igitur Deus, rectè nosset malos illos casuros etiam nulla facta vi, nec tentatione illata: atq; ità maiorem futuram illorum culpam, & per consequens pœnam, vt aliquam portionem pœne illis adimeret, permisit dominus vt tẽtarentur. Illadomus quam supra retulimus, etiam si pluuiæ & venti in eam non irruerẽt, paucis transactis diebus ruinam minaretur, & tandem caderet: cùm super arenam fundata esset. Ità nimirum malus etiam si à demone non tentetur, tamen ob imbecillitatem suam casurus est: nam qui tam cito lapsus est demonis tentatione, paucis ab hinc diebus sua voluntate cadent nemine impellente. Dicis te luxuriosum, & inimicum odio habere, quia difficilia sunt mandata inimicum diligere, & castitatẽ seruare. Vide etiam quod proximorum famam contamines, & alia peccata committis, quæ nullam secũ voluptatem afferunt: quod signum est, quod in alia priora peccata non incidis, nisi ob imbecillitatem & prauatũ morem. Si igitur nulla oblata tentatione in talia peccata solum ob leuitatem & in consuetudinem casurus eras: clarũ est, quod dns vtetur tecum sua benignitate & misericordia offerẽdo tibi tentationem, qua illa queatus incidas: atque ità minor sit culpa, & inde minor pœna. Nihilominus tamen Deus semper tibi adest in tuum auxilium præbens tibi arma, quibus vincas, sacramenta, & sanctas inspirationes: & denique Angelũ custodiæ tibi semper assistentem. Durandum igitur tibi maximè erit, vt vincas: nam diuino præsente auxilio facilis est victoria, si viriliter & Christiano animo dimicaueris. Quia igitur ad profternendum diabolũ fortissimum telum est ieiunium, & ad superandas ipsius tentationes plurimum valet, ingreditur Christus desertum, & ibi ieiunat. Canit nãque ecclesia, quæ diuino spiritu regitur, & gubernatur, Qui corporali ieiunio vitia comprimis, &c. Hæc arma, Christus sibi assumit ad superandos tentationes, & hæc vult vt accipias, si triumphi palam, & victoriam velis consequi. *Et non manducabit in diebus illis &c. consummatis illis postea esurijt.* Quomodo poterat tantum ieiunare? cui dubio respondendum est, tantam fuisse famis afflictionem, quam Christus passus est post quadraginta dies, quanta fuit quando ingressus est desertũ, fuit à tempore illo, quo cœptum est ieiunium: quia toto tempore medio impedita fuit actio naturalium agentium disponentium ad famem, & fuit illud tempus, quasi si nũquam fuisset. Christus enim erat dominus naturæ suæ, & poterat manere semper sine cibo & potu ab oratione, vt hic fecit: & intentus eidem ratione promisset sic manere per decem annos, & conseruaretur in eo natura humana in sua integritate. Super naturaliter igitur potuit se famem tueri, & transactis quadraginta diebus cœpit esurire: & tunc naturaliter alterabatur corpus eius quantum posset alterari corpus alterius hominis eiusdem dispositionis & complexionis. Et tamẽ Christus tolerauit famem à tempore quo cœpit esurire vsque ad tentationes finitas: quia nihil manducauit quousque Angeli venerunt administrandum ei. ¶ Ieiunauit itaque Christus, vt nostram ingluuiem destrueret ieiunio suo. In solitudine vitam degebat, vt nostras iniquas conuersationes diuiparet: orabat, vt nostra purgaret peccata. Oratio quippe illa, & ieiunium illud, vt dictum est, nobis attulerunt. Pro nobis etiam orat, & pro nobis ieiunat. Vnde ipse dominus per Oseã ait. Ego quasi nutricius Ephraim portabam, eos in brachijs meis: & nescierunt, quod curarem eos. Vt curaret, & sanaret nos, recessit in desertum. Et quemadmodum cum nutricium dum paruulus infirmatur exhibetur medicina, porrigitur amara potio, vt paruulus in pristinã valetudinem redeat. Sic dominus quæ si posset nutricius laboriosa ieiunia, indictis fam vigilijs, & orationem sustinet: & pro nostris quæ nõ patrauit peccatis: sed pro nostris

Vbi

Vbi maximè obseruandum est, quod Christus in deserto orat, & ieiunat: & in ciuitatibus comedit & bibit. Non sic hypocritæ: qui in occulto cùm non adsunt testes comedũt: at publicè ieiunant. In occulto peccant, foris autem fictam sanctitatem ostendunt. Merito etiam à ieiunio incipit Christus vitam spiritualem: vt eodem modo quo mors intrauit in mundum, intraret & vita. Per cibum parentũ nostrorũ intrauit mors in orbem terrarũ: sic etiam optimo ordine mortis destructor, & vitæ nostræ reparator à ieiunio salutem & redemptionem inchoat. Sic etiam prima tentatio, quam Diabolus obtulit Iob, fuit in conuiuio filii maioris natu. Quicunque huic vitio laxas præbuerit habenas, facilè à reliquis superabitur. Et quemadmodum dæmon per cibum incipit, sic Christus per ieiunium: vt optimè illud experiatur contraria contrariis curantur. Prius Daniel destruxit idolum Babyloniæ: postea verò draconem, qui in illo absconditus erat. Quo exemplo ducis & Saluatoris nostri Christi & nos discere debemus, prius idolum carnis destruere: si facilè volumus de aliis vitiis triumphare. Loth qui cùm abstinentia se ab incendio Sodomæ incolumem seruauerat, quia in monte non abstinẽs fuit: grauissimum incestum cum filiabus cõmisit. Prima & potissima arma, quibus indui debemus aduersus aduersarium nostrũ sunt ieiunium: & ab hoc gradu incipienda est vita spiritualis. Sancti quippe tam veteris, quàm noui instrumenti his armis potentissimos exercitus superarũt. Quis vicit exercitum Assyriorum? Ieiunium Iudith. Quis populum Hæcliticum liberauit à mortis sententia aduersus illum statuta? Ieiunium Hester. Quis Danieli tanta, ac tam magna secreta reuelauit? Ieiunium. Et Niniuitæ cùm essent gens infidelis, ieiunio Dei iustitiam mitigarunt. Paulus etiam in sua conuersione per ieiunium vitam spiritualem incepit, & tribus diebus ac nocte bus nec manducauit, nec bibit. Vnde factũ est, vt interitum cœlum raperetur. Adam ieiunus in paradiso erat: fatur autem, foras fuit iectus. Moses ieiunus legem Dei accepit: populus autem cibo meroque ingurgitatus vitulum conflauit, vt eum adoraret. Anna etiã prophetam Samuelem concepit. Per oppositum autem, vt scriptura ait, multi per ebrietatẽ perierunt. Holofernes iugulatus fuit. Amõ filius regis Dauid cibo meroque potatus periit. Balthasar rex Babyloniæ mortis sententiã audiuit, & regni amissionem. Regina Vasthi authoritatẽ suam amisit, & regno orbata est. Sunt qui lautè & opiparè comedunt, ac bibunt: similes iis, quibus propter crasitiẽ quã in brachiis habent, non inuenitur vena, ex qua possit sanguinis missio fieri: atque ità cõtingit sæpius cum vena illis non inueniatur ad interitum venire. Ità qui semper cibo & potu in hac vita suo genio indulgent, ità vitiosi sunt, vt prius quàm spiritualis medicina pœnitentiæ illis adhibeatur, vel moriuntur, vel truncati manent, antequàm à culpis recedant. Eglon cùm nimis pinguis & crassus esset ab vno loco non poterat discedere, atque ità ibi interfectus est. Strenuus ac diligẽs dux stationes visitat: & ibi maiora fulcimenta apponit, vbi pars imbecillior est, & inimici maiores ac fortiores. Cũ igitur imbecillior pars sit caro nostra: ibi cum ieiunio fauendum est. Sanson sola asini mandibula mille viros interfecit. Sic tu multos occides inimicos: si dominus oris tui fueris. Quoniam autem de hac materia multa sunt quæ dici possunt: & multi multa scripserunt: ego breuitatis causa solas duas rationes adducam, quibus tibi persuasum habeas ieiunium. ¶ Prima ratio illa est ob vtilitatem, quam non solũ efficis in anima, verùm etiam in corpore. Iam præsupposito, vt supra diximus, quod vita hęc est militia quædam & continua tentatio super terram: & quod dominus ita fidelis est, vt nunquàm patiatur nos tentari supra id, quod possumus, nunc quæ ro à te. Si duo homines vitibus & dexteritate, & diligentia, & armis pares præliaturi exirent, vnus contra alterum: quis nam istorum vincet? Certum est quòd vincet ille, qui fautus fuerit: nã aliter neque vnus neque alter vincet, cùm in omnib⁹ æquales sint. Ità similiter corpus & anima in hac vita in continuo sunt bello: caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ: at Deus non permittit, vt tentatio carnis valentior sit, vt vires spiritus superet. Quis igitur horum vincet? Sine dubio is, in cuius fauorem & auxilium aliquis accesserit amicus. Si corpori faueris cibo, potu, & somno, & denique deliciis, & voluptatibus: corpus victor existet, anima verò victa. At si in animæ auxilium descenderis, ieiuniis, vigilijs, & orationibus, sine dubio anima triumphabit cum victoria, de corpore. Cui igitur auxilium præstabimus? Animæ cum ieiuniis & orationibus: Nã si vincit anima, ipsa cum corpore in cælo diui

Iudith.13. 3. Reg.13. Dan.5. Hester.1.

Iudi.3.

Iudi.15.

Iob.7.

1. Cor.10.

Gala.5.

na

Universidad de Deusto
Biblioteca

na beatitudine gaudebit. At si corpus triumphauerit, torquebitur in inferno cum anima victa. Secundū quod plus emolumēti corpori euenit si vincatur: quā si ipsum vincat: nam si vincitur coronatur, ac si vincit torquetur. Ignominiosa est victoria eius, gloriosum autem ab anima vinci. Si vincit, perdit: si vincitur, lucratur. Quo circa diuus Paulus. Si secundum carnem vixeritis, morieminī: si autem spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Nā si malè & aspere cum corpore te gesseris, bene illi facis: at si blādè & delicate illud tractaueris, malū illi inseres. Ideò Christus. Qui odit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam in vitam æternam custodit eam. Qui eam diligit, summo odio ipsam prosequitur & qui eam odit, tenerrimè illam amat. Si tui ipsius amicus es & carnem tuam christianè diligis, eam ieiunijs & orationibus castiga. Quamobrem exemplo Christi Saluatoris nostri (cuius actiones in nostram eruditionem fiebant) debemus ieiunare, & macerare carnem & spiritui eam subijcere: nam si spiritui auxilium præstamus, & carnem spiritui subijcimus & sensualitatem rationi, vincet vtique anima & gloriosè in cœlo cum corpore æterna beatitudine gaudebit. ¶ Secundo ieiunare debemus vt pondus, quod corpus humeris, suis fert, auferamus. Nam si videres hominē, qui ascendere vult mōtis alicuius magni summitatem, & hic homo pondus magnum humeris suis ferens, aliud maius pondus etiā ascensurus assumeret, diceres vtique, iste homo sine dubio non vult hunc montē ascendere. Quid aliud cogitas, hanc vitā esse, nisi viā arduā & difficilem quæ tendit in altitudinē cœli? (& vtinā hæc quæ modo protulimus sibi persuaderēt, nec viuerent quasi post hanc, alia nō maneret nobis vita.) Pondus magnū humeris nostris ferimus: quod quidē corpus nostrum est. Antequam primus noster parens peccaret, non erat pōdus, quia spiritui maximè vniebatur, & cum illo gratam & iucundam societatem ineratnam si spiritum iuuabat ieiunare, idē & corpus cupiebat: nunc autem contradicit corpus animæ & sensualitas rationi resistit: sic adeò, vt diuus Paulus hanc contradictionem maximè in se sentiret, cūdicebat. Sētio aliam legem in membris meis repugnātem, &c. Quemadmodum enim nullū est pondus brachium, cum corpori vnitum sit, nec vllā molestiam infert: at si scinderetur & superhumerum apponeretur, molestiam & pōdus inferret: ità nimirum ante quam Adam peccaret, nullum pondus erat corpus: at post peccatum maximum est pondus propter diuisionem, quam cum anima habet. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā. Antea incorruptibile erat, & nihil grauitatis habebat. posteà ita pōderosum est factū vt dixerit Paulus. Infœlix ego quis me liberabit à corpore mortis huius? Si vigilare vis, ieiunare, aut orare: tenuit corpus. Vide igitur quod dū magis ac magis illi blāditus fueris, maius pōdus tu per te ipsum imponis. Si igitur cū magnū pōdus corporis tui feras, volēs ascendere in mōtem domini, potum & cibum illi superflue dederis: nonne pondus pōderi addis? Si qui oneratus incedit, & maius pondus sibi assumit, non vult montem ascendere: quomodo dicēdū est, quod qui cibo meroque se ingurgitant, in cœlum volunt ascendere? Atque ità iudico, quod hi tales non cupiunt cœlum conscendere: quandoquidem cum deberent onus corpori detrahere, vigilijs, ieiunijs, & orationibus potius illud augent: vt spiritus à carne oppressus nequeat in altum euolare. ¶ Præterea contra omne ius & rationem videtur, quod cum habeas duos seruos, alterū sapientem, alterum vero ineptum & amentem, compelleres sapientem ignorantiferre. Quod quidem exequeris cum facis spiritum carni obedire. Quo circa curandum tibi est, vt ieiunijs & orationibus carnem spiritui subijcias, si vero caro aduersus spiritum furexerit, castigabis illam ieiunijs. Sed quia de his inferius tractaturi de diuite illo epulone sumus dicturi: nunc ad contextum accedamus. *Dixit autem illi diabolus.* Cum dæmon videret Christum fame opprimi, accessit ad illum corpus sibi aëreum assumens, in forma cuiusdam deuoti viri aut sancti eremitæ, vt callidius illum falleret. In quo aduertere debes quomodo mali opportunum tempus ubi expectant, vt malitiam suam exerceant. Ità impius Caim tempus opportunum quæsiuit, vt fratrem Abel interficeret: atque ita duxit eum in campum, vt ibi sine testibus nefarij dilecti necem fratri inferret. Vxor Putifar expectauit etiam tempus in quo castum Ioseph solū inueniret, vt illum ad turpitudinem patrandam alliceret. Iudas etiam quærebat opportunitatem vt Iesum traderet. Ita dæmō cum videret Christum fame contineri, opportunum satis tempus fuit illi visum, vt tentationem gulæ illum aggrederetur. Quod ādem nobiscum iniquus facit: nam quando videt nos saturos & bene potatos, luxuria nos tentat: at si fame oppressos, gula, & impatientia nos aggreditur: quando fœlices & prospe ros, superbia & ambitione nos inuadit. Sic filii Iacob acceptis gladiis depopulati sunt vrbem Sichem: quando erat grauissimus dolor vulnerum. Ita dæmon cum virtus in nobis debilior & infirmior est, nos tentat & inuadit. Scit enim tempus expectare sibi ad tentationem aptum. Vtinam boni ita benè scirent non amittere occasionem boni faciendi. Sanctus Abraham media die in foribus tabernaculi sedebat expectās an aliquis veniret peregrinus vt ei cibum ministraret: nam tempus illud opportunum erat, in quo peregrini & viatores solent ab itinere quiescere. Loth etiam, qui nutritus erat in domo sanctissimi patriarchæ Abraham ab eo didicerat vesperi hospites expectare, quando iam itineris finē faciunt, & nocte volunt conquiescere, &c. Sed de his alias. ¶ Cùm igitur dæmon inimicus humani generis intelligeret aliquo tempore futurum esse, vt homo recuperaretur, quodque dominus cum illo misericordia vtens repleturus erat sedes, quas Angeli perdiderant animabus sanctis: tanquàm Dei & nostrorum omnium inimicus timens perditionem & deuastationem regni sui, quæ fieri debebat per Christum Iesum, à mundi constitutione solicitus ambulabat, vt sciret, quis nunc esset qui regnum dæmonis erat destructurus, & vitam nostram reparaturus, vt nostram redemptionem impediret. Atque ita cùm vitæ hominum insidiaretur, vidit nata le Christi, & cantica, & festa ab angelis facta, tunćque miratus valde & turbatus extitit. Expectauit igitur & vidit illum sanguinem fundere in circuncisione, & per puerilia transire tanquam purus homo nullis datis suæ diuinitatis signis vsque ad duodecimum annum, quando inter doctores legis in templo suam diuinam & admirabilem sapientiā demonstrauit. Insidiatus est illi vsque in trigesimum annum suæ ætatis, cumque toto illo tempore vidisset nulla dedisse signa suę diuinitatis, quieuit & securus mansit: atque ita videbatur illi non esse filium Dei, sed purum hominem. At cùm in baptismo audisset vocem patris dicentis, hic est filius meus dilectus, turbatus fuit & confusus: cumq; etiā vidisset illū in deserto quadraginta diebus & noctibus ieiunasse, vehementiùs multo demiratus est: tunćque sine dubio credidit illū esse filium Dei, à quo destruendus & vincendus erat. Sed cū videret eū fame diseruciari, valdè gaudens est cùm intelligeret illum esse verū hominē, morti subiectum, & reliquis aliis passionibus humanis. Cùm autem dæmō in eo vidisset alia hominis signa, alia verò Dei: ita perplexus & confusus manet, vt nesciret in quam se inclinaret partem: nam mysterium incarnationis dæmones non intellexerunt, quousque audierūt euangelium prædicari ab Apostolis, secūdum illud Pauli. Vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiā multiformis sapiētia Dei. Quod quidem non de Angelis sanctis (vt aliqui existimarunt) intelligendum est, sed de dæmonibus, vt nos latiùs disseremus. Christus igitur sic suam deitatem abscondit vt à dæmone cognosci non potuit. Vnde sponsa in canticis de sponso suo Christo ait. Ecce ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. Cùm aliquis est in fenestra per cancellos & rimulas aspiciēs partim videtur, & partim non videtur: ità, vt etiam si videatis ibi aliquem esse, non potest percipi nec cognosci quis nam ille sit, Ita verbum diuinum prospiciēns erat per cancellos humanitatis, quod etiam si signa aliqua sui ipsius ostendebat, & aliqui cognouerunt illum, valde inclusus erat: etiam si per cancellos humanitatis splendorem suæ diuinitatis emittebat, miracula stupenda faciens, quibus se ipsum cognosci dabat. Ita tentator Satanas cùm videret eum esse hominem, & ex altera parte deitatis & diuinitatis radios emittere, decreuit hoc negotium clarum efficere, cùm iam defatigatus esset tanto tempore illum persequi. Vt autem hoc negotiū sic adeò arduum & difficile aggrederetur, vt animum assumeret, hanc secum fecit coniecturam. Magnam semper suspicionem habemus omnes, hunc esse filium Dei, & valde timet princeps noster ab hoc esse destruendū. Ego igitur nunc decernere volo negotium hoc: nam vel ero victus, vel non. Si victus fuero, non mihi multo ignominiosum erit, à tanto atque tā sancto viro vinci, in quo vnquam nec vnū veniale peccatū fuit inuentum. At si multi homines, qui peccatores fuerunt, me quotidie vincunt: nō multū erit à tam sanctissimo viro vinci. At si victor euasero, maximā mihi palmā arripio, quam nullus vnquā

dæmon

Roman. 8.

Ioan. 12.

Roman. 7.

Sap. 9.

Gen. 34.

Gen. 4.

Gen. 37.

Ca. 11. infra date eleemosynam.

Ephe. 3.

Cant. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæmó fuit consequutus. Quális obsecro maior gloria mihi continget quam si principem meum certiorem fecero, hunc hominẽ non esse filiũ Dei? Vbi igitur tantũ poterit esse lucri, iactura vero nulla vel minima, ignauia erit, illũ nõ aggredi: nũc præcipue quãdo fames premitur, & aptus est tẽpus tentationi. Ità tentator habitu religionis & honestatis, accipiens manibus suis lapides, obuiam exijt Christo, dicens. *Si filius Dei es dic lapidi huic vt panis fiat.* Ne credas quod statim, vt illũ vidit dæmon, hac quæstione fuit aggressus: nã euangelista breuitatis causa solũ conclusiones rerũ scribit. A lijs ambagibus & circunlocutijs ingressus est dæmon, priusquam suam tentationem propalaret. Prius igitur illum salutauit amicis verbis, & postea dixit illi. Etiã si me nõ agnoscas, multi aguntur iam dies ex quibus ad me tui fama & notitia peruenit. Volat etenim per vniuersum orbem tuæ bonitatis, & sanctitatis nomen & fama: nũc præcipuè cum tanto atque tam mirabili ieiunio. Miror equidem valde tuæ vitæ asperitatem, sic adeò vt credam, te non esse nisi Dei filium & Messiam, quem Iudæi expectamus. Si tu is es, quem ego suspicor: nullo opportuniori tẽpore posses venire: nam mundus ita perditus est, vt ego propter tot tantaq; scelera, vt sunt in Ierusalem, ab ea fugere & aliquibus diebus in desertum recedere volui, vt melius Iõge procul à negotijs mundi, Deo possim vacare: at iam in domum meam recedere volo. Cum autem tu possis tuæ vitæ sanctimonia & exemplo, tot atque tantas animas perditas lucrari, & à peccato seducere: videtur mihi melius & magis acceptũ Deo esse obsequiũ, si Ierusalem tendas, & pœnitentiam prædices, quam hic in deserto esse absconditum. Cum autem ità macilentus sis, & adeo fame oppressus, hic vero nemo adsit, qui cibũ possit ministrare, quouſq; illuc perueniamus: si quidẽ filius Dei es dic vt lapides isti panis fiãt. Filius Dei mutauit Mosi virgam in serpentẽ, aquas Ægypti in sanguinem, & vxorẽ Loth in statuam salis. Dic iubens: nam de Deo scriptum est: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Vnico solo verbo, fiat, vniuersa condidit, & nunc eodem modo iube & dic fiat: & conuertentur lapides isti in panem.

Exod. 1.
Exod. 7.
Gene. 19.
Psalm. 148
Genes. 1.

¶ Perpende autem diabolum hanc proprietatem habere: quia vt cognoscat secreta cordis habet se sicut piscator cum piscibus quos vult capere. Nam piscator hamum mittit in fluuium, qui etiam si non videt pisces, tamen cum videt signum demergi, intelligit captũ esse piscem: atque ita extrahit illum ab aqua. Simili modo cor nostrum fluuius est pernobilissimus, cum autem dæmon ob eius pinguitudinem non videat, nec cognoscat ipsius secreta (hoc quippe soli Deo competit) hamũ mittit: escã cooperitum, expectatque an morsibũ præcipites feramur. Nunc vt experiatur an carnales simus, escam carnis apponit, intendítque diligenter, quod illius amorem cupiamus. Si autem videt nos in libidinem inclinari, occasiones quærit: vt sæpius in id peccatũ incidamus. Cum igitur dæmon scire vellet, an Christus filius Dei esset, volebatque illum inducere si miraculum aliquod faceret, quo cognoscere posset, esset ne Dei filius. Ideo ait illi, Dic lapidi huic, vt panis fiat. ¶ Discere ô homo quod quando dæmon occasionem obtulerit vt Deum offendas, nihil aliud est quam palliatus hamus, quo animam tuam vult capere. Si autem piscis sentiens se esse captum conatur hamum effugere: cur tu non curabis Satanæ tentationem euadere? Statim ab eo debes fugere, & à suis compedibus liberari: quia hic crudelis piscator ad nihil aliud te cupit, nisi in mortem & tormenta. Ità in hoc loco voluit tentare Christum vt sciret an filius Dei esset, vt vel sic posset nostræ saluti & redemptioni esse impedimento. Ita igitur aggressus est illum dicẽs *si filius Dei es*, &c. ea oratione & verborum ambagibus quas antea retulimus. Hæc fuit tentatio dæmonis. At verò antequam videtur procedamus, & videamus quid Christus respondit: operæpretium erit aliqua istorum verborum expendere. ¶ Primo apparet ex his verbis dæmonis: intellectum ligatum fuisse impeditum esse à Deo in pœnam sui peccati: ita quod non solum potẽtia eorum sit ligata: sed etiam vis intellectiua: taliter vt nequeat cognoscere, quæ ex vi naturali sui lumitis cognoscere possent. Nam ex eo quod ex verbis angeli ad virginem factis, & verbis angeli ad pastores, & ex verbis in baptismo prolatis dæmon non cognouit Iesum esse filium Dei (cũ ad hunc curet miraculo eo cognoscere) etiam colligitur ea omnia testimonia non intellexisse nam nullam maiorem certitudinem ex illo miraculo haberet, quod Christus esset filius Dei, quam ex illis testimonijs. Scibat enim diabolus angelos cœlestes non mentiri. ¶ Præterea discutiendũ nobis est, vnde diabolus ex

lus ex hoc miraculo poterat scire Iesum esse filium Dei? Nam alij viri sancti alia maiora miracula fecerunt, nec aliquis eorũ ideò fuit filius Dei habitus: vt fuerunt Helias & Eliseus, Moses, & Iosue. Dixerunt aliqui quod dæmon rectè sciebat, quod propter hoc miraculum non cognoscebatur Christum esse filium Dei: sed quod modum & formam faciendi miraculi expectabat. Nam maximum discrimen est si fiat miraculum per imperantis modum, vel per deprecantis & orantis: nam imperare est domini, orare verò & deprecari est serui. Vnũ autẽ illud in quo Christus ostendit esse filium Dei, fuit faciens miracula per modum imperantis tanquam dominus, & Deus: quod alij sancti non fecerũt, sed Deum orantes & deprecantes tanquam serui & ministri, hinc factum est, vt Sathanas modum & formam miraculi expectaret, vt inde colligeret esse Christus filius Dei nec ne. Ad hæc ratio mihi non placet: & nullam vim habet, nam posset Christus hoc miraculum facere vt ipse vellet, vel iubens, vel orãs, miserans in cogitatione sua: tunc que dæmon videret lapides in panem conuersos, nec sciret modum ac formam qua miraculum fuit factum: atque ita inscius & ignarus maneret. Ideoque vt hanc tentationem intelligas aduerte, quod in quibuscũque miraculis potius attendi debet causa miraculi, quam ipsum miraculum. Miraculum nanque quod fit in comprobationem & testimonium alicuius conclusionis, illam conclusionem efficit infallibilis veritatis: nã cùm Deus qui autor est miraculorum, qui testimonium non potest proferre mendacij sui in testem illius conclusionis adducatur: concussio manet veritatis infallibilis. Quãdo beatus Petrus Apostolus prædicabat, Deum humanam naturam sibi copulasse, Deus autem in testimonium & probationem huius articuli aliquod operabatur miraculum: hæc propositio, Deus humanam sumpsit carnem, infallibilis veritatis manebat: quandoquidem Deus, qui summa veritas est, ipso miraculo testimonium profe rebat. Cum igitur dæmon hanc rectè didicisset theologiam, dixit Christo. Si filius Dei es dic, &c. Ac si diceret. In testimonium huius veritatis, quod tu filius Dei es, miraculũ operare: faciens, vt lapis hic in panem cõuertatur. Quod autem Christus lapides in panem conuerteret, hoc quidem nõ probabat, illum esse filium Dei: at ex lapidibus panem facere cum hoc addito, scilicet, vt ostendatur miraculo veritas istius propositionis, tu es filius Dei: optimè probaretur Christum esse filium Dei. Quod verò miraculũ esset lapides in panem conuertere, vel aliud quodvis, parum refert: nam quodcunque miraculum si id factum esset in testimonium quod Christus erat filius Dei, vtiq; probabat infallibiliter illum esse filium Dei. Itaque hæc fuit ars & calumnia, quia dæmon Christum tentauit.

¶ Expẽde autẽ in his verbis, quod Lucas hic loquitur in numero singulari dicens: Dic lapidi huic vt panis fiat. Matthæus verò in plurali loquutus est, dic vt lapides isti panes fiant: in hoc autem nulla est contradictio, nam Lucas numerum singularem prò plurali accipit, qui mos scripturæ diuinæ est. In Exodo quippe legitur, venit muscagrauissima, id est, multitudo muscarum. Itaque Matthæus prò prie loquutus est, referens eadem verba, quæ diabolus dixit: Lucas autem significatiue loquutus est ponẽs singulare pro plurali. Ideò vtroque modo bene stare potest cum similia in scriptura reperiamus. ¶ Obserua etiam quomodo diabolus curat seruos Dei à diuinorum consortio, in corporis curas & solicitudines retorquere. Dei enim studiũ est, nos è terrenis ad cœlestia prouocare: diaboli autem studium in carnis amorem deflectere. Deus vult, vt edamus, ad euangelizandum: diabolus verò vt euãgelizemus ad edendũ. Deus mundũ subdidit homini, vt à mũdo ascenderet in Deũ: diabolus vellet, vt miracula omnia & mundũ ipsum ad edendum homo destinaret. Sed prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest. ¶ Aduertẽdum etiam venit, nõ dixisse dæmonem Christo, vt ex lapidibus capones faceret, nec pauos nec alios cibos his similes, qui pretiosi sunt, & magni sumptus: sed quod faciat panem: nam dæmon si paruare te capere potuerit, nunquam pretiosam tibi dabit. Si te in infernum potest detrudere, si vnum solum argenteum fureris: non vtique mille tradet ducatos. Nescit seruis suis multũ dare, sed minimas: nihilominus tamen vult diligenter ministrari: & ob parua vult nos in infernum ducere. Sic filius prodigus cupiebat siliquas: & dæmon, cui seruiebat, illi non dabat. Voluptates in pondere, & mensura hominibus tribuit. Sed iam Christũ quid diabolo respõderit audiamus.

Matth. 4.
Exo. 8.
1. Cor. 15.
Rom. 8.
Luc. 15.
Deute. 8.

Et respõdit ad illum Iesus. Scriptum est quia nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei. Multi hic nescio quid de anima & corpore disserunt dicentes, quod sicut corpus indiget cibo corporali, ita anima verbo Dei: quod cibus est ipsius: quæ responsio esset extra propositum. Nam dæmon non hic de cibo animæ, sed corporis loquebatur: nam anima bene saturata erat quadraginta diebus cõtinuis ieunij & orationis: atq; ita manifesta insania esset si diceret ei dæmõ habenti famẽ corporalẽ, quod cõuerteret lapides in panem, vt comederet, si Christus responderet, animã necessitatem habere verbi Dei. Sensus igitur est iste. Ac si diceret illi dñs. Non constringitur Deus, vt solo pane hominẽ possit sustinere: quia homo potest viuere nõ in solo pane, sed *Exo.16.* in omni verbo: hoc est, in quacunq; re. Nõne sustentauit filios Israel quadraginta annis in deserto sine pane? ità etiam me pascere & sustentare potest frõdibus harum arborum, & herbis cãpi, & alia quacunq; re: nã diuina potentia non vnico tantũ cibo cõstringitur, aut arctatur: siquidẽ hominẽ pascere & alere potest, quacunq; alia re. Et dico tibi quod non solum quacunque re potest me sustẽtare: sed in omni verbo: hoc est, in sua virtute, etiam si nihil comedam, ac bibam. Deus enim potens est quem voluerit, sine cibo sustentare. Vnde verbũ in hoc loco accipi potest pro virtute, *Hebræ.1.* iuxta illud Pauli. Portansq; omnia verbo virtutis suæ. Et quod verbum accipiatur etiã pro re: innumera sunt loca scripturæ, id manifestantia. Vt est illud Esaiæ. *Esai.39.* Non fuit verbum, quod non ostenderit eis Ezechias. Et post pauca ait scriptura q; dixerit rex Ezechias Esaiæ. Non fuit res, quã non ostenderim eis: in thesauris meis. Vbi apertè vides, quomodo in priori loco verbum sumitur pro re. Sic Dauid. Dixit Amalechitæ, quærẽs de rebus, quæ acciderant in bello. Quid est verbum quod *1.Reg.1.* factum est? Indica mihi. Qui ait. Fugit populus ex prælio: & multi corruẽtes mortui sunt. Multa alia loca adduci possent ex scriptura, vbi verbũ sumitur pro re: nunc autẽ, vt fastidiũ vitem ea prudẽs prætereo. Sæpè enim in libris regum dicitur. Reliqua autem, quæ fecit talis rex, nonne scripta sunt in libro verbo rum regum Israel, vel regum Iudæ: hoc est in libro gestorum vel rerũ. Igitur in omni verbo, id est, in quacunque re: vel sine re aliqua potest Deus hominem sustentare absque pane, sicut sustentauit Moisem quadraginta die *Exo.34.* bus, sine aliquo cibo: quem etiam poterat sustentare centum annos si voluisset.

¶ Ad nostram eruditionem discamus ex hoc loco vitam nostram non ex communi rerum vsu pendere, sed ex diuino beneplacito: nam si velit Deus, rebus pugnantibus suos sustentabit. *Quis credidisset aquam eductam de petra, aut Marath dulces posse aquas effundere?* Sed non in communi rerum ordine vita spiritualium consistit: sed in diuina voluntate. Ità equidem cum te in extremo discrimine conspexeris, cùm nec panis nec alia res tibi sit, in qua fiduciam habere possis: intellige Deum esse potentem, ità vt sine pane, nec aliqua alia re possit te sustentare. *No Mat* In cura rerum temporalium viuas: sed primùm quære regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur tibi.

¶ Discamus etiam in nulla re dæmoni consentire, etiam si bonum appareat, quod sudet: exẽplo Christi, qui non acquieuit dictis ipsius. Nec ab impijs quidquam accipiamus, sicut Christus noluit accipere quod diabolus offerebat. Noluit sanctus Abraham ditari a *Gen* rege Sodomorum: sed à Deo solo atque ideo dixit. Leuo manum meã ad dominum meũ excelsum, possessorem cœli & terræ quod à filio sub tegminis vsq; ad corrigiam calceæ nõ accipiam ex omnibus quę tua sunt. Nec Rebecca ditari voluit auro Bethulis, sed in domo Abrahæ ditari voluit. Nihil accipiendum tibi est nisi à Deo. Sic Dauid cùm malediceretur à Semei. Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid. Et Iob. Si bona domini suscepimus, mala autẽ quare non sustineamus? Mala & bona à Deo tantum volunt accipere iusti: & nihil à mundo. Nullum sit nobis cũ mercium cum mundo, sed etiam pulueres pedum nostrorum excutiamus coram eo: & nihil suorum bonorum aut malorum accipiamus, aut concupiscamus. ¶ Denique discamus modestè respondere aduersarijs nostris eo quod potiùs vincuntur rationibus, quam cõtumelijs & conuitijs. Poterat Christus vincere diabolum sua potestate, & illum reprehendere, & contumelijs afficere: sed noluit illum viribus, sed ratione superare: nam defendere se autoritate scripturæ, est ratione se tueri. Multi nunc animo obstinato & superbo, cũ non habeant quid possint respondere obiectionibus, statim contumelijs & conuitijs aduersarios afficiũt, quimos hæreticos est. Sic etiã Iudæi sæpè Christo respondebãt & conuicti ratione vocabant illum dæmoniacum,

niacum, & Samaritanum: & etiam confusi ratione, lapides sumebant aduersus eum. Prælati etiam & magistratus discant, vt non verbis contumelijs subditos conuincant, sed ratione. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum.* Iam vides, quod inter Matthæum & Lucam non seruatur ordo tentationum: quia Matthæus secundam posuit tentationem, quæ fuit in pinnaculo templi: & tertiã & vltimam in monte. Et Lucas secundam ponit eam, quæ fuit in monte, tertiam verò, quę fuit in pinnaculo. Sed nulla est discordia inter eos: quia licet necessum sit, quod alter eorum mutauerit ordinem naturalem rerum gestarum: non ideo errat, aut alteri contradicit: quia ordo naturalis rerum sæpè mutatur in scriptura, & in alijs scripturis per anticipationem & alios modos: cùm ordo artificialis in ratione rerum sæpe sit vtilior ad intelligendum, quam ordo naturalis. Sic inquit Ioannes, quod cœpit Christus lauare pedes discipulorum suorum & posteà dicit, quod venit ad Simonem Petrum. Primo omnium Petrum lauit, sed quod primò dixerat, quod cœpit lauare pedes, per recapitulationem dixit. Lucas igitur non seruat hic ordinem historiæ, sicut nec in capite præceden *Ioan.* t, cùm primò egit de carcere Ioannis Baptistæ, & deinde quomodo Christum baptizauit: vt tibi iam differimus. Matthæus verò sequutus est ordinem naturalem in narratione harum tentationum: quia secunda fuit in pinnaculo templi, & tertia in monte, & hunc ordinem non seruat Lucas. Et quod hoc ità se habeat, patet satis: quia Matthæus postquam egit de priori tentatione dixit. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem: & statuit eum supra pinnaculum templi. Ergo videtur quod immediatè fuit. Sed Lucas sic non dicit, sed post tentationem lapidum ait. Et duxit illum diabolus in montem: quia finita ait. Et duxit illum in Hierusalem. Et sic non posuit Lucas aliquam dictionem significantem ordinem temporis aut cõsiliationem: sed Matthæus illam posuit dicens, tunc assumpsit eum diabolus, &c. Ergo credendum est potius Matthæum seruasse ordinem historiæ, quam Lucam. Nos verò tantummodo in narratione tentationum ordinem Matthæi sequemur.

¶ Igitur diabolus postquam prius tentauit illum in deserto, duxit illum in pinnaculum templi, & dixit ei, vt mitteret se deorsum: quæ tentatio replica est contra responsionem quam responderat in priori tentatione. Dixerat enim Christus quod non in solo pane viuit homo. Contra hoc arguit diabolus sic. Ità necessarius est panis, vt homo sustẽtetur, quã scala ad descendendum ab hoc pinnaculo: si igitur tu dicis quod sine pane potest Deus te ipsum sustentare, etiam dices sine scala posse infra descendere. Si ità igitur in Deo cõfidis vt existimes, te posse sine pane alere, & sustẽtare: cõfide etiam quod sine scala poteris descendere, cùm non sit maior ratio de vno quàm de alio. Si autem ad id, quod tu dicis, nõ in solo pane hominem viuere, locum scripturæ in Deuteronomio adducis: etiam locus scripturæ aliud probat. Angelis scilicet *Deute.8.* suis mandauit de te, &c. Cùm igitur ambo hæc æqualis potentiæ Deo sint, & ambo sua loca scripturę habent: & credis quod sine pane possit te alere, crede etiã te sine scala posse descendere, atque ita mitte te deorsum. *Psal.90.*

¶ Aduerte quod dæmon in priori tentatione non adduxit scripturam, nunc autem adduxit: quia Christus in data responsione scripturam allegauerat. Nam posset dicere Christus, quod illi priori, non in solo pane viuit homo, erat locus scripturæ: ad secundum verò, quod se præcipitaret, nullum esse locum.

¶ Tertia etiam tentatio ad propositum maxime facit: nam postquam Christus respõdit. Non tentabis dominum Deum tuum: duxit illum in sublimem montem: & ostendens ei omnia regna mundi, dixit illi. Hęc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ac si diceret. Verè in his paucis quę tecum egi, clarè cognoui, te hominem doctum ac sanctum esse: nunc igitur si iudem tu dignus es, volo me tibi manifestum facere quis sim. Scias me hominum ditissimum esse & adeò potentẽ, vt omnia hæc regna, diuitias & imperia, quæ vides, mea sunt, eaque possum donare cui libuerit. Vt igitur à tantis curis mundanæ gubernationis me sejungam, & vt melius possim Deo vacare, quęsiui hominem studiosum & probum cui hæc omnia possem tradere. tu autem is mihi visus es, vt his omnibus sis dignus: atque ita ea omnia tibi libet donare. Ac est hic quoddam inconueniens: nam timeo quod tanto honore & dignitate mutabis tuos mores! quia honores mutant meres. Nam Saul, qui sanctus erat & humilis sta- *1.Reg.6.* tim vt vidit se in regẽ electũ superbus ac malus fuit: quia igitur aliud simile huic tibi non

Universidad de Deusto
Biblioteca

contingat, nolovt rex absolutus sis, sed quod mihi subijciaris, & me dominũ agnoscas: atq; ita hęc omnia tibi volo tradere, si obsequium & dominium præstiteris. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Hæc est phrasis & enarratio trium harum tentationum: nũc verò iuxta contextum beati Lucę hæc omnia & singula latiùs discutiamus: ait ergo Lucas. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum & ostendit ei omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi.* Prior tentatio fuit in deserto quodam, quod est inter Hierusalẽ & Hiericó: & hæc tentatio montis fuit duobus milliarijs prope illum locum. Multi hic errauerunt, dicentes: quòd diabolus ostenderit digito omnia regna dicens. In tali loco est tale regnum, & in tali talis prouincia, & in tali hæc ciuitas, & hæ diuitiæ. Vel quod ostendit in mappa mundi. Quod nullo modo stare potest: quia textus non dicit quod narrauit, vel enumerauit, sed quod ostendit: hoc est, oculis corporeis vidit visibiliter omnia regna mundi & diuitias eorum. Prætereà si in momento monstrauit, vt hic Lucas noster dicit: non vtique digito ostendit, dicens hic est Roma, illic Antiochia, ibi Alexãdria, Rhodos, Athenæ, &c. quia hoc in momento temporis fieri nõ poterat. Sed quod in mappa ostenderit hoc nihil erat. Quapropter dicendum est quod arte magica & incantationibus fecit diabolus, vt in montis illius spacio omnes ciuitates mundi opulentissimæ apparerent, omne aurum, argentum, & quidquid mundus amat. Non tamen intelligas quod statim illa apparitio opum, regnorum & diuitiarum ab oculis Christi euanuit, sed quod durauit toto tempore, quo durauit tentatio: sed in Christi phãtasia nihil operatus est. ¶ Expende autem, quod diabolus vt Christũ tentaret, quẽ maximum sanctũ esse credidit, omnia mundi regna & gloriam eorum, & diuitias ostendit: sed nos non tantis diuitijs & honoribus tentat, sed vili & abiecta re, qua sola nos superat & vincit. O quot quantique sunt homines, qui diabolum adorant vilissimo precio, pro vilissimo scorto, & pro parua pecunia. Quot mercatores & venditores vni cocolo argẽto se diabolo subdunt iurantes, mentientes, & emptorem decipientes, &c. ¶ Prætereà regna illa, & diuitiæ non verè fuerunt (vt modo dixi) sed fictitię. Sic mundi honor, diuitiæ, & quidquid sub cœlo est, vanũ est, & vt Iacobus ait, vapor est ad modicum apparens. Hæ temporales diuitiæ vmbra sunt illarum diuinarum atque cœlestium. Vanæ sunt, & tẽporales diuitiæ, quandoquidẽ tã vanum finem sortiuntur. Dormierunt somnum suum viri diuitiarum: & nihil inuenerunt in manibus suis. Vanum, id est & caducum, quòd à tanto atque tam diuino bono (vt Deus est) te seducit. Ideo Dauid. Filij hominum vsque quo graui corde vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? tanquam vile stercus Apostolus illas iudicabat, qui dixit. Omnia arbitratus sum vt stercora. Quapropter si veri diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Puer pluris habet equum confectum de arundine, quam omnes equos regis: & puella pluris habet pupulam, quam omnes mundi mulieres pulchras atque formosas. At tu qui homo es, quid est, quod diuitias terrestres, cùm vanæ illæ sint & perituræ diligis, & cupis? Vnde Salomon valde homines miratus, qui has res terrenas diligunt & veras relinquunt, inquit. Vsque quo paruuli diligitis infantiam. Non sic Paulus qui dicebat. Cùm eram paruulus loquebar vt paruulus, sapiebam, vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Si in tragœdia aliqua faber ferrarius vel sutor ingrederetur regalibus vestibus indutus: nonne, qui illum, vt regem coleret, insanus & amens iudicaretur? Reges igitur huius mundi nihil aliud sunt, nisi reges comœdiæ & fictitij: & omnes eorum diuitiæ (si eas conferas cum veris & æternis) fictæ atq; falsæ sunt. Ne simus pueri, siquidẽ homines adulti sumus: ne simus ignari, siquidẽ sapiẽtes & prudẽtes volumus haberi: tuneque pueri & infantes erimus, quando terrenas diuitias plus æternis & veris dilexerimus. Nam sicut hæ diuitiæ, quas diabolus obtulit Deo, non erant veræ, sed magicæ atque fictitiæ: sic etiam sunt diuitiæ huius seculi, & quidquid mundus continet. ¶ Obserua etiam quod aptè in momento temporis secularia & terrena demonstrantur: in quo caducæ fragilitatis potestas humana declaratur. In momento enim hæc temporalia transeunt, & sæpè honor huius seculi transit, antequam aduenias. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa secula non sint diuturna? Discamus has mundi diuitias contemnere non solum ob earum falsitatem, & vanitatem, sed etiam propter earum brevitatem. Non solum hæ diuitiæ quas diabolus Christo

Iacob. 4.

Christo ostendit, falsæ erant & imaginariæ, sed in momento ostensæ breuiter euanuerant. Sic honor, sic potestas, sic diuitiæ, sic deneque quidquid mundus habet citò transit & fugit. Vnde Paulus. Præterit enim figura huius mundi. Inconstãs est gloria eius, & bona sua momentanea & futilia. Ideo Iob. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent. Vbi est? velut somnium euolans non inuenietur, transijt sicut visio nocturna. Non potuit Iob aptiùs conferre breuitatem, qua cuncti honores, diuitiæ, & voluptates huius seculi prætereunt, quam puncto. Sola consideratio breuitatis, qua omnia huius præsentis vitę dilabuntur, satis esset, vt illum contemneremus. Vidi impium exaltatum super cedros libani, & ecce iam non erat. Vnde in prouerbus dicitur. Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamẽtũ sempiternum. Quemadmodum tonitrua magnum strepitum faciunt, at cùm nubes in aquam cõuertitur, tempus serenum manet: ita pompa & gloria huius mundi, vel vnico puncto præterit. Tanquam vmbra omnia quæ hic videntur prętereunt: tanquam radius cœli qui in ictu oculi transit, ita sunt omnia regna & tempora mundi. Vanitati subiecta est omnis creatura. Nihil stabile aut firmum sub terra est, ex qua Adam & filij eius conditi sunt. Mundi enim prosperitas est serenitas hyemis, tranquillitas maris, & stabilitas lunæ: sicut hæc facilè mutantur: ita opum & humanarum rerum status nullam habent firmitatem, aut constantiam: transeunt omnia illa sicut vmbra (ait sapientia) & tanquam nuncius præcurrens. Igitur tu quemadmodum alter Tobias, sedens in littore fluuij Tigris attenta consideratione debes tecum reuoluere, qua velocitate omnes mundi honores currant, & prætereant. Fluuius ille ità appellatur ob maximam velocitatem & celeritatem, qua eius aquæ fluunt: quę quidem velocitas nec conferri potest cum illa quã dies tui ferunt currentes celeriter in mortem, nec cum celeritate qua cuncti honores, diuitiæ, & voluptates huius seculi prętereunt. Cum hac consideratione laudabis pedes affectionum animæ tuæ: & cum hac contemplatione puluerem mundabis, quo inquinatus fuisti cum mundi amore agebas. Omnia huius vitæ, vt vmbra transeunt, & voluptas, quæ inde capitur, ita breuis est, vt antequam ad desideratum finem perueniat, iam transijt: tormenta autem quæ peccatorem manent ob hanc voluptatem nullum nouerunt finẽ. Voluptas, quæ hic capitur temporalis est: quod autem in alia vita cruciat, æternum est. Quid obsecro est stabile, aut quid in hac vita durat, & permanet? Duraruntne diuitiæ multum temporis? Permansit ne gloria huius mundi: Audi obsecro dicentis vocem. Dies mei velociores fuerunt cursore. Quem amodum tabellarius nondum venit, quando iam iterum proficiscitur: ità vita nostra & omnes voluptates & honores eius, nondum venerunt, quando in temporis cuncto iam abeunt. Magnum igitur cùm dispendium fecerimus ad contextum reuertamur, & videamus quid diabolus dixerit Christo postquã omnia regna & gloriam mundi illi ostendit. *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriã eorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Tu ergo prosidens si adoraueris coram me erunt tua omnia.* Obserua, quod in hac tentatione non dixit. Si filius Dei es, sicut in alijs: sed tanquam homini loquitur. Secum enim sagax tentator cogitauit. Si filius Dei est, forte mihi pœnas imponet, & asperè & potenter loquetur, cùm ausus sim contra diuinitatem agere. Si autem homo est, vel credet mihi, vel non. Si crediderit, adorabit, & sciam illum hominem esse & peccatorem. Si non crediderit promissis, & impossibilia videntur, ea quæ dixi: loquetur mecum & confabulabitur: quomodo possim ea quę promisi donare, & forte dicet, sufficiet mihi si me dominum alicuius partis vel regni mundi constituas. Et ex verbis ipsius eliciam: an purus homo sit, an Deus & homo.

Iob. 9.

¶ Prætereà vide quomodo diabolus semper auget tentationes. Primò tentauit illum in deserto, vt lapides conuerteret in panem. Secundò grauiùs tentauit in Hierusalem cùm dixit, mitte te deorsum. Nunc tertiò grauissimè tentat, cùm adorari petit. Ità dæmon semper auget tentationes: quocirca qui non nouerit se à minoribus tentationibus tueri, in maioribus incidet. Pharaoni misit dominus paruos cinyphes in plagam: quibus superuenerunt grandes muscæ. Docet locusta te, vt minima timeamus, si nolumus in maiora

Exo. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mala incidere. Sic Herodi regi contigit: qui prius adulter fuit, ac deinde maiora mala addidit, & Ioannem in carcerem detrusit. Sic loquitur de eo noster Lucas in capite præcedenti cùm ait, Herodes adiecit ad hoc: & quia ibi iam de his loquuti sumus: nunc ad alia gerendum faciamus. ¶ Adorari periit, vt intelligas, quod omnes, qui diabolo consentiant, illum adorant. O si hæc attenderet peccator, & videret quomodo impiissimo dæmoni & vili creaturæ se subijcit. ¶ Denique obserua, quam fallax & mendax sit dæmon in omnibus quæ promittit. Mendax fuit in omnibus quæ hic dixit: nam regna & diuitiæ, quas ostendit non sua erant. Et etiam mendax fuit dicens, quod omnia hæc dabat cui ipse solebat: & quod item daret ea Christo, si eum adorasset. Similes sunt dæmoni, qui gloriantur de nobilitatibus, gratijs, & bonis, quæ non habent: & ea dicunt fecisse, quæ nunquam fecerunt. Similes etiam sunt dæmoni, qui ea non adimplent quæ promittunt. ¶ Ad nostram autem eruditionem admonet locus iste, ne credamus diabolo, mundo, auaritiæ & omnia quæ nobis promittit falsa esse, & vana. Nam quam promissis stat, & quod promittit nunquam facit, & in omnibus dictis mendax est. Humiliate se, & intelligens plena dolo. Ne credas eius dictis, nec cogites posse tecum amicitiam habere. Ne fidas Ioab, nec credas quod dæmon & mundus amici tui sint: nam si credis illis, & in eis confidis, tibi necem inferet osculo & salutatione pacis, tanquam alteri Amasa. Quid quid mundus dicit & consulit tibi, falsum est & mendax: vt clarè videretur in omnibus quæ dæmon hic dixit Christo. Plurimi prophetæ falsi adulabantur regi promittentes ei vitam & victoriam, si in bellum iret: & omnia hæc vt ad libitum loquerentur. Omnia quæ mundus consulit, & omnia quæ appetitus imperat fallaciæ sunt tibi dicentes, quod etiam si male viuas, bene potes vitam æternam expectare. Morieris tanquam Achab: si falsis prophetis crediderit. Hi sunt falsi profetæ, quos Iezabel adducit: qui si credantur, spiritu interficiunt. Animaduerte quod omnia, quæ tecum mundus facit blandimenta sint falsa & ficta: quibus capere solet incautos & improuidos. Confidit Sisara Iaeli: quia ætemilli credit, miserè interfectus fuit. Deus inquit, Populè, meus, qui te beatum dicunt: ipsi te decipiunt. Prophetæ ille qui venit à Iuda, quia credidit falsò prophetæ, interfectus fuit à leone. Solet dæmon tanquã propheta ille falsus & senex vt magis decipiat dicere quod Deus iubet, & scripturam sacram in comprobationem adducere, vt faciebat quando dominum tentabat. ¶ Aduerte quod piscatores: solent esca hamum coperire vt pisces capiant, & decipiant: & videre quod omnia mundi blandimenta sunt in tui perniciem & damnum; & quod sub virenti herba coluber est absconditus. Mulier panque illa quam Apocalypsis refert in vale aurea propinabat venenum. O quot & quantos hoc maledictum venenum horum prælligiorum interfecit: & quanti bibunt mortem in honorum, diuitiarum, & voluptatum vasis. Aureo vase ignaros & insipientes fallit: qui non agnoscunt venenum latum. Ecclesiasticus enim ait. Multos destruxit iniqua promissio eius. Surgant (si volueris) omnes mortui & dicant: an aliquando in hac vita gaudium sine dolore possederint, pacem sine discordia, quietem sine metu, valetudinem sine infirmitate, panem sine dolore, & gaudium sine tristitia. Omnia bona promittit, & cuncta præbet mala: gaudium promittit, & tristitiam tribuit! & diuturnam vitam promittit, breuissimam donat. Septem annorum spacio seruierat Iacob Laban, vt pulchram & formosam Rachel in vxorem duceret: at deiser socer dedit illi Liam, quæ lippos habebat oculos. Talis est dæmon, qui aliud promittit, aliud dat. Hanc fallaciam non agnoscunt, qui ei seruiunt: quousque clarum mane aduenit. Transacta iam obscuritate vitæ præsentis, cùm mors aperiens oculos, cognoscent vt alter Iacob mendacia dæmonis, & fallaciam in qua vixerunt: tunc cognoscunt quam perditi ambulauerint seruientes dæmoni mendaci. Multi etiam sic agnoscant fallacias dæmonis, nihilominus gaudent in eis viuere, vt Balaam, qui aperis oculis ad lapides offendebat. Nonne cluet. Nevides, quomodo hic Christus mentitus est, cùm ea promitteret, quæ dare nequibat? Istem tecum facit, tentans te. Loquitur ad vtres dicens tibi, quod in vitijs est gaudium & voluptas: cùm secundum veritatem tormenta conscientiæ sint, & tandem dolores æternos ingenerent. Discè igitur à tuo redemptore & magistro, vt non credas fallacijs suis: sed potiùs illum à te reijce procul, talia, vt dominus illi dicens. *Scriptum est. Dominum*

minum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. Hoc scriptum habetur in Deuteronomio, ex quo iuxta omnes tres responsiones ad tres tentationes excerpsit Christus: vt doceat sacram scripturam arma habere contra aduersarios, & inimicos veritatis. Nonne seruiendum est dominis: vtique: sed quando iubent aliquid, quod est contra Deum, Deo potius quam illis seruies. Secundò intelligendum est, illi soli seruies: licitum seruitute latriæ, quæ soli Deo debetur: ita vt nulli homini seruire liceat hac seruitute latriæ. Sic Augustinus loquitur libro decimo de ciuitate Dei: atque ideo coniunxit illi soli seruies cum adoratione, vt intelligas quod de hoc obsequio adorationis latriæ loquutus sit. At multi Christiani sunt, qui apertè huic præcepto aduersentur inseruiētes suis appetitibus, quos tanquam Deos colunt. Adorant & venerantur auaritiam, iuxta illud Pauli. Auaritia quæ est idolorum seruitus. Alij sunt vt idem Apostolus ait, quorum Deus venter est. Videbis nanque plurimos Christicolas, quorum si consideres occupationes, negotia, & loquelas non dubitabis quin ventris sui idololatræ sint: quandoquidem nesciunt à primo mane vsque ad noctem aliud loqui, nisi de cibo, & potu, & oblectamento sui corporis: tanquam si Deus Iudex in cœlo non esset, & vt post hanc vitam, alia excellentior non maneret legitimè certantibus. Deum, verum Deum esse agnoscunt: at non solum illum volunt adorare, sed etiam carnem suam & vilem mulierem tanquam Deum colunt: similis illis Samaritanis, de quibus ait scriptura, quod timebant Deum, sed habebant idola quæ adorabant. Sed stat sententia. Nemo potest duobus dominis seruire. Et duobus dominis sic contrarijs quales sunt diabolus & Christus, caro & spiritus, mũdus & Deus, nullatenus seruire poteris: quia solus Deus est ab homine colendus, vt illi soli seruias, & diabolum impiissimum tyrannum abijcias, & ipsius iugum onerosum. Quomodo autem duobus dominis non possimus seruire, sed soli Deo infra in suo loco Deo dante dicemus. Et hæc satis sint de tertia tentatione, nunc autem de secunda agamus: quia vt iam diximus Lucas noster non seruat ordinem historiæ in narratione harum tentationum. Ait ergo. *Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum supra pinnam templi.* Pinna Græcè significat alam illam ex leui ferro confectam, quæ supra summa tecta solet collocari, cuius motu differentiæ ventorum discernuntur. Itaque super templum est tectum, & super tecti summitatem est pinna, seu pinnaculum, seu ala. Expende autem hominum impiorum ingenium nihil intentatum relinquunt, vt malitiam suam expleant. Balac rex Moabi tarum in alio & alio loco ter ædificauit altare & appositis vitulum, & arietem, vt malediceret Balaam populo Israeli. Visum est ei quod si mutaret locum, mutaretur etiam Balaam: & id quod in vno loco non potuit asse qui, in alio existimauit assequuturum. Ità dæmoni visum est, nam cùm in deserto non esset consequutus à Christo id quod intendebat, fore posse existimauit id consequi in pinnaculo. Postea verò cùm nec in hoc loco intentionem suam explesset, tanquam alter Balac tertio duxit illum in montem, & in tribus locis tria altaria ædificauit, quæ sunt tres suæ tentationes. Sic Iudæi fecerunt cum illo cæco à natiuitate, quem Christum illuminauit, iterum atque iterum importunè interrogando illum, vt vel aliquid aduersus Christum inuenirent. Hoc quotidie faciunt impij, cùm bonos persequuntur: vt nihil intentatum relinquant, vt vel eis possint nocere. ¶ Obserua etiam & vide diaboli ingenium, semper enim supra pinnam collocat. Non decet, vt homines supra res diuinas sint, res autem diuinæ super homines oportet vt sint. Solius domini est, vt excelsus sit, & eleuatus. Qui prælatis suis non obediunt vices Dei gerentibus, supra pinnam sunt: non sub Deo. Imo vt generaliter loquar, omnis tentatio de quocunque peccato illa sit, id intendit, vt hominem supra pinnam collocet. Omne enim peccatum mortale est voluntarius supra pinnam conscensus: id est, vt contra obedientiam Dei te ipsum erigas. Denique sicut nullus est locus excelsus tutus: sic tu qui contra Deum ceruice erecta insurgis, timere debes occasum inferni. Sic diabolus superbiens dixit. Super astra Dei exaltabo sedem meam: & sedebo in monte testamenti. &c. Sed vide quod sequatur. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Hoc modo sicut ipse exaltatus cecidit, vult homines exaltare, vt cadãt sicut ipse. Ducit ita q̃ diabolus homines in altitudinem superbiæ, vt lapsu grauiori cadant. Aquila in altum surgit & eleuat testudinem, & inter lapides deijcit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt vel ita fractum posit illum manducare. Ita dæmon plurimos in honores & dignitates eleuat: vt maior sit in infernum casus. Sic Iob agens personam superbi, inquit. Eleuasti me: & quasi super ventum tollens allisisti me valide. Sicut vas luteum quod frangere vis, extollis à terra vt fortius comminuatur: sic diabolus extollit vt proiiciat in infernũ. Vnde in proverbijs dicit ut. Ante ruinam exaltatur cor. Si quando aliquem videris in honoribus & mundanis rebus ascendere, cum virtutibus non sit munitus: mihi crede illud esse, vt maior sit casus, & vt ab altiori loco præcipitetur. Ideo Dauid inquit. Vidi impium exaltatum super cedros libani, & eccè iam non erat. Quando duo magni luctatores in arenam descendunt, viribus prosternere se nequeunt: at qui dexteritatem in lucta habet, contrarium in aërem leuat, atque ita illum prosternit. Sic diabolus tanquam magnus luctator, quos pauperes nequit prosternere, quia humiles sũt: eos eleuat diuitijs, honoribus & dignitatibus, vt in abyssum interi eos detrudat. Hoc quotidie videmus in multis pauperibus, qui recti sunt & humiles: at prælati facti, Neriones fiunt & Diocleciani. ¶ Obseruandum quoque est dæmonẽ Christum non duxisse in sanctã sanctorum, neque in altare templi sed in exterius & in pinnaculum, quod superfluum erat & ad nihilum nisi ad ornatum deseruiebat. In qua re debes hoc vnum aduertere: dæmonis esse ingenium homines allicere, & ducere in res exteriores, & non ad internas: quin potius rebus externis homines excæcat, ne interiores videant. Luxuriæ & libidini dedito, huius vitij voluptates ob oculos ponit: non autem pœnitentiam & tristitiam, quæ post illud peccatum remanet. Auaro pulchritudinem & nobilitatẽ auri repræsentat: at non ob oculos ponit diuitum curas, & scrupulum quod diuitiæ acquirunt. Alteri dicit, esto prælatus, esto episcopus, & harum dignitatum honores ob oculos illi ponit: at nõ manifestat huic quam grauia sint horum statuum põdera, quamque arcta ratio ab his sit exigenda. Nunquam dæmon te ipsum inuitabit tui ipsius humili cognitione, nec morsu & reformatione conscientiæ tuæ: sed rebus vanis & exterioribus, vt erat pinnaculum templi. Nam si homo blandimentis carnis deditus vt considerat voluptatem exteriorem, recordaretur etiam quid hoc peccatum turpitudinis secum afferat, non vtique illud patraret: at dæmon hominibus exteriora tantum ostendit, vt vel sic eos semper falsos habeat. Moses seruus Dei spiritu diuino ductus gregem mittebat in interiora deserti. Iubebat etiam dominus vt animal quod ei offerebatur sine pelle esset: dæmon autem vult, vt ei obsequium quod ei præstas pelle voluptatis cooperias, vt interiora illius vitij & peccati non videas. At tu teneris id facere quod Deus iussit, scilicet, auferre vitio pellem voluptatis: tunc que clarè agnoscis, quæ fallaciæ, quæ turpitudines sint absconditæ in eo quod mundus repræsentat. Crede mihi quod omne malum tuum pendet, cum non aufers peccato pellem. Corticem ei aufer, & in interiora eius ingredere: tunc que clarè videbis, quanta sit pestis & abominatio abscondita, subter id quod nunc desideras. Vnde Angelus Tobiæ dixit. Exentera piscem & cor eius & fel: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Sic exentera peccatum, & fel videbis cæcis oculis medicinam confertque multum vt malitiam peccati agnoscas, & mundi vanitatem. Sed de his satis. Constituit itaque Iesum in pinnaculum templi diabolus. *Et dixit ei. Si filius Dei es mitte te hinc deorsum.* Suadere potest, non præcipitare, Præterea non ad ascensum, sed ad descensum suadet: quia omnes secum cadere optat. Ipso cœlo eiectus, in infernum corruit: & id miser ipse molitur vt omnes cogitatus nostros, opera & vestigia in terram conuertamus, sequentes illam impiam pythagoræorum sententiam. *Quæ supra nos, nihil ad nos.* Expende etiam quanti fecerit diabolus Christum: non enim eum tentat de luxuria aut de infidelitate, sed de nimia fiducia & confidentia: qua tentatione non nisi viros perfectos solet aggredi. *Quando enim* cognoscit malignus hostis, aliquem religioni, & egregijs virtutibus vacare, vt illum tumore superbiæ inflet, confidentiæ & arrogantiæ argumentum apponit. Sic tentauit illum pharisæum qui ieiunabat, decimas dabat, & multa bona faciebat. Iam diabolus expertus fuerat Christi virtutem in deserto: ideò nunquam de iactantia tentat. Sancti autem, vt inimicum vincant, nihil libi arrogent: sed omnia Deo adscribant. Sic Apostoli non in suo, sed in Christi nomine dæmones expellebant: ne arrogare sibi aliquid viderentur. Sic Petrus claudum curauit dicens. In nomine Iesu Nazareni, surge, & ambula. Sic Paulus fugiens iactantiam dixit. Scio hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque in tertium cœlum. Vide quomodo suum nomen sub silentio inuoluat: vt vanitatem & iactantiam fugiat. Sic diabolus, quia Christum iustum videt, & fortem expertus est: de iactantia illum tentat. Et vt magis suadeat & alliciat ad id faciendum: sicut Christus scripturam adduxit. Sic etiam ipse psalmum nonagesimum affert. *Scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Scit diabolus quod timor pœnæ præseruat à malo. Multi enim nõ faciunt malum quod fecissent, nisi timerent Deum: vel pœnam peccato debitam. Ideò vt à malo auerteret beatus Baptista, peccatores æternam minabatur pœnam, dicens. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor non faciens fructum bonũ excidetur, & in ignem mittetur & ardet. Et Christus. Nisi pœnitentiam egeretis, omnes simul peribitis. Hæc mundi Saluator & præcursor eius prædicabant, vt homines à vitijs suis malis auerterent: quod idem prophetæ olim facere consueuerunt. Diabolus autem cùm homines ad peccandum vult inducere, quantum potest conatur timorem & metũ illis auferre, vt se in peccata præcipitent: hoc modo Christum hic tentat dicens. Scriptum est, quoniam Angelis suis Deus mãdauit de te, &c. Hoc idem versipellis fecit cũ Eua matre nostra, cui timorem mortis adimens, dixit. Nequaquam moriemini. Hoc sæpè nobiscum facit callidus insidiator, quia nouit multos seruare Dei præcepta potius timore pœnæ, quam amore & dilectione diuina: & admit timorem dicens. Ne timeas mortem, neque infernum, quia recta valetudine & sanitate fruetis, iuuenis es, non tam citò morieris: nunc inebriare quãtum volueris, libidini vaca, posteà verò locus pœnitentiæ superest. Ne timeas. Nos verò si ab eius manibus liberari volumus, diligamus Deum, & omnia potiùs diuino amore quã timore faciamus. Cũ autem voluerit nobis timorẽ adimere vt peccemus, dicamus ei. Diligo Deum meum super omnia, ideò nolo illum offendere. Sic illa impudica fœmina, diaboli instrumentum, cùm solus esset sanctus iuuenis Ioseph, suadebat & alliciebat eum ad peccandum, cùm re-

stem non haberet, quem timere posset. Dei autem fidelis seruus non timorem, sed dilectionem Deo obiecit dicens. Quomodo possum peccare in dominum meum, qui tanta mihi contulit bona? Sic etiam illi falsi senes per quorum ora diabolus loquebatur Susannæ dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt. Quod si non feceris dicemus aduersus te falsum testimonium. Hæc omnia dixerunt, vt tolleret timorem dicentes, quod portæ erant clausæ: & timorem infamiæ & mortis iniecerunt, vt peccato consentiret. At illa, quæ castitatem seruabat non propter mundi timorem, sed propter Deũ ne illum offenderet, mortem potius elegit. Quot autem obsecro nunc sunt fœminæ quę in maxima laberentur peccata: nisi timerent perdere famam, honorem, aut parentes, aut fratres, aut viros suos? Qui bonum operatur, & malum sibi cauet solum propter timorem, proximus est vt peccet: quia sublato timore, Deum offendet. Sed qui Deum amat, cùm vbique ille sit, hic in nullo loco eum offendet. Quapropter si Deum dilexerimus multas diaboli tentationes vitabimus. Sed de his alias. ¶ Nunc operæpretium est inuestigare, vnde diabolus sciuit quod hæc scripta sunt? Vnde tibi ô diabole contigit lectio scripturæ? nunquid legisti prophetas aut diuina eloquia cognouisti? Legit quidem diabolus, sed non vt ex lectione sanctorum melior fieret: sed vt simplicitate eos qui tantum corticis & literæ amici sunt interficiat. Multi etiam nunc dant operam literis, non vt sanctiores fiant: sed vt alios decipiant, sicut multi iuris periti & aduocati, qui lucernam & vigiliam tota nocte sustinent, vt pauperem spolient, & iustitiam conturbent, & iura violat, vt ipsi aucti & locupletati euadant. Sic etiam legunt scripturas hæretici, vt alios decipiant. Laborant omnes hæretici suas hæreses probare autoritate scripturæ: sensum verum retorquentes (& vt Paulus inquit) adulterant verbum Dei. Citant quidem diuinas scripturas, sed in deprauatum sensum, vt suas confirment hæreses. Vt qui regis imaginem ex auro & gemmis confectam dissoluunt, posteà verò ex eodem auro canis figuram & imaginem conficiunt. Sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex eisdem scripturæ autoritatibus falsò expositis imaginem perfidię conficiunt, & ornant, & dicunt illam esse fidei & veritatis imaginem, cum constructa sit ex eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem scripturæ sacræ locis, & fallunt homines simplices dicentes illam turpē canis imaginem esse veritatis imaginem. Hac similitudine utitur Irenæus libro primo aduersus Valentinum. Sed iam nunc vide diabolum patrem hæreticorum, qui scripturam falsō ad suum propositum allegat: hæretici enim scripturis perperam intellectis, suas falsitates, & errores defendere volunt. Hæc enim quæ psalmista hic enarrat, de viro iusto, non de filio Dei intelligenda sunt: quia viri iusti quanuis sancti & recti sint, nihilominus adiutorio diuino, & Angelorum indigent, non tamen filius Dei, qui custos est Angelorum, & dominus eorum. Quare hæc quæ psalmista ait in hoc psalmo, qui habitat in adiutorio altissimi, &c de homine iusto intelligenda sint, nō de filio Dei, satis cuilibet intuenti apparet.

¶ Præterea illud quod contra se erat, scilicet, super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, tacuit diabolus: ne suo gladio se ipsum iugularet, hæc enim potestas contra ipsum non solum viris iustis in veteri testamento data est, sed etiam in nouo: cùm dominus dixit suis discipulis.

Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. ¶ Deniq; & multi sunt nūc theologi prædicatores verbi Dei, qui sicut diabolus scripturas portant prædicātes in ore, & alios docentes: non tamen illas

Rom. 2. portant in corde: quibus Paulus ait. Qui alios doces, te ipsum non doces? Solet aliquādo, vt in aquis nasturcia aquatica videas, pallida, & in terram submissa, quæ nihil crescit. Quæ autem est causa cur istæ herbæ non crescunt? Quia pluuia de cælo non descendit super ipsas. Nonne sufficientem aquam habēt, quando sunt intra riuum? non vtique ista aqua sufficit: nam opus est, vt cœlestis aqua super illas descendat, tuncque statim in altum crescent. Attende igitur verbi Dei prædicator, quod etiam si abundes aqua philosophiæ & theologiæ, & magnos in his facultatib⁹ feceris progressus: hoc tamen parum prodest, vt tibi ipsi, & cæteris vtilitatem afferas: nisi ab alto scientia descenderit, & spiritus atque deuotio, quo in amorem diuinum accendatis: vt aliis proficere possis. Opus est vt deuotus & spiritualis sis, & vt orationi & contemplationi vaces, si fructum tuorum laborū videre velis. Vide ne dæmonem imiteris, qui scripturam in ore tanquam doctus habebat, malitiā verò & calumniam in corde. Discamus etiam ex hoc loco, ne nos in res viles & turpes abiiciamus: quandoquidem tanti nos facit Deus, vt Angelos suos in custodiam nostram tribuat, quia scriptum est. Angelis suis Psal. Deus mandauit de te vt custodiant te, &c. Colligitur enim ex hoc loco magnam esse hominum dignitatem, cùm angeli ad eorū ministerium deputentur. Quapropter quemadmodum ex parte corporis nosmetipsos humiliare debemus, contemnendo nos, siquidem cinis & corruptio sumus: ita ex ea parte, qua similes Deo sumus, magni nos ipsos facere debemus: nec abijcere nos debemus in viles res huius mundi: quando quidem anima nostra tantæ est dignitatis, & excellentiæ, vt etiā cœlestes Angeli, ei ministrent. Sed iam Christum audiamus. *Et respōdens Iesus, ait illi. Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.* Ille Deum tentat, qui petit miraculum fieri inde necessitate, & qui exponit se periculo, quod potest naturaliter vitare. Ideo Christus dixit Mat. 4. suis. Cùm vos persequuti fuerint in vna ciuitatem, fugite in aliam. Sicut Christus fugit Matth. 2. paruulus in Aegyptum, & postea factus vir idem sæpè fecit. Sic Paulus fuit missus in sportam euasit. Sed cùm humanum auxilium defecerit, tunc ad Deum confugiendum est non tentando, sed deuotè & humiliter confitendo infirmitatem nostram. Sic ille rex pius dicebat. Cùm ignoremus, quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic Deum tentat qui miraculum citra necessitatem petit, vt hic dæmon petebat: cùm scalæ essent ad descendendum, abalto volebat eum precipitare, dicens, quod cùm maximè Deo confideret, vt diceret Deo posse hominem sine pane sustentare, quod eodem modo facere posset, vt ipse sine scalis descenderet. Benè posset Deus Noe & suos in nubem eleuare: at cùm essent tabulæ & architectores, & in area possent saluari, non erat cur dominus miraculum in ea re operaretur. Quando filii Israel erant iuxta mare Rubrum, & inimici non procul ab eis aberant, tunc quando nullum erat naturale remedium, vt Pharonis manus euadere possent, aperuit fretum mare, miraculo portentoso facto. Et in deserto cùm nullus esset cibus fecit etiam miraculum, mittens panem cœlestem. Petere à domino vt faciat miraculum, quando naturale aliquod suppetit remedium, officium est dæmonis. Clarum quippe & naturale est, quod si

si aliquis paries ruinam minatur in sinistram partem, quod in eadem cadet. Quirigitur sieri potest, vt cùm tu male viuas tuto tuę vitæ discrimini? Deo miracula potens, in Dei sortem existimas te posse cadere? Miraculum sine dubiō petis: nam miraculum quidem & illud grande est, quod cùm male viuas, fœliciter & bene viram finias. At Christus illa respondit. Non tentabis, &c. Acsi diceret ō, Male quidem ō incaute arguis quia non est pari ratio de vno atque de alio: nam in deserto ubi non erat, qui nos pascere posset, ubi opus erat, vt Deus sua virtute nos sustentaret, aut quicunque alia re sibi placita. At hic sunt scalæ, quibus ascendimus: nam si scalæ postquam nos ascendimus, iam fractæ essent, nullum nihil est dubium, nisi quod posset efficere, vt nos intacti & incolumes descenderemus. At cùm scalæ sint, non est cur ego id faciā, quod dicis: id enim esset dominum tentare. miraculum sine necessitate petendo. ¶ Aduerte autem quod multi sunt qui tentant Deum sicut diabolus. Tentant quippe ini Dei clementiam, qui negligenter orant, & sine deuotione. Iuxta illud Ecclesiastici. Ante orationem præpara animam tuam: & nolī esse quasi qui tentat Deum. Alij tentant Dei patientiam: quia perseuerant in peccatis. Vnde psalmista. Tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & testamentum eius nō custodierunt. Alij tentant Dei iustitiam deprecantes vindictam alicuius. Vnde duo Apostoli dixerunt Christo. Vis dicimus vt descēdat ignis de cœlo? Alij tentant Dei potentiam, vt temerarij in periculis. Ideò Iudith quibusdā, qui Deo assignabant tempus, dixit. Qui estis vos, qui tentatis dominum? Multi etiam tentant Dei sapientiam, qui volunt sine studio & lectione librorum scire & alios docere, quod certè tentare dominum est. Vide Augustinū in prologo de doctrina Christiana optime de hac re differentem. Vult enim Deus vt homines ab hominibus discant: nam contrariū agere, temerarium est, & Deum velle tentare. ¶ Obseruandum præterea, quod quia diabolus se tuebatur authoritate scripturæ, Christus etiam cum scriptura respondet, adducēs hoc quod in Deuteronomio scriptum est: scilicet, non tentabis dominum Deum tuum. Gloriosum victoriæ genus est, inimicum suis propriis armis prosternere. Cùm diabolus armis se induisset scripturæ aduersus Christū: eisdem se ipsum Christus induit, & vicit illū. Vt etiam fecit in paradiso, vbi dæmō primos parentes per lignum vicerat, sic & per lignū crucis ipsum dæmonem vicit: nam ipse dæmon fuit faber lignarius, qui crucem confecit, quique per os ludæorum vociferabatur, dicens. Crucifige, crucifige eum. Sed his armis vt iam dictum est ipse dæmō fuit victus: quemadmodum in hoc loco cum scriptura à Christo allata. Docet eisdem armis dæmonē esse vincendum. Cùm diabolus scripturam aduersus nos attulerit, nos etiam contra ipsū scripturam offeramus. Cùm tentauerit te de superbia: illud tibi ex scriptura adducet. Curam habe de bono nomine. Cum tentauerit de auaritia: adducet illud, quod Salomon ait de formica, quę congregat in messe quod ei medat. Si de luxuria. Crescite & multiplicate, &c. De gula. Ecce dedi vobis omnem herbam & lignum, vt sint vobis in escam, &c. Et sic de alijs peccatis. Nos verò è contra eiusdē armis illum vincamus & interficiamus, dicēres ex scriptura contra superbiam. Quid superbis pulvis & cinis? Contra auaritiam illud Pauli. Nihil intulimus in hunc mundum. Et illud Ecclesiastici. Sicut egressus est homo nudus de vtero matris, &c. Contra luxuriam dic. Omnis fornicator aut immundus nō habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. De gula ait scriptura. Adhuc escæ erant in ore ipsorum & ira Dei descendit super illos, &c. Sed ad contextum. *Et consummata omni tentatione.* Iam initio diximus quod antequā diabolus visibiliter in assumpto corpore aggrederetur dominum, tentauit illum multis grauissimis tētationibus: de quibus hæc, quæ nunc ait verificantur. *Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.* Quia tempore passionis redijt ad tentandum: quanuis illa non fuit tentatio propriè dicta, prout est suggestio diaboli ad malum: sed fuit aperta persequutio, incitando Iudæos contra Christum. Sed nunc nō ne vides quomodo diabolus cedit virtuti? Et si inuidere non desinat, tamen instare formidat: quia frequentius refugit triumphari. Audito nanque nomine Dei recessit vsque ad tempus posteà non tentaturus, sed apertè pugnaturus in passione. ¶ Docemur non tantum aduersus carnem & sanguinem: sed etiā contra nequitias spirituales esse nobis certamē. Nemo potest coronari nisi prius vicerit: & nemo vincere nisi pugnauerit. Discamus omni tempore vigilare, & esse cautos. Quāuis vincas, non sis sine cura & solicitudine

Gen. 3.

Mat. 27.

Eccle. 41.

Prouer. 6.

Gen. 2.

Eccle. 5.

1. Tim. 6.

Eccle. 10.

Ephe. 5.

Num. 11.

Ephe. 6.

ocio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ociosè viuens: quia diabolus non recedit vsq; in finem non reuersurus, sed vsque ad certũ tempus: fingit enim se fugere, sicut Iosue cùm cœpit ciuitatem Hai: sed reuertitur ad tempus, vt fortiùs & aptiùs vincat. Caue ne tibi contingat sicut Philistæis illis, qui epulabantur celebrantes victoriam, quã obtinuerant de Sanson, nec attendebant ad malum quod illis euenire poterat & fuerunt victi & mortui. Similiter Amalechitæ lætabantur super victoriam, quam obtinuerant Sicelech, quã ignes combusserant, & spoliauerant, & erant super faciem terræ quasi festum celebrantes: quos Dauid superueniens vicit, & occidit, & abstulit spolia. Quando veceris, tunc timidior debes esse & expergefactus, nam iterum redibit dæmon prælliaturus tecum: & facilè vincetis si incautum te inuenerit, quanuis priùs victor euaseris. Et multoties contingit, vt ipse dæmon, vtpote qui sagacissimus & callidissimus est, se sinat vinci, vt posteà melius ipse vincit, & maiorem victoriam consequatur. Vt facere solent hi qui alearum aut taxillorũ ludum exercent, qui fingũt se perdere, & pariam pecuniæ quantitatem amittunt, vt postea maiori lucro aduersarium capiant. Multi sunt qui statim vt confessionem suorum peccatorum fecerunt, alacres sunt & gaudentes cũ victoria, quã de dæmone assequuti sunt, qui eos ridet, nam cùm eos improuidos & incautos videat, redit iterum eos tentaturus, atque ità eos vincit facile, & captiuos possidet? Vide ne post victoriam obdormias: nam tunc solet dæmon maioribus viribus & potentia inuadere. ¶ Obserua etiam quod quinque vitia diaboli notantur in hac historia. Primum quod sit curiosus speculator, an videlicet Christus esset filius Dei quod scire cupiebat non vt veneraretur, sed vt iactanter miraretur, & vt redemptionem nostram (si posset) impediret. Secundum quod sit vanus, quia propter gloriæ vanitatem suasit casum. Tertiũ quod sit importunus: semel & bis repulsus, iterum accedit tentare. Quartum quod sit fallax, quia promisit se daturum, quod dare non poterat. Quintum quod sit arrogans & superbꝰ, quia petit adorari. Matthæus narrat Angelos accessisse & ministrasse, &c. Sed dices, nunquid tam magnum fuit dæmonem à Deo vinci, vt ideo propter id tantum magnificetur: Respondeo quod non vicit illum in quãtum Deus erat: quia hoc parum esset, & poterat ei nihilare illum: neque in quantum erat beatus homo, quia quicunque beatus maiores vires habet, quàm omnes dæmones: sed in quantum homo mortalis vicit eum: secundum quam naturam quanuis minor esset diabolo (quia iste non perdidit essentialia) in gratuitis tamen maior fuit Christus illo & sapiẽtior omnibus philosophis, & sic vicit illum. Præterea in tentationibus Christus ostendebat se hominem esse: nunc Angeli illi mirabantur, vt ostendatur eius dignitas atque diuinitas. Et etiam hoc est factum vt discas, quod quando à diabolo tentaris, quod Angeli tibi præsentes sunt, & desiderant nostram victoriam: & postquam vicerimus quasi congratulantes nobis, ad nos accedunt. Sed iam historiam prosequamur. *Et egressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo.* Venit in virtute spiritus, nam ille qui plenus erat ab instanti conceptionis Spiritu sancto nunc clarè ostendit spiritum in miraculorum operatione. Itaque virtus spiritus est virtus operatiua signorum, quæ datur à spiritu sancto. Vnde in libris regum dicitur, quod spiritus Heliæ requieuit super Elisæum. Porrò Christi, quatenus homo est & Spiritus sancti, vna est virtus, atq; omnipotentia, & quo ad hoc Christus propria virtute fecit miracula. Et secundum naturã assumptam, à Spiritu sancto, imò à tota Trinitate data est potestas super omnem creaturã, vt ipse ait. Data est mihi potestas in cœlo, & in terra ¶ Disce & tu vt ductorem habeas spiritum sanctum in omnibus, quæ agis. Vnde Paulus. Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Sed qui spiritu maligno & carnis concupiscentiis obtemperant, non sunt filii Dei: sed eis dicitur. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Fama autem eius exiit per vniuersam regionem: nam probitas lucem quandam secum affert, quæ homines vel inuitos cogit. Non potest (ait dominus) ciuitas abscondi supra montem posita. Et sicut sol vbi primum radios suos emittit super faciem terræ, minimè latere potest, cũ à suismet radiis prodatur: sic homines spirituales, quique ex familiaritate quam cũ Deo habent plurimum lucis acceperunt, etiam si conentur lucem illam abscondere, minimè poterunt. Cuius rei exemplum erit nobis Moses, cuius facies ex habita cum Deo conuersatione clarissimos radios emittebat: quapropter necesse erat velamen ponere, sicut ipse ponebat: sed splendor eius aliquando foras exi-

Iosue. 8.

Iud. 16.

1. Reg. 30.

Matt. 4.

bat. Quod idem vides nunc in Christo Iesu adimpletum: quia gloria eius & fama in dies crescebat & augebatur, licet ipse eam occultaret velamine humilitatis. Vbi est ignis ibi erit fumus, qui illum manifestabit: & vbi vera virtus & probitas ibi fama & gloria erunt, quæ virtutem absconditam manifestabunt. Sic cùm Christus post baptismum, & ieiunium reuerteretur in Galilæam, creuit fama eius, & exijt per omnem regionem. Huic consentit alius euangelista qui ait. Abijt opinio eius in totam Syriam. Sic de Salomone dicitur quod omnes reges terræ desiderabant videre faciem Salomonis. Et Iob. Auribus nostris audiuimus famam eius. Age & tu vt bonus, odor famæ tuæ exeat in regionem. Vnde dominus suis ait. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.

¶ Obserua autem, quod hæc fama Christi non fuit propter eius prædicationẽ, sed propter ipsius miracula: nam Christus non prædicauit nisi postquam Ioannes in carcere erat detentus, vt Marcus ait. Postquam traditus est Ioannes venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium. Fecit autem aliqua miracula antequam publicè prædicaret: nam conuertit aquam in vinum, quod fuit primũ miraculum, & eiecit ementes, & vendentes de templo in quadã diuina potestate: & multa alia signa fecit in die festo coram Iudæis. Et tunc venit ad eum Nicodemus, & Galilæi, & receperunt eum, videntes quæ fecerat Hierosolymis. Et primo Christus hoc fecit, vt opinionem sui in plebe ingeneraret, vt doctrinæ ab eo prædicandæ crederetur: nam si incepisset prædicare, nullis præcedentibus miraculis, forte sermo eius nullius esset autoritatis propter tantam excellentiam prædicationis Ioannis, qui ante eum prædicauerat. Cùm igitur Christus, primò multa miracula fecisset in Galilæa & posteà in Iudæa, cùm reuerteretur à Iudæa in Galilæã, in itinere audiuit Ioannem esse traditum, & tunc incepit suam prædicationẽ in terra Galilææ, quæ erat Zabulon, & terra Nephtalim, vt adimpleretur illud Esaiæ. Terra Zabulon & terra Nephtalim, &c. vt Matthæus dicit allegans Esaiã prophetam. *Et ipse docebat in Synagogis eorũ & magnificabatur ab omnibus.* Sapientia foris prædicat, & in plateis dat vocem suam. Noluit dominus in occulto prædicare sed publicè in Synagogis coram omni plebe: tum vt multos doceret, qui propter omnes venerat, tum etiam, ne eius inimici inuidi doctrinam diuinam calumniarentur. Vnde principi sacerdotum de doctrina ipsius interroganti respondit. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in templo & in Synagoga, vbi omnes Iudæi conueniunt. Sic publicè prædicans ostendit suæ doctrinæ synceritatem, quia non clanculò (vt hæretici & seductores facere solent) sed in synagogis coram multitudine neminem veritus, veritatẽ docebat securus. *Et venit Nazareth vbi erat nutritus.* Aduerte quod Christus stetit in Nazareth ferè per spacium totius suæ vitæ vsque ad principium anni trigesimi ætatis suæ. Tũc baptizante Ioanne iuit Christus ad eum vt baptizaretur: & postquã fuit baptizatus non est reuersus in Nazareth, sed confestim iuit in desertum ad ieiunandum. Finito verò ieiunio redijt ad Ioannem qui erat ibidem in Iudæa, & ibi congregauit sibi Petrum, Andreã, Philippũ, & Nathanaelem, & cum eis profectus est in Galilæam, vt ait Ioannes, & abijt in Nazareth. Et quanuis Ioannes dicat quod iuerit in Canaa Galilææ, vbi aquam in vinũ conuertit, & ibi descenderit in Capharnaũ: credendum est tamen prius iuisse in Nazareth, quam in Canaa & Capharnaum. Quod patet, quia Ioannes dicit, quod de Canaa Galilææ descenderunt in Capharnaum mater eius cum suis discipulis: & tamen Christi mater habitabat in Nazareth, & quando redijt in Galilæam iuit ipsa cũ illo in Capharnaum. Posteà reuersus in Iudæam fecit miracula plurima Hierosolymis die festo: & rediens secũdò Capharnaum in Galilæam nunciatum est illi in itinere quomodo dilectus Ioannes in carcere detinebatur: & cœpit ibi prædicare & exijt fama prædicationis eius, sicut & de miraculis iam antea exierat vt Lucas dixit: & tunc iterum venit Nazareth. De hoc secũdo aduentu in Nazareth postquam prædicauerat, & miracula fecerat in Capharnaum, loquitur hic euangelista Lucas: quod manifestũ est, quia Nazarætæ dixerunt ei nũc. Quãta cognouimus facta fuisse in Capharnaum, fac hic in patria tua. *Et introiuit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam, & surrexit legere.* Inter diem sabbathi, & diem sabbathorum hæc est differẽtia, quod omnis dies sabbathorũ est dies sabbathi: non tamen è conuerso. Nam dies sabbathi significat quæcunque diem festum: dies autem sabbathorũ signi-

Ioan. 18.

Ioan. 1.

Ioan. 2.

Luc. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat solum diem festum, qui ideò vocatur dies sabbathorum, quia semper est dies sabbathi ad differẽtiam diei festi, quinti, quarti, &c. quorum nullus est semper, sed quando que, & quandoque non dies est sabbathi hoc est quietis. Prædicabat autem die sabbathi, quia tunc potius conuenichant Iudæi ad audiendum verbum Dei: sicut nunc Christiani faciunt in die Dominico. Diebus festis ab occupationibus cessatur, vt homines diuinis exercitijs quietius deuotiusque intendant. & vt ea emendẽt, quæ ferialibus diebus peccauerunt, Deo adhærentes & ecclesiæ sanctæ eius. Sed proh dolor, nam id quod datum est in medicinam, conuersum est in venenum: nam in diebus festis multi potius vacant ebrietatibus, epulis, iocis, choreis, quam in ferialib' diebus. Hoc lamentatur dominus per Esaiã. Sabbath, a vestra odiuit anima mea. Surrexit autem legere Christus, vt ostendat quod prædicator concionem suam in sacra debet fundare scriptura. Vnde beatus Petrus. Nõ enim indoctas fabulas sequuti, notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem. Sed multi nunc, vt ostendant suam variam lectionem & eloquentiam, vel vt verius dicam suam vanitatem, & arrogantiam omnem concionem implent versibus poetarum, & fabulis Ethnicorum: sic adeo, vt totus gentilicus sit sermo. *Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptum erat.* Non solum operibus, sed diuinis scripturis, probauit dominus se Christum esse. Præterea non indigebat Christus libro, cùm ipse sit in quo sunt abscõditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: sed accepit codicem, vt nobis sacræ scripturæ studium commendaret. Non tamen casu illum locum scripturæ obuiat, erat nanque id iam diuina prouidentia dispositum. Nemo quippe prophetarum de Christo euidentius, aut clarius, quã Esaias vaticinatus est. Locus verò scripturæ is erat. *Spiritus domini super me.* Hæc verba de Christo quatenus homo est, intelligenda esse censeo. Regula enim scripturarum de filio Dei est, vt distinguamus quid in eis sonet secundum formam Dei, in qua æqualis est patri: & quid secundum formam quam accepit, in qua minor est patre: & non turbabimur tanquam contrarijs inter se sanctorum librorum sententijs. Secundum formam serui dicit, pater maior me est: sed secundum formam Dei, ego & pater vnũ sumus: Secundum formam serui, non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me: sed secundum formam Dei. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic filius habet vitam in semetipso. Secundum formam serui Christus factus est obediens vsque ad mortem, & tristis est (inquit) anima mea vsque ad mortem. Sed secundum formam Dei, omnia quæ habet pater ipsius sunt, & omnia tua mea sunt, & mea tua. Secundum formam serui dicit, mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me: & secundum formam Dei, ante Luciferum genui te. Etiam in quantum Deus æqualis Spiritui sancto, dixit. Spiritus paracletus quem mittet pater, in nomine meo: & sub forma hominis ait, hæc verba quæ modo interpretamur. Spiritus domini, super me. Ita hæc exponit & interpretatur diuus Augustinus. Ex quo hæc, quæ diximus excerpsimus. Ait itaque. Ille spiritus, qui est patris, & filii, quo spiritu dominus repleuit orbem terrarum, habitat in me, secundùm quod homo sum: quia Christi anima ab instanti conceptionis plena fuit spiritu sancto. Vnde spiritus sanctus per existentiam donorum suorum dicitur super Christum hominem requieuisse. Ideò alio in loco ait Esaias. Requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. ¶ Obserua autem quod Christus habuit spiritum domini super se vt autorem & præceptorem, sed multi non habent spiritum sanctum super se et obediendo sed sub pedibus, ipsius contemnendo inspirationes. Ideò Paulus. Et spiritum gratiæ contumeliam fecerit. Obseruandum quoque est, quod hæc verba, quæ hic refert noster Lucas ex Esaia habentur in capite sexagesimo primo eiusdem prophetæ, licet sub aliis verbis: nam euangelistæ (vt Hieronymus ait) cùm allegant veterem scripturam non sub eisdem verbis & syllabis sed sensum exprimunt, vt est in Matthæo. Et tu Bethlehem terra Iuda: sub aliis verbis est in Michæa. Et illud quod Esaias dixit. Ecce virgo concipiet: allegat Matthæus: Ecce virgo in vtero habebit. Et illud Pauli ad Ephesios, propter hoc relinquet homo patrem & matrem: ubi habetur in Genesi. Nam apostolus pro eo quod ibi habetur ἕνεκεν τούτου, posuit, ἀντὶ τούτου quod latinè aliis verbis dici non potest. Deinde pro patre, Ioo & matre sua pronomina abstulit, & quod in medio dixit, adhærebit vxori suæ per ius prætermisit. Sic quod hic refert Lucas, sub aliis verbis refert Esaias. Propter quod vnxit me. Quia placuit spiritui sancto quiescere super eum: ideò plenitudine gratiarum perfudit & impleuit, quemadmodum scriptum est. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et in Actis. Vnxit eum Deus spiritu sancto & virtute. Denique Christus non solùm plenus fuit donis gratiæ gratum facientis, sed donis gratiæ gratis datæ. Ideò dicitur vnctus in regem, in pontificem, & prophetam: quod totum illi contigit in instanti conceptionis suæ. Et si aliquando postea contigisse legatur, intelligitur quantum ad manifestationem. Nam sicut in passione obtulit se per effectum tanquam oblationem & hostiã Deo in odorem suauitatis: ità cœpit hoc facere in principio creationis animæ suæ, quia tunc cœpit intercessor esse & pontifex inter Deum & hominem. Obserua autem, quod oleo ferrum leniturr: ideo Christus vnctus est & lenis, vt asperrima mundi postquam Christo hæserunt, blanda fierent. Iam enim crux, tormenta, mors, dulcia sunt: ex quo vncto Christo coniuncta sunt. Intellige, quod si adhuc nõ blandus es, quod nec tibi hæsit Christus: & si hęserit in iniuriam illi facis, qui cùm blandam crucem effecerit, te blandum nondum effecit. *Euãgelizare pauperibus misit me.* Idest regnum cœleste prædicare hominibus, siue pauperibus euangelicis: qui propter regnum cœleste contempserunt terrena. Sic quod Christus ostendit non accipere personas, dum nõ præfert diuites pauperibus, sed omnibus indifferenter euangelizat. Non sic faciunt multi prædicatores, qui nolunt nisi diuitibus & principibus prædicare, & pauperes agricolæ fere nunquam audiunt concionem, ita vt eis dici possit. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sed mirũ hic videtur, quod cùm euangelium toti creaturæ prædicetur: quomodo tantum pauperibus dicitur hic prædicari, perinde ac si diuitibus hæc prædicatio non aduenerit? Et reuera ita est nam causa diuitum, qui huius euangelij parum aut nihil recordantur, dominus dixit, facilius est camelum per foramen acus transire, &c. Et ob hanc causam in tota fere sacra pagina diuites male audiunt, cùm de illis sæpe hæc particula, væ, dicatur. Pauperum verò curam Deo esse, vbique commemorant scripturæ. Parcet (inquit) pauperi & mopi, & animas pauperum saluas faciet. Et illud. Edent pauperes & saturabuntur. Et, tibi derelictus est pauper. Et, oculi eius in pauperem respiciunt. Et alia possem multa afferre loca. Nec id mirum, nam ij sunt, qui Deum agnoscunt, & Deum prædicant. Pauper (inquit Dauid) & inops laudabunt nomen tuũ. Diuites autem non sic. Nam cernimus quotidie, quod quãto homines plus habent diuitiarum, tanto ipsorum animus à Deo procul abest. Toti affixi terræ sunt, cogitationes eorum: verba & facta tantum terram sapiunt, de quibus Iacobus pulchrè scribit dicẽs. Nõne diuites tyrannidem exercent in vos? Et idem. Trahunt vos ad tribunalia. &c. Quem diuitem inuenies ad Ecclesiam sæpius conuenire? Malunt tempore concionis in lectulis eburneis dormire, aut in foro deambulare, aut risui & nugis vacare, quam vel spacio vnius horæ in Ecclesiam sedentes sacram Philosophiam audire. Qui cùm magis grati Deo esse deberent ob maiora ab eo accepta beneficia magis ingrati omnibus alijs sunt: atque in Deum & Christum magis iniurij. Nam semper hi blaspemi sunt, adulteri, vindicatiui, omnis pietatis inimici, & omnibus vitijs, & peccatis obnoxij. Merito ergo cùm euangelij prædicatio promittitur, mentio diuitũ nulla fit, sed pauperum duntaxat: de quibus idem Iacobus ait. Nõnne Deus elegit pauperes mundi huius: diuites in fide, & hæredes regni? Aduerte autem quod Hebræa dictio significat non solum pauperes, sed etiam humiles, mites, afflictos, oppressos: quę nomina his conuenire non possunt, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarũ gloriantur, & qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur, ideò renuit eos superbia, &c. Hæc de his diuitibus sunt dicta, quos diuites huius mundi cum Paulo appellare possumus: qui pecunias tanquam Deum venerantur: quorum studiũ rectè idem Paulus simulacrorum cultum vocat. Non de his qui diuitijs vtuntur, sicut Christianum hominem decet, & gratias agũt Deo, & diuina iudicia reuerentur. Sed de his iam satis, nunc ad quid aliud venerit Christus audiamus. *Sanare contritos corde.* Qui sũt verè pœnitentes, iuxta illud. Cor contritum & humiliarum Deus non despicies. Quamuis per contritionem sanati sint à culpa: nihilominus tamen ab effectibus, qui sunt pronitas ad malum, debilitatio, & de cæteris debẽt curari: quod potissimè fit per septem dona spiritus sancti, quæ à capite Christi in suã mẽbra

Esa.1.
1.Pet.4.
Esa.61.
Colo.2.
Ioan.10.
Psalm.44.
Psalm.73.
Iaco.2.
Iaco.5.
Psalm.48.
Psalm.72.
1.Tim.6.
Colo.3.
Psalm.50.
Psalm.146.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ora descendunt. Vnde egregius psaltes. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Sic sacramentis alligat Christus peccata, quæ sunt vulnera animarum, sicut Samaritanus vulnera illius, qui incidit in latrones. ¶ Expende autem quod non dicit omnibus mederi, sed cõtritis corde: quia quandiu est cor durum & sceleribus obstinatũ, nullam habet salutem. Ideoque oportet, vt corda nostra lachrymis molliamus, nosque ad gratiã Dei præparemus. &c. *Prædicare captiuis remissionem.* Id est, his qui vitiis & peccatis sunt implicati. Ideò in Prouerbiis ait Salomon. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Sicut peccator tenetur captiuus à diabolo, & cùm quidquid operetur, nihil ex eo sibi acquirit, quia nihil sibi mereri potest: quocirca nullum op⁹ dignũ vita æterna & nihil facere potest. Vnde Paulus Si distribuero substantias meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatẽ autẽ. &c. *Et cæcis visum.* Hoc quamuis de corporali cæcitate possit intelligi, quia Christus plures cæcos illuminauit: verũ potius de spirituali, & interiori mẽtis cæcitate intelligendum esse puto. Erat enim mundus cæcus & in tenebris ignorantiæ sedens quẽ Christus venit illuminare. Vnde ipsemet ait. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris. Na sicut rex Babylonis captum Sedechiã filios eius iugulauit, & eruit oculos Sedechiæ. & duxit illum vinctũ in Babyloniam: sic diabolus peccatorẽ captiuãs ei⁹ opera quæ fecerat bona destruit, & excæcat peccatorem, & illũ in vinculis captiuum detinet. Christus autem venit è cœlo, vt hæc omnia opera destrueret, iuxta illud Ioannis. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Hæc sunt, quæ Esaias enarrat de Christo in hac autoritate. Alibi etiam idẽ Esaias inquit. Dedi te in fœdus populi in lucẽ gentium, vt aperies oculos cæcorũ & educeres de inclusione vinctũ, de domo carcere sedentes in tenebris. *Dimittere confractos in remissionem.* Id est, aduersitatibus defatigatos, seu legalium obseruantiarũ onerib⁹ pressos deducere ad spiritualem consolationẽ & leuamen. Christus nanque nos ab obseruãtia ceremoniarum legis, per euãgelicæ legis gratiam subleuauit, iuxta illud. Quid tentatis imponere iugum super seruices discipulorum: quod neque nos neque patres nostri portare potuimus: Sed per gratiã dñi nostri Iesu Christi credimus saluos fieri. Hinc est quod per Matthæũ ait saluator. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati est & ego reficiã vos. *Prædicare annum domini acceptum.* Id est, ostendere tempus plenitudinis gratiæ aduenisse, in quo Deus placabilis redditur pœnitentibus. Sepulta enim synagoga Christus legem gratiæ prædicauit mundũ. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis misit Deus filium suũ, &c. Et beatus Petrus in Actis ait. Omnes prophetæ à Samuel annunciauerunt dies istos. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ait enim scriptura: tempore accepto exaudiui te. In quo enim Felicissimo tẽpore annunciatur regnũ cælorũ, quod nunquã antea prædicatũ fuerat. Pœnitentiã agite (ait Ioannes) appropinquabit regnũ cælorũ. Et quia Christus venit daturus omnibus pacem, ne populi videntes Christi pietatẽ & clementiam, auderent eum offendere: ostendit etiam suam iustitiam dicens. *Et diem ultionis.* Hoc est, diem iudicii, in quo vnusquisque accipiet iuxta mensuram meritorũ suorũ. Hunc diem prædicauit Christus. Item Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocẽ filii Dei, &c. Et in Matthæo & in nostro Luca multa de die retributionis scripta sunt. Hactenus de hac Esaiæ autotitate, quam Christus coram omnibus legit quam cùm legisset sequitur in cõtextu. *Et cùm plicuisset librum, reddidit ministro & sedit.* Librum scripturæ sacræ magna cum reuerentia tractauit, vt discas quam debeas reuerentiam sacræ scripturæ exhibere: & arguendi sunt qui nõ sõlũ libros veteris instrumẽti, sed euangelia irreuerentius tractant, quam libros Gentilium damnatorum. *Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.* Quia delectabilis fuit ad intuendum tanquam speciosus forma præ filiis hominũ, in cuius vultu fulgur interioris perfectionis, aẽ gratiæ micabat. Sed & suauitate eloquentiæ fuæ corda eorum attraxit. Audierant etiam famam prædicationis suæ, & nouerant, non didicisse literas, quicquidẽ apud illos nutritus fuerat, ideò expectabãt, & intuebant quid diceret. *Cæpit autẽ dicere ad illos, quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris.* Per hoc, quod audistis me vobis euangelizantem, & corda vestra illuminantem, & gratiam benignitatis diuinæ annuntiantem, aliquo modo impletum est quod in superiori prophetia erat prædictum. In hoc docuit Christus dicta atque

que promissa prophetarum in Christi aduentu spiritualiter debere intelligi, de spirituali videlicet liberatione à potestate diaboli, & iugo peccati, non corporali libertate à iugo Romanorũ, vt communiter multi Iudæorũ existimabant in Christi aduentu à corporali seruitute liberandos fore, & cunctis gẽtibus dominaturos. Sed tu vide Christi redemptoris nostri modestiam. Non enim dicit, is ego sum quem audistis in Esaia loquentẽ, ne videretur seipsum iactare. Verũ quia opus erat, vt aliquando cognosceretur, vt in eum crederent, vsus est verbis minus apertis nihilominus idem significantibus, & suo tempore intelligendis, quanuis tunc non fuissent intellecta. Sed satis interim fuit si ea verba secũ ipsi reuoluerẽt, atque ex ea cogitatione aptiores fierent huic euangelicæ veritati percipiendæ: quia si rem aperte explicaret, cum non essent capaces tantæ doctrinæ & veritatis, offenderentur potiùs quàm erudirentur. Hi domini mores atque exẽpla proposita sunt nobis ad imitandum ea: vt sermones nostros semper cum iudicio disponamus. Neque enim satis est tẽ de qua sumus verba facturi, esse sua natura bonam: sed vidẽdum superest, si temporis ratio & audientium animus eam postulẽt. Ob quam causam diuinus vates aiebat, se & à bonis multis abstinuisse, ne vel aduersarij etiam ob id calumniarentur. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritũ sanctum ait Paulus. Quid de his dicendum est, qui quidquid in buccam venit, sine vllo iudicio proferunt? De quibus scriptum est. Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant, venenum aspidũ sub labijs eorum. Paulus præcepit his qui ad Christũ venerant, vt non solum se ab obscœnis verbis abstinerent: verum etiam ab his quæ facetæ & vrbanæ vocantur. Stultiloquium (inquit) & scurrilitas quæ ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis. Et alibi admonet dicẽs. Sermo Christi habitet in vobis abunde, cũ omni sapientia docete, & commonete inuicem, in hymnis, laudibus, & cantibus spiritualibus cum gratia canentes in corde vestro domino, &c. Sed de his alias. nunc euangelistam audiamus vltra progredientem. *Et omnes testimonium illi dicebant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebãt de ore ipsius.* Non mirum quia de ipso scriptum erat. Diffusa est gratia in labijs tuis. Et ita hoc fuit verum, quod inimici Christi volentes eum capere, cum audissent illum, ita vehementer admirati sunt, vt dixerint. Nunquam sic loquutus est homo. Quanto enim Christi beatissima anima plenior gratia fuit, tanto diuiniora proferebat verba. Obserua autẽ quod non dicit eos demirari in gratiam verborũ, sed in verbis gratiæ. Multi habent gratiam in verbis, quia expediti sunt ad loquendum ea, quæ volunt, & quomodo volunt, sed non habẽt verbum gratiæ: quia non gratiam dare, sed cõtumeliam dicere student. *Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph?* Hoc scribæ & pharisæi pleni inuidia dicebant. Sicut terra arenosa, quæ quãto magis pluuiam recipit, tanto plus aret. Sic isti quanto plus prædicationis pluuiam Christus fundebat, tãto ficciores & duriores reddebantur: nam cum mirari deberent, quod filius Ioseph qui nunquam operam dederat literis, talia proferebat, ipsi potius irridebant. Quomodo huius doctrinam velut sacram admirari possumus: cũ filius sit Ioseph & non sit doctorali dignitate insignitus? Nec enim est magister noster, doctor aut rabbi: ac proinde videtur nullam operã in bonas literas collocasse. Vnde igitur eruditio hęc tanta? Vnde verborum & rerum diuinarum & admirabiliũ tam locuplex copia & thesaurus? Ita enim solet caro insciã domini spiritus, quæ supra naturam sunt admirari, & admirando contemnere tanquam quædam magica & superstitiosa, cũ diuina sint oracula. Existimãt quippe omnia sensibili cognitioni subijci: neque quicquam esse quod alibi emendicari possit, nisi id quod per organa sensuum percipitur. Contra quos ait psalmus. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquãdo sapite. ¶ Vide etiam quod cum populus laudat, scribę & pharisæi detrahunt, & inuidẽt. Magna quidẽ hęc est cęcitas, nam eum, quem mirabilem & diuinum doctorem intuentur, ob solam generis agnitionẽ contẽnunt: quia illum apud se viderant nutritum, sicut illi, qui dicebant. Quæ nam res accidit filio Cis? num potuit nos saluare iste? Illa re offendebantur, quæ nullius erat momenti: neque diuinam virtutem inspiciebant, quæ ex diuinis dictis, & factis admiranda erat. Quod idem nunc frequenter accidit: nam homines nihil aliud attendunt, quam exteriorem hunc rerum splendorem & gloriam: cernunt hominẽ multa possidẽtẽ, stipatũ satellitibus, preciosis vestibus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

dutum: cumque venerantur, quanuis impudicus sit, ebrius, tyrannus, & omni vitiorum genere obscœnus: alium vero omni virtute excellentem & cultum contemnũt si pauper sit. De qua re indignatus sapiens vir aiebat. Eccle. 13.

Loquutus est pauper sensate & nõ datus est ei locus. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt. Pauper loquutus est, & dicũt. Quis est hic? nõne (inquiũt) hic est filius Ioseph? nõne hic est faber ille? & licet faber sit, quid inde? Mũdus illos solos, egregios viros magnificat, qui nihil agũt, & ociosi tota die per forũ ambulãt, & ludis ac iocis operã dant, remq; esse ignominiosam arbitrantur si in aliquam artem incumbant. Contemnitur hic Christus, & eius doctrina, eo quod Ioseph pauper erat, & cibum arte quærebat. Pessimus error est contemnere prædicationem propter paupertatem parentum prædicantis: ac si gratia & donum prædicationis pecunijs emeretur. Iam hic pessimus mos & impia consuetudo mũdum inuasit. Si pauper doctissimus sit & sapiens, non exauditur: eius sententię & dicta licet mirabilia sint & erudita contemnuntur. Non æstimatur nec perpenditur hominis sententia nisi iuxta fauorem & diuitias illius, qui loquutus est. Nam si quis pauper in curijs regum optimum consilium & vitę institutũ dederit, minime exauditur, sed potius irridetur. Stupebant itaque isti in Christi doctrina & miraculis: sed id illi deesse, quod nõ diuitijs & nobilitate generis conspicuus erat. Sic Nathanael offensus est Christi patria cũ dixit. A Nazareth potest aliquid boni esse? Ex pende etiam vulgi mutabilitatem. Modo nãque ait euangelista quod mirabantur: & statim ait, quod despiciebant illum. Sed vnde exorta sit tam subita & magna mutatio non scribitur: forte fuit quia subiunxit Christus in concione aliquas reprehẽsionis notas, vel eo quod aliqui superuenerunt inuidi, qui animos audientium mutauerunt, dicentes populo Christum vilem esse hominem, & filiũ fabri, & calumniando miracula, dicentes, non vera illum operari miracula, quia si vera essent miracula, quæ de illo prædicabantur, faceret ea in sua patria. Hæc duo ab euãgelista tanguntur, ex quibus apparet, aliquos inuidos superuenisse, & mutasse animos bene dispositos. *Et ait illis. Vtique dicetis mihi & hanc similitudinem. Medice cura teipsum.* Tu qui curas alienigenas, cura ciues tuos. Et quod isti sit

Ioan. 1.

sensus manifeste patet, quia statim dixerunt, quanta cognouimus facta fuisse in Capharnaum: fac hic in patria tua. Nam si medicos ægritudinem patiatur, qua & alij laborant, si seipsum non curet, nec alios creditur curare posse: sed in contumeliam scientiæ illius dicturilli. Medice cura teipsum. Iuxta hanc similitudinem dicebãt isti ad Iesum. Si potes miracula cum alijs facere fac etiam cum teipso: hoc est, in tua ciuitate. Ideo dicunt declarantes seipsos. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum: fac hic in patria tua.* Quanuis Christus hæc dicebat, & referebat, & non ipsi: tamen isti hoc dicebant in cordibus suis, & Christus quæ in cogitatione dicebant, nunc exterius narrabat. Hæc enim verba quãtum ad sensum & sententiã erant horũ Nazarenorũ: recitata antẽ sunt à domino sub hac simili tudinis forma. Obserua autẽ quod nõ dicũt quanta scimus, sed quãta audiuimus: vt ostendant se nonnihil dubitare, an vera essent, vt dicebatur, quo circa si similia nõ fecerit apud suos, videbitur aut non velle, aut non posse. Quod si nolet, ingratus in patriam suam existet, quod si non potest, clarũ est quod excæcauit Capharnaitas suis magicis artib', sic vt putauerint id posse facere, quod minime potest. Hæ erant impiæ cogitationes. Nazarenorum. Aduerte autẽ, quod noluit dominus miracula facere in Nazareth: quia in omni actione naturali nõ solũ requiritur virtus seu potentia agẽtes, sed etiã requiritur dispositio materiæ: nã actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt patet de igne cuius virtus est cõburere, sed nõ nisi in materia disposita, quia non comburit lapides. Sic in miraculis non solum requiritur potentia, sed fides etiã requiritur & deuotio in illo, qui vult accipere sanitatem. Cum ergo Christus haberet infinitam potentiam & virtutem ad faciendum miracula, adhuc tamẽ volebat dispositionem in materia. Et quia isti Nazaræitæ nõ erãt dispositi: cũ non haberent fidem in Christo nec in eum crederẽt, ideo nõ fecit miracula. Imõ quod peius est non solum non credebãt, sed irridebant eum dicentes. Nõne hic est filius Ioseph? Aliud autem erat in Capharnaũ, vbi illum credebant, & honorabant. Sic Chrysostomus asserit quod propter eorum incredulitatem nõ fecit miracula in Nazareth: quod satis patet exemplis à Christo adductis post hæc verba, de Naamã Syro, & vidua Sarepteana, quæ statim videbimus. Præterea indigni erat

erant isti vt Christus apud eos faceret miracula, nec vt eorum infirmos sanaret: quia alienæ gloriæ inuidebant. Dolebant eo quod Capharnaum potiretur illa gratia miraculorũ.

+ Non expectes opem cœlestis auxilij, si proximo inuides. Aspernatur dominus inuidos, & miracula suæ potentiæ auertit ab eis, qui in alijs diuina beneficia non videre vellent. Inuidia enim opponitur charitati, quæ omniũ virtutum pulcherrima & excellentissima est: quapropter deterior est, quam auaritia: nam auarus si non vult communicare sua, tamen vult, quod alijs sua communicent. Inuidus namque de Dei bonitate dolet eo quod non auareillam cum hominibus exerceat, sibi tamen vult largam & magnificam esse. Atque ideo inuidi diabolo assimilantur, qui inuidebat parentibus nostris: quapropter Sapiẽs dixit. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Et ita inuidus diabolo maxima amicitia est coniunctus, quia idem velle, & idem nolle cum diabolo habet: nã hæc est lex amicitiæ, iuxta Ciceronis sententiam, idem velle, & idem nolle. Sic inuidi quando diabolus luceratur, gaudent: & lucrum ipsius quasi proprium suum reputant. Quando vero diabolus perdit: dolent damnum eius, quasi suum proprium. Ideo amici familiares sunt diabolo. Ideo igni Græco assimilatur inuidia, qui in aquis gratiarum accenditur. Et sicut diabolus primis parentibus qui in fontes erant, non pepercit: sic inuidus bonis inuidet, & eis calumniatur. Sic Caim non pepercit innocenti Abel: sed propter conceptam inuidiam illum occidit. Nec filij Iacob pepercerunt fratri suo Ioseph innocenti, quin potius eum vẽdiderunt. Nec Saul voluit parcere Dauidi, qui ei vtilis erat: nec Iudæi Christõ, quem ob inuidiam interfecerunt. ¶ Discе ex hoc loco non expectare opem misericordiæ cœlestis, si alienæ virtutis fructibus inuides. Inuidebant isti Capharnaitis, & quærunt cum hac inuidia mercedem à domino: quam non receperunt, quia inuidia indignos eos reddiderat. Non poterat Christus ciues non amare, qui omnes summa dilectione prosequebatur, sed ipsi sua inuidia indignos se fecerunt. Vide etiam quod hæc ciuitas digna fuit quod Christus in ea coperetur, & nutriretur: sed ob inuidiam indigna fuit, vt in ea Christus miracula faceret. Quãuis maius miraculum in hac ciuitate fuerit factũ, quam in Capharnaum: nam hic verbũ diuinum assumpsit naturam humanam. Nonne tibi grande miraculum videtur, ô Nazareth quod vna sit persona, & vnum hypostasium cum tres sint substantiæ: & quod nulla sit compositio, vbi duæ naturæ adsunt & duæ voluntates, & quod de vno & eodem verificetur, quod sit paruus & magnus, passibilis & impassibilis, mortalis & immortalis? Sed Christum audiamus. *Amen autem. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus in patria sua.* Reddit Christus rationem cur in Nazareth non faciebat miracula, ac si dicerer. Alia est ratio eorum qui sunt in Capharnaum, & alia istorum: quia vos non creditis, & illi credunt. Vnde Marcus ait. Abijt Iesus in patriam suam, & sequebantur eum discipuli eius, & non poterat ibi virtutem aliquam facere, nisi quia paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum. Non poterat inquam de potentia ordinata, quia requiritur dispositio, vt iam diximus. Hanc dispositionem non habebant Nazaræitæ, quia Christus inter eos erat nutritus: & videbat, & tractauerat eũ. Tales fuit homini affectus, vt nouitate gaudeat: & si aliquid à longinquo venit, id veneratur & honorant, non autẽ propria, quę potius fastidiunt. Martha quæ soror erat Lazari, prius sensit fœtorem fratris, quam alij: quia ipsa sola dixit. Quatriduanus est iam fœtet. ¶ Præterea quodammodo naturale est ciues ciuibus inuidere. Non considerant hominis opera atque virtutem, sed fragilem recordantur infantiam. Vnde facilius promouentur in patria alienæ gentes, quam in suam propriam. Affligitur Ioseph in patria sua & à fratribus suis, & exul mittitur in Ægyptum: & à Pharaone alienigena exaltatur. Sic Ieremias in lacu per cõsiliarios Sedechiæ missus: sed per Abdimelec Æthiopem fuit extractus à lacu, & postea à Nabuchodonosor honorifice tractatus. Vnde dominus loquutus Ezechieli de populis Gẽtilibus & ignotę linguæ. Si ad filios mitteris, ipsi audirent te: domus autem Israël nolunt audire te. Maria & Aaron fratres Mosi contra Mosem rixantur: ei autem alteri obediunt. Ideo dominus dixit Abrahæ. Egredere de terra tua, & de cognitione tua, & faciam te in gentem magnã. Vide quomodo inter alienigenas factus fuerit Abraham magnus. ¶ Sed aliquis forsitan obijciet, quod Ezechias & populus eius in magno honore habuerunt Esaiam propheram, & ideo Eccle iasticus dixit. Fortitcr fuit Ezechias in via

Marc. 6.

Ioan. 11.

Genes. 37. Genes. 41. Ierem. 38.

4. Reg. 18. Ezechi. 3.

Numer. 12. Genes. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dauid patris sui quam mandauit ei Esaias propheta Magnus. Dauid etiam sanctus Nathan, & Gad prophetas veneratus est. Ideoque hæc Christi verba non sunt intelligenda, quod semper sine aliqua exceptione ita sit: sed quia plerunque sancti prophetæ contemnuntur inter suos. Sic Salomõ in Prouerbijs multa affirmat: non quod vniuersaliter circa singulos ita se habeant, sed quia frequẽter sic accidit. Sed multi & fere omnes prophetæ in aliena terra plus honorãtur: vt Daniel, Mardochæus, Ioseph, & alij. Quomodo autem magis crediderint Capharnaitę quam Nazaræi probat Christus duobus exẽplis scripturæ: quorum primum est. *In veritate dico vobis, multæ viduæ erãt in diebus Heliæ in Israel quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarũ missus est Helias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam.* Hoc exemplo & sequẽti probat Christus quod dixerat, nemo propheta est in patria acceptus, vel si forte his narrationibus errorem suum intelligerent. Docetque instam ob causam se non edere signa, quæ alibi edidisset: ipsosque huius rei in causa esse, ob suam incredulam mentem. Hoc autem exemplum & sequens in historia regum posita sunt, quę silentio hic prætereo cum scita ab omnibus sint: liceat tamen aliqua breuiter annotare. Dicitur hic q Heliæ verbis cœlum fuit clausum. Per cœlũ hic intelligitur aër vbi coguntur nubes, vt in de dimittatur pluuia. Dicitur autem cœlum claudi metaphorice: cum non det quæ dare consueuit, sicut aperiri dicitur, cum dat, aut cum inde aliquid apparet. Vidua hęc Sareptana magnam fidem habuit: nam Heliæ viri ignoti & alienæ gentis promissioni fidem dedit nulla facta attestatione miraculi, nihilque hæsitauit. Deinde eius largitas ostẽditur: quæ cum in tanta esset necessitate cõstituta, de victu sibi & filio suo necessario Helię sit patrem elargita: & prius illum pauit, quam se & filiũ suum. Ideo digna fuit, vt dominus ei remuneraret: & miraculum vidit, & paupertati & inopię illius succurrit domin⁹. Credidit quippe hæc promissis hominis ignoti, & obtulit panem in tanta necessitate. Nos vero habemus ipsam veritatem filium Dei promittentem omnia ad victum, & cultum necessaria: & nullam veræ fidei præbemus significationem. Abundat arca pecunijs, horrea tritico, vino torcularia, & vestes à tinea roduntur: & in tanta abundantia nec superflua dare volumus pauperibus, in obsequium Christi. Mulier erat hæc, infirmi sexus, marito destituta, pauper & inops, & filiũ habebat summa inopia alendum, & nihil supererat, nisi pugillus farinæ: & in tanta angustia voci prophetæ nũquam antea cogniti obediuit. Sicut Niniuitæ in die iudicij condemnabunt gentem Iudæorum: sic ista auaros diuites, quibus dominus dicit. Esuriui & non dedisti mihi manducare, sitiui, &c. Nõ mittitur Helias ad aliquã multarum viduarum, quæ erant in Israel, nisi ad hanc viduam Sareptanam: nec Christus ad Nazaræitas, quibus loquitur, nisi ad Capharnaum: Deus enim merita & fidem hominum respicit, non patriam, non sanguinẽ, non natale. Plus valent apud Deum extranei & bonis moribus induti, quam propinqui sceleribus coinquinati. ¶ Discę ex hoc loco non de patria, aut generis nobilitate gloriari, vt multi inaniter & arrogãter in his gloriantur. Apud Deum plus valet animus, quã genus. Plus valuit hæc vidua alienigena coram Deo, quam viduæ Israel, quæ erant ex patria sua: & plus Capharnaum, quam conciues eius Nazaræitæ. Pius & nunc haberi solet in oculis Dei pastor, & pauper agricola probi: quam rex vel papa, si improbi sint. In euangelio Matthęi tres reges tolluntur de medio; nempe Ochozias, Ioas, & Amasias in Christi genealogia: quia se miscuerant cum sanguine impiissimæ Iezabelis, vt Hieronymus refert. Sic adeo dominus abominatur peccatum, vt isti Reges Iuda nobilissimi de medio tollantur in detestationem peccati, vt deleretur memoria Iezabelis vsque ad quartam generationem. Non considerat Deus consanguinitatem, non patriam, non genus, non dignitatem: sed virtutem & pietatem &c. Porro Sarepta vrbs parua fuit inter Tyrum & Sidonem. Sidon vero vrbs fuit, à qua illa regio vocata est Sidonia. Demum pia dispensatione fecit Deus vt Helias tam longum iter susciperet vsque in Sareptam: vt videns hominum pectora, peteret à domino pluuiam. Sic ait Chrysostomus. Sed eiam secũdum exemplũ quod Christus addu cit audiamus. *Et multi leprosi erãt in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Erãt siquidem illi quatuor leprosi qui cogente fame in castra Regis Syriæ venerunt: & alij etiam quos scriptura non commemorat, quos non curauit Eliseus.

Eliseus. Cur ergo non curabat fratres & cõciues? Nũquid Helias & Eliseus maiorem amore prosequebantur extraneos, quã conciues? minime, sed fides Naamã meruit beneficiũ: credidit enim hoc posse præstare Deum per suos seruos, & obediuit iussus mergi in Iordanem. Si talem fiduciam haberent Israëlitæ sensissent vtique diuinam benedictionem. Sed sit super hanc hystoriam breuiter aliqua cõsideremus. Puella Hebræa à latrũculis Syriæ captiua ducta est, cuius verbis domina eius permota virum est alloquuta, & ille regem atque hoc modo veri Dei maiestas inter Ethnicos declarata est. Vere enim omnia seruiũt ei, & nihil fit in regno quod non summam secum afferat sapientiam: & ex his, quæ nobis mala videntur, maxima bona prodire facit. Cogitemus ergo omnia nobis aduersa in maximam nostram vtilitatem cõuerti. Quis obsecro non doleret Ioseph postquam fratrũ inuidia venditus fuit, & cum postea dominæ suæ calumnia in carcerẽ fuit detrusus? At per ista media in magnam gloriam & maiestatẽ fuit euectus, & secundus à rege constitutus, & saluator mundi fuit appellatus. Attendamus nos paternam Dei curam & prouidentiam eò solum spectare, vt bona nobis semper eueniant, quanuis interea aliquid accidat quod sensibus nostris contrarium appareat. Nam & pueris multa prohibẽtur quæ optãt, quin & plerunque à parentibus cædantur: & tamẽ hęc omnia in eorum vtilitatem faciũt. Hęc puella prius exul à patria & captiua erat: sed postea eam ob acceptum beneficium libertam dimisit: & Aman leprosus mundari meruit, restituta que est caro eius sicut caro puerti: & Deum cognouit: & salutem animæ consecutus est. Ingentia munera obtulit Eliseo: & postea cum fœnore dona dedit Giezi puero Eliśei. Ex tam generosa grati animi significatione, nihil est dubij, quin puella dimissa sit libera: vel si remansit, libens & volens remanserit, eo quod bene & liberaliter cum illa ageretur, & melius in domo tanti principis haberetur, quam in sua patria, vbi fieri posset vt pauperem vitam ageret. ¶ Obseruandum quoque est quod per Naaman dominus dedit salutem Syriæ. In quibus verbis duo docemur. Primum vt in omnibus rerum euentibus quidquid boni acciderit Deo ascribamus. Ecce enim hic cum dixit magnus & honoratus apud dominum suum expectabatur, vt bellica sua virtute saluaret Syriam: sed hoc non dixit, sed quod pes illum dederit dominus saluterem Syriæ: quod plurimum refert & ad pietatem, & ad viuendi vsum. Nam hoc pacto non insolescunt homines, si omne bonum Deo acceptum referant: & cum intelligamus omnia à Deo gubernari æquo animo, quidquid acciderit patienter feramus. Sic Dauid. In te ventilabimus cornu. Non dixit ego, sed in te, id est, tuo præsidio adiutus. Sic Iudith. In manu fœminæ percussit illum dominus. Nabuchodonosor insolenter dixit. Nonne hæc est ciuitas, quam ego ædificaui in robore meo? Sed vox statim de cælo audita est. &c. ¶ Alterum: quod ex illis verbis docemur est, quod ethnigentes ignorabant Deum, & esse sine Deo dicebantur, & quod dimiserit Deus ingredi vijs suis, eos tamen regebat, ac eorum regna. Quare cum cernimus Turcas & Christiani nominis hostes nos premere, ad id nobis statim est recurrendum quod omnia Dei imperio aguntur, qui permittit aduersarios nostros ob scelera nostra nobis esse superiores: quæ sancta cogitatio nos ad pœnitentiam & ad melius vitæ institutum inuitabit. Sic populum Israëliticum puniuit per Syriã & captiua duxerunt Ethnici puellam Israëliticam. Sic per Egion Sabin, & Amon, & alios Gentiles puniebat olim Israëlem: & quando se conuertebant suscitabat dominus saluatorẽ vt Aioth, Sagar, Sanson, Gedeon, & alios. Sciamus quod mala, quę patimur peccata nostra meruerunt. ¶ Sed forte aliquis mirabitur in hac historia, cur Eliseus ad tanti principis aduentum non surrexit? Ob duas credo id fecisse causas. Prima vt prophetię dignitas seruaretur: in qua diuinę maiestatis virtus elucebat. Nam & regum legati dignitatem & majorem grauitatem seruant dum legationis officio funguntur, quam vbi eam deposuerunt: quia dum hoc sibi munus est iniunctum, personam regis agunt. Altera causa est, vt doceantur homines hanc externarum rerum pompam, quam ipsi plurimi habent, apud Deum nullius esse momẽti. Ad mulierem autem Sunnamitem abijt vsq; in domum eius, & filium suscitauit. Sic etiam Helias, qui regem superbum aspere corripuerat, abiit ad pauperculam viduam. Et Christus omnium magister non abijt in domum reguli (vt Gregorius annotat) licet rogatus: & tamẽ abijt in domũ Centurionis. Quare quidam ei dixerunt. Non aspicis personã hominum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

num: non diuitias, non honores. Tãtum merita vnius cuiusque considerat. Aliter mũdus facit, qui non nisi diuites, & auro fulgẽtes nouit honorare. Accessit hic Naaman in curru suo, diuitijs abundãs, famulis stipatus: sed nihil hæc exteriora quæ momento temporis vilescunt sanctum virum mouerunt. ¶ Vide etiam quod serui Naaman patrem appellarunt dominum suum: quia vir bonus & clemens seruos, nõ sicut canes & sicut iumẽta, sed sicut homines tractabat. At multos inuenies nunc seruos, qui dominos suos non patres sed Tyrãnos, Nerones, Tiberios, poterũt appellare. Infirmos seruos nõ curant: imo in hospitium, vt citius moriantur, mittũt. ¶ Expende etiam, quod non dedignatus est consilium seruorum accipere, & audire eos: ideo meruit curari. Sic sanctissimus Moses, & prudens omni diuina & humana sapientia excultus qui cum domino loquebatur tãquam si esset aliquis amicus, tamen accepit consiliũ Ietro sacerdotis Madian hominis barbari, & Ethnici. Sed tanta est aliquorum superbia vt infetiores despiciant, & eos audire nolunt.

Consilio itaque seruorum accepto, descẽdit & lauit, & cum sanus esset dixit. Vere scio, quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantũ in Israël. O fœlix lepra, quæ veri Dei agnitionem in huius viri mẽtem introduxit: quæ si defuisset, neque morbo laborasset vllo, in illo simulacrorum cultu perduraſſet.

¶ Docemur hinc quam vtiles sint infirmitates, quæ salutem animæ conferunt, sicut lepra Naaman dedit illi cognitionem veri Dei. Vnde sapiens. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Ideò qui spiritu Dei aguntur etiam gratias agunt ob afflictiones & infirmitates. Cõfitebor tibi domine (ait Esaias) quoniam iratus es mihi. Et Paulus gloriabatur in infirmitatibus. Et Iacobus. Omne gaudium existimate fratres cum in graues tentationes incideritis. Quare: Illud scientes quod probatio fidei vestræ parit patientiam. De vtilitate infirmitatum multa in libro Vanitatis seculi diserui mus: quapropter nunc ad alia properemus.

¶ His igitur duobus exemplis viduæ scilicet Sareptanæ, & Naaman Syri, Christus dominus noster causam suam tutatus est aduersus illos Nazarætas. Sic & discipulos euellentes sabbatho spicas alibi excusat à murmuratione phariſæorum exemplo Dauidis, qui olim panes propositionis comederat: quos non licebat ei edere, neq; his, qui cum eo erant, sed solis sacerdotibus. Et in euãgelio Ioannis blasphemiæ accusatus, quod se filium Dei appellauerit, obijcit alios olim vocatos Deos, ad quos sermo Dei factus fuerat. Tu itaque vitã & mores tuos sic institue, vt contra malenolos te exemplo bonorum virorum defendere possis. Caue autem ne tibi magis arrideat Saulus ecclesiæ persequutor, quam Paulus ecclesiæ propugnator & defensor. Multi enim sua peccata tegere volunt, & defendere exemplo Dauidis, Magdalenæ, Latronis in cruce pendentis, & aliorum quorum pœnitentiam imitari oportebat, non eorum peccata. Christus defendit seipsum exemplo bonorum factorum Heliæ & Eliſei: & arguit impios incredulos exemplo viduæ Sareptanæ, & Naamã Syri: quos oporteret Nazaræitas imitari. Sic tu vtere exemplis bonorum, illosque in bonis actibus imitare. Sed ad nostrum euãgelistam Lucam reuertamur.

Itaque cum illi Nazarẽitæ audissent hæc, quæ Christus prædicabat, vide quid egerint. *Repleti sunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes.* Non sunt emendati, sed irati. Vnde prophetа. Odio habuerunt corripientem in porta. Qui obstinato sunt animo deteriores fiunt correctione: sicut Pharao Rex Ægypti. Vnde per sapientẽm dicitur. Peruersi difficile corriguntur. Ecclesiasticus etiam ait. Qui odit correctionem, minuetur vita eius. *Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.* Aspice obsecro quam rectibus vitionem mundus det sanctis & studiosis virtutis. Semper mundus reddit mala pro bonis. Vnde Psalmista. Qui retribuũt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem. Et Ieremias. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ? Prædicabat Christus, vt eos à præcipitio inferni liberaret: ipsi autem ab alto ciuitatis volebant eum præcipitare. Multi etiam & nunc Principes, Episcopi, Clerici, & Seculares præcipitant prædicatores, murmurantes, & detrahẽtes eis, quia sua vitia destruũt & detestantur. Solent autem huiusmodi homines aduersus prædicatores dicere. Nihil habebat, quod prædicaret, oblitus est conscionis. Bene autem dictum est per Sapientem. Non amat pestilens eum, qui se corripit. Libenter audierunt isti de aduentu Messiæ, erãt quippe hæc ipsis exoptatissima,

Cum autem Christus accessit ad morum correctionem, non potuerũt æquo animo ferre. Sic olim Esaias dixit. Loquimini nobis placẽtia. Habet etiam hoc nostrum seculum tam delicatas aures, vt libenter audiat quæstiones theologicas, verba curiosa: sed si eorum vitia prædicator arguerit, indignantur, & irascuntur, & quod nos siue lachrymis dici potest, ministros Dei persequũtur. Placet illis, & auribus suis dulce eloquium est audire sermonem elegantem de diuina benignitate & misericordia: differẽté autem de vindicta Dei in peccatores, molesto & ægro animo ferũt. Clerici conciones amant, in quibus laici corrigantur: laici autem è conuerso. Quod si verbi minister liberam habuerit linguam, accerrimusq; fuerit vitiorum insectator: hoc certo sciat illi debere contingere, quemadmodum Christo cõtigit. Dũ prædicator illorũ vitia nõ carpit, ipsum laudãt, dicẽtes, alium diuinum Paulum esse: at dum reprehẽdit illos iniquissimum esse dicunt. Sic isti quãdo Christus de aduentu Messiæ loquebatur, eius verba suspiciebant, & venerabantur: at statim vt illorũ taxauit vitia, volunt illum præcipitare. Hoc mihi credo, quod quicunque is fuerit prædicator, qui veritatem diligat, semper martyriũ patietur. Attenti erãt hi Nazarætæ & laudabant Christum, cum illis aperiebat autoritatem Esaiæ. Spiritus domini super me propter quod vnxit me. &c. Nunc autem cum illos reprehendit, volunt illum præcipitare. Odio enim habetur veritas. Vnde beatus Paulus, inimicus factus sum vobis, verum dicens. Sic Michæam Achab persequutus est, quia veritatem dixerat. Non prophetat (inquit) mihi bonũ, sed malũ. Verũ hic aliqua obseruanda sunt. ¶ Primum horum est quod isti Nazarætæ peiores fuerũt magistro suo diabolo. Diabolus quippe suggestione & verbo tantum tentauit dñm: sed isti Iudæi facto. Ille dixit saluatori in pinnaculo templi, mitte te deorsum: sed isti aperte mittere illũ deorsum nituntur. Diabolus quoque vt statim videbimus, dominum cõfitebatur, & dicebat illum esse filium Dei: & isti et nollunt credere. Et ita cæcus factus est populus iste, vt eum ignorent & negent, quem vel ipsi dæmones confitentur. In quo quidem nequitia & deprauata mens Iudæorum conspicitur. ¶ Secundo obserua, quod à proprijs ciuibus maximam ignominiam Christus est passus. Genezareni quanuis amiserant duo milia suum, nihil tamẽ ausi sunt aduersus Iesum loqui, sed rogauerunt vt ab eis discederet: Nazareni vero nullum damnũ passi, præcipitare eum volunt. Optime quidem Christus dixit. Inimici hominis domestici eius. Maxima est illa tribulatio, quæ à proprijs amicis & necessarijs infertur. Sic Pilatus, qui Gẽtilis & alienigena erat, voluit Christũ absoluere, itidem Herodes teste Pilato nullã mortis causam inuenit in eo: ea propter liberũ illũ ad Pilatũ misit. Iudæi autem nulla facta cessatione cum ex eadem gente esse erant, vt crucifigeretur. Quapropter dixit ei Pilatus. Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Sic Ioseph honoribus exaltatus à Pharaone rege Ægypti, & in magno pretio habitus ab Ægyptijs, à fratribus suis venditus est. Stephanum etiam & sui persequuti sunt: nã surrexerunt (ait scriptura) quidã de synagoga. &c. Ex Synagoga inquam egressi sunt. Isti dẽ vestigijs mundus incedit: nam hi, qui magis familiares, magis domestici, & amici tibi fuerunt, tibi priores detrahunt, tua secreta pandant. Potius in extraneo & in ignoto virtutem & beneficium inuenies, quam in amico & consanguineo: nam extraneus quidquid boni illi feceris gratulabitur: consanguineus tamen nullo modo gratus tibi existet, imò videtur illi, te nihil fecisse, etiam si magnum beneficium illi contuleris. Quod si meis dictis nolis acquiescere, euangelistæ sancto necessium est credas: & attende, quanto in honore sit saluator ab extraneis habitus: à suis verò Nazarætis in nullo. ¶ Aduerte tertio causam cur Christus repulsam patitur, & abijcitur à patria sua, & ipse illã deserit. Mirabile enim videtur quod Messiam, qui tam desiderabatur, & expectatus à Iudæis fuerat, nunc ejiciant. Messiam desiderabant isti, protinus autem, vt se illis pandit, ipsum à se reijciunt & expellunt. Si tantum illum & tam anxie desideratis: si modo eũ habetis, cur expellitur & reijcitur à vobis? In qua re id aduertendum tibi est, quod omnes Iudæi Christum anxie postulabant, & desiderabant: at volebãt, vt Messias ad eorum placitum & libitũ illis adueniret: cum iam vero aduenisset, & eorum mores deprauatos & opera reprehenderet, illũ abijciunt, & expellunt. Dum Deus illis secunda donat: dum illis benefacit: eum laudant, atque prædicant: sed dum illis & eorum moribus aduersatur, in illum conuiciãtur. Vnde Dauid alloquitur dominum dicẽs.

Matth. 22.
Exod. 18.
Eccle. 31.
2. Cor. 12.
Iacob. 1.
1. Par. c. 80
Matth. 12.
Luce. 6.
Ioan. 10.
Matth. 10.
Matth. 27.
Ioan. 19.
Genes. 41.
Genes. 37.
Act. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 48. Confitebuntur, cum benefeceris eis. Sic isti Israelitæ cum diuites exirent ab Ægypto spoliatis ab Ægyptijs, & videntes inimicos mortuos præ nimia lætitia & gaudio cantantes
Exod. 15. dixerunt. Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est. Cum autem ad comedendum nihil inuenerunt, murmurantes dicũt
Exo. 15. Vtinam mortui essemus in Ægypto. Christũ à patria illi expellunt, quia eorum voluntati erat contrarius, & quia eorũ vitia nõ approbabat. Hac etiam potissimum ratione Christũ à se Maurus expellit: & impius & sceleratus Christianus. Nam si Mauro dicas, quod credat Deum esse, tecum consentiet: si autem dixeris, quod credat, hunc Deum trinum esse & vnum, in eandem tecum ibit sententiam. At si illi dixeris, quod qui huic legi est astrictus, tenetur inimicũ diligere: resiliet statim & dicet se hanc legem nolle amplecti, nec Christianum esse. Quid est in causa, quod Maurus nolit esse Christianus: nec Christum vult accipere: causa vtique est, quia lex Christi non est conformis suo appetitui. Quare tã ingens infidelium multitudo in Christum nõ credit? Vtique quia secundam carnis legem viuunt, & Christi lex non carni fauet, imõ illi aduersatur, & contrait. Azotij ejecerunt arcam domini Dei Israel ex templo suo, ex patria sua, & à suis finibus: eo quod male se habuerat cum idolo suo Dagon. Sic infideles & mali Christiani Christum abijciunt: quia corũ turpitudines & vitia abominatur. Quia de causa Christus à Iudæis abijcitur, sicut ab
Ioan. 9. ipsis Nazaræus. Ideo ipsemet ait: Ego veni, vt
1. Cor. 1. qui non vident, videant, & videntes, cæci fiãt. Et Paulus. Nos prædicamus Christum crucifixũ: Iudæis scandalũ, & Gentibus stultitiã. Si Christus dicta & facta Phariseorum laudaret, & eam illis consentiret: vtique ipsi eum laudarent, & acciperẽt: sed quia Christus nõ fauet peccatis, sanguini, nec carni: ideo à Nazarenis ejicitur, & à Iudæa & ab infidelib⁹ & malis Christianis. Malus nanq; & sceleratus Christianus statim, vt Christus sensualitati suæ contradicit, illum ab anima sua expellit. Nam quemadmodum Sartor vestem nõ scindit ad suum libitum, modum, nec mensurã, sed secundum eius voluntatem, qui vestem debet induere: ita tu velles, vt Deus tuæ voluntati conformis esset, cui vero cum diuina non vis consentire. Iudæi Messiam volebãt vt volebant illum secundum suam voluntatem. Nolunt ipsi cum diuina voluntate con-

sentire: at volunt, vt Christus illis conformis esset. Cum autem isti miseri Christum expulerunt: simul cum ciuitate & regnum, & sacerdotium, & Dei fauorẽ amiserunt. ¶ Quæ to in hoc loco obseruandum est, quomodo vnum peccatum sit causa alterius. Primo nã que isti Nazarætæ inuidi fuerunt, quia Capharnaitis inuidebãt, eo quod Christus apud eos seruum Centurionis sanauerat, & alamoniacum, & alia multa signa in Capharnaum fecerat: quo circa dixerũt. Quãta audiumus facta fuisse in Capharnaum. Secundo ambitiosi fuerunt, & honoris cupidi: & ideo dixerunt. Fac hic in patria tua. Voluerunt vt patria illustraret. Tertio ita fuerunt implent: & demum volunt Christum præcipitare. Vnde fiet, vt qui peccata priora non emendauerit in alia & alia maiora incidat, quoulq; in profundum malorũ deueniat. Quo circa Ecclesiasticus ait. Cor nequam grauabitur in dolo-
ribus: & peccator adijciet ad peccãdũ. Quod quidem iusto Dei iudicio fit, qui solet aliquã do vnum peccatum cum alio punire: & ideo pius permittit quod peccator in vnũ peccatũ cadat in pœnam alterius. Vnde beatus Gregorius ait, quod peccatũ quod per pœnitentiã nõ diluitur, mox suo põdere ad aliud trahit. Sed quia de his in capite præcedenti loquuti sumus, nunc ad contextum reuertamur.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

reddidit se eis inuisibilem, quem admodum per Ioannem dicitur. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Christus in hoc facto docet, primo: quod voluntarie passus est, nõ enim modo passionem fugit, sed tempus expectat: nam quod nunc fecit, poterat tempore passionis facere, sed tunc voluit mo-
rũ, nunc autem non. Potestatẽ habeo (ait ipse) ponendi animã meam, & iterum sumẽdi eã. Prius enim quam pateretur, voluit prædicare, & docere regnum Dei. Nihil poterat aduersus Christũ humana malitia, nisi suã sponte se se obtulisset capiendum & occidendũ. Ideò Esaias. Oblatus est quia ipse voluit. Ni-
que si totus mundus insurgeret aduersus eũ, non posset ei nocere, illo inuito. Quo circa ni-
hil isti aduersus Christum valuerunt. Sic ne-
que Herodes cum pueros innocentes interfecit, illum occidere potuit. Nec cum bus lapidare illum Iudæi voluissent, id eorum malitia potuit. Ex quo manifeste liquet ad condemnandos infideles & Ethnicos Christum voluntate propria fuisse passum, nam quando illum

illum in horto ceperunt, poterat (sicut modo fecit) per medium illorum trãire: sed noluit, quia iam aderat tempus, quo seipsum in sacrificium sanctum & Deo acceptum, pro hominum salute volebat offerre. Itenim quando vult capitur, quando vult se abscondit: quando vult crucifigitur, quando vult, à nemine cogitur. ¶ Secundo Christus docet, vt aduersarijs nostris cedamus, & iræ & malitiæ eorum locũ demus, vt Paulus docet: ne amplius eos ad iram lacessamus, cum inflammati & accensi sint. Est quippe charitatis opus non semper aduersus furiosos & ira percitos nosipsos opponere: & fortitudine nostra maxime cum illis tunc est vtendum, ne maioris mali ansam præbeamus: nam charitas, quæ sua sunt non quærit. Obiectum præsens potius mouet potentiam, quam ablens: & tunc sol maiori vi radios suos emittit, cum aliquid contrarium ei resistit. Atq; ita cum Christus his præsens adesset ira eorum magis accẽdebatur, & magis aduersus illũ indignabantur. Ideo misericordia sua cum illis vtens fugit, ne amplius peccarent, & deteriores fierent: atq; ita Deus magis offenderetur. Sic Iacob fugit à præsentia Esau & Moles ab Ægypto, Dauid à Saule, Helias à Iezabel, & Paulus Damasci submissus est in sporta. Sed Deus illis dedit refugium: nam Iacob inuenit in domo Laban refugiũ, & Deus duxit illũ, & dedit vxores. Moles eodem modo socrum inuenit principem Madiam & diuitem, Dauid regnum, Helias angelum, & Paulus diuinas cõsolationes. Ideò dominus suis consuluit dicens. Si vos fuerint persequuti in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Abijt itaq; Christus ne plus eius inimici sæuirent. ¶ Hinc quoque licet anima duertere non semper esse iram: sed sæpe numero manifestam gratiã, quãdo Deus homini materiam peccandi subtrahit. Non enim id facit, propter ea quod nobis inuideat, sed ne grauioribus pœnis nos afficiat, si peccatis peccata cumulauerimus. Imò hanc ipsam obcausam Deus homini nõ vitã protẽdit, ita vt qui prius & ab initio nongentos viuebant annos, nunc vix septuagesimum attingant annum, vt Dauid ait. Dies annorum nostrorũ sunt septuaginta annos: si quid autem eo amplius vita nostra protẽditur, dolorem esse & laborem. Id autem non ideo fit, quod vitæ hominũ Deus inuidiã concipiat, sed nẽ amplius peccet, & se in maiorẽ condẽnationem tradat. Iam ipsam ob causam Deus quã-

doq; & alia nobis subtrahit, quorũ occasione & labi possemus: quo consilio modo Nazarenis suã præsentiã subtrahit, ne grauius delinquerent. Solet etiã & sæpe dominus suã præsentiam in pœnam peccati tollere: vt impij indigni facti pœnitentia, amplius puniantur. Vnde in Numerorum libro ait Moses, quod *Numer. 14.* postquam dominus redarguit Aaronem, & Mariam, iratus contra eos abijt: nubes quoq; recedere fecit, quæ erant sup tabernaculũ. Cum autem Deus recessisset, apparuit Maria leprosa. Vbi clare vides quomodo cum Dei peccatoribus irascitur, recedit ab eis: vt grauius eos puniat. Vnde tibi cauendũ erit maximè ne à te ob ingratitudinem tuam recedat, vt puniat. ¶ Præterea abscondit se vt doceat à furiosis & ira cõmotis fugiẽdum esse: quod quidem non in ignominiam, sed potius in honorem & laudem nobis cedit: veluti qui à leone, vel verso saucio fugit nõ ignominiã illi est, sed potius magnæ prudentiæ. Quid igitur est quod tu ignominiam existimes fugere ab homine furioso: qui nihil differt à feris animãtibus? Quando ollã feruet, & ius omne diffunditur, præsens est remedium si à prunis eã abstuleris. Sic furiosis hominibus ne amplius furiant, remedium erit materiã abstrahere, quæ ignis est patientiæ tuæ: quãdoquidem cum illa magis ac magis inflammantur: quod non ignominiosum est, imo gloriosum, & laudabile, vt sapiens ait. Honor est homini, qui *Prouer. 20.* separat se à contentionibus. Victoria & triumphus est à malis fugere, & eos contemnere. In psalmo tertio cuius titulus est de filium⁹ Dauid cum fugeret à facie Absalon filij sui, canit Dauid victoriam, & ait. Quoniam tu per- *Psalm. 3.* cussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dontes peccatorum contriuisti. Qui locus nõ in paruam me rapit admirationem: nam si *1. Reg. 17.* hunc Dauid sanctus canaret, enim gigantẽ illum vastum Goliath superauit, apta quidem & idonea verba videntur: mirum autem est quod fugiens hoc dicat. Verum enim vero hæc victoria maxima omnium est & præclara, quæ homine victoriæ digna est, peccatores derelinquere, fugere mundum, se ipsum vincere, propriam passionem & iram temperare: magnanimitas quidem est quandoque fugere, & inimicum relinquere, cum alias possis illum vincere. Potens & fortis erat Dauid, siquidem plurimos leones, *1. Reg. 16.* vrsos, & philistæos interfecerat, nihilominus tamen ab Absalone fugit, & celebrem hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

& glorioſam victoriam canit, quam de ſe ipſo aſſequutus eſt. Helias fugit à Iezabel & in deſertum abijt: non illius metu: quando homo erat, & ità vnili animo præditus, vt facie ad faciem auſus fuerit ſuperbum regem Achab reprehendere. Paulus Damaſci fugit, quia vidit tum temporis conueniens eſſe: qui poſtea cùm apertus carcer eſſet, & rogatus à cuſtodia noluit fugere. Et is, qui tam conſtanti fuit animo, vt dixerit, ego non ſolùm alligari, ſed mori in Hieruſalem paratus ſum: quàdo opus fuit Cæſarem appellauit. Sic Chriſtus qui ſe ipſum obtulit exiens obuiam inimicis, nunc tranſiens per medium illorum ibat: quia nondum venerat hora eius. Docet etiam Chriſtus hoc facto Apoſtolos ſuos omnia omnibus debere fieri. Nec volentes reijcit, nec inuitos alligat: nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deeſt. ¶ Deinde docet quomodo contra veritatem nihil poſsit humana malitia. Scriptum enim eſt: ſuper omnia vincit veritas. Quid profuit iſtis, vt contra Chriſtum inſurgerent? Nihil hominũ potentia valet aduerſus veritatem. Paulus plenus fortitudine dicebat. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Videns autem fortitudinem veritatis ait. Nihil poſſumus aduerſus veritatem. Nec vniuerſa ſynagoga poterat reſiſtere ſapiẽtiæ & ſpiritui, qui loquebatur per Stephanum: nec vnmerſus mundus aliquid aduerſus te valebit, ſi Deum tecum habueris. ¶ Denique vt de hac re finem dicendi faciam docet locus iſte Deum non à nobis abire, niſi nos ipſum flagitiis noſtris à nobis ſemouearnus, quòd in Nazarætis iſtis videmus, apud quos Chriſtus manebat & docebat, & manſit donec illum expulerunt. Sic olim receſſit dominum videmus: qui multoties, licèt filii Iſrael grauiſsimè peccarent non tamen recedebat Deus ab eis, donec ipſimet Deũ deſerebãt, atq; propulſabant: nam conflantes aurcum vitulum grauiſsimè delinquentiſic adeò vt timeret Moſes ne promiſsiones ſuas reuocaret propter tam graue ſcelus. Et ob hanc cauſam dicebat Deo. Aut dimitte illis hoc peccatum: aut dele me de libro, quẽ ſcripſiſti. Ac ſi clarius dixiſſet, Si non dimittis peccatum illis, iam de me & aliis hominibus actum eſt, quod ad æternam ſalutem attinet. Id ipſum quoque timebat Dauid cùm adulterium & homicidium patrauit, vt diceret. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Et hoc modo Iſraelitæ ſæpenumero in Deum peccauerant, & digni fuerunt, vt Deus ab illis recederet: eo potiſsimum, quod omnes prophetas miſſos ad annunciandum verbum domini perſequebantur, & occidebant: quemadmodum illis non ſolum beatiſsimus Stephanus, ſed etiam Chriſtus dominus obijciebat. Veruntamen non receſsit Deus ab eis, donec ipſi ſuum verbum & vnigenitũ filium crucifixerunt, & dixerunt. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et ad Pilatum. Tolle eum, nõ habemus regem, niſi Cæſarem. Ideò Apoſtoli Iudæis dixerunt. Vobis oportuit primum loqui verbum Dei, quia autem reiecimus eſtis, ecce conuertimur ad gentes, quoniã hoc mandatum habemus. Vnde impletum videmus quod ſapiens dicit. Altiſsimus eſt paries redditor. Et quod Paulus dicit. An ignoras quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor tuum, &c. Similem quoque bonitatem Dei experimur in nobis ipſis. Quoties enim obſecro Dei ira, deteſtatione, & indigna tione digni ſumus? Attamen Chriſtus nõ recedit à nobis noſtram expectans reſipiſcentiam & pœnitentiam: quam niſi egerimus, miſere perendum nobis reſtat. Sed iam ad cõtextum reuertamur. *Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibique docebat illos ſabbathis.* Quia Nazarætæ audire nolebant, dereliquit eos: quia loqui in aures audire nolentium non eſt æquum. Vbi enim auditus non eſt (ait ſapiens) ne effundas ſermonem. Nam ſi cùm ſeminandum eſt triticum terræ aptitudo & maturitas expectatur: potiori ratione ad ſeminandum verbum Dei tempus aptum expectandum eſt: & id cauendum quòd potiſsimè dominus commendat. Nolite ſanctũ dare canibus: neque proijciatis margaritas ante porcos. Quibus verbis duo genera hominum exprimit, quibus hæc myſteria (quæ ob dignitatem ſancta, & ob pulchritudinem margaritas Chriſtus appellat) non ſunt communicanda infidelibus, & eis, qui ſirum vitam agunt. Etenim cùm in nobis duæ partes ſint præcipuæ intellectus, atque affectus: vt verbum Dei in his ambabus fructificet, oportet prius vt intellectus vim ſuã ſubijciat diuinæ authoritati, neque terminos ſibi præfixos progredi audiat. Deinde opus eſt vt affectus ſit purgatus: alioquin quidquid animus vitioſis affectibus obnoxius committit, conſtim corrumpitur. Et ij ſunt qui margaritas pedi-

3. Reg. 19.
Act. 9.
2. Cor. 11.
Act. 16.
Act. 25.
3. Eſd. 3.
Phi. 4.
2. Cor. 13.
Act. 7.
Exo. 32.
2. Cor. 11.
Pſal. 50.
Act. 7.
Mat. 23.
Luc. 19.
Act. 13.
Eccl.
Rom.
Luc. 12.
Mat.

pedibus calcant: nam cernimus plurimos, qui fidem Chriſti profitentur, at teterrimis affectibus ſunt pleni, præſertim, qui carnis laſciuiæ ſunt dediti, nam audientes Chriſtiana myſteria ea contemnentes veluti pedibus calcant. Ideò porcos eos appellauit. Canes autẽ ſunt hi philoſophi, qui vim intelligendi habebant, & nulli ſententiæ aſſentiebantur, niſi ei, quæ ſuis opinionibus & argumentis nitebatur, Hi ergo cùm non aſſequerentur cæleſtem hanc philoſophiam (nam animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei) eã dilacerabant, detrahendo: & quò diuiniora & altiora erant myſteria, eo magis irridebãt. Sic reſurrectionẽ mortuorum, quam Paulus prædicabat, negabant & deridebant. Iſtis ergo ſuibus & canibus diuina verba non ſunt danda: quia ea vituperant. Ideò ab iſtis Nazarætis tollit Chriſtus verbum Dei: & abiit, eos vacuos derelinquens. *Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibique docebat illos ſabbathis.* Expende hic Chriſti redemptoris noſtri clementiam & benignitatem: qui nec indignatione cõmotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Galilæam deſerit: quin imò immemor iniuriæ, memor autem ſuę clementiæ nunc docendo, nunc ſanando omnibus benefacit, & bono malũ vincere ſtudet. Non impietas Nazarætorum, nec atrox culpa efficere potuit, vt euangelii munus ad gẽtes transferret: ſed ipſis operibus præſtitit, quod poſteà docuit ſuos diſcipulos nimirum vt eiecti ab vna ciuitate in aliam migrarent, nihil de vindicta cogitantes, ſed de incremento euangelii: vt vel ſic eijcientium malitia profi-
ceret etiam ad celeritatem diuulgandæ profeſſionis euangelicæ. Deſcendit autem in hãc ciuitatem potius, quàm in aliam: quia mariti ma erat, plena diuitiis, voluptatibus, & luxuria: vt plerunque contingere ſoleat ciuitatibus iuxta mare poſitis. Et cum anima aduertentia dixit, prouinciæ Galilææ: quia tunc Galilæa à multis gentibus incolebatur, & multi etiam ex Hebræis in idololatriam abierant, & pluribus aliis moribus deprauatis imbuti erant, tractis ab aliis nationibus: quapropter corruptiſsimæ & perditiſsimæ erat terra. Hic prædicat Chriſtus: quia maximè hæc gens doctrina indigebat. ¶ Expende etiam quomodo Chriſtus maiora miracula fecerit, & plures ſermones prædicauerit in Capharnaum, quã alibi. In quo maximè Chriſti benignitas conſiderãda tibi eſt: quia vbi magis offendebatur, ibi maiora ſuæ bonitatis fundebat beneficia. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Diſce ex hoc loco Deum ſummo proſequi amore. Quis enim non amabit Deum tã amantem, qui ibi amare non horret, vbi minus amari ſe ſentit? Quod obſecro iam erit pectus tam adamantium & ferreum, quod deuina miſericordia deſperet, poſtquàm videt Deum rot ſordes & deteſtãda flagitia nõ horruiſſe? *Et ſtupebant in doctrina eius.* Certum eſt diuinam fuiſſe ſapientiam, & inauditã planè, quæ auditores rapuit in admirationẽ. Sic ſolent mirari & ſtupere, qui numinis diuini potentiam ignorant. Non ſolùm mirabantur ſed ſtupebant in doctrina eius. Cauſam verò tantæ admirationis ſubdidit dicens. *Quia in poteſtate erat ſermo ipſius.* Non enim dicebat, hæc dicit dominus, vt alii prophetæ antiquitus facere ſolebant. Sed loquebatur cùm eis tanquàm Deus maxima autoritate atque diuina poteſtate, dicens. Ego autem dico vobis. Sic Matthæus dicit, quod poſtquã Chriſtus finiuit ſermonem in monte, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius: erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ & phariſæi. Præterea Chriſti verba ſpiritualẽ habebant virtutem, quæ corda ipſa penetrare valebant, vt conuertterentur, & pœniterẽt. Vnde egregius pſaltes. Dabit voci eius vocẽ virtutis. Et *in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna dicens* Nomen dæmonium ſecundum propriã ipſius ſignificationem commune eſt bonis & malis ſpiritibus: nam ſignificat ſcientiam: & propterea addidit euangeliſta, immundum, ad ſignificãdum, ſe de maligno ſpiritu loqui. Vſus autẽ loquentium iam nomen hoc vſurpauit, vt tantum malignos ſignificet ſpiritus. Præterea in ſynagoga dicit eſſe diabolũ, vt ſcias nullam eſſe congregationem, vbi aliquis non ſit habens ſpiritum nequã. Inter auditores cauſarum ſemper eſt aliquis habens ſpiritum contradictionis, qui omnia perturbet. In libro Iob ſcribitur quod inter filios Dei adfuit & Satan. Chriſtus etiam dixit diſcipulis. Nonne ego duodecim vos elegi, vnus autem veſtrum diabolus eſt? Et quod peius eſt dæmoniaci ligantur: ſed iſti qui ſpiritũ habent contradictionis & diſcordiæ, liberi ambulant omnia perturbantes, & zizaniam ſeminantes. Verùm nouit diabolus quantum damni ſibi afferat verbum Dei: & ideò Chriſti concioni adfuit, vt omnia perturbaret, aut ſi poſ

Luc. 8.
Pſal. 28.
Mat. 7.
Iob. 1.
Ioan. 6.
Mat. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si posset, diuinum verbum à cordibus eorum auerteret. Et enim multi audiunt verbum Dei: sed ne credentes salui fiant, adest diabolus, vt auferat bonum semẽ à cordibus eorum. Sic omnibus bonis aduersatur. Ità nunc sentiens diuini verbi virtutem cœpit vociferare vexatus à Christi virtute dicens. *Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio te, quis sis sanctus Dei.* Adulatione dæmonium vtitur: vt vel sic eum sineret illic manere. Sic multi adulantur prælatis ecclesiæ, vt sinant illos in suis peccatis, & vitijs manere. Præterea quod Iesum confitentur, bonæ est naturæ, quam sortiti sunt: quod vero aduersantur malæ voluntatis est. Coniunxit autem hæc duo verba, Iesu Nazarene: quia gaudet in nouitate, & studet semper in admonitione nouitatis, homines circumuenire: vt vel sic eos alliciat ad cupiditatem nouitatis, vt facilius in errorem inducat. Sanctum Dei vocat, hoc est, tu es ille sanctus Dei, qui expectatur à Iudæis Messias futurus. Sic in libro Daniel vocatur ab Angelo, vt vnguatur sanctus sanctorum. Et in Psalmo. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Obserua deinde, quod Christus statim in principio ostendit, qua nam causa venerit, nimirum vt de Satana triumpharet, & regnum eius destrueret. *Et increpauit illum Iesus dicens. Obmutesce, & exi ab eo.* Increpans illum exire præcepit, quibus docet ne præbeamus aures adulatoribus, imo arguendi sunt & increpandi. Diabolus nanque licet verum diceret, tamẽ mentiebatur, quia ipse non credebat Christum esse filium Dei, sed voluit illi adulari, vt in suam gratiam conciliaret. Secundo præcepit vt exiret, quia non erat tempus, vt illius ore Christi diuinitas in carne latens astrueretur. Et quia volebat ostendere, quales ipsa possidaret præcones, certè pios atque mundos: non eos qui omnium vitiorum immunditia polluti sunt. Deinde ne populus sibi persuaderet, diabolum posse vera dicere, & postea ab ipso mendacia seducerentur animam etiam si vera prædiceret Satan, minime audiendus est, quia omnia fecit ad hoc facere, vt nos decipiat. Et *cum proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo nihil lædens eum.* Quamuis enim aure egressionem hominem illum affligeret: iuxta illud Marci, discerpens eum, spiritus immundus: tamen postquam egressus est, damnon prior illa afflictio diuina virtute cessauit, & requieuit

Lucæ. 8.

Daniel. 9.

Psalm. 15.

Marc. 1.

homo. Furensitaque dæmonium illud proiecit hominem illum in medium iam exiturus. Interdum verò torquent, ac discerpunt in ipso egressu: vt quas possunt ab hominibus furnãt pœnas. Huiusmodi sunt homines qui locum alterolitem habentes nõ desistunt aliquousque vicompetãtur, vetita quo possint damno aduersarium afficiant. His sunt vel ridiculorum imitatores, quorum mores, per totam vitam sequentes non credunt fe illis etiam in æterno igne futuros esse socios: & audituros vocem illum. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. *Et factus est pauor in omnibus.* Admirabiliter qui hoc miraculum viderunt modo, quo Christus dæmoniũ illud expulit: cum exorcizet apud illos dæmones eijcerent non imperatiuè, sicut nostra autoritate, vti Christus Dominus: hominis naturale est visis magnis & insolitis rebus timere: quamuis diuerso modo. Boninanque visis mirabilibus Dei timorem cõcipiunt, quidam cum reuerentia: impiorum autem conscientia cito terretur, ne quid seũdum eorum merita illis contingat: præsertim dum diuinæ potestatis aduertit præsentiam. Vnde in actis apostolorum habetur. Fiebat autem omni animæ timor, videlicet visis miraculis apostolorum. Quia vero Christus imperando faciebat miracula, ideò in magnam laudo trahebantur admirationem. Et colloquebantur ad inuicem dicentes. *Quid est hoc verbum.* Verbum hic accipitur pro re significata per verbum, sicut in scripturis frequenter accipitur. Itaque dicunt, quid est hoc verbum? id est, quã mirabile est opus istud? Cui. *Quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus & exeunt.* Hoc est sermone imperatiuo & potentia efficaci dæmonia ejcit. Nihil obstare eo, quod de dæmonio scribitur in libro Iob: nullam esse potestatem super terram, quæ cum illo valeat conferri. Sed non mirum, quia hæc de habitantibus inferam hanc lacheymarum vallem dicuntur: qui autem de cœlo venit, super omnes est. Christus enim diuina, cœlesti, & supernaturali potestate hæc facit: nam creatura Christi potestas tanta est, vt sicut nostis Augustinus ait, sicut imperato, imperetque soloribus, sicut & anima ipsius illos illuminat multoque altius, quam aliquis Angelus superior inferiorem. Obserua autem quod quamuis Christus vnum curauerit, pluraliter loquebantur, dicentes: quod imperabat spiritibus immundis, quia plurale pro singulari ponebant, vt sæpe consuetum est in sanctis scripturis, & in communi modo loquendi. *Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.* Sciscet in regionem Galilææ vbi Christus hoc miraculum fecerat: quod Marcus expressit dicens. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Statim post hæc verba aliud miraculum Lucas recitat dicens. *Surgens autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis.* Protinus egrediens de synagoga, ostendere voluit se non ambire applausum & gloriam hominum in operandis miraculis: longè aliter faciens, quàm multi, qui statim, vt aliquod bonum vel egregium opus faciunt, non à foro discedunt, sed ibi omnib' sua egregia facta ostentant. Præterea ille, qui tam egregiè in synagoga prædicauerat, nunc opera charitatis exercet, visitans pauperes infirmos: & sanans, ac curans: vt doceat prædicatorem verbi Dei non solùm verbis, sed etiam factis & operibus charitatis populũ eruditre debere. Denique non diu manet Christus in loco publico, sed statim ingreditur cũ quatuor discipulis domum Simonis Petri.

Marc. 1.

Matth. 8.

Luc. 4.

Ioan. 6.

Mirum hoc est (vt Chrysostomus ait) quod hospitandi gratia, & vt cibum sumeret, hoc fecit, quod satis innuitur ex verbis quæ euangelista subdit, quod surgens socrus Simonis ministrabat eis. Etenim ipse dominus, qui aui bus nidos, & brutis animantibus domicilia parat, nullam propriam domum habebat, vt ipse alibi dicit, Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos: filius autem hominis, &c.

¶ Intrauit autem in domum Simonis, potius quam in aliam: quia Christus his honorẽ impendit, à quibus ipse honoratur. Vnde olim dixit. Qui vnoue honorauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Petrus Christum honorauit, relinquens domum, retia & omnia, quæ possidebat, sequens illum. Ideò Christus illum vult summo honore afficere. Sic Magdalena cùm Christum quæsiuisset in domo Pharisæi, Christus magni illam fecit, & illam humanitus & benignè accepit, & à Pharisæo illam tutatus est. Ità nimirum si tu Christum magnificares ipse te ipsum in summos eueheret honores: si eum ità Dei oblitus viuas, non mireris si ipsum Deus obliuiscatur. ¶ Obserua etiã pauperes non esse contemnendos, nec qui se cundum populi vocem inopes sunt. Nonne pauperes elegit Deus, diuites in fide? Vnde dominus per Esaiam. *Quæ est ista domus quã ædificatis mihi? Ad quem ego respiciam nisi ad contritum & humiliatum, & trementem sermones meos:* Mundani homines nescium circuire nisi alta palatia & deauratas domos: vt diuitibus blandiantur, & fauorem magnatum sibi concilient. At Christus qui docet superba contemnere: & mundi vanitatem paruifacere: non diuitum nec principum domos ingreditur: nec aulas regum quærit: sed in domũ Simonis piscatoris & pauperis ingreditur. Pauper quidem supellectilium erat: sed diues cum Christo. Honorat Christus potiũ virtutes quàm diuitias. Non sic mundus consueuit facere: qui non nouit, nisi diuitibus honorem præbere. At vt quidam dixit: probitas laudatur, & alget. Itaque Christus ingreditur in domum viri iusti, & pauperis. Humiles respicit Deus, sicut aquila piscículos in mari perambulantes. ¶ In hoc etiam Christus significabat, quòd repudianda esset synagoga, & futurum esse, vt Christus ad gentes transiret per euangelii prædicationem, & ex gentibus constituendam fore ecclesiam, cuius caput Petrus erat. Ideò Christus synagogã relinquit, & abit in domum Petri: quod factum Esaias olim prædixerat. Venite (inquit) ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, &c. Sequitur. Iudicabit gentes, & arguet populos multos. Proiecisti enim populũ tuũ domum Iacob. ¶ Aduerte autem quod intrauit in domum Simonis (vt Chrysostomus ait) vt hoc beneficio discipuli affecti maiorẽ præstarent diligentiam in Dei seruitio. Petro voluit hoc beneficium donare, vt ipsum magis ad sui obsequium deuinciret. Grande quidẽ beneficium dominus illi impendit, in cuius domum ingredi vult, & cum illo sedere: & hoc recordatus Centurio dixit. Domine non sum dignus, &c. Et Abraham quando dixit, si inueni gratiam in oculis tuis. Ideò dominũ loquutus de eo, à quo ipse diligitur, tanquam magnum quid dicens, subdit. Ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Hinc omnia bona nobis eueniunt, quandoquidem suo aduentu animam nostram auget, & locupletat. Moses, qui pusillanimis erat, quique metu Pharaonis fugit in Aegyptũ: postquam dominus ad illum venit, & ei in mõte apparuit, audaci & virili pectore loquutus est ad Pharaonẽ. Iacob etiam, qui nimis timebat Esau, quique ob illius metum à domo patris recessit: postquàm luctam cum Angelo est ingressus

Luc. 2. Esai. 66.

Chry. hom. 28. in Mat.

Mat. 8. Gen. 18. Ioan. 14. Exo. 2. Exo. 3. Exo. 5. Gen. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus fortis extitit. Magnum equidem beneficium dominus impedit Petro: & magnum etiam est, vt dominus velit te sodalem & hospitem habere. At tu peccator hoc ingens beneficium non vis agnoscere: nec Deo, qui ad postes ostij tui pulsat, vis aperire: cum dicat, *Apoca.3.* Ego sto ad ostium & pulso. Aperi mihi Soror mea, &c. Si quis aperuerit intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. ¶ Obserua etiam quod beatus Petrus non Christum rogabat vt in domum suam veniret: cum infirmam socrũ haberet, & febre laborãtem. Quare obsecro Petrus Christum non rogabat? Hæc est sanctorum perfectio, vt sua propria obliti, nulla *Exod.32.* rationem habent nisi alienorum bonorum. Sic Moses, cui dominus maiora promittebat: hæc omnia oblitus, tantum de populi vtilitate curabat, & dicebat domino. Parce populo: aut dele me de libro, quem scripsisti. Et Paulus etiã Corinthijs ait. Ego autẽ libẽter impẽ- *2.Cor.12.* dam & superimpendar pro animabus vestris. Et iterum. Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et Christus cum captus fuit in hor- *Roman.9.* to. Si me quæritis, sinite hos abire. Et ad filias *Ioan.18.* Ierusalem. Nolite (inquit) flere super me sed *Luc.23.* super vos. Sed nos multo aliter, qui nostri magnam curam habemus, ità vt pro vtilitate proximi nõ aliquem velimus subire laborẽ. Sed vide quam curam Christus suorum habeat ita vt non rogatus in domũ Petri abeat. Gerit nanque dominus specialem curam eorum, qui sui & suarum rerum propter Christi *Ioan.6.* amorem obliuiscuntur. Ita solertem curã eorum habuit, qui cum in desertum sequebantur sine vllo victu, quos quinque panibus & duobus piscibus satiauit: quia suæ necessitatis obliti, illum sequebãtur. Cum autem Petrus nullam curam ad se pertinentium haberet, ábijt Christus in eius domum: & socrum sanauit de qua noster euangelista inquit. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Quia habebat socrum, quidam hæretici putarunt, Apostolos post apostolatum cõiugatos fuisse quod falsum est: quia cum omnia tempora sua dimisissent, etiam vxores dimiserunt & ex vtriusque consensu mulieris scilicet & viri, cœlibem peragebant vitã. Sic affirmat & asserit diuus Hieronymus in primo libro aduersus Iouinianum: & de beato Petro specialiter hoc asserit in epistola cõsolatoria ad Iuliánũ. Et in epistola secunda quarta ad Pammachium in fine concludit dicens, quod Apostoli vel virgines vel continentes fuerũt. Sed de his alias. ¶ Verum in his verbis duo obseruatione sunt digna. Primum quod non ait, quod tenebat febres, sed quod tenebatur à febribus. Sic peccator tenetur à suis passionibus & peccatis, ità vt captiuus teneatur, nec id quod vult facere possit. Vnde in persona *Psal.* peccatoris ait egregius psaltes. Funes peccatorum circumplexi sunt me. ¶ Secundo nõ quæcunque sed magnis febribus tenebatur. Febris magna vt erat hæc, quæ laborabat socrus Petri, cito curatur: at febris quæ in cæsibus latet, hæc vitã rapit, & ad interitum ducit. Ità magnũ peccatum raro nos infernum ducit: nam ipsius magnitudo nos terret, ità vt in cognitionem eius veniamus: quo fit vt illius pœnitentiam agamus cum mentis nostræ meliori resipiscentia. At hæc peccata parua in quæ quotidie dilabimur, & ad quæ obseruãdã paruitatem non respicimus: hæc inquã sunt, quæ in interitum celeri cursu nos vocant, vt sunt murmurationes, & infamiæ proximorũ, quorum cum non pœniteamus, paulatim & sensim in crucem inferni nos inducunt. ¶ Infirmatur itaque soerus Petri in quo expẽde quo modo Deus dilectis suis labores, ægritudines, & afflictiones mittit. Vnde de Lazaro Sorores eius per nuncium dixerũt. Ecce quem *Ioan.* amas infirmatur. Et Paulus. Ne magnitudo a- *2.Cor.* cõiunctos, & familiares existimãt, hi inquam reuelationum extollat me: datus est mihi angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. Etenim infirmitas dilectis Dei valde vtilis est. Primo nanque animam purgat à prauis moribus, ẽ quam à malis humoribus. Vnde Salomõ. *Li-* *Prou.* uor vulneris absterget mala. Sicut enim in infirmitate prauis humores consumuntur, & euacuantur: ità, vt transacta ægritudine homo in meliorem valetudinem perueniat: sic infirmitas corporis animã humoribus peccatorum & prauarum effectionum vacuat, & purgat. Sed de his alias. *Et rogauerũt illum pro ea.* Offerunt pro illa preces sancti apostoli hospitalitas aut simultas: sicut familiares principũ facere consueuerunt. Etenim vt maior postea calore pro suis & suorum negotijs interpellandi sit locus, negotia pauperum ægritudinis verbis, regibus exponunt: sua vero propria negotia, & eorum qui se suæ fidei commendarũt, bone Deus, quos ambagibus euoluunt mendacijs in longissimas moras protrahunt. Pauperibus vero dicunt, coram rege fuisse se peroratũ, cum nec vnum verbum sint locuti. Ne suis prauis commodis aliquid minuatur, & simulant nescio quæ impedimenta & obstacula, quæ iam fere peractum negotium disturbarunt: quo fit, vt nec miseris pauperibus subsidio sint, neque aliorum necessitatibus finem imponant, hos & illos variis modis illudẽtes. Munera ab eis accipiũt, quorum negotia promittunt tractaturos: at postea vacuos & illusos mittunt. Non sic fecisse legimus sanctos Apostolos, quibus similes regum priuati & amici esse deberent, vt semper pro miseris & pauperibus intercederent. At isti de quibus antea loquebamur ad nihil aliud deseruiunt, nisi vt sustitrones sint: & vt irasci & indignari faciant prælatos aduersus subditos. Ità iniquus ille Doeg regis *1.Reg.22.* Saul priuatus regi nunciauit se vidisse sacerdotem Abimelec panes propositionis dedisse Dauid: quæ verba in tantum eesserunt dãnum sacerdotis, vt interfectus fuerit cũ aliis octuaginta quinque sacerdotibus, & populus Nobe ex tribu sacerdotali accensus fuit, & alia innumera mala contigerũt. Mẽdacia nãq; domesticorũ & amicorũ tanquã euãgelia credunt, veritatẽ autẽ subditi, cui male volunt, mendacium iudicant: nisi hos magnates familiares & amicos habueris, nihil in omni negotio conficies. Hi omnia sua tyrannide efficiunt. Dolendum quidẽ est, vt ità cæci & obnubilati sint principes & prælati, vt hoc tantũ malũ non videant: nã hi quos ipsi amicos, cõiunctos, & familiares existimãt, hi inquam eos tradunt, decipiunt: & semper ad populũ male de illis nunciant. ¶ Perpende autem ex hoc colligi loco vtilem & sanctam esse sanctorum intercessionem: nam precibus Apostolorũ Christus hãc mulierem sanauit. Ordo nanque diuinæ est sapientiæ, vt per superiora inferiora disponat & gubernet. Quo circa vt per cœlestes orbes terrena ista fœcundat: ita per Angelos & fœlices animas, quæ in patria triũphantes requiescunt res nostras sæpè nobis dispensat. In qua re nõ modo nihil honoris Deo derrahitur, imò multũ ei defertur: quippe eo honore seruos suos dignos effecit, vt quæ sua ipse authoritate facturus erat, per ipsos, tanquam per veros amicos velit dispẽsare. Abraham pro rege Abimelec Deũ deprecatus, veniã illi obtinuit: & Moses populo veniam impetrauit de vitulo conflato. Et in libro Iob legimus. Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquẽ sanctorũ conuertere. *Quæ* quidẽ verba, quãuis Eliphat ad Iob dixerit, non tamen Iob eã reprehendit: sed consiliũ datũ libenter suscipit, cùm tamen alias de maledictis antea ab ipso reprehensus fuerit. Et in eodẽ libro post descriptã omnẽ disputationem, quã Iob habuit cũ suis amicis, in qua illi amici Deũ offenderant statim ponitur præceptum Dei, quo iussit illos abire ad ipsum *Iob.42.* Iob, vt rogarent illum vt pro eis ad Deum intercederet. Quod cùm illi (vt dominus præceperat) fecissent, Iob pro illis oran exauditus est. Et Centurio qui puerum habebat paraly- *Luc.7.* ticum seniores Iudæorum misit ad Christũ, vt pro salute pueri deprecarentur. Et Stepha- *Act.7.* nus pro inimicis orat dominum, & Apostoli nunc orant pro socru Simonis, sicut & antea *Mat.15.* pro Cananæa: in quibus orationibus obtinuerunt quod petebant. Sed dices, Verũ est hæc sanctos consequutos esse dum viuerent: sed non modò qui iam dormiunt. Si dũ vixerũt poterant: multò melius nunc. Charitas enim *1.Cor.13.* nunquàm excidit: & quanuis corpora exuerint non tamen deposuerunt affectum pietatis erga patriam, gentem, fratres, cæterosque credentes: quibus oprant, vt idem regnum, quod ipsi, adipiscantur. Vnde egregius ac di- *Psal.31.* uinus vates. Pro hoc orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Illud est tempus opportunum, quo graui febri laboramus: quo grauibus necessitatibus premimur. Si autem in hac vita sancti pro aliis orant, dum etiam de se soliciti esse debent: quanto melius orabunt post triũphum & victoriam, quã fieri minimè potest, vt amittant? Iacob postquàm neporibus benedixit ait. Angelus, qui eruit me de cunctis malis be- *Gen.48.* nedicat pueris illis, & inuocetur super eos nomen meum: nomina quoque patrum meorũ Abraham, & Isaac. Vbi docemur tam angelos quàm sanctos defunctos inuocato eorum nomine nobis esse subsidio. Benè quidẽ merita Abrahæ, Isaac, & Iacob, sanctus Moses po- *Exo.32.* suit ante oculos Dei, vt populo parceret. Et *Dan.3.* Azarias positus in ardenti fornace Ne quæsumus, inquit, tradas nos in perpetuũ propter nomen tuum: & ne auferas misericordiã tuã à nobis propter Abraham dilectum tuum, & propter Isaac seruum tuum, & Iacob sanctũ tuum. Si ergo sanctorum merita nobis præsidio sunt & auxilio: cur ad eos preces non nobis magnopere conferemus? Sic in secundo Ma- *2.Mac.15.* chabeorũ habetur quòd Onias & Ieremias orabant pro populo Dei. Et in Apocalypsi, *Apoc.8.* ascendit fumus orationum sanctorum de manu Angeli coram Deo. ¶ Docemur etiam pietatem & misericordiam exercere erga infirmos

Universidad de Deusto
Biblioteca

mos, vt sancti apostoli fecerunt orantes Christum pro hac infirma. Visita eos, & cõsolare,
Eccle.17. & adiuua in eorum tribulatione & necessitate: sicut scriptura monet. Non te pigeat visitare infirmum ex his enim in dilectione firmaberis. Et Iacobus. Religio mũda & immaculata apud Deum & patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.
Iaco.1. ¶ Præterea obseruandum hic est, dominum aliquando curasse sine precibus sola sua clementia motum, vt dæmoniacũ, de quo nunc diximus: aliquando precibus alienis, vt fecit cum socru Simonis: aliquando precibus proprijs, vt leprosum, de quo in sequenti capite dicetur. Sic animas peccatrices tripliciter curare solet. Primo interueniente sola benignitate suæ clementiæ, vt Paulus ait. Ignoras,
Roman.2. quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundo interueniente oratione ecclesiæ. Ideò Iacobus. Infirmatur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super
Iaco.5. eum, &c. Tertio interueniente proprio dolore & gemitu. Vnde dominus. Ego audiui gemitum filiorum Israël. Et Ezechiæ regi ait.
Exod.6. 4.Reg.20. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas
Psalm.29. tuas: ecce sanaui te. Ideo dicebat Dauid. Domine Deus meus, clamaui ad te: & sanasti me. Et *stans super illam imperauit febri, & dimisit illam.* Incubuit super illam inflexo corpore velut eam dormientem excitans. Imperans autem febri, cognoscitur Christum Deũ esse: qui imperando miracula operabatur.
Attende etiam quantum profuerit huic mulieri beatum Petrum generum habere. Beatus Petrus non erat diues sed sanctus: & tantum hæc mulier lucrata est copulans coniugio filiam suam cum beato Petro, vt meruerit in domo sua Christum habere, & diuina virtute miraculo facto sanari. Nunc autem in coniugijs plus rationis habetur de pecunia quam de virtute. Etenim que-
1.Reg.25. runtur diuitiæ, nõ candidi mores. Vide quãtum profuerit Nauali Carmelo vxorem duxisse prudentissimam, & virtutis cultricem: quandoquidem illum à morte liberauit. Dixit etenim Dauid ab Abigail. Benedictus dominus Deus Israël: qui misit te hodie in occursum meum: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem. Præterea memento Christum hospitem tuum suscipere, vt extinguat febrem tuæ libidinis, & ardorem iræ tuæ, & auaritiæ: vt vel sic possis in-

columis ei seruire, vt hæc mulier fecit, de qua subdit euangelista. *Et continuò surgens ministrabat illis.* Duo hic obseruanda sunt. Primũ quod statim surrexit, in quo diuina virtus & potentia cernitur in miraculis à Christo factis: nam quãuis febris relinquat infirmum tamẽ molestiã sentit ægritudinis & debilitatẽ, ita vt paulatim in pristinã valetudinem perueniat: sed sanitas miraculosa, quæ datur à diuino medico, statim perfectè sanat, & integrũ robur tribuit. Quo facto etiã arguitur & reprehenditur contumacia voluntatis humanæ: quia omnis creatura sensibilis diuinis obedit mandatis, quibus miser homo contradicit. ¶ Secundo, quod statim, vt salutẽ consequuta est, ministrabat eis: quo facto discere te oportet, vt eam incolumitatem & optimam valetudinẽ, quam dũs tibi præbet, in Dei obsequio & in ipsius diuinis mãdatis exerceas. Sæpe etenim contingit, vt infirmus sis, & à domino salutẽ petis: quam tamẽ ipse tibi denegat, quia secũ recta valetudine te illũ offenderes. Melius est & salubrius animæ, vt infirmeris: si tamen Deũ offendere debes cũ sanitate. Quis plane vincã: & de fructu eius nõ comedit? Si igitur dũs salutẽ tibi præbet, æquum est vt cum illa domino seruias: vt fructus colligas arborũ quas plantauit. Præterea non acceptat Deus opera facta in infirmitate peccati. Prius restituta est illi sanitas, & postea Deo seruiuit. Sic tu prius animæ tuę infirmitatibus medere, & dic cum Dauid. Miserere mei Deus quoniam infirmus sum: sana animam meam, quia peccaui tibi. Postquam verò ab infirmitate animæ sanus fueris, tũc dignam poteris Deo offerre seruitutem. Est enim in hyeme quoddã genus pyrorum quæ nisi assentur, ob nimiam duritiem & asperitatem comedi nõ possunt: at vero assata, sapida sunt & optima. Omnia opera nostra similia sunt his pyris, quæ nisi igne charitatis crementur, nullius sunt valoris. Non acceptat dominus opera facta extra charitatem vt vitam æternam pro illis donet. Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius Abel respexit, postea oblata donauit. Prius surge ab infirmitate animæ & à lectulo malæ conscientiæ: & postea quam surrexeris poteris sicut hæc mulier, Christo diligenter ministrare, & obsequia grata ei offerre. Sed caue propter hoc etiam si in peccato mortali iaceas, ne dimittas bona opera facere. nam etiam si nec gratiam, nec gloriam meritis, neq; de cõgruo neque de condigno Deus

aurem dabit tibi gratiam suam: non ob meritum horum operum, sed propter eorum respectum. Sic Nabuchodonosor cùm in visione illa intueretur suę damnationis imaginẽ, dixit ei Daniel. Peccata tua eleemosynis redime. Discе etiam semper Deo offerre dona illa & beneficia, quæ solũ ab eius manib⁹ proueniunt. Nam si tibi donat scientiam, literas, vitã, salutẽ, & alia multa, videas hæc esse talẽta quæ seruis illis euangelicis dedit, & vult vt ea omnia illi reddas nõ sine fœnore & lucro. Non ea omnia dedit, vt illa abscondas sed vt cum illis illi seruias, & eum honores. Nam statim, vt mulieri huic salutem dedit, eam exercet in ipsius domini obsequio. ¶ Denum vt concludam grata fuit hæc mulier benefactori suo: nã pro accepto beneficio, Christo diligenter ministrauit. Non ingrata fuit, sed potiùs surgens ministrabat ei, qui beneficiũ contulerat. Sic ille sanctus rex faciebat, cum dixit animæ suæ. Benedic anima mea domino: & noli obliuiscі omnes retributiones eius. Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Vult Deus, vt grati simus eius beneficijs. Qua de causa dominꝰ voluit vt Hebræi pascha illi celebrarẽt: vt recordarẽtur, quomodo dominus eduxerit eos de Ægypto. Si quis interrogaret Hebræũ qua ratione pascha celebrabatur in Ægypto, responderet vtique quia obnoxij tenebamur seruituti Pharaonis: & ille agnus vocauit in libertatem, & exiccauit mare, vt ab Ægypto exire possemus: & postea in recordatione tanti beneficij agnum immolauimus. Sic opus est vt recordemur Christum suo sangui ne à peccatis nos mundasse, & à seruitute diaboli: atq; ità gratias agere deberemus pro tot tantisq; acceptis beneficijs. Nã si hęc mulier Christo domino & suis discipulis ministrabat pro salute accepta: quãto potiꝰ seruire deberemus ei, qui salutẽ restituit animæ nostrę? Denique omnia festa, quæ Hebræi celebrabãt ad nihil aliud fiebãt: nisi in recordationem tãtorum beneficiorum, quæ à manu Dei receperant. Discamus igitur ab hac muliere gratos semper nos exhibere Deo. *Cùm autem solaccidisset omnes, qui habebant infirmos variis lãguoribus ducebãt illos ad eum.* Cùm reges suas ciuitates ingrediuntur, offertur eis argentum aurũ, gẽmæ: & quidquid pretiosum in ciuitatibus est. Sed Christo redemptori nostro omnes fœtidi, saucij, & vulnerati offerũtur. Nec mirũ cũ nihil aliud ei nos offerre possimus.

Et quid obsecro aliud nos habemus? Mater nostra putredo est, & sorores nostræ vermes. Et cũ his omnibus peccata offerimus horrẽda. Nihilominus tamẽ ipse pijssimus & benignissimus Iesus non auertit oculos, nec tergat, (vtpote qui infirmitatibus nostris mederi venit) imò cupit hæc sibi offerri, & exultat
Luc.15. dicens. Cõgratulamini mihi, quia inueni ouẽ quæ perierat. Gaudet vtiq; talibus oblationibus & quãuis ei nõ adhæreat lepra nostra, nõ propterea horret tãgere nostrã saniẽ: quapropter ei adhęsit non culpę sanies, sed pœnæ.
¶ Obserua autem quam vtiles sint infirmitates & ægritudines, quãdo nos ducunt in cognitionẽ Dei: & in causã sunt vt quæramus illũ. Quod manifestissimo exẽplo sacrarũ literarũ tibi ostendã: nã Nabuchodonosor rex Ba
Dan.4. byloniæ tyrannus & persequutor grauibus à Deo inflictis laboribus & infirmitatibus se ipsum humiliauit, & pœnitentiam egit: & denique saluus fuit, vt beatus Augustinus
Aug.habetur ca. Nabuchodonosor.23.q.4. ait. Filius etiam prodigus cum diues erat, reliquit domum paternam: sed in afflictione redijt ad Deum. Sic Ezechias rex in sua afflictione & infirmitate redijt ad Deum, & fecit: posteà verò in prosperitate elatus est,
Luc.15. Deoq; pro acceptis beneficijs debitas gratias
2.para.32. nõ egit. Veniebant itaq; ad Iesum illi & sanabantur: sed hoc intelligitur, si Deus incendat afflictum animum igne cœlestis cuiusdam desiderij. Vt enim ex duro informiq; ferro nullum elegans opus efficitur, in quo artifex suũ possit ingenium ostentare, quanuis illud malleo percutiat: nisi ferrum ipsum ignitum sit. Sic frigidus: & induratus animus nequaquã expoliri & excoli poterit, etiam si afflictionibus sit percussus, nisi igne diuini auxilij fuerit incensus. Christus eos vocabat & recipiebat, & manum porrigebat, vt venirent & accederent, & denique salutẽ animabus & corporibus tribuebat. Nos etiam accedamus ad Christum ficæi, si infirmi, si debiles, & con
Psalm.33. fracti sumus. Vnde egregiꝰ psaltes admonet dicens. Accedite ad eum, & illuminamini. Si scapha in medio maris est sine velis & remis, huc & illuc à ventis agitatur & impellitur & tandẽ submergitur: sin autẽ funibus fuerit ligata secura est & tranquilla. Sic etiã peccator à Deo separatus & longe factus ab illo ambulat post sua desideria fluctuans in medio mũdi huc & illuc suis vitijs impulsus: & tandẽ demergitur in profũdo maris. Sed si fumibus Deo hæserit, & ligatꝰ fuerit Chro per ẽrã

Universidad de Deusto
Biblioteca

liber erit à perditione & morte æterna.

¶ Vide etiam quod omnes qui habebant infirmos ducebant illos ad Iesum. Sed cum sanitas animæ longo discrimine præferenda sit sanitati corporis, pauci sunt qui spiritualiter infirmos ducant ad Christum. Sed quid dico, ad Christum adducunt? Imò veniētes ad Christum impediunt. Multos etenim in mūdo reperies, qui suis prauis consiliis & monitionibus volentes ad Deum venire, repellūt eos ne veniant: eosque à pœnitentia auertūt, & monent ne religionem ingrediantur. Con- *Prouer. 3.*
tra quos ait Salomon. Nolite prohibere bene facere eum, qui potest. Ducebant autē hos infirmos post solis occasum, ne verbum Dei interrumperetur. Post prædicationem, quā dominus tota die exercebat, medicinam quærebant, quodquidem exemplo nobis debet esse, quanti sit faciendæ diuinorum verborum tractatio, quę ob animarum salutē fit: & quā to excellentior est anima corpore, tanto diligentius & accuratius quærēda essent ea, quę ad medendum ipsam animam spectant. Modo vero contrarium fit. Nam si quis medicus veniret qui sine dubio morbos omnes corporis curaret, o bone Deus, quanta hominū frequentia & multitudo concurreret ad medicum corporalē: sed vbi medela animorū promittitur, iam videtis quam pauci accedāt ad audiendum verbum Dei. Prætereà si quis corporis ægritudine laborat, optimos & prudentiores medicos quærit: at ad peccata confitēda quæ ad sanitatem animæ spectāt, quēcunque sacerdotem ignarum & qui citiùs absoluat, quærunt. O hominū miseranda calamitas. Sola corporis bona quærimus, ac si solo corpore essemus compositi. ¶ Potest etiā dici quod ducebant illos ad Iesum post solis occasum, vel quia verecundiam habebant, vel timebant phariſęos, vel quia per diem circa alia negotia impediebantur, vel quia putabāt nō licere sanare in sabbatho nisi post solis occasum, quando iam licebat operari, propter timorem phariſæorū. Sed iam obsecro vt attentē Christi laborem cōsideres, & aspice bonum & piū redēptorem: qui nunquā defatigatur in bono faciendo. Per totum diem sine cessatione laborat, prædicat, ac multa miracula efficit: at quando nox aduenit, in qua labo rantes & mercenarij quiescūt, ipse Christus ac si qui per totum diem nihil egerit, incipit sanare cæcos, claudos, leprosos. Nos vero statim, vt aliquid laboris pro Christo suscipimus, illico defatigamur, & ab incepto desistimus: & magna putamus fecisse. Minimè oportet defatigare, vt ei seruiamus: qui nūquā cessat, nobis multa bona donare: nec finem laborem imposuit, quousque sanguinem suum precio sistimum pro nobis effudit. *At ille singulis manus imponens curabat eos.* Supra Christus ipsum medicum appellauit, dicens medicę cura te ipsum: & alibi dixit, non indigent qui sani sunt medico, sed qui malè habent: & applicans quæ dixerat ait. Non veni vocare iu- *Mat.*
stos, sed peccatores. Nunc autem quia medi co se comparauerat, medici officium agit, curādo infirmos: quod faciebat Christus (vt ait euangelista) imponens singulis manus. Erat enim eius humanitas instrumentū diuinitatis: quippe hæc miracula quæ facultatem totā naturæ superabant, fiebant sola diuina potestate. Ideò diuinus vates, Benedictus dominus Deus Israel: qui facit mirabilia magna solus. Multa tamē miracula Deus precibus sanctorum fecit, & homines sancti illa cooperabantur meritoriè. Ità vt etiam sanctis potestate eis cōcessa miracula fecerint, sicut Petrus, qui suscitauit Thabitam, & interfecit Ananiam & Saphiram non prece, sed increpatione præmissa. Sic per gratiā adoptionis hominibus est datum fieri filios Dei, quodquidē *Ioan.*
manus est: nec mirū si detur eis potestas signa faciendi, quod etiā malis conceditur, sicut Iudæ, qui dæmonia eiecit, & multa miracula fecit. Sicut enim sacramēta nouæ legis efficiūt quòd designant: ità quòd quædam virtus in eis ponitur instrumentalis atq; causalis cooperatiua ad producendū gratiam sacramentalē, vel saltem dispositionem ad eam puta characterē, cum tamen sacramenta ista in sensibilibus rebus consistant: multo magis apparet q̄ in animabus sanctorum sit virtus quædā instrumentali concausalitate ad operationem miraculorum concurrens atq; cooperās. Sed virtus ista nō inest sanctis fixè seu permāsiuè, vt habitus, sed per modū dispositionis passionisue trāseuntis, sicut prophetia. Propter q̄ nō semper ad libitū possunt miracula operari. Hæc igitur tāto in Christi humanitate sibilimius est ponēda quanto illa potiùs est instrumentū seu organū diuinitatis: est enim organū immediatū animatū coniunctum, ac proprium sicut corpus meum est organum animæ meæ. Alij autē sancti sunt diuinitatis instrumēta separata & cōmunia, sicut securis est instrumētū artificis. Itaq; hæc miracula nō fuit de

de diuina & increata Christi virtute principaliter operante, sed de supernaturali eius virtute creata miraculorū instrumentaliter proiectiua intelligi possunt. Tangat Christus etiam nos, imò potiùs nos illum tangamus: vt nos ab omnibus infirmitatibus animæ liberet: nam sicut tactis oculis Eliseus mortuū suscitauit, multo efficacius dominus Iesus fecit, sit tuo tactu animam nostram, & sanabit ipsam. Docet etiam benignissimus Iesus, ne nobis languidi & infirmi tædio sint & fastidio: sicut multi faciunt, qui nolunt accedere ad videnda infirmorū vlcera. Poterat vtiq; Christus verbo sanare, & etiā sola sua volūtate, sed manibus tāgere voluit, vt exemplo nobis esset, ne ad infirmos & ægrotos accedere horreamus, sed charitate benigna illos curemus. *Exibant autē dæmonia à multis clamantia & dicentia. Quia tu es filius Dei.* Dæmones nō credidērunt Christū esse filiū Dei quāuis ali quibus coniecturis id suspicabātur. Sēriebant ab illo diuinam & admirabilem virtutem ori ri, inde suspicabantur esse Messiam. Multi etiam sunt & nunc homines in operibus similes patri suo diabolo: qui de proximis multa mala dicunt, & id affirmant, eo solùm quia ipsi suspicantur. Etenim mūdus plenus est hominibus, qui de proximis dicūt, non id quod sciūt, sed quæ ipsi secundū suā malitiā suspicā- *Psal.*
tur: quique dē potius sua imaginatione regun tur, quia ipsa veritate. Sūt multi homines tam deprauatæ cōditionis, vt quidquid in proximis vidēt, semper in mala vertūt partē secūdū suā malitiā: & his nō contēti, quēadmodū in cogitationibus suis mali sunt, ità linguā deteriorē habēt ad destruendū honorē & famā proximorum, de eis non vera dicētes, sed id quod ipsi mēdaciter suspicarūt. Quisquis dē peiores quantū ad hoc sunt diabolo, qui etiā si id dixit quod suspicabatur, nō autē quod certò sciebat: nihilominꝰ nihil malī dixit: sed potius Christū laudauit, & dixit esse filiū Dei. At hi diabolū imitātur, id dicētes, quod suspicātur: peiores autē sūt illo, quia de proximis nō bona, sed mala, infamatoria, impia, falsa, & mēdacia proferunt, quo fit vt deteriores sint diabolo. ¶ Expende autem & vide, quomodo vexatio data intellectū. Quia isti dæmones Christi præsentia torquebātur, cōfitentur veritatē: nam dicebāt. *Quia tu es filius Dei.* Sic Pharao antequā verberaretur dūm nesciebat: verberatus tamē cōfitebatur dño, & supplicate domino pro se rogat. Anteà dicebat, ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes imitantur, de quibus & suis imitatoribus ait phalmista. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Vnde etiam Ecclesiasticus consulit dicens. Ne accesseris ad illum duplici corde. Et concludit dicens. Accessisti maligne ad Deum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. ¶ Secundò iussit tacere, quia hoc non recta intentione dicebant. Nã id aiebant, vt impedirent Christi passionem, & si populus sciret Christũ esse filium Dei, non vtique crucifixissent, vt Paulus ait. Si dominum gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissent. Hac de causa præcepit dominus discipulis, ne dicerent quis ipse esset: quando Petrus illum confessus est esse Christum filium Dei viui. Nam ait Lucas noster. Increpans eos præcipiebat, ne cui dicerent: hoc dicens, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum, & scribis & occidi. ¶ Tertiò noluit Christus à turpibus laudari: nam non est speciosa laus in ore peccatoris: quod idem Paulus fecit, vt in Actis Apostolorũ legimus. Accidit (ait Lucas) euntibus nobis ad præcationem, puellam quandam habentem spiritũ pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinãdo. Hæc subsecuta Paulum & nos clamabat dicens. Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus & conuersus spiritui dixit. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadem hora. Quanuis Pauli prædicationem commendaret spiritus ille, tamen noluit Paulus ab impijs laudari. Ideò ipse. Nolo vos fieri participes dæmoniorum. Nemo sanæ mentis ab impijs optat laudari: nam etiam si aues nocturnæ vt noctuæ lucem fugiant, non ideò in lucis contumeliam hoc est tribuendum, imò in laudem ipsius. Ignominiosum tibi est, quod iniqui & scelerati te ipsum laudent: gloriosum autem quando tibi derrahunt, & murmurant: nam cùm Christus nollet ab impijs laudari iussit dæmonibus tacere. Et etiam noluit hac eadem ratione vt custodes sepulchri suam resurrectionẽ prædicarent, quia in peccatis mortui erãt: atque ideo permisit, vt corrupti pecunia tacerent. At voluit vt per Apostolos & sanctas mulieres resurrectio sua prædicaretur. Nec in sua infantia voluit laudari, nisi à Simeone iusto viro, & ab Anna prophetissa. Quapropter Lucas antequã isto rũ laudes in Christũ scriberet, prius eorum vitam & sanctitatem commendauit: vt late in superioribus annotauimus. Hac ratione adductus Antisthenes (vt est apud Laertium) cuidam dicenti, multi te laudant, respondit. Quid mali feci? Existimabat quippe insignis philosophus turpe esse à turpibus laudari, esseque præstantius in obscuritate latere, quàm à talibus hominibus esse commendatum. Nam quæ gloria obtecto alicui potest contingere ex eius laudibus, qui non nisi vitia & flagitia noluit laudare? Malus enim, qui sola vitia amat, hæc ex animo laudabit. Quo fiet, vt quidquid mali huiusmodi homo de vitio protulerit suspectum sit, & minime credendum. Ideò oportet rectè scire quis nam ille sit, & qualis, qui laudat: & inde coniectare oportebit, qualis etiam sit, qui laudatur. Vnde sicut gloria est bono viro ab scelerato commendari. Ideò dedignatur dominus ab ore peccatoris laudari, dicens cuidam peccatori. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum? Ideo dominus in veteri lege os leprosi claudere iussit. Sic & os peccatoris claudi iubet: ne per labia polluta transiens polluatur ipsa loquutio. Nam continuit sæpè vt aqua clara transiens per immundum canalem, vt canalis malitiam imbibat. Sic etiam peccatoris os tanquam immundus canalis nonnihil detrahit diuinis laudibus ab eo prolatis. Propter quod ipsi peccatores dicere possunt. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Quomodo distantes & maximè à Deo alieni ipsius laudes cantabimus? Si igitur peccatores cantare non possunt: plangant, & plorent. Illic ergo sedimus & ingemimus. Quid autem requiratur à peccatore, vt Deo dignas laudes offerat, Hieremias expressit dicens. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum. Prius peccati somnum excutere admonet, & prius vigilare docet, quã laudare. Hinc eum ordinẽ discribit Oseas dicens. Omnẽ auferes iniquitatẽ, & accipe bonũ: & reddemus vitulos labiorũ nostrorum. Acsi diceret. Auferes domine à nobis quod nostrum est, & accipe à nobis, quod tuum est: quoniam tua est laus, & tibi debetur honor, & gloria. Quorũ ca egregius vates antequam diceret, domine labia mea aperies præmisit dicens. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meę. Et ita

P*salm.* 61. *Eccl.* 1.

1. *Cor.* 12.

Mat. 16. *Lucæ.* 9.

Eccle. 5. *Act.* 16.

1. *Cor.* 10.

Mar. 28.

Ioan. 10. *Luc.* 1.

tim subdidit. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies. &c. Ideo in Leuitico præcipitur leproso vt habeat vestimenta dissoluta, caput nudum, & os veste contectum. Omnes partes corporis nudas habere præcipitur, & os solũ operire iubetur. Qui nudus est, & lepra peccatorum suorũ manifesta cooperiat os: nam docendi autoritas ei interdicitur. Clausum ergo peccator habet os suũ, quia qui seipsum non docuit, docere alios nõ præsumat: & ideo os suũ iubetur operire, qui male agendo loquendi amisit libertatem. Tacere ergo oportuit diabolum, qui impijssimus est & nequam: nec ab eius ore vult Christus laudari. ¶ Quartò præcepit, vt taceret: quia solet diabolus sub fuco bonorum verborum tentare & decipere, sicut Sirena cantu: aut vt fingunt poetæ Circen dulcibus verbis socios Vlyssis in bestias conuertisse. Etenim solet Satanas se in angelũ lucis transfigurare, vt eo cõmodius fidem sibi acquirat: facilius q; simplicitatẽ credẽtiũ decipiat: ea propter nolebat Christus, vt veritatem diceret, ne inter aliqua vera multa falsa misceret. Sic prohibẽdi sunt hæretici, & lutheranæ factionis patroni à verbi diuini ministerio: nam quanquã euangelium, & multa scripturæ loca ad suũ dogma stabilien dũ adducant: cùm tamen hæc vel torqueãt, vel corrumpant, vel alio deflectant à vero & germano ecclesiæ sensu: minimè audiẽdi sũt, & arcendi procul à lectione sanctarum scripturarũ, & à ministerio diuini verbi. Et hoc munus nullis alijs tribuendũ est nisi his, qui vnitatem fidei fatentur, quiq; non falsa veris miscent, sed solidã & firmã doctrinam prædicãt. Si hoc Christi exemplũ imitati fuissent Germaniæ principes, nõ sic miscere rora incẽderetur Germania. *Facta autem die egressus ibat in desertum locum.* Admonet locus iste apta & secreta loca esse eligẽda, vbi Deo melius vacare possim⁹. Filij enim prophetarũ à populi tumultu fugiebãt: & Ioannes Baptista (quo nemo maior) ne leue saltẽ famine posset, vitã maculare, antra petijt deserti. Ioannes quoq; euangelista in insula Pathmos habuit reuelationes plurimas. Sed iã nunc multi, qui vitã Apostolicam & monachatum sunt professi, aulas principum, & palatia regum circuire solẽt. ¶ Docet secũdò locus iste ne præmiũ, aut retributionẽ expectemus ab his, qui docẽtur à nobis, aut ab his quibus benefecimus. Semper enim suspicio inanis gloriæ fugienda est. Sed multi non solum sibi gratias agi pro collatis in alios beneficijs cupiunt, sed pro eis etiam, quæ nunquam fecerunt, id ipsum cupiunt dicẽtes suo fauore & auxilio alios euectos esse ad honores, & in ampliam dignitatẽ esse constitutos, cùm tamen in rei veritate apertissimè mentiantur. Non sic Christus, qui postquam tot præclara dixerat, & tanta miracula fecerat, statim, vt dies facta est abijt in desertum fugiẽs humanas laudes & honorẽ seculi. Nolimus ergo exemplo Christi laudes hominum, aut gloriam mundi quærere: sed ad solum Deum oculi nostri aspiciant, & ad eum mentem, animum, & intentionem conuertamus. Vnde egregius psaltes. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum. Acsi diceret. Quemadmodũ ancilla non aliò oculos auertit, sed semper dominã intuetur, quæ retribuere illi debet, & multa donare beneficia: sic tu ad nihil aliud mundanũ, nisi in Deũ solum oculos debes conijcere. Quis obsecro tam ignarus & stolidus esset homo, qui si lapidem pretiosum inuenisset, cum in manus tu stici vel agricolæ traderet, vt valorẽ eius taxaret? Mundus quidam rusticus est, qui valorem & intentionẽ operum nostrorum nõ cognoscit, nec quærtum Deum diligamus: ideoque non committas illi opera tua, Deo tantum sunde placere & fuge mundi laudes & seculi vanitates, exemplo Christi saluatoris nostri: qui ob hæc vitanda pericula fugit in desertum. Et quid turbæ? *Et turbæ requirebãt eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebãt illum ne discederet ab eis.* Nonne vides quomodo honor eum sequitur, qui ab ipso fugit? Optimè quidem vmbræ assimilatur, nam ab eo fugit, qui ipsam sequitur: ipsa autem post eum sequitur, qui ab ipsa fugit. Fugit Christus honorem, ipse autem vsque in desertum Christum sequitur. Moses in deserto habitans palatia sua, cùm à palatijs Pharaonis fugisset, & ab Ægypti honore: quãdo electus fuit à domino in principem populi Israel. Irã etiam beatissima virgo Maria clausa erat in parua ciuitate Nazareth: & Ioannes etiam in deserto abscondituas: quos tunc dominus ab eis vocat locis, & alterum in præcursorem, alterum verò in matrem elegit. Sine dubio hi omnes valdè erant obliti tantorum honorũ atque dignitatum, quibus dominus hæc omnia dedit, nisi eo quod ipsi aliquid negotiarentur, aut ea curarent. Faciamus & tu

P*salm.* 122.

Exo. 3.

Luc. 1.

Luc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod in te fuerit, & te ipsum totũ in manus Dei cõstitue, hæc omnia mũdana reijcies, & nihili pendens: nã ipse sine dubio te honorabit in terra & in cœlo insignibus & præclaris honoribus, cũ nullius rei tu solicitus fis. Sãcti illi eremitæ eremũ habitãtes, vt Hilarion, Paulus, Antonius fugientes mundũ cauernas & antra habitabant cũ feris: quos videas quãtum mundus celebret, & honoret. Disce itaque quomodo honor sequatur fugientẽ. Disce etiam ab hac turba quærere Iesum per fidẽ, iuxta illud sapientiæ. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærite illum. Postquã verò cũ inueneris eũ tene per charitatẽ, sponsam sequutus, quę dicebat. Inueni quẽ diligit anima mea, tenui eũ nec dimittam. Disce etiã ab hac turba magna diligentia & cupiditate quærere verbũ Dei. Turba enim omnibus alijs negotijs dimissis, solius verbi Dei curam habebat. Demum vt cõcludã nulla hic mentio sit de principibus, magnatibus, diuitibus aut magistratibus: sed de turba. Diuitiæ nanque, honores, & voluptates non quærunt verbum Dei: hæc potius nanque impediunt verbum Dei, & quæ sũt spiritus eius. *Quibus ille ait, quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum.* Sicut sol iste visibilis nõ in vno loco cœli persistit immobilis, sed vt claritate sua totum mundum illustret circuit orbem terrarum, ità Christus qui sol est iustitiæ, & vera lux mũdi, vt omnes veritatis suæ luce ab ignorantię tenebris, quasi à quadam mortifera nocte vindicaret, quamuis rogatus noluit in vno loco manere, vtpote qui propter omnium hominum salutem in hũc mũdum venerat. Vbi discere debent verbi Dei prædicatores non in vno loco quiescere: sed sicut seminator omnia loca percurrant seminantes verbum Dei in cordibus hominum.

Sap. 1.

Can. 3.

Matth. 7. Ioan. 6. Colo. 2.

¶ Obserua quod poterat in vno loco manẽs omnes ad se trahere: non tamen id fecit, exẽplum nobis relinquẽs, vt nunquam quiescamus, sed vt ipsi quæramus pereuntes. Sicut pastor qui quærit oues perditas, & sicut pius medicus ad infirmum accedit. Ait autẽ, quia ideo missus sum, scilicet, vt animæ infirmitates apud vos curem non corporum: & ideo ad prædicãdum missus sum, vt animis medicinam exhiberem, potius quam corporibus. Si autem aliquando corpora curo id facio, vt corpora suauius animæ inhæreant, vt homines visis miraculis veniant ad fidem. *Erat prędicans in Synagogis Galileæ.* In Synagogis docuit, vbi multitudo populi conflluebat. Veritas enim non appetit angeliũ, sicut Christus per Ioannem affirmat. Omnis qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius. Vnde Annæ interroganti de doctrina eius, respondit. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in templo & in Synagoga. Sed hæc de re plana dixisse sufficiat: & hæc de hoc capite. nunc de profectu verbi Dei in capite sequenti videamus.

CAPVT V.

VM Indies apud omnes fama prædicationis Christi magis ac magis cresceret: tanta erat hominũ multitudo & frequentia superueniens, vt illis non esset locus in Synagogis, vicis, & plateis. Ideoque tum propter sermonis dulcedinem, tum propter signa quæ faciebat extra oppida cogebantur eum sequi. Ipse enim docebat non sicut scribæ & pharisæi, sed tanquam potestatem habẽs. Habebat etiam verba vitæ æternæ vt Petrus ei dixerat. Quid mirum si eius verba, qui patris est sapientia, & in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt reconditi, populum attraherent: cùm vel ipsa discipulorum verba tantam haberẽt vim, vt in vno die Petrus ad Christi fidẽ tria millia hominum converteret? At trahebat itaque Christus ad se magno impetu & feruore turbas: vtpote in cuius labijs erat diffusa gratia, quapropter ait nosster Euangelista. *Factum est autem cùm turba ruerent in eum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genezareth.* Nunquã legitur tantus scribarum & pharisæorum ad Christum concursus: cum ad rudem plebem sermo habitus fuerit. Dulcedinem & gratiã suã abscõdit à sapientibus & prudẽtibus huius seculi, & eam paruulis & humilibus reuelauit. Et

uit. Etenim pharisæi & scribæ sua scientia infiantes verbum Dei contemnebant: & putantes se omnia scire stulti facti sunt. Aqua sapiẽti potauit has turbas dominus Iesus, quia in simplicitate cordis ad illum veniebant, & humiliter audiẽtes verbum, refocillati sunt. Sed iam singula verba veniunt expendenda.

¶ Ruere est cum impetu ferri: in quo feruorem turbarum considera: quę tanta auiditate cupiebant verbum Dei, vt magno impetu currerent ad audiendum illud. Non solum in templo & in Synagoga, intra mœnia ciuitatis audiebant verbum: sed per montes & ad deserta proparabant, vt illud audirent. Nos autem iuxta ecclesias habitantes, parum itineris ambulare nolumus, vt conciones audiamus. Fastidimus enim quidquid spirituale & honestum est. Surgent vtique isti in die iudicij sicut Niniuitæ aduersus impios, & incredulos Iudæos & condemnabũt nos: quia per campos vsque in mare isti properabãt vt audirent verbum Dei, nos verò vt id audiamus nec parum laboris volumus sustinere. A quibus discamus opera Dei non segniter & pigre operari, sed cum magno ardore: tenemur enim Christum quærere & eum sequi, audientes verbum eius, quasi exeuntes ab igne. Quapropter Iudas in epistola sua ait. Saluare illos, quasi de igne rapientes. Manum ne segniter & pigre ab igne separabit, si comburatur. At cùm nos viuamus quasi insensibiles & sine vita, damnũ nostrũ non sentimus: nã si id sentiremus, non vtique procrastinaremus. Attende obsecro qua diligentia & solicitudine mundani mundo, inseruiunt, & mundana quęrunt: vt mercator mane surgit (qui nocte nec in lecto quieuit) quosque labores & pericula patitur, vt sibi pecunias cõparet: quantasq; tormenta patitur is, qui illatam iniuriam molitur vindicare, quantoque frigore miles in bello premitur & quanta fame: & denique mirandum est, quam innumeros labores hi qui mundo inseruiunt, patiuntur. Quid igitur est cur tu in Dei obsequio non nihil laboris nolis pati? At mundo seruiẽtes diligentissimi sumus: Deo autẽ inertes & ignauos nos præstamus. Quod Cain domino obtulit, id pigre & segniter fecit, fero & malè. Factum est (inquit scriptura) post multos dies vt Cain offerret domino de fructibus terræ munera. Non sic sanctus Patriarcha Abraham qui statim nocte consurgens, nec mane expectans, abijt ad sacrificandum filium: quod iam illi à domino erat iussum. Sic istæ turbæ fecerunt, quæ certatim ad Christũ properabant, vt verbo Dei satiarentur. Aliqui dicunt nolo audire concionem, quia cum tali homine inimicitias gero, quousque eo diũ hoc deponam, & illius vindictam summam: cum etiam & ego sapiens & doctus sim, nec vllam habeã necessitatem audiendi concionem. O quantũ fallaris homo qui hæc tecũ cogitas, nescio verbis exprimere. Esto quantũuis doctus, nihilominus tamen viua vox habet nescio quid latẽtis energiæ. Dauid sapientissimus erat, & magnam Dei cognitionem attrigit, & diuinis reuelationibus donabatur: nihilominus hæc omnia nihil ei profuerunt toto tẽpore, quo in peccato vixit. Sed tamẽ protinus, vt ad eũ venit Nathã prophera ad viuã vocẽ prędicantis conuersus est, & dixit. Peccaui. Similiter Nabuchodonosor contẽplabatur illam arborem, quæ statum suũ designabat, sed nihil ipse hac cogitatione mouebatur: sed cum adiuncta fuit visioni & contemplationi viua vox prophetæ Danielis, pœnitentiam egit. Doctus erat Paulus in lege, qui præclarè didicerat ad pedes Gamalielis: sed nihil ei profuerat: tamen cùm viuam vocem è cœlo dicentem, Saule Saule cur me persequeris, audiuit, statim attonitus & stupefactꝰ cecidit dicens. Domine quid me vis facere? Vide quomodo illum quẽ scripturæ lectio, & libri non conuerterat, vox prædicantis cõuertit. Ne per Christi amorem dicas, & per sanguinem suum pretiosissimũ effusum, non relinquam concubinam, frustra prædicator clamat, nolo illum audire nec interesse concioni. Impia enim hęc vox est. Abierunt quidam impij peccatores & animo obstinati vt caperent & apprehenderent Iesum ex mãdato pharisæorum, & inuenerunt Iesum concionantem ad populum, quem audientes compuncti corde reuersi sunt, dicentes. Nunquam sic loquutus est homo. Sic tibi accidere potest, sicut istis & sicut Paulo. Nam si in peccatis iaces, consilium salubre est, vt audias conciones. Si autem iustus & rectus es: aduertere debes, quod sal non solùm mortuas carnes conseruat, sed etiam viuas. Sic verbũ Dei non solùm eum qui in peccatis iacet iustum efficit: sed etiam iustum pascit, alit, & sustinet. Hæc dixi, vt semper amici simus & cupiamus audire verbum Dei, & id diligẽter inuestigemus, horum exemplo qui Christum tãto conatu, & ardore sequebantur. ¶ Præterea

2. Reg. 11.

2. Reg. 12.

Dan. 4.

Act. 22.

Act. 9.

Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid mirum quod desiderio audiendi irruerint turbæ, cũ de Salomone sit scriptũ quod omnis terra desiderabat audire sapientiam eius: Sed ecce plusquam Salomon hic. *Et ipse stabat secus stagnum Genezareth.* Optimum est memoriam habere & recordari locorum illorum, quibus nobis Dei beneficia contingunt, vt diuina nobis collata beneficia semper commendent. Quod sanctos illos antiquos fecisse legimus. Nam loco vbi Deus apparuit Iacob, nomen Bethel, imposuit ipse Iacob, & locum designauit. Sic fecisse auum eius Abraham scriptura commemorat. Stagnũ autem Genezareth est id, de quo scripturæ loquuntur, quandocunque mare nominant. Sit est iste lacus inter Galilæam ex parte occidentis, & terram duarum tribuum & dimidiæ ex parte orientis. Per quem lacum transit Iordanis fluuius. Vnde aquarum copia abundat, sicut aliqui lacus magni qui sunt in Germania, per quos tranſeunt flumina magno impetu: sicut Rhenus qui transit per Constantiam. Iordanis autem oritur in parte Aquilonari terræ Iudæorum ad radices montis Libani, iuxta ciuitatem, quæ dicitur Cæsarea Philippi: & fluens peruenit in Galilæam, & ibi tãdem per hunc magnum lacum: & vltra progrediens transit iuxta muros Hiericho, & inde intrat mare mortuum, & ibi absorbetur. Est autem hoc stagnum duodecim leucarum spacio protensum, contrahitur autem octo leucarum spacio: habet autem littus amœnissimum, palmis plenum, & malis citreis: aquam verò dulcem habet, & plurimos & optimos pisces. Vocatur autem hoc stagnum Genezareth, aliquando ab euangelistis fretum, vtrà Matthæo & Marco: & interdum mare Cenereth, & hoc est nomen illi antiquissimũ quo nomine in libro Numerorum nũcupatur, & etiam in Iosuetà quadã ciuitate nomine Genereth, quæ erat in littore huius maris à parte Occidentali, quæ postea dicta est Tiberias. Hæc est ratio quare Euangelistæ nunquam vocauerunt hoc mare Genereth sicut in veteri testamento: quia quando Euangelistæ scripserunt nomẽ vrbis iam erat mutatum. Ideò Ioannes vocauit mare Tiberiadis, & Marcus & Matthæus vocant mare Galilææ, quod nomen communius erat, quia istud mare est in Galilea in finibus tortis Zabulon, & sortis Neptalim, vt Matthæus ait allegans Esaiam prophetam. Vocatur autem Genezareth à quadã ciuitate, quę erat iuxta stagnum vocata Genezareth, siue Genezar: vel vt quibusdam placet sic est nuncupatum, quod stantibus ventis, crispantibus vndis, auram ex se generare videatur. Attende autem quod Lucas hic nõ seruat ordinem historiæ: nam hæc historia non contigit post curationem socrus Simonis, & post alia signa quæ Lucas in præcedẽti capite scripsit, sed anteà. Intentio autem Euangelistarum fuit, gesta & miracula, & prædicationem Christi ad fidei firmitatem, & ædificationem ecclesiæ, & vtilitatem credentiũ narrare. Ad hæc autem præstanda, nihil refert quid prius præcesserit, aut quid postea sequatur. *Et vidit duas naues stantes secus stagnum. piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua.* Erant autem istę naues iuxta littus, vt est moris nautarum. Et Petrus, Iacobus, & Ioannes descendentes à nauibus mundabãt & lauabant retia sua: vt complicaret ea, quia nihil cœperant, & volebant tẽpus aptum expectare ad piscandum. *Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis rogauit eum à terra reducere pusillum.* Expende Christi bonitatẽ & humilitatem, rogat cum solo nutu posse adducere, aut præcipere Petro: modestiæ & humilitatis exemplum præbẽs prælatis. Multa enim sunt quæ etiã si prælati præcipere possint: rogare tamen debent subditos, vt ea faciant. Sed multi sunt nunc domini & prælati, de quibus conqueritur dominus per prophetam dicens. Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. ¶ Præterea quãuis Christus nauim adducere posset, noluit tamen nisi rogare Petrum, vt ipse libere & ex sua voluntate daret eam petenti. In quo etiam docuit mundi Saluator nullum esse opus Deo acceptum nisi sit voluntarium: nam opus bonum ex dilectione pensatur, nam hilarem dat Deus torem diligit Deus. Quanto plus dilectionis in opus habuerit tanto magis Deo erit acceptũ & meritorium. Vnde in Leuitico præcipiebat dominus. Omnis æstimatio, sicle Sanctuarij ponderabitur. Omne opus bonum, quod Deo offertur sicle diuini amoris ponderandum est. Si ieiunas, si oras, si eleemosynã tribuis, sicle diuini amoris hæc omnia sunt ponderanda. Pondus meum (inquit Augustinus) amor meus. Si parum ponderis habuerit opus bonum tuũ, parum meroris habuerit opus bonum tuũ, parum mereberis. Si Deo tuo lachrymas obtuleris, si preces, ieiunia, & omne tuum studium, ponderetur in sicle Sanctuarij: vt eorum retributionem videas iuxta pondus amoris. Vt ea intelligas

Gen. 28.

Gen. 12.

Mat. 8. Mar. 5. Num. 34. Iosue. 11.

Ioan. 6. Mar. 1. Mar. 4.

Matth. 4.

telligas quomodo Deus ea quæ ex voluntate & dilectione procedunt acceptat: non natura vitupirat, sed ea petit: vt Petrus sua sponte illam præberet, nam aliàs dominus non eam accepisset, neque acceptaret. In voluntate tua fecit & constituum est, velle Deo dare vel nõ: & ille tantum ex manu hominis Deus accipit, quæ ex voluntate oriantur. *Et sedens docebat de nauicula turbas.* Sub diuo solis calori expositus, sine sede, sine subsellio, docet Iesus de nauicula turbas. At nunc quo apparatu, qua pompa, & maiestate, induti sericis & bombicinis vestibus episcopi docent? Ad turbas autẽ etiam si processi sint à calore verba facere dedignantur. Non vtique autoritatem damno, sed superfluam pompam, maiestatem, & vanitatem aliquorum detestor. Sed iam singula verba quæ obseruatione sũt digna aduertamus. Primò ait quod sedebat, deinde docebat, & vltimo loco de nauicula sedit vtique primò vt non perfunctorie & velut aliud agens: sed summa cura & maximo conatu infirmitatibus animæ tuæ medeatur sua admirabilis doctrinæ excellentia. Videns itaque cœlestis medicus tantam gentis multitudinem ægram & languentem, vt omnes curet quietus in nauicula sedet: in quo quidem si aduertere liber ingentem amorem, quo nos prosequitur, videbis relucere. Nam cum aliquis medicus hominem pauperem & egenum accedit curaturus, celeriter, propere, & stans illum curat, & protinus abit. At si infirmatur eius filius, vel amicus, vel vxor, quam maturo gradu, quam serio, & quanta cura & diligentia sedens in lectulo infirmi ægritudinem agnoscere studet: vt eam citiùs curet, & remedia necessaria adhibeat. O pijssimum atque clementissimum nostrarum animarum medicum, qui vt nobis medeatur, & salutifera medicamẽta apponat, sedet. Credo equidem quod nisi nos tam anxie, & tam paterno amore diligeres, non ita serio curam animarum nostrarum susciperes.

¶ Præterea sedit docens in nauicula Petri, vt insinuet semper se Ecclesiæ filijs assistere, quæ nauicula Petri est. Nunquam Christus Ecclesiam suam dilectissimam deseruit: semper enim docet & erudit eam. Ecce (inquit) ego vobiscum sum: vsque ad consummationem seculi. Incredibilis est dementia Lutheranorum, qui existimant Deum Ecclesiam suam fuisse oblitum plusquam mille & quingentos annos vsque ad tempora sui Lutheri: per quem illuminauit illam tãquam per virum Apostolicum & Euangelicum. O detestandam cæcitatem & dementiam perditorum hominum. ¶ Secundò obseruandũ est, quod docebat. Christus illas turbas: quid autem doceret, non explicat Euangelista. Sicut etiam sub silentio præterierunt euangelistæ multa miracula & gesta Christi. Verum multa, quæ nunc tenet ecclesia, quæ nec euangelistæ tradunt, certum est ea Christum tempore suæ prædicationis docuisse, & quod Apostoli sicue ab ore Christi audierant, ita tradiderunt ecclesiæ. ¶ Tertiò obseruandum quod de nauicula docet, vt insinuet neminem posse docere, qui extra nauiculam Petri fuerit: nã qui extra ecclesiam docet, is non bene docet, sed potius seducit. Lutherus & qui tuæ factionis sunt extra Petri nauem, non docent, imò potius homines seducunt. Secundò de nauicula docet, vt scias nullum esse locum ineptum ad docendum quæ sunt Dei. Modo Christus in Synagoga docet, modo in monte, modo in campo, & nunc in naui secus stagnum prædicat. Tertiò de nauicula prædicat, vt omnes possent rectè conspicere. Nos Deum à tergo relinquimus: ipse verò coram oculis nos semper habet, vt multa dona nobis impartiatur. Quartò, vt ostendat, quantam necessitatem ipsius habeamus. Quis obsecro alterius opus habet, aqua ne terrã an terra aqua? Certum est terram aqua indigere. Sic nos indigemus Christo, atque ideo ipse est in mari in aqua, & populus in terra iacens. Quintò, vt naui docet vt ostendat per eam in quo prælati & prædicatores sunt constituti. Securiùs magis ambulant qui per terram iter faciũt, quã qui profundum mare ingredi volunt nauigaturi. Sic prædicatores maiora naufragia patiuntur ambitionis causa, vanæ gloriæ, & humanæ laudis, quam plebs ignara & simplex. Sextò, Christus est in mari, populus autẽ omnis in terra: nam prædicationis nimius & flatus extra mundum & extra omnia quæ in eo sunt sinus esse debet. Seculares in terra sunt sed in fine illius, & iuxta litus maris habitari debet: quia, vt inquit Paulus, qui habẽt tanquam nõ habentes sint, & qui vtuntur hoc mundo tãquam non vtantur, & qui habent vxores tanquam non habentes. Sed prælati & prædicatores longè à rebus terrenis debent esse, omnia quæ in terra sunt contemnentes, & Deo solum vacantes. *Vt testimonium autem loqui dixit ad Simonem.* Vt vera esse ostendat, quæ notea

1. Cor. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerat:post prædicationem,miraculũ operatur. Confirmat quæ dixerat Christus in signi miraculo,vt de illius doctrina minimè dubitare possis. Sic & Apostoli profecti prædicauerũt vbique dño cooperãte & sermonẽ confirmãte sequentibus signis. Solet nanq; Deus (vt Chrysostomus annotat)coram eis qui legem suam accipiunt,quasi pignora quædam infæ potentiæ miracula edere. Sic quando hominem fecit prius mundũ creauit: & postea homine iam condito,legem in paradiso dedit Abrahæ quoque multa signa legitur præstitisse,vt duas illas regum victorias, insignẽ quoque aduersus Pharaonem plagam: & etiã id quod de variis periculis eum liberauit. Et cùm legem esset Iudæis daturus,prius mirabilia illa magna & signa multa ostendit. Sic etiam in prælentiarum fecit. Præterea primo verbum suum cibum mirabilem animabus dedit, deinde corporibus reficiendis pisces. Vide etiam quam magnificus & liberalis largitor sit dominus:prædicauerat de naui, sed non reliquit dominum nauis sine mercede& præmio. Duo quippe maxima beneficia in illum contulit. Primo nanque piscium multitudinem dedit:deinde cum constituit & elegit in suum discipulum. Aspice obsecro & aduerte,quanto cum fœnore & lucro Deus rependit,quidquid pro illo facimus: nam pro conductione nauis,multitudinem piscium dedit Petro,&(quod plus est)mentem illius illuminauit,& fidem præbuit. Ita quod & retributionem corporalem & spiritualem donauit. Discamus igitur soli Deo seruire:quando quidem tam optimus est remunerator. Nam quidquid pro mundo,vel pro hominibus fecerisin retributionem non nisi ingratitudinem accipies. Vnde egregius psaltes. Dederunt mala pro bonis, & sterilitatem animæ meæ. Discamus grati esse,sicut Christus, qui pro minimo illo obsequio nauis præstitæ tot dona Petro contulit. Gratus fuit Ietro sacerdos Madian,cùm dixit filiabus Quare nõ introduxistis hominem? Gratus etiam Eliseus bospiti,cùm dixit. Si habes aliquod negotiũ cum rege.&c. ¶ Discamus etiam postquam diuinam concionem audierimus nõ ad Bachanalia,Orgea,ludos,& choreas abire: sed potius ad sancta opera,sicut beatus Petrus fecit. Vnde in Prouerbiis dicitur. Panem ociosa non comedit. ¶ Discamus etiam prius quærere regnum Dei & iustitiam eius:&postea quę necessaria fuerint ad corporis honestũ victũ.

Mar.16. *Chrys. ho. 14 in Mat.* *Genes 2.* *Gen.14.* *Gen.12.* *Exo.19.* *Psal.34.* *Exo.2.* *4.Reg.4.* *Prouer.31.*

Prius Christus egit de spirituali animæ cibo, & postea de corporali:quod vtique fœlicissimo modo acquiritur,si laborem tuarum manuum manducaueris. Denique finitis sacris concionibus ne quæras cœnopolia,nõ theatrũ:sed ea quibus honestè viuere possis,quæque aduersus domini præcepta no pugnant. *Duc in altum.* Id est,in profundum. Sic in Ioãne. Puteus altus est. Et in psalmo. Venit in altitudinem maris. Et ideò vocatur altum, quia aqua distans à littore altior est:quod vt clarius intelligas fuit,ac si dixisset. Recedamus à littore,& in medium siue in profundum maris abeamus. *Et laxate retia vestra in capturam.* Habet & mũdus sua retia, habet & Satanas piscatores suos:qui miseras animas carnis blãdimentis in mortis carcerem conijciunt: sed fœlices quas sagena Apostolica de profundo criminum & errorum abducit,& è tenebris ad lucem,& è peccati sordibus ad pristinam & albam vitam reuocat. Non trahuntur ad mortem sed ad vitam,vt Paulus inquit. Non quæro vestra,sed vos. Et *respondens Simon dixit illi. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. in verbo autem tuo laxabo rete.* Videobsecro Petri obedientiam & fidem quam in Christum habuit. Nouerat enim Petrus,vt pote qui peritus erat in arte piscatoria,quod noctu pisces super aquas natant, aduenientque autem die in profundum aquæ abeunt:cumque tota nocte nec vnum piscem capere potuissent multo minus in die caperent. Nihilominus tamen plus fidei præstans verbo Christi,quàm naturali rationi,decernit rete suum in mare proijcere:nihil obstante, quod id sibi Christus præcipiebat rationi videbatur aduersari. Hęc enim est natura fidei,vt credat ea, quę supra rationem sunt humanam,quęque rationi aduersari videntur. Non quia fides sit contra rationem:sed quod eam superet, ac longo discrimine transcendat. Quocirca diuus Paulus vocauit illam fubstantiam rerum non apparentium. In verbo tuo, dixit Petrus, quia fides verbo Dei nititur:iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et Ioãnes. Potestatem dedit eis filios Dei fieri,his qui credunt in nomine eius. Et idem in epistola prima. Hoc est præceptum Dei,vt credamus in nomine filii eius. Sed de his,quę ad fidem attinent, quia aliis in locis multa diximus,& disseruimus, nunc cetera consideremus. ¶ Discamus etiam à beato Petro protinus,vt aliquid ex parte domini fuerit præceptum,illud opere cõplere, nulla facta mora. Abraham Deo obediuit, quãuis ea quæ videbantur aduersari promissionibus sibi factis Deus præciperet. Sic Petrus nunc paruit domini mandatis,quanuis contra artem piscandi præcepit: sicque meruit innumeram piscium multitudinem colligere. Laborauerat tota nocte,& nihil cœperat:sed obediens domino omne tempus amissum recuperauit: ideoque repletum est rete piscibus. Poteris quidem tota nocte laborare, & nihil lucri inde reportare: & quidem etiã poteris vnico tantum iactu retis in mare multitudinem piscium colligere. Ita nimirum poteris multum atque diu laborare, & parum mereri: & parum laborans poteris multum mereri. Si contra obedientiam multum laboris sustinueris,nihil mereberis: & si sola tua voluntate laborauerís,parum etiam merebe ris:at si obedientiæ mandato laborauerís,ingenti retributione dignus eris. Quando beatus Petrus tota nocte laborauit,nihil piscatus est:at cum Christi mandato parum suscepit laboris,meruit multitudinem piscium capere. Nolis igitur tu qui religiosus es prælatorũ obedientiam fugere,& à laboribus communitatis te abstinere. Quis obsecro locus est magis sublimis,aut maioris dignitatis, quam Empyreũ cœlum, in quo angeli cõditi sunt, & à quo dæmones facti ciciderunt, cùm sua propriam voluntatem sequi vellent? Et optimus locus terræ erat terren⁹ paradisus:à quo primi nostri parentes propter inobedientiã egressi sunt lamentantes. Qui obediens est, manducans ieiunat, dormiens vigilat, & in quiete laborat. Multi lũt qui existimãt,quod sub obedientia degentes vitam,& ea facientes quæ prælati iubent exterius, esse perfectè obedientes: existimantque interius propriã voluntatem non esse abnegandam. Quiquidem manifestissimè falluntur: nam etiam si illa obedientia sancta sit,atque necessaria:nõ tamen ideo alia interior obedientia & multo excellentior excluditur: quaquidem anima tenetur diuinis inspirationibus obedire, ea omnia negando,quę sentit aduersari his quæ magis grata,& placentia sunt Deo,tanto feruore &ardore vt non solùm his obediamus, quæ clarè cognoscimus in diuinis literis esse à Deo præcepta: sed etiam his quæ vel nutu ipse à longe ostendit, dummodo certò sciamus sua esse. Sic Moses & Aaron dixerunt Pharaoni, Deus Hebræorum occurrit nobis. Non dicunt Deus Hebræorum hoc præcepit,sed occurrit:& statim quasi diuinates voluntatem eius volunt iter agere trium dierũ. Sic vera obedientia est, quæ statim vt agnoscit voluntatem prælati, eam adimpleas,nedum ipso præcipiente. ¶ Modo autem quia in infinitum esset abire si de fructu & bonis obedientiæ esset nobis agendum:aduerte cũ beato Petro,quidquid feceris, vt in nomine Christi facias,quo fiet, vt fœliciter ea omnia assequaris quæ desideras. Omnes enim actiones & studia nostra in nomine domini exordienda sunt,vt fœlicem euentum videamus. Vnde beatus Paulus, Siue manducatis, siue bibitis,vel aliud quid facitis,omnia in gloriã Dei facite. Et iterum. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere,omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite,gratias agentes Deo. ¶ Sed iam alia circa hoc miraculum consideremus, vbi aduertenda & admirãda venit diuina potentia atque sapientia, quæ contraria contrarijs curat:nam cum tota nocte nihil cœpissent Apostoli,iuber in die quãdo pisces in profundum aquæ abeunt, eos in mare mittere, & ita multitudinem piscium colligunt,vt vel sic admiranda ostendat opera sua. Sic infirmitates solet contrarijs curare. Vnde in Numeris legimus,quod cùm filij Israel à serpentibus essent vulnerati,erexit Moses serpentem eneum ardentem,quem aspicientes filij Israel sanabantur à morsibus serpentum. Fertur enim naturam esse æris candentis, vt siquis à serpente morsus illud intuearur,statim moritur. Sed De⁹ vt illustrẽ faceret miraculum fecit vt contraria contrarijs curarentur. Idem possemus dicere de aquis amaris, vbi lignũ illud fuit proiectum: & de sale quem misit Eliseus in aquas Hieri co,quæ natura non poterant esse dulces, sed salsæ cum proiectus esset in eas fuisset verum iste aquæ,quæ antea amaræ erant,factæ sunt dulces contra ordinem naturæ. Idem dicere possumus de massa ficorum, qua curarum fuit vlcus regis Ezechiæ,quæ certè contraria erat infirmitati. Sed ita Deus sua opera solet facere,vt sua omnipotentia magis elucelcat, & vt clarius miraculum agnoscatur.

¶ Præterea cùm dicit Petrus quod in verbo Christi vult laxare retia,docet prædicatores, vt non philosophorum argutijs,aut poetarũ nænijs retia prædicationis euangelicæ laxẽt, sed in verbo Christi, quod in sacris voluminibus abundat. Docet etiam prædicatores vt laxent

Num.21. *Exo.15.* *4.Reg.2.* *4.Reg.20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

laxent rete prædicationis in verbo domini
non ad gloriam suam, neque ad quæstum,
non ad aliquod humanum desiderium, sed
ad salutem eorum, qui capiuntur: sed in lau-
Hiere.23. dem & gloriam Dei. Vnde Ieremias ait. Pro-
pheta, qui habet somnium, narret somnium,
qui habet sermonem meum, narret sermonē
meum. ¶ Vltimo & postremò loco ad nostrā
eruditionem præter iam dicta alia tria discu-
tienda sunt. Primo quomodo vbi Christus ab-
est, ibi maximus labor & calamitas est: quod
quidem manifestè apparet cùm dicitur, per
totam noctem laborantes. Secundo est aduer
tendum, hunc laborem inutilem esse & ina-
nem, quod exprimitur, cùm dicit euangeli-
sta, nihil ceperunt. Tertio docetur q̄ Christi
potentia & virtute labor noster licet paruus,
tamen vtilissimus est: quod insinuauit dicēs,
in verbo tuo laxabo rete. ¶ Attende primo
quantum mundus suos amicos discruciet &
quot labores perperi faciat. Per totā (inquit)
noctem laborauimus: Sine Christo laborant,
& nihil fructus colligunt. Homo sine Deo
Ierē.16. multum laborat, & nullam mercedem inue-
nit. Seruietis diis alienis (inquit Ieremias)
qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.
Obsequens tuis affectibus, nimis laboras, &
maxima tormenta pateris. Ficta Dalidæ deli-
menta fortissimum Sansonem in interitū
Iudi.16. adduxerunt: quemque Philistæi obcæcarunt,
& in molam asinariam conduxerunt. Tu igi-
tur, qui mundo diligenter inseruis, quiq; suas
diuitias & oblectamenta quæris intellige te
alitū esse Sansonem qui ligatis oculis molā asi
Psalm.11. nariam circuis. In circuitu impii ambulant,
Septuag. ait psalmista: nam peccatores non vias rectas
ambulant, quas sapiens dixit iustos perambu
lare. Homines nanque mundani anxio labo-
re degentes vitam, in circuitu ambulant in
Pro.29. mundo sicut porta in cardine suo, neque vn
quàm à termino & fine suorum peccatorum
exeunt. Inuertitur illis caput, & tanquā gens
sine sensu vanitatem quærunt, & falsa obie-
ctamenta concupiscunt, & in suis vanitatibus
Sapien.5. laborant. Idcò sapiens in persona istorum in
quit. Lassati sumus in via iniquitatis & per-
ditionis, & ambulauimus vias difficiles. Attē
de obsecro quod tota nocte huius vitæ, mun-
di vanitatibus inseruis, à quo nihil aliud retri
butionis nisi pœnitentiam & confusionē ac-
cipies. Solet enim contingere vt adolescens
captus amore mancipii, illud in vxorem du-
cat, qui etiam si se videat se omnino perdi, ni-
hil facit suam perditionem. Ita nimirum vo
luntas nostra diuini amoris oblita, sic adeò
huius mundi amores concupiscit, vt seruilem
lam & captiuam asserat illius, omnibus labo-
ribꝰ se subijciens. Nouerat enim benè fortis
simus Sanson Dalidam ad nihil aliud velle
scire, vbi suarum virium robur & vim habe-
ret, nisi vt eum ad interitum duceret: nihilo-
minus tamen sic adeò illius capiebatur amo- Iudi.
re, vt potius elegerit captiuum & mancipiū
fieri, quàm Dalidæ esse molestum. Miser equi
dem in interitum ductus fuit cùm crederet
Dalidæ mendacibus verbis. Quid obsecro a-
liud emancipatum te mundi obsequio ha-
bet: nisi fides, quam suis mendaciis & falla-
ciis præstitisti? Priora illa oblectamenta & ille
cebræ, quibus sui amoris principio te tracta-
bat, in labores, quos nunc pateris adduxerūt.
Nunquàm mundus nec momentum quietis
tibi dabit: etiam si per totam vitam ei diligen
ter inseruias. Nullus maior labor, quàm suis
affectibus seruire. Postquàm verò te ipsum
nimis discruciaueris tota nocte, quod inde
excerpis: nihil. Per totam noctem laborantes
nihil cepimus. ¶ Vnū hic illud maximè notā
dum est, quod omnes qui mundo inseruiūt,
& sine Deo laborant, gratis & nulla accepta
mercede se discruciant. Vt autem ne clarum
vnquem ab historia, de qua nunc agimus, dis
cedamus: quam rogo mercedem Philistæi re-
tribuerunt Sansoni pro omni accepto labo-
re? nullam vtique. In qua quidē re tu, qui
mundo inseruis, & suis fallaciis fidem præ-
stas, id aduertere debes quod etiam si pro
mundo toto tuæ vitæ discrimen te mille labo-
bus discruciaueris, nullum inde reportabis
præmium. Multis quidem annis, & magna
perpessis laboribus Iacob seruiuit Labā: quo
decies fuit deceptus, & mercedem illi debitā
negauit. Multi sunt huiusmodi homines, qui
diligentissimè omni semota pigritia se mun-
di mancipia exhibent, semper honoribus &
diuitiis intenti: at mundus negat illis merce-
dem, quam promisit. Mundi sarcina ponde-
rosa est, & anxius labor, à quo nulla vtilitas re-
portatur. Idcò Esaias. Telas aranee texuerūt.
Effenerat se aranea, & maxima cura & solici-
tudine telam texit: omnia autē facit, vt mul-
cas capiat. Ita ambitiosum videas vel auarū;
qui animum, mentem & cogitationes ad ni-
hil aliud applicat, quam ad diuitias, honores
& dignitates: at postquàm hæc omnia conse-
quutus est, tanta suæ animæ & conscientiæ

iactura, quid rogo habet miser? Quid adqui
siuit nisi muscas? Per totam noctem laboran
tes, nihil cepimus. Musca præter id, quod vi
lis est & immunda, importuna est & mole-
sta: nam si semel & bis illam à te repellas, ite
rum atque iterum redibit. Solet enim auā-
rus in lecto suo per noctis quietē iacere, pro-
inusque & improuiso subit eū cogitatio quo
modo carius vendet triticum: at ipse secum
pugnat, an vel possit quiete somniū capere,
sed iterum importuna musca, id est anxia cu
ra & cogitatio eum pungit, ne dormiat, ne
quiescat, ne (si libuerit in noctis tranquillita-
te) Deo vacet. Idem exemplum poteris de
hominibus cupidis, & de eis, qui illatas iniu-
rias vindicare curant. O miserum peccatorē,
qui tanta cura & solicitudine, tot laboribus,
& vigilijs tanquam aranea telam texuisti, &
honores, & diuitias consequutus es. Nunc
autem quid habes nisi muscas: postquam ma
ximā iacturam corporis & animę fecisti? grā
des curas, & solicitudines lucratus es, & pu
res conscientiæ tuę morsus: qui tanquam im
portunæ muscæ te semper inuadent. Grauis
calamitas, & crudele tormentum est, vt seip-
sum homo discruciet vt curas & solicitudi-
nes acquirat. Ideo Esaias in eodē capite sub-
didit. Opera eorum inutilia: cogitationes eo-
rum, cogitationes inutiles. Iob etiam ait. Si-
cut tela aranearum fiducia eius. Grandis pla-
ga illa fuit Ægypti, quando dominus mus-
cas immisit: & maior plaga quam nunc patiū
tur diuites, prælati, & magnates huius seculi
illa est, scilicet, maximæ curæ, & importunæ
cogitationes, quæ semper hos discruciant. Et
denique hoc vno verbo vt omnibus his dicē
di finē imponamus: postquam hi miseri per
totam noctem huius vitæ tam anxie labora-
runt, quid habent? habent equidem pauperē
sindonem, & angustam sepulturam. Si resur-
gerent nunc à sepulchris Cæsar, Pompeius,
Alexander, & omnes principes mundi, quo-
rum memoria vēturis seculis & præsentibus
prorsus historijs celebratur, quid dicerent?
dicerent vtique, per totam noctem laboran-
tes nihil cœpimus. Cæci ambulauimus in re-
nebris ignorantiæ nostræ, quærentes gloriam
humanā: cuncta velut fumus pertransijt, &
nihil illius habemus. Nihil inuenerūt viri di-
uitiarum in manibus suis. Laborant miseri
per totam noctem huius vitæ: at postquam
mors aduenit, nihil illis prosunt omnia ad-
quisita. Nam venit mane & agnoscunt falla-
ciam Laban, & iuxta se Liam vident omnes, Gene.29.
qui mundo inseruierunt. Quod igitur reme-
dium mihi præbes? Vt Deo seruias, & quid-
quid laboris sumpseris, pro eo accipias: nam
parum laborans, amplissimam mercedem ti-
bi donabit, cùm in nomine suo laxaueris re-
te. Laborat Petrus tota nocte absente Christo
& in nomine mundi retia mittit, & nihil pis-
catur: at cùm in nomine Christi retia tendit,
ingentem copiam piscium capit. Quanto in-
utiles sunt & nullius valoris omnes labores,
quos pro mundo suscipimus: tanto magis
glorioſi & vtiles sunt ij, quos pro Christo am
plectimur. Multum pro mundo laborantes
nihil meremur: at parum pro Christo, maxi-
ma retributione sumus digni. Quod manife
ste videbis: nam beatus Petrus tota nocta pi-
scationi dedit operā, & multoties retia in ma
re iactauit, & nihil cœpit: quia in nomine
Christi non illa mittit. At postquam semel in
nomine Christi retia tendit, vide quid euan-
gelista dicat. *Et cùm hoc fecissent, concluserunt*
piscium multitudinem copiosam. Iam vides quo
modo omnis labor nr inutilis sit, vbi Deus
nobiscum nō operatur: sed vbi Christus assi-
stit, glorioſus est fructus. Quapropter cum
diuinæ literæ laborem nostrum reijciunt, nō
intelligas eo fieri animo, vt otiantes simus,
& laborem dimittamus: sed vt discamus in
labore nostro Deum non solum respicere, &
illi plus fidamus, quàm nostris factis, eiq; præ
cipuè fructū laborum nostrorū asscribamus.
Corpore igitur labora, & animū tuū ad Deū
dirige, & tunc omnia fœliciter tibi contin-
gent. Vt est sapiētis dictum. In omnibus vijs Prou.3.
tuis cogita Deum, & ipse diriget gressus tuos. Psalm.36.
Et pater ipsius Dauid. Reuela domino viam
tuam, & spera in eo: & ipse faciet. Vide etiam
quam magnus sit & copioſus obedientię fan
ctæ fructus: nam cùm dominus præceperit
Petro vt mitteret rete in mare, quam fœlix
fuerit retis iactus iam vides. Sed nos nihili ha
bentes domini mandata, ea transgredimur,
& violamus. Obediamus igitur diuinis præ-
ceptis, vt Petrus fecit: quandoquidem tanti
Deus sua præcepta habet, vt potius velit cœ-
lum ruere, & vniuersam terrā subuerti, quā
minimum mandatum de lege violari. Qua
obsecro ratione quilibet nostrum facile & ve
lut nihil agens violat diuina præcepta? scri-
ptum est enim de sole & luna & alijs creatu-
ris. Statuit ea in æternū: præceptum posuit, Psalm.148.
& non præteribūt. Vniuersę creaturæ à Deo
con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conditæ & ipse Christus filius Dei diuinum præceptum timent violare, & solus miserrimus homo patupendit illud. Verùm vt clarius miraculum eluceſceret ait euangelista. *Rumpebatur autem rete eorum.* Tanta erat multitudo piſcium, vt cùm ſuſtinere eos non poſſet, rumperetur. Hoc eſt aliqua parte rumpi cepit: nec aliquis excidit piſcis, quod etiã miraculum fuit. *Et annuerunt ſocijs, qui erant in alia nauí, vt adiuuarent eos.* Annuerunt capita inclinantes, quia miraculum admirati, nõ potuerunt loqui. Quo facto docemur neminẽ in eccleſia ſibi ſufficere, ſed alterum alterius opera & ope indigere, vt ſic inuicem nos auxiliantes humiliemur. Non poteſt dicere oculus manui, opera tua non indigeo: nec caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij: ſed quę multo infirmiora membra eſſe videntur, magis neceſſaria ſunt. Et iterum Paulus. Alter alterius onera portate. Vtinam Chriſtiani reges alter alterius opem ferrent, vt vel ſic Chriſtiani nominis inimicos Turcas ſubuerterent.

¶ Docet etiam Petrus epiſcopos, aut prælatos eccleſiæ, ne vocent in miniſterium & opem ſcurras aut cognatos: ſed viros Theologos, ſapientes, ſimiles Iacobo, & Ioanni. Nam ſi ſinguli Hiſpaniæ epiſcopi, qui ditiſſimi ſunt, vel duos doctores Theologos ad ſe vocaſſent, qui menſæ ſuæ ſemper accumberent: cũ quibus ſua negotia conſultarent, & à quibus ſemper conſilium peterent: nec tanti eſſent Theologi pauperes, nec eccleſiæ iſtorum tam male gubernarentur. At non ad ſe vocant niſi conſanguineos & pueros, nec à bonis adiuuatiuos ſunt, ſed omne pondus epiſcopatus humeris ſuis imponunt, vt grauiori & maiori lapſu in infernum cadant. Præterea laboremus omnes nos, vt à fratribus noſtris adiuuemur. Citò nanque rete noſtrum rumpitur, ſi fratrum ſubſidium contemnitur. Vnde minores non ſunt contemnendi cùm poſſint iuuare maiores. In Actibus enim Apoſtolicis legitur, & cùm Petrus detineretur in carcere Herodis, oratio fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad eo. Ideò in Prouerbiis Salomõ ait. Frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. *Et venerunt & impleuerũt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur.* Qui locus non aliud videtur docere, niſi vt adiuuemus fratres noſtros, cùm proſperi & alacres ſumus, et congratulantes, & ſimul congaudentes. Sic iſti adiuuabant Petrum cum tanta multitudine piſcium gaudẽtem & ſtupentem. Sic vicini montanæ Iudææ & cognati Eliſabeth congratulabantur ei in *Luc.* partu præcurſoris domini. Sic Paulus Corin- 2. Cor. thijs ſuis ait. A diutores ſumus gaudij veſtri. In tempore autem tribulationis & angustiæ ibi magis eſt opus, vt proximum adiuuemus. Rumpebatur rete, & adiuuabant omnes. Tu autem qui dives es, & vides palliũ vicini tui pauperis rumpi, quare aliud non tribuis, nec illi ſubuenis? Nemo fere eſt qui pauperem adiuuet, nemo qui faucat illi: nemo, qui iacentẽ manum porrigat. Pereunt pauperes cum tanta indigentia, nec vllus eſt qui illorum recordetur. Si diuites veri eſſent proximi, & Chriſti legis amatores, vel ſolo nutu proximorũ neceſſitatem intelligerent: & vel ut Ioannes, & Iacobus qui ſolis ſignis intellexerunt beatum Petrum, proximorum neceſſitatibus ſubuenirent. At proh dolor, nam non ſolum nutu non exaudiuntur: ſed etiam clamantes alta voce contemnuntur. *Quod cùm videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu, dicens. Exi à me domine: quia homo peccator ſum.* Ex humilitate hoc fecit: nam videns Petrus tam ingens miraculum, virum ſanctiſsimum Chriſtum ſe dicauit, exiſtimans nec ſua præſentia dignum eſſe, ſicut Centurio, qui dixit. Domine nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Et Abigail cùm nuncios miſit ad eam Dauid volens illam in vxorem accipere, dixit. Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum domini mei. Indignum igitur ſe ipſum Petrus iudicauit Chriſti præſentia. Non ſic Gerazeni, qui rogauerunt Chriſtum, vt diſcederet propter porcos quos amiſerant. Cognouit Petrus Chriſtum, & ideò lumine diuino illuſtratus ſe ipſum agnouit & humiliat. Aſpectus regum terræ & eorum præſentia homines reddit ſuperbos: at Dei viſus & intuitus, humiles. Vidit Eſaias dominum, & ſtatim ſe ipſum exinaniuit. Abraham etiam coram Deo ſe ipſum humilians dixit. Loquar ad dominũ meum cùm ſim puluis & cinis. Sic Rebecca viſo Iſaac deſcẽdit è camelo. Sic anima Chriſtiana videns Chriſtum ſponſum ſuum humilem, & videns Dei gloriam & maieſtatem deſcendit de camelo ſuperbiæ & humiliatur. Sic ſanctiſsimus Iob domino inquit. Oculus meus vidit te: id circo ego me reprehendo, & pœnitentiam ago in cinere & fauilla. Sic in Ezechiele legitur quod ſtarim vt fiebat vox ſuper firmamentum, ſubmittebant animalia alas ſuas. Cõſideratio enim operum Dei tria efficit in homine. Primo quendam defectum intel-

intellectus, vt neſciat homo quid loqui debeat, & hoc ſignificatur, cũ dicitur, exi à me.

¶ Secũdò notitiam generat defectuum priorum, atque ideo ait, homo peccator ſum. Ex tui contemplatione & conſideratione domine Ieſu, qui ſanctus es in omnibus operibus tuis, iudico me peccatorem. Ex applicatione perpendiculi cognoſcit artifex operis bonitatem vel malitiã. Sic opera noſtra cum Dei operibus & cũ regula ſuorum mandatorum librata pannus ſunt menſtruatæ.

¶ Tertiò Dei conſideratio timorem quendam ſanctum injicit: nam ſicut cætera animalia leonẽ verentur, & ad eius rugitus pedes liſtũt: ſic conſideratio diuinorum operũ ſecũ affert timore. Nullus eſt tã potens, tã fortis, tã robuſtus, quẽ Dei potẽtia atq; virtus nõ timere faciat. Ideò ait Petrus. Domine, quod eſt nomẽ timoris. Vnde ipſemet dñs per Malachiam ait. Si ego dominus, vbi eſt timor meus? ¶ Aduerte autem hoc intereſſe inter bonos & malos, quod mali in malis Deũ agnoſcunt, boni autem in bonis & in malis. Illi cum mala, afflictiones, & calamitates in eos mittit: iſti autem cum multa dona & beneficia illis contulit. Deus in domibus eius cognoſcetur, cùm ſuſceperit eã, ſcilicet Sion. De reprobis verò ait. Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi, & confundantur & pereant. Et cognoſcant, quoniam nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in omnem terram. Sic cùm in Exodo dominus malacommineretur Ægyptijs inquit. Et ſciẽt Ægyptij, quoniam ego dominus.

¶ Obſerua etiam quod Dei ſerui quãto Deo ſunt propinquiores, tanto humiliores ſunt. Moſes magnus princeps & multitudinis gẽ cum imperator adorauit Ietro, Æthiopem Madian. Deus nanque cùm ſemper ſuos docebat humilitatem, conuerſantes cum eo humilitatem diſcunt. Præterea ſi impius es, tũc me iuxta te pios habere: nã mali coram Deo tunc manifeſtius apparent. Vnde vidua illa dixit Heliæ. Ingreſſus es ad me, vt remorarẽtur iniquitates meæ? Sic Ægyptij ejiciebant à ſe Hebræos dicẽtes. Omnes moriemur. Quo facto diuini verbi prædicatores diſcant, ſi viderint ſuis concionibus aliquos conuerti vt non extollantur: nam eorum perpolitus ſermo, nec verborum ornatus id non operatur: ſed gratia Dei. Sed vt Petrus fecit, ad Chriſti pedes ſe conuertant, videntes multitudinẽ animarum reti prædicationis capi, & in hęc prorumpant verba diuini amoris ardore accenſi. Non nobis domine non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Omnia Deo tribuenda ſunt, & ad pedes Chriſti adducenda dans illi gratias teipſum peccatorẽ & mendicũ confitendo, qui te organum diuinæ veritatis & ſui verbi fecerit. Quanuis fœliciter tibi ſuccedat opus prædicationis, tamen omnis laus & gloria vni Chriſto tribuenda eſt: cuius auſpicijs lingua diſerta ſit ad loquendum: cuius ſpiritus diuinam vim dicentis pectori injicit cuius occulta vis mentes audientium allicit, vt diuini verbi obſeruatores ſe præbeant. Sic illi viginti quatuor ſeniores projiciebant coronas ſuas ante pedes agni. Poſtremò ſeruorem & ſanctitatem beati Petri cõſidera, quia ſolus ipſe procidit ad pedes Ieſu: cùm etiam Iacobus & Ioannes & multi alij viderint miraculum. In horto quando omnis malignorum cohors aduerſus Chriſtum irruit: ſolus ipſe gladium accepit, & percuſſit ſeruum põtificis. Et in mare Tiberiadis ſolus ſe ipſum iactauit, vt Chriſtum videret. Ex quibus omnibus manifeſtè colligitur quàm feruẽtiſsimo amore, & quam mirabili charitate Chriſtum proſequebatur. *Stupor enim circundederat eũ: & omnes qui cum illo erant in captura piſcium, quam ceperant.* Reddit rationem euangeliſta cur Petrus ſe projecerit ad pedes Ieſu: quia ſtupefactus fuit tanto atque tã magno miraculo, vnde ſtupor & timor reuerentiæ eum circundederat. Timẽdi ſunt ſancti Dei & honorãdi. Sic in Exodo dicitur quod Aarõ & ſilij Iſrael videntes ſplendorem faciei Moſi, timuerunt prope accedere. Saul etiam cœpit timere Dauid, videns quod prudens eſſet nimis. Sic Herodes timebat Ioannem. *Similiter et iam Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis.* Dum piſcarentur timor & ſtupor eos circuibat, qui fieri poſſet in eodẽ loco tot capere piſces, vbi paulo antea nec ranunculam capere potuerant. Quod factum nõ aliter viſum eſt beato Petro, atque ſi Chriſtus de nouo hos piſces creaſſet. *Et ait ad Simonem Ieſus.* Quia ſolus Simon Petrus humiliatus eſt, ſolum Chriſtus conſolatur, & plus omnibus illum honorat Chriſtus. *Noli timere.* Non excludit timorem reuerentiæ: cũ initium ſapientiæ ſit timor domini: ſed puſillanimitatem & diffidentiam. Sic Abrahæ dixit. Noli timere Abrahã, ego protector tuus ſum: & merces tua magna nimis. *Et hoc iam homines eris capiens.* Metaphora eſt: nam ſicut piſces

Psalm. 113.
Apoca. 4.
Mat. 26.
Ioan. 21.
Exod. 34.
1. Reg. 18.
Mar. 6.
Eccl. 1.
Gen. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pisces capiuntur hamo, & extrahuntur de mari: sic prædicatores verbi Dei educunt homines de amaritudinibus iniquitatum huius seculi: quod vocatur mare propter multitudinem fluctuũ, & propter pericula multa, quæ omnia satis abundant in hoc misero seculo. Et in Matthæo dominus homines assimilat piscibus dicens. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare: & ex omni genere piscium, &c. Et Ieremias. Mittam in vos piscatores meos, & piscabunt vos. Quod maximè conuenit piscatoribus propter conditionem piscandi. Quia sicut piscator quando rete mittit in mare, nescit quem capturus sit piscem: nisi quem sors illi subiecerit: sic prædicator diuini verbi, nescit cui profecturus sit cõcione sua, sed illum capit quem Deus tenere vult. Verùm hæc piscatio quanuis spirituali valde similis sit, tamen in duobus cum illa nõ conuenit. Nã in temporali piscatione minores pisces solẽt esse impedimento quominus maiores capiantur: nam si in mare magnũ hamus cum esca iacitur, minimus pisces eam comedit quo fit vt hamus appareat, & fugiãt maiores pisces. Sed in piscatione spirituali multo aliter contingit: nam pisces magni, paruos impediunt, quominus capiantur. Nã prelati, magnates, & diuites, impedimento sunt aliis hominibus ne conuertantur: præbentes illis suis deprauatis moribus & pessima vita peccandi exemplum. Secundo pisces capiuntur ad mortem, & homines in bello ad seruitutem: sed in hac spirituali piscatione homines ad vitam & libertatem capiũtur. In mari pisces qui hamo vel retibus capiũtur, pereũt: reliqui autem viui manent. In hac autem piscatione contrario modo res se habet: nã qui capiuntur à prædicatore hamo prædicationis viuunt: reliqui autem intereunt. Obserua autem, quod in eo quod dicit, eris homines capiens: docet prędicatores, vt concionibus suis non quærant aurum, nec argentum, non diuitias, honores, aut dignitates, nec hominum laudes: sed solum animas. Sic faciebat ille egregius gentium prædicator, cùm dixit Corinthiis. Ego non quæro quæ vestra sunt, sed vos. ¶ Obseruandum preterea quòd cùm ambæ nauiculę piscibus implerentur, vt pene demergerẽtur, soli Petro dicitur, ex hoc eris homines capiens: cùm cæteri etiam essent piscaturi, nam aderant ibi Ioannes & Iacobus: vt ostendat hunc fore principem & vicarium ecclesiæ. Eodẽ modo cũ exigeretur tributum

Mat. 13.

Ierre. 16.

2. Cor. 16.

Christus dixit Petro. Vade ad mare: & mitte hamũ & cum piscem qui primus ascenderit, tolle & aperto ore eius inuenies staterẽ, illũ sume & da eis pro me, & te. Petrum Christus tanquã post illum futurum vicarium nominat, nulla reliquorum facta mentione. Denique alii Apostoli schapha ad Christum venerunt: sed Petrus super aquas maris ambulans ad Christum venit: quod quidem cùm vniuersale sit & omnem terram ambiat, significat vniuersale ecclesiæ primatum, cæteri verò particularium ecclesiarum præsides fuerunt. Triplici autem ratione ecclesiæ principatus Petro collatus fuit. Primo ratione humilitatis, digni enim sunt humiles: vt alijs prosint qui officium prælati humiliter exercent. Vnde Saulis ex parte Dei dicitur. Nonne cũ paruulus eras in oculis tuis, caput in filijs Israel factus es: Secundo ratione confessionis constantis fidei. Nam statim vt dixit, tu es Christus filius Dei viui, respondit Christus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Acsi diceret. Eo quod tu me filium Dei es confessus, atque perinde primã petram & fundamentum huius ædificii quod fabricare intendo: ego te Petrum, id est, secundam petram instituo, qui vices meas possis in terris gerere. Atque hoc (& non sine magno mysterio) significat illa verborum allusio, tu es Christus, tu es Petrus. Vbi vides quod id quod natura Christo competit id Petro per gratiam tribuitur. Quapropter dum ait, tu es Petrus & super hanc petram, &c. demonstratio pronominis non refertur ad confessionem Petri, sed refertur ad ipsum Petrum. Acsi diceret. Tu es petra, & super hanc petram &c. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, scilicet ecclesiam, super te fundatam. Et sicut ego habeo clauem Dauid, qui occlusos cœlos aperturus modo sum, eorundem exclusorum ego tibi claues credam: vt quod quid ligaueris, soluens in terra solutum & in cœlo, & quidquid ligaueris, in terra ligatum. ¶ Tertio ecclesiæ principatus Petro collatus est ratione feruentis in Christi dilectionis. Nam cùm Christus interrogasset Petrum, diligis me plus his: tradidit ei ecclesiæ primatum, & constituit eum principẽ domus suæ, sicut prædixerat rex Dauid. Nam quamus suæ, sicut prædixerat rex Dauid. Nam quãmus nunc promittit Christus Petro, post resurrectionem suam adimpleuit, cùm dixit. Pasce oues meas. ¶ Tertio, Aduertendum quàm dal citer & suauiter dñs suos dilectos in cœlũ du

Mat. 2.

Mat. 10. Luc. 12.

Luc. 16.

Gen. 6.

Ioan. 15. 17.

citẽ reges Magos qui rectè callebant scientiam astrologiæ, stella duce in præsepe Christi pueri adduxit & beatum Petrũ, qui piscationẽ multis diebus exercuerat, allicit eum dicẽs. Ex hoc eris homines capiens, Acsi diceret. Nolo vt artem tuam deseras, imo eandẽ illustriorem reddam: nam si piscator es, aliud nobilius piscium genus tibi ostendã, quo possis artẽ tuã exercere. Ita etiam non dicit discipulis vt omnino nolint timere: sed q̃ non timeant homines sed eum, qui postquã occiderit corpus, potest animã in gehennã mittere. Non tollit itaq; Deus affectus animæ: sed obiectũ & causam mutat. Sicut in hoc loco non præcepit Petro, vt à piscatione desisteret, sed aliam piscationẽ nobiliorem ostendit & mutauit & officium illustrat. Sic cùm voluit Deus populũ ab Ægypto vocare, sciens illum rudẽ atque carnalem, nimisq; cibo pomiq; dedituũ (quod ostenditur cùm starim egressi recordati sunt, quando sedebant super ollas carnis in Ægypto, & comedebant panem in saturitate) sic eis dominus loquitur per Mosem. Dominus Deus patrum nostrorum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos vt, &c. ad terram fluentem lacte & melle. Vides quomodo affectum nõ tollit vi, sed materiam in meliorem mutat. Sic tu qui lasciuo & libidinoso amori deditus es, non cito amorem reijcias, sed illum in spiritualẽ muta. Sic Paulus Timotheo ait. Præcipe diuitibus huius seculi, non sperare in incerto diuitiarũ sed in Deo viuo, &c. Vide sancti apostoli prudentiã. Non ab eis tollit spem: sed inquit, ne sperẽt in incerto diuitiarum, sed q̃ spem suã, in Deũ collocent, quæ certa est. Sic dominus iuueni diuiti. Vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo. Sic dominus cum Petro non aliter quam cum filijs Israel fecit: qui cũ illis alios cibos dulciores & meliores dedisset, huic munus aliud excellentius tribuit, & pisces matis in homines trãsferre. ¶ Expende quanto q̃ne homines putant se in vanum laborare in cultu veri Dei ostẽdit se largum & liberalẽ suis seruis & ministris. Nouit enim pius ac misericors pater, nos non aliter suo obsequio velle vacare, nisi præmio & mercede ob oculos posito. Ideo Petro promittit hominũ piscationẽ: & in toto initium mẽto præmijs nos allicit, vt eũ sequamur. Sic Abrahæ dixit. Ego merces tua magna nimis. Et alibi. Ego Deus liberalis, fortis, & beneficus. Docet hic mundi Saluator qualiter homines alliciendi sint, nõ minis & terroribus: sed muneribus & promissionibus. Obserua etiam hominum diffidentiam, qui pauci volũt Deo seruire: nisi mercede & retributione ob oculos posita. Vide etiã quanto cũ fœnore dominus rependit, si pro eo aliquid in diserimẽ exposueris. Depoluerunt isti retia, & dedit cœlum: depoluerũt pisces, & dedit homines. Sic Abraham filium suum mortis periculo exposuit & eum nõ amisit: & auxit dominus pro eo semẽ eius sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. Diximili dominus. Quia fecisti hãc rem & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicã tibi: & multiplicabo semẽ tuum sicut stellas cœli. Vbi manifestè vides, quomodo pro Deo perdere sit lucrum. Quid perdidit Abraham? fixit posuit filium, periculo: sed illum non perdidit, imò plus bona pro illo facto consequutus est. Perdidit Petr⁹ pisces & retia: sed pro his cœlum lucratus est, & hominum piscator est factus. Sic tu nõ existimes amitti eleemosynã, quã pauperi tribuis, quia multo vberiorem & ampliorem mercedem accipies. Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post multa tẽpora inuenies. ¶ Denique, vt finem dicendi faciam attende ex hac historia quos elegerit dominus ad negotia sua. Nempe vt qui indocti videtur, docti fiant vt sciant homines opera, ad quæ assumuntur non esse sua sed Dei. Quis non mirabitur Deum, qui Mosem, mittit hominem balbum, vt munus oratoris exerceat coram rege Pharaone: & q̃ pastorem omnium constituat in ducem populi sui? Cogitaui sæpius quare Deus pastores in reges & piscatores in principes ecclesiæ cõmutauit? Pondera attente quæso singulas hominum artes & officia, & videbis nullum esse artis genus his duobus laboriosius, aut vbimaior cura & diligentia requiratur: nã pastores & piscatores in maximo semper versantur periculo. Pastor enim feré semper oculis suis nulli dat quietem, semper vigilat, vix in toto mense mundam subuncula induit. Sic piscatores semper nudi, in vigilijs & laboribus ambulant. Vt igitur principes, reges & pastores, sciant se non ad requiem, nõ ad voluptates, sed ad labores & vigilias esse assumptos: hos inter cæteros eligere curauit vt Mosem, Dauidem, Petrũ, atque Andreã, Iacobũ, & Ioannẽ. Quid autẽ Petrus & cæteri fecerint, postquã Christus hæc dixit Petro, audi. *Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti*

Exod. 3.

Gen. 22.

Ecclc. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt eum. Mirabile quidē est, vt continuò omnia relinquerint nulla facta mora. Vnde serui Dei similes sunt angelis qui citissimi sunt.
Act. 2. Qua de causa spiritus sanctus venit in similitudinem venti, & in similitudinem ignis, & linguę: quibus omnib⁹ nihil est mobilius, velocius, & facilius. Vbi enim spiritus venit, facilè mouet, & cōtinuò facit cuncta relinquere. Quod elegāter dicit Dauid in Christi persona. Populus, quem nō cognoui, seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Quasi dicat.
Psalm. 17. Statim vt audiunt: obediunt. Magdalena statim vt audiuit, ad Christū venit, lachrymas fundens. Obserua quod in hac vocatione sanctorum apostolorum habuit sē Christus, vt
Luc. 7. mare cum conchis, quæ in littore remanent in ipsius maris recessu, quę radijs solis in ipsas influentibus aperiuntur, & statim concrescit humor crystallinus & generantur margaritæ. Sic isti discipuli tanquam clausæ cōchæ erant in mari, simplices, & ignorātes, qui nec prima rudimenta didicerāt: & cum ita essent clausi, sol iustitiæ Christus redemptor noster in eos tanta vi suos radios immisit, vt aperiret eis mentes vt illum cognoscerent: & voluntates, vt illum amarent. Cumque ita essent aperti vt conchæ, in animas eorum reuerberauit, & fidem infusam dedit, & multa alia dona & beneficia: ita vt preciosissimi lapides, & margaritæ maximi valoris effecti manerēt, & tales, vt in sacro collegio Apostolorum primas obtinuerint sedes. Cum verò ait, relictis retibus: prædicatores admonet, vt relictis negotijs secularibus, se totos diuini verbi prædi
Ioan. 1. cationi tradant. ¶ Expende autem, quod hæc mundi apostolorum renunciatio nō fuit perfecta, nam non reliquerunt, quæ possidebant, iterum ad ea non redituri: quia Christo non adhæserunt modo nisi per aliquod tempus: quia postea reuersi sunt ad naues. Atque ideo ait quod subduxerunt eas. Nam illa vocatio, de qua loquitur Matthæus, in capite quarto, alia ab ista fuit, quia hic non dicit, vt cum sequantur: ibi autem inquit, sequimini me. Et etiam non simul omnes vocauit, sed prius Petrum, & Andream, & procedens inde vocauit Iacobum & Ioannem. Quapropter aduerte quod isti apostoli ter vocati sunt à Christo. Prior vocatio fuit ad solam Christi cognitionem: & hanc scribit Ioannes cum Andreas vocauit Petrum, & Philippus Nathanaelem. Secunda vocatio fuit ad renūciationem seculi, sed non perfectam: & hæc est quam nunc describit Lucas, cum ait quod relictis omnibus sequuti sunt Christum. Tertia vocatio fuit perfecta, cum apostoli omnino reliquerunt omnia, & Christo adhæserūt per totam vitam, nunquam ad ea redituri quæ reliquerant. Hāc vocationem tradit Matthęus. *Matt. 4.* & solet hæc tertia vocatio cani in festo Andreæ apostoli in sancta ecclesia. Non ergo leuitatis sunt arguendi apostoli in sequendo Christum: quia iam illum cognouerant, & loquuti fuerant, & miracula viderant, & prædicantem audierant, & post hæc omnia cum sunt sequuti. Et *factum est cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem suam rogauit eum dicens.* Nō seruat Lucas ordinem historiæ: quia hæc curatio leprosi fuit statim post sermonem do *Mat. 8.* mini habitum in monte, vt Matthæus enarrat. Nam videns Iesus turbas ascendit in mōtem: & ibi turbis prædicauit. Beati pauperes spiritu, &c. Cumque sermoni finem imponeret, descendit de monte & abijt in Capharnaum, & in montis descensu antequam ingrederetur Capharnaum fuit illi obuiam hic leprosus, & in itinere curauit eum. Quapropter cum audis hic Lucam dicentem, quod erat Christus in vna ciuitatum intelligę Capharnaum: & tamen nondum ingressus erat Capharnaum, sed in itinere prope Capharnaum, quia leprosi ex domini præcepto non poterant esse intra ciuitates, sed extra muros. *Num.* ¶ Ad mores autem componendos hinc discamus, quantum Deus detestetur peccatum & peccatorum immunditias, quas homo inuitus patitur: vt est lepra. Admonentur etiam rectores ciuitatum, vt homines pestiferis morbis contactos expellant à ciuitatibus, & meretrices, quæ in medijs ciuitatibus domicilia habent, ne suis malis exemplis & deprauatis moribus alios coinquinent. Secundo expende Christi Saluatoris nostri benignitatem, qui postquam in monte turbas docuit, nunc descendit vt leprosum curet: cæterisque medeatur infirmis. Ab altitudine montis, & in sublimitate sermonis descēdit mundi Saluator: vt egenos curet, atque illis subueniat. Vnde regius vates in Psalmo ait. Quis sicut dominus Deus noster qui in alt. habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Ex altera parte miratur Dauid magnitudinem & excellentiam Dei, ex altera parte prouidentiam & curam, quam etiā de rebus infimis habet. Formicam adiuuat dominus, vt ver-

uersuum compleat: & perficiat. Sic postquam perfectis loquutus est in monte, nunc ad leprosos & infirmos descendit. ¶ Tertio huius leprosi humilitatem & reuerentiā, quā erga Christum habuit considera: quia prociditin faciem suam & adorauit. Flectere genua, nudare caput, inclinare corpus, & aliæ cultus diuini ceremoniæ non displicēt Christo: imo eas approbat. Quare isti impij neochristiani hæc contemnunt? ¶ Denique perpende quod non expectauit, vt Christus veniret ad locum vbi ipse erat, vel alio diuerteret: sed statim in itinere obuiam illi fuit, & salutem petijt: ne posteà forsitan si moram faceret, cum non inueniret. Docemur, ne Christum transire permittamus, sed statim, vt ad domum animæ nostræ peruenerit, illum deuineamus, & inuocemus: ipsius auxilium implorantes. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Non tardes conuerti ad dominum & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te. Sed quid ad Christi pedes orat leprosus. *Domine si vis potes me mundare.* Eius maiestatem confessus est, dicens domine. In ditione tua cūcta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati: quoniam dominus vniuersorum tu es. Suam etiam potentiam fatetur dicens. Si vis, potes. Ac si diceret. De potestate non dubito: sed de voluntate. Non quia tuum non sit semper misereri: sed quia ego non sum dignus tua misericordia. Non dicit, si Deum obsecraueris, curabis me? sed si vis. Nemo est qui voluntati tuæ possit resistere. Ideo Dauid. Vita in voluntate eius. Et Paulus Romanis ait. Voluntati eius quis resistet? Et Salomon. Subest tibi cum volueris posse. Et iterum. Vitæ & mortis habet imperium. Non est in medicorum potestate pristinam valetudinem quando volunt infirmo restituere: tu autem si volueris mundare poteris: nā subest tibi cum volueris posse. Ex quibus aliquibus visum est, huius leprosi fidem maiorem fuisse quam Centurionis, qui Centurio credidit Christum posse curare solo verbo, isti autem sola voluntate, quod maius est. Centurio quasi cum termino verbi petijt curationem serui sui, iste totum domino cōmisit tanquam sapientissimo mundi gubernatori qui rectè sciebat, quid cuique expediret. Merces & retributio spiritualis quam dedit medico spiritua: i fuit oratio fide plena. Prius tamen quam sanet, mercedem hanc postulat. Totum diuinæ dispositioni se ipsum commisit. Domine si vis. Quis enim potest facere mundum, de immundo conceptum semine? *Iob. 14.* Nonne tu qui solus es? Non audebat dominum pro sanitate rogare. Eodē modo Magdalena & Martha fecerūt: mittentes nuncium ad Christum: & dicentes. Ecce quem amas, infirmatur. Non rogant vt sanet, sed ægrū demonstrant: vt ipse faciat quod voluerit. Sic & *Ioan. 11.* Mardochæus. Si decreueris saluare nos, con- *Hester. 13.* tinuo liberabimur. Sic & Christus postquam in oratione infirmitatē naturæ humanæ ostēdit, subiungit quid esset in oratione præcipuum, & quod omnino ipse volebat. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ¶ Domine (inquit) si vis. Si vis ais? Vtinā sic tu noluisses, sicut ille vult. Si tu vis, volet etiā ipse *Matth. 8. G.* nam de ipso scriptum est. Vult omnes homi- *1. Timo. 2.* nes saluos fieri. Non dubites nisi quod quantum est in se, ipse vult, cupit, & ardenter expetit tuam salutem: quod autem superest, est vt tu velis. O vtinam homo vellet cum Deo se componere: ò quam magna & mirabilia inciperet, & perficeret. Si nos bonum nostrum desideraremus, vt ipse Deus: multo meliores essemus, quam modo sumus. Deus vult bonum nostrū salutem nostram, ipse rogat. ipse ad postes pulsat, ipse paternis visceribus ad conuiuium, æternæ gloriæ nos inuitat. Nos vero, qui dura sumus ceruice, & in circū- *Act. 7.* cisi cordibus Spiritui sancto resistimus. Nos sumus qui nolumus. Vt autem scias quam prompta sit domini voluntas, vt velit nostrā salutem, & quam promptus sit, vt nobis subueniat: non moras fecit, nec salutem distulit de die in diem sed statim adiuuauit, atque ideò subditur. Et *extendens manum tetigit eum dicens. Volo. Mundare.* Poterat sola voluntate, aut verbo curare: sed eum tetigit. Primo, vt sciamus omnem salutem nostram ad nos venire per assumptam humanitatem: quia humanitatem assumpsit per eam operatus est: & in operando modo humano se habuit. Fuit enim contactus manus suæ virtute plenus. Sic infra ait Lucas. Omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de *Luc. 6.* illo exibat & sanabat omnes. Et Matthæus. *Matth. 9.* Quotquot tangebāt eum sanabantur à quacunque infirmitate. Sic mulier illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, statim vt tetigit fimbriam vestimenti eius sanata est. Secundo tetigit eum, vt fiduciā nobis daret accedendi ad eum, & omnem occasionem trepi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dationis tolleret. Nemo sit qui timeat: oēs accedant ad ipsum. Non horret Christus nostram lepram, & putredinem, sed excellentiori modo, quam pater miseretur filiorum, nobis succurrit: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. ¶ Tertio tetigit vt doceret nullum proximum tædio aut fastidio nobis esse debere, quā grauibus infirmitatibus & peccatis sit coinquinatus: sed benignè proximū esse tractandum, & Christiana charitate & pietate cum illo agendum. Magna quidem & admiranda fuit hæc benignitas Christi Saluatoris nostri. Si Pharisæus aliquis esset, protinus oculos & faciem à leproso diuertisset: & vociferans statim præciperet, hanc abominationem de medio tolli, & leprosum foris trudi. Propriam iustitiam nimis diligebant: & mirum in modum sibi ipsis placebant. Christus benignè susscipit & manu tangit, in quo indicat paratam auxiliandi voluntatem. ¶ Porrò Christus tangendo leprosum omnibus dictum voluit, se verbo suo & spiritu omnes animorum morbos posse curare & propellere. Docuit etiā per hoc discipulos suos nosque omnes, coram quibuscunque hominibus rusticum pudorem esse deponēdū, licet grauiter & turpiter peccauerimus: modo facti nos pœniteat, & veniam imploremus. Quasi Christus dicere voluerit discipulis suis: Videtis me tangere leprosum, quē vnico verbo sanare possem? Sed vestra id causa facio, vt vos discatis quid vobis faciendū sit. O illustre exemplum & omni laude dignissimum. Etenim si Christus, qui solus diues erat, propter nos factus est egenus, seque miseriæ & inopiæ nostræ consortem fecit, ita, vt nec infimi & abiectissimi hominis eū puduerit, nec à se abegerit: quanto cum maiori ratione nos pauperum infirmorum, egenorumque hominum nihil fastidij nobis est susciendum, qui sumus ipsi miseri, egeni, & infirmi, quique in multis peragendis rebus aliorum hominum auxilio indigemus?

Si Christus, qui solus à peccatorum lepra mundus erat, non horruit infirmum tangere: quanto magis ipsius discipuli facere id deberent, quos ipse Christus à peccatorum lepra mundos reddidit: imo eos, qui peccatis adhuc obnoxij sunt, aut in peccata quotidie prolabi possunt, decet non alios hominum morbo spirituali laborantes despicere, desererue: sed omnem adhibere operam vt in sanitatem restituantur. ¶ Obseruandum denique est, quod quamuis dominus præceperit in lege, ne quis tangeret leprosum, hoc fuit ne contaminaretur. Si quis autem tangeret mortuum aut leprosum, & non solum non contaminaretur, sed illum curaret: non esset legis violator: quia cessabat in tali casu ratio legis. Christus autem non solum quia Deus erat non subdebatur legi, verum quanuis Deus non esset sed purus homo, cum tā sanctus esset, non modo non à lepra contaminaretur, nedum faceret contra legem tangēdo illos, siquidem suo tactu illos sanabat. Nam præceptum tantum obligabat eos, qui maculabantur. Similiter etiam erat prohibitum nequis tangeret mortuum: & nihilominus Helias & Eliæus super mortuos incubuerunt, & non fecerunt contra legem. Magis enim attendendum est ad rationem legis, quam ad verba legis. Intentio enim legislatoris est lex viua. Causa autem propter quam prohibebatur tactus leprosi erat, ne inficeretur sanus. Dominus autem non poterat maculari, sed tactu suo fugabat sordes & lepram: ideo potuit tangere, & tangendo non fecit contra legem, neque illam soluit. Cum autem toti esset cum, dixit illi hæc duo verba. *Volo. Mundare.* Dixerat leprosus, domine si vis: ad quem Christus respondit, volo. Dixerat præterea, potes me mūdare: ad quod per verbum imperatiui respondit Christus. Mūdare. Sic cum Thomas dixit, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. Dominus autem cum ei apparuit hæc omnia ostendit, & aspectum, & digitorum intromissionem, & manus, & fidei mentionē fecit, dicēs. Infer digitū tuum & vide manus meas, &c. Sic nunc fecit cum leproso illo. In quo nobis documentum dedit, vt in responsis dādis circunspecte & accurate agamus. Volo itaque (ait) mūdare. Voluntas Dei fuit mūdare illū. Vnde Ezechiel: Nunquid voluntas mea est impij dicit dominus? Ac si dicat. Non vtique sed vita eius. Quo circa quilibet Christianus hoc verbum infixum semper cordi suo habere debet, eiusque meminisse & Christus dicit. Volo. Mundare. Si aliqua afflictio, angustia, aut peccatorū pondus, te angit, & in desperationem præcipitem agere conatur: hoc Christi verbum firmiter apprehende, eique firmiter inhære, & erigiet te. Etenim cuiusuis hominis conscientiæ sic se habenti quidpiam nō esse potest auferre, qui hoc verbū q̄ Christ⁹ dicit, volo Mūdare. Hucpēt tinent & alia multa scripturæ diuinæ loca vt sunt illa verba Ezechielis. Nolo mortem peccatoris. Et Hieremias. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et illud Pauli. Deus vult omnes homines saluos fieri. Et illud Christi. Omne quod venit ad me, nō eijciam foras. Hæc est voluntas patris mei. ¶ Secundo verbum hoc solari, & animum præbere potest aduersus tēporales afflictiones: nā idem est atq; id q̄ in psalmis dicit dominus. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. Et rursus. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eū. Tertio hoc verbo qui libet Christianus animū suū munire confirmareq; potest in tempore persequutionis & omniū aduersitatū. Hic nanq; dicit Christus volo, ideſt, me rtā volente in hunc morbum incidisti. Sic etiam Dauid ait, dominū aliquādo trasei: & tamen nihil aliud vult, quām vtam esse in voluntate eius. Id autē solum ob nostrā vtilitatē facit: nimirum ne nobis ipsis, sed Deo eiusq; gratię fidam⁹. Ideoq; Paulus ait: Vt reformemur in nouitate sensus nostri: & probemus quæ sit voluntas Dei bona. Nā cūm nos affligit nihil aliud quærit, quam vtilitatem & salutem nostram. Hoc etiam canit apte Dauid. Bonū mihi, quia humiliasti me. Ex his igitur perspicuū est quātū solatij hoc vnicum Christi verbum, volo, secum afferat: per hoc enim nobis sponditse semper subuenturum nobis in omni necessitate temporali & corporali. *Et confestim lepra discessit ab illo.* Nō est vllum medium inter opus Dei atque præceptum: quia simul cum præcepto coniungitur opus. Ipse enim dixit & facta sunt. Voluntas ergo eius potestas est. Præterea istæ operationes Christi erant miraculosæ: miraculū autem instanti fit: ideò non mirandū quod statim hoc fieri quia Deo proprium est in instanti agere. Etenim celerius hic natura Deo cessit, quam euangelista potuerit exprimere. Hoc modo etiam Deus in spiritualibus festinat reum à tormento conscientiæ absoluere, quasi plus eū magis discruciet compassio miseri, quā miserū afflictio sua. In quo tu id debes aduertere vt in negotijs salutis animę tuę festines omni ignauia & pigritia semota. Vnde dominus. Frange esurienti panem tuum & egenos vagosque introduc in domum tuam, &c. & sequitur. Tunc erūpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur. *Et ipse præcepit illi, vt nemini diceret.* Hoc est.

Nemini dicas quomodo te curauerim, quousque abeas ad sacerdotes: & tunc poteris docere cui volueris. Docet etiā hoc facto mūdi Saluator, vt vnā mundi gloriā fugiamus: nec laudes hominum desideremus. Magna cura semper habēda est, vt quam virtutē exerceueris, nemini propales, præcipuè si tyrūculus es in Dei obsequio. Quādo aliquis pictor est in sua arte peritus, facile & dexterrime hominē nudū depingit suis omnibus perfectionibus, suis omnibus venis & neruis: nec turbatur ea tiā si pingat coram aliis hominibus. At si artem pingēdi discere incipit, & nouus in arte est pictor docet illū, vt vestē depingat & clausis intra parietes, vt à nemine videatur, ne vel hoc in causa sit, vt vestē vel imaginē perdat. Sic similiter, qui iam se diu dū obsequio tradederūt, quiq; in domo Dei veterani sunt milites & perfectionē maximam consequuti, in quocunq; loco in plateis, & in publico orare possunt, nec inde vanā gloriam sibi comparant: nam hi iam suas domuerunt passiones, & laudes hominū sub pedibus posuerūt: & omnes mūdi vanitates. At qui noui sunt, quiq; Deo incipiūt seruire, nō nudè pingere debent, hec opera sua in publicò facere, sed diu secretoque ab alijs videatur. Vnde dominus: Intra in cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuū: Matt. 6. Mat. 13. nā ille qui inuenit thesaurū in agro abscōdit eum. Occulte inuenit, & occulte emit: & occultè fodit. Ne in publicum ostentes id q̄ habes, vt fecit Ezechias, qui thesauros suos manifestauit: atque ideo punitus est. Tyrunculi, qui statim suā virtutē ostendūt, sunt tanquā amygdalus, quæ florem cito emittit, & currēte ventus secū vehit. Docet morū imitari, quæ cum sero emittat flores, non grādescunt. Agricolæ in hyeme cū gelu lętantur: nam terram coagulat & radices tritici emittit. Sic natura prouidit vt non esset in manu & potestate mulierum parere nā si quando ipsę vellent parerent, vtique multa monstra emitterent, atq; ita aliæ ipsarū vnius mōstra parerēt, aliæ duorū. Atq; ita opus est vt virtus laboret, & sit sicut fœtus in vētre abscōdita & secreta, ne inanis gloriæ vētus secū rapiat. Opus est tēpus velut mulier expectare. Hæc de causa mittit dūs gelu, tēpestates, & labores fidēs & studiosis viris ne gelētur: vt vel ita coaguletur terra & vt profundas radices emittat ne inanis gloriæ vel adulationis ventus eam possit lædere. Legimus in Ezechiele q̄ vnū quod q; sanctorum animalium habebat Ezechi. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quatuor alas, quarum duæ erectæ erant alterius ad alterū: duabus vero reliquis tegebant corpora sua: vt significetur q̄ habebāt alas sursum erectas ad rectitudinē & charitatē: alijs vero duabus alijs se tegebāt, vt ostēdatur, q̄ si in alios beneficia cōtulerimus, & sanctis virtutibus vacamus, inanis gloria sit fugiēda. Est nāq; diabolus similis pauoni, qui oua gallinæ suæ quærit vt frāgat, & comedat: vt liberius libidini vacet: sed gallina oua absc̄odit, & seruat. Sic quia diabolus bona nostra conatur à nobis auferre, nos illa per humilitatē absc̄ondamus, iuxta illud Matthæi. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Qui iter faciunt, solēt secū duas crumenas ferre: quarū altera monetā aureā ferūt, & argenteā: & hanc semper ducūt absc̄onditā, altera vero minoris valoris monetā cōcludūt, & hāc in hospicijs manifestā hospitibus, ne à latronibus capiantur, & diripiātur. Ita absc̄ōdita debet esse virtus, vt sinistra manus nesciat quid faciat dextera. Nā cum Christo omne peccati genus contrariū esset, nihilominus tamē opera sua absc̄ondebat quādo vero Dei honorē decebat, vt deis loqueretur id faciebat magna modestia: vt vel hoc doceret, nos nō hominū sed Deo debere placere. Vnde discipulis Ioānis nō dixit, ite & dicite Ioāni quę ego feci: sed quę audistis, & vidistis. Et dæmoniaco illi, à quo legionem dæmonū expulerat, non dixit, narra quæ tibi feci: sed narra quāta fecit tibi Deus. Quædam opera taceri iubebat, velut hoc, & resurrectionem filiæ Iairi archisynagogi: in alijs vero, quæ manifestari iubebat, non suam gloriam cupiebat, sed æterni patris: quæ omnia cognosces, si videris & attenderis modestiā, quā manifestari iubebat. Sic nos illa opera, quæ specialis sunt supererogationis: vt mē tales orationes, secretum cilicium, & alia huiusmodi absc̄ondere debemus: in alijs vero quæ publice facimus, vt audire sacrū, elee mosynam erogare, vel alia ad quæ nos tenemur, hæc manifestare debemus, intentio autē sancta debet esse & secreta, vbi solus Deus laudetur & honoretur tanquam autor ipsius operis, non autem homo, qui vile instrumentum est suæ gratiæ. Ideo dominus. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videāt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Quanuis opus publicum sit, tamen intentio sit vt solus Deus ibi honoretur & laudetur. De alijs vero operibus supererogationis ait, nesciat dextera

Matth. 6.

Matth. 11. Luce. 8.

Matth. 5.

tua quid faciat sinistra. *Sed vade, & ostende te sacerdoti.* Præceptum erat in lege leprosis, vt quanuis sanarētur, ne se cum alijs coniungerent absque iudicio & sententia sacerdotum: & quando hæc non adimpiebant, tanquam transgressores legis puniebantur. Ideoque Christus voluit vt leprosus ad sacerdotes tenderet. Primo propter ipsum leprosum, nā si indomum suam se conferret, quāuis iam mūdatus esset: tanquam in transgressorem legis animaduerteretur in eum: eum accusarent, quod quidem molestum atque prolixum esset negotium. Vult itaque Christus, breuiter illū mittere nec differre negotia vt multiadhuc uocati nūc faciūt, iu dices & procuratores regis: qui sero vel nunquā lites tractātes in domos mittūt iam peracta lite, Christus statim sanat illum. Quod autem nunc præcipit est, vt breuius suum negotium conficiatur. Sic filios Zebedæi petentes dexteram & sinistram cito expediuit, dicens. Nescitis quid petatis. Nulla facta mora sententiam protulit: nec ad alios misit, nec distulit tempus, nec passus est vt menses vel annos in petitione consumerent. Et in cruce pendens grauissime cruciatus, & acerbissimis contumelijs affectus, & morti proximus, rogātem audiuit, eiq; statim respondit. Hodie mecū eris in paradiso. Quæ obsecro maior in absoluēda petitione poterat esse diligētia? Hoc docuit Iosaphat in oratione quā habuit ad eos, quos iudices cōstituerat. Videte (inquit) quid facitis, nō enim hominis exercetis iudiciū, sed dñi: & quodcūq; iudicaueritis in vos redūdabit. Sic timor dñi vobiscū, & cū diligentia cuncta facite. ¶ Secūdo hoc fecit Christus, vt doceat: quod quanuis mūdissimus à lepra peccati, ex nostra parte aliquid esse elaborandū, vt gloriā cōsequamur. Etenim sunt multi qui statim absolutio nē peccatorū in confessione impetrarūt, videntur illis mihil iam superesse faciendū: atq; ità incauti & improuidi viuūt, quo fit vt in ptio ra peccata relabantur faciliter. Opus est, vt te in sanctis & bonis operibus exerceas, etiam si à lepra peccatorum sis mundus. Nanque si nobilis aliquis vir regem grauiter offenderit, talia opera & obsequia illi præstare potest vt non solum condemnatione culpæ dignus sit sed etiam magna cum hoc accipiat à Rege beneficia: at si obsequia non tanta atque tam egregia fuerint, vt ad hæc sufficiant veniā illi offensę dabit, & in leue aliquod exilium mittit. Sic Dauid etiam si Absaloni pepercit; at non passus

Matth. 8.

Luce. 5.

Leuit. 13. 14.

passus est vt faciem suam videret. Hoc modo dominus per contritionem offensionē remittit & gratiam donat. Talis etiam ac tanta potest esse contritio, vt nō solum det gratiā sed gloriam etiam sine alia pœna. Sed sępissimè quamuis gratiam donet, non vult vt peccator regiam aulam ingrediatur, id est, in cœlū sicut Absalon: nisi prius pœnitentiam egerit operibus pœnalibus, ieiunijs, & alijs pijs operibus, vt immunis & liber ab omni pœna regis cœlestis fieri videat. Fieri poterit vt mundus sis à lepra peccatorum, & gratiam habeas: nihilominus cum his non ingredi cœlum. Prius purgatorium transiturus es, nisi in hac vita omnis tibi remissa fuerit pœna. Quo circa opus est in hac vita pœnitentiā agere, etiā si sanus sis & Dei amicus. Vnde Christus hunc præcipit laborare, & vt obediat: nam etiam si sanus sit à peccato hoc non sufficit, nisi etiam pœnitentiam egerit. Sed id attende, nā etiam quāuis nobis præcipiat, vt aliquid faciamus, parum id est, & nullius laboris, si conferatur cum retributione. Quid magis horrendum quam lepra? & quid nobilius, quam ab ea mūdare? Ob hoc igitur atq; tam magnum beneficium parum laboris leproso commēdat, scilicet, vt ad sacerdotes abeat. Sed quis dicere aut explicare poterit, ea quæ in cælo habebimus? Angelorum choris interesse beatissimi spiritibus assistere, vultum Dei clare cernere, &c. Et quid præcipit nisi vt vadas ad sacerdotem? Certe præcepta domini grauia nō sunt, etenim ipse ait. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Parum præcipit, & multum promittit. ¶ Tertio mittit hunc ad sacerdotem, quia officium sacerdotis erat distinguere inter lepram & lepram: sicut modo inter peccatum & peccatum. Necesse est, vt sacerdotes habeant scientiam & sciant distinguere inter peccatum & peccatum. Sed proh dolor, quot insipientes, ignari atque insciji in sacerdotium modo promouentur? Vnde dominus per Malachiam inquit. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: legē requirā de ore eius. Filij Heli Ophni & Phinees filij Belial: nescientes dominū, neq; officium sacerdotū, misera morte perierunt. Vide etiā quod cum dñs in Leuitico de peccatis populo loqueretur dixit (vt optime differit Origenes) quod si turba Israël ignorauerit: quod nō dixit quā do loqueretur de expiatione sacerdotis, nam loquutus de peccato pōtificis nō addidit dñs per ignorantiam: quia in eum ignorantia nō debet cadere, qui electus & constitutus erat, vt alios doceret: sed de peccato synagogæ dixit, si per ignorātiā. Facit etiā ad hoc antiquū illud proloquiū, cæcus & claudus non ingredietur in templū. Sed iā vsq; ad aras ingrediūtur, & vsq; ad episcopatus cæci, claudi & leprosi. &c. ¶ Quinto mittit leprosū ad sacerdotē: vt sacerdotes honoraret. Sic Paul⁹ quā do cōtra Ananiā sacerdotē loquutus est, ignorās eum esse sacerdotem, excusans se inquit. Nesciebam fratres, quod princeps esset sacerdotum. Scriptum est enim. Principi populi tui, ne maledicas. Impius erat Ananias & ecclesiæ persequutor: sed Paulus honore dignū iudicat. Licet aliqui sacerdotes mali sint, tamen id cauendum est, vt nihil illorum honori detrahatur eo quod Christum portant in manibus suis. ¶ Quinto ad sacerdotem mittit leprosum, vt ostendat se non esse legis transgressorem. Ipse enim a t. Non veni soluere legem, sed adimplere. Calumniabantur Iudæi Christum, eo quod legem violaret: & ideò ad sacerdotem mittit tanquam legis obseruatorem: ne vel sacerdotes existimarent, Christum sibi assumere, quod ad eos pertinebat: atque ita ansam haberent vt aduersus eum aliquid molirentur. Quanuis à lege liber esset, tamen ne aliquem offenderet, legi se subijcit, multaque faciebat, ad quæ ipse non tenebatur: & alia omittebat, quæ optimo iure facere potuisset. Docet itaq; nos ne semper nostra vtamur libertate: sed aliorum quoque hominū rationem esse habendam, ne à nobis offendātur sicut Paulus ait. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Et rursus. Omnia sunt munda mundis: sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Item, si esca scādalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Idipsum docet Christus hoc suo exemplo, dum ad vitandum offendiculum, leprosum ad sacerdotem mittit, cum illi non esset necessum. ¶ Sexto mittit ad sacerdotem vt miraculum istud magis claresceret, vt viderent omnes non præstigiū, sed veritatem esse: quandoquidem sacerdotes nihil aliud indicare possent, quam hominem illum vere à lepra esse mundum. Sic miraculum patefactum & omnibus notum fuit, & a Sacerdotibus tale confessum. ¶ Præterea hoc in loco ad nostram eruditionem obseruandum est, multos nunc esse sicut sacerdotes veteris legis, qui proximorum peccata iudicare & recte discernere nō-

Deut. 24.

Exod. 22.

Act. 23.

Matth. 5. Matth. 12. & Ioann. 5. & 9.

1. Cor. 10.

Roman. 14

1. Cor. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

netũr: sed fere nullus est, qui eis remedia adhibeat. Non sic Christus, sed quos sacerdos leprosos iudicat, ipse mundos decernit.

¶ Docet etiã loc⁹ iste, vt post accepta à Deo beneficia illi referamus gratiã, ne ingratitudinis (quod grauissimum peccatum est) arguamur: nam cum leprosus iste iam mundus esset, & salutem consequutus, voluit Christus vt ipse Deo offerret. Vnde dominus per Ezechielem præcipit, vt qui templum ingrediebatur, per aliam portam egrederetur: ne propiciatorio terga verteret, cum à templo exiret, quia quæcunque porta regreditur, terga vertit propiciatorio. Sunt multi qui in suis angustijs & necessitatibus Deum quærunt, vt illis remedia adhibeat: postquam autem desideria sua sunt cõsequuti, terga Deo vertunt, & illius penitus obliuiscuntur, immemores accepti beneficij. Vt qui aqua indigent præcipites in fontem vadunt, in eum oculos dirigentes, sed iam bene potati reuertũtur, terga vertentes fonti. Sic multi in sua siti & tribulatione fontem illum quærunt, qui dese ait. Me dereliq̃erunt fontem aquæ viuæ.

Sed iam liberati à periculo terga vertũt Deo & illum derelinquunt. Sic iste leprosus Deũ quæsiuit in sua infirmitate & adepta salute & munditia, ne statim beneficij obiitus, ad sua inquinamẽta reuerteretur, præcepit illi Christus, vt ad sacerdotes ad templum iret, vt docerent nos non obliuisci beneficiorum Dei, sed gratos semper esse. ¶ Docet etiam hæc historia proximos leprosos & peccatores adducere ad sacerdotes, vt ab eis videantur & iudicentur. ¶ Docet sacerdotes non sese graues ostendere, sed è domibus & vrbibus ad ægrotos exire. ¶ Docet non ad sanctorum consortium hominem esse admittendum, qui diu in peccatis fuit ne forte sanus apparens infirmus sit, & alios inficiat lepra sua. Ideo hominem à lepra sanatum non statim admittit ad aliorum consortium: sed prius vult à sacerdote examinari, an bene sanus sit. ¶ Docet etiã sacerdotes qui alios mundos esse ostendunt, mundi & ipsi vt sint. Sic in Leuitico dicit dominus multa quæ ad munditiam pertinent sacerdotum. Audiant ergo illa sacerdotes, vt mundi semper sint. Asperget (inquit) mundus super immundum. Licet sacerdotes nostri in sacramentis mundent, quamuis ipsi sint immundi: tamen peccant & in damnationem incurrunt, ed ad contextũ. *Et offert pro emũdatione sua, sicut præcipit Moses in testimonium illis.* Hoc est in accusationẽ & condẽnationem sacerdotũ. Cum enim sacerdotes Iudæorum Christi doctrinam & miracula cã lũniarentur, voluit, vt hoc miraculum eis esset in testimonium: vt cognoscant se iniustos esse & merito ab eo corripi. Cui simile est quod in Numeris legitur. Refert (inquit, virgam Aaron in tabernaculũ testimonij, vt seruetur in signum rebellionis filiorum Israel. Et in alio loco dixit Moses. Tollite librum istum, & ponite in latere arcæ fœderis domini Dei vestri, vt sit contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Vide librum legis positum in testimonio, vt si quis contra legẽ faceret, librum ipsum sui peccati esset testimonium. Sic Christus ait. Prædicabitur hoc euãgelium in testimonium omnibus gentibus. Sic in testimonium duritiæ & infidelitatis sacerdotum mittitur hic leprosus ad sacerdotes.

Et quemadmodum mundatus constituitur Iudex immundorum sacerdotum: sic in vniuersali iudicio Regina Sabba erit contra Iudæos & Niniuitæ contra impœnitẽtes, & viri mundi aduersus immundos: nõ quod semper mũdi fuerint, sed quia mundatorem quẽ fecerũt, adorauerũt & misericordiã impetrarũt, sicut hic de quo loquimur, leprosus. Hic leprosus dãnabit in iudicio hos sacerdotes, quia tam apertis miraculorũ testimonijs credere noluerunt. Vtinam & tibi dẽ nõ contingat. Multi nanq; eximij & egregij prædicatores, quos audisti surgẽt cõtra te in iudicio in testimoniũ diuinæ misericordiæ & cõfundẽte: quippe qui magnis obruti peccatis pœnitentiã egerũt, atque misericordiã consequuti sunt: tu autẽ secũdum impœnitẽs cor tuum thesaurizas in diem iræ & vindictæ. Testimonium etiam aduersus te proferet in die iudicij de diuina misericordia mulier illa adultera, Magdalena etiã, latro, & plores alij, & condemnabunt tuam obstinationem & duritiã. Disce ex hoc loco, vt non omittas legis circũstantiam, quantum tibi minima videatur: sed cuncta etiam minutula seruare memento, quoniam nihil sine ratione & diuino mysterio traditum tibi est. Quemadmodum enim dominus in donandis beneficijs omnes liberalitatis circunstantias obseruat: ita tu in referendis gratijs vult omnes grati animi seruare conditiones. ¶ Discat etiam populus quod tenetur ministros ecclesiæ sustentare, & dona offerre Deo pro suis peccatis. Sic dõs

præcepit in Numeris offerre sacerdotibus sed pro opere tabernaculi. Sed sacerdos, qui animarũ curã habet, & non operatur in tabernaculo domini: hoc est qui in ecclesia nõ ministrat sacramẽta, nec populo seruit, nec pascit gregẽ, quã verecũdiæ facie comedit bona pauperũ? Præterea si sacerdos sciret se populi peccata comedere, vt inquit Oseas: fel esset eius panis, & non deliciæ & voluptates. Porrõ præcepit dominus in Leuitico, vt curatus à lepra offerret duos agnos immaculatos & cuem agniculã absq; macula: & tres decimas similæ in sacrificium quæ conspersa sit oleo: & seorsum olei sextarium. *Perambulabat autem sermo magis de illo.* Hoc est Fama & Sapientia Christi quotidie magis diffundebatur, cum alter ad alterũ id nũciaret, atq; sapientissimè prædicaret Christi facta. Ideò factũ est quod subditur. *Et conuenerũt turbæ multæ, vt audirẽt eũ, & curarẽtur ab infirmitatibus suis.* Non q̃ omnes essẽt infirmi quia plurimi ibãt, vt eũ audirent: quia docebat, tanquã potestatẽ habens. *Ipse autẽ secedebat in desertũ & orabat.* Nõ quod turba posset eũ impedire, sed vt doceret fugiendã esse mundi conuersationẽ, & hominũ consortiũ, vt possis aptius Deo vacare. Præterea verũ hominẽ se ostendebat orãdo, & exemplũ prædicatoribus dedit non ità vacandũ prædicationis officio, vt obliuiscantur ad contẽplationis quietẽ recurrere, & ad eã euanda in Deũ mentẽ. Etenim vtriusq; vitæ actiuæ & contemplatiuæ actiones coniũgi oportere in prædicatione astruit, proprio exẽplo. Sic in horto orans, ter suos discipulos visitauit: & eos ad vigilandũ suasit. Simul & illis prædicabat, & monebat, & patrẽ æternum orabat. Docet suo exemplo vt mundũ fugiẽtes orationi vacemus. Nam oratio est quidã ascensus, seu volatus animæ in hac vita viatis vsq; ad Deũ, estq; quasi petitio, quã Deo nostro & regi nostro offerimus, ob quã in terra degentes in cœlis conuersamur, & à diuina clementia & benignitate ampliss. thesauros consequimur. Venimus quippe in cognitionẽ ipsius, & nostram: & nouimus nos puluerem esse & cineres, si cum infinita ipsius maiestate conferamur. Quiq; dum magis oramus, tanto maiorem cognitionẽ de ipso attingimus: & dũ maiorẽ cognitionẽ attingimus: tanto plus illũ diligimus: & quãto plus à nobis diligitur, eo magis mundi amorem à nobis propulsamus. Ita Iacob in sua oratione vocatus est Israel: hoc est, videns Deum: ob maximam cognitionem quæ in ipsa oratione de Deo attingitur. Claudus autem factus est luctans cum angelo, quia claudi sunt viri contemplatiui in amore mundi. Docet etiam Christus ne popularem captemus gloriam, & ne gentis multitudinem eo nomine ad nos alliciamus: sed potius omni humanæ laudis vento ipreto, soli Deo placere conemur. Sed iam aliud insigne miraculum, in quo Christus clarè suam diminitatẽ ostendit, enarrat Lucas noster, ira magnificũ & egregiũ, vt hãc ob causam ciuitatẽ, & locũ, & singula explicer dicẽs. *Et factũ est in vna dierũ & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ & Hierusalem, & virtus domini erat ad sanandũ eos.* In primis notandum q̃ loco vbi Christus hoc miraculum fecit erat ciuitas Capharnaum, vt Marcus apertè testatur. Hanc ciuitatem vocat ciuitatem Christi Matthæus: dicẽs, quod transfretauit Iesus & venit in ciuitatẽ suã: eo quod ibi sæpe prædicauerat, & multa miracula fecerat. Quemadmodum enim Iesus Bethlehem suo ortu nobilitauit, & Nazareth educatione celebrẽ & illustrẽ reddidit: & Ægyptũ sua fuga fœlicẽ fecit: ita Capharnaũ frequenti prædicatione & miraculis adoptauit in patriam. Hanc nõ nominauit Matthæus sed vocat illã Christi ciuitatẽ, quia audiebat verbũ eius. Vt tu intelligas ex hoc q̃ quia hic populus Dei verbum audiebat, suus erat factus: tu autẽ cum id nolis audire alienus & exter factus es, iuxta illud. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. Et alibi. Oues meæ vocẽ meã audiũt. In hoc cognoscitur, quis sub Christi vexillo ambulet, si aures præstet, vel nõ præstet suo verbo. Id aũt q̃ ait, q̃ venérãt ex omni castello Galilææ & Iudææ accipiendũ est sub distributione accommodã, vel hyperbolice ad insinuandũ, quod ex plurimis castellis venerunt. *Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eum.* Venerat Christus nauigio à regione Genezareth & offerunt paralyticũ. Hoc ne donũ illi offertis? Hanc lepram? Istã putredinẽ? Cui⁹ Christi suauissimus & iucũdissimus est cõuertere peccatores? Ideò offerũt ei hunc paralyticum. Idque omnes offerre ei deberemus. Nã si nobilis aliquis vir infirmus est, & perdicem alitam comedere iuuat? statim ministri & serui, qui suã salutem cupiunt, illã diligenter quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt & ei afferunt. Ita vult dominus animas lassatas quæ ab vngubus dæmonis sint ereptæ. Christi oblectamentum, & deliciæ suæ animæ sunt, vt ipse dicit. Ego habeo cibũ mãducare: quem vos nescitis. Quod dixit ob animas, quas conuersurus erat illorum Samaritanorum. Hoc dono illi obsequium Christo præstant, & hunc cibum nimis sapidum mundi redemptori offerunt. Ideò Dauid. Afferte domino filii Dei, afferte domino filios arietum. Sic nos offeramus illi in donum animas nostras peccatrices: vt eas comedat, & curet. ¶ Obserua etiam quòd vt Marcus ait à quatuor hominibus iste paralyticus portabatur. Vbi discrimen inter seruos Dei & alios homines clarè agnosces. Nam boni (vt erant hi portantes paralyticum, se inuicem adiuuant. Sic Paulus. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor. Ideo contulit dicẽs. Alter alterius onera portate. At mali non ad bonum faciendum se inuicem adiuuant: imò tanquàm lapides mali in quantum mali immobiles sunt. Vnde de his scriptura inquit. Fiant immobiles sicut lapides. Quatuor homines huic paralytico fuerunt adiutorio, vt ad Christum traderet, & vt salutem animæ & corpori consequeretur: at nunc quatuor non inuenies qui te ad Christum ducant, imò bis ducẽtos qui te ab eo semoueant, & in infernum ducant. Multos in mundo inuenies qui te vias inferni facilè doceant, quique te adiuuent, vt celerius in infernum abeas: at paucos vel nullos qui te obsequium Dei doceant, & in eo adiuuet. Plurimos inuenies qui te ad alearum & taxillorum ludum inuitent, ad conuiuia & bacchanalia, ad luxuriam & libidinem, & ad obsequium dæmonis: per paucos verò, qui te in obsequium Dei adiuuent, aut alliciant. Imò inuenies, si incipis Deo seruire, qui tibi dicat, & ad aures diabolico spiritu canat. Ne modo hoc cures, quia hypocrisis est. Nondũ iniquus Siba finem his verbis imposuerat, nõ est nobis pars in Dauid: cùm statim omnis populus fuit eum secutus. Eodẽ modo cũ Abimelec regnum Israel vsurpauit in suum auxilium, statim habuit omnes vagos inopesque, & populum Sichem. Sic etiam cùm perfidus Adonias regnum paternũ voluit vsurpare (cũ adhuc Dauid pater eius viueret) statim in suum auxilium venerunt Ioab, & Abiathar: qui magnates erant in regno. Ad malum plurimos fautores inuenies: quod si in infernum præcipitare te volueris, non deerit, qui calcaria tibi admoueat. Vnde dominus per Zachar. Zach. 1. riam eos minatur qui adiuuabant gentes in destructione Hierusalem dicens. Ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parũ, ipsi verò adiuuerunt in malum. Ad bonum verò non solum non est qui adiuuet, sed multi sunt, qui impediunt: vt hic impediebat turba de qua statim dicemus. Expende etiam quod quatuor habuit hic paralyticus qui eum adiuuarent in sua ægritudine, quique ad Christum duceret: de quo ego non dubito, nisi quod diues esset, nam pauper solus ipse in cubili iacet, solus suam indigentiam patitur. Si diues infirmatur, à multis inuisitur si ei vel vxor vel filius moritur, omnes eum consolantur, & ibi præsentes adsunt vt suæ tristitiæ medeantur. Ioram qui rex erat, statim cùm ægrotauit, venit ad eum visitandum rex Ochozias. Etiam ad Ezechiam, qui diues erat, statim vt in ægritudinem incidit. Merodach rex Babyloniæ nuncios misit & munera. Ita diuitibus nunquàm desunt alii qui in suis infirmitatibus munera tribuãt, & eos consolentur: at pauper si ægrotat, nec medicus eum inuisit, quia pecuniam non habet: & omnes amici fugiunt, & fastidiunt eũ. Aegyptius ille quia mancipium erat & pauper solus relinquitur cùm ægrotaret: & moreretur vtique coactus fame & siti, nisi Dauid ei subuenirer. O miserum pauperem qui in ægritudine ab omnibus solus relinquitur: in tribulatione & angustia non est, qui eum consoletur. In labore & indigentia ab amicis nõ agnoscitur, in periculis spernitur: & denique miseram eius sortem sentio deplorandam super quem omnes labores & calamitates magno feruntur impetu. *Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba.* Turba impedie- 1. Esdr. bat ascensum ad Christum. Sic in libro Esdræ habetur, quod populus terræ impediebat populum Iudæ in ædificando. Populus terræ scilicet, qui terrena sapiunt & amant impedit populum Dei. Vnde Ecclesiasticus ait. Ne peccet in multitudine: nec te immittas in populum. Discamus ergo ex hoc loco fugere turbã. Quo circa in Exodo dicitur. Ne sequaris Exod. turbam. Vnde etiam in quarto libro regum 4. Reg. legitur de quodam principe Samariæ conculcatum esse à turba, & interemptum in ingressu portæ. Quando aliquis Chirurgus vulnerato mederi vult, omnem gentem à te semouet, nec in platea illum curat: ut ingressus cubile, ibi medicamina apponit: ita dominus curaturus

raturus animã tuam eã à multitudine populi segregat. Ira cũ dñs surdum illum & mutũ curare voluit (vt inquit Marcus) segregauit illũ à turbis. Sic tu fuge à mundi tumultu, & à seculi negotiis: vt saluti animæ tuæ possis consulere, & aptius Deo vacare. Hanc etiam turbam dominus docuit semouendam à nobis, cũ scilicet puellam suscitauit. *Ascenderunt: superatectum, & per tegulas submiserunt eum, cum lectio in medium ante Iesum.* O diuinam charitatem: quam potentes, quã robustæ, & quanti valoris tuæ sunt vires. Nihil ei difficile fit aut impossibile: quantũ asperũ, & laboriosum sit. Videte obsecro quomodo nihil obstaculo charitati possit esse: & quomodo remedium quærit, vt id faciat, quod intẽdit. Etenim quãuis illa domus plena erat hominibus vt pene videretur vix fieri posse ad Christum introire, horum charitas remedium inuenit. Sic vtique nos, si charitatẽ habemus: multa possemus perficere, quę nobis difficilia vidẽtur. Sed de his alias. ¶ Expende etiam quomodo omnes se bene in hoc negotio gesserunt. Nã qui infirmum ducebant tanta erant charitate incensi, vt non obstante tam maximo impedimento (sic diuino spiritu & amore ardebant) infirmum coram Christo constituerũt. Docent quomodo subueniendum est proximis, cũ extremã patiuntur necessitatem. Eli nanque non veriti sunt domum fodere, & tectum aperire: nec timuerunt an forsitan illa sua audacia animus dñi offenderetur. Etiam tota illa multitudo gentis, quæ Christum audiebat se bene habuit, nam cùm terra desuper caderet, & regulæ detecto tollerẽtur, nullum strepitũ aut murmur fecerunt, sed quieti, & tranquille concionem Christi audiebãt. At nos vel sola musca in concionibus inquietos reddit, & deuotionem & attentionem aufert. Christus etiam bene se habuit, quia mitissimus dominus importunitatem istorum non exprobrat: nõ stomachatur videns interruptum sermonem, sed potius approbat fidem baiulantium. Discamus à Christo patienter ferre importunitates infirmorum, pauperum, & egenorum. Etenim videbis multos, qui cùm pauperes accedant ad eos suam indigentiam manifestãtes, eos fastidiunt: & verbis ignominiosis afficiunt, & quod peius est fustibus cędunt. ¶ Discamus etiam ab his, qui paralyticum ferebant, quantum debeamus facere pro salute animæ nostræ. Si hi tantum pro salute paralytici corporali fecerunt, vt etiam domum alienam confoderent: quid nobis pro salute animæ nostræ agendũ esset? Si igitur pro salute corporali nullum non lapidem isti mouent: quantum laboris nobis esset impendendum pro salute spirituali? Salus corporis, honor, & diuitiæ, nihil sunt: si cũ hac spirituali salute conferantur. Dormierũt somnum suum: & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Quis obsecro explicare valebit quanta & quam difficilia homines patiantur pro salute corporali? Venas abscindi permittunt, pharmacum, & potiones amaras assumunt. &c. Quanta & quam maiori solicitudine animæ salus curanda esset? Maximam curam habuit de corporis sanitate Ochozias rex Israel: nullam autem de recta animæ valetudine. Infirmabatur in corpore simul & in anima: at ipse solicitus tantũ erat de corporis salute, atque ideò misit nuncios ad consulendum Beelzebub an viuere posset & sanus fieri ab illa infirmitate, & alios & alios nuncios misit. At nihil de anima regina agebatur. Hieroboam quoque rex Israel magnam curam habuit, de corporis incolumitate filii sui: quapropter Ahiam prophetam consuluit, & misit illi vxorem suam vt filij incolumitatem ageret. Vtinam homines tot atq; tãta facerent pro animæ salute. Sic Naaman Syrus venit in regnum Israel quærens salutem corporis: & longum iter peregit, vt à lepra corporis mundaretur: & nunc etiam multi lõgius iter agunt, & cælum mutant, & rem omnem consumunt optimosque quærunt medicos, vt salutem corporis attingant: at nec tantillum laboris assumunt, vt concionem audiant, quæ animæ medicina est salutifera. 4. Reg. 5.

Quorum fidem vt vidit dixit Maxima fide hi prædicti erant, qui paralyticum ferebant ad Christum. Alii forsitã essent, qui humana ductatione, eis videretur satis esse, ad ianuam expectare quousque concio Christi finiretur. At fides multoties ea aggreditur facere, quæ intellectui humano manifestissimæ videntur insaniæ: cùm potius summa prudentia & sapientia sit. Etenim vt Paulus inquit: sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Id autem maximè deplorandum est quod ad quærendam corporis valetudinẽ nullã faciunt homines morã, nec consilia expectãt, quærenda sit, nec ne: at ad salutem animæ quærendam vnusquisq; suã profert sententiã: & eras istud faciendũ dicunt, & tẽpore quadragesimæ cõfitendũ esse. Hi autẽ nec per dimidiæ horæ 1. Cor. 1.

spacium

Universidad de Deusto
Biblioteca

spaciū expectatūt, cū nō esset in paruo tēpore aliqua infirmitas cura. At cum tantū sit discrimen animæ si mora fiet in quærēda eius salute: nūc homines de mora & dilatione agunt, dū animæ curāt salutē. ¶ Obserua autē quod infirmitas corporis bene sanari potest sine fide propria, si adsit alterius fides, & preces.

Matth. 8. Sic impetrapit Centurio sua ardēti fide seruo
Matth. 15. suo sanitatem. Vade (inquit Christus) & sicut credidisti fiat tibi. Eodē modo Cananæa filiæ suæ assequuta est sanitatē. Mulier (inquit) magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ideò licet hic paralyticus fidē propriam habuerit, poterat tamen sanari sola fide portantiū: quia ad curandā egritudinē corporis, quæ omnino exterior est, nō est necesse quod concurrant alii qui actus ipsius curandi. Sed si curāda sit anima, scilicet, vt remittantur ei peccata, necessaria est fides propria, quia neutiquā fieri potest vt alicui peccata remittantur sine propria fide. Nam in adulto, qui iam ad vsum rationis peruenit non satis est aliena fides. Hoc dico propter infantes, qui in aliena fide baptizantur. Huic autem paralytico nō solū restituit dns pristinā corporis incolumitatē, sed etiā salutē animæ donauit: quapropter dicendū est fidē propriam habuisse, nec pateretur ab alijs portari, nisi fidē ipse haberet. Est autē duplex fides: scilicet altera, qua creditur: & hæc est virtus Theologica, altera est fides, quę cōfidentia quædam est, scilicet, qua credimus quod donaturus dominus, id quod ab eo petimus: vtrāq; autē requiritur in eo, cui peccata dimittenda sunt. De priori patet, quia infideli manenti in sua infidelitate, nō possunt peccata dimitti. Ideo in Marco habetur. Qui ere-
Marc. 16. diderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit, condēnabitur. Et tamen si homini remittuntur peccata necesse de lege est vt saluetur si in gratia discedat: infidelis autem saluus fieri nequit, ergo infideli non
Ioan. 3 possunt peccata dimitti stando in sensu composito. Sic etiā per Ioannē inquit dominus: Qui non credit, iam iudicatus est, id est, condēnatus. Ergo prior fides per quam creditur quidquid credendum est, requiritur ad remissionem peccati. In paruulo autem licet non sit fides, quia non potest habere actum proprium, nulla est infidelitas: cum infidelitas aliquid positiuum asserat, & est per actum proprium ipsius hominis infidelis. Et quia illa inducta est per actum proprium hominis, necesse est vt per actum proprium tollatur: vel vt concurrat actus eius ad tollendum, cōsentiendo Deo illam tollenti. Paruuli autem non habent, nisi peccatum originale: illud autem non est peccatum proprie personale, cū factum non sit per proprium actum, sed per originem ab Adam trāsfusum. Cū ergo sine proprio actu peccatum in eos introductum sit, iustū est, vt sine proprio actu deleatur & sine fide propria, per solam fidem ecclesiæ, infundendo ei fidem, vtiam fidem propriam habeat. Peccata autem adultorum sunt proprie personalia, quia per proprium actum ex electione cōmissa sunt. Vnde consentaneum est rationi, vt nō nisi per propriū actū deleātur. Ideo necesse est propriam fidē vt habeat is, cui peccata sunt remittēda, si adultus fuerit. Quia primus motus ad iustificationē est ipsius fidei, quæquidem radix est iustificationis. ¶ De altera autem fido, id est, de confidētia dicendum est, quod sine illa, non possunt peccata dimitti: nam quanuis aliquis credat omnia, quæ in sacra scriptura continentur, & quæ ecclesia credit: si non confidit dominum ei remissurum peccata si ipse doluerit, non vtique dimittentur. Imo etiam si peteret illa dimitti si nō confideret, & certissime crederet illa non sibi dimittenda, nunquā dimitterētur. Vnde Iacobus ait. Postulet infide, nihil hæsitans. Obserua autē quod loquēdo de fide virtute Theologica, vt communiter solet accipi quandocunque in scriptura sacra de fide mentio fit, semper accipe pro fide viua quæ est formata charitate. Quis enim adeo insanus est & stupidus, vt si hominem proferas non addendo pictum vel mentuum, homine nō accipiat pro homine viuo? tripliciter nanque hæc dictio homo de homine accipitur. De viuo in sua potissima significantia: & de homine mortuo, & de eo qui artificis manu depingitur. Si autem quis referret tibi in via se vidisse hominem, non vtique de mortuo aut pictō id intelligeres, sed de viuo analogum enim per se sumptū stat pro famosiori significato. Itaque cum sit fides mortua & fides viua, cū de fide sermo instituitur, de viua intelligenō de mortua. Quod autem sit fides mortua Iacobus attestatur, fides sine operibus mortua est. Illā autem, quæ per charitatē operatur vocamus viuā. Ideoq; cū audieris in euāgelio fidē iustificantem, vt cū dixit Christus Magdalenæ, fides tua te saluā fecit: & alijs intellige de fide viua hoc est charitate formata. Quod perinde est ac si dicatur.

tur. Fides charitate viua iustificat, non per se solam sed per gratiam. Et virtus quæ dat vitam fidei illa est gratia, quæ vitam dat iustificationi, & ea est quæ impiorum iustificat. Et cùm hic dicitur, videns fidem illorum intelligē de fide viua. Et ideò etiam dixit, remittuntur tibi peccata tua: nam qui portabant charitatem habuerunt in fructu, quæ est misericordia, & opera charitatis à charitate procedentia, quia si charitatem non haberent non vtique proximum infirmum tanto ardore & feruore ad Christum duxissent. Et ipsemet paralyticus qui portabatur charitatem etiam interiorem habuit à Christo, & fidem formatam, quia hæc sola iustificat. ¶ Sed cur fides per se solam non potest iustificare? Audi obsecro responsionem. Peccatorē iustificari nihil aliud est, quam Deo in hac vita vnitiuī sic manenti vnitus, vniatur cum eo postea in gloria. Vnimur autem per charitatem. Ideò Ioānes. *Qui manet in charitate, in Deo manet:* & Deus in eo. Non dixit qui manet in fide sed qui manet in charitate. Amans ergo & amatus amore coniunguntur, non cognitione. Quapropter gratia vnit cum Deo, & iustificat impium. Et Christus etiam. Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mānsionem apud eum faciemus. Igitur isti habuerunt prius fidem ex dono Dei: quia fides vt Paulus ait, donum Dei est. Et ad Romanos. Vnicuique diuisit Deus fidei mensuram. Et alterum. Alteri datur fides in eodem spiritu. Et in Actis legitur, quod prædicante Paulo & Barnaba Antiochiæ crediderunt quotquot erant præordinati à Deo. Et in ciuitate Philippis, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas Coloniæ loquente Paulo, quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum colens Deum audiuit. Cuius dominꝰ aperuit cor vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo. Hanc fidem vocant Theologi infusam. Esset im diuinitus infusa nullis humanis meritis acquisita. Fides horum hominū indecognouisset, quia credunt Christum potentem ad illum ægrum sanandum. Secūdo fuit hæc hominibus fides acquisita, ex bona fama quam de Christo audierant & concepe-
Luc. 1. rant. Audierant clementissimum & benignissimum esse, neminemque ad eum accedere, qui absque consolatione abiret. Audierāt omnibus opem conferre, & multa miracula mirabili potestate fecisse. His igitur tam præclaris factis auditis, ad Christum confugiunt dum-
Rom. 10. centes secum paralyticum. Fides (inquit Paulus) ex auditu, auditus autem per verbū Christi. Ex diuinis scripturis deprehendimus verbum diuinum instrumentum esse quo Deus nos vocat ad fidem. Idem de miraculis patet in Sergio Paulo. Et Ioannes inquit multos Iu-
Act. 13. dæorum credidisse in nomine eius, videntes
Ioan. 2. signa, quæ faciebat. Et Christus dixit Iudæis.
Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Docemur vt firmiter credamus, Christū posse & velle nobis afflictis, & in quacunque tribulatione iacentibus opem ferre: modo suæ gloriæ promouendæ & vtilitati animarum sit profuturum, ob idque totam nostram spem semper in ipsum esse reponendam. Ideò Pau-
Rom. 5. lus. Spes non confundit. Et in psalmo. In te
Psal. 24. confido non erubescam. ¶ Docemur etiā vt proximis afflictis inferiuamus, cunctisque hominibus verbo & opere, consilio & auxilio. In his nanque duabus præclaris virtutibus fide & charitate simul cum spe vniuersa ratio Christianæ vitæ consistit, quæ virtutes cū separari possint, altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest. Iam ad contextum reuertamur. *Homo remittuntur tibi peccata tua* Mat-
Mat. 9. theus dicit eum vocasse filium. In quo ostenditur propria fide formata illum fuisse saluū: hoc quippe nomine Christus credentes appellat, quibus dedit potestatem filios Dei he-
Ioan. 1. ri. Neminem leges in euangelio à Christo, neque ab Apostolis vocatum fuisse filium nisi hunc paralyticum. Videas rogo quomodo Deus faueat pauperibus, afflictis, & infirmis; nam beneficium hoc, vt aliquem vocet filiū non Christus diuitibus mundi & opimis confert, sed egenis & mœstis, diuitibus autem in viua fide. O bonitatem immensam & inauditam Christi saluatoris nostri. Quis adeò tam obscœnis peccator erit & tam iniquus, qui in Deum suum non conuertatur: cùm videat quam blandis & suauibus verbis hunc paralyticum alloquatur & eum consoletur? ¶ Obserua autem quod Christus tanquam peritus agricola, herbam malam radicitus euellit: & tanquam expertus medicus, infirmitatis causam tollit. Hic nanque paralyticus salutem corporis volebat, & hanc desiderabat: at Christus prius illi parcit peccata, quæ causa erant egritudinis corporis. Quādo chirurgus intra vulnus relinquit assulam lanceæ vel iaculi, hic talis non vtique verē sanat, sed apparēter & potius infirmum in sepulturam mittit. Opus est interius malum extrahere. Nam cùm salutē à domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino petis, cum intus habeas causam infirmitatis, quæ peccatum est, te non vult exaudire. Non in pristinam valetudinem deuenies, nisi prius ferrum lanceæ, quod tuã animam transfixã habet, euelleris. Esau magnis precibus Deum orabat, & lachrymas fundebat: at inquit Paulus, misericordiam non est consequutus. Quare obsecro? Quia peccatũ intra animã habebat, & orabat cum odio haberet fratrem suum. Si ægrotas propter peccata tua: tolle prius peccata & sanus eris. Ita nanque Christus huic prius sanat animã, postea vero corpus. Nam etiam si Deus ægritudines soleat immittere alijs multis rationib⁹, vt iustis, vt maius sit eorum meritũ, & vt magis eorum clarescat virtus, vt fecit cum Iob: & etiam vt gloriam suam manifestet, vt cum cæco à Natiuitate, & ad initium tormenti & crucis in hac vita, vt cum Antiocho & Herode: & denique alijs multis de causis: at hoc certum est quod multories agritudinis mittit ob nostra scelera & peccata, vt meliorem mentem redeamus, & vt in viam mandatorũ eius reuertamur. Et deniqueid plus quã certum est, quod clementissimus & benignissimus dominus his infirmitatibus salutem & commodum animæ nostræ semper quærit.

Hebre. 12.
Iob. 1.
Ioan. 9.
1. Mac. 9.
Actu. 12.

Nam propter peccata sua iacuit triginta octo annos in piscina ille infirmus, cui dns dixit. Ecce sanus factus est, noli amplius peccare. Quod Moses clarissimis indicat verbis, dicens. Nisi audieris vocem dñi Dei tui pereutiet te, pestilẽtia, & morbis, scabie quoque & prurigine, &c. Quando tyrannus ille Aman populum Dei voluit euertere, quia non adorauit eum Mardochæus: cõuersa ad dominũ Hester dixit. Peccauimus in conspectu tuo, ideò traditi sumus in manus inimicorum nostrorum. Tãtas atque tam graues animaduersiones solum in peccata reiecit sancta illa fœmina: nam hæc acrius inferebant bellũ, quã rex & superbus Aman: & hæc erant causa potissima, radix, & origo omnium laborũ, quos patiebantur. Atque ita regina sancta non cõuersa est aduersus regẽ, neq; aduersus Amã: sed aduersus scelera & flagitia populi. Legimus etiam de sancto Tobia, quod cum Iudæi captiui essent in Niniue à Salmanasar Assyriorum rege, quod cum videret tãta mala, quæ Iudæi patiebantur, conuersus ad Deũ dixit. Quoniam non obediuimus tibi, traditi sumus in direptionem & captiuitatem, & mortem. Labores omnes, mortem, & calamitates Israel, solum Tobias peccatis tribuit.

Ioan. 5.
Deute. 28.
Hester. 14.
Tob. 3.

Ideò Salomon. Miseros facit peccatum populos. Sic ecclesia alloquens Deum de populo Christiano ait. Nulla nocebit ei aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Ob scelera & flagitia populi mittit dominus mortem, famẽ & pestem in eum. Solet enim contingere vt aliquis dominus habeat multos seruos & ministros, quibus omnibus penarius victũ quotidianum ministrat: at cum aliquis delinquit, vel min⁹ benefacit ad quod tenetur, præcipit dominus, vt portio illius diei illi tollatur. Ita nimirum terra, aqua, & omnia elementa dispensatores sunt Dei, qui nobis seruis suis victum quotidianum ministrant: at quando eius mandata non adimplemus, & aduersus sua præcepta delinquimus, præcipit terræ vt sterilis fiat & nubibus cæli ne pluant. Sic temporibus Achab & Iezabel propter eorũ scelera & peccata non pluit tribus annis, & sex mensibus: & facta est fames & sterilitas maxima. Sic Salomon in oratione, quam habuit domino Deo Israel in templo dixit. Si clauso cælo pluuia non fluxerit, propter peccata populi tui: &c. Tanta mala & flagella, quæ dominus immisit in Sodomã facta fuerunt propter sua scelera: nam si dominus in illis ciuitatibus decẽ iustos inueniret, omnibus propter hos sine dubio parceret. Quod autẽ peccata sint causa flagellorũ quæ nobis dominus mittit, apparet in hoc manifestè: nã cessantibus malis, cessant etiam flagella, nam ablata causa tollitur effectus. Huius autẽ rei vnicum tantum adducam exemplum. Præcepit dominus Ionæ, vt abiret in ciuitatem Niniue, & diceret. Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur. Cũ rex & omnes Niniuitæ cognoscerẽt flagitia sua maiori esse digna supplicio, surrexit rex de solio suo, & pœnitentiã egit: tuncque dominus, vt pius & misericors sententiam reuocauit, quia ipsi delicta emendarũt. Cessantibus peccatis, cessauit flagellũ. Sic hoc igitur, ita verum est, quare non pœnitẽtiam agimus? Imò potius de nobis dici potest illud Esaiæ. Vocauit dominus exercituũ in die illa ad fletum, plãctum, & calui tium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, &c. Vnde discere nos oportet ex priori notabili vt in quacunque infirmitate, angustia: & afflictione vitam emendemus, & peccata lachrymis & contritione deleamus. Hæc nanq; vnicum refugium est, & sacratissima anchora, ad quã nobis est recurrendũ. Sic tram

Prou. 14.
Esaiæ 22.

domini

domini & flagella fugerunt Niniuitæ. Sic filii Israel hoc vnico remedio euaserunt tyrannidem Chusa, Eglon, Iabin, Madian, & Amon, & aliorum tyrannorum, qui grauiter eos opprimebant. Nam quando peccabant, statim hi Gentiles suam seruitiam in eos exercebant: quando autem conuertebantur, dabat eis dominus saluatorem, qui à manib⁹ inimicorum eos liberabat. Statim vt fluuius hic elanditur, omnes riuuli ab eo procedentes desiccantur. Sic ecclesia sancta Dei præcipit membris suis dictis corporalibus, vt prius gerant curam animarum eorum qui infirmantur, quã corporum: præcipientes, vt illis omnia ministrẽtur viatica sacramenta. ¶ Discamus secundo patientiam habere in infirmitatibus & tribulationibus, considerantes peccata, quæ in Deũ commisimus: & quod ea quæ patimur, digna sunt nostris flagitijs. Etenim si homines recordarentur, quibus digni sunt pœnis, ob quæ quotidie comittunt peccata non conquererẽtur in infirmitatibus suis: nec grauiter & moleste ferrent pœnas, quas hic patiuntur. Sciãt igitur peccatores homines infirmitates & labores qui illis eueniunt, in pœnam peccatorum ei tribui. Ideò cogitandum tibi est si infirmus in lecto iaces, quod in meritum tuorum peccatorum hęc tibi succesit infirmitas. Quando autem proximos tuos ægros videris, cogita illas infirmitates dominum eis misisse, vt eorum virtus probetur, & clarius elucescat, & in testimonium suæ bonitatis & patientiæ. Ita dominus semper se habuit cum illis sanctis viris veteris testamenti, cum Abel, Noe, Abraham, Loth, Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Dauid, Tobias, Ieremias, &cum aliis multis iustis. His afflictio purgatio est reiquiatũ, aut certè probatio Dei, qua manifestat se maximo amore erga tales affici. Corripit enim Deus, & flagellat filium quem suscipit. Et Sapiens. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. De quorum numero ij fuerunt, de quibus Paulus Hebræis ait. Secti sunt, tentati sunt, &c. Et Salomõ. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis benè disponentur, &c. Hoc de proximis tuis iudicare decet, & credere, quod immittit dominus illis tribulationes & labores, quia recti & probi sunt: tibi autem infirmitates & dolores, quia maioribus tormentis ob tua flagitia dignus es. ¶ Discamus tertio quam graue malum sit peccatum quando illius tã acre flagellum, vt est infirmitas paralypsis, ob illud mittit. Si Deus in hac vita peccatũ sic punit: quid in alia faciet? Quocirca tu qui dolores pateris ex aliqua graui infirmitate, vel stomachi, vel capitis, vel podagræ: recordare obsecro quam grauiter Deus in alia vita in eos animaduertet, qui suam vitam peccatis contaminarunt: quandoquidẽ in hac sic eos punit. Vnde tuam mentem subibunt terribiles illi ignes inferni: & ita fiet, vt in odium & detestationem peccati prorumpas. Verum præter hanc doctrinam aliquæ in his Christi verbis obseruatione digna sunt. ¶ Primo quàm liberalis & magnificus sit dominus, qui plura contulit beneficia huic paralytico quam petebat. Ipse nanque solam corporis valetudinem desiderabat, & petebat: Christus verò & animæ & corporis restituit salutem. Sic Salomoni qui solam sapientiam petebat, dedit sapientiam & diuitias. Abrahę, qui vitam tantum petebat Ismaeli dicens, vtinam viuat Ismael coram te: dedit illi Isaac, & reges orti sunt de Ismaele. Ezechiæ, qui vitã petebat, non solum dedit vitam, sed & addidit quindecim annos. Sic latro pendẽs in cruce rogabat Christum vt eius memoriã haberet: quod non solum donauit Christus, sed æternam illam patriam, quam sancti martyres, & confessores mille passis tormentis, mille generibus ignominiæ sunt ingressi. Tres etiam reges pugnaturi contra Moab petierũt ab Eliseo vt rogaret dominũ pro pluuia, qui bus dixit dns in manu Elisei. Hæc dicit dns: Alueus replebitur aquis: & bibetis vos, & familiæ vestræ, & cuncta vestra. Parumq; est hoc in conspectu domini? Insuper tradet etiã Moab in manus vestras. Vide quomodo non solũ aquã quam petebant, sed etiam victoriã donauit dominus. Regulus etiam salutẽ filio petebat tantũ: sed dominus & salutẽ filio dedit, & patri fidem quam non petebat. Sic Moses petiit à domino vt suam gloriam videre illi concederet: ipse verò pollicetur vniuersa bona sua illi ostensurũ. Non sic mundus qui magna promittit, largitur autem minima. Promittit vitã longæuã & fœlicẽ: cum brevis illa sit, & laboribus plena. ¶ Secũdo obserua, quomodo quem Deus castigauit paralysi propter peccata, quomodo etiam postea eum cõsolatur, nõ solum remittendo illi peccata, sed blande eũ alloquens, & filiũ vocans. Munus equidem, & officium boni pastoris est, mœstos ac tristes consolari: & quos superior corripit

4. Reg. 5.
Luc. 23.
Ioan. 4.
Exo. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ripit & arguit, vicarius inferior demulcere debet. Sic in Deuteronomio consolatur Moses Ruben potius quam alium, dicens. Viuat Ruben & non moriatur. Huc filium pater Iacob grauiter corripuerat: quem substitutus Moses consolatur. Sic dominus qui Israelem corripuerat, consolatur eos per prophetas suos. Sic dominus postquam grauiter populũ suum arguerat, consolatur eum per Esaiam dicens. Consolamini, consolamini populo meus, &c. ¶ Tertio expende quam facilè Deus placatur. Vtinã homines tam facile iram suã deponerent. Nemo est qui tam facilter, & alias tam difficulter placetur sicut Deus. Audi Deum quãdoquidem nunquam iram suam deposituturum. Non retrocedã neq; parcã: & nõ pœnitebit me. Et Oseas. Ibũt cum bobus & muneribus suis in gregibus suis, & in armentis suis vadent ad quærendum dominũ: & nõ inuenient, ablatus est ab eis. Lege totum illud Oseæ caput & videbis Deũ quasi qui placandus vnquam non esset. Sed vide illũ mitem, mansuetum, & blandũ, & qui facilè placatur, quique per Ieremiã dicit. Nonne filius pretiosus est mihi Ephraim, ũ puer delicatus? ex quo loquutus sum de eo, &c. Et per Esaiã. Populus enim Sion habitabit in Ierusalem. Plorãs nequaquam plorabis, miserens miserebitur tui. Ita dominus in hac vita facilè iram aduersus nos conceptam deponit, nunc lachrymis, vel gemitu, vel contritione petit peccatori, quantumuis inquinatus fuerit peccatis. At post mortem hunquã placabitur: fieri enim non potest, vt tecum sua benignitate & misericordia vtatur: nam etiam si clamores extollas, si cœlũ & terram inuoces, si sanctos omnes aduocatos interpelles, nihil proficiet, obturatas habebit aures. Quo circa Ezechiel propheta in mirabili illa visione dixit: quod facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Habet nanque dominus faciẽ hominis, peccatori quidẽ hac vita ad eum cõfugit. & habet etiam faciem leonis vt in eum animaduertat, grauiter, nisi pœnitentiã egerit. Si igitur tu attente consideraueris Christi benignitatem & dulcia verba quibus infirmum alloquitur & cum consolatur: non dubito, nisi quod statim in manus suas te iactabis nec to pus pectabis in quolibet inexorabilem inuenire, & implacabile. ¶ Quarto aduerte quod non satis erat dicere remittuntur peccata tua, nisi adderet tibi. Ac si diceret. Tibi remissa sunt peccata tua, absolutus ab eis

Deute. 33.
Genes. 49.
Esai. 40.
Ezechi. 24
Oseæ. 5.
Ieremi. 31.
Esai. 30.
Ezechi. 1.

manes. Quod deest tibi vt satisfacias, ego pro te rependam. Magna quidem solutio & pretiũ pro satisfactione tuorũ peccatorũ erat necessaria: nã ex omni parte caperis à peccatis, & paralyticus esset ego vt plenam faciam & integram tuam satisfactionem, acerbissimã & ignominiosam crucem libẽter amplectar, nam sola pœnitẽtia tua non est sufficiens. Sic Dauidi postquam pœnitentiam egit, dixit ille Nathan prophera. Dominus transtulit peccatum tuũ. In quõ obsecro transtulit? *In filiũ* Dauid secundũ carnem, qui Christus redemptor noster est. Quasi dicat. Hæc satisfactio non sufficiens esset coniuncta cũ satisfactione Christi sufficientissima est. O beatum hominem, quem Deus liberauit à debito, quod solueturus erat in inferno. Vnde egregius vates. Beati quorũ remissæ sunt iniquitates: & quorũ tecta sunt peccata. Primo dixit quod sumus peccatores, nam alias nõ diceret, nisi beati qui non peccauerunt. Mundus beatos appellat diuites possidẽtes aurũ & argentũ: at Dauid eos beatos dicit, quibꝰ remissa sunt peccata. Beatus ille, qui audire meruit remittuntur tibi peccata tua. Quod idem tu audies si in Christũ abieris ea deuotione & fide qua hic incedebat. *Et ceperunt cogitare scribæ & pharisæi dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Non audent manifeste loqui timentes cõfundi à Christo, sed intra seipsos cogitabãt & inuidebant. Obserua quam dissimilem fructum miraculum istud attulerit. Pharisæis nanque scandalum erat, sed turbæ Deum laudauerunt: offendebantur, & in Christi humilitatẽ impingebant, quoniam nouerãt Deum per prophetã dixisse. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas. In Christo autem videbant humanam fragilitatem: ideò credere minime poterant, quod peccata posset dimittere. Et talis de Christo cogitatio nunc etiam plurimos offendit, sicut illi qui de Saule dicebãt. Nũquid poterit nos liberare iste? Sic omnes infideles in Christo scandalizantur, & omnes mali Christiani: quoniam aiunt. A peccatis & morte liberare poterit, qui nos in cunctis periculis dereliquit? Alij autẽ dicunt. Quid solatij habere possumus ex passionibus Christi, cum contrarium experiamur? Sic offendit mundus ad Christi humilitatẽ. Ideo ipse monuit. Beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me. Vide etiam quomodo ipsimet fatcãtur Christum esse Deum. Quia si solus Deus potest dimittere.

Psal. 6.
Psal. 7.
1. Reg. 16.
Hebr. 4.

dimittere peccata, & hæc Christus dimittit, ergo Christus est Deus. Et quod dimittat probat ex miraculo facto, quia dixit quid est facilius, &c. Itaque Iudæi suam perfidiam produnt iudicio suo: vt opus astruant, personam negant. Ab ipsis etenim Christus Dei filius accepit testimonium: quamuis nec propter hoc credidissent, quamuis apertum viderent testimonium. Perfidia nanque confiteri potest, credere autem minime. Itaque testimonium non deest diuinitati, fides deest saluti. Nam firmius est ad fidem quod confitentur inuiti, & pernitiosius ad culpam quod negãt, quia nolunt credere in eum, quem ore confitentur esse filium Dei. Maxima igitur fuit horum amentia qui cùm confessi fuerint solius Dei esse peccata dimittere, nõ credunt Christo, qui miraculo probat se peccata dimittere. Porrò blasphemia est quando Deo tribuitur quod ei non conuenit, vel negatur de Deo quod ei conuenit. Blasphemia fuit illa Sennacherib cùm dixit, Non potest Deus vester facere quod liberet vos de manibus meis. Et propter hanc blasphemiam occidit angelus dominus in vna nocte de exercitu suo centum octaginta quinque millia. Et in lege veteri pœna mortis plectebantur blasphemi. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. ¶ Expende autem quod bene & male loquuti sunt pharisæi. Bene quidem quia blasphemiam abominantur, & gloriæ Dei vindices sunt: male autem, quia ex operibus Christum non agnoscunt, sed temere pronunciãt sententiam. Exemplo ergo pharisæorum oportet nos omnibus modis abominari blasphemos, & gloriam, quæ solius Dei est, alteri non dare. Pharisæi blasphemiam accusant, vbi blasphemia non est: nos verò impiissimos blasphemos accusare pudet. Dei, de id maximè semper nobis cauẽdum, ne impiè aut remere de quopiam iudicemus: aliàs nobis euenit quod pharisæis, qui blasphemiæ arguentes Christum, ipsi blasphemi facti sunt. Nam blasphemia erat dicere Christum non habere potestatem dimittendi peccata: quod peccatum quàm graue sit, vel videri potest in blasphemo illo, quem iussit dominus lapidare, per legem editam præcipientem, quod omnis blasphemus moreretur. Et per Matthæũ ait saluator quod spiritus blasphemiæ non remitteretur. Blasphemus nanque contumelia infert Deo ipsi, cùm alij peccatores cõtumeliam faciant in rebus suis. Fur vel latro contumeliam irrogat Deo in possessionibus seruorum suorũ, homicida in seruis suis: sed blasphemus in ipsum bonum diuinum qui Deus est, contumeliam infert. Ideò maximè displicet Deo peccatum blasphemiæ. Non enim sicut alij peccatores præter intentionem blasphemi Deum offendunt, sed ex proposito & industria ipsum Deum aggrediũtur. Nã alij peccatores appetunt delectationes, honores, vel aliud quidpiã mũdi, & vellẽt si possent his bonis mũdi frui sine Dei offensa: sed blasphemus multo aliter quia cõsulto & præmeditate contra Deũ insurgit. *Vt cognouit autẽ Ie sus cogitationes eorum respondẽs dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris?* Ex quibus Christi verbis nisi depravato client animo poterant Pharisæi colligere Christum esse Deum, & posse dimittere peccata. Nam cùm solius Dei sit dimittere peccata, etiam solius Dei est cognoscere cogitationes hominum. Solus etenim Deus regio testante vate hominum cogitationes cognoscit. Et dominus ad Samuelem ait. Homo videt quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor. Paulus etiam huic consonat. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Cùm igitur solius Dei sit videre hominum cogitationes, clarum est posse peccata dimittere, qui cogitationes videbat. Volens itaque Christus ostendere se posse peccata dimittere, voluit ad cogitationes respondere. Vnde tibi cogitandum est qui peccas in occulto, & existimas latere aliquid Deo, quod semper ipsum intuetur. O vtinam hæc aduerteret peccator & intelligeret, quod Deum habet inspectorem omnium quæ agit. Multi coram Deo multa facere audent, quos puderet ea coram hominibus ostendere. Existimat enim peccator quod sicut ipse non videt Deum, quod nec ipse videtur à Deo: & sicut ipse cæcus est, quod ita etiam Deus habet oculos cæcos. Sed iam Christum audiamus. *Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere surge & ambula: vt autem sciatis, quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico tibi dico surge.* Videtur Christus non bene argumentari: nam maius est dimittere peccata quam sanare infirmum: quia ad remissionẽ peccati necessaria est motio liberi arbitrij, quod vtique necessarium non est ad sanandum corpus. Pius etenim est põdus id me leuate, quod solus non possum, quam id quod nemine adiuuãte possum. Etenim vt vniuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum orbem cœlum & terram conderet dominus non indiguit alterius ope, ipse solus sine alterius adiutorio condidit. Et idem dico ad sanandum quoduis ęgrotum corpus. Ipse dixit & facta sunt. Nihil aliud est opus, quã sola Dei voluntas: nam statim vt vult, fit nullo contradicente, aut impediente. At vt Deus parcat peccatum, non satis est si Deus velit: nã præter hoc requiritur ipsius peccatoris cõsensus, quandoquidem illo reluctante nihil fieri in hac re potest. Ex quo manifeste liquet plus esse peccatorem iustum efficere: quam vniuersitatem mundi condere. Et plus est huic paralytico peccata remittere, quam paralysim curare. Ergo argumentũ Christi non valet, quia sic argumentatur. Possum facere quod min⁹ est, ergo possum facere quod maius est. Quia dicit possum sanare corpus, ergo & animam. Facit nanque istam consequẽtiam. Possum sanare hunc paralyticum ab infirmitate corporis: ergo possum sanare animã remittendo peccata. Ad quod responderi potest, quod curare corpus isto modo scilicet imperatiue, tibi dico surge, æqualis est potentiæ: quia sicut solius Dei est dimittere peccata, ita solius Dei est hoc modo sanare infirmum: nam tanta virtus requiritur ad faciendũ miraculum isto modo præcipiendo, sicut ad dimittendũ peccata: quia vtrunq; est Dei. Præterea si sanare corporaliter accipiatur sub potentia naturæ creatæ quoad factũ & modũ minus est sanare corporaliter quam spiritualiter. Sed si accipiatur supra posse naturæ creatę & solidum cursum, vel quo ad factũ vel quoadmodum, sic ęquè magnum est sanare corporaliter atque spiritualiter. Sic in proposito iustificare maius dicitur, quã creare quoad factum: sed quoadmodum faciendi & potentiã facientis æquale est. Igitur vnũ miraculum non est maius alio ex ea parte, qua superat potestatem naturę creatæ, quia sit per potentiam infinitam: & non est accipere in ea maius aut minus: & nullum est miraculum quantumuis minimum quod non sibi postulet virtutem infinitã, quia aliàs non esset miraculum. Si autem consideretur miraculum ex parte rei in qua fit, vnum maius altero potest dici: quia in alijs miraculis plus distat natura ab ipso opere, quam in alijs. Vt si aliquis homo ignarus & nihil sciẽs in mintmo tẽporis articulo efficiatur magnus philosophus miraculum quidẽ est: sed si alius homo qui pœnitus nec prima didicit rudimenta, omnes scientias & sacram Theologiam in eodem temporis articulo percalleret, hoc vtique maius esset miraculum. Itaque ex parte potentiæ non est vnum miraculũ altero maius quia res denominationem sibi sciscit ab eo, quod de per se est: non ab eo quod est de per accidens. Quocirca bene argumentatur Christus, quia si autoritate mea possum hunc hominẽ in instanti sanare, possum etiam peccata dimittere. ¶ Aduertte autem quod adhuc nihil prebaumus, nisi quod ex parte potentiæ Dei vnum miraculem non sit maius alio: quodquidẽ difficultatem non euacuat: quia Christus argumentatur à maiori ad minus, quia vt esset bona consequentia argumẽtum in hunc modum deberet necti. Possum facere quod maius est, ergo quod minus. Possum leuare põdus duarum amphorarũ ergo & vnius potero. Igitur vt totus hic diuil bene explicatus maneat, & vt Christi argumentatio vim habeat, & robur: operæ prenũ est, explicemus quomodo maioris potentiæ sit Christo corpus quam animam sanare. Aliqui dixerunt, quod sanare corpus secundum exteriorem apparentiam plus est, nam sanare corpus paralytici ipsis oculis cernebatur: at dimittere peccata, non ita: atque ita coram oculis istorum maius videbatur opus corpus ipsum in pristinam valetudinem restituere, quam animam. Sed hoc vtique nihil valet: nam etiam si corpus sanare opus clarius & euidentius esset, quia ipsis oculis corporis cernebatur: at cum pharisei fideles essent, & crederent quod solus Deus poterat peccata dimittere: si oculis corporeis hoc non videbãt, id tamen internis mentis oculis credebant: atque ita hoc opus, scilicet peccata remittere, difficillimum iudicabant, & solius diuinæ & supremæ potentiæ esse dicebant: atque ita plus apud ipsos erat animam, quam corpus sanare. Quapropter, ea qua nos poterimus brevitate probare conabimur, maius esse Christo corpus, quam animam sanare.

Psalm. 148.

¶ Ideo aduerte, quod tantum potest Deus, quantum vult: & omne quod vult, etiam potest. Omnia enim quæcunque voluit fecit in cœlo & in terra, & in omnibus abyssis. Potentia eius mensuratur sua sola voluntate: atque ita etiam si omnipotens sit, hanc tamen omnipotentiam non extẽdit ni ad id quod vult. Atque ita dum aliquid magis vult: magis ad illud omnipotentiam suam applicat: & ad id quod minus vult, minus potentiam suã applicat.

Psalm. 148.

Quod igitur dominus potius vult animę salutem, aut corporis? Manifestum est quod animam potius sanam cupit, & id vehementius desiderat. Si igitur magis desiderat salutem animæ, & eam magis vult, certum est quod magis potentiam suam applicat erga salutem animæ: quandoquidem (vt modo dixi mus) potentiæ executio, regulatur & mensuratur sua voluntate. Ea igitur quæ nos magis volumus & magis possumus, maiori facilitate operamur. Certum nanque est, si amicus aliquis, quem ego summopere diligo, præciperet mihi vt pro eo vnius diei iter ambularem: me laborem illum nullum iudicaturum, susceperumque eum pro summa voluptate & oblectamento: nam amor, quo amicum meum vehementer prosequor iter illud leuius & alacrius faceret. At autem si alius cuius amicitiam nunquam iniui, idem iter pro eo suscipiendum diceret: vtique ægre & molestè ferrem id laboris pro eo subire. Hoc igitur non defectu potentiæ est: nam ita sanus sum, & ita valeo pro vno id iter suscipere, quam pro altero. Potentia enim est eadem. At quia plus vnum quam aliud diligo, inde euenit, vt maiori voluntate & conatu, maiori affectu & facilitate, pro vno laborem suscipiam, quam pro altero. Quod enim id tanto affectu faciam, ideo mihi facilius est. Ita in Deo eadem est potentia infinita, & omnia æque faciliter operatur. At iuxta modum nostrum loquendi (siquidem filius Dei hominibus loquebatur) facilius dicimus ei esse, peccata dimittere, quam sanare corpus: nam magis optat animæ salutem, quam corporis. Si igitur quod ipse minus vult, scilicet corporis salutem, tam facile id operatur, vt solo verbo, surge & ambula, statim paralyticus sanus fit: quanto melius & facilius peccata dimittet; quandoquidem plus animæ salutem desiderat, & potentiam suam magis ad hunc effectum extendit? Igitur si hoc quod minus vult, scilicet, sanare paralyticũ, tam facile operatus est: multo melius salutẽ animarum operari potest. ¶ Et satis probasse constat ex hoc miraculo filium esse Dei: quia miraculũ factum fuit, ad probandum quod posset dimittere peccata. Ideò impossibile erat, vt fieret nisi verum esset illud, ad quod inducebatur. Causa nanque miraculi consideranda est. Nam si quis diceret, Petrus est saluatus, & ad hoc probandum induceret miraculum quantumcunque minimum: esset hoc, scilicet, Petrus est saluatus veritatis infallibilis: quia Deus qui est infallibilis veritas adducitur in testem per illud miraculum. Sic Samuel dixit Iudæis, cùm otlendere vellet eos peccasse petendo regem. Inuocabo dominum & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis, quod malefecistis petendo vobis regem. Et Helias dixit. Si homo Dei sum descendat ignis de cœlo: & ita factum fuit. Hoc autem erat ad probandum quod esset homo Dei. Cùm enim omne miraculum à Deo sit, & Deus non possit esse testis falsitatis: ideo miraculum non facit nisi ad confirmationem rei veræ. Si autem hic contigit, quia Christus dixerat, se remittere peccata: & induxit miraculũ ad hoc probandum, ergo impossibile erat falsum esse quod dixerat. Quod manifestè patet, nã dixit, vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, ait paralytico tibi dico surge, & ita factum est, ergo necessario probauit se filiũ esse Dei. Nullus vnquam fecit miraculum, ad probandum quod posset peccata dimittere, nisi solus Christus: ideo ex miraculis Christi etiam si non maiora essent quam miracula prophetarum, sufficientissime probauit esse Deum, quia ad hoc probandum adducebãtur. Ideò ipse dixit Iudæis. Si non fecissem opera quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Hoc est ea miracula feci ad virtutis meæ ostensionem, quæ nemo prophetarum fecit, ad ostendendam suam potentiam, sed ad Dei gloriam, vel ad alios fines. Hæc opera nõ possunt intelligi de sola differentia magnitudinis operum suorum ab alijs: quia tunc potius crederemus aliquem illorum esse Deũ, quàm Christum: quia maiora opera fecerũt aliqui quàm ipse Christus, vt Petrus, quia sua vmbra infirmos sanabat. Et dominus. Qui credit (inquit) in me, opera quæ ego facio ipse faciet, & maiora horum faciet: tamen nemo Apostolorum miracula faciebat ad ostendendum potestatem vel deitatem suam, sed ad ostensionem gloriæ Christi, & ad confirmationem legis quam prædicabant. Vnde Marcus. Illi autẽ profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante & confirmante sequentibus signis. ¶ Præterea quanuis Christus (vt sufficienter ostẽdimus) hoc miraculo probauerit esse filium Dei, tamẽ nolnit apertè hoc dicere, sed etiam filiũ hominis se vocauit vt magis occultũ hoc esset, ne passio eius impediretur: nemo nanque esset qui Deum

1. Reg. 12.

4. Reg. 1.

Act. 5.

Ioan. 14.

Mar. 16.

Leg. Abul. q. 17. in ca. 9. Matth.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vellet occidere. Vnde Paulus. Si dominum gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissẽt, Hoc autem esset maximum inconueniens: quia nos salui fieri non poteramus nisi per mortẽ Christi. Quocirca cùm beatus Petrus Christo dixit eũ esse filiũ Dei, præcepit Christus Petro ne cui hoc diceret: quia oportebat illum pati, & reprobari à senioribus. Ideò nõ aperte manifestauit se esse Messiã, aut Deũ. Et licet Samaritanæ, aut cæco illi à natiuitate id dixerit, non ideo mors Christi impedie
Mat.16. Ioan.4. Ioan.9. batur, secus autẽ si scirent Iudæi. Cũ autem iã iã morti esset proximus in publico manifestauit se esse Deũ, nã quando sicarios interrogauit, esset ne filius Dei, clarè respondit dicẽs. Ego sum. Quia iã ipse benignissimus dominus rectè nouerat, quã irati, quã cupidi vindictæ essent aduersus eũ, qui quanuis tunc veritatẽ diceret, nõ ideò impedituri erant passionẽ, imò actius suã expleturi sæuitiã & crudelitatẽ putantes se filiũ Dei facere. Secũdò
Mar.15. nũc apertè hoc non dixit, quia magis scandalizarẽtur, & nemo audiret doctrinã eius, sed potius omnes simul ad occidendũ eum insurgerent: nã aliquoties hoc obscurè etiã dicens
Ioan.8. ortũ est ingens scandalũ, vt cum dixit. Antequã Abrahã fieret, ego sum. Et cùm dixit, ego & pater vnũ sumus, voluerunt lapides in eũ reijcere, & cautam lapidationis esse dicebãt,
Ioan.10. quia cùm homo esset, Ipsum Deũ faciebat. Ideò cautius hic fuit loquutus, & non ita aperte: tamẽ bene possent (si ipsi aduerterent) colligere eũ esse filiũ Dei. ¶ Expende etiã nõ dixisse, ego possum dimittere peccata, sed filius hominis potest dimittere peccata: quod ad laudem & exaltationem naturæ humanæ dixit, vt rectam hominum vniuersitatẽ Christus ostenderet exaltatam, per illam humanitatem quam ipse assumpserat. Vt videatur, quod ista operatio communicata est homini per vnionem humanæ naturæ ad diuinã per-
Mat.26. Matth.24. Luc.21. sonam, dicit filium hominis. Sic Caiphæ respondit. Videbis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei. Sic significans potestatẽ iudicis sibi traditam super vniuersam creaturam dixit. Videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. ¶ Deinde non dicit, potestatem accepit sed habet: vt significet se æqualẽ esse Deo secundum naturam diuinam. ¶ Postremò obseruandum, quod dicit, hanc potestatem habere super terram: vt intelligas quod Christus peccata dimittit his, qui sũt super terrã, & quandiu viuunt: quia si in mortali peccato decesseris & defecenderis in abyssum, non vtique dimittet. Vide igitur quod dum in hac mortali peregrinatione ambulas, quantumuis peccatis coinquinat' fueris, Christus tibi potest parcere, & peccata dimittere. Nã firma & stabilis est illa sententia. In inferno nulla est redemptio. Ideò sapiens admonet Eccle. dicens. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam obtenebrescat sol. &c. *Tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* In domum suam misit illum, ne existimarent Iudæi, quod ei restituebat sanitatem: vt in ipsius obsequio & ministerio ambularet. Ideò Matth. Luc. 5 Christus neminem eorum quos curauit voluit habere discipulum (quanuis aliqui id rogauerunt, vt fuit ille, à quo legionem dæmonum expulerat, noluit mundi saluator suum commodum quærere: sed nostram vtilitatẽ. Præterea dicit, tolle lectum tuum, ac si dicat. Is lectus qui te infirmum sustinuit semper, & recepit: nunc tu eum portare debes humeris tuis, nam infirmos proximos adiuuare tenemur, cum autem ipsi ab ægritudine valentes surrexerint tenentur etiam mutuum beneficium nobis præstare. Sic Paulus iubet. 1. Tim. vt qui sani sũt & in integra valetudine infirmis laborent. Deinde hoc mandato Christus miraculum illustrius reddit & celebrius: nã cùm præcipiat ferre grabatum, omnibus manifestum fiet eum verè esse sanatum: nam si membra firma & robusta non essent, non vtique tulisset lectum. Declarat potentiam suæ diuinitatis, quæ neque temporum interualla, neque mortales respicit. Nam hoc medicorum ars præstare non potest, vt homo omnibus membris destitutus in pristinum vitæ statum ad iubentis vocem restituatur: & ita sanus euadat, vt lectum possit ferre.
¶ Obserua autem quomodo gaudium huius paralytici obliuisci eum faciat lectũ sui, cùm res admodum necessaria sit: vt necessarium sit, vt habeat qui id recordetur. In quoquidem sæpius aduertere soleo, quam parùm de supernis & cœlestibus, deque Deo ipso sentiamus: nam si aliquid horum degustaremus, vtique mens nostra tam ad eum elevata esset, vt recordatore indigeremus, ad curandum ea quæ ad corpus attinent. Quod Rom. gaudium in Romanis Paulus desiderabat, cùm dixit. Deus repleat vos omni gaudio & pace in credendo in virtute Spiritus sancti. Quid obsecro putatis esse, vt præceperit dominus primo nostro parenti, vt comederet? Nonne ipse sui habebat cusam? Creauerat illum dominus in tanta perfectione & gratia, & dederat illi intellectum ita sublimem & in diuina eleuatum: vt accedens ad contemplationem tantum & tam ingens sentiret gaudium: vt totus in Deum transfiatus nec comederet, nec biberet, quapropter præcepit illi, vt comederet. Si Deum degustaremus, non dubito quin omnia mandaremus obliuioni. Vnde ad hoc conuiuium nos inuitans egregius psaltes inquit. Gustate & videte, quam suauis est dominus. Nam si terrenum gaudium ita facit homines suarum rerum obliuisci, vt recordatore indigeant, quid obsecro de gaudio illo supremo & æterno dicemus? Quid de consequutione boni illius vbi nullus est iacturæ timor, nullus mentis ab alta dignitate & suprema cadendi? ¶ Denique aduertendum hic est, quod duo dicit Christus huic paralytico. Primùm, surge: secundo vtrobique, tolle lectum tuum. Primùm delectabile erat & iucundum, posteriùs verò laboriosum & molestum. Priori mandato obediuit, item & secundò. Nanque quemadmodum hic obtemperauit in prosperis & iucundis: ita etiam in laboriosis, & molestis fecit. Sanũ & valentem surgere post longam infirmitatem dulce erat & iucundum: at molestum & graue lectum humeris ferre. At tu (quæ malitia humana) Deo non vis obedire nisi in his quæ palato tuo satisfaciunt. Nam si facerdotem dederis beneficium pingue illud quidem & quod multos habeat redditus, id sponte & alacri vultu acceptabit: quod si illi dixeris aduerte hoc illi esse onus impositum, vt si opus fuerit ad administranda sacramenta media nocte debes surgere, etiam si grandis pluuia cadat: in hoc quidem episcopo non vult obedire. Si etiam alicui dixeris, visne ingredi hanc confraternitatem, in qua per anni discursum plurima conuiuia fiunt, multæ sunt epulæ. Libenter respondet, velle. At si illi dixeris, teneris in hac confraternitate semel, aut bis in anno flagellis cædi neutiquam pacium acceptabit. Ita nimirum multi subditi prælatis obediunt præcipientibus ea quæ sibi arridẽt: in laboriosis autem & molestis minimè obtemperant. Samson vtique ille fortissimus in omnibus Deo obediuit. Nam cũ præciperet illi dominus vt tollerer portas Gazæ & in montem eas ferret: iussis obediuit. Præcepit etiam vt mandibula asini mille viros interficeret & huic etiã mandato, libẽter obediuit. Eodẽ igitur modo quemadmodum in his honorificis rebus Deo obtẽperauit, ita etiam in laboriosis obediuit: nã cùm haberet illi dũs vt columnas templi euelleret, & vt ibi cũ Philistæis illis interiret (vbi etiã de sua salute & de discrimine vitæ agebatur) nihilominus tamen id mandatũ spontaneus impleuit. Obediuit vtiq; in prosperis & aduersis. Dicebat etiã Paulus hanc diuinã regulam nolens præterire quẽadmodũ in honorificis obsequiũ præstitit; ità etiã in ignominiosis ab ea nõ discessit. Nam cùm illi diceret Agabo, quod in Hierusalem ligandus esset: & manibus & pedibus, illis, qui dolentes flebant dixit. Quid facitis flentes & affligentes cor meum? ego nõ solum alligari, sed mori paratus sum propter nomen domini Iesu. In omnibus Paulus obtẽperabat. Deo nos verò in salute & prosperitate illũ laudamus, aliàs immurmuramus. Nec erit ad hoc propositum inutile sanctissimi Iob exẽplum qui cũ talis esset dicebat. Si bona suscepimus de manu dñi, mala autem quare non sustinemus? Israeli ici in prosperitate & fœlicitate dũ mortuos viderent Ægyptios, laudabant dñm & cantabant: at in tribulatione cũ indigebãt victu aduersus dñm & aduersus Mosem murmurabãt. Vnde Paulus Corinthios admonet tãm prosperis quã in aduersis benefacere. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per infamiam & bonã famã, &c. Sic ille in prosperis & aduersis obediuit: & fecit quod Christus imperauit. ¶ Demum discamus ab hoc paralytico nõ solum credere, sed etiã à peccatis resurgere, & in via mandatorũ Dei ambulare: nec vnquam quiescere donec ad domũ nostrã & veram patriam accedamus. Nõ satis est ei credere, sed opus est surgere, ambulare, & laborare, & omnibus suis præceptis obedire. Vt autem videas, quam prompte obediendum sit Deo, audi quid vlteriùs noster euangelista dicat. *Et confestim cõ-* Psalm. 102. *surgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum suam magnificans Deum.* Sequutus exemplum illius regij vatis, qui dicebat. Benedic anima mea domino & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Optima quidem ratione & merito paralyticus hic hos versus Deo canere posset: quia à suis iniquitatibus illum

Leg. Aug. li. 1. confes. cap. 26.
Act. 21.
Exo. 15.
Exo. 16.
2. Cor. 6.
Iob. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberauit, & sua peccata dimisit: & integrum corporis valetudinem illi restituit. Nos verò cur potiori iure hæc nõ canemus: quos quotidie à tãtis periculis tã animæ quã corporis eripit? Illa audisti euãgelistã dicentẽ, quod quãdo hic paralyticus infirmꝰ iacebat, nemo illi nũ qui in domo erãt, locũ ei dabat vt ad Christũ posset transire, quouisq; super tectũ illũ ascẽderunt: nunc autẽ quando sanus est, omnes locũ concedũt, & nullo impedimẽto trãsit. O execrandã mundi cõsuetudinẽ & regulã: qui pauperũ, infirmũ, egenũ, & mendicũ à suo cõtorno reijcit, nec illũ agnoscit, nemo ei subuenit, nemo fauet: omnes cũ contẽnunt, & tanquã stercus reputãt. Nã si pauper in miseriã abit, in egestatẽ, vel in lapsũ: vt citiùs cadat omnes adiuuãt. At si sanus est, diues & felix: omnes illi fauẽt, vt vlteriùs in diuitijs & felicitate proficiat. Nescit mũdus fauere nisi eis qui fauorẽ habẽt: dejicere autẽ abiectũ, & humiliare humilẽ. Huic paralytico eum infirmus erat & in lecto iacebat nõ concedebãt locũ, vt trãsiret: nũc verò cũ sanus est omnes discedũt & dãt locũ vt trãseat. Meliorẽ locũ nũc inuenit, quã cũ infirmꝰ erat. Quã docti nã vt manifestã intelligas sacræ paginæ exẽplo eã tibi ostendã. Nã cũ Ioseph afflictus esset, contẽptus, & in carcerẽ detrusus: nemo erat, qui illius recordaretur, & pincerna Pharaonis etiã obliuioni cũ tradiderat, & fratres cũ vẽdiderãt. At postquã honoratus fuit, & in amplissimã dignitatẽ euectus, omnes illi genua flectebãt: & fratres eius ipsum adorabãt. Et præter hæc populus Israel cũ vixit Ioseph summo honore habebatur & æstimabatur in Ægypto: & in potior. forte terrę vinebatur mortuo Ioseph, & fauore perẽpto quõ cũ rege habebat, statim mũdus incœpit Israelẽ persequi. Vnde aduertas oportet, q; si nulli nũc qui re diuitẽ videt, fœlicẽ, & prosperũ, vel in aliquã dignitatẽ constitutũ, honorẽ tibi summũ præstat: vide ne cæcus sis, & lippos habeas oculos: nã certiorem te facio, quod hi qui maximè te honorãt nunc, si de diuitijs, si de dignitate, aut officio ceciderit ij inquam primiores erũt qui pedis ictu te euntẽ in præcipitiũ adimuabũt. Quod igitur ex his omnibus cõcludo, id est, ne hominũ laudib⁹ & honorib⁹ capiaris: nã ad vtrauis autẽ se flectũt, & is (aiũt) vinat, qui vincit. Et *stupor apprehendit omnes & magnificabãt Deũ*. Magnificabãt inquã Deũ, qui talẽ potestatẽ dedit hominibus, vt possent peccata dimittere, & vnico verbo infirmos curare. Hãc eãdẽ mirabilẽ potestatem dedit sacerdotibus qui Christi vices gerũt in terris: & ligãdi atq; absoluẽdi habẽt potestatẽ. Mirabilis quidẽ potestas, quã neq; angeli in cœlo, nec; sancti, nec beatissima virgo. Maximo igitur honore afficiẽdi sunt sacerdotes, quia tẽ habent potestatem & corpus Christi conficerant, & fidelibus tradunt. Præterea ísti Deũ amplius magnificarẽt, si attẽderent, quã dederit Deus hominibus potestatẽ scilicet, vt filij eius sint. Dedit (inquit Ioannes) eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Nec hoc solo cõtentus, de facto etiam filios Dei nos fecit, testante Ioanne. Videte (inquit) qualẽ charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Et *repleti sunt timore dicentes: quia vidimus mirabilia hodie*. Mirabilia inquiunt, quia duplex miraculum fecerat: alterum sanando animã, alterum verò sanando corpus. Ideò meritò me Esaias appellauit illum admirabilẽ, quia multos in admirationem rapuit suis prodigiosis operibus & miraculis. Vnde regius vates in psalmo. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. ¶ Obserua etiã quod Pharisæi, qui inuidi erant, videntes mirabilia Dei murmurabant: populus verò gaudebat, & magnificabat Deum. Sic boni lætantur in his quibus cruciantur impij. Vnde Dauid agens Christi personam. Qui timent te, videbunt me & lętabuntur. Nam si tanta est vis in naturalibus (vt Ambrosius ait) vt visum animal prosit ictericis, ità vt cornu huius animalis mortui prodesse dicatur his, qui in similem passionem deuenerint: quanto obsecro plus iusti aspectus proficiet? Si enim vile animal tantam habet virtutem vt exiguo temporis momento hominem sanare possit: quomodo Christus, & quilibet alius vir sanctus ac iustus maiora horum non faciet? Et is namque qui Christum fideliter videre desiderãt diuinam infundit virtutem: atque ita illi, qui recti & studiosi erant, lætati sunt & stupefacti inusti visione, & miraculorum operatione. Ideo dicunt, vidimus mirabilia hodie. Viderũt & lętati sunt. An nescimus: Nõ inquã: sed qui timẽt te. Non Pharisæi, sed turba. Nã quemadmodũ pudicitiæ amator gaudio afficitur, si fœminam vel virum pudicum videat: & sicut castus castitatem seruantem diligit: & sicut liberalis & magnificus alium liberalem virum desiderat sibi comitẽ, & sapiens sapientem: sita ex diametro vir castus impudicum

Gene 40.

Gen. 41.

Exo. 1.

Ioan. 1.

Psal.

animum torquet, liberalis auarum, & sobrius vocem & ebrium. Nã si prodesse dicimus mutum animal: cùm videtur, ità ob esse percipimus lupum si ipse nos prius viderit. Nam ij, quos prius lupus videt, vocem feruntur amittere. Aiunt etiam Basiliscum si quodcunque viderit prius animal, id interficere, si homo visu præuidetur. Sed ipse serpens morti dicitur si prius cum homo viderit. Ergo si tanta virtus oculis serpentis vel hominis inest, vt si alter alterum viderit, possit occidere: quanta maior virtutis efficacia erit in oculis hominis iusti? Viderunt ergo illum turbæ, & lętati sunt atq; exultauerunt dicentes. *Quia vidimus mirabilia hodie*. Ex his igitur omnibus vt aliquid fructus tibi maneat, aduerte, vt eam per inuidiã fugias, & bonis fratrũ tuorũ gaude, & Dei magnalia considera. Sed iam hæc satis sufficiant de hac historia: nunc de conuersione Apostoli Matthæi, Lucã nostrũ differentẽ audiamus. *Et post hæc exijt, & vidit publicanũ nomine Leui sedentẽ ad Telonei & dixit illi*. Non forte aut casu Christus ad eũ accessit locum, sed secũdum suũ æternũ propositũ, quo ad suam gloriã, & ecclesiã, & apostolicam dignitatẽ augendã æterna sua prædestinatione hunc Apostolũ præordinauit eligere. Vnde videre oportet, quomodo nos cũ nõ Christũ quæramus, nec inueniamus: ipse nos tãquã perditos & errãtes quærit, & inuenit. Tãtũ igitur beneficiũ, & tantã gratiam admirantes cũ Paulo dicamus. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quã incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Sed iã singula verba huius cõtexus veniũt expendẽda: pã vnum quodq; suã emphasim secũ affert. Primò igitur ait quod exijt: quod quidẽ magnũ argumentũ est diuinæ bonitatis. Nã cùm Deus sciatse ità magnũ esse & incõprehensibilem, vt nos nõ possimus eũ attingere: ipse ad nos venit, & nos quærit. In quo amor diuinus erga nos ostenditur. Elegit nos ab æterno, sed nõ nostris meritis, sed sola sua bonitate & gratia. Et vidẽs, quod nos, quos oportebat ipsum quærere nõ quærimus, ipse venit ad nos. Cũ enim mortui essemus in peccato, Deꝰ, qui diues est in misericordia sua nos viuificauit. Quod quotidie nos experimur, nã sæpius sanctis inspirationibus nos vocat, pulsat, & quærit, inquiẽs. Aperi mihi sponsa mea, columba mea, soror mea, &c. Et iterũ, Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. Nõ possumus ad Deum ire, nisi ipse prius ad nos venerit, & nos vocauerit. Quocirca opus est, vt nos in benedictionibus dulcedinis præueniat, sicut præuenit Matthæũ. Ipse enim exit, & venit ad nos: vt nos ad eũ possimus tẽdere. Aliꝰ quoq; euãgelista ait, q eũ trãsiret inde Iesus, noluit detineri in Telo neo, neq; in domo negotiationis: quia in via peccatorũ nõ stetit, nec sedit in cathedra pestilẽtiæ, sed trãsibat, vt etiam Matthæus inde trãsiret. Tũc enim trãsit Iesus & in trãsitu peccatorẽ videt quando eũ vocat per interiã inspirationẽ. Nõ facit in eo mansionẽ, donec inspiratio impleatur opere: sicut Matthæus sequẽs suo cõuiuio detinuit illũ. Discamus detinere Iesũ ne prætereat: Vę illis, intrã quos iterũ atq; iterũ Iesus trãsit, & non detinetur. Væ horũ fulsæ ipse, qui cõsidũe in longitudine vitæ. ¶ Secũdò dicit euãgelista, q vidit Iesus publicanũ: ea est solis virtus & natura vt penetrãs viscera terræ aurũ & multa alia metalla generet. Sic virtute radiorum Christi aurũ fidei generatũ & productũ est in corde huius apostoli. Nullus alius sensus aptior est vt trãsferatur imago rei vistæ in aliã rẽ quã visus. Ità visus amatis qui vehementissimus est trãsfertur amatis in ipsũ. Solet nãq; hanc ob causã is qui se nimio amore diligũt, quodã pudore suffundi si sese in viã, cõiectis alter in alterũ oculis intuatur. Et huius rei nõ est alia ratio nisi quia naturaliter ità valde intuit mur quos diligimus, hos ipsos in dilectos trãsferimus. Ità Christus cũ hũc apostolũ aspicerat, formaꝰ mansit. Nõ enim vidit Matthæũ sicut cõtet alij homines videre: nec vidit illũ, sicut vidit Pilatũ, Annã, & Caiphã, & reliquos carnifices. Nam in hoc loco, sicut & in aliis multis scripturæ locis videre Christi nihil aliud est, quã cor da mouere, & suã gratiã impartiri. Sic vidit & respexit Petrũ, Andreã, Iacobũ & Ioannẽ, Nathanaẽlẽ, & hũc discipulũ Matthæũ. Quibꝰ etiã oculis misericordiæ & benignitatis vidit Abraham in Chaldæa, Lot in Sodoma, Israelitas in Ægypto, Zacheum in arbore, Petrũ in domo Caiphæ, latronẽ in cruce, & Paulũ in itinere Damasci. Qui Christi aspectus ita perspicacissimus est, vt carnẽ penetret, sanguinẽ, ossa, spiritũ, atq; animã. O felix intuitus, de quo beatus Matthæus id dicere posset quod dixit Agar. Tu Deus qui vidisti me, &c. Nec est iste intuitus Christi, simplex aliqua hominũ cognitio: sed est interioris cordis dulcissima & suauissima penetratio, quæ animã tãgit, & vulnerauit, vt suo intuitu sanctorũ mẽtes illustra-

Mat. 9. Psal. 1.

Mat. 4. Ioan. 1. Gen. 12. Gen 19. Exod. 3. Luc. 19. Mar. 14. Act 9. Gen. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerit, vt in ipsum crederent: voluntatem ità
inflammauit, vt ipsum amarent: animum ità
perfecit, vt suis semper vestigijs illum inse-
querentur. O quam diuinus & mirabilis in-
tuitus fuit hic, nam eo solo fecit vt Matthæi
cor totum tremeret. Si fletit sol mandato Io-
sue, & clangore tubarum diuino iussu muri
Hiericó ecciderunt: non mirum (quandoqui-
dem Dauid inquit, à facie domini mota est
terra) vt solo Christi intuitu Matthæus pauc-
scat & tremat. Iterum inquit regius va-
tes. Qui respicit terram & facit eam treme-
re. Quemadmodum sol suorum radiorũ vir-
tute calefacit terram, & eam pinguem red-
dit, & in ea generat multos fructus & her-
bas: ità etiam oculi domini qui (vt ait scriptu-
ra) hæ deteriores sunt solæ) multo fertiliorem &
abundantiorem reddiderunt animam huius
Apostoli, solo namque suo intuitu sol ille iu-
stitiæ Christus redemptor noster in anima hu
ius Apostoli amplissimas diuitias genera-
uit. Vtinam Christus sic nos videat, vt corda
nostra vulneret suo intuitu suisq; oculis qua
si hamo nos capiat atque ad eum sequendũ
amandumque commoueat, sicut hunc Apo-
stolum commouit. ¶ Tertiò dicitur, quòd
vocabatur Leui. Ex ipse Matthæus quia hanc
suam vocationem scripsit nominat se ipsum,
dicens quod vocabatur Matthæus. Habebat
namq; beatus Apostolus duplex nomen: Mat
thæus, scilicet, & Leui. At magis commune
nomen illi erat Matthæus: sed Lucas & Mar
cus vt sanctum honorarent euangelistam no
minant illum Leui. Ipse verò suæ humilitatis
causa vocat se ipsum Matthæum: quod nomẽ
magis notum & familiare illi erat. Non læta-
tur Matthæus in peccatis, sicut illi, de quibus
scriptura ait, quod lætantur cùm malè fece-
rint, & exultant in rebus pessimis: sed narrat
sua peccata, vt Christi bonitatem ostendat, &
suam misericordiam commender. Sicut nos
volentes aliquem magnum & periculum me-
dicum laudare, solemus morbos ingentes,
quos curauit in medium adducere, vt clarius
eius peritiam & experientiã demonstremus.
Sic Paulus sua peccata commemorat, vt Chri
sti bonitatem exaltet dicens: Christus Iesus
venit peccatores saluos facere, quorum pri-
mus ego sum. Et alibi. Ego sum minimus A-
postolorum, qui non sum dignus vocari Apo
stolus: quoniam persequutus sum Ecclesiam
Dei, gratia autem eius sum id quod sum. Cõ
mendat Dei misericordiam, quæ omnia ma-

Iosue. 10.

Iosue. 6.

Psalm. 113.

Psalm. 103.
Eccle. 25.

Matth. 9.

Prouer. 2.

1. Tim. 1.
1. Cor. 15.

la nostra & grauissima peccata superat & la-
to antecellit discrimine: atque ita is idem de
quo Dauid in psalmo inquit, qui conuertit
petram in stagna aquarum, & rupem in fon-
tes aquarum: statim vt aspexit Matthæum il-
lum cõuertit, & ad se quasi magnes attraxit.
Vnde egregius psaltes diuinitus carẽs ait do
mino. Lingua canis mutuetur, ex inimicis
ab ipso. Quasi dicat. Canes inimici ecclesiæ
ecclesiæ, amici eius & defensores facti sunt.
Lingua canis eo modo & vtilis est, ad repa
randum id quod dentes perderunt. Nulla
est fatior medicina quam si canis vulnus ip-
sum lingua rahgat. Mordaces canes fuerunt
ecclesiæ sanctæ Paulus, Matthæus, Augusti-
nus, & multi alij qui suis morsibus ecclesiã
dilaniabant, & persequebãtur: at postea sua
linguis illam curarũt, & sua predicatione ma
ximam illi vtilitatem attulerunt, docẽtes, &
suis codicibus vtranque paginam illustran-
tes, &c. ¶ Quintò autem aduertendum hic
est officium vel artem quam Matthæus exer
cebat. Sedebat enim ad telonẽũ. Τελώνιον
Græcè mensa erat publicanorum in qua vec-
tigalia soluebantur. Peccabat Matthæus ex
auaritia ex cupidine, & amore nimio pecunia
rum. Vnde publicanus erat, cuius erat mu-
nus vectigalia regis, & reddituũ colligere: at-
que ita habitabat Capharnaum, quæ ciuitas
erat maritima, vbi maxima vectigalia exige-
bantur, eorum omnium, quę mari vehuntur.
Explicans autem euangelista quo vitio esset
coinquinatus Matthæus, commendat medi-
cinam mirabilem, quam superius & cœlestis
medicus illi apposuit. Nam cùm minus re-
dij habet infirmitas: maiorem gloriam & ho-
norem sibi comparat medicus, qui eam cu-
rat. Nullum igitur vitium est ita incurabile,
quodque fortius & tenacius hominem re-
neat, quam auaritia. Possessio namque diuitis
auari plus durat, quam ipse, quocirca dũ vi-
uit non soluitur neque relinquitur à peccato
auaritiæ. Secũdò quia pluribus stipitibus est
ligatus, & multiplici funiculo detentus: quia
non solum amore proprio sed etiam amore
filiorum est implicitus. ¶ Expende autem q
dominus voluit peccata sanctorum suorum
manifestari: vt nos de venia, & misericordia
eius non desperemus. Nam videntes quod
dominus maximos peccatores illustres & fa-
ctiosissimos viros reddiderit, & sui regni com-
potes fecerit: fiduciam nobis præbet, quod e-
tiam & nos possimus vitam & gratiam adipi

Psalm.

Psalm.

fci. Et

sci. Etenim cùm tu videris quàm liberaliter
famosissimo latroni regnum suum dominus
donat: quamque misericorditer & benignè
Magdalenam susceperit, & pro ea pharisæo re-
sponderit: cùmque etiam vides, quæ mirabilia
dominus operatur cum carnifice Christiani
nominis Paulo, & sanctæ ecclesiæ persequu-
tore, & quomodo se cum Petro habuerit, qui
tãquam ignotum & inimicum Christum ne
gat: quare obsecro hæc omnia audiens, nõ de
tua diuina misericordia confides? Nam si eiui
tas aliqua aduersus dominum coniurationẽ
faceret: rex autem nisi benignus esset & mise-
ricors, vt non solùm eius, qui coniurationis
eius caput fuit, liberaliter parceret, verùm
etiam in domo sua regia duo præcipua offi-
cia & munera donaret: nonne reliquiciues
populares magnam venię & condonationis
spem conciperent? Nimirum, nam rex ità be
nignus, qui præcipuo traditori non solũ par
cit: verum etiam eum honorat, credendum
est, non negaturum veniam reliquis ciuibus,
qui tanta non sunt digni culpa. Si igitur tu ità
audis & vides quamodo insignem auarum
vt Matthæum quærit, aspicit, & peccata di-
mittit: & non solùm dimittit, sed in Apostolo-
lum & euangelistam eligit: quid est quod nos
de diuina misericordia & benignitate despe-
rabimus? O quam bonus rex, & quam clemẽ
tissimus dominus hic est: qui non solùm pec
cata condonat, verùm ipsos peccatores sum-
mis honoribus exaltat, &c. Sed Chri-
stum Matthæum vocantem audiamus, &
dicentem illi. *Sequere me*. Videas obsecro
quomodo Christus sit qui prius nos quærit:
& non solùm qui prius nos quærit, sed qui
ad nostram conuersionem priusquam nos in
cipiat loqui & vocare. Vbi aduertere debes q
non ex meritis Matthæi, sed ex sola sua gratia
vocatus est à Christo iuxta illud Pauli. Non
volentis est, neque currentis, sed miserentis
Dei. Ex vno atque eodem fonte omnium vo
catio profiscitur. Prenim nos omnes gratia
Dei vocati sumus non ex operibus & meritis
nostris præcedentibus. Vnde beatus Paulus:
Gratia estis saluati per fidem: idque non ex
vobis. Dei donum est, non ex operibus, ne
quis glorietur. Item Deus (inquit) saluos nos
fecit, & vocauit vocatione sancta non secun
dum opera nostra sed secundum suum pro-
positum & gratiam, quæ data quidem est no
bis per Christum Iesum. Consideremus itaq;
bonitatem Dei in nobis, laudemusque illum

super misericordia sua dicẽtes cum regio va-
te. Quomodo miseretur pater filiorum, mi-
sertus est dominus timentibus se. Recorda-
tus est quoniam puluis sumus, &c. Vnde ni-
hil salutis meritis tribuendum est, aut alicui
creaturæ: sed soli Christo omnem iustitiam
nostram tribuamus. Vnde Baruch propheta.
Dominus Deo nostro iustitia: nobis autẽ con
fusio faciei nostræ. Si vocauit Matthæum id
sua misericordia fecit, &c.

¶ Aduerte autem quòd non sit facta mẽtio
de vocatione omnium Apostolorum, nisi ho
rum quinque (scilicet Petri, Andreæ Iacobi,
Ioannis, & Matthæi: quia hi tantum vocati
sunt à Christo. Nam Apostoli non diuersis tẽ
poribus, aut diebus electi sunt in Apostola-
tum, sed vnico tantum die: & ideò non est vn
us Apostolus antiquior altero in Apostola
tu, quamuis in vocatione sit, aut in ingressu
scholæ domini: nam Christus venientes ad
se recipiebat, & sic congregauit magnum nu
merum discipulorum. Postea verò quadam
die in vnum locum eos omnes congregauit,
& ex omnibus hos duodecim elegit, quos a-
postolos nominauit. Cæteri autem manserũt
in gradu discipulorum & postea ex illis assũ-
psit sibi septuaginta alios discipulos. Singu-
los autem istorũ non vocauit ad se Christus,
sicut hos quinque, quos iam retulimus: quia
plurimi eorum visis Christi miraculis venie-
bant ad eum, & forte rogabant, vt eos in di-
scipulos haberet. Hoc patet in illo scriba qui
dixit: Magister sequar te quocũque ieris. Sic
Philippus qui postea Apostolus electus est,
Christum sequutus fuit. Sic & Nathanael. I-
gitur quia tantum hi quinque Apostoli voca
ti sunt, reliqui autem ad Christum venerunt:
ideò solum illorum quinque vocatio scribi-
tur. Si autem aliqui vocati fuerunt, illa fuit le
uis vocatio, sicut de Philippo, quem Christus
inueniens dixit. Sequere me. *Et relictis omni-
bus surgẽs sequutus est eũ*. Nõ surdus auditor,
sed factor operis extitit. Surrexi & adhuc te
cum sum. Hæc duo verba maximæ fuerunt
virtutis: nam illis auditis statim surgens se-
quutus est eum. Non est mirum si solis præ-
sentia gelu resoluatur. O diuini verbi mirabi
lẽ efficaciam vt hæc duo verba, sequere me:
magis vinctum & ligatum attraxerunt beatũ
Matthæum quam si duabus cathenis deuin-
ceretur. Cuius verbi Dei mirabilẽ virtutẽ ex
pressit Dauid dicens. Dauid voci suæ vocẽ
virtutis videbant enim (vt diuus Chrysosto-

Psalm. 102.

Bar. 1.

Luc. 6.

Luc. 10.

Mat. 8.
Luc. 9.
Ioan. 1.

Ioan. 1.

Luc. 2.
Psalm. 138.

Psalm. 28.
Chry. hom.
13. in Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

musáit) aliquid diuinum Apostoli in vultu
Saluatoris, atque sequebantur eum attracti
Christi aspectu: eum quo quem volebat ipse,
Ezec.11. ad se attrahebat. Nam sicut in Ezechiele habe-
tur, quod cùm eleuabantur cherubin, eleuabantur etiam rotæ: sic viri iusti & charitate excellentes Christum sequuntur, cùm eos vocat, & attrahit voce virtutis suæ. ¶ Duo sunt peccatorum genera, alterum est hominū, qui imbecillitate naturæ in aliqua dilabūtur delicta, & hi faciles sunt vt conuertātur: hos dominus sui diuini amoris igne conuertit mittens illis sanctas inspirationes, & dicēs. Vide ô homo quod habeo gloriam, beatitudinem, gaudium, diuitias denique nunquàm perituras, &c. Sic conuertit Dauidem, Paulū, Petrum, & Matthæum & Magdalenā. Aliud est peccatorum genus procacissimum, meretricia incedens fronte, & dura ceruice: quos dominus conuertit turbine, & grandine infrimatum, laborum, & afflictionum. Talis fuit rex Manasses, & omnes hi, qui constituti in infirmitatibus & tribulationibus Deum quæsierunt. Quo circa Dauid in psalmo. Intonuit
Psalm 17. de cœlo dominus, & altissimus dedit vocem suam: grando & carbones ignis. Quando autem nullo modo conuerti volunt, vide quid
Exo.14. psalmographus dicat. Et misit sagittas suas &
4.Reg 19. dissipauit eos: fulgura multiplicabit, & cōturbabit eos. Sic euertit Pharaonem, Sennacherib, Antiochum, & Iudam. Intonuit itaq; altissimus vocem suam: & vocauit Matthæū:
Mat.27. quem attraxit igne dilectionis suæ, & surgēs secutus est Christum. ¶ Aduerte rogo, quid Christi visus & aspectus fecerit. Statim dominus Matthæum aspexit, solutum est iugū diaboli: & statim Matthæus ab aspernima demonis seruitute liberatus est, & Christum sequutus. Quemadmodū si in dura cera sigillo sint impressa alta mœnia, turres, & montes: hæc omnia dissoluuntur si radiis suis sol aduenerit. Sic mundanæ opes, imperia, magistratus, honor & gloria mundi, si in corde hominis depicta fuerint: si sol iustitiæ Christus aspiciat, vt aspexit cor Matthæi, statim calore diuini
Psal.35. amoris dissoluuntur, & in nihilum abeunt.
Leui 26. Quocirca Dauid domino ait. Respice in me, & miserere mei. Et dominus in Leuitico. Respiciam vos (inquit) & crescere faciam. Ità suo aspectu & duobus his verbis dominus Matthæi voluntatem inclinauit, ac si ex necessitate id fieret quanuis liberè. Ita dominus vehementi amore cor eius mouit: vt melius ei videretur obedire, quàm omnia, quæ habebat & habere poterat: ideò nihil sefacere putauit relinquetis omnia, & ei vni adhærendo, vt vocantem sequeretur. ¶ Ex quo loco primo prælati, pastores, & omnes principes discant, statim vt à domino fuerint vocati, et libenter obtemperare: nam Apostoli, & beatus Matthæus non pigri fuerunt, aut multoties vocari expectarunt: at si mel vocati, ipsi domino parucrunt. Nā prælati qui successores sunt Apostolorum, non expectare nisi vt Christus eos multoties vocet, tanquàm populum imperfectum: at ipsi, vtpote qui perfectionis statum habent, statim Christum sequuturi sunt, vt fecerunt Apostoli, quandoquidē eorum successores sunt, ac proinde imitatores.
Vnde dominus in Numeris præcepit Moisi, Num.10
quando conflare iussit duas illas argenteas tubas. Si si mel (inquit) clanxeris venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Sin autem prolixior atque concisus clangor insonuerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. Aduerte obsecro quomodo ad primum clangorem tubæ vult dominus vt omnes principes, & duces aduentent: at posteà multiplicatis clāgoribus omnis multitudo populi exiet. Ità prælatus statim vt vocatur à domino, ad eum debet accedere: & etiā in hoc quam in aliis, quæ ad obsequium Dei spectauerint omnibus aliis ppiores esse debent, & coram subditis incedere. Nos etiam omnes post pastores nostros sequamur Christum vocantem: & ne simus pigri. Nam magna gloria (vt inquit Ecclesiasticus) est sequi dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Sic gloriatus est Ieremias dicens. Non sum turbatus te pastorem sequens, & diem hominis non desideraui, tu scis: quoniam omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium.
¶ Discamus etiam ex Matthæo vana mundi contemnere & despicere: nam tempore maioris necessitatis deserent nos diuitiæ & opes. Ideò cum eis te habere debes, quemadmodum cum exercitu militum fit, de quibus persumitur & colligitur quod traditores sunt, aut quod in potiori & periculosiori parte belli terga debent inimicis vertere. Ita nimirum mundum hunc relinquere debes antequam ipse te relinquat: siquidem fallax est & mendax, & omnes suos amatores irridet. Contemne & relinque illum dum viuis: quandoquidem

dem te ipsum constitutum in mortis articulo relinquere debet. Si autem hæc quæ prosequimur, nō agnoscis, si eius vanitatem non intelligis, ideo est: quia ipsum mundum non vides, causa verò cur illū non videas est, quia in ipso ambulas, & ipsum diligis. Nam quemadmodum corporeus oculus videre non potest, si aliqua non sit distantia inter ipsum & rem vilam: ita hi, qui in mundo sunt ipsum mundum videre non possunt: quoniam nullum est interuallum inter ipsos & mundū.
¶ Aduerte autem quod ità cum relinquas vt nihil suarum rerum tecum feras. Iacob fugit de domo Laban. Sed Rachel secum tulit idola Labān, quia præteritarum imagines voluptatum non ità cito delentur. Sed eas secū ferre solet, is qui mundum fugit, & sequitur Christum. ¶ Docemur etiam quomodo gloria potius sanctis actionibus & operibus attingitur quam verbis. Legimus enim quæ fecerit Matthæus, non quæ dixerit. Quod dixit nihil fuit, quod autem fecit multum: quādoquidem omnia reliquit, & Christum fuit sequutus. Perfectio nanque Christiana non verbis, sed operibus consistit: nec cœlum verbis rhetoricis & elegantibus emitur, sed sanctis operibus. Etenim sancti gloriam adepti sunt pauca loquentes, & multa bona operantes. Vt autem intelligas bona opera non defuisse Matthæo, audi quod sequitur. *Et fecit*
Luc.5. *ei conuiuium magnum Leui in domo sua.* Eliseus vocatus ab Helia fecit conuiuum sociis suis, sic nunc Matthæus conuiuium fecit Christo, & sociis suis amicis, & publicanis. Sed quomodo Christus ex vsitatis comedebat: Et quomodo si reliquit omnia, fecit conuiuium? Facta copia à Christo in domum suam reuersus est, & disposuit omnia sua negotia, & reddidit rationē officij sui, restituit quæ debebat: & derelictis diuitijs & omnibus bonis suis, fecit conuiuium Christo, vltimum vale mundo dicens: & postquam omnia vēdidit & dedit pauperibus Christum est sequutus, & postea abijt. Magnum vocatur hoc conuiuiū, quia splēdidū fuit & opulentū: sed certè splendidum erat quia petrus spiritualiter, quam corporaliter et Christum Matthæus reficiebat. Et verè magnum hoc conuiuium appellari potest, quia ex eius reliquijs Angeli satiantur in cœlo: quia gaudium fit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente. O homo peccator attende, quod in manu tua est Christo magnum facere conuiuium: quandoquidem pores offerre illi cor istud tuum humiliatum, & pœnitens. ¶ Obserua etiam quomodo Christus Matthæum honorat, & illum suspicit, quando ipse Matthæus Christum honorauit, & magnificeit. Vnde Dauid merito dixit. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Audiuit Matthæus vocem Christi, & obediuit ei: & ideò Christus ingreditur domum suam ad manducādum cum illo. Et aduerte quod Christus Matthæum inuitauit dicens, sequere me, & Matthæus inuitauit etiam Christū in domo sua: & quia Matthæus Christum audiuit, ipse exanditus est à Christo: & quia Matthæus Christi conuiuium acceptauit, etiam Christus Matthei conuiuium suscepit. Vis ne vt dominus faciat, quæ ab illo petis, & rogas: fac tu etiam quod ipse precipit. Audi tu Deum: & ab ipso vtique exaudieris. Audius tu es diuinis inspirationibus, vocaris ab eo, & audire non vis, & inquit sequere me, & reluctaris: quomodo igitur vis, vt ipse te clamantem exaudiat? Vocas illum, & nō præstat tibi aures: quia tu ab eo vocatus non respondisti. Vult dominus, eadem moneta tibi rependere: nam quemadmodum ad illius voces obturatas habebas aures, ità etiam ipse tuis nunc clamoribus eas claudit. Vnde
Prouer.1. per sapientem ait. Vocaui & renuistis. Sequitur. Tunc inuocabunt me & non exaudiam.
Esai.59. Et Esaias. Ecce non est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat: nec aurit eius aggrauata est, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ, &c. Et Hieremias. Nos iniquè egimus,
Iere.4. & ad iracundiam te prouocauimus: idcircò tu inexorabilis es. Quia igitur Matthæus, Christo obediuit & exaudiuit eū: ideo Christus conuiuium acceptat.
¶ Obseruandum præterea est tunc verè te audisse vocem domini, & sequutum fuisse Christum: quando sentiris te in omnem proximum esse benefactorem: nam statim vt incepit Matthæus Christum sequi illico amore & charitate proximorum exarsit. Clarum & apertum signum est, quod Deum audieris: si cum proximis charitate incipias vti. Amor quippe diuinus sociosus non est, vbicunque est operatur. Sic Eliseus postquam insiluit super eum spiritus domini, statim occidit
3.Reg.19. duos boues: & coxit carnes eorum, & dedit eas populo. Oportet autem cùm Christum
Mat.25. in domum tuam receperis magnum facere conuiuium: hoc est, cùm pauperes afferre volueris, & eis cibum præstare (in quibus se recipi

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipi Christus confessus est liberaliter hoc faciendum est. At nunc multò aliter fit: nam in mundi conuiuiis & vanitatibus non solũ liberales, sed prodigi sunt homines: vbi verò propter Christum aliquid fieri oportet: parũ est quod pro ipsius obsequio dispendatur, aut ita exiguum vt pudori & conuicio potius dãdum sit, quã laudi id quod impenditur. Sic

Exo.32. filii Israelitæ ad idolum conflandum liberales fuerunt, quia obtulerunt monilia, & annulos & aureas multas: sic homines in mundi seruitio liberales se & magnificos ostendunt, cum Christi verò pauperibus parcissimos & auaros. Non sic Matthæus qui magnum conuiuium Christo apposuit. *Et erat in turba plurima publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes.* Vide quomodo cùm Matthæus Christum sequitur, alii multi eius exemplum sequuntur, post Christum abeunt. Quando aliquis princeps, vel aliquis ex optimatibus populi aliquod illustre exemplum virtutis edit: magnum commodum & vtilitatem affert aliis popularibus hominibus. Nam cùm cõuerteretur Matthæus, qui ex optimatibus erat in Capharnaum statim post se multitudinẽ duxit, & magnam præstitit vtilitatem. E contrario autem si isti optimates malè viuant, & si vitijs & peccatis se inuoluunt, pernicies sunt & pestis totius rei publicæ: quia secum plurimos in infernum ducunt. Ità Ieroboam se-

3.Reg.12. cum tulit plurimos in infernum eis, quos constituit vitulis aureis. Et Abimelec cùm scidit ramum arboris, & dixit quod me videritis facere, citò facite. Omnes idem fecerũt: & sequebantur ducem. ¶ Expende autem q̃ quatuor veræ iustificationis signa in beato

Iudi.9. Matthæo hic videmus. Primò nanque surrexit. Opus est pri⁹ à peccatis resurgere. Si mortui inquit Apostolus sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo: Secundo sequutus

Rom.6. est eum. Non enim sufficit mala non agere: nisi quis (vt inquit Gregorius) studeat bonis operibus intendere. Vocauit nos (inquit Paulus) in sanctificationem. Tertio gratias egit, p acceptis donis: & ideò parauit conuiuiũ, quæ si gratus existens vocant. Q̃10 circa diu⁹ Paulus inquit. In omnibus gratias agite. Quartũ quod Matthæus fecit fuit proximum adiuua re: nam adduxit alios peccatores vt ipsi etiã conuerterentur. Sic Andræas adduxit Petrũ ad Christum. Sic etiam Dauid postquam de se ipso dixit: benedicam dominum in omni tempore, statim inuitat proximos suos dicẽs.

Greg. hom. 13. in euang. 2. Thes 2. 1. Thes. 5.

Ioan.1. Psal.33.

Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Sponsa etiam in Can- *Cant.*
ticis posquam dixit sponso trahe me post te: alios voluit secum adducere atque ideò subdidit. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Hæc enim vera charitas secum habet, vt alios secum adducere velit. ¶ Vide etiã quomodo Matthæus munus incipit exercere, quòd postea habiturus erat. Futurus erat Apostolus & Euangelista, & sua prædicatione multos ad Christũ allaturus: q̃ iam incipit facere statim in suæ vocationis exordio. Iam incipit ostendere, quàm magnus & excellens temporis progressu futurus erat. Sed cũ assuetus dæmõ semper eos persequatur, qui se sub vexillo Christi committunt, & mali semper bonos persequantur, audi quid nunc dicat euangelista. *Et murmurabant pharisæi & scribæ eorum dicentes ad discipulos eius Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis ac bibitis?* Serpẽtina vox hæc est. Hanc primã vocẽ sec. *Genes.*
pẽs emisit dicẽs Euæ. Cur præcepit vobis Deus ne de ligno vitæ comederetis? Parentis sui diaboli venena diffundunt, qui dicunt. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis, & bibitis? Sed forsitan alicui videbitur hanc fuisse iustam murmurationem: quia in multis sacræ paginæ locis societas & amicitia cũ impijs reprehenditur. Dauid enim de seipso *Psal.*
ait. Superbo & insatiabili corde cum hoc nõ edebam. Et in Prouerbijs ait Salomon. Ne comedas cum homine inuido. Et Paulus scribit *1.Cor.*
Corinthijs, cum similibus nec cibum sumendum esse. Si de cibo præcipuè hic prohibetur in scriptura: cur Christus & Apostoli comedebant cum publicanis & peccatoribus? Ad has & similes authoritates respondetur, quod loquuntur de peccatoribus pertinacibus & induratis in malo, qui correctionem contemnunt: non tamen de illis, qui conuertuntur, vel proximi sunt vt conuertantur. Hi pãque benigne suscipiendi sunt, vt semper in bono proficiant. ¶ Obserua etiam hanc murmurationem non fuisse aduersus discipulos, sed ad *Matt.*
uersus Christum. Nam vt Matthæus explicat in suo euangelio murmurantes dixerunt discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Nec est, placeat bus manducat magister vester: Nec est, placet
tradictio inter euangelistas, quia Lucas narrat verba Pharisæorum: Matthæus autem animum & intentionem: quia in facto discipulorum magistrum calumniabantur, qui ideò faciebat. Nec lis erat aduersus discipulos, aut

odium

odium: sed aduersus Christum. *Qui mos murmuratorum est, vt non ei malum dicãt, aut reprehendant qui delinquit: sed alteri, qui pro delinquenti referat. Mihi de te malũ narrant, & tibi de me idem renunciant: & sic contrario & inuerso ordine semper ambulãt. Pharisæi quando eis videbatur Christum errare, discipulis id dicebant: cùm verò discipulos errare putabant, magistro id dicebant. Ità cum discipuli illotis manibus mensæ ac cubuerunt: ad magistrum tendentes, dixerunt. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus cùm panem manducant. Nunc autem quando videtur eis quod Christus errat, dicunt discipulis: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Quod magistro dicturi sunt, dicunt discipulis: quod autem discipulis, magistro referunt. O quot quantique sunt hodie imitatores pharisæorum: mundus nanque scatet hominibus zizaniam seminantibus, susorronibus, & murmuratoribus. Nam quod malum in proximis vident non illis id dicunt, vt seipsos emendẽt: sed murmurantes alijs narrant, & sic proximorum famæ detrahunt. Et sunt multi qui ad te veniunt murmurantes, & prælato detrahentes: quod si aliquid tu de prælato dixeris, statim ad prælatum abit, & omnia quæ dixisti illi narrat. Te ipsum presentem laudant, absentem verò vituperant, & detrahunt cũ alijs, tecum autem aliorum murmurant. O hominum genus execrandum qui dæmonis filij sunt, inferni carbones, pharisæorum discipuli, Dei inimici: & quos Angeli, homines, & bruta ipsa abominantur. Vnde Salomon in Prouerbijs. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, &c. Hoc autem est, qui seminat inter fratres discordias.* *Et respondens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent.* Quis erat sanus? nullus certè nam totus mundus iacebat egrotus. Qui sunt ergo illi qui sunt sanã Pharisæi & scribæ qui se ipsos existimabãt sanos, cùm maiores essent peccatores: & alios despiciebant, & improperabant. His non me dicus venit, quia solos eos visitat qui suas infirmitates agnoscũt & medicum vocant. Cane etiam & tu ne sicut Pharisæi iustum & sanum te iudices: hæc nanque superba cogitatio medicum è domo eijcit & expellit. *Quare* *9.*
Daniel sanatus est? Quia infirmũ se esse cognoscit, & dixit medico. Sana me domine, quo niam infirmus sum. Et alibi petijt misericordiam & addidit dicens. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meũ contra me est semper. Non, inquã, egent qui sani sunt medico. Relinquite igitur me artem meam & officium exercere: quia medicus sum, hi autem se ægros esse cognoscunt, & suorum peccatorum veniam poscunt. Non mihi detrahatis quia honestum est, & medicum decet, cum ægris esse, & illos visitare: cui autem hoc minus dicens videtur, insanus pòtius est, & elleboro purgandus veniet. Quod idem etiam nunc hoc tempore consuescit facere: quod si quã magnus medicus sit, & quã expertus, videre cupias, oculos conuerte ad tot tantasque egritudines, quas in hoc mundo curauit. Solent periti & experti medici, quando in aliquam ciuitatem abeunt, ibi mã furi: quærere aliquos infirmos, qui ægritudines patiãtur incurabiles: vt in his ægritudinibus suæ artis peritiam & scientiam demonstrent. Grauis quidem infirmitas est auaritia, nam vt inquit Paulus est idolorum seruitus. *Ephe.5.*
Et hac ægritudine Matthæum laborantem curat. Præterea reliqui medici alias infirmitates curant, alias verò nõ: quia nec omnia sapiũt, nec omnia possunt. At de Christo ait regius *Psal.102.*
vates. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Denique alij medici sanitatem tribuũt, sanguinem emittendo, venas scindendo, & potiones amaras dando: & præter omnia hęc pecunias volunt. At Christus qui cœlestis medicus est ipse potiones amaras suscipit, & sanguinis missiones, vt nos sanemur. Vere lan- *Esa.53.*
guores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Nos fructus veritos comedimus, ipse verò felle & aceto in cruce poratur. Nos pleni eramus malis humoribus: ipse verò in horto sanguineo cruore madefit. *Genes.3.*
Non veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitẽtiam. Non intelligas quod Christus inuenit aliquos mistos. Vera quippe est sententia Pauli. Omnes peccauerunt. Et psalmus. Omnes *Rom.3.*
declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sed *Psalm.13.*
intelligendum est, non veni vocare iustos, id est confidentes suæ iustitiæ, sicut Pharisæi, quibus Christus hæc dicebat: & quales erant illi, de quibus Paulus. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ
Dei non sunt subiecti. Sed peccatores, id est, *Rom.10.*
desperantes de omnibus viribus, & conatibus suis: totoque animi desiderio gratiam diuinam expectantes. Hos Christus cœlestis & diui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinus medicus curare venit, quales erant illi publicani & peccatores. Omnes erant peccatores, & omnes Christus vocabat: sed vocare Christus hic effectum appellat: quia non omnes ei obtemperabant, scilicet pharisæi, qui arrogantia pleni sese iustos existimabant. Hos nanque & similes istis non venit Christus vocare per effectum & consequutionẽ salutis: nam quo ad efficaciam Christus non est mortuus pro istis: quia propter eorum superbiam mors Christi non profuit illis. Igitur hos scribas & pharisæos vocat Christus iustos, non quia iusti fuerint, sed secundum existimationem & apparentiam eorum. Mos enim est scripturæ (vt Hieronymus ait) multa dicere iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur: non autẽ iuxta id quod reiveritas continebat. Sic dicit Ieremias quod Ananias propheta tulit cathenam de collo Ieremiæ: & hic non erat propheta, sed pseudopropheta. Vocauit autem illum prophetam, quia talis in populo existimabatur. Sic Ioseph vocatur in euangelio pater Christi iuxta opinionem vulgi, vt Hieronymus ait contra Heluidium. Et idem Hieronymus super Matthæũ dicit contristatum Herodem propter mortẽ Ioannis Baptistæ, non quia verè contristabatur, cùm potius gauderet: sed quia hoc discũbentes putabant. Sic intelligendum puto illud Ezechielis Perdam ex te iustum & impiũ. Iustos vocat hypocritas: nam verè iustum nõ perderet Deus simul cum peccatore: vt ipsemet testatur ad Abraham loquens. Et in Ecclesia ste. Et iustus, qui periit in iustitia sua: nõ quod iustus sit, sed quod sibi iustus videatur. Atque ita exponit Hieronymus. Sic Paulus stultam fecit mundi sapientiam, per prædicationis stultitiam. Mundi sapientia stulta prorsus est. Stultitia prædicationis vocatur iuxta hominum existimationem. Lege Dionysium de diuinis nominibus pulchrè de re hac disserentem. Itaque infirmi & malè habentes erãt publicani, qui se peccatores esse fatebantur: & pharisæi iani & iusti, quia sic ipsi credebãt & alii sic existimabant. ¶ Diligenter aduertẽdum est, quod Christus non fuit contentus solum dicere non veni vocare iustos sed peccatores: sed addidit ad pœnitentiam. Quibus verbis ostendit ad quid venerit vocare peccatores: non quidẽ vt perpetuo peccatores sint, sed vt ex peccatoribus pœnitentes fiant. Non vocat obstinatos Pharaones, & induratos peccatores: sed pœnitentes. Multi sunt, qui peccant, & dicunt. Deus peccatores vocare venit. Vtique venit vt salui fierent peccatores: sed eius aduentus parum aut nihil proficiet ibi & aliis similibus qui semper in peccatis sedentes iacent. Propter illos peccatores venit, & eos vocat: qui se conuertuntur ad eum. Attende quod vocat, sed ad pœnitentiam. Peccatores, qui pœnitentiam agunt, ij sunt, qui effectum suæ vocationis consequuntur, & in quibus diuina vox operatur. ¶ Præterea ad pœnitentiam vocat: vt intelligas quod Christiana religio crux est, & pœnitentia. Non vocat Christus ad delicias, non ad opes, non ad honores & dignitates: sed ad pœnitentiam. Vocat mundus, & vocat Christus: sed diuerso modo. Ille ad oblectamenta, & carnis spurcitias: hic autẽ ad pœnitentiã. Per hanc renouatur turpis animæ imago, & hanc à nobis exigit Deus: & propter illam promittit, se venia nobis concessurum. Vnde per Esaiam ait. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erũt. Duos appposuit colores, qui difficiles sunt vt tollantur: vt nobis significaret, quod quantumuis peccata in nobis inualuerint, quantũuis vegeta fuerint inueterato more, diuina gratia, & nobis pœnitentiam agentibus mundi erimus, & quasi nix & lana dealbabimur. Vnde videre licet quod ad pœnitentiam te vocat Christus non ad delicias. Si persequutiones pateris, labores, & infirmitates: si in tribulationibus & angustiis constitutus fueris, recordare obsecro hæc domini verba: & memento ad pœnitentiam esse vocatum. Hæc nanque Christiani gloria & laus est pro Christo persequutiones pati. Et in hoc gloriabitur Paulus dicens. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et iterum. Si gloriari oportet, in infirmitatibus meis gloriabor. *At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum tui autem edunt & bibunt.* Discipuli Ioannis cum pharisæis hoc dixerũt, videntes gloriam Iesu, & ipsius miraculis inuidentes, quæ Ioannes non fecerat. In hoc autem peccabant. Primo quia se cum Pharisæis immiscebant, quos nouerant condemnatos à magistro suo Ioanne. Secundo, quia Christo calumniabantur, quem magister suus Ioannes sic adeò laudauerat. Tertio se ipsos iactantes de ieiunio. Videbant Ioannem ieiunantẽ & credebant in hoc summam perfectionis consistere,

Hier. super ca. 28. Iere.

Iere. 28.

Luc. 2.

Hier. li 2. cõmẽ. Mat. ca. 14.

Ezec. 21.

Gen. 18.

Eccle. 7.

Hier. lib 8. cõmẽ. in Esa. ca. 26.

1. Cor. 1.

Dion. ca. 7.

Esaiæ

Matth. 9. Luc. 5.

consistere, & longe erant à veritate & maximè errabant, eo quod in ieiunio perfectionẽ constituebant. Non ieiunabat Ioannes vt per hoc solum iustus efficeretur, sed quia iustus erat ieiunabat: hocque externo ieiunio alios ad veram pœnitentiam adducere volebat. Sed isti ex ieiunio alios iudicabant & contẽnebant non ieiunantes: cùm Paulus doceat. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in die festi, &c. Et ad Romanos. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Sic nos iudicamus tanquam transgressores præceptorũ Dei eos, qui constitutiones & leges nostras non seruant iudicantes illos ethnicos & peccatores: quis idem quod nos, non faciunt. Optimum est ieiunare, & ecclesiasticas sanctiones obseruare: sed in his omnem collocare & reponere fiduciam, impium est & inanem: si Dei dilectionem negligas. Christus hanc iustitiam docuit, non solum coram hominibus, sed maxime coram Deo, ob idque se medicum vocauit. Officium nanque boni medici est causis morbi radicitus euellere: nam si pœnitus sanus non fuerit infirmus, ei to in eandem recidet infirmitatem: nam si externa tantum curat, nihil vnquam perfectè sanabit. Sic vera iustitia nõ est vt externe pietatem proferas, interne autem animus vitijs scateat. Nec verus animarum medicus est, sed seductor, qui docet tantum quæ externæ pietatis speciem habent, his neglectis quæ animam rectam & mundam reddunt. Hinc est quod Christus vt optimus medicus docuit: quæ cor rectificant, scilicet mundi gloriam contemnere, voluptates negligere, opes spernere, tollere iram & iuuidiam, inimicos diligere, amare Deum, patriam illam beatam ardenti quodam & flagranti amore desiderare. In his vera iustitia consistit, quæ qui adimplerit facile ieiunabit, & alia exteriora operatur efficiet. ¶ Expende autem q; quando dixerunt, quod discipuli Ioannis ieiunabant, addiderunt, & obsecrationes faciunt: loquendo autem de discipulis nõ dicunt, non orãt, sed tantum, non ieiunant: quia sciebãt quod discipuli orabant. & Christus docuerat eos orare. Si ergo sciebant quod Apostoli orabãt, stulta erãt dicere, nos ieiunamus: tui autem nõ ieiunant. Sed quia isti arrogantissimi erant cum de seipsis loquebantur, quanuis nihil ad rem faceret, addiderũt orationem seipsos laudantes. Sed denique loquentes de discipulis, tantum de ieiunio loquuti sunt. Sic & nunc multi sunt, qui vt aliquid proponant, vel vt ad aliquam obiectionem respondeant illis factam, mille res adducunt ad propositum nihil pertinentes, sed in suam laudẽ eas adducunt, & suam omnem vitam, suasq; omnes actiones studiosas narrant, ità vt audientibus fastidio sint: qui vel vnico verbo ad propositum respondere possent, suam causam defendendo: & veritate, & iustitia seipsos excusare, non tantis ambagibus adductis facientibus in ipsorum laudes quę nec ad propositũ, nec ad rem faciunt, eorum, quæ ab eis interrogantur. Quæcunque vel etiam si læuissima fuerit occasio satis illis est, vt incipiant seipsos laudare. Sic Saul reprehensus à Samuele quare reuersus esset ad prædam: poterat respõdere quod causa immolationis tulit populus primitias Amalech: sed antequam hæc diceret in sui ipsius laudem multa impertinentia protulit. Audiui (inquit) vocẽ domini, ambulaui in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regem Amalech, &c. ¶ Porrò obsecratio est cũ in petitione vel oratione aliquid sacrum commemoratur. Græcè enim δεητικῶς sonat per sacrum rogo. Acsi ad Christũ fundẽs preces, diceres. Per passionẽ tuam rogo. ¶ Aduertendum est etiam quod discipuli Christi non ieiunabant ieiunijs superrogationis: quia Christus volebat ad se trahere multos discipulos: at si multa ieiunia illis imponeret, pauci id possent tolerare: quia difficilia & ea quæ sunt magnæ perfectionis non à multis sed à paucis obseruantur. Secũdò fuit propter infirmitatem eorum & imperfectionem: quia tunc noui erant, & si grauia onera illis imponerentur forte sustinere non possent, & ab eo recederent. Tertiò fuit, quia Christus voluit ostendere, quod status nouus quem ipse instituebat, non erat sicut antiquus: quia homines non erant iustificãdi ex operibus legis veteris instrumenti, sed ex fide Christi formatæ charitate. Ad ostendendum ergo excellentiam status, quem Christus prædicabat, non debebat grauia hominibus onera imponere. Sed Christum respondentem audiamus. *Quibus ipse ait. Nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus facere ieiunare: venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus.* Ioannes Christum vocabit sponsum. *Qui habet sponsam sponsus est.* Ecclesia sponsa illius est, quam Christus sibi exhibuit mundã & immaculatam: & vniuersalis hæc ecclesiã

vnica

1. Reg. 15.

Rom. 15.

Ioan. 3. Ephe. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnicũ appellatur virgo, quæ Christum vnicũ
2. Cor. 11. etiam sponsum habet. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo: Est autem matrimonium inter Christum & istam virginem, vt inquit beatissimus Paulus. Sacramentum hoc magnum est inter Chri-
Ephe. 5. stum & ecclesiam. Filii sponsi sunt Christi discipuli, & omnes, qui in Christum credide-
Ioan. 3. runt. Nam omnes, qui intra ecclesiam aqua
Ioan. 1. spiritus sancti & fide renascuntur efficiuntur filij Christi per hanc fidem. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, Quos omnes Christus spiritualiter gignit. Tunc ergo non oportebat discipulos ieiunare propter conditionem temporis: quia
Eccl. 3. luctus cum gaudio nõ conuenit. Quia aliud est tempus ridendi, aliud est flendi. Ieiunium autem ad luctum pertinet. Totum autẽ tempus quo Christus secundum carnis præsentiam mansit cum discipulis gaudium quoddam ingens fuit, & magna festiuitas. At post
Act. 1. & 2. passionem in Actis sæpè dicitur, quod erant
2. Cor. 6. ieiunantes & orantes. Et Paulus in omnibus exhibeamus nos, &c. In fame, siti, & ieiunio. *Dicebat autem & similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram à vestimento nouo immittit in vestimentum vetus alioquin & nouum rumpit: & veteri non conuenit commissura à nouo.* His verbis Christus significat quod his, qui quotidie vsque ad satietatem comedunt & bibunt, non conuenit statim in ipso conuersionis exordio magnam abstinentiam illis imponere. Tales erant discipuli, quapropter paulatim ad perfectiora ducendi erant: vt degustata spirituali dulcedine fortiores fierent ad
Colo. 3. corporis afflictiones perferendas. Docentur etiam hoc loco confessarii, ne statim carnalibus peccatoribus grauia iuga imponant. Est enim opus eos, qui minus perfecti sunt, paulatim ducere: exemplum diui Pauli sequuti,
1. Cor. 3. qui dicit. Lac vobis dedi, tanquam paruulis non escam: nondum enim poteratis. Pannus itaque vetus consuendus est veteri. *Et nemo mittit vinum in vtres veteres, alioquin rumpit vinum nouum vires & vinum effunditur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouas mittendum est & vtraque conseruantur.* Intendit Christus his parabolis quod doctrina nouæ non bene potest percipi à viris veteris instituti, priusquam viuendi institutum: sed oportet prius expoliare veterem hominem, & sic inducere nouum: ita quod non bene stare potest vt aliqua pars noua sit, alia verò vetusta, id est, quod doctrina sit noua & vita vetus. Discipuli Christi sic adeò erant imperfecti, vt adhuc nõ essent capaces vitæ & doctrinæ noui testamenti, vt patet ex his, quæ Christus illis dixit post resurrectionem: Manete in ciui- Luc. 24.
tate quæ adhuc induamini virtute ex alto. Ideò eos abstinuit à ieunij præcepto & aliis spectantibus ad perfectionem noui instrumenti. Hæc enim tunc seruanda non tradidit maximè teneris discipulis, sed seruanda prædixit. Explicatio ergo est huius loci. Nemo nouam doctrinam docet eos, qui veteri doctrina instituti sunt. Vestimentum vetus & vter vetus animus est, qui retinet ea quæ imperfectionis sunt. Quod si vinum nouum nouæ testamenti in veteres immittatur vtres rumpetur integritas noui testamenti, & vinũ diffunderetur, & amitteretur. Ita cautè omnia agere debemus, nec in nictu oculi, siue momẽto ex imperfectis perfectos fieri velle: aut ex imbecillibus fortes. Hominib⁹ qui adhuc fragiles sunt, non imponendæ sunt maximi rigoris regulæ: sed quę humana imbecillitas ferre potuerit: nam secundum medicos natura non patitur repentinas mutationes. *Et nemo bibens vetus statim vult nouum. Dixit enim. Vetus melius est.* Superior doctrina ex similitudinibus vestium & vtriũ ex parte doctoris edidit, & continet manifestam cautam, quare Christus non faciebat tunc ieiunare: hæc autem parabola ex parte effectus discipulorum se tenet. In prioribus siquidem parabolis ex parte temporis nuptialis, & ex parte imperfectionis discipulorum sapientia magistri commendatur in hac autem explicatur praua dispositio discipulorum ex mala consuetudine. Sicut enim gustus cui maximè satisfecit vetus vinum, si subita facta mutatione ei præbueris vinum nouum recusat & resilit: sic autem paulatim palatum vino nouo assuefecerit illud libenter degustabit: ita discipuli assuefacti veteri legi, non gustabant adhuc suauitatem nouæ legis: sed venient tempus quando gustabunt suauitatem noui testamenti. Per hanc enim parabolam, rationem Christus ad litteram reddit quare etiam post missionem spiritus sancti non statim semouit homines à suis legibus & ceremonijs, sed paulatim: quoniam assuetis veteri vino, non statim sapit nouum. Difficile enim est assueta relinquere. Vbi iam oportet ad nostram vtilitatem discere (vt inquit Apostolus) & in nouo spiritu renouemur. Ambulemus

bulemus non in fermento veteris malitiæ, & nequitiæ, sed in azimis synceritatis & veritatis. Iucũdus & suauis est spiritus domini. Vnde aduertere licet, an inueterata peccandi cõsuetudo in eum nos deduxerit statum, vt nõ Deum degustemus neque sanctus ipsius spiritum: postquam in peccatis senescimus. Etenim sic multis bene sapit vetus peccati vinum, vt desipiat euangelicæ gratiæ status & dicãt. Vetus vinum melius est. Et illud, quod anima peccatrix per Oseam dixit. Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quam nunc. Opus est aduersus prauam peccandi consuetudinem debellari, vt tibi virtus bene sapiat, & nouum gratiæ vinum. Faxit Deus, vt ita vitia præterita, & anteactam vitam detestemur, & vt conscientiam nostram & mentem ita mũdemus, & præparemus: vt cũ venerit ad nos dominus noster Iesus Christus cum vino suę gratiæ, ne nobis desipiat: imo sapiat, & habiter nobiscum in secula seculorum.

CAPVT. VI.

ANTIQVISSImus est inuidorum mos, vt semper alieni boni eos pœniteat. Teredo quæ in ligno nascitur, nihil aliud statim facit à primo exordio vitæ suæ, quã ipsum lignum corrodere. Ita inuidia quæ ab ipso hominis corde ortum & originem ducit, nihil aliud prius facit, quam ipsum cor abrodere, & combrurere. Pharisæi igitur legis hoc pestifero veneno pleni, grauiter ipsorũ corda torquebantur. Atque ita cum viderent Christi redemptoris nostri admirabilem vitam, & suæ doctrinæ altitudinem & excellentiam: plusquam nouercale odium aduersus eum conceperant. Et inde ortum & originem hęc inuidia habebat: quia cum populus sanctos ipsius mores & cœlestem doctrinam sequerentur, post ipsum abibat, & phariseos relinquebat. Hoc itaque videntes scribæ & optimates populi graues inimici Christi facti sunt, & capitale odiũ aduersus ipsum concipiẽtes omni diligentia & solicitudine quærebant aliquid, quo Christi famam, & nomen radicitus euerterent atque labefactarent. Cumq; in domino (vti in quo nulla erat peccati macula) nihil reprehensionis dignum inuenirent: defectus discipulorum curabant reprehendere, vt vel inde aliquid redundaret in reprehensionem magistri: quandoquidem in ignominiam magistri cedit, si discipuli male docti euadant. Ita beatus euangelista Lucas in principio huius capitis sexti scribit quomodo Pharisæi acerrimi Christi inimici saluatorem calumniabantur: quia discipuli domini in die festo spicas tritici manibus fricuerant. Diem autem & tempus quãdo hoc contigit eleganter hic scribit euangelista: vt nihil ad perfectionem historiæ deficere videatur. Ait ergo. *Factum est autem in sabbatho secundo primo.* Hoc dupliciter solet exponi. Primo sic: Iudæi nanq; omne festum sabbathũ vocabant: nam sabbathũ requiem sonat. Dies festos qui eunq; illi essent, in quibus ab operibus cessabant, appellabãtur sabbatha. Quod si festum incidebat in die Parasceues, hoc est, in die venetis vocabant Parasceuẽ sabbathũ, & sequẽtem diem, qui proprie sabbathum erat, nominabant secundo primũ, id est, primus sabbathi, & secũdus dies sabbathi; hoc est solẽnitatis. In primo nomine primus, & secundus in ordine festiuitatis præcedẽtis. Secũdo locus hic intelligi potest, quod loquatur de sabbatho, q; erat septima dies illius festi q; cecidit in sabbatho. Quasi dicat. In sabbatho, quod erat octauus dies illius festi. In sabbatho secũdo, id est secũdario repetito. Primo, id est, principali. Nã sabbathũ primũ est festũ cadens in sabbatho, quod etiã dicitur magnus dies festus sabbathi: quia in sabbatho duplex solẽnitas inuenitur. Sabbathũ aũt secundo primum est septima dies festi solẽnis cadens etiam in sabbatho. Nam sabbathũ simpliciter est septima dies, requies domini. Sed vt meã etiam in mediũ proferam sententiã, dico quod sabbathũ secundo primum proprie erat sexta decima luna sequens diem maximum paschæ. Ea Leuitic. 23.
nanq; die iubebantur offerri feugum manipuli, vt habetur in Leuitico. Dicebatur secũdũ, quia sequebatur festũ paschæ: dicebatur secũdo primũ, quia primum erat inter sabbatha

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosue. lib. 3. antiq. ca. 13.

sequentis festiuitatis. Sic exponit Iosephus, cui ego fidem adhibeo: quia ipse Iudeus erat, & legis Mosaicæ seruator, & in lege doctissimus, in cuius diebus ille dies vocabatur sabbathū secūdo primū. *Cū transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas: & manducabant confricantes manibus.* Fame coacti hoc fecerunt, nā

Mat. 12.

vt Matthæus inquit. Discipuli Christi esurientes cœperunt vellere spicas. Maxima premebantur fame, quādoquidem hoc facere illos vrgebat. Nam nisi ita adeò fame defatigarentur, minime hoc fecissent. Vbi tu, qui opulentis, opiatisq; ciborum generibus vteris, maximo deberes pudore suffundi, & videre quā parce Christi apostoli comedebant: qui solis spicarum granis contenti erant, & consolabātur. Quod autem euellebant, spicas, & eas comedebant: signum erat non esse assuefactos delicatis epulis & cibis. Quid de illis dicendū, qui maxima solicitudine & industria semper curant: ne aliquantulum famis patiātur, & antequam necessitas postulet, vino ciboq; ingurgitantur, quorum Deus solus (vt inquit

Philip. 3.

Paulus) vēter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Discite Christi exemplo carnis delicias, & multitudinem ciborū contemnere. Id autem vnum in hac re debes cōsiderare, cum carnem tuam ita delicate & tantis generibus ciborū pascis: quod eam seruos & saginas vt esca sit & cibus immundis vermibus. In quo facto valde eis similis es, qui amicis suis volens parare cōuiuium, multis retro diebus anseres saginat, panos, & capones, vt in diem cōuiuij valde pingues sint. Ita nimirum tu, qui tam delicate tanta cura & solicitudine carnē tuam pascis, vermibus eam seruas: quasi vel nobiles aliqui sint viri, vel familiares tui. Plusquam insanus es: si cū in hac vita in continuo sis bello, & in medio inimicorū ambulans: si inimicis tuis arma tribuis, vt ab eis vincaris. Nonne insane vides quod carnem tuam pascens, & ei multos parās cibos, quod tribuis illi vires & robur, quibus aduersus te insurgat & superet, & vt ipsa spiritum subijciat? Arma fortiora, quibus dæmon aduersus te induitur, tua caro est. His

Iudith. 13. 2. Reg. 13.

armis Holofernem truncauit, & Amonem filium Dauid interfecit, & aliis multis vitam abstulit. Tolle inimico arma, si vis eum vincere. Ab abstinente & sobrio procul fugit dæmon, & à loge eum salutat. Horret vitæ asperitatem, & ab eo fugit qui suam carnem macerat, nec ad eum accedere audet tentatu-

rus. Sic Beatus Petrus admonet dicens: Sobrij estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Vide quomodo beatus Petrus sobrietatē commendet, vt possis diabolicas fraudes & tētationes fugere. Ideo (vt Paulus ait) nō in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, nō in contentione & æmulatione: sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Sed de his alias.

1. Petri 5.

Christus itaque propter nimiam importunitatem Iudæorum irruentium in eum exiuit à ciuitate nondum sumpto cibo, & ita discipuli esurientes spicas vellebant. Sæpe numero hoc Christo accidit, vt patet in Marco: vbi legitur, quod Christus dixit illis. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec manducandi locum habebant. Vbi discant oportet diuini verbi prædicatores: vt non relinquant prædicationem propter defectum victus & corporalis refectionis. Discant etiam qui diuinum verbum audiūt cætera obliuisci. Ita enim Apostoli verbo Dei erant intenti, vt nihil de cibo curabant. Mulier illa Samaritana statim vt Christum audiuit, & verbum eius suum tenuit cor: hydriam reliquit, & abijt. Qui Deum gustant omnia deserunt, & ea quæ ad corpus pertinent nihil curant. Saulus persequutor Act. 9. domini, vt vocem cœlestem audiuit, statim omnia reliquit, & Matthæus telonæum & illi Mat. 9. discipuli necessarium victum obliuiscuntur: sic adeò rapiebātur amore, & doctrina Christi. *Quidam autem pharisæorum dicebant illis.* O Deum immortalem, & etiam pharisæi cum Christo: Non solum discipuli, sed etiam pharisæi eius inimici magistrum sequūtur: vt nullus locus sit, qui non pateat impugnationibus, etiam in sacro Christi collegio. In omni loco & tempore aduersus Christum calumnias quærunt: quando autem nō possunt magistrum reprehendere, discipulos taxant. Ar. Si sub vexillo Christi pugnaueris, ab ipso pugnaueris. Dominus enim mihi adiutor: nō timebo, quid faciat mihi homo. Et sanctus, Iacobus. Poneme domine iuxta te, & cuiuis magnus pugnet contra me. Pharisæi vero potius, quā alij discipulos arguebāt, quia & Christo & ipsis inuidebant: vel quia volebant se ostendere cæteris sanctiores: & ideo zelabant legem, & præuaricatores legis: vel quia

vel quia erant periti in lege, & ad illos spectabat scire, quid licitum vel illicitū esset in sabbatho. Et licet hic nulla fiat mentio de scribis, tamen sub nomine pharisæorum intelligitur. Quia in Matthæo legimus, quod accubitabant pharisæi dicentes. Quare cum publicanis & peccatoribus māducat magister vester? & tamen ibi non solum aderant pharisæi, sed etiam scribæ, vt dicit Marcus. ¶ Obserua autem quod Matthæus & Marcus dicunt hanc verba dixisse Pharisæos Christo: sed Lucas ait quod dixerunt illa discipulis; quia fuerunt duæ atq; diuersæ accusationes. Altera accusatio fuit quorundam Pharisæorum Christū accusantium, altera vero fuit aliorum pharisæorum accusantium ipsos discipulos. Ideo ait Lucas. Quidam autem pharisæorum dicebant illis. Quasi dicat. Multitudo pharisæorum Christo loquebatur, & cum illo erat propter quæstio & accusatio: quidam autem ex eorum discipulis loquebantur, eos increpando & dicentes. *Quid facitis quod non licet in sabbathis.* Quid dicerent Pharisæi si vidissent nostras festiuitates, conuiuia, potationem, & bacchanalia, cum per integros dies festos hominum saltant? Expende autem sceleratorum hominum impietatem. Ipsi flagitijs coperti virosexcellentes, & sanctitate præstantes, in quibus aliquod lumen vident elucescere irruunt, & culpam lucrum reā lumniantur. Vt vultures, qui veniunt ad cadauera, non autē ad corpora viua: sic inuidi non opera viua & excellentia, sed mortua odorant. Videre etiam quanta fuerit sanctitas, & bonitas discipulorum Christi: nam exhibe loco faris ostendi potest. Nō certe si Christi discipuli essent adulteri, homicidæ, latrones, aut contra legem criminē aliquod committerent: vtique pharisæi inuidi nō tacuissent. Quærentes autem quid reprehendere, nihil inuenerūt aduersus eos: magnum quidem hoc est argumentum sanctissime illos viuere. Sic tu viue, vt quamuis inimici velint calumniari nihil contra legem Dei inuenire possint, quod tu commiseris: Si autem aliquando aduersus te aliquid moliātur reiicere, nihil nisi mendacia & inanilia possint adducere. Sic cum aduersus Paulum ferè tota Iudæa insurgeret, & illum accusaret grauiter coram Festo & Agrippa, nihil tamen digni mortis cōtra illū inuenerunt, ita vt Agrippa rex diceret Festo. Dimitti poterat homo hic, si nō appellasset Cesarē. ¶ Obserua autē quod nō accusābāt eos nec arguebat eo

quod in sabbatho iter facerent, quāuis iter facere, videbatur magis illicitum esse, quam confricatio spicarum: quia non itinerabāt, sed iuxta loca ambulabant per segetes. Et etiam ipsi pharisæi in eodem loco erat, quādo discipuli euellebant spicas. Tu etiā dum facebat Iudeis in sabbatho mille passus ambulare. In Actis etiam Apostolorum dicitur, quod mons Oliueti est iuxta Hierusalē sabbathi habens iter. Id est, tantū distat à Hierusalem, quantū licet Iudæis ambulare in sabbatho. Quia autē discipuli hoc loci spacium nō tranierant, nō poterant accusari, quia itinerarent in sabbatho. Nec etiam arguebat eos furti, quia de alienis segetibus vellebāt spicas: non enim fuerant illæ segetes, quia omnia relicta erant propter Christū. Id eoque de furto eos non arguebant quia licebat discipulis hoc facere permittente lege. Nā Deus dixit. Si intraueris segetē amici tui frange spicas, & manu conteres: falcem Deut. 23. tē non mittes. Eadem etiam lex erat quātum ad vuas ibidem. Itaque etiam dicitur. Ingressus vineā proximi tui comede vuas quantū tibi placuerit, foras autē non asportes tecum. Nō ergo poterat pharisæi discipulos de furto accusare, qua propter accusabant eos de sabbathi violatione: eo q; in tam magnifico & solenni sabbatho erat spicas confricarent manibus, vt eorum accusatio iusta & recta videretur, & zelo obseruantiæ legis posita. Sed palliata malitia est, quod multoties homines impij facere solent: qui sub prætextu virtutis dicentes legem Dei zelare, vindicant suas iniurias & infontes persequuntur: multi homines suā vitia curant tegere virtutis pallio. Nam si per regum & principū curias abieris si per ciuitatum senatores, si in concilijs clericorum tetenderis, plurima, & detestanda inuenies vitia, cooperta sub virtutū pallio. Cupidinem suam tegunt sub boni reipublicæ zelo, impudicitias autē suas sub iustitiæ titulo. Atque ita omnē hominū studiū est in omnibus proclives esse, & bonos semper velle haberi: & hoc est quod in vniuerso orbe regnat: omnes discipulos. Hi nāq; pharisæi sub fuco & zelo obseruātiæ legis suā tegunt malitiā & inuidiā. Iniquus Ahiab cū vellet aduersus patrē suum regē Dauid insurgere: iniquitatē suā tali religionis & deuotionis cooperuit, dicēs patri Dauid: Vadā & reddā vota mea, quæ vouidi Deo Hebrō. Et abijt ad Hebrō & cōiurationē aduersus patrē iniuit. Sub colore & fuco deuotionis & religionis, aduersus patrē violēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus intulit. Idem fecit rex Saul, qui cum
nimis ambiret greges pingues & armēta Ama-
lechitarum, hanc suam ambitionem & cu-
1.Reg.15. pidinem excusare voluit dicens Samueli, ea
omnia accepisse, vt domino sacrificaret. Ita e-
tiam multi vt prauitatem suam dissimulent,
adducunt testimonia ex diuina scriptura: vt
Matth. 4. vel sic malitiam tegant suam. Quod fecisse le
gimus dēmonem in deserto, qui malitiam &
iniquitatem, quam in pectore absconditā ge
rebat, Christo voluit persuadere autoritate
scripturæ sanctæ. Iudas etiā sub pietatis fuco
Ioan.12 cupidinem palliabat dicens. Non poterat vn
guentum istud venundari multo, & dari pau
peribus? Et inquit Ioannes, nō quia de eginis
pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & locu-
los habens. Quod iniquus & traditor auari-
tia & cupidine mot⁹ faciebat, misericordiæ ze
lo palliabat: sinuians se eleemosynæ largito-
rem. Hoc etiam & nunc multi iurisperiti &
aduocati consueuerunt facere, qui pauperi-
bus & proximis substantiam & rem omnem
diripiunt: qui vel ad hoc faciendum textus al
Mic.5. legant & detorquent tanquam dæmon inde
ferto, & tanquam Herodes cum Michęa &
adducunt in suam sententiam Bartholum, &
digesta, & Baldū, quibus suas tyrannides coo
periunt. Pharisæi sua lege Apostolos Christi
persequuntur & iuristæ legibus suis rem pro
ximorum furātur, & medici Hipocratis apho
rismo ægro vitam amittunt, & in alium mun
dum transferunt ostenso Galeni textu. *Et re
spondens Iesus ad eos dixit.* Aduerte obsecro
quam fidelis amicus sit Deus, quantāque ha-
beat curam delictorum suorum, vt semper il
lis adsit, & pro illis respondeat. Confide in
domino, & ipse pro te respondebit. Iacta spē
tuam & cogitatum in eum, & non tibi defi-
ciet. Quis sperauit in eo, & deceptus est? Sed
quid respondeat audiamus. *Nec hoc legistis*
1. Reg. 21. *quod fecit Dauid cum esuriret ipse & qui cum il
lo erant quomodo introuit in domum Dei & pa
nes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit
his qui cum ipso erant: quos non licet manducare
nisi tantum sacerdotibus.* Respōdet dominus
calumniæ, sed non nisi textibus sacris. Vt e-
nim tentanti diabolo non respondit sine tex-
tu: ita nec eius ministris calumniantibus sine
sacro testimonio respondit. Docet vt cum a-
gitur an quidpiam licitum sit, nec ne, ad sa-
cram paginam esse recurrendum, vt vel in-
de colligatur an liceat. Vsus est Christus scri
pturæ testimonio, quia isti Iudæi nimis crede
bant scripturis. Quocirca alio in loco dixit Ioan.5.
eis. Scrutamini scripturas, in quibus vos pu-
tatis vitam æternam habere. Ideo nūc Chri-
stus adduxit ex sacra pagina autoritatem, vt
vnde oriebatur dubitatio, ibi ortū etiam ha
beret responsio. Accusatio aduersus discipu-
los ortum habebat in scriptura: conueniens
ergo erat eis ostendere ex ipsa scriptura, se cō
tra illam non agere. Etenim clauum clauo
truditur. Sed singula iam expendamus. ¶ Nō
legistis inquit. Ac si diceret. Si scripturas sci
retis, vtiq; non diceretis hoc: sed quia nihil
intelligitis, insipienter loquimini. Legis de-
fensoribus probat dominus eos nescire legē.
Adduxit Christus exemplum Dauid, quia
princeps erat prophetarum, & vniuersa lu-
dæorum gloria ab ipso pendebat, de quo do
minus specialiter loquutus dixerat. Inueni vi Act.13.
rum secundum cor meum. Et Abimelec sum 1.Reg.13.
mus sacerdos huic rei autoritatem præsti-
tit. Erat enim vir ille summus sacerdos, &
iustus habebatur, & in lege erat valde peri-
tus. Conuersatio nanque humanæ salutis
anteponi debet obseruationi festorum: quia
sabbathū factum est propter hominem, &
non homo propter sabbathum. In necessita-
te ergo potius prouidendum est vt vitæ ho-
minis cōsulatur, quam vt sabbathum obser-
uetur. Leges nanque non constituræ sunt ad
perniciem hominum, sed ad salutem: id-
circo vbi maior vrget necessitas, cedere de-
bent. Et sæpenumero fit vt lex legi cedere
cogatur: id quod dominus apud alios euan-
gelistas in hoc negotio satis aperuit cum in-
ter circuncisionē & sabbathum collationem
faceret. Et hoc profecto summe obseruan-
dum est in quem finem humanæ leges & pro
mulgandæ & interpretandæ sint: nimirum,
vt charitati minime contrarientur. ¶ Aduer
te autem quod non solū dixit hoc fecisse Da
uid, sed etiam illos qui cum eo erant. Etenim
si de solo Dauid Christus loqueretur, possent
illi obijcere Pharisæi. Dauid rex erat, & pro
phetæ: tui autem discipuli, qui sunt? Deo addi
dit Christus, & qui cum illo erāt milites, etiā
māducasse. Quod igitur licuit militibus, cur
discipulis nō licebit? Verū vt scias, qui fuerint
isti panes propositionis, aduerte, q⁹ in taberna
culo Mosi erat quædā mensa aurea ex lignis Exod.
Septin, operta laminis aureis, super quā appo 25.37.
nebātur duodecim panes, quorū quilibet du
as farinę decimas cōtinebat, qui panes ālolis
sacerdotibus cōficiebātur. Laici dabāt farinā
le uitæ,

leuitæ, & leuita custodiebat illam in the sau-
Exo.9.n ro Sanctuarij. Cum autem necesse erat panes
conficiperebat sacerdos à leuita farinam, &
panes faciebat: fiebantque isti panes singulis
sabbathis & recentes sitper mensam appone-
bantur vsque ad aliud sabbathum: & tunc sic
bant alij duodecim, & ablatis prioribus illi re
centes apponebantur. De his nulli manduca
re erat licitū præter ipsos sacerdotes. Voca-
tur panes propositionis, quia proponebatur:
id est ponebantur cotam domino in mensa,
quę erat intra tabernaculū ante velū & sancta
sanctorum, vbi vox dñi audiebatur in sancta
sanctorum super arcā & propitiatorū super
alas Cherubim. Quapropter vocabantur etiā
panes faciei: qui positi erant ante faciē Dei.
Cum autem dicit panes propositionis, loqui
tur Hebræo more: Hebraismus enim est pa-
nes propositionis. Lingua quippe Hebręa, de
nominationib⁹ vtitur pro denominatis. Nos
vero diceremus panes propositi. Sic etiam di
cunt ipsi terra promissionis, hoc est terra pro-
missa: & filius iniquitatis, id est, filius iniquus:
& famis urdissima est in scripturis sacris hæc lo
quutio. Itaque non erat licitum, vt de his pa
nibus aliquis laicus comederet, qualis erat
Dauid: nisi in extrema esset necessitate con-
stitutus. ¶ Obserua autem, quod licet vrgeret
necessitas, non tamen comederunt Dauid &
sui hos sanctos panes donec mundi fuerunt,
& puri à mulieribus. Quoquidē facto signi-
ficatur nemini licere, ad sanctum eucharistię
sacramentū accedere, nisi prius ab omni car-
nis inquinamento fuerit purgatus: præcipue
sacerdotibus quorum munus est id quotidie
manibus & pectore gestare, & alijs id impar-
tire. Vnde dominus. Mundamini qui fertis
Esa.52 vasa domini. *Et dicebat illis. Quia dominus est
filius hominis, etiam sabbathi.* Si Abimelec dis-
pensauit cum Dauid in necessitate constitu-
to, vt non solum ipse, sed etiam milites qui cū
illo erant panes propositionis manducarent;
de quibus non poterant edere nisi soli sacer-
dotes: multo melius id ego potero cum disci
pulis meis dispensare. Ratio est, quia ille non
erat dominus sabbathi sicut ego sum: & ni-
hilominus cum inferior me esset, id donauit
militibus suis. Et facta hypothesi, quod illi ma
le fecissent violando legis præceptum: ego
tamen non possum violare sabbathum, quia
sum dominus sabbathi. Etenim ego minime
peccare possum, faciens quidquid mihi li-
buerit: quia possum omnino sabbathum tol-
lere nulla existente causa, sicut illud institut,
quia volui. ¶ Perpende autem, quod in præ-
ceptis primæ tabulæ cuius numeri est obser-
uantia sabbathi, nemo dispensare potest, neq;
ipse Deus: ideoque in tali præcepto inuiola-
bili duo considerandā veniunt, scilicet verba
legis, & intentio legislatoris, id est, naturalis
æquitas, quæ illum monit. Vbi ergo ista duo
apparuerint, non licet alicui contrarium dis-
pensare. Vbi vero non apparet intentio le-
gislatoris, tunc licebit: nam lex potius in inté
tione consistit, quam in verbis. Nam leges
scire, non est nolle verba legum, sed vim &
potestatem earum. Præterea inter præcepta
itabilia quædam important actus malos in
se, & secundum se, qui semper dicunt deor-
dinationem, vt rem alienam inuito domino
contractare vel vxorem alienam cognosce-
re: & in his non potest Deus dispensare.
Quidam vero dicuntur actus mali in se, licet
non secundum se, vt occidere hominem, vel
rem alienam suscipere sine fraude. In his po-
test Deus dispensare. Inter præcepta autem
immutabilia quædam sunt pure moralia, in
quibus Deus nec homo dispensare potest,
quædā sunt partim ceremonialia, vt præcep-
tum de sabbatho in quo potest Deus: & item
homo in necessitatis articulo dispensare, vel
potius intentio non præcepti interpretari, &
de his loquitur hic Christus. *Factum est autem
& in alio sabbatho, vt intraret in synagogam &
doceret.* Duplici ex causa curabat & docebat
in sabbathis. Primo quia Iudæos volebat do
cere in sabbatho, in quo omnes in templo
conuenichant, sicut modo Christiani in do-
minicis diebus accedūt ad audiendum rem
sacram, & prædicatores. Et ideo ait hic Lucas
quòd Christus tunc docebat eos. Venatores
etiā & piscatores retia tendunt, vbi sciunt plu
res natare pisces, & feras latitare. Sic Christus
qui animas venari cupiebat, vbi frequēs erat
turba Iudæorum docebat in sabbathis. Secū
do in sabbathis docere voluit & miracula fa-
cere quia volebat locum accusationi Iudæo-
rū dare, quā in ipsum tanquā in violatorem
sabbathi reterquebāt: vt vel inde occasione
sūpta eos doceret, quomodo sabbathū esset
obseruandum. Ideò sequitur in contextu. *Et
erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.*
Pharisæi illum hominem ad Christū adduxe-
rūt: & ideo dicitur hic, quòd insidiabātur, vt
accusarēt illū. Nō tamē intelligas, quòd ipsi
obtulerunt eum, vt illū curaret; quia hoc iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset salutem illi homini impetrare: & si hoc facerent non possent Christum arguere, eo q in sabbatho curaret: sed suaserunt homini, vt se ipsum offerret. Et quanuis videatur illum hominem nō fuisse adductū quia ait. Erat homo in synagoga: dicendū tamē est illum esse in synagoga quādo Christus intrauit, & pharisæi videntes hominem, illi suaserunt, vt se Deo præsentaret. Quanuis deprauata & iniqua intentione hoc fecerint, tamen bonum opus fecerunt persuadentes vt ad Christum accederet: qui verus animarū medicus erat.

Gene. 37.

At Deus ità sanctus, ita bonus & misericors est, vt ex malis sæpe bona eliciat, quemadmodum hic fecit, vbi saluté infirmo restituit, & vtilem doctrinam omnibus præsentibus prę dicauit. Ita etiā filij Iacob fratrem Ioseph iniquo & depranato animo in Ægypto vēdiderunt: iat autem ex hoc tāto malo Deus grāde bonum multis populis paranit: nam prudētia & sagacitate Ioseph effecit ne magna gen

Genes. 50.

tiū multitudo fame periret. Atq; ita ipse postea fratribus suis dixit. Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Ita

3. reg. 18.

etiā Saul existimauit Dauid in interitum adducere, potēs ab illo centum Philistæorum præputia, & dixit. Non fit manus mea in eo: sit autē super eum manus Philistiim. At etiā si Saulis animus depranatus & iniquus esset, opus tamen inde elicitum bonum fuit, quia Dauid triumphās victoriam de Philistæis reportauit. Ex quo loco discere debes semper recta & bona opera facere: etiam si in mortalis detentus culpa. Hi nanque pharisæi etiā si in mortali facebant peccato tamē huic homini habēti aridā manū, bonū impēderūt ōpus. Ita etiā si vinas in dānationis statu, bona tamē opera semper facito: nā etiā si pro illis vita æterna non fit dignus, nec etiā per illa mereris quōd ā peccato te dūs emptus: bona tamen tēporalia tibi comparabis & saluté corporis, & etiā bonū habitū, vt postea cum venēris in statum gratiæ maiori cū facilitate virtutis operibus te addicas, nam habitus potentiam reddit facilem. Petrus nanq; postquam

Matth. 26.

bis dūm fuū abnegauerat: Christi discipul⁹, in loquela solū cognitus fuit. Cutādū tibi maxime est, vt etiā si Deū amittas nunquā tamē Dei loquelā amittas, vt vel signis bonus Christianus habearis, etiam si reuera bonus nō sis. Nunquām desinas ad rem diuinam accedere, & ad conciones audiendas, nam hæc Christiani signa sunt, quibus ipse cognoscitur: in quibus concionibus aliquando galli cantū audies hoc est diuinam inspirationē, quæ ad portes animæ tuæ pulsābit, vt tua peccata & delicta plangas, & in sanioremredeas mentem.

¶ Præterea si manū aridā habes, ad Christum statim cōfugias, potens quippe est omnia tua vulnera in ictu oculi sanare. Multi enim sunt qui manū aridā ad sanctē operandū habēt, & ad eleemosynā tribuendā, de quibus Zacharias ait. Brachiū eius ariditate fiet arbit. *Zach.*

Quod sit quia pauperi & inopi manus nō extendūt: id autē euenit ex cordis ficcitate, vbi nulla pauperū misericordia & pietas inest. Sic *Psalm.*

beatus Dauid in psalmo. Percussus sum sicut fœnū: & aruit cor meum. Ex corde enim arido, arida manus facta est: sicut arbor, quæ radices aridas habet nullos fructus agricolis promittit. *Obseruabant scribæ & pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarēt eum.*

Quia Christus discipulos à culpa liberauerat & misericordiā sacrificio prætulit, pharisæi insidiari cœperunt magistro, obseruantes an sanaret infirmum nec ne: nam si eū sanaret, statim eum arguerent de sabbathi transgressione: & si non sanaret, cum d: impietate & crudelitate incusarent, vel de impotentia, q infirmū nō potuisset sanare. Obserua aūt quod calūniari & accusare propriū munus & officiū diaboli est: iuxta illud Apocalypsis. Proiectus est accusator fratrū. Vnde merito dicebat illis dūs. Vos ex patre diabolo estis. Porro hæc pharisæorū inuidia detestāda est, vtpote quæ infœlicē animā excęcat, vt inde homo deterior euadat, vnde potiorē & sanctiorē videndi normā elicere deberet. Etenim inuidē omnia quæ videt, sicut serpens omnia quę comedit in venenū conuertit. Omnia facta & dicta illius, quem odio prosequitur, semper in sinistram partem interpretatur: imo potius inuidus semper intendit omnia facta illius quę odit deprimere & in nihilū redigere, & quærit semper viā & modū vt hūc depranatum cogitatū adimpleat. Sic pharisæi & scribæ mundani honoris cupidi & sitientissimi, Christo inuidebāt: & tā illius facta quā dicta calumniabātur. Fuge igitur tu hāc truculentam & immanē feram, quæ tanta mala in vniuersum intulit: inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terratum. Quia dæmō vidit hominem in fœlici statu constitutum esse, & ad illum locum illi patere aditum: vnde misere ipse corruerat, illū tentauit, & vicit. De Isaac *Genes.* nanq; scriptura dicit. Benedixit illi dūs, & lo- *Genes.*

cupleta

cupletatus est homo. Ob hoc inuidentes ei Palæstini puteos eius obstruxerunt. Hæc enim maledicta inuidia nec propinquis parcit. Nam Rachel sterilis Sorori fœcundæ inuidit. Et fratres Ioseph ei inuidebāt pessimo & iniquo animo, videntes q à parente præ alijs fratribus diligeretur: cum etiam audirēt somnia, quæ narrabat. Sic Aaron & Maria loquuti sunt contra Mosem dicentes. Non per solum Mosem loquutus est dominus. Sic isti Pharisæi Christo à quo tanta receperāt bona inuidebāt, & calūniabātur: atq; ideo facta eius obseruabāt. Sed id frustra, q à vt inquit modo euangelista. *Ipse vero sciebat cogitationes eorū.* Ideoque falli non poterat, quia omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Etenim homo videt, quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Quo circa regi⁹ vates in psalmo dño cecinit, dicēs. Intellexisti cogitationes meas de lōge: semitam meam, & funiculū meū inuestigasti. Hoc tu deberes prospicere, qui semper prauas & iniquas cogitationes in pectore voluis, & deberes semper ingenti pudore suffundi, quandoquidē scis q Deus omnia nouit, etiā ipsa cordis penetralia. Talia nanq; multoties in animo voluis, quæ si homines viderēt, non dubito quin in faciē tuā spuerent: & conspectū tanquā detestādum relinquerēt. Quid est igitur quod corā Dei oculis ea facias: quę coram abiectis hominibus puderet facere? Sed de his inferius aptiori dicemus loco: nunc vero euangelistam audiamus. *Et ait homini qui habebat manum aridam. Surge & sta in medium.* Excepit illi vt staret, & in medium prodiret, vt omnes illum, & miraculū factū videre possent. Expende autem quod quemadmodum munus diaboli est, semper proijcere, euertere, & destruere: sic domini est erigere, resarcire, & eleuare. Nā vt beatus Hieronymus pulchrè annotat: nullum peccatorem in scriptura stantem legimus, sed ad iustos dicitur. Sta te succincti lumbos vestros, præparati in euāgeliū pacis. Et Ezechiel. Statuit me supra pedes meos. Nam stare ad vitam pertinet bene operantis. Vnde & Paulus dicit. Qui stat, videat ne cadat. Et non dubium est nisi quod in hoc loco stare vocat Paulus statum gratiæ & salutis. Vnde alibi suis dicit. State in domino charissimi. Et propheta qui se vita & moribus ante dominum stare videbat, dixit. Viuit dominꝰ in cuius cōspectu sto. Et ad Christi seruos loquutus egregius psaltes dixit. Ecce nunc benedicite dominū, omnes serui domini. Qui statis in domo domini in atrijs domus Dei nostri. Et alibi stantes erāt pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalē. Atè cōtra (vt Zachārias inquit) iniquitas in talento plumbeo sedit. Etenim inueterati in peccato, & flagitijs suis hærētes, sedere dicuntur: qui nec exurgere, nec illud audire volunt dicentē. Surgite postquam sederitis. Et iterum. Sederūt principes, & aduersum me loquebantur. Ecce igitur quomodo verbum stare significat rectè agere: cadere vero inique. Hinc in Psalmo primo. Non resurgēt impij in iudicio, id est, non stabunt: non probabunt se esse iustos: nā illa particula, re, redundāter posita est, & hæc est Germana expositio. Peccatori etiā in Deuteronomio dicitur. Nō erit stabile vestigium pedis tui. Lege si placet Gregorium & Ambrosium. Discamus primo non relinquere bona opera, nec exercitia virtutis propter calūniātium murmurationes, nec propter dicta aut iudicia hominum impiorum. Christus nanq; huic indigenti non desinit benefacere propter impias pharisæorum calumnias. Id enim est multorū hominum ingenium, vt hæc atēdentes, ab incepto bono desistant: de quibus illud psalmi dici potest. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Solent nanque pueri balistas ex ductili virga facere, & tales ex fœno & alijs sagittas cum illis proijcere, quæ vel muscas non possint interficere. Ità multi sunt tam pusillanimes vt has puerorum sagittas timeant, & metum eorum hominum concipiunt qui de omnibus mala dicunt, quique deprauato sunt animo & conscientia. Ne hos timeas, quia paruulorum sagittas proiiciunt, quæ nec tuam conscientiam lædere possunt cum hi tales infames habeantur: quod si hos timueris, & sagittas has nimium sentis, potius inter tu infans & puer eris appellandus, qui talia sentis. ¶ Discamus secūdo in omni loco & tempore bonum semper operari: ita vt omnes in bonum opus, aliud item bonum nō sit nobis impedimento. Dixerat superius Lucas quod Christus intrauerat in synagogam, vt doceret: nihilominus tamen hunc hominem infirmum etiam curauit. Ne te pœniteat tendens in templum rem sacram auditurus, vel prædicaturus: infirmum in via visitare, & pauperē. Nam si perfectè bonus esse cupis, multa bona habere debes. Nam bonum ex integra causa consurgit: malum autem ex quocunque defectu. Vt aut bonum opus perfectū sit, & omnibus numeris absolutū opus est

Psalm. 121. Zacha. 5.

Psalm. 126. Psalm. 118.

Psalm. 1.

Deute. 28.

Gre. hom. 6. in Eze Ambr. in psal. 1.

Psalm. 63.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habeat omnes virtutis circunstantias, vt vel ita compositum ad consummatam deueniat perfectionē. Ita rectus & bonus Christianus ad multa recurrere debet, nec vno solo contentus esse debet. Vide Christum, quem nec infirmi curatio impedit, vt prædicationē exerceat: nec prædicatio impedimento est, quominus infirmum curet. Propter vnum opus bonum aliud non relinquit, nec aliud opus alteri est impedimento. Multi sunt sic adeō ambitiosi vt multa secularia officia velint ample cti, & dicunt se omnia posse. Si autem illis aliquid pertinens ad Christi obsequium demādaueris, solo illo laxantur, defatigātur, & denique oneri succumbunt. Nam si cōcionibus vacas, dicis ieiunare non posse: si eleemosynā pauper postulat, dicis iam alijs pauperib⁹ dedisse: atque ita vnum opus aliud impedit. Bonis Israēlitis non erat impedimento ædificiū templi: nā altera manu Israēlitici populi inimicos interficiebant, altera vero laborabant, ædificantes ciuitatem sanctā Hierusalem. Ità ambabus manib⁹ ludere debes vt alter Aioth de quo ait scriptura, & sinistra manu tanquā dextra vtebatur. Ità te ambabus manibus laborare debes: & ad omnia, quæ Dei sunt recurrere. *Et surgēs stetit.* Velox & perfecta obedientia, non moras nectit, dicens eras istud faciam, subinde repetens. Sic tibi faciendū est, vt in omnibus prōptam obediētiā obserues. Vtinā tu cum in vitiorū & flagitiorū lecto iacens ad Christi vocē ita ocyus surgeres, quēadmodū hic, de quo nobis est sermo: qui statim, vt dixit Christus, surge, surrexit. Vide rogo, ac pētis audias auribus quod Salomō inquit. Ne pardes conuerti ad dñm, & ne differes de die in diē. Surge itaq; qui dormis: & illuminabit te Christus. Quandoquidē non ad interitum vel ad iugulum vocaris, sed vt si cæcus es, visus clarus tibi restituatur: si infirmus, vt in pristinam restituaris valetudinem. Surge surge piger, ne inchœnice sedeas, neq; ram luaui & vtili tibi præcepto resistas. *Ait ad illos Iesus.*

2 Esdr. 4. Neem. 4. Iud. 3.

Ecclesi. 5. Epheſi. 5.

Matt. 12.

Interrogo vos, si licet sabbatho benefacere, animam: animam saluam facere aut perdere? In Matthæo legimus Pharisæos hoc interrogasse, hic autem ad interrogat Christus: sed vtrūq; verum est. Ipsi nanq; prius dolose de hoc interrogauerūt Christum, deinde iussit dūs hominem in medio stare: quo state Christus eorum quæstionem iterum interrogauit, vt eis aptius responderet. Cum vero dicit an liceat animam curare totum hominem intelligit: nomine nanque animæ, totus significatur homo. Sic intelligitur ille Deuteronomij locus. Intrauit Iacob in Ægyptum, cum septuaginta animabus. Vel iuxta aliorum sentētiam loquens de toto homine animā dixit: quia Christus corpus miraculose curaturus, scisciatur de animæ salute: quia quorum corpora sanabat, etiam animabus salutem tribuebat, peccata tollendo, & infundendo illis gratiam. Insuper corporum curationem ad animarum ordinauit salutem. Interrogat igitur an liceat in sabbatho bene ägere, id est, infirmos curare. De Christo non dubium est quia erat legislator, & dominus legis. Dato autem quod omnem rigorem legis vellet obseruare: non faciebat contra legem: curando infirmum illū. Quia in sabbatho prohibebantur exterua opera propter laborē & occupationē: Christus autem solo verbo sanabat. Etenim lex non præcipiebat, vt Iudæi in sabbatho non loquerentur: ergo si aliquis solo verbo, vt Christus in sabbatho curaret, non vtique cōtra legem faceret. Medici etiam Iudæi poterant in sabbatho curare: imo peccarent, si extremē infirmanti non prouiderent. Et sic Iudæi nō prohibebant medicos suos in sabbatho curare. Arguebant autem Christum, quòd in sabbatho curaret, eo quòd posset has ægritudines in alijs curare diebus: cum nullū esset in mora periculum. Sicut sanando cæcos, claudos, paralyticos: quorum salutem in alios posset differre dies. Alijs etiam diebus Christus curabat, de quibus in scriptura non fit mentio: quia tantū de sabbatho controuersia agitabatur. ¶ Sed poterit aliquis forsitā dubitare. Si in alijs diebus poterat curare, in quibus causā nō pateretur, quid est q̄ in sabbathis curabat? Ad quod dubiū facilis est respōsio: nā aliqui infirmi eorum, quos Christus curauit, ita erāt in maximo cōstituti periculo, vt nisi statim curarentur, perirent. Sicut fuit illo regulī filius: de quo pater dixit. Descende, prius quam moriatur filius meus: socrus etiam Simonis magnis laborabat febribus. Alios etiā qui non in tanta erāt necessitate in sabbatho curabat, vt gloria Dei in similibus diebus magis elucerei, nam Christus miraculose filios restituebat: quanto autē coram pluribus miraculum fiebat, tanto diuina virtus & gloria exaltabatur. In sabbathis autem plurimi cōueniebant propter vacationē operis, & Christus quærebat omnū spiritua ēta utē. Sed de his satis. Verū quia isti ad interrogationē Christi non

Luc. 13.

Luc. 8.

non responderunt, conuersus est ad hominē, qui habebat manū aridam, & ideo sequitur. *Et circunspectis omnibus.* Circunspexit ira perciuus & contristatus, cum videret cæcitatem cordis eorū, vt Marcus inquit. Fuit enim in Christo ira cum zelo diuini honoris, quæ tamen rationis iudicium non præueniebat: sed suo assumpta imperio. *Dixit homini. Extende manum tuam.* Imperando loquebatur: non sicut scribæ & pharisæi. Extende (inquit) manū tuam. Non in te contrahas: non quæ tua sunt quæras, sed quæ Christi. Non ad posteriora te conuertas, sed ad priora te ostende: nā qui male agit non se extendit, sed ad posteriora se conuertit. Scito enim semper debere extēdere & exercere toram vim, quam in manu accepisti: nunquam tamē otio vacare debes. Cū Paulus dicat. Charitas Christi vrget nos. Si igitur pater extendit manum suam donās nobis filium suum. Et si filius manum suam & brachia quoque extendit præbens sanguinem suum, & facit potēriam in brachio suo, vt nos aridos in vitam restitueret, & nos iacentes exaltaret: quid est quod nos manum nostrā non extendimus apprehendētes disciplinam, ne quando irascatur dominus, & de via iustorum separemur? *Et extendit.* Vide quomodo membra rationis expertia Deo obediunt, & eius diuinæ voluntati parent.

Quid igitur est quod tu, qui diuina præditus es mente, & rationis particeps es, diuinis mādatis resistis. *Et restituta est manus eius.* In pristinum scilicet robur, vt rectè ea posset vti. Docuit hoc exemplo Christus ob malorū deplorandam peruersitatem, non esse abstinendum à iuuandis proximis. Vt quid igitur me dicus ob incurabilem morbum vnius infirmi, omnes infirmos negligeret: cum etiam nec seminatorem à seminando deterreat vnus vel alter lapis? Sic tu ob malorum detractiones bonum inceptum non relinquas: nam virtus quidquid hominum dicat vulgus, vincere debet. Obserua etiam quomodo hoc facto dominus factorum suo rum rationem dedit. Neque enim semper locum habet autoritas, sed aliquando exhibenda est dictorum aut factorum ratio. Et enim sunt multi qui volunt sua laudari opera solum hac ducti ratione, scilicet, quia ipsi fecerunt. Et tanti haberi volunt, vt si aliquid dixerint, ipsis videatur ob eandem rationem solum, quia ipsi dixerunt, credendum esse certissimè: Christus autem qui tāta autoritate & maiestate miracula faciebat, etiā rationem facti reddit vt omni populo satisfaciat. ¶ Obseruandū hic etiā quomodo sanctificandi sunt dies festi, nempe proximis benefaciendo & seruando animas, illud adimplētes, quod apud Esaiam legimus. Frange esurienti panē tuum, nudos vagosque introduc in domū tuam. Si videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Sed iam nūc apud Christianos (quæ horus tempestatis misera sors, & calamitas est) dies festi bacchanalibus celebrantur, conuiuijs, & ebrietatibus, choreis & ludis datur opera: & eo tempore, quo magis Deo erat vacandum, maiora committūtur peccata, & maioribus flagitijs Deus nostter offenditur. Sed iam videamus, quid adhuc scribæ & pharisæi: nam sicut sumus bonus odor vitæ ad vitā (vt Paulus inquit) & alijs odor mortis ad mortē: ita hæc miracula Christi quæ bonis bonus odor erat pharisæis & scribis erant ad mortem. Quapropter sequitur in contextu. *Ipsi autem repleti sunt insipientia.* Insipientia quo ad intellectum, & odio quoad animi affectum. Pleni fuerunt erroribus, prauis consilijs, & iniquis cogitationibus: quia inde peiores euaserunt, vnde rectiores fieri deberent. Nec portentosum illud miraculum potestati diuinæ adscripserūt: nec Christi rationi & probationi voluerunt acquiescere. ¶ Sed fortassis alicui videbitur, Christū nō bene fecisse curando in sabbatho, quādo illis pharisæis erat occasio ruinæ: maximè cum id in alterum diem differre posset. Ad q̄ dicēdū quid quod agit aut est malū in se, & de hoc non dubiū est, quin relinqui debeat: quia est scandalū actiuū, quod semper est peccatum: aut est indifferens, & hoc etiam dimittendū est: quia naturalis ratio hominī dictat propter nullā rem alicui esse inferendū scandalum. Si autem est bonum, aut est bonum præcepti, & hoc non est dimittendum: quia non debet ob vitandum alterius scandalum quis peccare. Aut est bonum supererogationis: & hoc quamuis homo possit dimittere propter scandalū alterius, non tamen tenetur omino dimittere, sed aliquo interiecto tēpore. Quia igitur curatio miraculosa corporum ordinabatur ad salutē animarū, q̄ est bonum necessariū: propter scandalū dimitti non debuit aut in alia diem distrahi, cum melius & opportunius in sabbathis fieret. Tū etiā quia precipuè illis diebus magna hominū multitudo conueniebat, tū ppter documētū: quia non

Exod. 4.

Esai. 58.

2. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat opus seruile à quo cessandum erat: denique vt ostenderet Christus se Deum esse, & non legi subditum. *Et colloquebantur ad inuicem quid nam facerent de Iesu.* Hoc est quomodo eum perderét: cuius beneficiis maxime indigebant. Impiissima fuit eorum malitia: quâdoquidem concilium inierunt, vt de Christi morte agerent. Videsiam hic quomodo Dei mirabilibus impii obstinatiores redduntur, vt in impio illo Pharaone, & in Iudæis patet: in quos cùm dominus tanta contulisset beneficia, & pauisset illos in deserto: sæpè sæpius in Aegyptum reuerti voluerunt. Sic isti pessimi homines mirabilia Christi videntes, nõ solum reuersi sunt ad pœnitentiam: sed peiores facti de illius morte egerunt. Sic in Matthæo legimus, quòd cùm vidissent hoc miraculum Pharisæi, concilium fecerunt aduersus eum, quomodo illum perderent. Et in Marco etiam dicitur, quòd cum Herodianis inierunt concilium. ¶ Caue tu à malitia & inuidia istõrum. Etenim offenduntur inuidi bonis operibus proximorum. Legitur in primo libro regum de Heli sacerdote, quòd nõ poterat videre lucernam, donec extinguebatur. Sic inuidi non possunt bona opera proximorum lucentia videre, nisi solum ea opera, quę extincta sunt & mortua. Infirmabantur horũ oculi tanquam inuidi: vt non possent bona opera proximorum intueri. Tales lumine solis obcrcantur. Pascuntur hi stercore, vt scarabæi: vnde iniquis proximorum operibus gaudent & delectantur, bonis autem mœrore cõficiuntur. De his, qui proximorum bõis operibus offenduntur, inquit propheta Amos. Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciã terram in die luminis. Cui rei in persona Christi concinit egregius psaltes. Loquuti sunt ad uersum me lingua dolosa, & sermones odii circundederunt me: pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: posuerunt aduersum me mala pro bonis. Quod etiam per Ioannẽ Christus testatur. Vt impleatur (inquit) sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis, &c. Sed iam beatissimum euãgelistam Lucam, qui agere incipit de Apostolorum electione, audiamus. *Factum est autem in diebus illis exiit in montem orare.* Non intelligas hoc contigisse statim post prędicta, quæ hic narrantur: sed antea, videlicet prius quã sermonem habuisset in monte. Vnde quæ de apostolorum electione hic dicuntur, quædã recapitulatio est sancti euangelistę. Docemur autem hoc Christi facto à mundo & eius tumultu longius abire: si Deo vacare quiete volumus. Præterea oraturus montem ascendit, vt ostendat quod omnis orans mundi ista & terrena contemnere & obliuisci debet: cœlestia verò solum contemplari: & apicem mõtis conscendere. Vult enim dominus actum & loquuturus cũ homine eum inuenire à mũdi tumultibus & vanitatibus segregatum. *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Genitiuus ille additus, in oratione Dei, hebraismus esse potest: cuius alias meminimus. Nam cùm Hebræi rem magnam exprimere volunt, rẽ Dei appellant, vt montes Dei, cedros Dei, id est magnos. Et nos etiam frequẽti loquendi vsu hoc sermone vtimur. Dicimus nanque panẽ Dei, vinum Dei, cùm suauissimum & optimum id significare volumus. Sic modo Euãgelista inquit: in oratione Dei, id est, in ardenti & feruentissima oratione: cuius rei argumentum præbet dicens, quod in ea pernoctauerit. ¶ Docet non solum die, sed etiam noctu orationi vacandum esse, & in ea persistendum, quod quidem propheta sanctus Ieremias docet, dicens. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: & effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum domini Dei tui, leua ad eum manus tuas. Sic egregius ille & sanctus rex Dauid faciebat: dicens. Præuenerunt vigilias oculi mei. Et Esaias. Anima mea quæsiuit te in nocte. ¶ Aduerte hic etiam q̃ ante electionem Apostolorum præmisit dominus orationem: tota enim nocte orauit, & mane elegit duodecim Apostolos: vt docear nos orare ante electionem prælatorum: vt Deus dignetur ostendere, quis sit dignior vt in prælatum eligatur. Sic etiam Apostoli qui edocti erant à Christo cum alium apostolum eligere voluerunt, qui sedem Iudæ impleret, orantes dixerunt. Tu domine, qui nosti corda omnium, ostende, &c. Sed iam hodie in electionibus potiùs præmittitur malignum & iniquum fœdus, quam deuota oratio. Pernanque qui dignitates ascendere anhelant ambitu sibi suffragia quærunt, & si opus est oblatis pecuniis id facinus perpetrant. Et si etiam, qui suffragantur, potius amicitiam, cõsanguinitatem, patriam, vel nationem quam eum qui studiosus est, sapiens, vel dignitate & officio dignus. Tales sunt quæ hodie fiunt electiones: vt fuit electio Sichimitarum, qui Abimelech elegerunt in ipsius euersionem, & eorum etiam qui ipsum elegerãt. Subditi eum

cum prælatum volunt, qui semper facultate illis facit vt cum ignauia & negligentia viuant: eum autem abijciunt & nolunt, qui studiosus, & amator virtutis & religionis est: statimque aduersus eum insurgunt dicentes, asperum esse rigidum, & crudelem. Is autẽ, qui hoc modo eligitur prælatus & ad libitũ subditorum, statim conspicitur non per portam intrasse: quia asperè & superbè imperat, & cũ tyrannide regit, non oculo conijciens in cõmune bonum, sed sibi indulgens, & amicis suis qui illum elegerunt, etiam si mali & peruersi sint. De quibus dominus per Oseam aptissime loquitur, inquiens. Ipsi regnauerunt, sed non ex me: principes extiterunt, & nõ cognoui. ¶ Obseruandũ est etiã, q̃ quãuis Christus sit Deus, potestat tamen sicut homo preces fundere: nam secundum assumptam humanitatem orare poterat, secundum quam minor erat patre, quod idem testatur dicens. Pater maior me est. Secundum quam etiam obediebat in omnibus tanquam minor maiori, iuxta illud Pauli. Factus obediens vsque ad mortem. Ideoque orabat, & non solum hic, sed etiam à dextris patris quatenus homo orare potest: & orat pro nobis offerens meritã passionis suæ toti diuinitati. Vt ipse beatus Ioannes nobis locupletissimus est testis, qui inquit. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem dominum Iesum Christũ: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. ¶ Expende etiam quàm asperam vitam degebat Christus redemptor noster, qui in die prædicabat & docebat: per noctem verò in somnis in oratione erat, in monte, inter feras, & in solitudine. Quid ad hæc mirabile Christi exẽplum dicent illi miseri & infœlices, qui de Christiano nomine gloriantur, qui in blandis lectulis per totam noctem stertunt: qui etiam vsque in mediam diem non expergiscuntur? Hi æquidem vitam Epicureorum sectantur: qui etiam in vitiis & obscœnis voluptatibus tanquàm sues deuoluuntur, ventrẽ suum Deum habentes, & vxores suas tanquã deas venerantes. *Et cùm dies factus esset, vocauit discipulos suos.* Non insalutato hospite accedunt, sed prius vocantur. Vnde Paulus Hebræis dicit. Nec quisquàm sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à Deo tanquã Aaron. Sed hodie multos vocat peculiaris ambitio, multos carnalis affectio, plurimos pecunia, aut regũ & principũ amicitia & cõcilatio. Obserua etiã q̃ Christus ex discipulis suis prælatos elegit, Apostolos & principes ecclesiæ. Sic tu ex Christi discipulis elige prælatũ: nõ ex discipulis diaboli, mũdi aut carnis. Sed quis est Christi discipulus? Qui charitatem habet. Charitas enim discipulos Christi non efficit: iuxta id q̃ idem dominus inquit. In hoc scient omnes, q̃ discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Is qui maiorẽ, & ardentiorem habet charitatem, dignior est vt prælatus eligatur. Vnde quando Christus beatum Petrum eligere voluit in aliorum prælatum prius illum examinauit qualẽ amorem & charitatem haberet, & voluit scire an præ cęteris Apostolis eum diligeret: nam etiam si dignũ eligas, si dignior alius sit, aduersus conscientiam facis nam teneris dignioré eligere. Itaq; ex Christi discipulis, & ex eis qui inuicem se diligunt, prælatum eligere debes. Sic Apostoli fecerunt in electione Mathiæ in Apostolatum. Vnde beatus Petrus dixit. Oportet vt ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, &c. Sic etiã cùm elegerunt illos septem diaconos vt ministrarent mensis dixerunt. Considerate viros ex vobis boni testimonii septem, plenos spiritu sancto & sapientia, vt constituamus super hoc opus. *Et elegit duodecim ex ipsis.* Ex quibus manifestum est q̃ omnes duodecim Apostoli simul fuerint electi, nec alterum altero in Apostolatu antiquiorem esse: quanuis alii aliis in discipulos prius fuerint electi. Prius nãque sequuti sunt Christum beatus Petrus & Andreas, quam Ioannes & Iacobus: ideoque in discipulos alii qui prius aliis electi sunt, non autem in apostolos. Nam quadam die primo mane vocauit Christus omnes discipulos suos, & ex eis duodecim segregauit, quos elegit & nominauit Apostolos. Quod autem duodecim elegerit non alto vacat mysterio. Aliqui existimarunt nullum esse mysterium in duodeno numero Apostolorum, dicentes nullam esse causam aut rationem q̃ plures essent, aut pauciores. Nã Marcus ait ad se Christũ vocasse quos ipse voluit: & placuit illi duodecim eligere. Nã quando infœlix Iudas periit, nõ vtiq; elegissent Apostoli aliũ, qui locum illius impleret, & Petrus id esse necessarium dixit. Oportet (inquit) vnũ ex istis nobiscum fieri testẽ resurrectionis: & q̃ scriptura hoc prædixerat, quam oportebat impleri. Sed quanuis ratio determinata de hoc certo numero non appareat: tamẽ duplex videtur esse. Prior quia volebat eos honorare, & nullus maior honor æstima-

Ioan.13.

Ioan.15.

Act.1.

Act.6.

Mat.4.

Mat.5.

Act.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

estimatur, quam is, quē in propria patria quis habet: apostoli autē ex gētе erant Iudæorum qui diuidebātur in duodecim tribus. Voluit eos esse duodecim quasi habituros potestatē in duodecim tribꝰ Israel. Sicq; eis dixit Christus. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribꝰ Israē. Secūdo quia Christus voluit aliquam facere collationē inter vetus & nouū testamētū. Illi nāq; qui vetus testamentū coluerūt, secundū carnē à duodecim patriarchis descēderūt: ita nimirū voluit Christus vt omnes, qui in nouo testamēto futuri erāt Christiani descenderēt spiritualiter à totidem patriarchis. Ideoque duodecim constituit apostolos, qui principes fuerūt & doctores legis euāgelicę. Vt enim hac mūdi machina terrestri per duodecim signa Zodiaci Sol conficit cursum suū mirabili & diuina dispositione. Sic in mūdo spirituali Christus Sol iustitiæ per duodecim apostolos deducitur, qui eius fidem prędicarunt: & nomen eius cunctis nationibus fecerunt notū, & expulsis tenebris ingenti splendore mundum illustrauit. Obserua aūt, q; ea ad quę vocantur Apostoli, cœlestia sunt non terrena: meritissimo ergo ad ea eliguntur, qui minus habent in terra, & ideo Christus pauperes elegit. Nam quemadmodum ad secularia hi eliguntur qui maiorem seculi prudētiā habētes ad res remotas à seculo elegi debēt, qui minus habēt de seculo. Fecit dominus in euāgelica lege, q̄ in veteri fecerat: in qua primus rex Saul de minima tribu inter omnes alias, & de minima familia inter suæ tribus familias electus est Dauid etiā cum eligitur minimus est inter fratres suos. Vnde ius erat Israelitici regni vt deficiēte posteritate Salomonis successio pertineret ad filios. Nathā qui minor erat ante Salomonē: vt in capite tertio huius in genealogia Christi supra ostēdimus. Ita hic nō diuites, sapiētes, nobiles aut potentes elegit dominus sed pauperes, simplices & humiles corde. Sicb atus Iacobus inquit. Nōne Deus elegit pauperes in hoc mūdo: diuites in fide, & hæredes regni? Elegit enim eos ante mūdi cōstitutionē. Ad hoc nāq; mundus prædestinati fuerūt ad mūdi, scilicet, constitutionē isti fœlicissimi homines ¶ Sed exprē de obsecro in hac electione mirabilem & infinitā Dei sapientia. Nā cum vellet Deus à suis creaturis cognosci, diligi, & amari in ipso mūdi exordio: primo omnium Angelos cōdidit excellenti virtute prædītos, substantias spirituales, & diuina mente pollētes, donauit illis scientiā & sapientiā admirabilē. Horū multi male abutētes diuinis donis & beneficijs acceptis gloriā domini vsurparūt, cū potius gratias illi referre debuissēt: ob q̄ acerrime in eos animaduertit dominus, & ita ceciderūt miserando lapsu, vt dicat Ioannes, nō inuentum esse in cœlo eorū amplius locū, ita, vt perpetuo nulla eis remāserit ascētus spes, nec vllius remedij vmbra. Vnde ad reparādas sedes horum casu perditas (vt inquit beatus Augustinus) naturā humanā Deus condidit primum hominem Adam ad imaginē suā cōstituens. Qui sic adeò tanta innocentia & sanctitate cōditus fuit, vt non solum fuerit plenus gratia atq; diuino amore: sed etiam ornauit & munuit eū originali iustitia, secūdū quā pars sensitiua rationi obtemperabat. Nullaque orta inter potentias lite ita sancte, pie, & angelica vita, & in omni perfectione viuebat. Quæ omnia dona, gratiæ, & immunitates non illi fuerūt satis: vt in amicitia diuina persisteret. Quippe diuinum mādatum ipsi impositum violauit: vnde priuatus fuit iustitia originali, quæ sibi & posteris suis tanquam primogentura erat concessa atq; ita subiectum manit eius corpus morti, & anima in misera damonis seruitute captiua. Et quia omnis caro corruperat viam suam, ex omni massa perdita elegit Deus filios Israel in habitationē suā, segregans eos à reliquis vt ab illis adorarentur & coleretur, quando quidem reliqua hominum pars idololatriæ fundebat. Et quemadmodū Angelis sapientiam donauerat sublimen, & primo parenti Adæ sanctitatem absolutā & perfectissimam: ita huic suo populo electo dedit abundantem terram, affluentiam diuitiarum, regale sceptrum, gloriosos triumphos & victorias, quas de inimicis suis reportarūt. Hi etiam sui tanti domini, qui in eos tot contulerat beneficia, tot amoris & pietatis suæ pignora tradiderat, proditores ingratissimi extiterunt. Videns itaq; vnigenitus Dei filius quàm fragile fuisset literarum, q̄ iactum erat, fundamentum, sanctitatis, disciplinarum, atque humanarum virium: ædificium in aliud multo dissimile conuertit. Et ad id stabiliendum & firmandum non sibi assumit mundi sapientes, non literatos, non potentes, non legis Rabbinos, non inflatos mundi philosophos, nō principes & magnates, nō strenuos milites, nec fortes & robustos duces, ad fundamētū iacit ecclesiæ suæ sanctę pauperes & rudes piscatores: vt vere Apostolus dixerit. Infirma mundi elegit Deus, vt fortia quęque confundat. Vult Christus Ecclesiam suā perpetuo durare, atq; ita hos humiles & infirmos homines elegit. Quā quidē rem si accuratius inspexeris, videbis in ea diuinā & admirabilē sapientiā reluceret. Nā cum ecclesię suę priora iecisset fundamēta Angelicā sapientia, miserabili lapsu corruit: deinde eā in sanctitate & in innocentia fundauit, & cecidit: denique eā ædificat in viriū robore, diuitiis, atque potētia, & tandē radicitus fuit euersa. Nūc autem mundi reformator & restaurator ecclesiæ suæ fundamentū constituit homines imbecilles & peccatores, vt Petrus, qui post Christum prima fuit petra fundamenti qui non post multum temporis misere & infœliciter cecidit. Et vt fuit Matthæus, qui in Telonio sedebat. Et Paulus Christiani nominis inimicus & persequutor: & duo alteri ambitiosi filii Zebedæi, & iactis his tā fragilibus fundamentis certo certius est ecclesiam nunquàm defuturam. Hæc sunt mirabilia & stupenda Spiritus sancti opera: hæc immensa & inscrutabilis Dei sapientia, quā insipiens mundus cū non attingat, nec capiat, stultitiā & insipiētiā iudicat. Itaq; supernus artifex iā incipit ędificiū suū, & priora iacit fundamenta duodecim angulares & fortissimas petras. ¶ Aduerte autē q̄ ex cōmuni gremio eligendi sunt ij, qui in magna habeantur æstimatione. Sed multi prælati præcipuè monachorū iā huius doctrinæ oblitiscuntur, qui exteras & peregrinas adducūt moniales, vt monasteriis præsint: vnde fit, vt multæ oriantur dissensiones inter eas, quia molestè ferunt, vt fortis aduenīat, quæ eis præsit: cū potius aliter deberet fieri. Vnde bene sancitum est in ecclesia vt abbas à suo monasterio eligatur. Sed proh dolor qui sæpe sæpius multa propriis oculis videtur scandala, cū prælati eas velint honorare, quæ illis magis placent quibusque aliquibus donis & beneficijs sunt affecti: atque ita eas traducūt ex altero in alterū monasteriū. Posteà verò non illis deest parua quædam & nullius momenti excusatio, qua suū defectū & inordinatū amorē tueantur, dicentes ita conuenire, vt adsit pax & tranquillitas in monasterio. Quod certè non ita reuera euenire solet, quia potius ipsi cum discordia gaudent vt milites cū bello, in quo ipsi diripiunt, & rapiunt quæ possunt. Christus itaq; ex ipsis elegit duodecim. Et Apostoli elegerunt Mathiā ex ipsis, non ex extraneis. Oportet (inquit Petrus) eligere vnū ex his qui nobiscū sunt, &c. Sed de his satis. ¶ Vnū autem hic vltimo notandū, q̄ Christꝰ elegit hos Apostolos in mōte: nā statim inquit Euangelista Christum descendisse de monte, ex quo dignitas Apostolatus excelsa & sublimis considerari potest, cū in sublimi & alto loco in cacumine montis data fuerit. Postquā igitur ex omnibus discipulis hos duodecim elegit, ait Euangelista.

Quos & apostolos nominauit. Apostolus græcè idē est q̄ latine missus. Hi nāque gloriosissimi Christi, & eius vitæ, obseruatissimi sectatores, primatū obtinēt in ecclesiastica hierarchia: & sunt post Christum altissima Christianæ ecclesiæ Seraphin, quorum verba & scripta veritatē continent infallibilē, & scripturæ sacræ reputātur. Hi sunt, qui ecclesiam plātarūt, & suo sanguine tanquā aquarū torrentibus fructificare fecerūt. Hi sunt, quos Christus non seruos, sed amicos nominauit. Hi sunt mundi restauratores, vniuersi orbis prædicatores. Christus splēdidissimus mūdi sol, & lumē orbis, tenebras ignorantię expellens. Hi denique duodecim Apostoli, sunt illi duodecim fontes Heliim, qui doctrina sua omnē terrā irrigarūt. De quorū numero & altissima dignitate, & meritis multa eaq; præclara dici possent, quæ breuitati consulētes, cōsentaneū duximus omittere. Nomina autē sanctorū Apostolorū, quæ Christus dicit scripta esse in cœlo: nunc etiā beatus euangelista hic ea scribit dicens. *Simonem quem cognominauit Petrum & Andream fratrem eius: Iacobum & Ioannem* Nominātur Apostoli quasi viri illustres & præclari. Sic Mosi dictū est. Noui te ex nomine. Illi ducenti quinquaginta viri, proceres synagogæ tēpore cōcilii singuli per nomina vocabantur: & ad ostendendū q̄ erant proceres, dicitur q̄ vocabātur per nomina. Sicut enim in veteri testamēto ponūtur nomina patriarchārū filiorū Iacob: sic in nouo testamēto ponūtur nomina principū & patriarchārū. Obserua autē, q̄ in ordine nominū nō attenditur ad merita, aut ad sanctitatē: quia Ioannes vt dicit Chrysostomus nō solū cæteris, qui post ipsum sequūtur: sed etiā ipso fratre maior erat. Et Andreas non fuit vocatus ad tantā Christi dilectionē & familiaritatē sicut Ioānes. Ordo enim est attiquꝰ: quāuis Petrus propter principatū & dignitatem omnibus præferatur, Petrus & Andreas primi fuerunt vocati ad discipulatum: quamuis non

ad

Mat.19.
1.Reg.9
1.Reg.16.
1.Par.3.
Luce 2.
Ephe.1.
Apoc.
Aug. de ciui. dei
Gen.
Mat.10.
Ioan.15.
Exo.15.
Act.1.
Mat.10.
Exo.33.
Num.26
Gen.46.
Exo.1.
Chrys. hom. 3. in Mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cognitionem Christi, nam ad hoc prius
Ioann. 1. fuit vocatus Andreas, quam Petrus: & prius
Matthæ. 4. Philippus, quam Iacobus & Ioannes. Sed ad
discipulatum nunquam ad sua reuersuri si-
mul vocati sunt Petrus & Andreas: & pri-
mus ponitur Petrus, quia natu maior erat, &
eadem ratione Iacobus ponitur prior Ioan-
ne, quia ætate maior erat: quos duos fratres
statim post Petrum & Andream vocauit do-
minus. Sed non nihil differre videntur hic e-
Matth. 10. uangelistæ. Lucas enim & Matthæus ponũt
Mar. 3. in secundo Andream: & in Marco & in Actis
Actor. 1. vbi numerantur Apostoli, ponitur Andreas
in quarto loco. 1. post Iacobum & Ioannem.
Ratio est, quia Matthæus & Lucas seruant
hic ordinem temporis, illic autem dignita-
tem: quia ad maiora secreta hi tres eleuati sunt.
Et quia Ioannes inter duodecim (vt Ambro
sius fatetur) solus virginitatis puritate inue-
nustus fuit, & quia à domino maiori dilectione
Ambr. super 1. Cor. cap. 2 fuit prosequutus: ideò Lucas in Actis post Pe
trum eum nominat, & postea Iacobũ & An-
dream. Vocatur autem Simon Petrus ad dif
ferentiam alterius Apostoli, qui vocabatur
Simon cognomento Zelotes, aut Cananæus.
Posuit autem Simoni nomen Petrus ad signi
ficandam ipsius futuram excellentiam: quia
summus pontifex constituendus erat. Nam si
cut petra ponitur in ædificijs tanquam basis
& substernaculum: ità Petrus fuit fundamen
tum ædificij spiritualis Apostolorum, & qui
primas inter eos tenuit. Quia inter principes
Apostolos ad dignitatem pontificiam electus
est, imposuit illi Christus nomen: quia nomi-
nis impositio dominij & principatus signum
est. Vnde dominus volens docere Adam, q
Gen. 2. eum principem & omnium dominum fecis-
set, adduxit ad eum omnia vt videret, q no-
men singulis imponeret. Veluti qui mancipiũ
emit: volens ei ostendere se super ipsum
dominium habere nomẽ immutat. Sic Deus
Gen. 17. Abraham & Saræ nomina mutauit. Sic Pha
Gen. 41. rao in Aegypto vocauit Ioseph Saphanat:
Dan. 1. hoc est mundi Saluatorem. Et Nabuchodono
sor vocauit Danielem Balthasarem. ¶ Præte
rea res in melius mutatæ indignæ sunt, vt prio
Gen. 2. ribus nominibus appellentur. Haec de cau
Gen. 32. sa Abram in Abraham mutatus est, & Iacob
in Israel. Quo etiam facto docemur, vt si quẽ
q; peccatorem iustum, iam mutatum videri-
mus, nomen prioris ignominiosi obliuisca-
mur. ¶ Andreæ autẽ vocauit fratrem Petri
propter honorem: quia in honorẽ illius eccle
sia

bat, q̃ esset frater Petri, quem Christus prin-
cipem Apostolorum fecerat. ¶ Iacobus filius
est Zebedæi, quem Christus plurimum dile-
xit, fuit q; vnus ex eis, qui peculiariter ad om
nia secreta Christi vocabantur: qui omnium
Apostolorum primus martyrij palma lauream
tus est. ¶ Ioannes frater Iacobi: vnus est ex qua
tuor euangelistis, cuius euangelium (vt Augu
stinus ait) inter omnes scripturas eminentis-
simum est: quo circa aquilæ assimilatur, quia
Aug. de cons. euan. lib. 1. cap. 6. sermonis & secretorum altitudine omnes
transcendit. Solus ipse inter duodecim cum
Christo adfuit cum in cruce penderet: cui do
minus virginem matrem virgini commenda
uit, & præ cæteris dilectus fuit à Christo: qui
post quam octo supra sexaginta annos euan-
gelium prædicauit, post exilia, post calamita-
tes & martyria apud Ephesum suscepta, feli-
citer beato Thoma absq; vllo dolore morienti ea-
dem hora suscitatus corpore simul & anima
gloriosè cum sanctis ascendit in cœlum. Philippum & Bartholomæum. Variis in
cordia inter euangelistas quia ambo ponun-
tur statim post supra dictos quatuor. Tamen
in Actis Apostolorum post Philippum ponitur Thomas & deinde Bartholomæus. Hu-
ius discordantiæ causa manifesta non apparet
sed forte fuit ad designandum ordinem dig-
nitatis: & omnes euangelistæ tenuerunt ordi
nem temporis. Lucas vero in Actis tenuit
ordinem meritorum. Nobis tamen nihil con
stat de differentia Thomæ & Bartholomæi,
quia eorum gesta non leguntur in sacra scrip
tura, per quæ aliquam eorum dignitatem vo
nari possimus. ¶ Obserua autem q̃ euange-
lista, Apostolos binos & binos nominat, dicens
Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem,
Philippum & Bartholomæum, & sic de reli-
quis: quos fortè ità numerauit, quia bini po-
steà fuerunt missi. ¶ Porro hic Philippus an-
no ætatis suæ septuagesimo octauo crucifixus
est, post quam Ebionitarum hæresim destru-
xit, & totam Scytiam ad fidẽ Christi in prædicatione conuertit. Bartholomeus autẽ in su
periore India euangelium prædicauit: & in
Licaonia, vbi pro Christo nomine cæsus, &
exenteratos, tandem capitis discrimine feli-
citer occubuit. Matthæum & Thomam. Mar-
cus & Lucas prius ponunt Matthæum: quam
Thomam: sed ipse Matthæus Thomam prius
ponit. Ratio discriminis est quia Lucas &
Marcus scribũt iuxta cæporis ordinem, in quo
Matthæus præcelsit Thomã: ipse autẽ Mat-
thæus

6.9. thæus ex humilitate prius posuit sociũ suum,
qua etiam humilitate se ipsum publicanum
nominauit, q̃ alii euangelistæ tacuerunt. Mat
thæus verò primus omnium euangelium in
Hebræo scripsit, regnum puerum in Aethio-
pia suscitauit à mortuis, & parentes pueri ad
fidem Christi conuertit, & tandem Hirtaco
regni successore gladio cõfossus est. Thomas
autem benè de Christiana pietate meritũ tã
in Medos, quã in Persas, Hircanos, Brachma
nas, & Indos, multis editis miraculis, Chri-
sti fidem augens lancias confossus in India
fuit. De quatuor autem Apostolis qui se-
quuntur, omnes tres euangelistæ concordãt.
*Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelo-
tes: Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit
proditor.* Horum duo scilicet Simon & Iudas
fuerunt fratres Iacobi minoris, & filii Mariæ
vxoris Alphæi Sororis virginis Mariæ. Iaco-
bus hic Alphæus propter eminentem vitæ
sanctimoniam cognomento iustus appella-
tus est. Constitutus fuit ab Apostolis episco-
pus Hierosolymorum, ob Christi nomen lapi
datus & præcipitatus vecte fulonis capite cõ
minuto martyrij laurea decoratus est. Simõ
verò in Aegypto prædicauit, & post Iacobũ
iustum cathedram Hierosolymis obtinuit: &
iam senex factus sub Traiano imperatore, si-
cut Ioannes euangelista, passus & cruci affi-
xus est. Iudas autem Iacobi frater in Mesopo
tamia & in interioribus Ponti prædicauit, &
tandem Martyrio coronatus est. Iudas verò
Iscarioth vltimo loco ponitur, non q̃ poste-
rior venerit ad Christi scholam: sed quia tra-
ditor & iniquus fuit. Sicut enim Ioannes po-
nitur in Actis in secundo loco propter ipsius
excellentiam: sic Iudas ponitur in infimo lo-
co propter eius vitæ obscuritatem & nequi-
tiam. In quo loco videre poteris quomodo
vitia & peccata in humilem & infimum locũ
hominem constituant. Quod quamuis in Dei
iudicio & inter euangelistas ità sit, tamẽ mun
dus non sic facere consueuit: nam homines
pessimos flagitiosos, & morte dignos in prio-
ri loco collocat. Vnde Virgilius vates. Ecce ipsi
peccatores abundantes in sæculo: obtinuerũt
diuitias. At viri studiosi & integritate vitæ &
candore fulgentes in mundo infimũ locum
obtinent: his temperabiecti & contemptibi-
les reputantur. Dives ille auarus, qui omni
vitiorũ genere erat coinquinatus, primum lo
cũ obtinebat in mũdo: at mendicus Lazarus in
fimũ. Sed multo aliter corã oculis Dei id cõti
git, nã pauper Lazarus principẽ locũ in cælo
occupauit: dies autẽ purpuratus, infernũ ha-
bitationem recepit. Ioseph principaliorẽ &
nobiliorẽ iudicabat Ephraim, quia maior na- Genes. 48.
tu erat, quã Manasses: at sanctus patriarcha la
cob diuino spiritu afflatus, manũ immutauit,
& minori qui diuina prædestinatione erat ele
ctus, quique gratus & iucundus Dei oculis in
ueniebatur dexterã imposuit manũ, sinistrã
autẽ maiori. Solet enim cõtingere, vt cũ do-
mus aliqua à nemine incolitur omnia quę in
ea sunt, transmutata & nullo ordine dispo-
sita inueniuntur: nã scabella, subsellia, & mẽ-
sæ cũ lectulis inuoluuntur: at cũ dñs aduenit sin
gula suis locis apponuntur. Sic nũc in mũdo
cõtigit, vbi omnia sunt inuersa, & iniquo or-
dine dispositã qui meliores sunt, minoris
æstimãtur, & ea quæ in sublimiori loco consti-
tuta esse deberent, in infimo iacent: quæque
in infimo, ea in altissimo solio sunt collocata.
Vnde verè hunc mundũ Babylonicam con-
fusionem appellabis: vbi nullus ordo, sed per
petua discordia & dissonantia inuenitur. Sed
cùm venerit Christus, qui vniuersi orbis dñs
est, omnia suis debitis locis disponet & red-
det vnicuiq; iuxta opera sua, præbens rectis
honorẽ, ignominiã verò & contemptũ malis.
Vt autẽ videas quã rectus ordo in domo dñi Matt. 7.
obseruetur proditorẽ Iudã sancti euangelistæ
in infimum & vltimum locũ constituunt, tã-
quam vltimũ & minorẽ in meritis. ¶ Præterea
quotiescunq; euangelistæ Iudã nominãt di-
cunt illũ proditorẽ fuisse: quod fecerunt vt
ostẽderent bonitatẽ aliorũ Apostolorũ: quia
hunc solũ malũ & iniquũ designãres, reliquo
rum sanctitas & integritas clarius eluceſcat.
Quod manifestè innuitur, quãdo Petrus no- Ioan. 6.
mine Apostolorũ dixit. Dñe verba vitæ æter
næ habes: & nos cognouimus, & credidimus
quia tu es Christus filius Dei. Et respondit
Christus. Nonne ego duodecim vos elegi &
vnus vestrũ diabolus est? Et ille non credidit:
Iudas quippe nunquã credidit Christũ esse fi
liũ Dei: quãuis credideritillũ virũ bonũ & iu
stũ. ¶ Discamus, propter vnius hominis deli
ctũ non contẽnere omniũ cõmunitatẽ & con
gregationẽ. Nã in cælo omnes sunt boni; in
inferno omnes mali: in terra autẽ & boni si-
mul & mali vitã agunt, siquidẽ nulla in mun
do sanctior congregatio reperiri potest quã
fuit Apostolorum, vbi vnus iniustissimus Iu
das fuit inuentus. Christi collegium habuit Mat. 13.
bonos & malos, perfectos & imperfectos: si-
cut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut nunc sagena ecclesiæ bonos & malos comprehendit. Sic etiam religiosorum monasteria boni & mali habitant. Inter apostolos fuerunt duo quærentes vindictam Samaritanorum, tanquam imperfecti. Fuerunt etiam gloriæ & honoris cupidi, nam facta fuit contentio inter illos, quis eorum videretur esse maior. Fuerunt etiam murmurantes, nam videntes Magdalenæ factum, indignati sunt dicentes. Vt quid perditio hæc? Fuerunt etiam inter discipulos apostatæ: nam multi audientes, q̃ loqueretur de manducatione corporis sui, illũ reliquerũt, & abierũt retro. Fuerũt denique inter illos pœnitẽtes, & impœnitentes: sicut Petrus & Iudas, quorũ alter pœnitentiã dignã fecit: alter vero misere & infœliciter laqueo se suspendit. Quare ineptissimi & stupidi homines sunt appellandi, qui propter vnius religiosi peccatum, monasteria monachorum damnant. Qui etiam perinde sua imprudẽtia sanctorum apostolorum collegium damnare deberent: & damnent etiam cœlũ & sanctorum angelorum choros, in quibus multi mali fuerunt, & ab eis ceciderunt. Monachi (vt pie & vere loquar) raro cadunt, cuius verò resurgunt, quia multa iuuamina & suffragia habent, quibus adiuti facilè resurgere & respicere possunt, vt claustra, chorus locus orationis, celebratio sacrorum, bonorum consilia: denique mercede & retributione sunt digni propter omnia quæ faciunt, non subò obedientiæ iugo ea conficiunt: viuunt tãdem semoti & segregati ab scopulis mundi: vbi multa sunt præcipitia. Si autem aliquando eis contigit cadere, id humanæ fragilitati dandum est: præsto verò adest illis dominus manum dexteram porrigens, vt cum Petro fecit. Quid si aliqui retrorsum vadant lapsi in apostasiam, sicut abierunt illi Christi discipuli. Nunquid propter hoc execranda sunt monasteria? Si igitur in illo tam sancto & tam diuino collegio, vbi Christus rector erat & magister inter tam paucos tanta fuit differentia bonorum & malorum, fortiũ & imbecillium, perfectorũ, & impœnitẽtiũ, abeũtiũ & persequentiũ quid est q̃ miremur si viderimus aut ea monasteria non esse sine palleis? Videtiã & tu quod cum aliquis illorũ delinquit, & illi derrahis: quòd multa ille operatus est bona quæ tu nunquam fecisti, imò multa patrasti mala, quæ si panderẽtur puderet te corã oculis hominum apparere. Ita q̃ tu vnius mali q̃ semel fecit, perpetuus es auditor: malorum autem bonorum in quibus per totam vitam se exercuit, nunquam recordaris. ¶ Decernue secũdo, ne quis de statu suo nimis confidat: aut inaniter glorietur. Poteris nanque in statu perfectionis vitam degere, & inter viros perfectos cõuersari: tu tamẽ iniquis & peruersis moribus esse imbutus. Et licet modo inter bonos habitans bonus sis: poteris tamen inuidi oculi ab hac bonitate recedere, & in profundum malorũ misere labi. Ecce angeli de cœlo ceciderunt. Adam de paradiso, Dauid egregius psaltes & vir perfectissimus, turpibus se immiscuit flagitijs. Et tandẽ Iudas, qui dignitatem apostolicam conscenderat, quique dæmonia ciecerat, & multa fuerat operatus miracula, turpiter & infœliciter cecidit, & cũ apostolorum esset socius dæmoniorum fodalis factus est. Nullus enim inaniter aut præsumptuose de se aliquid præsumat aut gloretur: neque monachus seculares viros contemnat: nec in suâ virtute & monachatu cõfidat, sed potius semper humiliter de se sentiat, & cum timore domino seruiat, cum videat Iudam apostolum ex culmine dignitatis in miseram Tartara cecidisse. Quapropter egregie admonet beatus Paulus dicẽs. Qui stas, videat ne cadat. ¶ Obserua etiam q̃ quauis Christus recte sciret Iudã fore damnandum, & ab eo tradendum esse: nihilominus illum in apostolum elegit, vt impleretur scriptura dicens. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationẽ. Hanc eandẽ rationẽ reddidit ipsemet Christus, loquens de Iuda: vt impleretur scriptura, quæ ait. Qui mandu cat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Nemo tamẽ haberet consuetudinem mandocãdi cum Christo, ut esset mẽsæ suæ continuus & familiaris: nempe discipulus aut apostolus, ideoq; vel in discipulum vel in apostolum Iudas eligendus erat. Sed potius in apostolum, quia apostoli magis familiares erant Christo: & mandu-bant & bibebant cum illo. Elegit illum quem docebat proditorẽ futurum, vt doceremur homines non natura: sed voluntatis arbitrio malos fieri. Bonus erat Iudas cum electus fuit, & tradidit illi dominus pecuniam, quia videbat eum pia & bona mente esse prædituum: quod verò ipse bonis rebus abusus fuerit, ipsi imputanda est culpa. Poterat quippe si voluisset in sancto collegio & diuina vocatione permanere. Persistamus igitur nos in sancta vocatione: cecidit enim Saul qui huius electus est in regem, cecidit & Iudas.

¶ Expende autem inauditam & ineffabilem Christi mansuetudinem & quam bene canat ecclesia illum viscera misericordiæ habere: quia quotidie cum Iuda, comedebat, & pluri ma beneficia illi contulerat, & dulciter cum eo conuersabatur, rectè sciens quod traditurus esset illum in mortem. Tu verò inimicũ tuum & persequeris, & ab eius conuersatione te abstines. Sed iam historiam prosequamur. *Et descendens cum illis steterit in loco campestri.* Electurus Apostolos ascendit cum illis in montẽ, & decturus turbas descendit: quia perfectioribus altiora dicẽda sũt, & minoribus? ieuiora. Vnde Apostolus. Tanquã paruulis in Christo lac dedi vobis, nõ escam. Et in alio loco. Sapientiam loquimur inter perfectos, omnis enim qui lactis est particeps expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est, & perfectorum est cibus solidus. Erat Christus in mõte pernoctans in oratione, cùm mundani sunt in lectis suis lasciuientes & in vtranuis dormientes autem. Erat Moses in monte in orationibus & vigilijs cum Deo loquens: populus autem infra erat comedens & bibens, & vitulum adorans. Ità mundi discipuli cùm Christus & eius discipuli in oratione sunt, ipsum in delicijs & vanitatibus sunt detenti. At ptius dominus cùm videat eos in cacumen montis non posse ascendere propter virium imbecillitatem, descendit à monte illos docturus, & mirabili doctrina eos erudit.

¶ Stetit (inquit) in loco campestri.

¶ Voluit dominus loca, in quibus populum docuit scribi & designari, vt si postea rebelles facti dicerent se non admonitos, loca ipsa si opus esset in testes vocarentur. Sic enim homines lapidum aceruos & statuas in testes fœderis vocant, vt legimus de Iacob & Labant qui aceruum lapidum conficientes, cumulũ testimonij vocauerunt. Cur etiam Deus in testimonium suæ doctrinæ, loca in quibus prædicauit, non adducet? Lege diligenter initiũ libri Deuteronomij, vbi videbis quanti faciat dominus loca, in quibus do ẽrinam suam tradidit. Hæc (inquit) sunt verba quæ loquutus est Moses ad omnem Israel trans Iordanem, in solitudine campestri: contra mare rubrũ inter Pharan, & Tophel, & Labã, & Aseroth vbi auri est plurimum: vndecim diebus de Oreb, &c. Et postquam loquẽdi finem fecit, dixit omni populo. Testes inuoco hodie cœlum & terram quod posuerim vobis viam & bonum, benedictionem & maledictionẽ. Et in capite vltimo libri Iosue habetur quod postquam Iosue loquutus fuit ad omnem populum Israel tulit lapidem pergrandẽ posuit que eum subter quercum & dixit. Ecce lapis iste erit vobis in testimonium quod audieritis omnia verba domini quę loquutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mentiri domino Deo vestro. Vbi peccator diligenter debet aduertere, quod Deus videns suam obstinationem vocauit in testes lapides & montes aduersus eum, Si nõ adimpleuero verbũ meũ (inquit Iacob) lapides isti testes erunt. Tũ temporis lapides loquentur & testimonium proferent aduersus iniquum & mendacem, qui verbum Dei audiens, id noluit obseruare, imò violauit præcepta & mandata eius. &c.

¶ Vbi obseruabis q̃ sermonem illum beatitudinum quem Christus hic habuit, licet alij existiment alium esse ab eo quem Matthæus narrat ego vero salua aliorum pace eundem esse credo. Et si cõtradicere videatur id quod Matthæus dicit, q̃ Christus ascendit in montem, Lucas vero quod descendit in locum campestrem. In quibus verbis nulla est contradictio aut repugnantia: nam licet locus hic campestris mons sit, & illum Matthæus montem vocet, nihilominus vt dixi nulla est cõtradictio, nam locus cãpestris mons est, licet sit quædam pars montis planior. Loca enim campestria solent in scriptura montes vocari, quæ non sunt omnino excelsa, nec omnino plana sicut valles. Etenim in libro Numerorum ponitur quædam mansio Israelitarum in campestribus Moab, & alia subsequens ponitur in planioribus locis terræ Moab. Ex quo inuenitur quod loca campestria non erant plana, sed sunt quasi quidam descensus montium vbi Christus prædicauit. Ascendit in altitudinem montis vbi discipulos elegit in Apostolos, & descendens in medium montis in quadam planicie accesserunt ad eum discipuli eius, & videns multitudinem turbarum, tunc prædicauit sedens: quia locus ille satis conuenies erat vt posset in eo sermonem ad populum habere, vbi omnes conuenerunt.

Cùm autem dicit Matthæus quod sedit, & Lucas quod stetit: nulla est contradictio, nam cùm accessisset ad loca campestria in illo mõte stetit cum discipulis suis, expectans paulum donec congregarentur turbæ vt omnes doctrinam audirent, quæ cùm congrega-

Luc. 9. Luc. 22.

Matth. 26.

Ioann. 6.

Matth. 14.

Apoc. 12. Gen. 2. & 3.

Psal. 40. Ioan. 13.

1. Cor. 10.

Gen. 31.

Mat. 5.

Num 22. & 26.

Mat. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo. 19. cæ essent sedens incepit prædicare.
¶ Sedens autem docebat, vt significaret differentiam inter nouum & vetus instrumentum: nam lex vetus data fuit cũ terroribus, fulminibus, & tonitruis: ita vt populus tremens, & mortem timens dixerit Mosi. Non loquatur nobis Deus, sed tu loquere nobis: ne forte moriamur. Exo. 20. Deut. 5. Lex autem noua quam Christus dabat, erat lex suauis, iucunda, amoris, & quietis plena: ideoque sedit. Sic Paulus Romanis scribens ait. Rom. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum. ¶ Aduerte autẽ quod sedit in loco apto & publico ad prædicandũ: vt ab omnibus posset videri, & audiri: ideoque omnes accedentes audiebant verbum illius & curabantur. Principes nanque, qui veluti fontes sunt à quibus omni populo hauriri debet aqua, omnibus se amabiles præstare debẽt & nemini quamtunuis pauperi & inopi ad eos ingressus abnegari debet, sed cunctis sine acceptione personarum patere. Nã optimo ure in eum animaduerteret iudex, qui fontem omnibus communem sibi rãtum vendicare vellet: & sepi & sera additis aditũ omnibus prohiberet. Ita etiam graniter sunt puniẽdi, qui sibi solis tantum principum fauorem cõciliant: cæteris vero omnibus clausam ostendunt portam, ne aditus pateat vt à rege necessaria impetrent. At quemadmodum aqua illa salubrior est, quæ nec terra permiscetur, nec cœno: sic ille princeps reipublicæ erit vtilior, qui nullius terreni hominis admixtam habuerit familiaritatem: nam quantumuis fuerit excellens princeps & animi candore præditus, nihilominus, vt limpidissimum quoddam speculum à circunstanti flatu obnubilabitur: nisi tali sit spiritu afflatus, vt nihil velit pati, quod rationis limina transcendat. Iudicium igitur rationis ita semper in iudice maneat liberum, vt cuncta Christianis institutis gubernet, mala puniat: & vbique locorum virtutis & pietatis studiosissimus sit cultor, exempli Christi Redemptoris nostri memor, qui Ioanni & Iacobo iniusta petentibus non concesserit, neque ad id amoris & familiaritatis vinculum coegit: imò diuersa multo à suo palato respondit. Mat. 20. Nescitis (inquit) quid petatis. Nunc verò à nullo familiari detentus fons ille misericordiæ peremnis omnibus paret, omnibus adest, omnibus detrain porrigit, vt ad eum accedant vt bibant, & fauentur. Stetit itaque in loco campestri, in loco publico omnibus petuio: vt omnes ad eum possent accedere, & si vellent tangere, vt ab infirmitatibus sani euaderent & vt suam doctrinam audirent. Idcoque ad eum accesserunt discipuli & copiosa turba: nã cũ sletisset & eos circunspiceret, intellexerunt, eũ velle prædicare: quocirca omnes illum circuierũt, atq; ita sequitur in textu. *Et multa discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem & maritima & Tyri & Sidonis.* Eodem die, quo electi fuerunt Apostoli mox confluunt populi: quia futurũ erat vt horum duodecim prædicatio per vniuersum orbem funderetur in omnes gentes. Aduerte autem quod in cacumine mõtis solus erat cum suis discipulis: postquam verò descẽdit, maxima multitudo ad eũ accessit. Non poterat turba in montẽ ascendere, quia quos delictorum sarcina deprimit, nisi deposito onere ad mysteria sublimia scandere minime possunt. Idcircò filij Israel non poterãt in montem scandere, vt Deo facerent obsequia: quia Ægyptiorum detẽti conuersatione impediebantur. Sed solus Moses ascenderat & pauci seniores Israel cum eo. As nunc descẽdens Iesus de monte plurima populi caterua eũ sequebatur: nam cùm ad eum turba imbecillis ire nõ posset, benignissimus dñs ad eos descendere voluit, vt ad eum accedere possent. Cuius rei etiam in te ipso experimentũ posses facere. Quoties obsecro, cùm in peccatis & flagitijs lis detentus cumque ad illa accedere non potuis peccatorũ pondere pressus: ipse tanquam clementissimus dominus ad te descẽdit, rogat, vocat, & multis beneficijs te allicit? ¶ Expende autem populi huius deuotionem & feruorem: veniebant quippe de longinquis & remotissimis locis verba Christi & eius doctrinam audituri. Quando canis venaticus leporem, vel aliud quoduis venationis genus inuestigat, si nullum vestigium inuenit piger & iners ambulat, at si venationis ventus nares eius attingit solertissimus & diligẽtissimus currit, quousque feram inuenit. Ita nimirum nos quia Deum non gustamus, nec suauitatem suorum mandatorum olemus: inertes & pigri, in ipsũ obsequio ambulamus. Venimus nanque rem sacram audituri cùm iam sol fere dimidium diei cursum perambulauit, ptolixam concionem fabricamus, & verbis Dei defatigamur: denique in omnibus ad eius obsequium spectantibus negre & ignaue nos gerimus. O vtinã frograria diuinorum odorum degustaremus: vt cœlestem hanc venationem toto pectoris conatu inuestigaremus. Attendite obsecro quomodo omnis hęc gentis multitudo ad odorem Christi currit, suam patriam & res relinquẽs. Tanta est odoris suauitas qui ab ore pantherę exit, vt philosophi dicant quod omnia animalia domicilia sua deserunt, tanta oris eius suauitate attracta. Ita nimirum tam suauis erat odor oris Christi, & ita admirabilis & diuina eius doctrina, tam dulcia verba: vt omnis multitudo gentium illarũ regionum domicilia sua deserentes Christum sequebantur. Ita desiderabat ardenti pectoris amore post Christum duci anima illa sancta, quæ dicebat dilecto suo. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Trahimur, quando tribulationibus & tentationibus exercemur. Currimus cum internis inspirationibus visitati tanquam suaue aliquid olentes diuinis virtutibus fragramus. Itaque quod asperum erat sibi retinebat tanquam tante forti atque perfectæ: atque ideo dixit in singulari, trahe me post te. Ad id autẽ, quod dulce erat & suaue, curremus, dixit in plurali. Trahit Deus per tribulationes & aduersitates, & vocat suauitate & odore inspirationũ & prædicationum & beneficijs: ad hæc autem quæ suauia sunt currebant plures. Currentes ibant attractæ dulcedine verbi Dei & diuinis promissionibus. Hac igitur dulcedine & suauitate ducebat Christus post se hunc populum: & in odore vnguentorum eius veniebat omnis Iudæa, Hierusalem, & maritima cum Tyrijs & Sidonibus. Porrò non veniebant de maritima illa, quę est iuxta mare Galilæum, sed de remota maritima, quæ est iuxta Tyrhenum mare, iuxta quod sunt Tyrus & Sidon. Ex quo quanta fuerit Christi fama & non manifestè colligitur: vt multos Gentiles etiam ex remotis & longinquis partibus attraxit. Quod factum in maximam ignominiam Christianorum cedit: nam cum hi tam à longinquis locis venirent, tu cùm iuxta Ecclesiam sis, nec paululum laboris assumere vis, vt in templum habeas: si vel minima pluit aqua, vel paruus sufflat ventus.
¶ Ponuntur autem nomina harum ciuitatum, vt magis confundatur Iudæa: quia ad hos Gentiles non iuit Christus, sed ipsi ad eum venerunt. Quod iam multis retro ante seculis egregius prædixerat vates. Memor esto Raab & Babylonis: scientium me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum, hi fuerunt illic. Hi vtique in die iudicij aduersus nos insurgent, & frigidam nostram deuotionem confundent: quemadmodum Ni- Matth. 12. niuitæ fecerunt aduersus Iudæos: quando ipsi, cùm Gentiles essent, tanta deuotione & feruore Christum sequebantur, vt eius doctrinam audirent. Vt autem scias hoc illos quæsiuisse, causam huius sequelæ subdit Euangelista dicens. *Qui venerant vt audirent eum.* Quia sicut anima Christi erat instrumentum diuinitatis ad edenda miracula in corporibus hominum: ita verba Christi erãt instrumentum eiusdem deitatis ad efficiendas mirabiles operationes in animabus. Et quem Leui. 18. admodum res erat admiratione dignissima Mat. 8. vt Christi manus visum cæco restitueret, & quod Christi manus leprosum mundaret: ità multò dignius admiratione erat, quod eadem vox vitam daret defunctis animabus. Nam verba Christi nõ solùm excitabant animos audientium, nec solum (vt solent cęteri prædicatores) suadebant: sed etiam talem virtutem habebant & potentiam, vt videretur quasi cogere auditores, vt id facerent quod ipse prædicabat. Donabant itaque verba Christi gratiam, sine qua anima mouere se ad iustitiam coram Deo non potest. Vellem ego vt in deuotionem & sanctum spiritum huius gentis oculos conijceres. Omnes Gentilium nationes & omnes mundi respublicæ semper de origine & natione sua, deque earundem fundatorum & principum nobilitate seipsas iactauerunt: si autem aliquando cõtigit vt principium & originem suam non inueniant, vt se nobilitent & magnificent, mendacia fingunt. Itali gloriantur genus suum deducere à Troianis, Hispani verò à Gothis. Sic nos maximè gloriari de Christianismo debemus, vtpote cùm nullum sit tam illustre, tam nobile, & tam egregium genus, de quo maiori iure nos iactare debeamus. Oculos igitur nostros conferamus in principium legis euangelicæ, & in feruorem & spiritum primæuæ illius ecclesiæ: tũcq; videbimus manifestè quantum ab illa gente degeneremus. Magni igitur æstimemus tam illustrem originem habuisse & in meliorẽ mentem redeamus: si illis non sumus similes: & doleamus quandoquidem ab eis loge distamus. Tunc enim è tam longinquis terris ad Christi conciones confluebant: nunc autem vel duobus gradibus factis iam defatigamur. Et hoc erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Hieremias lamẽtabatur dicẽs. Viæ Siõ lugẽt, eo q̃ non sit qui veniat ad solennitatẽ.
Treu. 1. Quando autẽ hoc lamẽtabatur propheta, id erat ob defectũ gẽtis: nunc vero nõ is est defectus, quia omnes viæ & plateæ plenæ sunt hominibus, sed potius ob defectum deuotionis. Ideò dominus. Qui ex Deo est, verba
Ioan. 8. Dei audit: propterea vos nõ auditis, quia ex Deo nõ estis. Gaudet vnusquisque si bona gesta suorũ audiat. Nã si quis Gallus est, gaudet si audiat narrare egregia Gallorũ facta. Si autẽ coram aliquo Gallo. Vngarorũ facta quis narret, nullam præbet attentionẽ, nec aures illi accommodat. Ita natura quis gaudet sui generis & auorum suorum illustria audire facta, quia ab illis descẽdit: si autem loquela incidat de eis quæ non ad suos pertineant, nihil facit, & discedit. Ità nimirũ, qui sunt de genere & prosapia Dei, quæ Dei sunt audire gaudent: at qui ex Deo non sunt sed patrem
Ioan. 8. diabolum habent, sicut obstinati, non sermonibus Dei gaudẽt. Quapropter dñs eis dixit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo nõ estis. Cuius igitur domini sunt? Vos (inquit) ex patre diabolo estis: atq; ita vobis placet eius verba & sermones audire, vt sunt murmurationes, blasphemiæ, & turpia & obscœna verba. Vnum autẽ ex præcipuis signis, quibus suspicari potest, an quis prædestinatus sit, illud est, an gaudeat Dei verba & conciones audire: Nam si suaue & iucundũ illi est audire verbum domini & in eo delectatur: magnũ vtique argumentum est eum esse electum & ex familia & domo Dei. O quam magna multitudo eorum est, qui in audiendis concionibus defatigantur, & verba vitæ nec primis labijs degustant. Ita etiam magna multitudo eorum est, qui in gehennam tendunt. Super est illis tempus, vt legant profanos & obscœnos libros, in quibus non nisi de mundo & carne agitur, at sanctum & deuotum codi-
2. Tim. 4. cem nec dimidia hora manu sustinere possũt: & si concio durat plusquam dimidia hora, quam molestè & ægrè ferunt abeũtes & murmurantes. Vt rectè hac nostra misera & infœlici tempestate illud Pauli verum habeat. Venient enim tempus cùm sanam doctrinam nõ sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros pruriẽtes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Aliam eriã causam subdit nunc euangelista, propter quam illæ gentes ad Christum veniebant, dicens. *Et sanabat eos à languoribus suis.* Deserebãt omnes hi sua domicilia, vt salutem consequerentur: & vt Christũ audirent per mõtes & præcipitia nõ sine magno gaudio rendebant. Licet autem nunc dominum interrogare. Quid est quod si in mundum venisti, vt salutem & dona illi tribuas, tam care hæc omnia illi vendas? Non ne tuæ diuinæ & ineffabili misericordiæ conuenientius esset, vt in ciuitate eos doceres, & ibi eos curares, vt non tanto labore, & tam longo facto itinere eos in montem duceres? Non vtique nam ita dominus sua misericordia cũ hominibus vtitur, vt velit semper eius iustitiam saluam & incolumem permanere, vt verè illa duo de Deo dicantur. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax oscula
Psalm. 84. tę sunt. Iustitia nanq; & misericordia in Deo pari gradu currunt. Vt autem Deus beneficia hominibus conferat, vult vt ex ipsorum hominum parte aliqua dispositio fiat: quodquidem sacræ paginæ exemplo non difficile erit ostendere. Nam cùm dominus Holophernis caput in Hebræorũ manus traditurus esset, & victoriam illis concessurus: vult prius vt fame patiantur, sitim, & labores, & vt Iudith preces fundat & caput & vitam simul in discrimine ponat. Vult itaque vt quantum in se fuerint, digni sint beneficijs Dei. Tu autẽ quid est quod existimes gloriam attingere posse nihil agens: vitam in voluptatibus, & delicijs agẽs? Sed ad id fortasis mihi obijcies. Deus misericors est, omnibus veniam condonat. Vera te narrare fateor. At scias oportet, quemadmodum misericors ust, ita etiam rectus & iustus. Vnde quotiescunque in scriptura de diuina sua misericordia agitur, eam semper videbis tribui contritis corde, & eis, qui suorum peccatorum pœnitentiam agũt. Sic rex Ezechias dixit. Pius & clemens est dominus, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eũ. Vbi videre licet quod misericordia promittitur non obstinatis peccatoribus, & otiosis hominibus: sed ijs tantũmodo, qui conuersi fuerint ad eum. Quod exemplo appositissimo tibi ostendam. Nã
1. Reg. 18. cùm Nabal Carmelus graui affecisset contumelia regem Dauid: ipse Dauid vehementer iratus volens in Nabalem grauiter animaduertere, exijt ei obuiam vxor Abigail, & flexis genibus coram Dauid munus obtulit, atque ita eum placauit, ne vindictam de marito, deq; vniuersa familia sumeret. Quid hoc facis Abigail? Nonne scis Dauidem virum esse misericordem? Ita nimirum, nihilominus tamen opus est obuiam ei exire, preces fundere, & munera offerre, vt suam misericordiam possim impetrare. Destruxit dominus ciuitates illas Sodomam & Gomorram: quæ non inuenit in eis iustos propter quos illis parceret. Ita etiam vult dominus, vt laboremus, in mandatis domini, & pœnitentiam agas, si cœlum introire vis: nam sancti, qui in eo sunt per varios casus: per multa rerum discrimina, per crucẽ & tormenta id consequuti sunt. His etiam, qui modo illum sequuntur, Christus dominus non sine aliquo eorum labore salutem vult tribuere: sed vult vrà ciuitate exeant: deserantque domicilia sua illum querentes.

¶ Vbi aduertere est opus, quod postquam prædicauerat, sanabat eos: & post doctrinam sequebantur miracula: nam legem euangelicam, quàm Christus prædicabat, confirmabat illam statim factis miraculis. Prædicabat his Christus, posteà verò ab infirmitatibus & languoribus suis illos sanabat: quibus ostensis miraculis probabat doctrinam suam veritatem esse infallibilem, ipsumque verum esse Deum. Ideoque aduerte, vniuersas leges constitutas à sapientibus, & philosophis mundi, & eas etiam, quę tam in canonico, quàm in Cæsareo iure continentur, fundatas esse & stabilitas in rationis perpendiculo: vnde famosum axioma iureconsultorum est, quod ratio legis est anima legis. At leges, quas principes & reges stabilierunt, fundatæ sunt in potentia. Nam siue rationem in se contineant, vel non, procul dubio adimplendæ sunt, & ad vnguem obseruandæ, cùm rex ita præceperit: alias qui legum limites trasce-
Iudic. 8. derit, in eum animaduertetur, tanquam in transgressorem legum: cùm rex summum imperium habeat in regno suo. Ita vt vera potestas & imperium in vero dominio fundatur: ita quod tantam potestatem princeps habet, quantum fuerit eius dominium. At in Deo multo aliter contingit, nam dominium in potentia fundatur, quæ infinita est. In quo igitur, bone Christe, tua lex fundata est? Non vtique in potestate, ne in ratione. Non in potentia: quia neminem coegisti vt fidem tuam reciperet: nec aliquem compulisti, vt legem tuam amplecteretur. Nec etiam in ratione naturali fundatur, quia quamuis non sit contra rationem naturalem imò præsupponat illam: est tamen supra: nam omnes rationis lineas trascendit, & omnem humanum intellectum etiam acutissimum, & sublimem superat. In qua igitur re hæc lex fundatur? Vtique in sola sua autoritate: nam solum quia Christus hoc dixit, ideò credendum est. Qui igitur fieri potest, vt sciamus, Christum id dixisse? Nam statim quod scimus id Christum dixisse, minime id dubitari potest. Solet enim contingere, vt mariti per puerum aliquem vel per seruum vxoribus perant: vxores autẽ id dare nolunt, quousque per aliqua signa illis constet maritos id petere. Nemo est bone Deus omnium hominum, qui sub cœlo sunt, qui tibi non credat: at quomodo sciemus quod tu id dicis, & imperas? Vtique per signa
Exod. 3. mea. Dixit dominus Mosi. Vade & dic Pharaoni, vt dimittat populum meum. Dixit Moses. Et quomodo credent mihi & dixit illi dominus. Quid habes in manu tua? Respondit. Virgam. Tunc que misit illam in terram: & conuerla est in colubrum. Dic igitur Pharaoni, vt populum meũ dimittat: & dato hoc signo, id est facto miraculo, statim intelliget, quod missus es à me. Nam cùm Deus solus, qui supra omnem naturam est, miracula facere possit, cumque ipse testis esse nequeat mẽdacij, faciẽs miraculum in testimonium eius quod dicis, probabis omnino te à me missum esse nuncium, vt hæc illis dicas. Accedunt igitur hi audituri diuinam & admirabilem Christi doctrinam. Ac probat se esse Deum, id autem, quod dicit procul dubio credendum esse coram eis factis miraculis sanando infirmos, & in integram valetudinẽ eos restituendo, cũque in ictu oculi, & imperando hæc miracula operaretur, clarum reddebat testimonium veritatis quã prædicabat. ¶ Ex hoc vero contextu ad nostram eruditionẽ duo, obseruanda sunt. Primum dixisse, quod venerũt, vt audirent verbũ eius: posteà verò, vt sanarentur à languoribus suis. Prius namq; vt cordati & prudentes homines de valetudine animæ agebant, quam de corporis incolumitate. Dis-
Matth. 6. camus primò quærere regnum Dei, & iustitiam eius: & deinde omnia hæc terrena nobis adijcientur, iuxta saluatoris promissum. Sed iam oppositum fieri videmus: tota namq; solicitudo rerũ terrenarũ est cibi, potus, & vestitus: hæc enim amplectuntur homines, animæ verò saluté obliuiscuntur. At cõmunia & humanos sumptus nũquã pecuniæ deficiũt, at pauperi, egeno, & viduæ sæpe deest. Si corpus infirmatæ, expertus medicus quæritur si anima

Universidad de Deusto Biblioteca

ægrotat quicunque imperitus sat est: atque ita sua peccata confitentur coram ineptis & insipiẽtibus sacerdotibus, cum multo melius saluti corporis prouideant. Vbi omnis rectus & bonus ordo iam peruertitur, nam mundana diuinis & cœlestibus præferuntur: quemadmodum Esau contigit: *Gen.27.* cui pater benedictionem dedit secundũ mores suos, bona terrena cœlestibus præferendo. Nã Esau & illi similes mundanas diuitias plusquã cœlestes diligũt. Ideò dixit ei pater. De pinguedine terræ & de rore cœli erit benedictio tua. Nõ sic viro sancto Iacob dixit, sed potius cœlestia & spiritualia terrenis antepoſuit dicens. De rore cœli & de pinguedine terrę, sit benedictio tua. Nã iusti prius spiritualia, quã quæ carnis sunt quærũt. ¶ Docemur secũdò infirmitates & tribulationes bonas esse, quandoquidem in Deũ nos ducunt. Multi nanque istorũ infirmitatum causa Christum quærebant, qui forte si incolumes valerent non quærerent. Bona igitur reputanda sunt ea, quę hominẽ ad Deum ducunt: cùm igitur languores, dolores, & corporis ægritudines homines ad Deum ducant, vt euãgelista ait, quod veniebant, vt curarentur à languoribus suis: non hæc mala sunt æstimanda, quandoquidem tam nobilem effectum pariunt. Quod quidẽ, *Exod.5.* si attentas præbueris aures sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. *2.para.36.* Nam Pharao, & Manasses rex Iuda, non solum in prosperitate Deum non agnoscebant, verum iustos & bonos persequebantur: at cùm dominus misit eis infirmitates & tribulationes ad illum reuertebantur. *Psalm.15.* Sic Dauid in psalmo. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. *Psalm.159.* Et ipse de se inquit. Ad dominũ cùm tribularer clamaui. Videbis nanque sæpe sæpius robustum adolescentẽ, incolumẽ, sanum, & optima valetudine fruentem, qui vitam perpetuò in vitijs & in voluptatibus degit: quem si dominus punctorio vel laterali dolore percutit, statim ad Deum se conuertit, confessarium inuocat, & sacramenta postulat, & inquit. Quidquid in mundo est, vanitas est, stabile autem & firmũ Deo seruire: promittit idem se statim vt à lecto surrexerit diuinis mandatis semper operam daturum. Vides igitur quomodo ægritudines & labores homines ad Deum ducant? *2.Cor.12.* Quod aduertens diuus Paulus Corinthijs dicebat. Dum infirmor fortior sum. Qui igitur id fieri potest: Nam qui infirmus est ad nulla exercitia est aptus, quod vnusquisque in se ipso experiri poterit. Nihilominus tamen etiam si hæc vera sint, verum habet dictum Apostoli, cũ infirmor fortior sum. Nam cùm anima tres habeat capitales inimicos: mundum, carnem, & dæmonem? cùm infirmatur homo vnum ex his tribus nẽpe carnẽ victam & superatam habet. Et non solum hũc inimicum victum habet: imò ipsa caro, quæ inimica animæ est, tũc à partibus animæ stat, & illi fauet. Cumque dũ valet corpus, tres sint aduersus animam inimici: cùm ægrotat, duo aduersus duos insurgũt, cũ caro à partibus sit animæ, & illi faueat. Ideoque rectissimè dixit Paulus, cùm infirmor fortior sum. *Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur.* Immundus hic dæmon appellatur ab effectu: quia hominum animos immundos reddit. De corde enim exeunt quę coinquinant hominem, *Mat.* scilicet, adulteria, fornicationes, & mẽdacia: quæ omnia pater & inuentor medacij diabolus homini suggerit, vt ea faciat, quæ hominem coinquinant, & immundum reddunt: & quia hæc immunda suadet hominibus immundus appellatur, ad differentiam angelorum, qui mundi spiritus dicuntur.

¶ Præterea in his verbis quatuor conditiones maligni spiritus nobis significãtur. Primò spiritualis naturę subtilitas, quia spiritus est. *Ephe.* Vnde Apostolus. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ: sed aduersus spiritus & potestates. &c. Et princeps Apostolorũ Petrus inquit. *1.Pet.* Aduersarius vester est diabolus tanquã leo rugiẽs circuit. &c. Secũdò ostenditur culpę fœditas: quia immũdus est, & sordib[us] peccatorum gaudet. Ideo dominus ait infra. *Luc.* Cũ autem spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida. &c. Non inuenit requiem, quia in cœno luxuriæ, & carnis voluptatibus quiescit. Qua de causa in Matthæo *Mat.* & in nostro Luca *Luc.* legimus, quod volens Iesus ejicere legionem dæmoniorum ipsi dixerunt. Si ejicis nos, mitte in porcos. *Quia cùm immundus sit*, immundis animalibus delectatur. Tertiò ostenditur hic ipsius peruersitas & malitia, quia ob inuidiam & malitiam homines vexat, cùm nihil vtilitatis sibi comparet ex hac re, sed potius calamitatem & miseriã. Vnde sapiens inquit. *Sap.* Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Quartò significatur hic modus nequitiæ suæ: nam à domino cohibetur, & tẽperatur: ne tantũ mali faciat, quantum ipse desiderat, vt hic dicitur. Et in libro

libro Iob legimus, dominum dixisse Satanæ. Animam eius serua. Quibus verbis manifestè apparet, dominum modum & mensuram tentandi apposuisse faciendo ei potestatem, vt illum percutere posset: tamen non ita vt eũ ad interitum vsque perduceret. Ita etiam nos si volumus, possumus eum vincere: nam Christus vires illi abstulit: nã ante Christi aduentũ dæmon potentior erat & fortior. Tũc enim erat diabolus princeps huius mũdi nũc autem eiectus est foras. Verũ quomodo diabolus sit in corpore humano & possit illud vexare, inferius in capite vndecimo huius Deo dante dicemus. *Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes.* Non solum infirmi, sed etiam, qui optima corporis valetudine fruebantur ad eum veniebant: & vt Marcus inquit, certatim irruebant, vt eum tangerent. Et sic ista curatio & sanatio non solum de corpore intelligenda venit, sed etiam de animis: nam à peccatis sanabat, quos aptos inueniebat, quique nullum ponebant obicem. Nam virtus de illo exibat; hoc est, sanctitas, quę in ipso erat ad operationem se extendebat: & velut causa producit effectum, sic virtus de illo exiens salutem & incolumitatem restituebat. Apostoli nanque & alij sancti, non habebant virtutẽ à seipsis promanantem: nec erant fontes virtutum, sed riuuli quidam ab illo perenni fonte aquæ viuæ, quę Christus est, dimanantes. Vnde diuus Paulus hæc aduertens inquit. Alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonum, &c. diuidens singulis prout vult. Sed Christus fons erat perpetuò scaturiens omnium virtutũ & gratiarum à se egredientium. Potest etiam per hanc virtutem intelligi miraculosus iste effectus curationis: etiam q; virtus actiua huius effectus, quæ in op[us] exijt, & ad id se diffudit. ¶ Porrò virtus illa à Christi diuinitate tanquam à causa prima & principali egressa est, & ab eius humanitate tanquã à causa secunda instrumentali: quia humanitas Christi fuit instrumentum viuum suæ diuinitatis, coniunctum, immediatum, & proprium: sicut, & corpus nostrum est animę nostræ instrumentum. ¶ Obserua verò quod omnis artifex duplex habet instrumentum, coniunctum videlicet & separatum: quibus anima vtens omnẽ absoluit opus. Instrumentum coniunctum habet virtutem operandi ab ipsa anima, separatum autem à coniuncto mouetur. Manus artificis dicitur coniunctũ instrumentũ: securis verò, serra, & similia separata dicuntur. Ab anima enim primũ mouetur, & per primum secundum, id est instrumentum separatum. Diuinum igitur verbũ à Deo patre, lumẽ de lumine indeficiẽs, Deus verus de Deo vero vnita sibi nostræ fragilitatis substantia tanquam instrumento coniuncto ea vtebatur, ad donandam sanitatem, & ad mirabilia opera efficienda. Quemadmodum enim qui sitibundi sunt ad fontem currunt ex aliqua rupe manantem & vnusquisque ore, vel vase admoto aquam sibi haurit abundè: ipsa tamen aqua (quamuis magna sit multitudo haurientium) nõ minuitur: & quẽadmodum candens ferrum omnes tangentes adurit: sic humanitas Christi à diuinitate habens virtutem omnibus indigentibus salutem præbebat: neque præ multitudine eorũ, qui sanabantur fons virtutis eius exhauriebatur. Imò quotquot fide viua illam sanctissimã humanitatem diuinitatis igne accensam tangebant, omni mora expulsa sanitati restituebantur. Quocirca rectè ait Euangelista quod omnis turba quærebat eũ tangere: quia virtus hæc, quæ de illo exibat sanabat omnes. Et nihil mirum: nam si solo tactu ossium Elisei, mortuus vitam habuit: *4.Reg.13.* & contactu sudarij Pauli languores recedebant, *Act.19.* & dæmonia expellebantur: quanto melius cõtactus Christi sanare posset omnes infirmos? Præterea tãgit Christum, qui credit in eum: & tangitur à Christo, qui in fide ab ipso Christo roboratur & firmatur. Quapropter Iacobus admonet dicens. *Iaco.4.* Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Qui ergo sic tangit & tangitur virtute spiritus eius sanatur. Accede igitur nunc tu ad Christum: nam ita potens est modo tuas infirmitates curare, sicut tunc quando tanta virtus de illo exibat. Nanque si mœstus & tristis es, si pauper, si infirmus, si flagitijs & peccatis coinquinatus, si in misera dæmonis seruitute iaces: accede ad Christum ne timeas: qui potens est, qui omniũ nostrorum lãguores tulit, tua vulnera curare. *Esai.53.* Cùm de illo & nõ immeritò imò aptissimè & concinne egregius canat psaltes. *Psal.146.* Qui sanat omnes contritos corde, qui redimit de interitu vitam tuam. &c. *Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.* Hunc sermonem non tantũ ad discipulos suos habuit, sed etiam ad omnem plebẽ. Quod manifestè patet quia Matthæus *Mat.7.* qui hunc & eundem sermonem scripsit, dicit: quòd cũ consummasset Iesus verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc mirabantur turbæ super doctrina eius. Et infra noster Lucas in initio capitis sequẽtis inquit. Cùm autem impleuisset omnia verba sua in aures plebis. Hic autẽ dicitur, quod conuertit oculos ad discipulos, quia ad ipsos præcipuè loquebatur. Præterea, cùm dicitur, quod eleuatis oculis loquebatur, insinuatur affectus loquentis, & sublimitas eorum de quibus habebatur sermo.

¶ Ore autem nunc docebat. Ideoque clarius Matthæus dixit, quod aperiens os suum docebat eos. Nunquid clauso ore docere poterat? Vtique si clauso ore non posset docere nõ diceret euãgelista quod aperto ore docebat. Quapropter operæpretium est aduertere duplicem esse docendi modum: alterum manu, alterum verò ore. Manu docet qui bene viuit, & operatur: ore autem qui bene docet & prædicat. Christus nanque triginta annorum spacio sanctis & studiosis operibus docuerat: nunc autem quod manibus docuerat idem ore docet. Prius cœpit facere: modo verò incipit docere. Nanque qui in præsepi Bethleem, & in domicilio Nazareth mũdi contemptum & paupertatem docuerat: nunc eandem paupertatem docet dicẽs. Beati pauperes. Docuerat antea ipsa manu interpræsepis angustiã positus vagire & flere: modo autem ore suo docet, dicens. Beati qui lugent. Manu docuerat famem, nunc autem ipso ore dicens. Beati qui nunc esurius. Docuerat peregrinari, & exilium pati fugiens in Ægyptum: nunc verò id ipso ore docet. Beati (inquit) cùm oderint vos homines. Igitur qui anteà apertis manibus bona opera docuerat, paupertatem, humilitatem, & patientiã: nunc aperiens os suum docebat eos. Age verò fili Dauid, & attende quod pater tuus Dauid incipit suos psalmos à beatitudinibus dicens.

Beatus vir qui non abijt in consilio impiorũ sic tu incipe à beatitudinibus sicut pater tuus sicut Christus fecit in his verbis inquiens.

Beati pauperes quia vestrum est regnum Dei. A beatitudinibus incipit, quia in omni operatione humana præsupponitur finis, propter quẽ operamur, & ille est principiũ in actionibus, & maxime comperit hoc beatitudini quæ est vltimus finis. Nihil enim tam ardenti pectore homo desiderat, quam ipsam beatitudinẽ: & reliqua omnia propter ipsam appetit. Sola autem beatitudo propter seipsam appetitur, quia vltimus finis est. Etenim omne bonum ratione beatitudinis imperfectum & in absolutum est: cum ipsa sola sit, quæ postquam adepta est, nihil vlteriùs desiderari potest.

Quia igitur Christus eam legem incipiebat dare, in qua multa præcepta continebantur, quæ difficultatem habebant, vt homo ad illa operandum facilius duceretur, voluit vltimũ finem ostendere, ad quem ordinabantur & perducebant ista mandata. Sic illi adolescenti dixit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sic daturus legem Iudæis præmisit illis bonum, quod habituri erant, si seruarent legẽ. Si audieritis (inquit) pactum meum, eritis mihi in peculium. &c. ¶ Præterea non tantum spe vitæ æternæ allicit eos ad obseruationẽ præceptorum, sed nunc etiam in præsentiarum vocat eos beatos: quia fides initium beatitudinis est, & pignus vitæ æternæ. Vnde dominus ait. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hic enim de cognitione fidei loquebatur Christus. Etenim duplex est beatitudo: altera in via, altera verò in patria. Prior est fidei, quæ per charitatem operatur, alia est fruitio diuinæ essentiæ. Beatitudo viæ est actus meritorius beatitudinis patriæ, quia meritum homines disponit ad fœlicitatem patriæ. Prioti modo vocat hic Christus beatos pauperes, esurientes, & flentes. Itaque illi pauperes flentes & persequutionem patientes re vera beati sunt: si loquamur de beatitudine viæ. Sunt què beati in spe, loquendo de beatitudine patriæ. Vnde mirari non desino quomodo tot viri alioquin eruditissimi magnifaciant hanc autoritatem Ioannis, vt per illam probent beatitudinem patriæ consistere in actu intellectus: cũ Christus ibi nõ loquatur de beatitudine patriæ, de qua est quæstio, nisi de cognitione fidei, quia subdidit statim Christius. Ego te clarificaui super terrã. Quomodo? manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Et infra in eodem capite se ipsum declarans dixit. Et cognouerunt verè quia à te exiui: & crediderunt quod tu me misisti. Postulat nanque hic Iesus vt quemadmodum ipse effecit, vt crederent in patrẽ, ita à patre faciat, vt credant in filium Iesum Christum: quam fidei cognitionem vitam æternam vocat: sicut in alio loco ipse saluator dixit. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Non dicit habebit sed habet, de præsenti loquens. Itaque ex hac autoritate Ioannis vbi Christus dixit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. arguere ad probãdum, quod beatitudo cœlestis, de qua est disputatio, consistat in intellectu principaliùs, esset arguere acsi quis diceret, quòd in beatitudine patriæ erit pauperras, luctus, & reliqua: quia Christus hic dicit, beati pauperes, beati qui nunc fletis. &c. quod quidem ridiculum esset, cum Christus hic & in Ioanne in præfata autoritate de beatitudine viæ quæ est per fidem loquatur. De beatitudine fidei etiam interpretantur illam autoritatem Ioannis sancti patres Hilarius, & Cyrillus, & Ambrosius. Christus nanque aliquando loquitur de beatitudine patriæ, aliquando verò de beatitudine viæ: quod quidem ne decipiaris, diligẽter aduertendum est. Nam non solùm sunt beati in patria, sed etiam nunc in via, vt decinit diuinus vates. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Omnes enim tam illi quã hi, quos modo retulimus Deum vidẽt, longum tamen discrimen & interuallum inter vtrunque est visionem. Est enim quædam clara & aperta visio, qua fruuntur beati in cœlo: altera verò obscura est ænigmatica, quã per solam fidem fideles habent: nam cætera hominum infidelium & ethnicorum pars mentis misera cæcitate laborat. Vtrunque comprehendit diuus Paulus vnico orationis contextu. Videmus (inquit) nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Quod quidem similitudine apposita libet expendere. Sunt enim in ordine diui Ioannis Baptistæ Hierosolymitano (cuius conuentum nũc est in Melita) quidam nobiles viri commendatarij, qui simul cum habitu multas habent possessiones & hereditates, & diuites sunt: alij verò sunt ibi commendatarij qui nullam hereditatem acceperunt, sed solum habitum commendatarij habent cãdida cruce insignitum: at hi temporis incremento sua antiquitate hæreditatem expectant. Respondeas obsecro: nõne hi omnes commendatarij sunt? sunt procul dubio. Ita nimirum beati, qui nũc in cœlo diuina fruuntur essentia, sunt tanquã commendatarij qui iam possessionem & primogenituram cœli hæreditarunt: at isti qui in hac misera lachrymarum valle huc & illuc procellis innumeris iactantur commendatarij sunt in spe, qui professionem fidei habent, & habitum gratiæ, & crucem mortificationis & pœnitentiæ. Illi ii possident & fruũtur, hi autem expectant. Et quemadmodum hos eos, qui iam hæreditarunt, & eos, qui in spe sunt hereditatis commendatarios appellamus: sic Christus modo, eos qui lugent, qui esuriunt, qui calamitatibus opprimũtur, beatos appellat: vt eos etiam, qui iam in cœlesti regno habitant. Quo etiam modo intelligendæ sunt illæ autoritates, beatus vir qui non abijt in cõsilio impiorum, & illud etiam, beati omnes qui timent dominum, & illud beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ: quæ omnia sic debent intelligi, scilicet qui talia operantur, in via sunt beatitudinis: per semitam ambulant quæ ad beatitudinem perducitur. Quemadmodum si quis hominem habentem in manu in alba papyro depictum templum interrogaret, quid manu tenes? ipse responderet templum, bene quidem respõdisset: etiam si nec lapides, calcem nec ligna manu teneret, sed ipsum templum lineamẽtis descriptum. Sic isti beati dicũtur: qui imaginem æternæ fœlicitatis referunt, & similitudinem ciuium beatorum.

¶ Obserua præterea discrimen esse inter beatitudinem donum, & beatitudinem virtutis: nam virtus & donum sunt habitus, beatitudo verò est actus virtutis. Et etiam differentia est inter beatitudines & dona. Quia dona perficiunt & reddunt virtutes illustriores ad operandũ & eas in dignitate antecellunt, dẽptis virtutibus Theologicis quæ perfectiores sunt donis. ¶ Præterea multas beatitudines posuit Christus, vt ostẽderet multas esse vias, quibus potest in æternam tendi beatitudinẽ. Ita Christus beatos dixit pauperes, vt etiam flentes beatos nuncuparet. &c. Differentes enim sunt vniuerso generi humano beatitudines viæ huius: dum alius hoc modo, alius verò diuerso posit incedere. Multæ viæ sunt ad cœlestem patriam, & in diuersis detentus studijs saluus fieri potes. Et enim vna beatitudo alteram non excludit, sicut philosophorum sectæ, quarum altera alteram excludebat. Ita vt à Peripateticis ille tantum fœlix & beatus nuncupabatur, qui sapiens erat. Si autem mũdo volueris inseruire vnica tantum via est. Nam si tu Archiepiscopatum Toletanum ardenter desideras, vnica sola via est, ad id consequendum, scilicet, vt is moriatur qui modo illum possidet: quia fieri non potest, vt duo simul hanc dignitatem subeant. Ita Iacob dixit Esau. Præcedat dominus meus: & ego sequar paulatim vestigia eius. Nam si duo per angustum iter incedere velint, alter alteri est impedimento. At viæ domini multæ sunt, quibus ad eum possumus incedere. Alij nan-

Act. 1. Luc. 2.

Mat. 2.

Psal. 1.

Mat. 5. Exo. 20.

Ioan. 17.

Psalm. 1. Psalm. 127. Psalm. 40.

Gen. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que cæleſtem ſibi patriam lachrymis conſequuntur, alii eleemoſynis, alii ieiuniis & aſperitate vitæ: alii orationibus & meditationib⁹, alii denique multis aliis generibus ſtudiorū, nemo tamen alteri eſt impedimento. Quocirca tu qui pauper es, ne male ſententiam de diuite profer: nam etiam ſi non vt tu, pauperate laboret, eleemoſynis & aliis multis operibus ſibi beatam patriam lucrari poterit. Si autem triſtis es, & peccata tua plangis: ne obſecro iudices eum qui gaudet & ridet: nam ille alia incedit via, quam tu ignoras. Monach⁹ non contemnat ſecularem: neque cleric⁹ monachum. Nemo proximū ſuum iudicet, quia non facit idem quod ipſe: nam vnuſquiſque in ſuo ſtatu, ſi bonus ille ſtatus ſit, ſaluus fieri poteſt. Quocirca Paulus hanc rem maxime commendans inquit. Qui manducat, nō manducantem non ſpernat. Nemo alium contemptui det, quod id non faciat quod ipſe. Cuius rei typus mirabilis illud eſt, quod in Apocalypſi Ioannes inquit: ſcilicet quòd ciuitas Hieruſalem habebat plures portas. Nam illa ciuitas cæleſtis Hieruſalem quæ æterna beatitudo eſt plurimos ingreſſus habet, plurimas portas, & multis viis ad eam incedere poſſumus. Vna quæque harum beatitudinum porta quædam eſt, qua ingredi poteris in cœlū. Propterea inquit Ioannes quod murus iſtarū portarū, & portæ ipſæ ex lapidibus pretioſis erant confectæ: nam virtus vera eſſe debet, tanquam pretioſus lapis, non autem falſa & ficta, ſicut hypocritarum. Grandis erat quia non contentus eſſe debes ſi vnam vel alterā lachrymam fuderis: ſed oculi tui tanquā fontes eſſe debent, nec contentus eſſe debes ſi buccellam panis pauperi erogaueris: atque ita de reliquis virtutibus & beatitudinibus dicēdum eſt. Nam vult dominus, vt virtutes excellenti quodam & heroico modo à nobis adimpleantur. In virtute nāque quam inſequeris, magnus eſſe debes. ¶ Rurſum harum quælibet beatitudo in plurali poſita eſt cùm dicitur, beati & non beatus, vt in qualibet beatitudine multitudo comprehenderetur hominum beatorum. Amatores mundi conſtituūt beatitudinē in rerū abundātia, alii quippe ſectātur ſchola Epicuri, alii verò (vt faſtidiū fugiā) diuerſas philoſophorū opiniões, diuerasq; beatitudines iudicārūt. Atſi mūdani homines has philoſophorum ſectas non pleno ore beatitudines dicant eſſe, tamen ipſis operibus q̄ dignius lamentatione eſt eas beatitudines videntur confiteri. Nam ſunt multi qui cō ſub Chriſti vexillo in ſacro baptiſmatis fōte promiſerint militari, datam fidem ſponſo ſuo nō ſeruantes, potius videntur Gentilium philoſophorum ſcholam profiteri ſuis moribus & vita, quā Chriſti ſaluatoris noſtri. De quibus iniquis Chriſtianis Dauid dixit in pſalmo. Quorum filii ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua: filiæ eorum compoſitæ circumornatæ ad ſimilitudinem templi. Promptuaria eorum plena, &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt. Sed Chriſtus hos omnes mundi errores in his beatudinibus deſtruit & euertit, dicens: non hos beatos eſſe, ſed pauperes, flentes, & qui fame & ſiti opprimuntur. ¶ Denique aduertendum eſt, quod his beatitudinibus docet Chriſtus redemptor noſter, quibus portatis mercibus cœlum emere debeamus. Mercatores nanque qui diuites fieri cupiunt, merces emunt in populis & ciuitatibus, in quibus vilius venduntur, eaſque traducunt, vbi cariori venduntur pretio: atque ita vili ementes pretio, & carius vendentes breui temporis interuallo diuites euadūt. Etenim ſi aliquis Salmanticæ copiam magnā ſiccari emiſſet, vt id Valentiæ venderet, ne potius iacturam ſuarum mercium faceret, quam aliquid lucraretur: nam hic caro venditur pretio, Valentiæ verò vilioris: vtpote vbi magna illius copia eſt. Opus itaq; eſt vt merces tuas vendendas traducas vbi carius venduntur. Attende igitur, o homo tu, qui noctu diuq; in alteram vitam iter vrgentiſſimum agis, quique mature vel ſero moriturus es: ſi beatus eſſe cupis, & in cœloſte regnum ingredi anhelas, tales merces tecum ducas, quæ in illa cœleſti ciuitate non ſint: nec te oneres eis mercibus, quarum in cœlo copioſa eſt abundantia. Ibi nanque gloria & diuitiæ tātæ ſunt vt vllo pacto explicari nequeant, vt regius cōteſtatur vates. Gloria & diuitiæ in domo eius. Plurimus etiam honor ibi eſt, vt idem inquit Pluri. vates. Nimis honorati ſunt amici tui Deus. Ibi denique æterna & perpetua quies eſt: diuitiæ nunquàm perituræ, ſaturitas, gaudium, & ſumma fœlicitas. In illam verò ciuitatē nūquàm ſtrarunt lachrymæ, fames, nec perſequutiones. Tales igitur merces tecum ducere debes: quarum ibi penuria ſit. Non te oneres diuitiis, gaudiis, & voluptatibus: quorū omnium ſummam ibi reperies abundantiam. Quod ſi his mercibus nauem tuam oneraueris in hoc mundo: cùm in cælum appuleris, nihil

Rom. 14.

Apoc. 21.

Pſalm.

bil tecum portabis & perditus omnino manebis. Has nanque merces in cœlum deferre non aliter eſt, acſi ſaccarum in Valentiam portare, vel bombicem in Granatam. In cœlo nō eſt paupertas: onera igitur reipſum multa paupertate, quoniam beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. In cœlo non ſunt lachrymæ, nec triſtitia. Has igitur aſſume tecum: quoniam beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. In cœlo nulla eſt fames. Iciuna igitur & pœnitentiam agita: quoniam beati qui eſuriunt, quoniam ipſi ſaturabuntur. In cœlo non ſunt labores nec perſequutiones. Has in hac vita amplectere, quia beati qui perſequutionem patiuntur, &c. Nam ſi tecum duxeris voluptates, diuitias, quietem, & gaudia, proculdubio perditus abis. Quocirca has amplectere beatitudines, nam illis proculdubio quietem & gaudium æternum emes. Has nanque merces ſancti illi, qui nunc viſione diuina fruuntur, tanquam ſapientes & ſolertes mercatores ſecum duxerunt. Acceperūt hic paupertatem, labores, & triſtitiam, vbi magna horum illic eſt inopia: nunc autem nūquam perituris voluptatibus & gaudijs in cœlo cū Chriſto fruūtur. Primam igitur omnium harum rerum, quam ex toto animo amplecti debes, ſancta & euangelica paupertas eſt, & contemptus harum omnium terrenarum diuitiarum. Et inde eſt quod dominus primam beatitudinē hanc conſtituat dicens. *Beati pauperes.* Multi in illo Matthæi loco, beati pauperes ſpiritu, hunc locum interpretantur de humilibus dicentes. Beati humiles. At quantum ego poſſum coniectari, omnino falluntur: nam quanuis humilitas parens ſit, nutrix indiuiduaque comes paupertatis euangelicæ: at hic ſermo Chriſti de paupertate eſt, quæ diuitijs opponitur. Quodquidem manifeſtē patet ex hoc loco Lucæ. Inquit enim, beati paupetes ſiue mendici, vt ex Græco colligi poteſt. Mox autē beatus Lucas his beatitudinibus contraria ponit, dicens. Væ vobis diuitibus qui habetis hic conſolationē veſtrā. Vę vobis qui ſaturati eſtis. Non dicit, væ vobis ſuperbis, ſed diuitibus. Quod clarū eſt argumentū Chriſtum in beatitudine paupertatis de rerum temporalium abdicatione fuiſſe loquutum. Deinde quid opus erat Matthæum dicere, beati pauperes, & non potius beati humiles ſpiritū: ſi nihil peculiariter dictum vouiſſet de paupertate diuitijs appoſita? Itaque de paupertate rerum temporalium loquitur Chriſtus tā hic, quam in Mattheo. Hanc igitur beatitudinem primo omnium Chriſtus voluit ſtatuere tanquam bonus, & peritus artifex. Primò quia cū aliquis ędificiū ſumptuoſum cōdere vult, primo omnium fodit, & terram foras ejicit: poſteà verò lapides fundamenti ponit, & ædificare incipit. Ità Chriſtus vt diuinum amorem & plurimas virtutes in nobis (ſi ita licet loqui) ædificet, priùs à nobis mundanum amorem ejicit, & rerum omnium terrenarū ſuos ædificans in vera paupertate & contēptu diuitiarum mundi: nam cum natura humana ita labefacta ſit, vix hæc terrena poſſideri poſſunt, niſi cor noſtrum illis fuerit nimis affectum & detentum. In lege veteri nō ſolum non dominus has diuitias contemnere præcipiebat, imò eas promittebat eis, qui diligenter obſeruatores ſuorum præceptorū ſe exhiberent: nam in multis locis ſcripturæ promittit illis dominus abundantem terram & plurimas diuitias. Nunc autem cùm legē euangelicam ædificare vult, profundius fodit, & fundamenta iacit fortiora, paupertatē prædicans. Cùr igitur in veteri lege diuitias promittebat, nunc verò paupertatem prædicat? Quia lex vetus lex erat puerorum: & vt Paulus ait, lex pædagogus fuit. Infantes nanque ſolent nutrices in vehiculis portare: atq; in diuitiæ tanquam vehiculum erant, quibus dominus Iudæos ducebat per legem mandatorum ſuorum. At poſtquam iam aliquis vir eſt adultus vehiculum nō ſolū nō iuuat, imò impedimēto eſt, quominus rectē ambulare poſſit. Atque ita euāgelicis hominibus Deus vehiculū tollit, ne tanquam pueri ambulent: quandoquidem temporales diuitiæ potius impedimento ſunt, quam iuuamini, vt in cœlum eatur. Vnde cùm Chriſtus velit viam cœli nos docere, prius vehiculum tollit, & terram foras ejicit: vt ædificet ſpirituale ædificiū legis gratię & perfectionis.

Leui. 26. Deute. 28. Eſai. 1.

Gala. 4.

¶ Deinde priori loco paupertatis beatitudinem poſuit, quia cùm radix omnium malorum ſit cupiditas, ab ſpontanea ſpiritus paupertate ſpirituales diuitiæ exordium quoddā & originem ducunt. Herba mala radicitus debet euelli: atque ita Chriſtus mundum cū radice euellit, cupidinem fugāns, quæ radix omnium malorum eſt: & hoc exordium ſumit, quod principium malorum eſt.

1. Tim. 6.

¶ Expende autem Chriſti bonitatem & ſapientiam. Videbitur tibi forſitan durum & aſperum

Universidad de Deusto
Biblioteca

asperum esse omnia, quæ habes relinquere, & pauperem esse: at non attendis durius & asperius esse, si tibi præciperet ꝙ diues esses Nam si diceret diuites fœlices esse, quid facerent pauperes? At dicens beati pauperes, voluit vt omnes beati essemus. Nam pauperes clarum est esse pauperes: diuites verò, pauperes fieri possunt relinquentes omnia quæ habent. Vt aliquis diues sit, grandis quidem & ardua difficultas est: at vt pauper sit, nulla. At que ità facilius omnes beati poterimus esse hac paupertate, quàm diuitijs. Et cùm bonitas Dei tanta sit, hanc beatitudinem eo pretio donat, quo omnes illam possimus emere. Mirabile quidem est quantam facilitatẽ dominus in obsequio suo posuerit. Nam si aliquis velit regi inseruire, & in eius famulitio vitam agere, opus est, vt nouas & optimas habeat vestes, velocem equum, seruos & sumptus. Et dicere soletis vnicum tantum filium, qui in regis curia ambulat, & in regali domo dimidiam partem substantiæ vestræ consumere, nam debet incedere habitu nobilis viri, quia regi seruit. At id inseruiendum Christo non solum nõ necessarij sunt famuli, sumptus, & equi: imò consulit ipse Christus hæc omnia contemnere. In quo quidem facile vi debis, quàm facilius Deo, quam mundo inseruiatur. Atque ità in euangelio dominus ad suum famulitium & obsequium vocatꝰ præcepit cæcos, claudos, & omne genus hominũ. In obsequium regis non admittitur claudus, cæcus aut mutus: Deus autem omnes vocat & vult, & pauperibus & contemptis gloriã suam promittit. O benedictus talis & tantus dominus, qui neminem foras ejicit, etiam si abiectus & humilis sit. Imò potius beatos appellat pauperes, cùm paupertas res sit quam si vnusquisque vult, eam inuenire potest. Vult dominus omnes nos in cœlum ducere: quia verò illos honores & diuitias æternas non amittamus; hæc terrena præcipit relinquere: nam veræ diuitiæ potius acquiruntur si minuatur cupido, quam coaceruando thesauros. Atque ità vult vt celeriter & velociter cursu per hæc omnia terrena transeamus. Quã lo filij Israel ibant in terrã promissionis, nuncios misserunt Edon, qui ei dicerent, le per patriam & terram suam velociter transituros. Velociter (inquiunt) transiemus. Ità nimirum quiliter fruiuntur cœlum, terram & patriam nobis promissam, opus est, vt per hæc terrena cito & velocigradu transeant: desiderla semper & oculos in cæluni conuertentes.

Luc. 14.

Num 20.

Atque ità Edon obuiam exiit filijs Israel, & aduersus illos bellũ gessit: vt mundus soler pauperes spiritu contemnere, & eos perse qui. Luna cùm longius distat à sole totũ suũ splendorem in terras mittit, in cœlum autem claritatem non ostendit: cùm verò soli coniungitur tota in superiori parte illuminat, interius autem nullum lumen ostendit, & tunc insipientes & rudes homines eam obscutam arbitrantur, cùm in coniunctione sua cũ sole in superiori parte sit splendidissima. Sic qui à sole iustitiæ Christo separantur & humanã gloriam quærunt, cùm illos videat mundus diuites & potentes esse, existimat illos fœlices & beatos: cùm reuera coram recto & superno iudice tales abiecti & infimæ sint sortis. Sed pauperes spiritu, qui abiicientes amorem seculi Christo coniunguntur, animi splendorem sursum tendentem emittunt: & à mundi amatoribus obscuri & stulti iudicantur, sed ipsi in superiori parte animo fulgentissimi sunt. Quia igitur Christus vult in alram & profundam cognitionem rerum cœlestium nos ducere, & nos allicere, vt ea diligamus & amemus, prius amorem mundi à nobis removeri vult: ad quod faciendum salubrius consilium est, hæc omnia terrena relinquere, despicere, & pro nihilo facere. Atque ita pauperes beatos vocat: quia etiam dum in carne viuũt, iam incipiunt frui cœlesti illa beatitudine.

¶ Beati igitur sunt pauperes, in hac vita: beati in morte, & beati post mortem. Lege Chrysostomum homilia de oratione Annæ tomo primo pulchrè de paupertate differentem. Si paupertatem subitrahas, mundum omnem si tollas: nam si paupertas non esset, nec essent sutores, nec fabri lignarij, nec ferrarij, nec domificatores, & deniq; nulla ars in mundo exerceretur: nec manducaremus, nec biberemus, nec nos induceremus, nec calceremur: nec deremus, nec essent ciuitates, nec populi, nec mundus. nam omnia hæc à pauperibus eliciuntur. & ipsi hæc omnia præstant, non diuites. Trincum verò pauperes seminarunt, & ipsi collegerunt, secuerunt, moluerunt, & denique in fornacem introduxerunt. Pauperes igitur autor est omnium harũ rerum: & ipsa est, quæ humanam vitam sustinet, & gubernatrem publicam: quæ nisi constaret, mundus periret. ¶ Quod autem pauper melioremq; & tranquilliorem sortitus sit vitam, quàm diuites, vel facili iudiget probatione. Primo, na præci-

præcipuis creaturis, quas Deus creauit in ministerium hominis sic ipsi pauper vtitur, vt diues, vt sole, Luna, stellis, aere, luce, aqua, cãpis & terra: At si regalis dicendo, diuitem delicatis & opiparis vt cibis, vinã pretiosiora bibere, dormireque in eburneis lectulis: hanc non merito meliorem sorte appellabis, imo deteriorem: nam pauper ità bene dormit in duro & aspero lecto: vt diues in blando & delicato: nam pauciores vel nullæ curæ illum per noctis quietem vexãt & solicitant, & ità labens & gaudens durũ panem & aquam frigidã portat, vt diues suã obsonia & edulia. Vn de Sapiens. Dulcis est somnus laboranti, siue parũ siue multum comedat: saturitas autẽ diuitis non finit eum dormire. Hãc corporis indulgentiã diues non sentit, cum in ea nutritus sit, labores vero (si aliquos experiatur) ni mis sentit, cũ nõ sibi natos iuducet. Quod qui dem in paupere multo aliter cõtingit, quia labores tanquã voluptates amplectitur: cum ex cõsuetudine diuturna in alteram naturã fuerit mutatus. At si aliquando ei contingat vel conuiuio vel ludo adesse nimis gaudet & delectatur, cum id non ex more habeat Neminem autẽ ità natura vniuersis bonis destituit quin aliquando non inuitatus vocetur, vel vas boni vini nõ degustet. Plus enim gaudet is qui semper assueuit in duro lecto dormire si vel vna nocte in blãdo cõtingat cubare: quã diues, qui semper id ex more habet. Si igitur diues voluptates in quibus nutritus est non sentit, & vel minimus labor nimis eũ vexat nonne beatior pauper erit appellãdus potius quam diues? ¶ Secundo si vt communi proverbio circunfertur, ad libitum viuere, vita est portor vtique est vita pauperis, quam diuitis. Nam si diues aliquid insanum vel ineptũ protulit (cum semper pluribus incedat stipatus) protinus id aduertitur & murmuratur; nec libertatem habet eũdi, quo ipse voluerit. Omnia eius dicta vel facta notãtur, atque ità nec sui ipsius dominus est, imo omnium captiuus & seruꝰ. Beatꝰ ille qui quidquid vult, dicit: & quomodo vult ita loquitur, & quo libuerit vadit. Syluã petit, venatur, saltat, gaudet: nemo tamẽ est, qui ad id iudicandum oculos conuertat. At diues nihil horum facere potest, quia decorem & autoritatem suam seruare debet: nec facultatem habet, vt vere videre & gaudere possit: nam statim si hæc fecerit omnis eum irridebit. Nullo pretio emi potest libertas pauperis: nã cũ solus sit, vadit quo vult, nemoque illũ impedit. ¶ Si igitur in vita fœliciores sunt pauperes diuitibus ipsis: hãc eandẽ fœlicitatẽ duabus alijs rationibus in morte obtinebit. Prior est, quia morte diuitis plurimi desiderãt, vt substantiã & rem accipiant: præcipuè si senex sit, cui proprij nati morte exorãt, pinguioré sibi fortunã desiderantes. Atq; ità cũ ex morte diuitis plurimis emolumẽtum & lucrũ eueniat, sic à pluribus desideratur & exoptatur. Pauperis verò obitũ, nemo est qui optet, cũ nihil lucri inde reportaturus sit, atque ità bona eius valetudine & incolumitate omnes gaudent. ¶ Secundo quia cũ diues moritur maximæ curæ illũ vbique angunt & circununtnã cũ longũ testamẽtum facturus sit, ad aures alter illi dicit, vt antiquũ seruum & fidelẽ quiq; tot annis illi inseruierit, recordetur: alter vt talis filia memoriã habeat: alter vt talẽ vel talẽ rem recordetur: atque ità his mundanis & terrenis negotijs intentus corpore dissoluitur. At pauper nullam aliam curam habet, nisi in ipsum Deũ oculos & mentem cõijcere: & animæ suæ saluti prouidere. Quod quidem bonum ità magnũ & pretiosum est, vt nisi aliud præter hoc religiosi haberent, omnes seculares & diuites homines nobis proculdubio deberent inuidere: quibus nulla est cura de domibus, deagris & armentis disponere, sed solum animam & mentem suam cũ Deo cõponere. Qua propter pauper non solum dum vuit beatior est quam diues sed etiã in ipsa morte. Post mortem etiã nullũ est debitum, quin pauper fœlicior sit quã diues, quod ego dicere nolo, cũ ipse Christus testis & assertor sit huius veritatis: qui id contestatur dicens. *Quoniam vestrũ est regnum cœlorum.* Si igitur non solum dum pauperes hanc cõmunis luce fruũtur, sed etiã ipso mortis articulo: itemq; postquã à corporis sarcina sunt liberati, beatiores sunt quam diuites; nonne merito & optimo iure inquit Christus beati pauperes? Nihil vnquã verius dici potuit. Nõ inquit regnũ terræ eorũ esse, sed cœleste: nã sibi Deus ignominiosum iudicaret, qꝰ tam infima pars (scilicet terra) seruis suis daretur. Atq; ità cũ dus ageret cũ Mose de diuisione terræ promissionis, de Leuitisque gẽs erat Deo electa, & seruitio altaris designata, dixit, se nõ velle, vt Leuitæ possessionẽ obtinerẽt in terra. Et in libro Iosue in distributione portionũ terræ scriptũ est. Tribui autẽ Leuinõ dedit possessionem: quoniã dãs Deus Israel est possessio eius. Beata gens, quam sibi

Deute. 10.

Iosue. 13.

& regno

Universidad de Deusto
Biblioteca

& regno suo cœlesti dominus elegit: cui nihil in terra dedit. Hi sunt fœlices & electi, quibus possessionem cœli dominus dedit.

*Psal.*141. Vnde egregius vates. Deus meus tu es, portio mea in terra viuentium. Nihil eos vult in terra possidere: vt mentem & animum ad cœlestia eleuent. Arbor enim dum plures rami inferiores illi abscinduntur, tanto profundius in altum surgit: vnde ramis abscisis qui se in terram inclinant, ipsa arbor in altum surgit. Sic etiam dominus terrena bona hominibus aufert, vt cum Leuitis fecit & Apostolis, & id etiam modo facit cum viris Apostolicis & perfectis: quibus dominus regnum cœleste hæreditatem illis promissam paratam habet. Parum ne tibi videtur, hæredem Dei fieri, & cohæredem Christi? Nunc filij Dei sumus, tũc similes ei erimus. Dij quidem, quia diuina essentia vnietur intellectui beato. Et sicut diuinitas vnitur intellectui diuino in modum speciei, vt sic habeat intellectus cognitionem beatam diuinitatis: ità & vnitur intellectui creato per modum speciei, vt talis intellectus producat beatam visionem, vt sit beatus vt est ipse Deus, & in eo ipso in quo Deus est beatus: quam dignitatem nemo in hac vita capere nec intelligere potest. Si rex aliquis domum haberet clausam & plenam auro & gemmis, quę omnia promitteret ei, qui illam aperiret, tibi verò duas claues porrigeret, alteram ex auro, alteram verò ex ferro confectam: hæc tamen secunda seram valeret aperire, quam obsecro istarum eligeres? nonne vtilius esset accipere ferream potius quam auteam? Aurea pretiosior quidẽ est, sed ad reserandum inutilior: ferrea verò quanuis vilior sit, tamen præstantior est, quia cum ea aperitur thesaurus. Sic domus plena thesauris

*Psal.*111. est gloria & beatitudo: quia gloria & diuitiæ
1.*Cor.*2. in domo eius, vbi sunt thesauri, quos nec oculus videt, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ ibi dominus diligentibus eum habet præparata. Clauis aurea diuitiæ sunt, temporales, ferrea verò paupertas. Has igitur duas claues porrigit tibi dominus, vtram illarum eliges? Nonne potius ferreã, qua aperitur cœlum? Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, &c. Grãde igitur bonum consequeris, si paupertatem inueneris: hanc igitur tam altam & sublimem dignitatem cognosce, quæ tibi donatur si hæc terrena bona contempseris. Etenim de magno illo Alexandro scribit Quintus Curtius, quod cùm vellet Indiã expugnare ex omnibus diuitijs suis & suorum, & ex omnibus rebus pretiosis cumulum congregauit, cui statim ignem apposuit: vt vel ita milites sui paupertate coacti præsenti & virili animo Indiam expugnarẽt. Quorsum igitur tu, qui in baptismatis fonte de obsecro quicunque fueris cũ Christo pauper, quod non verè pauper, imò ditissimus quandoquidem regnum cœlorum tuum est. O diuinam & admirabilem nostrorum laborum mercedem & retributionem. Quis vnquam legis fuit lator qui legum suarum obseruatoribus regnum cœlorum promiserit? Nemo vtique illud promittere, nedum dare potuit. Moses nanque in legibus quas lude is tulit, Mercurius, Trismegistus Ægyptijs, Pho ronæus Græcis, Solon Athenien sibus, Licurgus, Lacedæmonijs, & denique Numa Pompilius in legibus, quas Romanis promulgauit, nemo inquã horum omnium legum suarum obseruatoribus regnum cœleste promisit: sed solus Christus dominus noster & vniuersi orbis restaurator. Nulla lex est: quæ tantum & tam magnum bonum promittat, nec vlla lex humana est, quæ vel aliquod malum non patiatur. Sola lex Christi omne malũ execratur: ita vt qui in vno deliquerit, omnium reus est factus: nam etiam lex Mosaica vsuram permittebat, & libellum repudij. Sola domini lex immaculata est, conuertens animas. Et lata fuit à tam sancto & tam iusto viro vt etiam ipsi eius inimici (vt sunt Iudæi & Mauri) confitentur illum iustum & sanctũ fuisse, vt ipse Iosephus Iudeus affirmat, & etiam ipse Mahumetus in Alcoram.

¶ Itaq; lex euangelica nõ solũ bonitate & rectitudine materię, verum etiam bonitate & sanctitate legislatoris, & diuinis promissionibus cæteras omnes mundi leges excellit, & longo interuallo superat. Quocirca barbarus & iniquissimus homo appellandus venit qui sacrosancto euangelio non subijcitur. *Beati pauperes* (inquit Christus) *quoniam vestrum est regnum Dei.* Si igitur regnũ cœlorum pauperum est, quid diuites facient? A pauperibus quærant. Non aliter acsi in domum mercatoris tenderes emptur us bombicem, vel aliud quidpiam: ità in domum pauperis te confer, vt regnum cœlorum (quod suum est) in paupertatibus à Deo eius eleemosynam illis tribuendo. At si dives non misericors fuerit, si liberalitate non fuerit cum extreme indigẽti vsus: qui fieri potest vt in illud ingrediatur? Exclusus perpetuo manebit, dives auarus à regno cœlorum: si deposita auaritia, pauperi extremè indigenti eleemosynam nõ dederit. Pauperes nanque contemnentes thesauros terre nos cœlestes congregant, vt ipse Iacobus inquit, Nõne pauperes elegit in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni: quòd repromisit Deus diligentibus se? Ideoq; his tribuitur cœlorum regnum. Plus enim haberi debet principi illegium hoc pauperi à Deo datum, quã omnes diuitiæ & thesauri mundiuã potius chirographo hoc pauperi dato tradetur illi regnum cœlorum quam tibi, etiam si Tantali diuitias superes, & facultatibus Cressum antecellas. Nam arcis vel alicuius ciuitatis custos potius arcem vel ciuitatem trader illi, qui regium chirographum ostenderit: quam ei qui mille aureos dederit. Nã nisi talis custos tradidor suo regi fuerit, nulla pecunia tale facinus patrabit. Ita nimirum pauper chirographum Dei habet, inquiens: beati pauperes, quoniã vestrum est regnum Dei. Quaquidem ostenta schedula regio Dei chirographo insignita potius dabitur illi regnum, quam tibi, etiam si grandem pecuniarum sarcinam tecum tuleris. Etenim regnum cœlorum non honoribus emitur, non voluptatibus, nec pecunijs: sed potius egestate, lachrymis & laboribus.

¶ Præterea autem hic est obseruandum quod non solum de futuro loquitur dicens, quod regnum cœlorum erit pauperum, sed nunc de præsenti est, inquit: quia pauperes qui propter Deum terrenum regnum contempserunt, in hac vita diuinam hæreditatẽ iam obtinent. Vnde beatus Petrus, qui propter Christum omnia reliquerat, claudo illi, qui eleemosynam ei petijt respondit. Argentum & aurum non est mihi. Pauperrimum omnia pro Christo reliqui. Ideo quibus possum te adiuuo. Surge (inquit) & ambula. Petrus igitur cum sua reliquisset, iam in hac vita Christum possidebat: atque ita ex eis, quæ habuit perẽti tribuit. Sed opus est iam vt in hac beatitudine receptui canamus: ad aliam gradũ facientes. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* Dupliciter intelligi potest locus ille. Primo de egestate & fame corporali, quatenus est actus virtutis abstinẽtiæ, qua quis ieiunat & affligit corpus suum, vt inquit Apostolus. Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo: ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et ad Galatas. Qui autẽ sunt Christi carnẽ suam crucifixerũt cũ vitijs & cõcupiscẽtijs. Et iterũ. Exhibeam⁹ nos in multa patiẽtia, in ieiunijs, in fame & siti, &c. Beati ergo qui spretis dsuitijs, hic in mũdo esuriũt, & fame patiũtur propter regnum cœlorũ. Qua propter aduertẽdum est, illã particulã nunc, quã hic apponit euangelista plurimũ habere euidẽtiæ atq; efficaciæ. Duo enim mihi videtur facer euãgelista cõplecti. Primo meminisse debemus hãc vitã in certamẽ & pugnã data esse homini, nõ ad animi ignauiã & remissionẽ: ideo in euãgelicis & Apostolicis præceptis passim labores ponũtur. Vnde Saluator *Matth.*16. Qui vult venire post me, abneget semetipsũ *Act.*14. & tollat crucẽ suã. Et enim per multas tribu- 2.*Tim.*2. lationes oportet intrare in gloriã Dei: nã si *Luc.*24. cõpatimur, & coregnabimus etiam. Si enim 1.*Pet.*2. Christũ pati oportuit, vt sic intraret in gloriã suã: quis infringere aut labe factare audeat afflictiones & labores? Si is qui peccatũ non fecit nec in eius ore inuẽtus est dolus, nec illi opus erat vlla afflictionũ purgatio, nostri vero gratia tanta prius pati voluit, quã intraret in gloriã suã: nos qui multorũ peccatorũ nobis sum⁹ cõscij, quibusq; multæ ac iustissimæ pœnæ debẽtur fugiemus affligi, vt in eã demũ gloriã intrem⁹? ¶ Alterũ verò, q⁹ in illa particula nũc insinuatur, est breuitas tẽporis quo pati, & affligi pro Christo debemus: qua breuitatis cõtẽplatione fortior & præstantior redditur animus ad tolerandũ: sicut tæderis breuitas laborẽ leuiorẽ efficit. Etenim si lõgissimũ vitæ huius spaciũ si cũ æternitate conferas, vel angustissimũ momentũ est, q⁹ Paulus cõsiderãs dixit. Momẽtaneũ põdus tribulationis nostræ supra modũ in sublimitate æternũ gloriæ põdus operatur in nobis non contẽplantibus nobis quæ videntur, sed quæ nõ videntur. Quæ enim videntur tẽporalia sunt: quæ autẽ non videntur æterna sunt. Cõtemplatio breuitatis huius vitæ, omnes mũdi afflictiones leues reddit, si sempiterna illa bona contẽplemur: quæ momẽtanea hæc afflictionis pœna parit. Nanq; si infirmi vt corporis valetudine assequãtur maxima siti vexati se aqua abstinẽt: quid nobis esset ferẽdũ, vt illã corporis incorruptionẽ assequeremur: quæ nobis in resurrectione promittitur? Hæc cõsiderãtes viri sancti & perfecti nõ formidabant pro Christo in siti fame, & frigore vitã agere. Nã appellatione esuriei quidquid humanæ

*Rom.*8. 1.*Ioan.*3.

*Iacob.*2.

*Dan.*9.

Ioseph.

Mahum.

*Act.*3.

*Matth.*5.

*Luc.*6.

*Gala.*5.

2.*Cor.*11.

2.*Cor.*4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

humanæ vitæ trãsigẽdæ necessariũ est intelligatur: quã vitã ij degebãt, qui ouinis & caprinis pellibus inducbantur, & in solitudinibus & speluncis terræ domicilia sua habebãt. ¶ Adad hebræ. 11 uerte autẽ, q̃ nõ oẽs qui esuriũt, & sitiũt hãc beatitudinẽ cõsequũtur: quia multi vt diuitias sibi cõparẽt esurię & sitim patiũtur & lõga naufragia hoc & illuc peruagãtes experiũtur: sed ij tm, de quibus Matthæus inquit. Mat. 5. Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiã. Etenim hi sunt qui amore iustitiæ famẽ & sitim & multa aduersa patiũtur. ¶ Secũdo modo locus hic exponitur de spirituali egestate vt ait Matthæus. Beati (inquit) qui esuriũt & sitiũt iustitiã quatenus iustitia est virtus generalis: sub qua includuntur omnis virtus, iustitia, & sanctitas. Atq; ità esurire est profectũ in omni virtute exoptare, Dei honorẽ, & pximorũ perfectionẽ desiderare quatenus procedit ex charitate & zelo iustitię. Ifti eum saturabũt in cœlo Obserua autẽ q̃ nõ dixit de præsenti saturantur, sed de futuro loquutus est: nã in hac vita misera nihil est q̃ tãti palato possit satisfacere. Terrena enim hæc animã nostrã nõ cõplẽt nã qui biberit ex hac agua sitiet iterum. Omnia quæ præsens vita continet velut fallamentũ sunt, q̃ non ad saturitatẽ apponitur: sed vt tãtũ gustũ excitet. Nam si tribuatur pauperi sacerdoti beneficiũ simplex, statim canonicatum arrhat: quem si adeptus fuerit, protinus in altiorem dignitatem vel in episcopatũ euehi cupit. Ad quid obsecro profuit beneficiũ, quod prius illi datum fuit: non vtique ad aliud nisi, vt appetitum excitaret, vt alia maiora cuperet. Quocirca qui ex aquis & bonis huius vitæ plus bibit, tanto ardentiorẽ sitim patitur. Sola animi tranquillitas, & conscientiæ rectitudo hominẽ satiat. Animi enim rectitudo est veluti mensa apposita multis & benẽ oditis cibis, ità vt si bonum appetitũ habeas omnia sapiunt, & prosunt. At de prauata conscientia est veluti mensa plena sordidis & malis cibis qui appetitui nocini sunt, & omnes in venenũ conuertũtur. Sic nimirum etiam si omnibus mũdanis delicijs & voluptatibus abundes, si intus cõscientia remordeat omnia in amaritudinẽ cõuertuntur. Solus Deus animã nostram satiat. Vnde beatissima virgo in cantico suo dixit. Esurientes implebit bonis. Solus Deus est, qui fame pereuntes saturare potest: iuxta illud prouerbiorum. Iustus comedit & replet animam suã: venter aũt impiorũ insaturabilis. Sed quia de hac materia in codice nostro, quẽ nuper de vanitate mũdi edidimus multa egimus, ad aliã beatitudinẽ faciamus gradũ. *Beati qui nunc fletis.* Qui igitur fleri potest, vt infra dicat, gaudete & exultate? Non sibi obuius est, quia lachrymæ quæ pro Christo fundũt dulces & suaues fũt. Etenim plus illi voluptatis & gaudij suscipit, qui in cubili suo passionẽ Christi cõsiderãs lachrymas fundit: quã si omnibus mũdanis voluptatibus & delicijs afflueret. Nec lõgius aliũde tibi petas exẽplum, quã ex regio & sancto propheta qui dicit. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ideoq; iusti dum flẽt: gaudent & exultant interius. Beati ergo, qui nunc fletis: quia vana mũdi gaudia quæ mũdanos allicũt ad se minime vos adducent. Quando Nabuchodonosor voluit vt populus statuã adoraret, voluit vt plurima musica instrumenta prius resonarent, & aicbat præco. Cum audieritis sonitũ tubę, citharæ, symphoniæ & omnis generis musicorũ, adorate statuam auteã, quã fecit Nabuchodonosor rex. Quod fieri iubebat, vt musicæ sonitu euanescẽtes homines & falsã dulcedine allecti: nõ aduerterent quã graue patrarẽt peccatũ, relinquentes verum Deum, & statuã adorantes eodẽ modo Labã cum fugisset Iacob, & illũ esset secutus vsq; in montem Galaad dixit illi. Cur ignorãte me fugere voluisti: nec indicare mihi vt prosequerer te cum gaudio, & cãticis, & tympanis & citharis: Quod quidẽ nihil ob aliud Labã faciebat, nisi vt in domo retineret Iacob seruiẽtem ne in patriam suã abiret. Irã mũdus hic lubricis voluptatibus, & fallacibus delicijs in obsequio & famulitio suo vult nos detinere: ne in propriam patriã nostram iter faciamus, quæ æterna beatitudo est. Quia vero peccatum & facinus, quod committimus adorates propiã carnem, non videamus, musicis instrumentis voluptatibus, & delicijs, nos detinet, vt Nabuchodonosor, vt vel ità caput nostrũ inuertendo sensum & intellectum abstrahat, & subijciat nos miserę peccati seruituti, nobis nostrũ non sentientibus. Quid igitur aliud tu Christicola cogitas mundi voluptates esse: nisi quasdã artes & præstigia, quibus dæmõ molitur sensu & intellectu nos destituere: vt vel ita his vanitatibus allecti, mũdo non subijciamus, & Dei vexillum deseramus. At Christus, qui fidelissimus est amicus noster dicit. Beati qui nũc fletis: quia qui flẽt hos mũdi & dæmonis laqueos facillimo negotio euadẽt. ¶ Obserua autẽ, q̃ nõ dicit, beati, quibus vel illud fleris, sed absolute loquitur dicens, beati qui fletis. Quibus quidẽ verbis significatur q̃ flent, non ob malum secundum quid: sed ob malum absolutẽ, quod contrariatur absolutẽ bono, scilicet vitæ æternæ. Itaque dicens beati qui nunc fletis, dixit beati qui flent ob mala præsentia: quæ contraria sunt vitæ æternæ. In catalogo beatorum scribit flentes in hac vita & non immerito, nã cum delectabilia mundi huius plusimum à virtute homines remoueant excellens perfectio est lugentium quia non solum à delectationibus se abstinent sed contrarijs actionibus se exercent assumendo contrarium luctum, non vano & sterili fletu vacantes, sed lamentantes in lachrymis, vt fructus vitæ æternæ cum exultatatione colligant, iuxta illud prophetę. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* ¶ Expende etiam quod in hac & superiori beatitudine hæc particula nunc ponitur Non enim dixit beati, qui esuritis, aut beati qui fletis: sed beati qui nũc esuritis, & beati qui nunc fletis: quibus verbis appositissimè Christus docet præsentis vitæ tempus, tempus esse esuriendi, & flendi: in ventura quippe vita tempus erit satietatis & gaudij. Quapropter egregius psaltes dominũ diuitijs Satiabor cum apparuerit gloria tua. Etenim ibi dominus absterget omnẽ lachrymam ab oculis sanctorum, & iam nõ erit clamor neq; luctus nec dolor erit vltra. ¶ Hoc igit tempus est flendi. Primo quia à propria patria nostra quòd ecclesia est exilium patimur: quemadmodum illi, qui dicebant. Super fluminis Babylonis illic sedimus & fleuimus, dũ recordaremur tui Sion. Ita etiam tu cum recordaris patriæ tuæ cœlestis Sion lacrymari debes: cum sedeas exul à patria in tempestuosis huius mũdi aquis & laboribus. Vndecunctis illius regis, qui se videbat segregatũ à domino, lachrymæ panes erant die ac nocte. Fuerunt (inquit) mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. ¶ Deinde flere & non gaudere debes in præsenti exilio, quia semper in hoc mundo in tenebris & in obscuritate ambulas, & tenim sanctus ille Tobias dixit an gelo. Quale gaudium mihi potest esse: qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Vnde equidem tantũ & omni prorsus mente destituar: qui cum in lamentabili mundi huius exilio sim, vanas & pessimas voluptates suscipiunt. Quapropter memor esto Apostoli dicens. Tempus breue est: & qui gaudent, tanquam non gaudentes sint. Etenim sapientissime apostolus breuitatem huius vitæ rationem & causam esse dixit, quare hic gaudere non debeamus: sed potius voluptates huius seculi sunt nobis accipiendæ, tanquam somniatæ & ridiculæ res: quandoquidem cum nondum venerant, iam abierunt. Hoc igitur ex hoc loco concludamus nõ vana mundi obliamenta quærere: sed potius diuamus peccata nostra plangere: & *Ioann. 16.* de illis pœnitere, memores domini dicentis: Tristitia vestra conuertetur in gaudium: & *Apocaly. 7. & 21.* modo etiam ad iterum approbat inquies. *Quia ridebitis.* Etenim dominus (vt Ioannes ait in Apocalypsi) absterget lachrymas iustorum. Beatæ & felices lachrymæ, quas manus domini absterget. Ideoque gaudendum maxime tibi est, dum hac vita tristis fueris, & fleueris: si quidem in ventura tandem & tam admirabilem consolationem es accepturus: iuxta illud prophetę. Secundum multitudinem *Psalm. 93.* dolorum meorum consolationes tuæ lætificãt animam meam. Et diuinus Paulus. *2. Cor. 1.* Sicut abundant Christi passiones in nobis: sic abundat consolatio nostra. Beatus ille est, qui *Psalm. 83.* Propter Christum mortificatus, in hac vita tristitiam passionis Christi oculos gerit: & beatus denique qui in hac lachrymarũ valle ipsis lachrymis pascitur. *Beati eritis cũ vos oderint homines & cum separauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ.* In hac beatitudine plurima vexationũ genera potuit, licuit, odij, exprobationis, & persequutionis: quia Christus à suis meritis cordeoperę, & ore ea persequẽdus: corde Christũ odiẽdo, ore blasphemãdo & scrementis Christianos affligendo. Porro homines sumuntur hic in malã partem prout sunt amatores sui ipsius & suæ carnis indulgentissimi. Sic Paulus *1 Cor. 3.* Iesus Corinthijs ait. Cum sit inter vos zelus *Galat. 1.* & contentio: nonne homines estis? Et iterum. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Placere hominibus iustis, malum non est: sed potius bonum. Verum placere hominibus carnalibus & sensualibus: hoc nõ conuenit seruis Christi. Abiuntio malis inditum est bonos persequi: vt Cain, Abel, Ismael, Isaac, Esau, Iacob, Ægyptij Israelę, Fenena Annã, Saul, Dauidẽ, & Iezabel Heliã. Quo circa si mali didicerint nos persequi: disce tu illos patientia tolerare: nam inquit B. Grego. qui malum nõ suffert, per suã impa-

stoli dictum. Tempus breue est: & qui gaudent, tanquam non gaudentes sint. Etenim sapientissime apostolus breuitatem huius vitæ rationem & causam esse dixit, quare hic gaudere non debeamus: sed potius voluptates huius seculi sunt nobis accipiendæ, tanquam somniatæ & ridiculæ res: quandoquidem cum nondum venerant, iam abierunt. Hoc igitur ex hoc loco concludamus nõ vana mundi obliamenta quærere: sed potius diuamus peccata nostra plangere: & *Ioann. 16.* de illis pœnitere, memores domini dicentis: Tristitia vestra conuertetur in gaudium: & *Apocaly. 7. & 21.* modo etiam ad iterum approbat inquies. *Quia ridebitis.* Etenim dominus (vt Ioannes ait in Apocalypsi) absterget lachrymas iustorum. Beatæ & felices lachrymæ, quas manus domini absterget. Ideoque gaudendum maxime tibi est, dum hac vita tristis fueris, & fleueris: si quidem in ventura tandem & tam admirabilem consolationem es accepturus: iuxta illud prophetę. Secundum multitudinem *Psalm. 93.* dolorum meorum consolationes tuæ lætificãt animam meam. Et diuinus Paulus. *2. Cor. 1.* Sicut abundant Christi passiones in nobis: sic abundat consolatio nostra. Beatus ille est, qui *Psalm. 83.* Propter Christum mortificatus, in hac vita tristitiam passionis Christi oculos gerit: & beatus denique qui in hac lachrymarũ valle ipsis lachrymis pascitur. *Beati eritis cũ vos oderint homines & cum separauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ.* In hac beatitudine plurima vexationũ genera potuit, licuit, odij, exprobationis, & persequutionis: quia Christus à suis meritis cordeopere, & ore ea persequẽdus: corde Christũ odiẽdo, ore blasphemãdo & scrementis Christianos affligendo. Porro homines sumuntur hic in malã partem prout sunt amatores sui ipsius & suæ carnis indulgentissimi. Sic Paulus *1 Cor. 3.* Iesus Corinthijs ait. Cum sit inter vos zelus *Galat. 1.* & contentio: nonne homines estis? Et iterum. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Placere hominibus iustis, malum non est: sed potius bonum. Verum placere hominibus carnalibus & sensualibus: hoc nõ conuenit seruis Christi. Abiuntio malis inditum est bonos persequi: vt Cain, Abel, Ismael, Isaac, Esau, Iacob, Ægyptij Israelę, Fenena Annã, Saul, Dauidẽ, & Iezabel Heliã. Quo circa si mali didicerint nos persequi: disce tu illos patientia tolerare: nam inquit B. Grego. qui malum nõ suffert, per suã impa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tientiam ostendit bonum non esse. Abominantur iustum impij (inquit sapiens) & viri
Prouer.29. sanguinum oderunt simplicem. Hanc tamen ob causam nō sis tristis: quia panis sine fermēto insipidus est: at si fermentum quòd amarū est immisceatur, sapidus & dulcis redditur.
Ita vult dominus vt fermentum amarū tribulationis gustū & saporem tribuat virtuti: atq; ita si panis sapidus Deo volueris esse, opus
Iam.15. est, vt in hac vita fermēto tribulationis & persequutionis cōcoquaris. Maiores igitur in tribulatione vires assume: & audi dominum dicentem. Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Non es tu melioris conditionis quā Christus: nec existimes gloriam quam ipse, & sanctissima eius mater, & omnes sancti sunt consequuti, tot perpessis laboribus, tot trāslatis naufragijs, tot angustijs & calamitatibus acceptis tibi dandā esse, si in cheenice sedeas, & in vtranuis dormieris aurem. Si nullā pateris persequutionem ne læteris: ea nanq; maxima omnium est persequutio, nullam perpeti contradictionem. Medicus enim facultatē facit infirmo, vt omnia comedat & bibat quæ illi libuerint, cum iam illum nullius remedij compotem esse videt: & de cuius salute desperat: quòdquidem non efficit cum eo, cui salutem & incolumitatem restituere curat, sed potius sanguinis missionibus prouidet, & potiones amaras tribuit, & ea omnia interdicit, quę illi nociua sunt. Manifesta igitur dā
natio tua est, si omnia ad libitum & secundū animi sententiam eueniunt: ille vero fœlix & beatus iudicandus est, qui in hac vita torrentē persequutionum affligitur. Nam quemadmodum sanguinis missiones pateris, & potiones amaras sumis, vt corporis incolumitate fruaris: pari iure tribulationes & persequutiones deberes sustinere, vt anima incolumis & salua persisteret. Obsecro autem ne oculos conijcias in tribulationes & labores, quos modo pateris: sed in retributionem & mercedem quam pro illis speras. Æquo igitur animo feras in hac vita omnes tribulationes, quas tibi Deus miserit, illius egregij
Prou.13. dicti sapientis recordatus. Legatus fidelis, egestas & ignominia. Et quemadmodum qui contumelia legatum Regis afficit, ipsum regem videtur dehonestare: ità qui de tribulationibus & laboribus conqueritur, ipsum Deum qui eos mittit, offendit. Legimus in
2.reg.10. secundo libro Regum Dauidem graviter animaduertisse in Amonitas & in eorum regē: quia nuncios, quos ipse miserat, ignominiosē tractauerunt. Æquum igitur est, vt his nuncijs tam fidelibus, qui nos certos faciunt de Dei amicitia, debitum honorem deferam⁹, & persequutiones & labores suscipiamus, multis gratiarum actionibus. Quod si de illis fuerimus conquesti, nobiscū dominus ager, vt Dauid cum Amon, quia nuncios suos cōtumelia affecit. At si ad amorem attenderes, quo dominus has persequutiones tibi mittit, vtrique gratiarum actionibus illas susciperes: cum talia non det, nisi eis, quos ardenti amore prosequitur. Valde tuos persequutores deberes diligere quandoquidem lauream gloriæ tibi conficiunt in cœlo. Sed quia de his in hoc capite dicturi sumus agentes de dilectione inimicorum: hinc ad alia properemus.
¶ Vnum hic autem maximè est obseruādum quòd Christus tanquam pijssimus pater, ne succumberemus tantis afflictionibus & laboribus vt nobis vires adderet ad persequutiones patiendas: prudentissimè beatos esse dicit, qui eas fuerint passi. Etenim si persequutio hac consolatione careret, aut desperatio pusillanimis qui eā pateretur: aut ipsum dominum propter quem illam pateretur deseueret. ¶ Secundum autem, quo consolatur Christus eos, qui persequutionem patiuntur, illud est, quia causam suæ crucis & tribulationis dicit eundem Christum esse: nā si qui tribulationes patitur, oculos conuertit ad eum, propter quem patitur, summo gaudio & lætitia omnes præsentis vitæ persequutiones feret. Quo circa animum addens Christus inquit. *Propter filium hominis.* Verba hæc, quam ingentem secum afferant consolationem, vix fieri poterit, vt valeam explicare: quibus certè in omnibus laboribus nostris in persequutionibus læti & gaudentes incedere deberemus. Prius autem, quam vltra progrediar, frarrem meum peccatorem certum facio: quod si quando ei contigerit ob sua peccata & flagitia torqueat & ex toto animo in Deum se conuertat, is talis propter Christum dicetur pati. Cuius rei exemplum nobis erit Dauid: qui cum reprehensus à Nathan ob adulterium & homicidium esset, cum digna factis faceret, patereturque, inquit. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meā. Quomodo, pter me, nonne propter tua peccata? Quoniā cū patientia hæc mala sustinebo: dico propter te. Ita nimirū tu: si cum recta facias, propterea persequutiones pateris: lætare nimis, quia pro Christo pateris. In omnibus tuis laboribus si volueris, cōtā Dei oculis maxima retributione eris dignus: & patientia tua aliis hominibus exemplū dabis. Quo circa caue ne venias insaniæ & insciti æ taxandus: si ex omnibus tuis laboribus vtilitatem & emolumentum nō sumpseris. Itaque præcipua ratio merendi consistit, si causam, propter quam patimur & finem respiciamus. Martyrem enim non perficit pœna, sed causa pœnę. Nam adolescens ille Romanus Curtij quise sponte sua in guttura terræ, deiecit, nō vtiq; martyr fuit. Nec Codrus Atheniēsium rex, qui morti sese obtulit: nec item Mucius Gæpola, qui in ignem manum coniecit, nec alij multi his similibus, quia non pro Christo mortem occubuerūt, sed propter suā vanitatem & insaniam. Itaq; causa & finis martyrij, qui Deus est gloriosam martyris mortem efficit: simulatque efficit vt labores tui mercedo & retributione sint digni si ante oculos tuos ipsum Deum constituerit. Itaq; discas oportet vt si quid feceris, pro Christo id facias, & cum scopū & finē tuorū operū colloca. ¶ Vt autē hæc omnia dicta rectius intelligas duas tibi apponā conclusiones: quarū altera est. Si tantum doleres & pœnitentiam tuorum peccatorū habueris, & illorū causa tot lachrymas fuderis, quot sunt guttæ aquæ in mari: si hanc pœnitentiam & dolorē habueris solū, vel præcipuè id agens ne in infernū eas certissimè scias te hac sola ratione damnādū fore. Nam in peccato duo cōsiderare debes. Alterum offensam, quam aduersus dominū tuū cōmisisti: alterum verò malū quod tibi ipsi comparasti, quia te ipsum ad æternā pœnam obligasti. Si igitur te peccatrui potius pœnitet propter inferni cruciatus quā quòd Deū offenderis: manifestum est te potius id cauere & fugere, quod contra te est, quā id quod est aduersus Deū. Vnde fit, vt te ipsum plusquam Deum diligas. Ideoq; nunquam peccatum tibi remitteretur, quantumuis grauissimū dolorem habeas, nihil te pœnituerit Deū offendisse. Hūc dolorem vocāt scholastici attritionem: quæ filia est amoris proprij, vt cōtritio filia est diuini amoris. Plus dominus atē dit ad doloris causam, quam ad illius intensionem: & etiam finem, quem peccator habet, maxime aduerti dominus. Quod si desiras huius rei exemplum in sacra pagina vide-

re audi. Saul & Dauid ambo fuerunt Reges 1.Reg.15.
Israel, & vterque etiam peccauit: & uerū amho à duobus prophetis fuerunt reprehēsi, & 2.Reg.12.
deniq; vterq; pœnitentiam egit & dixit peccauit. Cur igitur dominus Dauid pepercit, & non Sauli? Nunquid Deus est acceptor personārum? Abs. t. In veritate (ait Petrus) compe- Actor.10.
ri, q; Deus acceptor personarum non est. Placuit domino pœnitentia Dauid, & non Saulis: quia dolore maximum habebat Dauid q; Deum offendisset: Saul vero pœnitentia habebat suj peccati, nō maximè propter peccatum, sed quia regnum Israel amittebat: quæ 1.Reg.15.
propter Samueli dixit. Honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel. Hæc omnia dicebat Saul ne contēneretur à populo, & vt in columen in regno persisteret, si posset. 1.Reg.
Ob quā etiā rationē dñs Saul non exaudiuit quanuis misericordia cum lachrymis postulasset, vt inquit Paulus. Sic etiam nec Antio- Hebre.12.
chus misericordiam à dño impetrauit: quia illi dolor & lachrymæ non ex radice dilectionis Dei procedebant. Sicut enim in aulam re- 1.Mac.9.
gis Assueri nemo ingredi poterat sacco indutus: sic nec in regiā Dei aulā intrauit aliquis Hester.4.
solo hoc more indutus, qui attritus est: nisi Matth.22.
indutus fuerit nuptialibus vestibus, hoc est diuino amore. ¶ Secunda conclusio est. Etiā si 2ª cōclō
Deos alienos nō adoraueris, si non sumpseris nomē Dei in vanum, si festa nō violaueris, si deniq; decē decalogi præcepta custodieris, & deniq; si cōsilia omnia euangelica obseruaueris: si hæc in quā omnia feceris sine dilectione Dei solū vel præcipuè, vt Deus tibi gloriam & quietē tuam tibi tribuat, sine dubio scias futurū esse, q; in illā nō ingredieris. Ratio autē est, quia in quocunq; bono opere duo sunt. Alterū est honor & gloria, quę Deo tribuitur: alterū verò cōmodū & vtilitas, quā inde reportat qui bonū op⁹ facit, scilicet gloria, quā dominus illi tribuit. Si igitur tu cū tanta aliquam actionem exerces plus attendis ad tuum commodum & vtilitatē, quam ad Dei honorem: manifestum est, q; te ipsum plus diligis, quā Deum. Atque ita quemadmodum tuū opus diuino careret amore, ita etiam merito careret. Quin etiam ob talia opera nunquā in cœlum ingredieris, nec dominus tibi gloriā dabit. Amor Dei stateræ est, quod libra ba- Leuitic.27.
tur omne id, quod offertur in sanctuario. Omnis æstimatio sicli sanctuarij pōderabit. Etenim si oraueris, si eleemosynam tribueris, aut aliud quodvis op⁹ effeceris, pōderabit illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sicło sanctuarij. Amor, id ponderare debet. Et tantum bonum opus, meriti habebit, quantum amoris diuini. Ideoque si omnia hæc mandata exactissimè seruaueris, & alia multa bona opera feceris, nisi illa ex charitate diuina processerint & nisi Deus vltimus eorũ fuerit finis, nulla retributione erũt digna. Nam in conspectu diuino coram supernoillo iudice potiùs attenditur finis operis, quã eius magnitudo aut excellẽtia. Si scopus & finis tuus non fuerit Deus: etiam si multũ laboraberis, minimã mercedem accipies. Cuius rei exemplum si appositissimum cupias videre, attende ꝙ cum dominus sanctum Iob laudaret, dicens eum esse rectum & timentẽ Deum: aduersus hoc insultauit dæmon dicens. Nunquid Iob gratis timet Deum? Nõne vallasti domũ eius, &c. Aduerte obsecro ꝙ non dixit dæmon Iob non fecisse multa bona opera, nam bene conscius erat illum rectè & sanctè viuere: at intentionem & finem operum tetigit dicens, ea non gratis facere, nec propter Deum, & ipsius amorẽ, sed propter suum commodum & vtilitatem ob tam amplam & diuitem suppellectilem, quam illi dominus donauerat, & propter spem tantorum bonorum, quæ ipsi promiserat. Ideo subdidit dæmon. Sed extende paululum super eũ manum tuam, & nisi in faciem benedixerit tibi, &c. Hoc est, Tolle illi substantiam & salutẽ: tuncque manifestè videbis quomodo sanctitatis & amoris tui oneri succumbat. Vnde dñs facultatẽ fecit Satanæ, vt hæc omnia bona, cum filijs & armentis abstraheret Iob: cũque dæmon hæc fecisset, & sanctus Iob in rectitudine vitæ perseuerasset, cognitum fuit qua animi intentione & propter quem finẽ mandata diuina tam diligenter obseruaret. Atque ità ipsa experientia compertum fuit Iob iustum & sanctum esse, vt ipse Deus dixerat: quandoquidẽ illi non seruiebat propter suũ commodũ & lucrũ, sed tantũ ob ipsum Deũ, qui pignus est sanctorũ pretiosissimũ. Hoc idem argumentũ, ꝙ dæmon dño proposuit, multis christianis in articulo mortis obijcit. Non Turcis nec infidelibus (quia qui non creditum iudicatus est) nec malis Christianis, qui in mortali peccato ab hac vita discẽdunt argumentum hoc facit sed eis qui boni & recti videntur esse Christiani, quiq; diuina mãdata seruant: qui tamen in primo principio hoc est in amore diuino defecerũt. Quãdo Angeli omnia opera tua coram tribunali Dei manifestauerint exibit protinus dæmon à latere vt ea labefacter dicẽs. Nunquid gratis timuisti Deũ? Liberabuntur etenim bona tua opera ipso fine quẽ in illis faciendis habuisti. Sichen & Emor filius eius circũcisi fuerunt, sicut Iob & filij sui: ꝙ quidẽ opus etiam iustum & iustum videretur, quia illi gentilitatem deferebant, & populo Dei coniungebantur: nihilominus tamen hæc circumcisiõ nullius fuit valoris & momenti, quia hoc sacramentum nõ acceperũt propter Deũ & ipsius amorem, sed propter suam vtilitatem & emolumentum. Dixerũt quippe populo suo: Substantia eorum & pecora eorũ, & cuncta quæ possident nostra erũt. Quod quidem opus cũ bonum & sanctum esset, ob finem quẽ in ipso habuerunt nullius fuit valoris: quandoquidem proprium lucrum potius quærebant, quam gloriam & honorem Dei. Multi sunt, qui iudicio & arbitrio nostro iusti & sancti videntur: qui forsitã coram diuinis oculis qui hominũ corda & cogitationes nouerunt, nullius sunt meriti. ¶ Attende obsecro, ꝙ nõ tibi præcipimus, vt sanguinem tuum fundas nec in fornaces ardentes te conijcias nec vt ieiunes quousque in infirmitatem & ægritudinẽ labaris in lectum: nec volumus, vt teipsum interficias: sed potius, vt viuas & tuæ saluti consulas: id tamẽ volumus & præcipimus vt hæc opera bona, quæ facis, vel ductus consuetudine, vel soliũ ob hoc, quia tibi Deus gloriã donauit, hæc iniquã solũ propter ipsum Deum facias, & quia ipse vult, nec ad proprium cõmodũ respicias. Respõdeas obsecro, si filius aliquis iustis & volũtati parẽtis suæ obediret nõ propter castũ & filialẽ amorẽ: sed ne illũ in morte exhæredaret, & vt in illius patrimoniũ succederet: nõne talis filij merito à parẽte exhæredaretur? Bene vtiq; At si aliꝰ filius parẽti filio obediret & eũ diligeret solũ paterno amore ductus, nec ad rẽ & supellectilem patris oculos cõijceret: nõne pater optimo iure filiorũ hoc norum potiorẽ sortẽ huic filio donaret? Meritõ quidẽ. Cui obsecro pater rẽ suã vult & bona, nisi filio, qui ipsum diligit? Quem obsecro Deus exhæredabit, nisi eũ, qui sui ipsius indulgẽtissimus est? Vbi lucrũ inuenire putas, ibi iacturã facis: vbi vero iacturã facere existimas, inde lucrũ reportas. Si Deo seruis, vt gloriam tibi donet, vtiq; gloriã amittis: si autẽ illi seruieris propter seipsum, vtiq; gloriam lucrabe ris. Quærẽs tuũ lucrũ, illud amittis: illius autem oblitus, id lucraris. Minimo labore plu-

Ioan. 4.

rimum mereri posses: tu autẽ non vis, nisi mille laboribus te ipsum discruciare & nihil meteri. Insanus equidẽ es, cum propter nullam mercedẽ laboras. Hoc studiũ tibi debet esse, vt omnia, quæ feceris, semper in Deũ dirigas, & propter illius amorem facias: & quia ipse vult, & illi placet: & quia est hec volũtas eius. Si autẽ peccasti pœnitеat te tã sanctũ dñm, tã bonũ & iustũ offendisse: cui potius seruire deberes, cũ ab illo tãta acceperis beneficia. Is dolor animã tuam debet affligere, & est præcipuũ, quod plangere debes. Nonne ratio postulat, vt id quòd facis, cum homine, cũ Deo etiam facias? Solet enim contingere vt amicũ habeas, cũ quo cõuersaris, & familiariter agis: à cuius latere nunquã velles discedere. Quid est obsecro ꝙ tam familiariter cum illo agas, & semper illũ comiterisi? Est ne quia illius amicitia diuitẽ fieri putas? Respõdebis mihi hanc non esse causam, quia tu ditior & opulentior illo es: sed solũ quia homo sapiẽs est, cautus, & prouidus à quo nihil aliud vis. Quid igitur est, ꝙ non facis cũ Deo idẽ ꝙ cum amico? Quare illũ nõ vis? Quare illũ nõ diligis, quare illũ nõ amplecteris, solũ propter se ipsum? cũ sanctus, ta pius, & misericors sit? Quid est ꝙ hoc cũ homine facias, qui mille imperfectionibus est plenus, cum solũ in illo videas vestigium & vmbrã bonitatis diuinæ: at cum ipso Deo, qui fons est perẽnis totius bonitatis atq; virtutis hoc non efficis? Iusiũ equidẽ & æquũ est, vt Deus propter se ipsum diligatur. Et quemadmodũ pœniteret te fraduerius amici cum deliquisses, solũ quia amicus tuus est, nõ autẽ propter vtilitatẽ, quã ab illo speras: sed quia amicitiam & consuetudinem suam amissurus cum flagitium aliquod commitis, maxima pœnitentia animũ tuum subire debet, quia tam bonum & pium Deum offendisti, & quia à tam sancta & diuina familiaritate priuaris. Omne tuum studium sit solum Deũ diligere: propter seipsum, & illi soli placere. Et id tibi maximè est curandum tui ipsius amorem & indulgentiam à corde tuo euellere, & diminum amorem in eo fererre ita vt si per impossibile daretur quod in beatitudine esses cum sanctis diuina clementia fruens & Deum offensum habens, aut in inferno omnes cruciatus damnatorum ferens: potius deberes eligere in inferno esse, & Deum nõ offendere, quam in cælo, dum tamen aduersus illum sis peccaturus. Quo circa beatissimus ille pater Anselmus in libro de similitudinibus domino Deo dicebat. Mallẽ purus à peccato & innocens gehennam intrare: quã peccati sorde pollutus cælorum regna tenere. Digna quidem verba tanto & tã sancto viro. Loquitur enim vt vir perfectissimus: & in obsequio Dei veteranus. Infernus tuus futurus est Dei offensa: gloria autẽ tua Deo placere. Id semper à domino anxia solicitudine tibi petendum est: vt nunquam illum offendas, & vt mittat te quo ipse voluerit: tã dũmodo volũtas eius hæc sit, vbicunq; gaudens & lætus desse. Infernum eatenus timere debes potius cum scias, ꝙ omnes sibi habitantes inimicissimi Dei, quam, vt caueas propriã tuã pœnam: Gloriã desidera, sed potius cum scias, ꝙ oẽs qui ibi sunt amici sunt Dei, & nũquã beatitudine destituẽtur, quam vt propriã tranquillitatẽ & quietẽ optans. Beatitudinẽ autẽ summopere cupere debes, quia qui in cælo sunt confirmati sunt in gratia, & certi, ꝙ nũquã Deũ offendẽt. Quo circa ex aduerso hãc vitã odio habere debes: quandoquidem tam parata est, vt aduersus Deũ possis delinquere. Et deniq;, vt concludã, hæc, quæ modo agimus semper mẽte tua reuolucre debes & quòd dãs dicit, propter filium hominis. Nã volut ut omnia tua opera pro Christo facias.

Hoc est fundamentum totius meriti: nãetiã si plurimos labores patiaris, si plurimis ieiunijs & alijs rectis operibus te ipsum discruciaueris: dũmodo ea nõ pro Christi amore facias, iam omnia nullius valoris sunt nec momẽti. In hoc quippe cõsistit tuorũ laborũ meritũ. Sic Christus cum de laboribus sermonẽ ad apostolos habebat, semper causam meriti addidit. Vt cũ dixit, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, & subdidit. Et persequuti vos fuerint propter me. Et iterũ. Ad reges & præsides ducemini propter me. Et rursus. Qui perdiderit animam suã propter me. Et idem inferius hi dicebat apud nostrũ Lucã, cum de cõtemptu secuti loqueretur. Qui reliquerit domũ, & patrẽ, & matrem propter me. Et de persequutionibus loquẽs dixit. Tradent vos ad reges & præsides propter nomen meum. De quibus etiam loquutus apud Ioannẽ dixit. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Vides ergo quomodo omnia mala, quæ pateris, vel quæcunque bona egeris, propter Christi nomen & propter ipsum Deũ faciẽda sine fine spe alicuius propriæ vtilitatis? Sed si statim mihi obijcietis, quomodo Dauid, qui iustus & sanctus erat, dixit do-

Mat. 5. Matth. 10. Matth. 16. Luc. 18. Luc. 21. Ioan. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm.118. mino in psalmo: inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem? Respondebo tibi, quòd hæc retributio ipsemet Deus est: pro cuius amore sunt omnia facienda. Sic olim Deus dixit *Gen.15.* Abrahæ. Ego merces tua, magna nimis. Nam quicunque agit, agit propter finem: qui nobis Deus in omnibus operationibus nostris intendi debet. Sed credo plusquam in principio existimaui, me ipsum extendisse: vt autē gradum ad alia faciamus, lege si placet Diuū *Gregor. lib.* Gregorium pulchrè de hac re disserentem. *28. mor. c. 13.* Atque ita nostrum euangelistam audiamus vlterius progredientem. *Gaudete in illa die & exultate.* Gaudium illa sola delectatio est, quę rationem sequitur ex qua delectatione resultat in appetitu sensitiuo motus exterior, qui dicitur exultatio, qui est passio eiusdem appetitus, Gaudium itaque non in appetitu sensitiuo sed intellectu, nempe in voluntate suscipitur. Est enim motus voluntatis, quæ nō est volitio, sed passio siue affectus. Veruntamen inter gaudium & exultationem secundum proprium significatū hoc interest: quòd gaudium est affectio animi dum ad mensuram rationis lætatur neq; vltra modum foras effūditur. Exultatio vero cum ita mouetur, vt exterius præcipue in vultū immodicè egrediatur. Illud igitur gaudium beatorum ex exuberantia gaudiū & exultatio nuncupatur. Ideò *Psalm.83.* Dauid de vtroque dixit. Cor meum & caro meo exultauerunt in Deum viuum. Gaudete inquam interius dicit Christus propter stolam animæ: & exultate exterius, propter stolam gloriæ. ¶ Obserua autem, quòd solū huic beatitudini additur gaudiū, & exultatio: quia quæmadmodum in ea narrantur tot mala ita *Psalm.93.* accumulantur bona, iuxta illud. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerūt animam meam. Et etiā additur gaudium & exultatio ad demonstrādum gratiam spiritus sancti conferendam fore sanctis martyribus noui testamenti. Quia ergo sancti martyres non solū virtutē patiendi sed gaudendi & exultandi in tribulationibus acceperi erāt, patientibus propter Christum dicitur, gaudete & exultate. Sic sanctissimi apostoli gaudentes ibant à conspectu cōcilij: quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Sic beatus Laurētius in tormētis. Gaudeo (inquit) quia Christi hostia efficiar merui. *Ecce enim merces vestra multa est in cœlo.* Vides iā quomodo qui pro Christo per sequutiones & labores patiuntur, nō sine digna mercede & retributione maneant? Hic autem aliqua obseruanda veniunt. Primo, q̄ in hac beatitudine nulla facta determinatione ponitur præmium. Non enim sicut in alijs beatitudinibus ponitur aliquid certum pro præmio puta, ridere & saturari, vel aliud simile: sed dicitur merces vestra multa est in cœlis vt hanc beatitudinem præ cæteris cōmendet, quam copiosa manet merces. Præmium deniq; infinitum insinuat, quòd huic *Isaiæ 1.* beatitudini respondet & merito. Nam si iuxta Saluatoris testimonium, maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: nemo maiorem habet perfectionem quam is, qui pro Christo amico suo animam suam in discrimen ponit, quod quidem ad hanc beatitudinem constat spectare. ¶ Expende autem, quod dicit in cœlo futuram esse mercedem, non in terra: quia Deus mundi amatoribus in hoc mundo interim cora tribuit. Præmium malorum in hac vita illis tribuitur: bonis autem in cœlo. Etenim boni non hac vita gaudent, quia merces eorum multa est in cœlo: mali vero hic gaudent & lætantur. Non vult dominus in hac vita iustis retribuere his mundanis & vilibus diuitijs: quæ cum stercora sint domus Dei suis bus eas tribuit, vt fuerunt Nero, Domicianus, Commodus & alij his similes. Etenim *Psalm.* diuinus vates ait. Ipsi potentes in seculo obtinuerunt diuitias. Sed iustis non hic, sed in cœlo merces reposita est. Quo circa in persona domini loquutus Esaias depinguedine & *Esaiæ* abundantia illius ciuitatis suprenæ inquit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ in requie opulenta. ¶ Obseruandū tertiò, q̄ nō qualiscunq; merces, sed multa & magna erit vitæ æternæ: ita vt pro pauperrate momentanea, dabitur regnum æternū: pro rēporali fame, satietas opulēta: pro breui luctu, lætitia sempiterna: pro modica psequutiōe, gloria ppetua. Nō ait hic dēs Merces vestra multa & magna. Sic Abrahæ *Gen.15.* dixit. Ego merces tua magna nimis. Tāta enim sunt gaudia illius patriæ cœlestis, vt si vniuersæ mundi voluptates, quæ fuerunt & quæ futuræ sunt, cum illis cōparentur, nihil omnino erunt. Omnis mundi iucunditas si cum illa cœlesti conferatur, mœror, & luctus est: omnis suauitas dolor, omnis dulcedo amaritudo omne pulchrū & decorū fœdum & obscœnum iudicabitur. Tāta & tam magna est dulcedo

Aug. ser. de secundum Lucę. cedo futuræ gloriæ, vt dicat Augustinus q̄ si vnica tantum gutta cœlestis beatitudinis in damnatorum pœnis deflueret, tanta dulcedine repleret gehennam, vt nullum dolorē aut tormentum damnati paterentur. Et tanta ex diuina visione oritur delectatio, vt beati mallent esse in inferno, & conspicere vultum Dei, quam priuati hac visione, esse in cœlis. *1. Ioan. 3.* Ibi enim (vt inquit Ioānes) similes ei erimus. *1. Cor. 13.* Et Paulus etiam. Tunc cognoscā, sicut & cognitus sum. Leuabimur enim in tantam celsitudinem & maiestatem: quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nec minus habent altitudinis verba illa Esaiæ. In lumine tuo videbimus lu- *Psal. 35.* men. Etenim diuina essentia vnitur per modum luminis & speciei intellectui humano. Res equidem summæ celsitudinis. Ibi etiam sensus omnes replebuntur innumerabilibus delectationibus, non solum secundum vota, sed longe vlterius quā desiderari queat. Deniq; facilius multo explicari potest quod non est in cœlesti illa patria: quam numerare perfectiones, & diuitias, quibus abundat & ornata est. Hæc est illa copiosa merces in cœlo reposita his, qui in hac vita breuem hāc tribulationem patienter tolerant. ¶ Vbi aduertendum est, quod si merces est: ergo mētitur is, qui dixit operibus nostris nihil ex iustitia debetur. Imò sicut merces debetur operationi non ex gratia sed ex vero debito: ita optimo iure gloria debetur bene operātibus. ¶ Discamus itaque ex hoc loco aduersa quæque & aspera æquo animo tolerare, memores huius copiosæ mercedis. Etenim si oculos conuertis ad brevitatem laboris præsentis, & ad magnitudinem retributionis, quam expectas, nihil laboriosum & aduersum in hac vita præsenti te multum vexabit. Tempus enim breue est (ait Paulus) & merces copiosa, dicit Christus. Hæc duo in omnibus laboribus tuis semper ob oculos constitue, scilicet, tempus breue esse, mercedem vero copiosam. Quid obsecro agricolam cogit frigus & labores hyemis tolerare, nisi spes colligendi fructus in vere? Sic etiam mercator per varios casus per tot discrimina rerum ad Indos nauigat, vt diuitias sibi comparet. Sic tu omnia mala vitæ præsentis æquo animo sustine, considerans copiosam mercedem tibi in cœlo esse repositam. Hoc equidem maximopere solabatur Paulū in omnibus laboribus suis, cum scribens Corinthijs dicebat. Propter quod nō defecimus, sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamē is, qui intus est, renouatur de die in diē. Id enim quod in præsenti est momentaneū & leue tribulationis nostræ: supra modū in sublimitate æternū gloriæ pōdus operatur in nobis, nō cōtēplātibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. *Quæ enim videntur, temporalia sunt, quę autem nō videntur, æterna. Secundum hæc enim faciebāt prophetis patres eorum.* Exemplo prophetarum temperat rigorē tribulationis. Ac si diceret. Non est nouum quod vos, qui fratres mei estis persequantur Iudæi, quia cādem ob causam seruos meos prophetas sunt persequuti. Ac si illi qui non habuerunt exemplum constantes fuerunt in tribulationibus, vos qui habetis exemplum cōstātiores esse debetis. Nam sicut modo Iudæi persequuntur vos, ita patres eorū persequuti fuerunt sanctos & prophetas antiquos, scilicet, Mosē, Aarō, Esaiā, Ieremiā, Michæam, Amos, Zachariam, Danielem, & *13.7.* Ezechielem, & plurimos alios: sicut beatus Stephanus dixit eis in concilio. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto reluctamini. Præterea sicut solet Elephantibus ostendi sanguis, vt stimulētur ad prælium: sic Christus sanguinem effusum sanctorum prophetarum ostendit discipulis, vt eos alliciat ad tolerādum quæcunq; aduersa illis euenerint. Perpende autē quod Christus qui gloriam mundi contemnendā esse docuit, quatuor commendat & beatificat, quæ ex diametro mundo aduersantur. Mundus enim fœlicitatem constituit in diuitijs, voluptatibus, & gaudijs, & deniq; in honoribus: quæ omnia Christus hic damnat. Aduersus diuitiarum amatores inquit. Beati pauperes quoniam vestrum est regnum Dei. Aduersus eos qui delitias summam fœlicitatem iudicant, inquit. Beati qui nunc esuritis. Contra eos qui iocis & conuiuijs indulgent dicit. Beati qui fletis. Et deniq; aduersus eos qui honores ambiunt, & mūdanos sumptus & dignitates sic inquit. Beati eritis cum vos oderint homines, &c. Sed ad maiorem commendationem harum beatitudinum condēnat etiam vitia eis opposita. Ait igitur. *Verumtamen væ vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram.* Væ in scriptura sacra (vt Gregorius testatur) sæpius de æterno luctu, potius *Greg. hom. 9. super Ezechie.* quam de præsenti solet intelligi. Vnde Esaias ait. Væ impio in malo, retributio enim manuū eius fiet ei. Et Iob. Si impij fuero væ mihi. &c. *Esai 30. Iob. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi per antithesim quatuor promissionib⁹ quatuor apponit comminationes: sicut quatuor beatitudinibus quatuor virtutes cardinales posuit correspondentes. Nam paupertas temperantiam gignit, esuries iustitiam, luctus prudentiam, & contentus fortitudinē. Sic modo quatuor comminationes apponit quatuor vitijs correspondētes. Primum, væ, qui cit contra cupiditatem diuitum, quod opponitur paupertati & virtuti temperantiæ, dicens. Væ vobis diuitibus. Secundum est cōtra voluptatem Epicureorum, quod opponitur lætitiæ & prudentiæ cum dicitur. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia flebitis. Quartum væ est cōtra mundi placentia quæ opponuntur mūdi maledictionibus, & fortitudini, cum dicitur. Væ cum benedixerint vobis homines. Et sibeati sunt pauperes vt Christus hic inquit, væ amatoribus diuitiarum. In proverbijs habetur. Est quasi dives cū nihil habeat, & est quasipauper cum in multis diuitijs sit. Si beati sunt esurientes: væ epulonibus, & qui se cibis & vino ingurgitant. Vnde in proverbijs dicit. Noli esse in conuiuijs peccatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Si fleates sunt beati: væ gaudentibus & ridentibus. Iacobus enim ait. Plorate & vlulate in miserijs vestis. Si beati patientes, væ impatientibus. Et idem Iacobus. Ecce beatificamus eos qui sustinuerūt. ¶ Obserua autem quod in his benedictionibus & maledictionibus est quēdā similitudo & correspondentia aliter noui & veteris legis. Deus etenim cum dedit legē Moysi, dedit etiam benedictiones, & maledictiones: nam iussit vt essent sex tribus in mōte Garizim, ad benedicēdū: & sex alias tribus in mōte Sichar, in ingressu terræ Canaā, ad maledicendū. Et in vigesimo quinto capite Deuteronomij inuenies maledictiones, & in sequēti benedictiones. Cui⁹ autē verus Deus, qui dedit legē Moysi eundē ordinē tenuit & modū, præbens nouam legem iniquia posuit & constituit benedictiones obseruatoribus legis, & maledictiones eam violatoribus. Nam sicut pauperes sunt beati, ita vos diuites male dicti: & sic de alijs benedictionibus & maledictionibus. ¶ Expende etiā quod illæ maledictiones non fuerunt positæ per modum imprecationis, sed per modum prænunciationis: nā imprecari pertinet ad eos, qui male volunt & inferre non possunt, & ideo petunt inferri ab illo qui potest. Hoc autem non conuenit Christo qui Deus erat, & ipse neminem odit, sed omnia diligit: & si alicui vellet malum inferre, protinus inferret, quia à nemine potest impediri & sic non deprecaretur. Væ autem comminatio est æterna: qua deterrere vult Christus huius seculi amatores, vt quærant cælestia, & concupiscant terrena. Nullum non lapidem mouet, vt legem Dei obseruemus, tum benedictionibus, tum maledictionibus: sed superua mons nostra neq; blanditijs, nec terroribus mouetur. Præterea ne putarēt homines posse peccare impune in occulto, ponit maledictiones: quia vt in publico non delinquas, magistratus statuit. Prima itaq; maledictione diuitibus maledicit: non omnibus sed tantum illis, qui diuitias tanquam Deum colunt, & eis seruiunt, atq; ideo dictum restringit dicens. Qui habetis hic consolationem vestram. Talis enim consolatio via est ad æternū cruciatum: secus autē contra tribulatos præsens est via ad æternam cōsolationem. Vnde Abraham dixit diuitie puloni existenti in inferno. Recordare quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Sunt in hac vita diuites huiusmodi velut pecudes quę adiugulum adducuntur, quę quę in vetita pascua ingredi possunt, cum iam in illis appropinquet mors. Pascuntur mali flore huius vitæ, & ad libitum comedunt & bibunt, & in vitijs, & peccatis, quæ lex domini vetat, vitam degūt. At carnifex inferni non procul est, vt eos ducat in iugulum & interitum. Morientur & nihil eorum inuenient, quibus hic oblectabantur iuxta illud psalmi. Dormierunt somnū suū, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Apte quidem & appositè dicit quod dormierunt somnium: quia eorum gaudium est simile consolationi somniatū, de qua per Esaiam dicitur. Sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus lapsus adhuc sitit, & vacua est anima eius: sic erit, &c. Quapropter in alio loco scripsit David. Velut somnium surgentium dominе in ciuitate tua, imaginem eorum ad nihilum redigies. Optime dicit imaginem quia sicut somniantes non videt res, sed imagines rerum, & tamen crederunt se habere diuitias veras, cum tamen non habeant nisi imagines, siue phantasticas diuitias. Pharisæi autem

tores artibus suis efficiūt, vt tibi appareat hortus amœnissimus arboribus & fructibus plenus, tu vero attingis rarum, vt fructus colligas, & nihil inueniens, iudicas statim omnia illa vanitatem esse & sola apparentia fallere, cum reuera nihil ibi sit. Ita nimirum sunt omnia hæc mundi præsentis, quæ oculi nostri intuentur, quę nihil aliud sunt nisi somnium & vanitas. Quid obsecro existimas esse has diuitias diligens, nisi similis illi, qui in sinu, suo exhorte serpentes nutrit: qui postea illum essent interfecturi? Ita tu calore cupiditatis diuitias nutris & auges, quæ viscera tua comedūt, cō scientiam rodunt, suffocant spiritum, & salutem animæ tuæ in discrimen ponūt. Sic adeò vt Christus dicat, væ tibi. Ideo beatus Iacobus. Lugete diuites, & flote miseri: quia risus vester vertetur in luctū, & gaudiū in mœrorem. &c. Sequitur iam secunda maledictio secundæ benedictioni respondens. *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis.* Nam sicut Paulus Romanis scribit. Si secundum carnem vixeritis morieminī: Sicut enim beatitudinibus posuit præmia correspondentia, sic vitijs oppositis posuit pœnam correspondentem. Vnde in Sapientia habetur. Per ea, quæ quis peccauit, per ea & punietur. Ideo quæcunque epulo fuerit seq; cibo meroq; impleuerit accutissima fame postea torquebitur. Docetur hic gulā fugere, & abstinentia amare: ne in tantā calamitatē incidamus. Cibo enim vetito primus homo cecidit. Cibo Esau vēdidit primo genituram, & populus Iud eorū dū immoderato vsus fuit cibo vitulū conflauit. Sedit enim populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere: id est, idololatrare. Nam verbum ludere sæpe in scriptura sumitur pro idololatrare, aliqñ pro occidere, aliqñ idē valet quod habere tē cū muliere aliqua. De primo legim⁹ in Genesi Sara vidisse filiū suū Isaac ludētem cum Ismaele: quare dixit dominus Abrahæ. Eijce ancillam & filium eius. In Hebræo est verbum mezaele, quod æquinocum est: significat enim occidere & idololatrare. Volūit nanque Ismael idolis quæ ex luto fingebat, adducere Isaac ad idololatriam. Occidere autem significat in secundo regum cum dicitur. Surgant pueri, & ludant coram nobis. Id est occidant: nam statim sequitur ibidem. Surrexerunt duodecim de Beniamin ex parte Isbosech filij Saul, & duodecim ex pueris Dauid: apprehensoque vnusquisque capite comparis inf. defixit gladium in latus contrarij & ceciderunt simul. Quod etiam accipitur vt idem sit quod rem habere cum muliere, habetur in Genesi vbi dicitur, quod Abimelech vidit per fenestram Isaac ludentem cum Rebeca vxore sua, id est, coeuntem. Quare accersito Isaac dixit ei Abimelech. Perspicuum est quod vxor tua sit, cur mentitus es, eam sororem tuam esse? Igitur cum populus sedisset manducare & bibere surrexit idololatrare: vt in eodem capite satis aperte dicit, quod ludus hic fit idololatria. Quod non ex alio processit nisi ex nimia crapula, & ingluuione. Multa enim mala oriuntur ex vitio gulæ. Cunque diabolum non lateat plura quotidie ex hoc vino pullulare mala, frequēter gula nos tentat: imò legem mūdo tulit de ebrietatibus & conuiuijs faciendis: & hāc inter honores retulit sanctionem, vt crescente nobilitate & auctis redditibus, crescāt magis lauta & opipara ciborū genera: sic adeo vt inter præcepta nobilitatis vnum & id præcipuū sit gula. Cum dominus multo aliter inferius moneat dicens. Attendite ne grauentur corda vestra crapulā & ebrietate. Si dixisset, corpora vestra, perspicuum esset, fuisse loquutū de infirmitatibus corporis, quæ ex nimijs cibis oriuntur, iuxta illud Sapientis. In multis esceis erit infirmitas. Sed dixit, ne grauentur corda: quia non solum ex gula mortem corporis subit homo, sed etiam ipsius animę. Quod in Esau & Iudeis manifestissimo exēplo perspici potest, qui idololatrantes coram vitulo saltabant dicentes. Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Maxima igitur Christiano viro habenda est ratio de temperantia. Etenim ea est quę cibo & potui frena imponit: vtpote quę sit totius hominis tam animæ quam corporis rectissimum institutum, & salubrimum medicamen: contra vero gula mors est tam animæ quam corporis. Epulonibus quippe Philistæis & letantibus, cecidit mors super eos. Nolebant filij Heli carnes coctas ab officialibus accipere, sed crudas, vt eas sibi lautius præpararent: qui miserè, & infœliciter in bello fuerunt inter empti. Ionathas etiā quia contra mandatum patris parū mellis comedit, occisus esset à parte, nisi populi ei impedimēto fuisset. Quo circa cū sciret sanctissimus Iob multa in ebrietatibus cōmitti peccata, idcirco postquā epulati essent filij eius cōsurgēs diluculo offerebat holocausta per singulos dies. Dicebat enim. Ne forte peccauerint

Prouer. 13.

Prouerb. 23.

Iacob. 5.

Ibidem.

Deuter. 27. & 28.

Lucæ. 22.

Ecclæ. 37.

Hebr. 12.

Exod. 32.

Iudith. 16.

1. Reg. 2.

1. Reg. 14.

Iob. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

filii mei. Vide obsecro quanta mala ex nimiis epulis proueniant: sed qui hic potationibus & conuiuiis se tradiderint, esurient postea in æternum. Nunc autem iam in textu tertiæ benedictionis ponitur tertia calamitas. *Væ vobis qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis.* Nõ de quocunque risu, sed de immoderato & de inepta lætitia loquitur. Etenim non decet virum, qui sistendus est coram seuerissimo Dei iudicio inani risu suam stultitiam patefacere: nam postea hic talis, & huic similes lugebunt & flebunt. Nã si recordarentur homines quæ lamenta & planctum facturi cum tot cruciatibus in inferno torquebuntur ob peccata, quæ hic patrarunt: non vtique tam læti & alacres vitam agerent. Porrò cùm dicit lugebitis, de exteriori dolore loquitur: & cùm dicit flebitis, de interiori vlulatu inferni intelligit quia interius nimio dolore, & exterius multitudine pœnarum dolebunt & tristabuntur.

¶ Discamus ergo, falla mundi gaudia contemnere, & lachrymas pro peccatis fusas amare: vt in hac vita anima tua lachrymarum tuarũ riuis irrigata tanquàm mundissimum speculum sine macula in vltima illa die appareat. Attende obsecro per Christi amorem quod qui in hac vita rident in ventura ambobus oculis lamentantur: qui verò hic lugent, ibi gaudent & lætantur. Nam si hic festum celebrare vis, ibi vigilium habebis: & si hic vitam in risu transegeris, in inferno eris in luctu. Recordare sanctissimi Iob dicentis. Antequàm comedam suspiro. In festis sanctorum prius celebratur vigilia quàm festũ: nam ipsi prius ieiunarunt & luxerũt, postea verò gauisi sunt: multo aliter fit in mundo, nam pri? homines in caupona comedunt & bibunt, posteà verò symbolum exoluunt. Ita quidem etiam si nunc comedas, bibas & gaudeas: postea mors arctissimam rationem exiget omnium gaudiorum tuorum. Care nimis nunc emis risus, quandoquidem postea pro illis, gemitus exolues æternos. Amara sunt omnia gaudia mundi: quibus respondent æterna tormenta. Ideoque cauendum tibi maxime est, quod etiam si modo ineas & incautus comedas, & rideas, cito mors aduenier exactura rationem, vbi nõ sine fœnore hæc omnia gaudia exolues. Etenim etiam si in mensa huius vitæ multa comedas nullam tamen habens rationem solutionis: non ideò hospes obliuiscetur omnes sumptus, vt eos exactè numeret & scribat, & vt nihil insolutũ maneat. Quocirca si hæc attentis oculis considerasses, non tot sumptus faceres: nec tam laxis habenis, in omnia vitia viueres: quia verò nunquàm tecum reuolues, diem esse vltimum, in quo de omnib' factis, & de minima etiam cogitatione rationem es redditurus: tam excelsiuos & superfluos sumptus facis, quos nunquàm in inferno satis exolues, Quemadmodum enim boni in hac vita lugent, posteà verò inter sanctorũ chotos delectantur & gaudent: sic mali in hoc mundo suas voluptates & gaudia quærunt, vt postea non supersit eis nisi luctus & planctus. Nunquàm inuenies in tota sacra pagina Christum redemptorẽ nostrum risisse: at inuenies multoties ploraſſe. Vagiuit in præsepio, planxit in resurrectione Lazari, lamentatus est super Hierusalem, & lachrymatus est in cruce, & denique tota eius vita continuus luctus & carnis afflictio fuit. Etenim ipse est, qui ait. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Pueri quippe non alia arma habent aptiora, quibus se defendere possint quã lachrymas: nam quidquid mali puero intuleris, statim fundit lachrymas. His op' est armis, vt teipsum tuteris ab infernl tamentis. Nam Pharao aquis fuit obrutus & dæmõ ipse lachrymarum aquis destruitur. Vana igitur sunt gaudia vitæ huius præsentis, iuxta illud Sapientis. Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Potius elegit Moses cum populo Dei affligi, quã participem esse terreni gaudii: & ideò dixit non esse Ioathan filium filiæ Pharaonis. Si igitur iustorũ lachrymæ conuertuntur in gaudium, & omnis vana voluptas in luctum: potius est in solitudine plangere, quã in principum domibus ridere. Iam sequitur quarta maledictio. *Væ cùm benedixerint vobis omnes homines.* Id est, cum laudauerint vos, si inaniter gloriemini. Adulatio enim nutrit peccatum. Quia sicut oleum missum in flammam, igni est fomentum: ita adulatio culpæ. Laudatur (inquit Dauid) peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et Esaias. Populc meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Iudex velabant faciem domini, & salutantes dicebant. Aue rabbi. Sic adulatores laudãdo excecãt. Cæcus enim benè audit, quod illi dicitur: sed non videt quid mali ei inferatur. Sic ille qui decipitur, adulationem audit: sed non videt quantũ malũ illi proueniat. In pœnã nanq; multorũ peccatorũ sæpè permittit Deus, quod scelera nõ solũ nõ arguantur, sed quod laudentur.

¶ Obser-

¶ Obserua autem quod nõ simpliciter dixit, homines, sed omnes homines, quia malũ non est à bonis hominibus benedici: at malum est benedici à malis, qui nõ nisi mala laudare cõsueſcunt. Quoquidem loco discere te oportet: vt humanas laudes non sitias, nec à peccatoribus laudari velis: nemo beatissimi Pauli ad Corinthios dicentis. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: qui autem me iudicat dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quousque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit obscura cordium. Tunc laus erit vnicuique à Deo. Quocirca nullo modo impiorum laudes quæramus sed bonorum. Etenim cum Achillis sepulchrum Alexander videret, ò te fœlicem iuuenẽ (inquit) qui talem meritorum tuorum meruisti habere præconem. Fœlicissimus item Ioannes Baptista fuit, cuius laudes ipse Christus mirabilibus encomijs prædicauit. Non quæras ab impijs benedici: nam statim homines suspicãtur (& id merito) similem laudatori esse laudatum. Etenim mundus huius est naturæ & cõditionis vt sui similes diligat. Idem enim est turpiter laudari à turpibus, quam laudari ob turpia: propter quod (vt ait Dauid) homines à Deo deseruuntur. Vt quid domine (inquit) recessisti longe? & respondens inquit. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et hoc quidem potentum maximum est discrimen: hoc attestante propheta, qui cupiens ab hac peste liberari orabat dicens. Saluũ me fac domine, quoniam defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Ideoque cũ ab impijs maledictus fueris gaude: & hæc verba Christi memoria nunquam excidant, si ab aliquo maledictis, vel probris fueris cæsus. Væ cum benedixerint vobis homines. Multi enim sunt qui de te multa bona prædicent: nec ægre ferias, si ab omnibus non benedicaris. Etenim de Christo, cuius os nunquam nouit mendacium, multi multa bona prædicabant: alij verò mala. Quid igitur est, quod enim tu mille vitijs flagitijs coinquinatus, ab omnibus laudari velis? Nosce te ipsum, & attẽde quod dignus sis ab omnibus vituperari. Vnde nec mirari debes, si aduersus te aliqui murmurant: sed potius suspicionem de te concipe cum laudatus fueris, id merito fiat, necne. ¶ Disce tandẽ ex his maledictionibus diuinum iudicium timere: quia Christus ea etiam seuerissimo, & terribili iudicio, quæ homines iudicant vix esse mala condemnat. Quo igitur obsecro rigore ea damnabit, quæ grauissima sunt, & turpissima scelera? Etenim non inquit Christus. Væ latronibus, væ homicidis, væ idolomaticis & adulteris: sed væ diuitibus, væ qui ridetis, væ qui saturamini, & qui gloriam & vanam hominum laudem cupitis. Qui de grauioribus criminibus & delictis faciet, si ea quæ fere nulla putantur a ternis punit supplicijs? Sed vt omnia dicta breuibus complectar verbis in hoc miserando exilio (quod ecclesia sancta lachrymarum vallem appellat) semper plora: pœnitẽtiam age, gaude in aduersis & calamitosis, noli mundi fluxam & aduersus periturã laudem quærere, ne æternos cruciatus experiaris, & q̃ petius est, ne æterna fœlicitate & beata illa visione, quæ angelicas mentes satiat & replet, destituaris. *Secundum hæc enim faciebant falsidoprophetis patres eorum.* Hæc omnia, quæ hic dicit cum his, quæ superius dixerat conueniunt. Nam quemadmodum singulis benedictionibus singulæ maledictiones respondebant: ita etiam nunc (vt cum finiuit benedictiones dixit secundum hæc faciebant prophetis patres eorum) nunc eodem modo ait, secundum hæc, id est, laudando mala faciebant falsis prophetis patres eorum. Progenitores eorum bonos persequebantur, atq; ideo in benedictione persequutionum bonorum dixit. Secundum hæc faciebant Prophetis, eos persequẽdo. Et quia malos & impios laudabant post hanc maledictionem dixit in hoc loco, quod hæc faciebant pseudoprophetis, quia malos prophetas & impios laudabant. Hoc mundus facere consueuit bonos persequendo: & prauos exaltando. Sic egregius psaltes in psalmo ait. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Vos autem ò discipuli mei nolite pauere: primã hæc est malorum inueterata consuetudo, & non aliquid nouum modo inuentum. Hæc omnia volui vobis prædicere: vt parati sitis, eos, enim minus iacula feriunt, qui prouidi sunt incautos vero interficiunt. *Sed vobis dico qui auditis.* Rhetorum & oratorum obseruatissimus est mos, vt cũ velint de aliqua præclara re dicere prius attentionẽ postulent. Cuius præceptionem omnium rhetorũ magister Christus non immemor, attentionem captat. Sic Esaias volens populo Iudæorum magnalia Dei prædicare dixit. Audite cœli & auribus percipe terra: quia dominus loquu-

tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus est. Quando loquitur rex omnes famuli silentium tenent. Audiant igitur oēs regem, regem, & dominū dominātiū altissimā & diuinam Theologiā: quā insanus & stultus mūdus, nunquam cognouit. Præstent cœli attētionem, sol, luna, stellæ, elementa, & omnes insensibiles & irrationales creaturæ: & præcæteris, omnibus ipse homo aures cordis & animæ aperiat & summa attentione Deum filium loquentem audiat, in commodū & vtilitatem suam. Cum homine loquitur, & hæc diuina & mirabilis doctrina ad ipsum dirigitur, qui non loquitur ore prophetarū aut sanctorū suorum, sed ipse proprius filius Dei doctrinam euangelicam promulgat. Etenim cū dicit. Sed vobis dico, magnā emphasim ostendit. Non enim dicit, hæc dicit dñs sicut prophetæ: sed ego dico tanquam Deus, qui autoritatem habeo condendi legem: qui sapientiam non ab aliquo accepi, qui æternus sum, & ab æterno plenus sapientia. Hoc verbo, dico, maximam suam autoritatem & maiestatē ostendit: & simul suæ doctrinæ valorē. Quo circa in Matth. 7 dicitur, quod cū consummasset Iesus verba hæc, admirantur turbæ super doctrina eius. Docebat eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Ideoque arrectis corporis & animæ auribus, audiamus Christum nobis loquentem. *Diligite inimicos vestros.* Hoc est doctrina mirabilis prolata ab ipso filio Dei, vtilis quidē & necessaria saluti animæ nostræ: & conducentissima ad gubernationem mundi, & ad stabilitatem reipublicæ. Sed ad explicationem eius accedamus. Et in primis animaduertendum quod inimicus dupliciter potest considerari. Primo considerando malitiam, quæ persequitur, quia odio prosequi debes: secundū quā beatitudinē ingredi non valet. Vnde Dauid, Psalm. 118 Iniquos odio habui. Et alibi etiā dicit. Nonne qui oderunt te domine oderā, & super inimicos tuos tabescebā. Secūdo considerarur inimicus quantū ad naturā suā: & sic ad salutē animæ necessariū est diligere inimicum. Peccatū itaq; odio prosequi debemus: natura vero diligenda. Nunc vero multo aliter fit: quia multi naturā odiant, & peccatum amant. Nā sunt ter aliquos contigit, vt sint inimicitiæ & contentiones, hi ad malum faciēdam amicitiam meā, similes sunt hi homini illi iniquo, Psalm. 49 quem dominus reprehendit dicens. Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionē tuā ponebas. Nullum mundo vnquā grauius fuit peccatū, quam innocētem Iesum morti tradere: ad quod perpetrandum Pilatus & Herodes conuenerunt, & amici facti Marci 15 sunt. Vitium igitur inimici odire debes, naturam vero eius diligere. Nam inimicus habet nobiscū quandā conuenientiam & similitudinem in natura, secundū quam peruenire poterit ad beatitudinē: qui etiam capax est virtutis & gratiæ, per quā in cœlum tenditur. Vnde à communi proximorū dilectione nemo excludere potest inimicos, quę dicebo inimicis sufficit, cū etiā amicis sufficiat. Nam speciali affectu non tenetur homo oēs homines diligere, quia impossibile est, id aliquē adimplere posse, cū multi sint, quos non cognoscamus. Tenemur autē ex charitate generali dilectione oēs diligere: secundū quam quis omnibus vitā eternā desiderat. Oportet autem vt animū paratū habeas semper vt si necessitas occurrerit specialiter vnumquemque diligas, vt si in aliquo esset constitutus periculo à quo nisi per te posset liberari: sed nō teneris ita familiariter cum eo agere, & opera supererogationis ei cōferre, sicut amico: nisi, vt iam diximus, in aliqua extrema necessitate esset positus. Eum autē excludere non debes à cōmuni & generali oratione, etiā si familiariter cum illo nō agas, nec cōuerseris, sicut cū amicus erat. Ne autē his verbis fauere videamur multis qui cū odio proximos suos prosequuntur loquela & familiaritate illis tollūt, quibus si dicetis, quod inimicis parcant respondent, se nihil mali eis cupere & eos diligere, sed nolle eos alloqui. Vbi aduertere debes, quod etiam si bona conscientia bene possis cum inimico non loqui, nec cum eo familiariter agere: hoc intelligi debet quando alterum horū non interuenit, scilicet, scandalum. Nam si cum illo non loquendo, vt solebas, scandalum oritur in populo, & aliquid mali de te præsumitur, teneris illum alloqui, & cum illo familiariter agens, signa amoris & benevolentiæ debes illi ostendere, & non solum illi, quem scandalizabas, sed etiam illis, à quo tu ex consuetudine affectus, etiam si odio te ipsum prosequatur. Teneris, quippe & lege naturæ & diuina vitare scandalum. Nam licet tu iam illum inimicum diligas cōmuni amore (vt diximus) & secundum legem dilectionis præcipit: nihilominus hoc latet vniuersum populū, tuū signo aliquo exteriori loquens cum illo, ostendis illum non odire. Sicut quis habens concubinam, postea vero ab illa discedens, caste vitae obseruans

domini mandata, tenetur illam à domo ejicere non solum propter periculum sed etiam propter scandalū: qui etiam licet esset in gratia confirmatus teneretur illam expellere à domo: vt viret scandalum, cum alij nesciant an ab ea discesserit. Sic tu quanuis inimicum diligas teneris illum alloqui: non enim satis est, vt diligas, sed est opus, vt hoc sciant alij: quod illis constare non potest nisi te viderint cum illo loquētē. Vnde diuus Paulus. Si proximus scandalizatur, nō manducabo carnes in æternum. Quemadmodum enim si videres aliquem, qui corā sacramento altaris genua nō flectit, nec caput nudat, sed terga vertere: vtique tu illum hæreticum & infidelē iudicares, quia non ostendit signa Christiani, quāuis catholicus & fidelis esset. Ita tu si proximum non alloqueris, quanuis eum diligas, homines tamen iudicabunt, te eum prosequi odio: quod scandalum vitare teneris.

Quod si hoc sactæ scripturæ appositissimo exemplo perpendere libet, repete scūdum Machabeorum librum. Vbi Eleazarus cōpellebatur edere carnes positas contra legē Moysi, qui non acquiescens imperio Tyranni voluerunt quidam vt alias carnes, de quibus licebat, comederet, sub fuco & prætextu porcinæ carnis: qui comedere noluit, non q; porcina esset caro, sed vt scandalum aliorum vitaret. Nam licet vere suinam carnē nō comederet: attamē putarent alij Iudæi eam comedere, & sic ipse causa esset scandali. Sic in præsentiarū, licet proximū diligas, attamen opus est, vt exteriori opere id manifestes, ne contrarium ab alijs iudicetur. ¶ Secundo etiam illum alloqui teneris ratione fraternæ correctionis. Nam vnusquisque in maxima necessitate, proximum tenetur corrigere, & quantus inimico tuo existenti in mortali peccato alij prædicent & amicitiam persuadeant, non ita vere commouetur & cōuertitur ad Deū, ac si tu illū esses alloquutus, qui offensus es. Nemo enim est qui tam apte inimicum curare possit, quam inimicus suus. Scorpio acerrimus inimicus est muris & hæc duo animalia maxime inter se contraria sunt: medicamentum autem præsentaneum morsui scorpionis est mus occisus & apertus, positusq; morsui. Sic nimirum inimicus inimicum curare potest, si eum blandis & amicis verbis alloquatur, & coram eo humilietur. Quod exemplum Christus sanctissimus & benignissimus amicus etiam inimicorum suorum nobis dedit qui coram scelerātissimo Iuda genua flectens pedes eius lauauit, quem sciebat traditorem & inimicum suum esse. Vtique si impius vellet medicinam accipere, benignissime & clementissime oblata illi fuisset: attamen cum obstinato effet animo, nihil illi profuit. Sic tu quanuis offensus fis, ex parte tua id facito: quod decet iustum & rectum virum. Nā si videres hereticum plurimos in ciuitate decipientem, dum tamen scias quod si eum fueris alloquutus, illum ab errore suo auertes, teneris ad illum sub pœna peccati mortalis accedere, & illi consulere. Pari igitur ratione, si scis & probabiliter credis, quod inimicus tuus non peior & deterior fier, sed melior, si illum alloquutus fueris blande & amicē, teneris illum alloqui, & coram illo humiliari, vt salua facias animā proximi tui. Ex fuis namque te cum inimicitia multi scandalizantur, & suo malo exemplo plurimos corrumpit: quod si tu cū tua loquela id vitare potes, teneris illū monere. Non solum illum diligere debes, sed plura signa amoris ei ostendere quam amico. Nam si aliqua domestica benevolentiam nō captaueris, id in curia vel negligentia tribuet: quod si id feceris cū inimico, multi propter odium id facere putabunt: atque ideo ratione scandali vitandi potius inimico, quam amico amoris pignora debes ostendere. Christus redemptor noster in cruce pendēs, prius pro crucifixoribus suis orauit: cuius exemplo discere cārā de inimicis habere. Extra hos duos casus non ad amplius eū illis teneris, quā ad generalem amorem & charitatem, quam etiā erga omnes proximos habes: nihilominus ex bono consilio id deberes facere, quippe hoc opus est maximi meriti & perfectionis. Scio etiam quod vera hos cessus potest quis inimicis loquelam interdicere, sicut pater filio, & prælatus subdito. Nam cum prælatus peccatum subditi multis modis possit corrigere, potest etiam hoc modo, scilicet fœrum, & iratum vultum ei ostendens. Sic fecit Dauid cum filio suo Absalon, qui etiam si cessisset in Hierusalem faciem tamen regis duorum annorum spatio non vidit. Quomodo vir mansuetissimus hoc fecit? Et ita mansuetus & benignus, vt de eo psalmus canat. Memēto dñe Dauid, & omnis mānsuetudinis eius. Et ita misericors, vt etiam à Semei maledictus & lapidans noluit vindictā sumere: cū posset Abisai eum interficere. Qui etiā cū à Saulo persequeretur, & bis ipse Saulē posset occi-

Ioann. 13.

Lucæ 23.

2. Reg. 14.

Psal. 131.

2. Reg. 16.

1 reg 24. et 26.

dere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere, noluit? Quis igitur fieri potest, vt tã mansuetus homo, qui illatas iniurias tam viriliter animo tulit, si vnum suum non alloquatur? Vtique quia iudex eius erat & rex, & hac pœna filij culpã castigabat. At si rogites, poterit ne subditus cum prælato hoc facere, filius cum patre, mulier cum marito, aut inferior cum superiore? Minimè. Sed quid est quod tu vel socrum, vel fratrem tuũ, vel vicinũ nõ alloqueris? Etiam si tu offensus sis tamen lex Christi suauis hoc vult, vt prius eum alloquaris. Vtertytum offenderat, Christus mulierem Samaritanam, an ipsa Christum? Certum est mulierem illã Christum offendisse, quia idolis deseruiebat, & concubina erat: nihilominus tamen Christus eã prius alloquitur, & loquelam incipit, & dixit illi. Mulier da mihi bibere. Quod vtique fecit vt eam ad se conuerteret. Sic tu etiam si offensus sis, prius illi inimicum debes salloqui, vt eum confundas, & cõuertas: vt ipse videns humilitatem tuã & virtutem seipsum pietiam humiliet, & sedet. Sed quid ad hæc tu inique dices: qui plures iam sunt transacti dies & anni, ex quibus proximum tuũ nõ alloqueris? Ne obsecro cum Davide teipsum excuses, quia tu nõ iudex es proximi tui, vt ipse David Absalonis, qui pater suus erat, iudex, dũs, & rex. Si illũ diligis & bona ei desideras: quare illũ non alloqueris? Est ne excõmunicatus: quorũ cõuersatio ab ecclesia nobis interdicitur? Quomodo tã minimũ cor quod proximũ minimum capere nõ potest, Deum tam magnum capiet? Qui creaturam non capit, quomodo capiet creatorem? Aspidis veneno viscera tua plena habes, & inimicus es Deo, quando fratrem tuũ odis? & mendacio tuam nequitiam operire vis, cum reuera illum odio prosequaris? Si illum diligis, alloquere eum: & bona opera illi facito, tunc̃q; clarius apparebit quod illum diligis: homines quippe corda non nouimus, & signis exterioribus cognoscimus à te eum diligi. O odium & inimicitiæ detestandæ, quarũ inuentores vtinam dominus in profundum abyssi deiecisset, vt vel sic tam ingens luctus mundi concordiam nõ destruxisset. Sed proh dolor! nunquam in meliorem mentem redeunt, nec conuertuntur: atque ita tanquam bruta animantia intellectu carentes suis odijs involuti in ima Tartara descendunt. Cuius tam deprauati vitij non possum non mirari amatores: nam cum in sacro euangelio inue-

niamus libidini & luxuriæ deditos, auaritiæ, latrocinijs, & multis alijs generibus vitiorum ad Christum se conuertisse: phatisæi tamen qui Christum odio persequebantur non sunt conuersi, atque ita animo obstinato in profunda Tartara descenderunt. Maxima quidem difficultate odia euolantur ab anima, & fere omnes, qui in his contentionibus & iurgijs vitam agunt, tanquam lapides suæ duritiæ & põdere in profundum inferni mergũt. Peccatores vero voluptatibus & carni dediti, vel iam in morte cum caro vitæ deperderit, ad Deum conuertũtur, & pœnitentiam agũt, eodem modo superbi, ambitiosi, & auari. Omnia hæc vitia cessant, minimè vero odium quousque in sepulturam ipsum hominem comitatur. ¶ Præterea in inferno vbi tot abundant tormentorum genera, non sunt deliciæ carnis, nec delectatio ciborum, non auaritia, nec cupiditas diuitiarum, sed summa paupertas. Sed hoc pestiferum & execrandum vitiũ ibi etiam maximè viget, vbi proximi & Deus intrinseco odio habentur à damnatis. Attende obsecro quam malum sit proximum odire, quod vitium cum in vita nunquam eradicatur ab anima, ita etiã in morte & post mortem manet, quousque in infernum cum eo discedatur, vbi ipsi dæmones in Dei odio obstinati sunt. Diligite ergo inimicos vestros.

¶ Et prima ratio huius dilectionis sit propter maximam vtilitatem, & commodũ quod nobis affert. Etenim ratio naturalis dictitat, vt homo eos diligat, qui bona ei conferũt: nam in bestijs ipsis & feris animantibus hoc experimento cognouimus, canis enim, mustio, & ipse leo ferocissimus suos benefactores diligunt. Igitur si ratio postulat vt benefactorem amore prosequamur, eadem lex postulat, vt inimicum diligamus quando mala bona nobis inpartitur. Plura bona ab inimico, quã ab amico suscipis. Nam cum amico simul conuiuaris, hæc hanalia exerces, a iorum fæmæ detrahis, & multa vitiorum genera commettis: ita vt ipse pallium sit tuorum flagitiorum, & scelerum, cum vna cum eo Deum grauiter offendere. At inimicus studiosum te efficit, cautum, & prouidum: nam si eo tam eo loqueris, quid dicas attendis, ne postea tibi detrahatur, ne calõnietur. Et si forsitã conciones habes, & aliquos inimicos scis ad concionem venturos, insomnis totam noctem studendo transigis, ne tua ignauiam aduertant. Sed amici plerunq; stimuli sunt, & calcaria, vt in pec-

cato-

cata tendas: inimici vero tuorum peccatorũ frænum. Quod si attentius & cum prudentia rem hanc volueris contemplari inuenies certe multa maiora bona ab inimicis, quam ab amicis accipere. Quocirca bene & prudenter dicebat Socrates, hominem maxime indigere vero aliquo amico, vel crudeli inimico: nã amici (si veri sunt) uerum semper cõsulere debent: quia vero nos ueritatem auscultare nolumus, permittit dominus, vt inimicos habeamus, qui ea dicant & consulant nobis, quæ amici nolunt, nec audent. ¶ Præterea inimici nostri aptant & præparant nos, vt in cælum abeamus. Quocirca egregius vates dicebat. Benigne fac in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Non loquitur hic propheta de ciuitate illa superba Hierusalem, quam ipse incolebat: nã illa ciuitas fortibus munita erat muris: quos si nõ haberet, ibi erat Dauid, qui eos posset reædificare: sed de cælesti illa Hierusalem loquitur, quæ patria beatorum est, de qua Apostolus ad Galatas inquit. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Huius ciuitatis muri subuersi erant angelorum casu, quiquidem reparandi & reædificandi erant sanctis & immaculatis animabus, quæ in eã non ascendissent, nisi filius Dei carnem assumeret, & mortem pateretur. Rogat itaq; Dauid vt carnẽ assumat nostram, & homo fiat, vt misericors & benignus sit, vt vel ita muri illi⁹ ciuitatis renouẽtur & sedes illę perditæ reficiantur & restaurentur. Singuli igitur nostrũ lapis est, quo muri illius ciuitatis reparciendi sunt. Ita nos beatus Petrus appellauit, cũ dixit. Et ipsi tanquam lapides viui. Quẽadmodum igitur lapides priusquam in altum ædificium collocentur, multis instrumentis fericis aptantur, vt quisque suo loco conueniat, ita etiam si nos volumus in altissimũ gloriæ ædificium collocari, opus est ut in hac misera lachrymarum valle aptemur & præparemur multis laboribus & persequutionibus, vt tandem illi cælesti ędificio glorię nõ lapides inepti simus. Artifices igitur, qui suis instrumentis nos ad hoc ædificium aptant, inimici sunt: qui iniurijs illatis & persequutionibus aptos nos in cęleste ędificium reddunt. Hanc rem contemplans, sacrosancta ecclesia, quę diuino spiritu regitur & gubernatur in illo hymno, qui incipit, Vrbs beata, loquens de cęlesti illa glorię Hierusalem dixit de illis, qui eam ingressuri sunt. Omnis qui ob Christi nomen hic in mundo premitur. At si interroges: Quomodo hi lapides aptandi sunt? Tunsionibus, pressuris, expoliti lapides suis coaptantur locis, per manum artificis disponuntur permãsuri, sacris ædificijs. Attende rogo quod inimici suis persequutionibus aptum lapidem te reddunt in ędificium glorię: si autem inimicos non diligis, perfici & aptari nequis, quod si aptari nequis, perinde nec in gloriam introire. Qui inimicos non vult, lapis viuus nõ vult esse cęlestis illi⁹ Hierusalẽ: nam si perfici & aptari recusas, vix fieri potest vt collocari possis in cælo. ¶ Attende obsecro & vide quantam vtilitatem tibi afferant, & verbis scripturę crede id affirmantibus: & non solum non debes illos odio prosequi, sed potius amare ardenti charitate, & (si opus fuerit) eis genibus flexis deseruire. Quia sine dubio velut instrumentum sunt nobis, quo in æternam beatitudinem ascendamus. Cum clauum parieti figis, dum maioribus ictibus eum percutis, tanto magis firmus & tenax est. Ita nimirum dũ magis atque magis ab inimicis persequeris, & dum maioribus ictibus percuteris tanto magis fixus es Deo, & cũ illius amore copulat⁹. Ne te pœniteat persequutionum inimicorũ tuorum: quandoquidem animam tuam multis diuitijs auctam aut locupleratam reddũt. {Si aliquis vt tibi malum inferret (etiam si id faceret mala intentione) pilas auri in te conijceret, vtique si cautus esses deberes illas colligere, atque ita iste talis malum tibi cupiens; teipsum diuitem efficeret. Conuitia igitur & iniuriæ, quas in te inimicus tuus iacit, pilæ sunt auri, tu autem tacẽs humilia teipsum & eas collige, vt thesaurũ locupletissimum in cęleste regnum tibi reserues. Et etiam si hic inimicus sit & deprauati animi, tibi ipsi damnum infert, tibi vero commodum & vtilitatem. ¶ Nam si fustem habes, qua puluerem vestimentorum tuorum excutias, non pateris in ignem mitti; sed potius eam seruas: quia tibi vtilis est. Inimicus igitur tuus velut fustis est, qua dominus animam tuam mũdat ab omni peccatorũ sorde: quod dominus per Esaiam affirmauit dicens. Assur virga furoris mei. Assur qui persequutor erat, & inimicus populi Israel dilectum suum populum dominus castigabat. Quod idem dominus tecũ facit per manus inimici tui. Quid igitur est, quod virgam in ignem vis mittere? Quare ô insane & stupide pluris æstimas palliũ tuum, quã animam tuam? Non vis virgam in ignẽ conijcere

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia vestes tuas mũdat, imò eã seruas maxima cura: inimicũ veto tuũ, qui ab anima pulcre peccatorũ excutit, destruere & subuertere vis: Si dux aliquis arce fortissimã expugnaret, ex qua multis tormentis in eum & in totũ exercitũ dãnum inimico inferretur: si post captam arcem tormẽta omnia & spicula frangeret, nõne hic talis insanus & amens iudicaretur? Tormentis vtiq; nulla imputanda est culpa: sed eis, qui iguem apponunt. Ita inimicus velut tormentũ est, qui sua natura bonus est, & compos diuinæ gloriæ: cui nullã culpam imputare debes, sed ei qui ignẽ apposuit, scilicet ira, vel odio, vel alicui pãsioni. Hanc malitiam persequi debes, ea quippe est, quæ tibi dãnũ infert. Id quod dñs fecit, non te pertesum quitur, sed malitia, quã peperis homo, & hæc ad iugulũ ducenda est bonis operibus & verbis. Sic in prouerbijs dicitur. Respõsio mollis frangit iram. Sic & Dauid. Mane interficiebam omnes peccatores terræ. Et quomodo interficiebas eos: Bonis operibus. Sic interfecit Saulom inimicum suum, ei parcens, cum posset illũ occidere. Vnde Saul humiliter cognouit peccatũ suũ. Postquã vero dux hic milites interficit, qui igne apposuerunt, tormenta seruat, quæ optima sunt ad custodiã arcis. Ita tu inimicum tuũ blande tracta, & ne aduersus illum irascaris, nec aliquod malum ei inferas: quia bonus & vtilis est in tuam defensionem, & custodiam. Quo circa illum dilige re summa charitate debes, quia ipse horologium est, quod vitam tuam dirigit, & in optimum vitæ institutũ ducit, quod & ipsum vt à somno expergiscaris, vocitat. Et denique quod ignis in auro efficit, & ventilabrum palea, & aqua in luteo: idẽ inimicus in anima efficit: quando quidem mundat & purã animam ab omni in mundicia. Sedet, & conflet tiam tuã ab omnibus inquinamentis purgat. Charitate igitur cum illo vtere, quia dignus est hac rei tributione: siquidem tantam vtilitatem tibi affert. Quia etiam si modo molestiã aliquam tibi inferat, nõ ideo pœnitere te debet: nã vt Paulus inquit, Charitas patiens est, benigna est, non agit perperam, non æmulatur, &c. Si patiens est, debet patientiam verbe ber: si benigna est, maledicentibus non debet respondere: si quæ sua sunt non quærit, re sistere nõ debet diripienti: si nõ æmulatur, nõ debet inimicũ odio prosequi. Et tamen præcepta diuinæ pietatis superant præcepta apostolica. Plus enim est condonare iniuriam, quam inimico cedere: plus est amare inimicos, quã non emulari: quę omnia dominus & fecit, & dixit. Nam cum male dicerentur, non maledicebat: cum pateretur, non cõminaba tur: & pro crucifixoribus orauit dicẽs. Pater dimitte illis. Hoc Christi exemplum debes semper præoculis habere. Sed tanta est hominũ stultitia & insania: quod cũ aliquando religiosi aliquos homines exorant, vt inimicis veniam condonent: si exemplũ Christi saluatoris nostri ob oculos illis afferatur, qui inimicis suis pepercit, & pro crucifixoribus suis exoraut, respõdent ipsi, aliquid dixisse putantes, Christus Deus est, ego autẽ homo sum. Hæc mihi obsecro, si rex sumpta scopa domũ mũdaret, & diceretur militi, accipe scopã, & mũda domũ, quando rex tuus hoc facit: nõne ab hominibus irrideretur si respõderet, rex hoc facit, quia rex est: ego autẽ homo pauper sum. Vtiq; in ipsum verba sua retorquerentur. Si igitur rex domũ purgat, quid est quod tu vilis vermis hoc facere recusas? Sic in istos, qui nolunt inimicos diligere, arma & spicula retorquenda sunt. Si enim Christus dñs cũ sit Deus parcit inimicis suis, & pro illis orat: quid est quod tu homuncio id facere recusas & frustra oratione insontem conaris te ostẽdere? Exemplo igitur Christi inimicos tuos debes diligere, propter maximam vtilitatem, quam tibi afferunt. Malleus quando lapides aptat, ipsis lapidibus vtilitatem infert sibi ipsi dãnum affert, quia hebes fit. Sic inimici sibi ipsis dãnum ascisc unt, & quos persequuntur benefaciunt: cui ergo eos debes dilegere.

¶ Si cui tibi aliquod munus afferret, longũ agredienti iter, & per multa periculosa transiens, non solum non aduersus eum ira esses commotus, verum etiam amice eum susciperes, & gratias illi referens, cum in domo tua hospitatus esses. Ita inimicus tuus cum te perfruitur, grande munus, & multis perpessis laboribus tibi affert, quo beneficium nihil cõfere maximum ita animæ iactura: si igitur tam opulentũ munus tibi offert, istis proprijs expensis summa lætitia debes illum suscipere, & filius miseris, qui vt tibi profit propriæ cõsciẽtiæ nocet. Secunda autem ratio, quare inimices debemus diligere est, ob grauem malum, quod ipsi sibi inferunt: nisi vtiq; in hac vltima collatione ostendimus nobis malum facientes, sibi ipsis dãnũ acquirunt. Vnde sibi tibi bona fecit opera infirmatur, vel pertussus est, iustum & æquum videtur, vt illi iniu-

nias

nias & compatiaris. Quodquidem ratio naturalis dictat: at si aliter feceris: immanis & barbarus es. Oportet igitur scias: quod cũ ab inimico persequeris, maius malum sibi ipsi cõparat, quã tibi. Vnde legimus in Genesi quod Lamec qui interfecit Cain dixit vxoribus suis Adæ, & Selę. Audite vocẽ meã vxores Lamec, auscultate sermonẽ meum. Quoniam occidi virum in vulnus meum: & adolescẽtulũ in liuore meo. Prius attentionẽ petit, & audiri exoptat & nõ immerito: quia id quod dicit auditu dignum est. Dicit itaque virum interfecisse in vulnus suum, & adolescentulum in liuore suo: quia Cain, & seruũ qui illum ducebat intetfecit: & hoc est in vulnus meum, & in liuore meo. Acsi clarius diceret. Interfeci Cain, & meipsum: quia grauẽ meipsum, quam Cain percussi. Illum nanque in corpore læsi: me autem in anima. Ipsi corporalem vitam ademi: mihi autem animæ Inimicus enim non tantum malum tibi efficere potest in corpore, in fama nec in re: vt sibi ipsi in propria conscientia. Si igitur tu inimicum tuum lædis & percutis: hoc est percussum percutere, & mortuũ interficere: quod quidem grauissimum crimen est, & maxima crudelitas. De quibus hominibus Dauid in psalmo dicebat, Quoniam quem percussisti, persequuti sunt, & super vulnus dolorem addiderunt. Vulnus vulneri addis, & ictũ ictui, cũm inimicum odis, vel aliquid mali illi inferes. Ita sancta ecclesia loquens de instrumẽtis passionis Christi, dulces clauos vocat, dulcem crucem inquiens. Dulce lignum dulces clauos, dulcia ferens pondera. Sed ferrum lãceæ crudele appellauit dicens. Quo vulneratus insuper muerone diræ lanceæ. Claue nanq; crudelissimũ fuere tormentũ Christo: quia manus & pedes eius plus iusto in cruce extenderunt. At lancea nullum illi intulit malũ: nã Ioannes inquit, quum venissent ad Iesum, & vidissent eũ mortuum, vnus militum lancea eius latus aperuit. Quid igitur est quod hoc lãceæ vulnus cũm Christus id non senserit, crudele id appellet: Vtiq; quia mortuũ Christũ vulnerauit: quæ immanis crudelitas est. At si crudelitas est mortuum percutere, immanitas perinde erit inimicum vulnerare qui mortuus est. Ruit enim inimicus tuus furens & ardenti ira aduersus te pereitus, vt reipsũ perdat & destruat, iam igne inferni ardens: quem protinus debes misereri & compari cũ eius animã videas perditam, sibi grauẽ malũ inferens, tibi verò cõmodum. Ideo Dauid in psalmo. Inimici mei circundederunt me sicut apes: exarserũt, sicut ignis in spinis. Merito qui dẽ egregius vates apes in collationẽ attulit, quæ grauem sibi malũ inferũt alios pũgẽdo, quã eos, quos petere quũtur. Pungit digitum tuũ apis, & ipsa protinus moritur: tu vero luto appositio digito mederis, & molle gaudes in alueis ab ipsis recõdito. Sic inimicus alios persequens seipsum occidit sicut apes, tu verò melle gloriã satiaris. Igitur si dulci melle frui vis, & gloria cœli satiari opus est, vt pertę quutionem patiaris, & pungaris ab apibus. Et enim vrsus ferocissimum animal non facit apes ipsum pungẽtes, vt gaudeat modica lœsitate tu multi facere debes læsiones inimicorum tuorum si melle gloriã satiari cupis. Nemo sanctorum Martyrum sine inimicis ad gloriam adeptus est: & omnes persequutionem passi sunt. Præterea ignis in spinis strepitum facit, sed spinas non combuit. Vidit Moses in monte rubum ardentem, qui non comburebatur. Ita bilis & verba inimicorum tanquã ignis sunt non comburens, sed strepitum faciens: nisi forte tu lignum aridum & siccũ fueris omni virtute destitutũ. Bene igitur inquit Dauid, q̃ inimici sui circuierũt eũ tanquã apes, & sicut ignis in spinis: quia nullum dãnum illi intulerunt. Erũ si vemẽces ignem vomerent: at venientes tanquam apes non solũ non dãnum illi fecerunt, verum etiam maximam vtilitatem portarunt, quia animã suã tanquam fauum mellis reliquerunt, ipsi vero mortui manserũt. Omnes persequutores sibi ipsis non solũm animæ verum etiam corpori dãnum afferunt: & omnes iustorum persequutores infeliciter mortui sunt. Saul qui Dauidem mortali odio prosequebatur se ipsum misere interfecit. Postea verò iussit dominus Dauid, vt omnes posteros suos cruciãgerer. Et Absalonis corpus, qui in arbore suspensus manfit, Ioab triplici lanceæ ictu transfodit. Et Semei, qui Dauidi maledicebat, et interemptus est. & Siba decollatus. Quẽ obsecro obitum habuit Iezabel illa, quæ Heliã prophetã persequebatur: Vtiq; à canibus dilacerata fuit, & ab equis cũcul cata. Et Athalia, quæ regale pr̃sidiũ inimico odio persequebat, pugione interepta fuit. Et Amã persecutor populi Israelis & omnis familia eius suspensus in cruce obiit. Eodẽmodo Nicanor, Antiochꝰ, & omnes iustorũ persequutores infelicissimis mortibus tandẽ cecidẽrũt. Si igitur inimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci rui cum te persequuntur, nihil aliud sibi moliuntur quã miseram & infœlicẽ mortẽ: quid est q̃ tu super hoc eos persequeris? Illos igitur desine, nã latis eis est sua misera sors, & calamitas & tãtũ & tã graue dãnũ, q̃ sibi ipsis inferũt cũ te persequũtur: imò potius eis debes parcere, & quæ bona potueris in eos conferre: quãdoquidẽ tibi sunt causa vel occasio vt in cœlesti patria corona gloriæ insignitus appareas. ¶ Tertiò diligẽdi sunt inimici quia illis damnũ non potes inferre, quin tibi prius grauius noceas. Nam si quis, vt vestẽ suã, quã indutus est, scinderet, quia ei nõ placet, seipsum pugione interficeret: nonne insanus & amẽs hic talis esset? Sic tu inimicũ tuũ non potes ferire, quin prius teipsũ percutias, & multo grauius quã illũ. Vnde beatus Aurelius Augustinus. Nõ potest fieri vt qui odit alterum nõ sibi prius noceat: ille enim lædere conatur extrinsecus, & se vastat intrinsecus: quanto enim animus noster corpore maior est, tanto ipsi prospicere debemus, ne ipse lædatur. Lædit autẽ animum suũ, qui alterũ odit. Hactenus Augustinus. Lege eundem Augustinum in psalmũ trigesimum quartum, super illud, in laqueũ cadat in idipsum: Quapropter optime dixit in sua prima canonica beatus Ioannes. Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. Quid ais Ioanes? Quomodo possum occidere inimicũ absentẽ, licet odiam eum? Dicit quod qui odit homicida est. Cuius? Vtiq; sui ipsius. Omnis qui odit fratrẽ suũ, occidit seipsum: ergo omnis qui odit, homicida est. Si igitur tu inimicũ tuũ odire nõ potes quin prius teipsũ interficias: neq; illũ vix lædere, quin grauissimè teipsum percutias: nõne saluberrimũ videtur tibi Christi cõsiliũ præcipientis, vt inimicũ diligas? Si odis illũ, teipsum perdis: sed si illum diligis, tibi ipsi caues: & inimicus tam in odio suo perditus manet. Qui manu accipit prunas, vt aliũ cõburat: iã prius seipsum lædit & comburit. Sicut candela, quæ vt alios comburat seipsam consumit. Quæ igitur maior insania esse potest, quàm inimicũ odio prosequi? quando hoc fieri non potest, quin prius in graue malum tibi cedat? Fuit ne vnquam tam amens homo qui cùm comedens esset, & linguam dentibus momorderit, dentes euelat? Aut qui lignum scindens, si pedem suũ percusserit, manum abscindat? nonne istos tales, qui hoc facerent omni prorsus destitutos mente diceretis? Scitote igitur proximũ meũ magis mihi propinquum esse, quã dentes aut manũ. Erit ne cordati hominis, vt si proximus contumelia me ipsum affecerit, vt vindictam ego sumam, membrum meũ qui proximus est, scindam? Si autem alia ratio nõ esset, vt inimicũ diligam: hæc vtiq; sufficientissima debet esse, vt illũ potius amares, & fœlicia sepercuperes. Quòd si illũ diligere nolueris: sed potius odio habere, & eũ persequi: esto obsecro vere ei cõtrarius: nã si ille te odit, tu verò illi: nõ vtiq; cõtrarij estis. Sed si ille malus est, te persequendo: vt vero contrarij sitis, tu illum dilige, & bene illi facito: tunc q̃ ille nequã, tu verò iustus & rectus persistes. Quocirca diuinus Paulus admonet dicẽs. Noli vinci à malo sed vince in bono malũ. ¶ Quarta vero ratio quare inimicũ debeas diligere, ea est quia omnes illi labores & persequutiones quibus reopprimit, à Dei manu mittũtur, & eos diuina maiestas in vtilitatẽ & cõmodũ tuũ permittit. Vt verũ intelligas dictũ Amos Prophetæ. Non est malũ in ciuitate quod non fecerit dominus. Quodquidem de malo pœna intelligendum venit. Atq; ita Satanas, vt sanctũ Iob afflingeret, prius à domino petijt facultatem. Et de Saule dicitur. Spiritus domini malus exagitabat Saulem. Et cũ Semei Dauidi malediceret ipse Dauid suis dixit qui interficere volebant Semei. Sinite illum. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Ita etiã cũ legionem dæmoniorum dominus expulit à corpore illius hominis: ipsi dæmones licẽtiã à dño postularunt, vt in porcos intrarent. Quapropter cũ inimicus tuus te ipsum persequitur, considerare debes potentiam, quæ in illo est, à domino esse: quia omnis potestas à Deo est, nec aliquod malum tibi infligere posset, nisi prius facta esset illi à domino licentia. Vnde cùm dominus patientissimus Iob subtilitia sua orbauit, dixit. Dominus dedit, dominus abstulit. Aduerte igitur, & verba sanctissimi viri considera dicentis substantiam suã ablatam à domino, cùm dæmonum id fecerit: vtique id dicit, quia si dominus non fecisset dæmoni faculatẽ dæmon eã nõ tulisset. Nam is qui suspẽditur, latro, nõ de carnifice cõqueritur sed potius de prætore, aut iudice, qui sentẽtiã tulit: quia carnifex nihil aliud est quam executor iudicis. Vnde quando Pilatus dicebat, superbia inflatus. Nescis quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifixere te. Respondit illi Saluator. Non habe-

haberes potestatem aduersus me vllam: nisi datum esset tibi desuper. Et Dauid etiam dicebat. Obmutui, & attendi, quoniam tu fecisti. Ideo non persequor inimicum meũ: quia tu dñe facultatem illi fecisti; vt me persequeretur & affligeret. Quapropter qui persequutores suos odit, non multũ distat quin & Deũ odiat. Cũ enim nullũ recipiat æternus pater filiũ quem non castiget, imò quẽ non mortificet. Si odimus eos, à quibus dãna recipimus, facilè fiet vt in odium Dei dilabamur: cũ nos nõ lateat nullũ malũ nobis prouenire, q̃ nõ inferat dñs. Igitur si diuina te deterret maiestas, ne illã odio prosequaris: eadem te deterreat, ne in fratres tuos animũ tuũ iratũ cõuertas. Cũq; hæc sint opera Dei semper cum illis gaudere debes, & gras illi agere. Vnde beatus Iacobus ait. Omne gaudiũ existimate fratres, cũ in varias tẽtationes incideritis. Atq; ita tãquã amicorũ beneficio in nos collato gaudere debemus. Quocirca redẽptor noster Iudã traditorẽ amicũ appellauit: nã etiã si intẽtio & animus eius inimici esset, opꝰ tamen amici fuit: & ideò qui nos persequũtur, opera amici in nos conferũt. Gaude igitur cũ omnibus operibus dñi, si Christicola es. ¶ Si autẽ propter has omnes rationes, quas adduximus inimico nõ vis parcere: graue quidẽ malũ est, vt omnes persequutiones & labores, quos dñs hominibus tribuit in correctionẽ suorũ peccatorũ, teipsum deteriorẽ efficiat. Quẽadmodũ enim cultellus non bonus esse arguitur, si dũ magis mũdatur rubigine cooperitur: ita arguitur Christicola paruus & iniquus esse, qui dum persequutionibus & labotibus purgatur durior & deterior fit. Euenit autem, vt inimicis tui, non parcas, cum, te persequuntur: quia diuina gratia priuatus es. Cultellus si ei deficiat, as, statim rubigine cooperitur, nec mundari vult cùm totus sit ferrum. Ita homo, qui sensualis est persequutiones tenuit, & cum illis deterior fit: quia ex gratia illi defecit. ¶ Relinque igitur ò homo peccator vindictam domino: nã si omnia dicta nõ sufficiũt, vt inimicum diligas, & vindictã sumere vis, id æquũ esse iudico & consentaneũ rationi. Nã si vehementer cupis vindictã sũmere, illã Deo relinque, q̃nã dñs melius & grauius in eũ animaduerret, quã tu. Atte deobsecro, quo modo persequutores Dauid, & eos, quos suprà memorauimus puniuit. Mihi vindictam (ait dñs) & ego rettribuã. Respondeas rogo siquis te certũ faceret, q̃ ille inimicus, qui modo te persequitur, suspendendus est anno vẽturo, & quod membra eius in mediis vijs in crucibus & lignis sunt ponenda: nonne lętus & alacer moneres? Certo igitur certius scire debes, quod is, qui modo te persequitur & forsitan prius quam crastina dies adueniat in cruce inferni suspendetur: quod quidem de fide certissimum est, & ita infallibile, nisi prius veniam à te petat, & vniuersum incommodũ tibi restituat & de sceleribus pœnitentiam agat. Multo grauiorem pœnam dominus illi injeciet, quam ea fuerit, quę à te potest inferri. Quapropter ei potius condolendum est & beneficijs afficiendo, vt conuertatur: ne in tãtum incidat supplicium. Quod si hoc tibi durum videtur perpende quod hi, qui oculis infirmantur pannum viridem coram oculis ponunt, vt acies visus magis acuatur. Sic tu coram oculis tuis constitue imaginem regis Dauid, & si illos infirmos habes perfectam consequeris sanitatem. Et ne resilias dicendo. Inimicum habeo sceleratissimum: nam si quem volueris ostenderis non tamen erit Saule deterior: qui cùm semel & iterum à Dauide posset interfici, ipse tamen ob tanta beneficia accepta in sua malitia perstitit. Lege Chrysostõ mum. Quid igitur est, quod tu inimicum tuũ accuses? Quòd terræ partẽ ademit, quòd iniuriam contulit, quòd murmurauit? At nondũ eripuit vitam, quod facinus molitus est Saul: quod si vitam eripere conatus est semel inimicus tuus: iterum atque iterum, vt sæpe sæpius Saul Dauidi: quod si vitam sępiùs auferre curauerit: non tot beneficijs ac ipse Saul fuit affectus: nec cùm semei & iterum incidit in manus tuas, vitę eius pepercisti. Quod si adhuc hoc etiam effeceris: prætereà ipse Dauid te benignitate & pietate superat: nõ omnia paria sunt hæc, cùm vita agebatur sub veteri lege, & modo postquã euangelica gratia fruimur. Non audierat Dauid parabolam de decẽ millibus talentis, nec illud. Dimitte nobis debita nra, sicut & nos dimittimus nec Christum audierat dicẽtẽ. Diligite inimicos vrõs nec viderat illũ curãtẽ Malchũ, nec in cruce pẽdẽtẽ brachijs extẽsis audiuit dicẽtẽ pater dimitte illis: sicut tu, cui hæc plusquã nota sunt. Quod si oculos fixeris in sanctissimũ regis vitã, nec satis est, vt tuũ lapideũ, & adamãtinũ cor molliatur, vt inimico parcas: conuerte oculos in Christum crucifixum, qui ob tuum amorem à planta pedis vsquẽ ad verticem capitis eius in se ipso nullam conspicit ĩ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitaté,& pro inimicis oratione clamat ad patré. Et considera quod cũ aliquis tibi dicit, vt inimico indulgeas: ipse Christus inquit. Fili mi propter me ipsum parce modo, liquidem quotiescunq; ex toto pectore véniã à me postulas, liberaliter condono: etiam si mille flagitijs & sceleribus aduersus me deliqueris. Æquum est & rationi consonum, vt aliquid à me rogatus facias, quãdo pro te tot & tãta feci. ¶ Quod si adhuc pertinax es, & proteruus in tua malitia persistis, nec exẽplo Dauidis adducto, nec Christi redemptoris nostri commoueris, vt indulgeas: lcua lcua oculos tuos in altum: & vide quam gloriam dominꝰ paratam habeat his, qui suos inimicos diligũt: quãq; diues & opulẽta sit merces, quæ ob id tibi reddetur. Qui aliquod maris spaciũ nauigant, nec caput illis turbetur, & ne nauseẽt, oculos in littus maris cõijciunt: nã si aquã turbidam conspiciunt statim vomunt. *Ita* tu si oculos conijcis in aquam turbidam persequutionis inimici, perturbabitur caput tuum, & nauseare facies stomachum, quousque in interitum deuenias: & ideò turbidam aquam tribulationis nõ cõspicias, nec oculos ad persequutionẽ inimici cõuertas. Oculos tuos in littus cõijce, nec saltam aquã aspicias. Cõijce inquã oculos tuos in littus illud cœleste, & salubrimũ portũ, inquẽ iter facis, & aspice patriã illa viuentiũ, in quã quotidie nauigas cõsiderãs sublimẽ illã gloriã, & præmiũ eternũ, quꝰ dñs paratum habet his, qui patienter tolerant persequutiones, & inimicos suos diligũt. Fieri non poterit, quin si breuitatẽ persequutionis, & magnitudinẽ præmij fueris contemplatus, inimicis tuis parcas, & eos diligas, plusquam amicos tuos: quandoquidem causã & instrumentum sunt vt in cœlesti regno lauream gloriæ coroneris. Quod si hec, quæ diximus illius sancti martyris Stephani exemplo videre cupias, huc adús attentis auribus. Nã cũ ipse inter furorẽ persequutionis & lapidũ & armorũ strepitũ cõstitutus esset, non oculos cõiecit in malitiã inimicorũ, sed in hortus cœli, vbi cor suũ iã habebat collocatũ, & in hec verba prorupit. Ecce video cœlos apertos, & Iesũ stantẽ à dextris virtutis Dei. Quod quidẽ situ in persequutionibus tuis feciſſes, nõ perturbareris, nec molestè illas ferres: sed auxilijũ & iuuamẽ diuinũ inuenies, & Christum benignum dñm, qui tuis dextris adest, manum suam porriges. Vnde beatus Stephanus non Christum vidit sedentem, sed potꝰ stantẽ: vt ij esse solent qui adiutorium alijs ferunt. Tuleris igitur obsecro frater mi dilectissime patienter furores persequutionum propter Christum, & ob sanguinem in passione tua pro nobis effusum: quandoquidem hactenus non tantum sanguinẽ pro Christo fudisti, quantũ ipse pro te. Attẽde obsecro quam copiosa sit retributio & quã minimus labor, qui breuissimè finietur, illud autem æternũ præmium in perpetuum durabitq;. Tempus enim breue est (inquit beatissimus Paulus) sed merces copiosa. Quidquid in hac vita est, vanitas est: quæ hodie nascitur, & iam hodie finitur. Conuerte oculos in sanctos illos martyres, qui immanibus tormentis sanguinem & vitam fuderunt: quorum omnium in beata illa patria gaudentes & exultantes iam obliuiscuntur. Quod si re tanti huius dominj benignitas, vt inimicis tuis parcas, nihil commouet: si ingentia illius in te merita ob iniurias eorum persequutione te auocare non valent, si honor, gloria, diuitiæ, triũphus, quæ inimicis suis indulgentibus parata sunt, nec tantillum te commouent: id certè mouere maximè debet, vt infamiam fugias, pudor quẽ cõtrahes, cũ ante iudicis tribunal seuerissimi sistendus, immania etiam supplicia, quibus proculdubio afficieris. Elige vtrum volueris, vel inimicum diligere, vel æternis cruciatibꝰ torqueri: quod quidem non loquelæ sunt hominum, sed euangelia & æterna veritas. Respondeo obsecro ad has voces ò infœlicissime homo qui in inferno cruciaris. Quare proximum tuum non dilexisti? nam si illum diligeres, vtique non arderes in inferno. O hominis miseram infœlicitatem: qui potius ardere elegit, quàm diligere. O inanem & irridendam electionem nam si proximum diligeret, cũ Christo perpetuo gauderet: quia verò amare illum noluit, ignibus æternis cruciatur. O manifestissimã fallaciã hominis, qui in hac vita tãtil lũ doloris nõ vult pati vult sustinere per tuos cruciatus? Euangelium legerat, vel audierat, quo Christus præcipit inimicos diligere: post hæc verò iste abiit in plateas & angustias, vbi cum lites & contentiones agũtur inter Christianos, vnũ ex duobus deterrent aut nõ credim⁹ euangelio, & rẽ ridiculã id iudicamus aut gaudem⁹ in tormẽtis gehẽnæ ire. Velles ne tu in eũ locũ descẽdere, in quẽ infidelis & paganus rẽditi? Si igitur in posterũ eũ post hãc vitã ire cupis, quã paganus & infidelis, plusquã illi facere debes. Si igitur tu solũ amicum tuũ diligis, quid amplius facis quã Turca? Dilige igitur inimicũ tuum quod Turca nec Ethnicus facit, & post hanc vitam meliorem locum obtinebis. Amor iuimicorum rubrica est, qua infectę sunt omes Christi. Et idẽ Christus dicit. In hoc cognoscent, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Si igitur amicũ diligis, nonne, & Ethnici hoc faciunt? Sed quia de his inferius in hoc capite suo loco dicem⁹, & quomodo per dilectionẽ inimicorũ simus filij, quæ omnia Lucas noster, vt Matthæus tractat, vlterius procedamus ad ea explananda, vbi Lucas agit de operibus bonis proximis nostris, exhibendis, licet inimici sint. Sequitur ergo. *Bene facite his qui oderunt vos.* In primis autem hic venit aduertẽdum, quod semper vbi dñs de amore loquitur, protinus de eius effectibus sermonẽ ingerit: quæ opera sunt, Nã in cœna illa vltima cũ Apostolis dixisset. Hoc est præceptum meũ, vt diligatis vos inuicẽ: statim de operibus loquutus dixit. Maiorẽ charitatem nemo habet, quã vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Et iterũ. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit. Attẽde quomodo statim vt de amore fuit loquutus: de operibꝰ loquitur. Et in Leuitico præcepit dñs dicens. Ignis in altari meo semper ardebit. Et subdidit. Quẽ nutrit sacerdos subijciens lingna. Vult dñs, vt in altari cordis nostri semper sit ignis sui amoris, qui alendus est & sustentandus ipsis operibus. Nam quemadmodum ignis consumitur & perit nisi semper ligna ei addideris: ita etiam amor moritur, nisi eum bonis operibus alueris. Opera vult dñs, & opera petit. Nã vt fieri non potest, vt ignem habeas in sinu quin comburaris: ita etiã impossibile est, proximum diligere, & frigidum in operibus esse. Quocirca statim vt in Matthæo dominus de amore inimicorum egit, sermonem intulit de operibus, quæ in eos cõferre debem⁹. Vnde sicut hactenus diximus de dilectione: modo acturi sumus de fignis dilectionis quæ sunt opera: sed ea meminisse oportet, quæ diximus superius statim vt incepimus agere de dilectione inimicorum. Nã sicut de dilectione inimicorum, & interiori amore loquuti sumus: eodẽ modo, & sub eisdem terminis de operibus inimicis exhibendis loquendũ est. Nam sicut dilectio inimici interior in genere si consideratа est absolutè necessaria de necessitate præcepti, in speciali verò considerata non est de necessitate præcepti, sed secundũ præparationem animi: ita de signo dilectionis exterius exhibendo dicendum est; nam quædam sunt signa amicitiæ, quæ in communi exhibentur proximis, alia verò in speciali. Generalia sunt, vt cũ quis orat pro defunctis, aut pro salute & fœlici statu fidelium, aut pro toto populo: quæquidẽ genera talia opera tenetis exhibere inimicis de necessitate præcepti. Nã si in hunc modum preces funderes. Proficiat hęc oratio omniũ fidelium saluti, dẽptis inimicis meis: in mortale delictum incideres. De particularibus autẽ beneficijs aut signis dilectionis, vtpote de communicatione lętitiæ cum eo, vel de profectu eius in aliquibus: dicendum quod nõ teneris de necessitate exhibere vel ostendere: sed solum secundũ animi præparationẽ, scilicet, quod animus tuus sit paratus vt si inimicus tuus fuerit in articulo necessitatis, & non poterit per alterum ei prouidere, tu illi subuenies. Quod autem extra articulum necessitatis quis faciat inimico hæc particularia beneficia, ad perfectionem pertinet, per quã non solum vult vitare peccatum faciendo ne ipse malus sit per odium proximi: sed etiam vult inimicũ beneficijs fi, petare vt eum bonũ faciat, quæ quidẽ superabundans charitas est, & sub consilio cadit, qꝰ tu facere deberes, vt salutem animæ proximi tui acquireres, pro qua Christus dignatus est mori, vt ipse Apostolus admonet dicẽs. Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potum da illi: hoc enim faciens carbones congeres super caput eius. Quod ferè idem consilium in Prouerbijs habetur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit da ei aquã bibere. Prunas enim congregabis super caput eius: & dominus reddet tibi. Quantam vim habeant bona opera, vt inimicus iram & furorem deponat, in ipso Iacob apertissimo exemplo videtur: qui bonis operibus iram fratris sui mitigauit. Theriaca præsentaneũ remedium est & singularis medicina aduersus venenum: quæquidem ex ipso veneno & aliis optimis confectionibus componitur. Ita tu si theriacam admirabilem, & singularem medicinam vulneribus animæ tuæ accipere vis inimici tui malitiã, quæ venenũ est, & alias res bonas sumas, scilicet, si esurieris, munerare illum cibum, si sitit, potum da ei, si fuerit nudus, vestibus illum operire: quæ quidem res si admixtæ fuerint cum veneno suæ malitiæ, mirabilem conficies theriacam, quæ

Act. 7.

Rom. 12. Prouer. 25.

Gen. 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infirmitatibus animæ medicamentum sit salubertimum: nam ob hæc parcet tibi dominus alia multa peccata, quibus coinquinatus es & simul etiã infirmitati inimici tui medeberis: nam cũ ipse inimicus bonitatem & patientiam tuam attenderit: pudore suffundetur, & in melius emendabitur. Nemo quippe ità adeò immanis est & barbarus, qui si videat te multa ei bona facere, in retributionẽ suæ malitiæ, & quod ipso absente multa bona de illo prædicas, & laudas, nõ cõfundatur & in saniorẽ mentẽ redeat. Attende obsecro per viscera misericordię Dei, quo pretio Christ aiã inimici tui redemerit: nã si ipse sanguinẽ suum pretiosissimũ exhibuit, non multũ si tu fragmentũ panis dederis: & si necessitate laborauerit, illi subuenias: quandoquidẽ nõ in hacre multũ laboris impẽdes. Ita sanctus rex
2. Reg. 16. Dauid cũ Abisai vellet nequã illũ Semei interficere, qui per syluam tendens lapides in Dauid iactabat & cõtumeliosis verbis illum afficiebat, nunquam permisit aliquid mali ei
Luc. 22. fieri, cũ facile posset pœnas sumere. Et Christus Malcho seruo põtificis, qui simul veniebat cũ Pharisæis & scribis, vt eũ in carcerem detruderet, auriculã curauit, cũ Petrus illam scidisset. Et hoc idem agas in Matthæo de bo
Matth. 5. nis operibus, quæ in inimicos conferre debemus addidit. Sicut pater vester cœlestis qui solẽ suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: & plus super malos, quã super bonos. Nã oriente sole terrã calefacit, & ita terra vberes fructus producit panẽ, vinum, flores, & fructus. Quis obsecro his copiosius fruitur iustus ne, an peccator? Vtique malus. Nam hic plures habet hæreditates, oliuas, vineas, & deniq; plures messes: & maiorem portionem terræ sortiũtur infideles quã Christiani, quandoquidẽ ipsi possident Africam, Asiam maiorẽ & minorem,
Sapien. 2. Ægyptũ, Achaiã, Bithyniam, Syriã, Macedoniam, cũ reliqua orientali terra. Vnde peccatores in libro Sapientię adinuicẽ dixerũt Venite coronemus nos rosis, antequam marcescant nulli pratum sit, quod non pertranseat
Psalm. 72. luxuria nostra, perfruamur bonis, &c. Et in psalmo dixit Dauid. Ipsi peccatores, abundãtes in seculo, obtinuerunt diuitias. Ipsi enim sunt, qui plus eis gaudẽt, quæ sol & terra producunt, quã reliqui iusti. Iã igitur vides quomodo maiora bona terrena sæpè dõs in hac vita cõferat malis quam bonis, & maiora in
Exo. 5. & 8. micis quam amicis. Nonne vides quæ mira-

cula & prodigia inimico Pharaoni miserit & ostenderit? Et dũ plures inimicos in mundo habebat tunc dñs cum visitauit, & humanã Rom. 8.
carnẽ assumpsit. Sic Paulus Romanis ait. Concluſit Deus omnia incredulitate, vt omnium misereatur. Tunc Deus mundũ inuisit, quãdo plures habebat inimicos: & quando maior vastatio grassabatur. Sic tu dum inimicus tuus magis indignus fuerit, vt ei parcas: tunc illi debes indulgere & maiora bona illi facere: vt vel ita bonitas tua inter malitiã suã splendeat velut lumen in tenebris. Cuius rei sap. 4. Reg. 6.
positissimum exẽplũ videre cupias in quarto libro regũ id inuenies. Nã cũ latrones Syriæ capere vellent prophetam Eliseũ, duxit illos propheta in medã Samariã: cũq; rex illos interficere vellet, non solum non id voluit pro
pheta, sed potius splendidissimũ conuiuiũ illis fecit: ex qua re ità cõfusi sunt latrones, vt di
cat scriptura, q̃ vltra nõ venerũt latrones Syriæ in terrã Israel. Attẽde obsecro quomodo cõfusi sunt bonis impensis operibus à sancto propheta. Potius inimicũ tuũ humiliabis, & irã ipsius franges bonis collatis operibus, quã malis: dumque inimicus deterior fuerit & indignior bonis, tanto melior illi tu debes esse. Verũ quia inimicus te ipsum corde persequitur odiendo: opere persequẽdo, & ore maledicẽdo: tu è cõtrario debes illũ ex toto corde diligere. Ideoq; dñs dixit. Diligite inimicos vros. Secũdò si te opere persequitur, tu ei bona impẽde: ideoq; dixit. Benefacite his, qui oderunt vos. Et tandẽ si lingua sua tibi detraxerit, multa tu bona de illo prædica: sicut modo præcipit dñs. *Benedicite maledicẽtibus vobis.* Vult dñs vt toto corde, ore, & opere, inMatth.
micũ diligamus, ei tribuendo bona pro malis. Sic in Marco legimus quod discipuli Christi laborabant remigando: quia erat illis ventus contrarius. Vide obsecro quomodo sancti infœlici & contrario vẽto remigant. Ità ta
si in portũ illius cœlestis patriæ peruenire ex pis cõtrarijs & aduersis calamitatibus ab inimicis illatis nauigare debes. Cõtrariũ maledi
ctionis est benedictio. & q̃ aduersatur odio, amor est: & malo repugnãs, bonũ est. Quocir
ca si inimicus tuus malus est, tu esto bonus: si te odit, eum ama: & si tibi maledixerit, bona de illo prædica. Quo aduersante vento beatus Paulus nauigabat dicens. Maledicimur, & benedicimus: persequutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Sic sanctissimus Ioseph, quẽ fratres vẽdiderant, cum de-

eũ descendere ent in Ægyptũ, cũ fletu magno occurrit, & osculatus es eos dicens. Nolite timere. Sic Moses, quẽ populus multories con
tẽpserat, & lapidare volaerat, his non obstan
tibus pro eis ardẽti amore ad dñm orabat dicens. Dimitte peccatum populi huius aut de
le me de libro vitæ. Sic Dauid pro Saule orabat, & bene de illo loquebatur eiusq; fortitudinẽ laudauit, & mortẽ illius lamentatus dicebat. Gladius Saul nõ est reuersus inanis. Filiæ Hierusalẽ super Saul flete, qui induebat vos coccino, &c. Sic beatissimus Christi Martyr Stephanus vẽro cõtrario nauigãs pro cruci
fixoribus orabat dicẽs. Dñe Iesu ne statuas illis hoc peccatũ. Deniq; ipse Christus in naricula crucis vẽro cõtrario nauigãs inter scyllã & Charibdim inimicorũ & carnificũ pro eis ad patrẽ sũmmis precibus exorauit dicẽs: pater dimitte illis. Sic omnes sancti in portũ salutis nauigarũt inimicos diligendo, orando pro eis, & bene illis faciẽdo. *Et orate pro calũmniãtibus vos.* Orare debemus pro inimicis nostris exẽplo Christi saluatoris nostri, & sponsæ suæ sacrosanctæ ecclesiæ: quæ preces pro inimicis ludæis fundit, hæreticis, & schismaticis in die parasceues. Moses etiã proiecit se super faciẽ suã orans pro calumniatoribus. Sic sanctus propheta Samuel cũ ejiceretur à principatu dixit. Absit vt cessẽ orare pro vobis. Sic D. Paulus admonẽt dicẽs. Benedicite & nolite maledicere. Et Esaias loquutus de Christo dixit. Ipse peccata multorũ tulit & pro transgressoribus orauit, vt nõ perirẽt. Etenim oratio pro inimicis facta plurimum valet coram Deo. Vnde dñs per Hieremiã. Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populũ istũ. Hos duos nominauit præcæteris patribus, & horũ orationẽ sic exaltauit & magnificauit: quia hos duos rãtũ pro inimicis orasse in veteri testamẽto legimus. Alter eorũ lapidibus cæsus à populo pro lapidatoribus orauit: alter verò cũ ejiceretur à principatu preces ad dñm fudit. Quocirca, vt Hieremias nobis cõmendaret excellẽtiã orationis factã pro inimicis, vtq; ostẽderet dñm meritissimo aduersus populũ illũ iratsci horũ orationẽ tãquã maximi põderis & valoris attulit. ¶ Porrò qui calũniantur peiores sunt persequutoribus, quãuis vtrũq; apud Matth. dixerit. Calũnia quippe nõ solũ falsũ fingere, sed etiã ea, quę piẽ gesta sunt labefactare, & denigrare: sanctus Ioseph non solũm persequutus fuit à fratribus, sed & calũniam passus est à dñã sua: quia
1. Cor. 4.

intiitatus ad crimẽ, cũ fugiẽs in manibus dñæ pallium reliquisset falsò fuit accusatus de adul
terio. Quocirca hæc contẽplatus egregius va
tes ad dñm clamãs dicebat. Redime me à ca- Psal. 118.
lũnijs hominũ: vt custodiã mãdata tua. Nam cũ ipse totius belli põdus sustepisset, & in fũda & lapide Gotheũ Goliat percussisset cœpit
calũniã pati à Samuele rege: & ideo dicebat, 1. Reg. 18.
Redime me à calũnijs hominũ, vt custodiam mãdata tua: nã qui calũnia opprimitur, nõ facile custodire potest mandata dñi. Etenim necesse est plerũq; tristitiæ aut timori cedat, aut vel metu calũniæ & dolore affligatur. Itaque nõ solũ vos persequẽtes diligite, sed etiã pro calũniantibus orate. *Et qui te percusserit in vnã maxillã præbe illi & alteram.* Quod quidem consiliũ est, non præceptũ. Ideoq; non est opus vt exteriori opere id adimpleas, sed vt animũ pararũ habeas, vt tũ opus fuerit id pro Christo sustineas. Sic benignissimus dñs ei, qui percus- Ioan. 18.
sit in vnã maxillã nõ præbuit alteram, sed maxima charitate eum correxit. Sicq; consiliũ hoc adimplẽdũ est, ità vt proximis magis prodesse videamur. ¶ Obserua autẽ quòd phreneticei dum medicis magis conuiciantur, tãto magis medici illis condoleant, & maiorem compassionẽ suæ infirmitatis habeant. Si autẽm aliquis medicus irascereture propter verba quæ phreneticus ei dicit, talis vtiq; insanus iudicaretur. Sic tu considerare debes quod is, qui te ipsum percutit phreneticus est, & omni prorsus mente destitutus, & passio infirmitatis viri sui facit eum dolurare. Ideoque nõ irasci nõ debes sed compassionẽ suæ cognitionis habere, illi medendo, impendens cibona operã paratusque debes esse & præsenti animo, vt pro Christo percutiaris alapis & fustibus. Sic 2. Cor. 11.
diuinus Paulus Corinthijs suis dicebat. Libẽter sustertis insipientes: cùm sitis ipsi sapientes. Sapientes sustinere debent ignaros: & cordati insipientes, & satu infirmos: nam medici prudentes phreneticos curant. Ideo addidit. Sustinetis enim siquis deuorat, siquis accepit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit. Etenim per horum complementum homo cum Christo componitur, diabolus ab homine vincitur: & plena pax inter homines obtinetur. ¶ Obseruandum etiam hic est fuisse Phariseorum commentum, licere omnibus vim vi repellere: quoniam à Mose dictũ legerunt: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Quod si verum esset, vt quisque suam iniu- Exo. 21.
riã vindicaret quid op⁹ esset iudicio? Manifes-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtè itaque patet hoc dictum pertinere ad Magiſtratus, quibus dominus gladium permiſit, & commiſit ad puniendum malos: illi autem dictum domini depravantes ſuis affectionibus id accomodarũt, quod de magiſtratibus peculiariter dictum erat. Etenim non cuiuſuis eſt leges ferre, & vindictam ſumere. Itaq; in eò quod hic Chriſtus dicit de exhibitione alterius maxillæ: & quod ſubdit ſtatim de tunica nihil aliud docere voluit niſi vt Chriſtianus homo aliquo modo læſus nõ quærat vindictam, paratq; ſit ad grauiora ferenda quam ad vindictam ſumendam. Et vt breuiter omnia dicta cõplectar, tale cor dominus in ſuis amicis poſtulat, quod ab omni impatiẽtia, & vindictæ cupiditate, & omni contentione ſit alienum. Nec tamen negauerim poſſe contingere vt iuxta Chriſti verba, etiam altera maxilla ſit exhibenda: nec dubitauerim, quin non hoc ſemel à pijs hominibus factum ſit. Porrò, an Chriſtiano homini liceat aduerſus Chriſtianum iure agere, & coram iudice eum conuenire modo non diſputamus. Poteſt ſuam iuſtitiam implorare, & ſanctum & pium eſt velle, vt delicta puniantur, ne Deus ab alijs offendatur. Id autem quiuis homo facere debet, ne hoc faciat vt vindictam ſumat, vtque paſſionem animi ſui ſequatur. Charitas enim in huius modi negotijs conſulenda eſt: nihil autem refert, quod iudicio aſciſtas, ſiue non: ſed quo animo hoc ipſum facias, plurimum refert, quod idem ſentiendum eſt de hoc quod modo ſequitur. *Et ab eo, qui aufert tibi veſtimentum, et am tunicam noli prohibere.* Non intelligendum eſt, quod tenemur illa dimittere, quandocunque aliquis à nobis illa auferre voluerit, qua iſta non eſſet perfectio charitatis ſed potius anſa & occaſio ad malum proximi vt quis accipiat res alienas, & efficiatur auarus & violentus. Sed intelligi debet hoc de animi præparatione, ſcilicet, quòd ſi alicui fuerint ablata aliqua corũ, quæ poſsider, ideò ob hoc non commoueri debet in fraternum odium, ſed animum habere paratum ad perdendum hæc, & alia multa, antequàm proximorum charitas amittatur. Licitum tamen eſt ſine contentione & ſcandalo ablata repetere. Vbi intelligere debes, quòd hic Chriſtus damnat lites, contentiones, ſcandala, & damnat non iuſtitiam & iudicium. Et ſi non poteris repetere temporalia, ait etiã quod tunicam des illi, qui veſtimentum tulit: quia melius eſt rerum temporalium iactu ram facere, quam æternæ vitæ. Iudicia enim tribunalia, & magiſtratus non damnat Chriſtus, ſed inimicitias, odia, & cõtentiones, quæ propter res temporales oriri ſolent: iuxta illud Pauli. Si inuicem conuiciantur, pugnant, & occiduntur homines. Si ſine diuina offenſione rem tuam recuperare non potes: ſic adeò animam tuam æſtimare debes, vt rapta nõ debes repetere, ſed quæ remanſerunt dare ſi opus fuerit, ne tantus & tam magnus dominus offendatur. De quibus contentionibus & iudicijs Corinthios Paulus arguebat dicẽs. Iã quidem omnino delictum eſt in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis iniuriam patimini? *Omni autem petenti te tribue: & qui aufert, quæ tua ſunt, ne repetas.* Eodem modo venit intelligendũ hoc, vt id quod ſuperius ſtatim retulimus, ſcilicet, vt potius homo paratus ſit, damnum proprium pati, quã vt ſcandalum puſillorum, ſuſcitet, ſi id aliter ſedare non valeat. Melius enim eſt, vt quod auferatur non repetamus, & quod potius pereat quam quod aliquid fiat charitati contrarium. Præterea id quod ait, omni petenti tribue, intelligendum eſt de illo, qui iuſte petit. Omni inquam qui iuſte petit tribuendum eſt, ſic ecce moſyna neceſsitatem habenti, erogande eſt. Iuſte nanque pauper diuiti petit, quia indiget. *Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter.* Quia proximos tenemur ex charitate diligere tanquàm nos ipſos: ità nos facere tenemur eis, ſicut nobis ab ipſis fieri cupimus. Hoc quippe fraterna dilectio poſtulat, & lex naturalis dictat. Cui⁹ duo ſunt communia atque præcipua præcepta. Vnum negatiuum, quod habetur in Tobia, ſcilicet. *Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alicui feceris.* Aliud eſt affirmatiũ quod ponitur hic à Chriſto. *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, facite illis.* Et quemadmodum tu velles ne falſum aliquod teſtimonium tibi imponeretur, nec quod res tua tibi raperetur: idem ipſum Chriſtus inquit, vt cum proximo facias.

¶ Obſerua autem hoc non eſſe intelligendũ de quocunque actu voluntatis noſtræ: ſed de voluntate rationali, ſiue conſiij. Multi quip

t. Cor. 6.

Tobiæ 4.

Matth. 7.

natre ſpondet tamen ipſemet dicens. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Hæc lex naturalis fixa eſt cordibus noſtris, & quæ antiqua ac ipſe homo: qui vero eam nõ ſeruauerit, nullam excuſationem coram domino habebit. *Quod tibi vis, alteri facito.* Manifeſta obſecro. Quid in hac vita cupis? Certè aliorum amicitiam vis, ab alijs amari & honorari? ſi videas te ab alijs decipi, autordio haberi doles: optaſque vt in tuum amorem deueniant, & vt te colant, qui contra faciebant. Hoc autem, quòd tu tibi optas, præcipit Deus, vt tecum fiat. Dices, rectè quidem conſultũ eſt honori meo, ne ſcilicet, quis contra me inſurgat: & opto etiam, vt ego aduerſus aliquẽ ſeruem caput, vt impunitus manerem. Impia & iniqua eſt hæc tua lex; nã Chriſtus hic dicit, quod vultis, vt faciant vobis, idem vos alijs facite. Nam ſi Chriſtus in Matthæo præcipit, vt gehenna puniatur qui te deſpicit, gehenna par eſt, vt puniaris ſi alios deſpexeris. Si autem non vis, vt aliquid tibi rapiatur, ne tu fureris, &c. Nã vt vnus eſt omnibus Deus, ita omnibus eſt vna diuina lex. Mirabile quidem eſt, quomodo Ethnicus aut infidelis homo audita hac lege illam non accipiat. Vtiq; pecudes & non homines cenſendi ſunt qui tam regiam & nobilem legem non accipiant. Iuſtitiæ domini rectæ (inquit Dauid) lætificãtes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos.

¶ Obſerua non dixiſſe Chriſtum hic, vt faciat vobis homines: ſed vt vultis vt faciant vobis homines. Nam ſi diceret, vt faciunt vobis homines ſic facite illis: intelligi poſſet, mala debere fieri, malefactoribus, & odio inimicos proſequi: quòd certè abſurdiſsimum eſt homini Chriſtiano, & ab eius religione prorſus alienum. Etiam ſi modo multorũ ſit prouerbium, qui bene mecum fecerit, multa bona Deus illi impendat: malum autem mittat in eum, qui malum mihi fecerit. Multo aliter Chriſtus redẽptor noſter docet, qui ait, Diligite inimicos veſtros: & benefacite his, qui oderunt vos. Merito ergo ait, quod vultis, vt faciant vobis homines, ità facite illis. Et quemadmodum tu velles ne falſum aliquod teſtimonium tibi imponeretur, nec quod res tua tibi raperetur: idem ipſum Chriſtus inquit, vt cum proximo facias.

¶ Obſerua autem hoc non eſſe intelligendũ de quocunque actu voluntatis noſtræ: ſed de voluntate rationali, ſiue conſiij. Multi quippe cauſa ſunt ſcandali: & alios ad pecandum inducunt. Nec tu velle teneris, quòd vt tu malus es cum proximo tuo, ille alter recum ſit. Ideoque vt vultis voluntate bona & rationabili, & recta, vt faciant vobis homines, ita facite illis. ¶ Expende etiam quod homines dixit: nam à Deo & Angelis multa volumus fieri nobis, quæ non poſſumus facere illis: redditur tamen vicis ſitudo illis ſolo charitatis affectu. *Et ſi diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis eſt gratia?* Hoc eſt, ſi tantum vos amantes diligitis & non alios: quod meritum inde vobis euenit? Nullũ ſane. *Nam peccatores diligentes ſe diligunt.* Quia hoc naturale eſt, quanuis non ſemper: quis odiunt corripientes illos, quando puniuntur vel corriguntur: iuxtà illud ſapientis. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. Et Amos ait. Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfectè abominati ſunt. ¶ Obſeruandum eſt quod Chriſtus in hoc loco dicit peccatores diligere peccatores non intelligitur ex charitate, quæ amor infuſus eſt, & ſpiritualis, nam qui tali charitate diligit amicum, meretur vitam æternam. Peccator tamen in mortali exiſtens peccato nõ poteſt mereri vitam æternam. Intelligendũ eſt tamen, peccatores diligentes ſe diligunt, ſcilicet amore carnis, naturali, & ſociali. Nã qui amicum diligit ex charitate: diligit etiam amicum: quia charitas ſe ad omnes extendit, quia ſi inimicũ non dilexerit, *in* peccato mortali eſt, & tunc nec amicum diligit ex charitate, quia charitate caret. Diligere autẽ amicũ quia diligit nos ex charitate, meritorium eſt vitæ æternæ: ſicut omnis actus ex charitate procedens. Signum autem, quo quis non diligit amicum ex charitate eſt, quia inimicum nõ diligit. Ideo qui aliquem hominem odit, nullum veraciter diligit. Itaque qui ex charitate diligit amicum, etiam inimicum diligit, & ſi inimicum non diligit, neque amicum diligit ex charitate. Sed qui in charitate eſt, omnes veté diligit tam amicos quam inimicos.

¶ Denique dilectio inimici maioris mihi meriti videtur quam amici: quia ſi premium eſſentiale reſpondet feruori dilectionis, feruentior eſt voluntas in dilectione inimici, nam tendit circa ea, ad quæ nõ inclinatur. & ideo requirit maiorem feruorem circa finem, id eſt circa Deum. Quia ad hoc, vt quis diligat amicum decem gradibus feruoris, forte nõ oportet, vt diligat Deum duobus gradibus feruoris: ad hoc autem, vt diligat inimicum de-

Prouer. 15.
Amos. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gradibus feruoris, oportet vt diligat Deum quadraginta gradibus feruoris: quia inimicū non diligit nisi propter Deum: & ideo dilectio inimicorum non tantum quia ex maiori conatu procedit voluntatis, sed etiam quia ex feruentiori & maiori dilectione circa finem oritur, magis meritoria est quā dilectio amicorum. Nam si hic duos appositos immensa habetis cibos, alterum bene conditum, alterum verò male: manifestū est quod bene conditum teipsum inuitabit vt ex illo manduces, alius verò non. Ita amicus tuus cibus tibi est bene conditus: nam quemadmodum hic cibus ad comedendum inuitat, sic amicus vt eum ames, & quemadmodum amarus cibus & potio amara vt sumatur & comedatur maior conatus & vis requiritur, ità cū inimicus sit cibus amarus & insipidus opus est maiori conatu vt ipsum diligamus: & vbi est maior conatus ibi ceteris paribus est maius meritū. Beatissimus ille Stephanus cū à carnificibus lapidaretur in dominum se conuertit dicens, Ne statuas illis hoc peccatum. Et quādo pro se rogauit stans dixit, Domine Iesu accipe spiritum meum. At quādo pro inimicis suis exorauit, genua flexit. Positis autē genibus, clamauit, ne statuas illis hoc peccatum. Quoquidem facto cum genibus oraret flexis, ostenditur agonia & feruentissimus conatus, quo pro inimicis orabat: nā genua flectere nihil aliud est, quam voluntatem inclinare ad orandum pro illis dominum. Et vlterius dicitur, & clamabat voce magna, vociferans: manifestum enim est, & vt aliquis vociferetur opus est maiorem habere in pectore conatum, quam vt submissius quis loquatur. Qua quidem re nobis significauit, & propter negotia sua nō opus erat voluntatem inclinare, nec magnum conatum adhibere: sed ad orandum pro inimicis suis maiorem conatum addidit. Igitur vbi maiores adhibentur vires ibi maius est meritum: si igitur maiores & potentiores vires exercentur in dilectione inimicorū, ibi erit maius meritum. Vnde dico maiorem perfectionem esse inimicum diligere, quam amicum, quia ex maiori charitate procedit. Nā maior ignis est, qui procul distantes comburit, quā is, qui proximos & vicinos vrit: atque ita maior charitas est quæ attingit inimicum tuum qui longe à corde tuo distat, quā ea qua amicum qui proximior est, diligis. Et cum obiectum charitatis sit Deus, vbicunque operatur est propter Deum. Cum igitur amor inimici nihil aliud habeat quam Deum, magis purus & perfectus est, quia plus humanas vires superat. Perfectior adamas erit qui vnam ferri libram è terra leuaret, quam qui acum. Maximum pondus inimicum habet, quem charitas leuat. Quod etiam si similitudine audire id gaudeas, audi. Nam quando multi cantores canunt, si inter eos aliquis sit, qui optimā & suauem vocem habeat, cum simul iste cum alijs canat, nō ita illa excellenti voce gaudes, ac si ipse solus caneret. Vnde debes præcipere si suauem vocē illius audire cupias, vt omnes alij taceant. Ità quando inimicum diligis, solus diuinus amor canit, quia solus Deus diligitur: at quando amicum amas, etiam si propter Deum illum ames tamen aliæ mistæ causæ sunt: & ideo tūc charitas non tam suauis sonat: atque ità is amor quo amicum diligis non tam purus & spiritualis est vt inimici, vbi solus diuinus amor canit. Quam quidē perfectionem amoris (vt cætera præclare soleat) volens explicare egregiè Paulus dicit, In hoc apparuit gratia Dei & cum inimici essemus reconciliauit nos in Christo Iesu. ¶ Atti diceres Christum dixisse. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis: respondeo & quando hoc dicebat tantum conferebat inter se opera collata amico, quorum maximum est vitam pro amico exponere. Nam manifestissimum est, plus illum pro amico facere, qui vitam pro illo tribuit, quam qui rem donat, aut aliquid aliud facit. Sed si hoc opus factum pro inimico accipiatis, nullum est dubium quin maioris sit meriti. In hac autem re nolo amplius fi-

Act. 7.

lum orationis protēdere, quia scholastici pro vtraque parte adducunt sua argumenta & id in scholis disputant. Itaque eandem materiā prosequitur Christus: nam sicut dixerat, diligite inimicos vestros addidit, si diligitis eos qui vos diligunt. Et sicut dixerat. Benefacite his, qui oderunt vos, nunc etiam consequētiam ait. *Et si bene feceritis his, qui vobis bene facium: quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.* Hoc etiam sicut præcedentia verba intelligi debet: quia si beneficatoribus bonum facias, non ipsum Deum intuens, sed propter amorem mundanum nō est id apud Deū alicuius meriti. Et *si mutuū dederitis his, à quibus speratis recipere quę vobis est gratia? Nam peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.* Si mutuum das nō ex dilectione aut charitate, sed propter proprium vtilitatē, vt ali-

quid vltra sortem accipias: quām mercedem accipies? Etenim hoc idem peccatores faciunt, peccatoribus mutuum dantes: & vltra id quod dant nihil accipiunt, sed tantū æquale. Quanto potius vos, qui meliores estis, debetis mutuare, vt æquale recipiatis sed etiam mutuare, nullam habentes spem repetendi id quod mutuastis, si videatis proximū necessitatem habere? Si igitur peccatores contenti sunt accipientes id, quod dederunt nec aliquid vltra petunt aliquid amplius vos debetis facere] vt eos superetis. *Verūtamē diligite inimicos vestros & benefacite eis.* Tanq̄ doctus & prudēs Magister Christus redēptor nr̄ iterū inimicorum amorem commendat. Vt magister qui lectionem vtilem & necessariam legit, ne memoria discipulis excidat, iterū eā relegit. In quo quidē apertè conspicies quā necessarium est, inimicum diligere, si in salutis portū appellere cupis: quandoquidem dominus, nō semel sed iterum, atque iterum vt inimicos diligas commendat, & tanquam vtilissimam doctrinam iterum eam repetit. Ceros igitur vos facio, quod nō fœnerabitis nec malum facietis vobis mala facientibus, si inimicos dilexeritis. Bonum omnibus impendi tis: si omnes amore fueritis prosequuti. Nam si amor in cordibus vestris habitauerit, ipse vos docebit, quid facere debeatis. Ideo dixit. Veruntamen acsi diceret. Hoc seruetur exactē, hoc indubitare fiat vt amor sit proximi talis & tantus, vt etiam ad ipsos inimicos extendatur. De hac dilectione: & de operibus inimicis impendendis iam diximus. Ideo nunc ad alia gradum properemus. Igitur ignis absondi non potest, & amor si verus sit ipsis operibus ostendi debet. Atque ita si amore ardes fieri nequit, vt proximo non subuenias si illum videris in necessitate constitutum? Si igitur amor præcepit, vt indigenti proximo, ex substantia tua tribuas: qui fieri poterit, vt suam rapias? Vnde Christus postquam proximorum dilectionem commendauit, & charitatem quam erga illos exercere debemus, præcipit ne sua rapiamus, sed quod illi mutuemus, nec aliquid vltra mutuum reperamus. Et ideo subdidit. *Et mutuum date, nihil inde sperantes.* Si proximum diligis bonum illi facito, mutuum dando, & ne malum facias vltra id quod dedisti accipiendo. In quibus verbis aliquid est consilij, & aliquid præcepti. Cōsilium enim est: vt des mutuum: nam extra casum necessitatis extremæ non teneris tua da re proximo. Verum si iam mutuum dedisti: præceptum domini est, vt nihil vltra id quod dedisti, accipias. Maxima quippe iniquitas est, accipere vsuram propter id quod mutuasti. ¶ Primò, quia vsurarius vendit tempus: quod dominus tam diuitibus, quam pauperibus voluit esse commune, sine vlla personarū acceptione. Non enim potest esse nisi vnicū tempus simul & semel: & qvia vsurarius vendit pauperi tempus, quod omnibus est commune: merito temporis indigentia punitur vsurarius: vt inquit Dauid. Viri impij non dimidiabunt dies suos. Et licet iste diu viuat: curas seculi, in morte occupatus, temporis indigentia punitur, non habens locum pœnitentiæ. De eo nanque Ecclesiasticus dicit. In tēpore redditionis postulabit tempus. *Psalm. 54.* *Eccle. 29.*

¶ Secundò cùm commodare sit, pecuniam ad eius commodum dare: vult impius pauperi pecuniam dare, & commodum apud se retinere: quod quidem omni rationi prorsus aduersatur. Præterea vsurarius vult, vt ea pariant, quę nunquam pepererunt: & vt ea generent, quæ nunquam generarunt: nam vult vnumuis sui singulis mensibus alios nūmos pariant, quod quidem contra naturam est.

¶ Obserua autem quod vsura idem est quod morsus, nam in Hebraica lingua verbū נֶשֶׁךְ nasach à quo, nesech, id est vsura, significat mordere, vt patet in libro Numerorum vbi dicitur. Si nasach, id est, si mordeat serpēs virum. Dicitur autem vsura morsus: eo quod mordeat eum, qui mutuo petit ad vsurā. Vsurarius quippe non tantum quod suum est recuperat, sed etiam mordet in proprijs bonis eum, qui mutuo tradit ad vsurā vltra sortem accipiendo. Sicut enim canis aut serpēs, aut quodcunque animal mordens trahit secum id quod mordet, seu morsum: ità pecunia tradita ad vsuram trahit secum aliam partem minorem velut morsum suum ex aliena substantia. Quocirca dominus hanc iniuriā velut sibi illatam grauissime repetet. Vnde in Exodo dicit. Si mutuaueris pecuniam tuam populo meo pauperi. Non dicit tuo, sed meo: vt scias vsuram non à paupere, sed à Deo exigi debere. Quemadmodum enim ab aspide pereussus, dulcedine & suauitate demutus à femore capitur: & in illa saporis suauitate quiescit donec animam exhalat, quoniam venenum latens per omnia membra diffunditur: sic qui ad vsuras accipit, pecunia obiectatur: sed vsuræ venenum, per omnes membrorū

Exod. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

facultates discurrit, totumque hominem captiuum ære alieno reddit: & qui antea liber erat, vt se in libertatem asserat, diu noctuque laborat. Cõsidera igitur ò homo tu, qui Christianus es, qua munificentia dominum bona tibi omnia largitum esse. Quid obsecro ipse à te petit pro vsu solis & lunæ? Quid pro stellarum splendore & ministerio? Quid denique pro cunctis bonis, quæ tibi natura donauit? Pudeat ergo te ab eo vsuram expectare: qui tibi cuncta gratis & sine vsura largitur. Eum hominem sanctus Dauid dicit stare in monte domini & in loco sancto eius: qui pecuniã suam non dedit ad vsuram. Et domini etiam præceptum est. Non fœneraberis fratri tuo pecuniam ad vsuram neque fruges, &c. Idẽ habetur in Leuitico, Et in Ezechiele etiam legimus. Vsuram & superabundantiam non accipietis. Et in Deuteronomio dominus ait: Non fenerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Dixit alieno: quia terra promissionis erat Iudæorum, nam Deus dederat illam Abrahæ, quam multi ex Gentilibus sub tyrannide possidebant, vt erant Iebusæi, Philisthæi & reliqui. Et quia isti Gentiles contra fas & ius terram Iudæorum possidebant, ipsi vero Iudæi illam armis expugnare non valebant cum in numera Gentilium esset multitudo eaque potentissima. Quocirca dominus præcepit Iudæis vt ad vsuras pecunias darẽt Gentilibus illis: vt vel sic recuperarent q̃ iustitia & iure suum erat. Vt modo licitum est aliquem se ipsum in rem alienam intromittere, accipiendo id q̃ ipsi debetur: si qui ei debet potest, & iustitiam aduersus illum non valet obtinere, si modo sine scandalo fiat. At q̃ Iudæi faciebant cum extra terram promissionis erat, exteris gentibus fœnerantes id vtique peccatum erat. Et q̃ modo Christiani faciunt fœnerantes, vtique peccant. Nam id q̃ dominus inquit, Dabis alieno, intelligẽdum est de his, qui terram promissionis incolebãt: quia hoc non erat alienum rapere, sed q̃ suum erat redimere. Quod si alias ad vsuras dabant, grauiter peccabant. Et sic intelligitur illud, alieno. Et quemadmodum Iudæi optimo iure Ægyptios expoliauerunt, & eorum supellectilia rapuerunt, cum exierunt ab Ægypto, quia cum illis tanquã mancipia seruissent nullam mercedem acceperãt: hoc etiam modo fœnerate poterant Palæstinis qui contra omne ius terram suam vsurpauerant, quam illis dominus dederat: quæ sua erant ita recuperantes. Et in hoc casu fœnerare licebat, & non in alio. ¶ Aduerte etiam quòd hoc quòd Christus hic dicit, & omnes isti authoritates veteris testamenti intelligendæ sunt, si res, quæ accipitur ex mutuo sit pretio æstimabilis. Nam si das mutuo vt amicitiam alicuius tibi concilies, non es vsurarius. Eodem etiam modo vsura non est si mutuas, vt bona tua ab alio detenta redimas, & recuperes: & etiam vt à vexatione te liberes: quia hic nullum ex mutuo lucrũ acquiritur, sed sola vitatio ptj damni. Ex ijs etiam, quæ pretio æstimãtur ratione lucri cessantis, vel damni emergẽtis poteris aliquid accipere ad arbitrium boni viri, aduertẽs ad id, quòd lucrari posses quia mercator es, & cum mutueris, aliquid amisti. Id ex lucro auferens quòd propter laborem acquirere debebas. Alias dare ad vsuram peccatum est, & lege diuina prohibitũ, & natura sua iniustum est: quia id venditur quòd proprium est, quòd contrariatur iustitiæ. In qua re id aduertendum est: quod quædam sunt res, quarum vsus est earum cõsumptio, & non habent vsum distinctum à consumptione: sicut vinum triticum & aliæ res similes, quæ vsu consumuntur, quarum retũ conceditur vsus, & conceditur etiam res quarũ ad suam substantiam: propter quòd in talibus per mutuum transfertur dominium. Aliæ autem res sunt: quarum vsus nõ est dominium, quia distinguitur vnum ab alio sicut equus, domus, & similia. De his potest quis accipere pretium vsus, sicut patet in conductione & locatione domus, nõ autem de aliis, quia proprius vsus pecuniæ est consumptio eius: idcoque illicitum est pro vsu pecuniæ commodate accipere pretium. Vnde maxime obseruandum est in hac materia rerum mutuatarum apud quem remanet dominium rei, quæ mutuatur. Nam si dominium manet apud eum, qui mutuat, & non apud eum, qui accipit: q̃ id quod mutuatum fuit casu formito amittitur, illi amittitur qui mutuauit: quia res, quæ perditur, domino perditur. Quæ regula memoria non debet excidere. Exempligratia, & accipit quis mutuarum ab aliquo equum & simul centum aureos, vt aliquod iter faciat, aut vero in itinere contigit vt latrones furati fuerint equum & simul nummos sine huius culpa. Si. Hic talis tenetur ei, à quo accepit centum aureos restituere non autem æquum: quia iactura facta fuit sine hominis culpa: & res quæ perditur domino perditur, & dominium ei qui apud eum mansit qui equum mutuauit, & non dominium pecuniæ. Etiam si aliquando contigit mutuare pecuniã, ita vt qui mutuat dominium apud se reseruet vt in contractibus societatis: in quibus qui pecunia agit non aliud habet, quam vsum eius. In quo casu si pecunia quæ substantia est commercij amittitur, domino amittitur, qui eam mutuauit: & hac eadem ratione pactum poterit obtinere lucri suæ pecuniæ. At qui mutuat: & pecuniam suam in commerciũ apponit vult vt pecunia sua incolumis maneat, & quod ei soluatur etiam si amittatur ac si lucrum inde acquireretur vsura esset. Sed si lucro vel iacturæ talis pecunia daretur, licitũ esset. Hæc materia nimis prolixa est, de qua multi multos & magnos codices scripserũt, de vsuris, de cambijs, de depositis, quam modo rem si ex professo agere vellemus esset in infinitum abire, & à proposito digredi. Sed vtinam domino Deo placeat, vt in regum & principum corda inspiret, vt à regnis suis hoc pestiferũ venenum exterminent: vt sunt tot tantæque vsuræ, tot latrocinia & furta. Ob quæ maximè mirari soleo, quomodo Deus vniuersum mundum nõ subuertat, & fulgura & radios mittat, ne horum hominum tãta prauitas & nequitia pios & sanctos Christianos offendat. *Et erit merces vestra multa.* Bene quidem inquit multa, quandoquidem diuus Paulus inquit, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit dominus diligentibus se. Dabit æternos illos & cœlestes thesauros eis, qui in hac vita diuitias congregare noluerunt: quippe nutuarunt, nullum lucrum inde sperantes, & pauperibus eleemosynam porrexerunt. Verum hæc verba non tãtum ad immediate dicta de mutuo referenda sunt, sed ad cetera, quæ de dilectione, & bonis operibus proximorum agunt: nam modo ad eos, qui inimicos diligunt loquitur dicens. *Et eritis filij altissimi.* Per adoptionis scilicet gratiam & dilectionis conformitatem: quia Deus inimicis suis multa largitur, quodquidem non facit propter retributionem, sed ex propria bonitate & charitate, & denique propter ipsum: cum ipse sit omne bonum & vltimus finis nõ finem. Sicut hic vt supra dereditionem dixit, quod erimus filij Dei. Sic & olim propter eã dem rationem dixit. Filij estote dominum Dei vestri. Non vos occidetis. &c. Ex amore & pace, quæ adinuicem inter nos fuerit, cognoscetur cuius filij simus, an dæmonis, qui seminatium est totius discordiæ, & odij: an Christi, qui pacem fecit, & ex vtraque unum. O excellentissimam & occultam dignitatem hominis, qui inimicum suum diligit. Nõ dicit nos futuros esse seruos Dei, aut amicos, aut aliud simile, sed futuros esse filios Dei. Sicut in Matth. 5 etiam dixit. Diligite inimicos vestros: vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Dicit itaque quod erũt filij propter vrbanitatem & nutritionem, qua nutriti sunt in hac vita qui inimicos suos diligunt. Hæc est differentia inter filium regis, & filium pastoris: nam pastoris filius protinus vt adultus est, mittitur vt oues & sues pascat, & sine doctrina & eruditione nutritur: nec magistrum habet, qui illum vrbanitatem docet. At filius regis pædagogo statim proponitur, qui illum doceat, moneat, & sanctis moribus instruat: quique eum corrigat si in aliquo deliquerit. Quid aliud obsecro inimicũ esse existimas, nisi quẽdam pædagogum, qui tui curam habet? Nam quemadmodum pædagogus puerum castigat & corrigit: ita tu si inimicum tuum, nec monitorem vis qui te instruat, doceat, & dirigat. Vnde nec filius perinde vis esse regis gloriæ, sed pastoris, vt quod libuerit facias, siue ad pascendum porcos, siue ad custodiendas oues. Debes igitur pædagogum tibi eligere si hunc titulum tibi vis, scilicet, filium esse Dei. Respondeas obsecro ad interrogata. Vis ne in gloriam ascendere nõne? Vtique respondebis, in illam conscendere cupio. Si igitur in cœlum ire desideras, & beatus esse cupis: audi Apostolum dicentem. Quod si filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi. Si hæres esse vis, & filius debes esse, nam in domo patris filij hæredes sunt: qui autem per gratiam & adoptionem nouerit se filius Dei non ingredietur in cœleste regnum. Si igitur filius Dei esse vis, opus est, vt pædagogum habeas, qui te reprehendat, moneat, quique nunquam oculos à te auertat: & vt tuæ vitæ caueat, & eis, quæ dicis. Reges namque & principes pinguem mercedem pædagogis retribuunt, vt solertem curam suorum filiorum habeant: tibi vero vicinum tuum pædagogum dominus tribuit, nec illi aliquam mercedem tribuis propter curam, quam de te habet. Quietiam si nihil illi condones ob beneficiũ in te collatum: saltim gratus illi esto, & illum ama. Summum honorem homines iu-

Psalm. 14. Deute. 23.

Luc. 23. Ezec. 18. Deute. 23.

Exo. 12.

Matt. 5.

Gala. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes iudicant, in domo regia esse, vel secretarium, vel cubicularium, aut quoduis aliud officium præcipuum. O quanto maior est rex gloriæ, quam terrenus rex: & quanto maior dignitas est filium esse, quã seruum. Merces quidẽ magna & copiosa est, vt dominus suos filios nos efficiat, & perinde hæredes gloriæ. ¶ Præterea filij solent parẽtes suos referre vel in loquela, vel in facie, vel oculis & p'etunq; contingere soler vt inter eos aliqua similitudo sit. Ob hanc igitur rationem Christus dicit, quod si filij sumus vt ei assimilemur in benignitate, misericordia, & amore proximorũ. Ideo statim post hæc de similitudine quã cum parente nostro habere debemus, agit dicens: *Quia ipse benignus est super ingratos & malos.* Si enim ipse altissimus patet benignus est super ingratos & malos, ita vos esse debetis super inimicos, & peccatores, benefacientes ingratis, & impijs. Deus quippe ingratis & sceleratis hominibus bona nãturæ & fortunæ copiose largitur. Ideo per Matthæum dicit quod solem suum facit oriri super bonos & malos, & quòd pluit super iustos & iniustos. In hoc enim imitari debemus Dei misericordiam, qui ingratis bona multa impartitur. Deus enim nemini est debitor. Sic nanque Esaias affirmat, & beatus Paulus ad Romanos scribens. *Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Ex propria voluntate & liberalitate sua cõfert hominibus, quibus nihil debet, multa & innumerabilia beneficia tã naturæ quam gratiæ. Nã qui mali sunt, nõ sunt digni gratia, antequã illam dñs impartiatur eis: cũ nemo dignus sit prima gratia, quia nulli mereri cõtingit nisi per gratiã & etiam post datã gratiã non solũ non merẽtur, sed demerentur, quia per gratiã non operantur & perdunt eam illã contemnẽdo, quę maxima ingratitudo est: quę ex diametro pugnat cum beneficio, reddens ipsum hominẽ indignum vlteriori beneficio. Iam etedo videris quam liberalis est dominus cum malis, quanque benignus cum ingratis. Quodquidẽ tu si patrem tuum referre vis, facere teneris. Aspice obsecro faciem illam benignam, plenam gratiarum, quæ peccatoribus semper indulgentissima est: & quo amore Magdalenã fuscepit Zacheum, & latronem in cruce, & alios multos, quos libet sub silentio prætereo. Debes etiam illum loquela referre, vt filij parentes; & vide quod eloquium suum dulcissimũ est, vt fuit illud, quo alloquutus fuit infirmum peccatorem. Fili remittuntur tibi peccata tua. Et quod dulcius esse potuit verbum quam illud ad latronem dictum, hodie mecum eris in paradiso? Similis etiam illi esse debes in incessu, & quibus vijs ipse incedat, & attende quomodo obuiam exijt filio prodigo, qui omnem paternam substantiam deglutierat in voluptatibus & libidine. Hũc parentem imitari debes: quia eius imitatio tuum te ipsum efficiet. Ita Daniel dixit vni ex illis senibus, qui Susannam accusabant, Semen Canaan & non Iuda: quia etiã si Iudæus esset, crudelitatem & sæuitiam Cananæorum exercebat. Et Christus Pharisæis dixit. Vos ex patre diaboloestis. Quia opera diaboli faciebant. Sed patrem cœlestem, qui bonus est, super ingratos & malos imitari debes, & ei similis esse: vt sis filius eius in benignitate & clementia, misericordia & mansuetudine quod etiam his, quæ sequuntur suader. *Estote misericordes sicut pater vester cœlestis misericors est.* Non vult, vt eum potẽtia referamus, quia ob hanc causam à cœlestibus sedibus cecidit Lucifer: nam dixit in corde suo. Ascendamus in cœlum & similis ero altissimo. Nec vult, vt similes essemus in sapientia, vt voluit Eua, cui serpens dixit. Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. Vnde cum deluderetur à dæmone in miseram sortem deuenit. Nec vult dominus vt miraculis eũ imitemur, nec in creatione, nec in gubernatione mundi. In quo igitur? Vtique in misericordia. Hæc quippe placuerunt ei Abraham, Loth, Dauid & multi sancti Patriarchæ & Prophetæ. Hanc dominus (vt inquit scriptura) potius vult quam sacrificium, & hac etiam nunc dicit similes nos ei futuros, sicut filij sunt parentibus. Aliquis nanque alicui similis dicitur esse, nõ pedibus nec manibus, sed facie, quæ certior pars hominus est. Ita quod in Deo magis altũ & profundum est erga nos, est sua misericordia, iuxta illud Iacobi. Misericordia ei⁹ super omnia opera eius. Et etiam dicit. Misericordia eius superexaltat iudicium. ¶ Obserua autem, vt hæc sane intelligas nihil in Deo esse maius, aut minus. Deus enim cum sit infinitus & summe simplicissimus, quidquid habet operatur vt sit infinitum sicut ipse: nam si aliquid contineret in se quod infinitum non esset, illud ideo in Deo non esset, sed longe abeo alienum. Et si aliquid in Deo esset, quod Deus non esset: Deus summe simplex non esset. Cũ igitur

Esa.40. *Rom.11,*

Iacob.4.

Luc.7. *Luc.19.* *Luc.23.*

igitur summe simplex Deus sit, perinde erit vt quidquid in eo fuerit, Deus etiam sit: & per consequens eadem mensura, qua ipse Deus mensurandum erit, Deus autem infinitus est, omne ergo quod in Deo est, infinitũ erit. Infinita ergo est illius misericordia, infinita illius iustitia, infinitæ denique sunt omnes reliquæ virtutes, quas sacra illi tribuit scriptura. Verùm & si illius misericordia & iustitia ad illum relatæ infinitæ dicantur & sint, ad opera tamen relatæ talem suscipiunt magnitudinis rationem, quale opus ipsum à misericordia vel iustitia procedens est. Quando ergo Deus sæpe multa peccata dimittit, dicitur nimis misericors, sed quando parum punit dicitur parua eius iustitia. Ideoq; maior dicitur misericordia, quàm iustitia cum ambæ infinitæ sint: quia vtitur ad extra ipsis operibus magis misericordia parcendo & condonando, quam puniẽdo. Videmus enim quod quotidie summa patientia tot sceleratos & flagitiosos peccatores suffert, tot idololatras, tot homicidas, & pauci istorum puniuntur, quando verò punit non obliuiscitur suæ infinitæ misericordiæ. Misericordia domini (inquit Dauid) plena est terra: quia in hoc mundo multos tolerat peccatores. Et etiam sua diuina misericordia in cœlo est: iuxtà quod idẽ egregius psaltes alio in loco ait. Domine in cœlo misericordia tua. Quia sicut predestinationis non est danda causa, sed ex sua bonitate & misericordia ab initio prædestinauit electos, & gratiam primam sine illorum præcedentibus meritis Deus illis dedit, vt mererentur beatitudinem: ideo cœlum etiam plenũ est sua misericordia sicut terra. In inferno etiam viget eius misericordia, quia damnatos punit citra condignum: & vt Tobias, & Abacuc dicunt, cùm irascitur misericordiæ recordatur. Itaque cum misericordia eius tanquam Dei facies sit super omnia opera eius, & nobiscum exerceat illam: quia qui assimilatur alicui in facie, similem dicimus; vult dominus vt misericordes simus, vt ei assimilemur. Vbi contemplari debes ex cellentiam misericordię, quæ homines similes Deo facit, & in illa re simi es, quæ gloriosior & diuinior in ipso est. Nam certum est quod maior perfectio quam reperiri potest in creatura est similem esse Deo: & quanto magis huius similitudinis obtinuerit tanto perfectior erit. Certum est etiam quod vnum ex his, quæ præcipuè conueniunt Deo est sua misericordia, vt ipsa sacrosancta ecclesia significat in oratione illa, quę incipit. Deus cuius propriũ est miseri semper & parcere. Hoc dicit propriũ esse Deo: nã quẽadmodum cõuenit creaturæ egenam esse & pauperem, & perinde ipsi competit, accipere & non dare: ità cùm Deus infinitè sit diues & potens ipsi soli per excellentiam conuenit dare, & nunquam recipere. Vnde ipsi soli proprium est misereri & parcere. ¶ Et nõ solum hoc Deo proprium est, sed modo nostro intelligendi inter perfectiones quæ respectum habent ad creaturas, quod magis diuinum est in ipso & magis gloriosum est misericordia: & propter quam ipse desiderat potius cognosci & laudari. Et in visione illa magnifica in qua Moses vidit gloriã dñi trãsire (vbi creditur vidisse propriã Dei essentiã & pulchritudinem, in qua etiã multas & admirabiles perfectiones credendũ est vidisse) hæc misericordia diuina fuit, quã ipse Moses magnis vocibus exclamauit dicens. Dñator dñe Deꝰ misericors & patiens: & multæ miserationis. Hæ fuerũt voces & testimonia, quę sanctus propheta protulit de Deo post illã diuinã & gloriosam visionẽ, quæ omnia laudes & encomia fuerũt suæ diuinæ misericordiæ. Si igitur Deus de hac virtute tantum gloriatur: cũque tam grãdis gloria sit hominem Deo assimilari: et callentissimam iudicare debemus hanc virtutem quãdo hominem simillimum Deo efficit. Vt igitur grandi honore Deus nos afficiat, vtque in hanc tantam dignitatem nos constituat vult vt benigni & misericordes simus. Et ad hoc faciendum nos magnifico præmio inuitat, vt misericordes simus. ¶ Si igitur tu similis Deo fueris, aliquæ excellentię tibi subsequentur. Prima est: quia si omne animal diligit sibi simile, si misericors similis est Deo: manifestũ est quod à domino magis diligetur. Nam cùm dominus infinitè misericors sit omnes eos diligere debet, quos inuenerit misericordia indutos tanquam legitimos filios, quibus assimilantur. Quid obsecro in mundo esse potest tanta æstimatione dignum? Si tanti æstimantur homines cum regum & principum familiares & amici sunt: quo pretio æstimari debet ea virtus quæ nos Deo coniungit, & illi similes facit. ¶ Deinde aliam excellentiam nobis comparamus, scilicet, vt omnes misericordes ad misericordiam diuinã ius habeãt, quia proximis suis vsi sunt misericordia. Eam nanque sententiam dominus tulit. Beati misericor-

Exo.34.

Mar.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ricordes, quoniã ipſi miſericordiã conſequen
Tob. 4. tur. Et ſanctus Tobias. Ex tua ſubſtantia tua fac
elemoſynam & noli auertere faciem tuam
ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nec à te auer
tatur facies dñi. Et in Eccleſiaſtico etiam ha-
Eccle. 4. betur. Eſto miſericors pupillis vt pater, &
pro viro matri illorum: & eris tu velut filius
altiſſimi obediens: & miſerebitur tui magis
Prouer. 11. quam mater. Et in proverbijs etiam dicitur.
Anima quæ benefacit, impinguabitur, & qui
Matth. 18. inebriat ipſe quoq; inebriabitur. Et enim ſer-
vus ille malus (vt in parabola illa euangelica
dicitur) non in Deo inuenit miſericordiam,
imò aſpere & dure punitus fuit: quia iudiciũ
Iaco. 2. fiet ſine miſericordia ei, qui non fecerit miſe-
ricordiam. Econtra vero vir miſericors con-
ſequetur miſericordiã. Si igitur vis, vt Deus
tui miſereatur, miſericors eſto. Vis ne domi-
nus rationem tuæ vitæ exigat iuſtitia, an miſe
ricordia? Sanctus ille Dauid cum adeo inte-
ger eſſet, ſeipſo purus dominum orabat di
Pſalm. 142. cens. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo
domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu
tuo omnis viuẽs. Tu autem farcina peccatorũ
oppreſſus, negotia tua agere vis cum Deo ip-
ſa iuſtitia? Tunc ſcias oportet, te velle, vt do-
minus rigore iuſtitiæ tecum agat: quando nõ
fueris cum proximo miſericordia vſus. Præ-
ſentaneum tibi remedium erit ad ſacram an
choram miſericordiæ confugere, ſi in portũ
ſalutis vis appellere: vt prudenter & ſapien-
Pſal. 50. ter ſanctiſſimus Dauid faciebat, qui diuinam
miſericordiam implorans dicebat. Miſerere
mei Deus, ſecundum magnam miſericordiã
tuam. Et ſecundum multitudinem miſera tio
num tuarum dele iniquitatem meam. At ſan
ctus hic rex miſericordiam impetrauit, quia
ipſe cum proximis vſus fuerat miſericordia:
nam cum poſſet inimicum ſuum Saulem in-
1 Reg. 24. terficere, miſericordiæ locum dedit, illi par-
Eſa. 55. ces. Vnde & merito propheta ſanctus Eſaias
Iacob. 2. de eo canit. Miſericordias Dauid fidelis. Si igi
tur miſericordia eius ſuper exaltat iudicium:
& ex vna aula iudicij poteſt quis in aliam ſu-
periorem aulam appellare: ita etiam tu ex di-
uina iuſtitia ad diuinam miſericordiã appel-
la, & hanc tuorum flagitiorum remedium de
bes accipere. At ſi cupis miſericordiã in Deo
inuenire opus eſt, vt pauperes & inopes in te
etiam pietatem & benignitatem inueniant:
nam ſi contra feceris, nec tu in Deo hanc mi-
ſericordiam reperies. Quod ſi mihi non cre-
Prou. 21. dis, Sapientis dictis acquieſce, qui dicit. Qui
obturat aures ſuas ad clamorem pauperis: ip
ſe clamabit, & non exaudietur. At cum miſe-
ricordẽ promptus eſt dominus, vt miſericor-
dia ſua vtatur: ita adeo vt captiuum ſe aſſerat
dominus eius, qui miſericors eſt, vt duobus
ſcripturæ ſacræ locis optime comprobari po-
teſt. Alter locus iſque egregius in proverbijs
habetur, vbi dicitur. Feneratur domino, qui
miſeretur pauperis. Alter vero ipſius erit Sa-
lomonis eſt dicentis. Qui accipit mutuũ fer-
uus eſt fœnerantis. Vnde ſequitur captiuum
dominum manere eius, qui cum paupere mi-
ſericordia vtitur, quia iſte talis pecunias fœ-
nerauit domino. Quid igitur obſecro maioꝛ
pretio erit æſtimandum (ſi ita loqui fas eſt)
quam Deum captiuum habere: & quaſi quã-
dam pietatis & miſericordiæ compedi-
bus ipſum deuinctum habere? Et quid deſide
rabilius in hac vita eſſe poteſt, quam ela-
ues viſcerum pietatis domini in manibus ha
bere, vt nobiſcum ſua benignitate vtatur? *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Cum iam mi
ſericordiam nobis ſuperius commẽdauerit:
nunc oſtendit in quo conſiſtat miſericordia:
quam erga proximos exercere debemus: ne-
pe ſi eos non iudicauerimus. Charitas quippe
& miſericordia vetant ne quid mali de proxi-
mis ſuſpicemur, neue fratres noſtros teme-
re iudicemus. Imo potius ſemper omnia po-
tiori parti tribuamus, & (ſi opus fuerit) multi
tudinem peccatorum operiamus: quod offi-
cium charitatis eſt. ¶ Aduerte autẽ, quod hic
non agitur de illo iudicio, quod ad iudicem
vel prætorem ſpectat: ſed ſe iudicio noſtro
agitur, quod aliquid mali de proximis ſuſpi-
camur ex aliquibus ſignis illos temere iudica
tes eſſe peccatores. Quod munus erat phari-
ſæorum & ſcribarum, qui ſibi grauiſſima ig-
noſcentes peccata, iudices agebant erga fra-
tres ſuos inclementiſſimos calumniãtes quæ
recta erant, ſiniſtrè interpretantes dubia, &
exaggerãtes quæ leuia erant. Denique ſi eos
videbant in aliquod grauius crimen prolap-
ſum potius de hoc crimine agebant vt de in-
quentem perderent, quam vt ſanarent. Vnde
iuſtitiæ obſeruantiſſimos ſe prædicari facie-
bant eo quod maximo ſupercilio in lapſos
alienos fœuirent: cum id facere nos amore
proximorum, quos extinctos potius volebã,
quam correctos: nec odio vitiorum, cum ſuis
vitijs longe grauioribus indulgerent.
¶ Verum à iqua hic obſeruanda veniunt. Pri
mo quod ſi ſigna ſunt euidentia bene poſſum

aliquem iudicare: nã ſi videro aliquem blaſ-
phemantẽ iudicare poſſũ, q̃ ille blaſphemus
ſit: quia proximi malũ eſt manifeſtũ. Et etiã ex
maximis cõiecturis etiã tu poteris iudiciũ fer
re, vt ſi videris ſuſpectũ cũ ſuſpecta, & in loco
Pſ 3. ſatis apto ad malũ. Vnde per hanc ſuſpicionẽ
violentã iudicauit Salomõ quãdo dixit. Date
huic infantẽ viuũ, hæc em eſt mater ei⁹ ſed ex
leuib⁹ ſignis nõ poteris in ſiniſtrã partẽ iudica
re. Cauſę nanq;, vel ſigna leuia in triplici diffe
rentia poſſunt eſſe. Primo qñ ex leuibus ſignis
mali, inc pit quis dubitare de bonitate proxi-
mi: quod quidẽ veniale peccatũ eſt, & proue-
nit ex humana infirmitate & imbecillitate: &
hæc vocatur ſuſpicio, nã iudiciũ dicit definitionẽ, quã ipſe iudicans putat ſe habere. Hæc
tñ nõ eſt definitio, ſed dubitatio, an malus ſit
ille, qui prius credebatur bon⁹. Secũdo ex le-
uibus ſignis mali firmiter ſolet quis tenere, q̃
proximus malus ſit: & hoc mortale eſt qñ iudi-
cauerit aliquod mortale eſſe, & veniale ſi iudi
cauerit aliquid veniale. Quod proprie vocat
iudiciũ: quia iudiciũ importit certũ, & eſt cõ-
tra charitatẽ, quia malũ credit de proximo, q̃
nõ patet nec manifeſtũ eſt: nã quilibet præſu-
mi debet bonus, niſi contrarium clarũ ſit. Ter
tio quando quis ex leuibus cauſis non ſolum
credit proximum eſſe malum, ſed etiam egre
ditur ad punitionem eius: quod non ſolum
eſt contra charitatem, ſed etiam contra iuſti-
tiam, & grauius peccat. Dubia enim ſemper
interpretanda ſunt in meliorem partem. In
quod plerumque crimem multi homines gra
uiſſime delinquere ſolent, vt ex leuibus ſig-
nis opus proximi ſemper in ſiniſtram partem
retorqueant: & exteriora tantum videtes, pe-
netralia cordis iudicent. Ea enim quæ bono,
vel iniquo animo fieri poſſunt, ſemper ani-
mo recto facta putari debent: & charitate ex
cuſare, potius quã in deteriorẽ imputare par-
tem. Sed ad id obſecro attendas, quod Paul⁹
aduerſus hos peccatores dicit. Tu quis es, qui
iudicas alienũ ſeruum? In quo enim alium iu
dicas, te ipſum condemnas. Ea enim hominũ
iam eſt deprauata conſuetudo, vt omnes faci
es ſint ad iudicandũ temerarie de proximis.
Et pauci quidem ſunt ab hoc vitio alieni: ſic
adeo hominũ creuit malitia. Maxima eſt co-
pia medicorum, & omnes volunt aliorum in
firmitates curare, & infirmis remedio proui-
dere. Præcipiebat dominus in Leuitico, vt ſep-
tem lꝛhebus leproſus claudereꝛ. Nõ permi-
ſit Deus ſacerdotem facilè de lepra iudicare,
ſed ſuſpendi voluit iudicium ſeptem dierum
ſpatio. Igitur dñs non permiſit ita facile de le
pra, quæ oculis ceꝛnebatur iudicaꝛi, equomo-
do permittet te de cæteris proximi tui malitia
ſtatim ſententiam ferre? In primo volumine *1. reg. 6.*
regum dicitur, quod Bethſamitæ cum arcam
domini nimis curioſe intuerẽtur, de illis per
cuſſit dominus ſeptuaginta viros, & quinqua
ginta millia de plebe. Quanto obſecro ſecre-
tius eſt ipſum hominis cor, quam illa arca?
Quãto maior temeritas penetrãda cordis ho
minis iudicare: quam ſecretiora loca arcæ il-
lius? Maxime igitur tu, qui hunc peſſimũ mo
rem habes, vt temere alienum vitam anquiꝛas, timere debes, ne in te dominus mittat ſi-
milem partitionem & maioꝛem, quam Beth-
ſamitis dederit ob inanem ſuam audaciã. Fieri
nõ poterit quin in te murmuret diuina ꝛeprehen-
ſio: quandoquidẽ tã audax es vt officiũ Dei ſuꝛe-
ris. Homo quippe videt quæ foris ſunt, Deus *1 reg. 16.*
autẽ intuetur cor. Si igitur ſolus dominus cor
da hominũ videt: quid eſt quod officium dñi
vſurpare vis, qui hominum intentiones no-
uiſti, & iudicas? At de minus honoꝛem ſuum
recuperabit: & in te grauius, quam tu cogitas,
animaduertet. ¶ Obiectua autem quòd hæc iu
dicia temeraria ex triplice radice oriri ſolẽt:
primo quia aliquis malus eſt, & ideo credit,
alios eſſe ſimiles: nam homo nõ poteſt me-
lius de alio, quam de ſeipſo ſentire: hoc enim
omnis affect⁹ habet, vt in quo homo inſanit,
cogitet & alios eiuſmodi eſſe iudicet. Vnde in Ec- *Eccle. 10.*
cleſiaſte habetur. Ita via ſtultus ambulans, cũ
ipſe ſit inſipiens, cæteros putat inſanire.
Quodquidẽ non alio, quam ipſo experimen
to cognouimus. Nam cum aparus ſemper aſ-
ſueſcat emendo & vendendo proximos ſuos
fallere, alios omnes idem facere exiſtimat.
Luxurioſi etiam & carnis voluptatibus dedi-
ti, facilè etiam credunt & iudicant viros reli-
gioſos idẽ facere: cum ipſi nõ poſſint ſeipſos
frenare. Si Nabuchodonoſoꝛ ſæcularis Holofernis *Iudi. 14.*
qui gẽtilis erat & carnalis, facile iudicauit Ho
lofernẽ cũ Iudith dormire: cui loco aliter eſ-
ſet. Qui iniquus eſt, ſemper malis cogitat, &
vbi peccatũ nõ eſt, peccatũ imaginatur. & vbi
pax & trãquillitas cõſcientiæ eſt, ſemper mala
multa ab exiſtimat. Vnde ſanctiſſim⁹ Iob di- *Iob. 15.*
cebat. Cũ pax ſit, ille ſæpe ſuſpectatur inſidias.
Bonis autẽ mẽtib⁹ aliter contingit iudicare:
nã cũ recti ſint ambulẽtq; in ſimplicitate, ambulat, & cũ om
nibus loquꝛtur veritatẽ, ita de alijs iudicat. Io *Iosue 9.*
ſue & populus Dei, quia boni erãt credideꝛũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

facilè Gabaonitis dicentibus, quod de longinquo venerant: nec iudicarunt Gabaonitas cū dolo ad eos accessisse. Sancti etiam quia ipsis amica est veritas neminem putant mētiri, & fallere quid sit ignorāt. Vnde Salomon in *Prouer.14.* Prouerbijs. Innocens credit omni verbo. Est enim christianæ mānsuetudinis & pietatis proximi dicta factaq; simul quoquo animo fiant semper in meliorē partē interpretari. Nā lyncerus animus semper propensior est ad bonū opinādū, quā ad suspicādū malū: nisi ipsa res aliter manifestè indicauerit. Sed scelerati, quia impietate pleni sunt facile alios ex quacunque leui causa sinistri iudicant: & aliquādo etiam ex leuissima aut prorsus nulla causa credentes tales alios esse quales ipsi sunt.

¶ Secundo etiam hæc temeraria iudicia resiliunt ex odio & mala voluntate: nam solum ob hoc, quia quis alium odit, vel inuidet ei, vel etiam ex leuissimis signis male de illo indicant, quia vnicuique facilè persuadetur id quod desiderat. Sic pharisæi, qui Christū inimico prosequebantur odio facilè credebant *Luc.7.* illum non esse prophetam: sicut ille Simeon *Ioan.9.* pharisæus interius cogitabat, quia permitteretur se tangi à muliere illa peccatrice. Et cum cæcus à natiuitate id testificaretur, nō illi acquiescentes parentes eius de veritate interrogauerūt. Ish nanq; qui proximos odiūt, prompti sunt ad male iudicandū de illis. ¶ Tertio hæc temeraria iudicia resultant ex longa experientia, scilicet, quando quis diu expertus est aliquos homines mala operari, illorum malitiā ex facillimis signis comprehendit. Ideo senes plerunque solent esse, qui de alijs suspicātur, quia experti sunt aliorum defectus: iuuenes autem quia pauca viderunt non suspicantur malum, sed omnia in bonam partē conijciūt.

¶ Postremo obseruādum, quod Christus hic dicit, quod qui male non iudicat, non iudicabitur, scilicet à Deo. Hoc intelligi puto illum non iudicandum esse de hoc peccato iudicij temerarij: nā de alijs sine dubio iudicabitur. Nam quāuis aliquis non iudicet alios, nec aliquid malicōmiserit circa hanc Christi prohibitionē: si alias sit vsurarius, fornicator, vel aliud flagitiū commiserit, iudicium vtiq; domini experietur, & damnabitur propter huiusmodi scelera. Itaque illa verba, non iudicabimur, de peccato iudicij temerarij intelligenda veniunt, si alios non iudicauerimus: sicut nec vir cæcus iudicabitur de peccato luxuriæ, quod non commisit. *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quæ ubi consequentia sumi ad superiorem doctrinam? nā condemnatio iudicium sequitur. Nam cum damnatum inordinatum iudicium prohibetur, ita non quāuis aliorum condemnatio: sed iniusta interdicitur. Ideo præceptum hoc sicut superius intelligēdum esse puto, scilicet, quod non condemnabitur propter peccatū condemnationis iniustæ sui proximi, quam uis pro alijs damnabitur: ejam sit ab hoc immunis sit. Noli igitur aliquem condemnare: nam sæpe humanum fallitur iudicium, cum in ontem aliquando damnamus: qui quāuis hodie malus sit, crastina die erit bonus. In ec *Eccle.* clesiastico enim dicitur. Facile est in oculis do *Eccle.* mini subito honestare pauperem. Et rursus: A mane vsq; ad vesperā immutabitur tempus, & hæc omnia citata oculis dei. Ex quo loco discere oportet vt neminem cōtemnas, quāuis iniquus ille sit: quia finē eius nō nosti. nam si hodie pauus est, forsitan eras rectus existet. Nā fieri potest, vt quos hodie errare vides, Deus sua præscientia prædestinatos habeat, vt in numero collocentur sanctorū. Tēpus vero futurū nosti, nec quid dominus de alijs facturus sit. Quod tu rectè nosti, ad est, quam grauis & iniquus peccator sis; & dignus, vt ab omnibus despiciaris, & tormentis æternis crucieris. Quo circa reipsum damna, & non alios, quandoquidē nescis quid faciet de illis dominus. Cuinq; non Deus sis, qui omnia nouit semper in meliorē partē quæ videtis iudicate neq; aliquem condemnetis. Quod si alio rum opus non potueris excusare, intentionē tamen excusēs quæ recta esse potuit: vel dic ignorantia eum peccasse. At si denique fratrē tium nulla ratione potueris à peccato excusare, credere debes illum grauissimē à dæmone fuisse tentatum: quodque si tu tam grauitētatione fuisses expugnatus fortitā deterior & iniquior esses. Gratias igitur domino agito, qui simile tentationē non tibi appositit. pro fratre tuo, qui cecidit, ora. Et apostoli di *1. Cor.* ctum semper memineris dicentis. *Qui stat, vi* dear ne cadat. Nam si elatus superbia teueris simus iudex aduersus fratrē tuū existeris illū dānando: permittet Deus, vt in illud peccatum incidas, de quo alium condemnas, vt vel sic dominus tuā insaniam puniat. Vt bea- *Matth.* to Petro contigit, qui cum plus quam deberis de se præsumeret dīm negauit. *Dimittite & dimittemini.* Priori fundamēto de misericordia innititur, quę etiā cōstitit in remittēdo

ideo ait. Dimittite & dimittemini. Hoc est. Dimittite iniurias vobis illatas, & dimittetur vobis peccatum à Deo: quem mille flagitijs semper offendistis. Hinc dominus apud Mat *Mark.11.* thæum dicit. Cum stabitis ad orādum dimittite, si quid habetis aduersus aliquem: vt pater vester, qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra. Ideo orare nos docuit. Dimitte *Luc.6.* nobis debita nostra: sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Et Paulus etiam ad Colossenses scribens inquit. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patiētiā, supportantes inuicem & donātes vobis, &c. Sed sunt multi, qui aliam legem sibi veline, aliam vero alijs. Volunt nanque vt aliorum peccata grauissime puniantur, & vt sua propria, in quæ quotidie delinquunt dominus dissimulet. Contra quos Ecclesiasticus inquit. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem sibi similem non habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur. In quo loco maximè aduertere debes, quomodo Deus in manibus tuis suam posuerit misericordiam. Nam si vis vt dominus tecum sua misericordia vtatur, vtaris tu etiā benignitate & pietate cum proximo tuo: vt Ecclesiasticus centulit dicens. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua. Quid est obsecro de quo conqueris: Nonne tu dominū offendisti: Quid mirabilis si proximi tui te etiam offenderint. Etenim is qui Deum offensum habet, non agre debet ferre, quòd ab aliquo noceatur: quandoquidē cum aduersus Deū deliquimus, digni sumus, vt vniuersus mūdus aduersus nos insurgat pro honore dīi clamans. De quo igitur cōquereris, cū aduersus Deū peccaueris? Nullam rationem habes querimoniæ, quod homines aduersus te insurgant, quandoquidem tu toties contra dominū caput leuasti. Parce igitur illis, vt dominus veniam tibi cōdonet. Tertio misericordia consistit in dādo. Ideo ait. *Date & dabitur vobis.* Date pauperibus bona temporalia, & dabit vobis dominus illis æterna. Nam planetæ, quibus iuffragijs possint terram adiuuant: nam virtutem præbent germinandi, & creandi: & illi mi illuminant, & vberem reddunt. Sic diuites, magnates & principes debent communicare inferioribus & pauperibus sua bona, illos alendo, parcendo, & auxilium illis præstādo. Dato igitur, vt dīs reddat tibi. Nam in Prouerbijs de illa forti mulliere dicitur. Manus eius aperuit inopi, & palmas eius extendit ad pauperem. Cum pauperi aliquid largiris temporale numisma pro eterno commutas: nam melius & pretiosius numisma tibi reddet dominus in cœlo, quam id quod tu in terra pauperibus tribuis. ¶ Præterea quando putatur arbor magis ramos suos extendit, & abundantiores fructus producit? etiā tu opus habes, vt superflui rami amputētur, & quod pauperibus tribuas id quod nō necessium est tibi: vt vel ita auctus sis in meritis & in ministerio *Prou.31.* dīi. Nunquā necessariū ei deficiet, qui sem- *3. Reg.17.* per recordabitur pauperū: vt contigit illi mulieri quæ hospitata fuit Heliā, cui farina nec oleū defuit. Pauperem dīs fecit, vt medicina esset diuiti: vnde semper pauper infirmitatibus & vlceribus diuitis medetur. Quo circa quando diues nō pauperē diligit, nec ei subuenire vult, inimicus propriæ salutis est: quādo suæ ægritudini non vult medicamentum adhiberi. ¶ Insuper etiam obseruabis quod id, quod Christus de largitione hic dicit, non solum intelligendum est de generali omniū rerum liberalitate, sed præcipuè de eo opere, quod in pauperes confertur. Plurimos nā que homines in mundo reperies qui liberales sunt, vel vt melius loquar suarum rerū incauti cōsumptores, qui semper in digentia laborāt quia substantiā suā in vanitatibus & delicijs consumūt: & cū parasitis benigne agūt, nūdo semper deseruientes. Respondeas obsecro, an ne liberales arbores iudicas, quibus ventus fructus rapit? An ne magnificum & liberalem eum hominem appellabis, cui vētus pileum capitis leuat, aut pallium furripit? Ita nimirum ij liberales non sunt, quibus vanitatis ventus, rem suam rapit, vt alijs tribuant. Quiquidem homines hoc liberalitatis nomine non appellandi veniunt, neq; commune aliquid cum liberalitatis virtute habent, neque id, quod hic Christus iubet, amplēs. Quo circa pauperi & inopi semper tribuendum est. Quod si ab hominibus laudari desideras, melius hoc obtinebis, si pauperib⁹ liberalē te ostēderis: quā si phaleratis equis & tapetibus studeas. Melius quidē homines, qui ora habent & linguas tua encomia & laudes prædicabunt, quam ipsi parietes & equi loquela destituti sunt. Quod igitur consumis in cooperiendis parietibus domus tuæ, quare obsecro non id consumis in operiendis Christi pauperibus? Plus laudis tibi conferent hi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam patietes. Liberalis esto cum indigentibus & egenis: tunc que gratus Deo existes, & iucundus hominibus. Qui liberalis est, nũ quam orbatus est amicis: nam qui omnibus largitur, etiamsi multi ingrati sint, nunquã carebit amicis. Contra vero auarus omnibus odio habetur, nã à pauperibus maledicitur, & domestici eius mortem illi deprecantur: & si aliquod aliud vitium habet, statim ab omnibus manifestatur. Omnes liberalem tegunt, nec deest, qui pro honore suo pugnet, & murmuratorem eius reprehendat. Multa beneficia accipit, qui impendere scit. Valde nobilis conditio est liberalis: vnde beatus iudicari debet in terra, iuxta illud quod Paulus in Actis ait. Oportet reminisci verbi domini Iesu: quia beatius est dare, quã accipere. Tãto melius est dare, quam accipere, quanto melius diligere, quam diligi: nam amare in prædicamento actionis est, & amari nec actionẽ nec meritũ dicit: Deus omnibus dat, & à nemine accipit, vnde qui tribuit similior Deo est. Esto amicus Dei quia ità liberalis es, pius & iustus: nam quanto auarus omnium oculis vilis est & detestabilis, tanto ex diametro liberalis nobilis est & generosus. Diuitiæ ancillæ sunt virorũ sapientum, & dominæ insanorũ, & insipientium. Etiam si prodigalitas vitium sit, deterius tamen est auaritia: nam auarus nemini bonus est, & prodigus: etiam si sibi malus sit, tamen multis prodest, & honorem sibi comparat, & dominus est illorum, quibus aliquid donat, iuxta illud sapientis. Victoriam & honorem acquirit, qui dat mũnera. Verũ quãuis his rationibus & Christi exẽplo, multa oportet vt proximis beneficia impendamus: nihilominus vt ad charitatis opera prouocemur, mercedem in mediũ proponit, vt vt nos alliciat, si tamen tãæ perfectionis non sumus, vt solo Christi amore id agere enitamur. Ideo ait. *Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinũ vestrum.* Mensuram quippe bonã: ideſt iustã retribuet, quia erit secundum exigentiam meritorũ: iuxta illud psalmi. Reddes vnicuique secundũ opera sua. Confertam, quia supra eõ dignum erit, sicut Paulus ait. Non sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Coagitatam, id est, supra id quod desiderari potest: secundum illud Apostoli. Et autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus. Superfluentem, id est supra id quod humana cogitatio attingere valet, sicut Esaias comprobat. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. A quo diuus Paulus & illud accepit. Nec oculus vidit, nec auris audiit. &c. Hoc autem verbum circunloquio, & his ambagibus dominus vult exprimere, quam maximam illa retributio erit: quæquidem humanum intellectũ longo internallo superat. Itaque, vt nobis commendet maximum illud præmium & vberẽ retributionem, quã dominus reddet eis, qui fuerint in pauperes misericordes illa verborum ambage vtitur. Ideo in prouerbiis dicitur. De primitijs frugum tuarum da pauperib⁹, & implebũtur horrea tua saciertate. ¶ Obserua autem quod quanuis hæc mensura tribuatur ab vno Deo, tamen numero plurali Christus vtitur, dabunt, inquam, pauperes, quibus opera pietatis impenditis: quia ipsis interuenientibus datur hæc merces. Sic Cornelio dictum est. Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Præterea in sinum dicit vestrum. In sinũ, inquam, non tunicæ sed animæ. Sinus vtique intellectus noster est qui repletur gloria visionis apertæ: & affectus qui implebitur lætitia dilectionis perfectæ. Iusta enim futura est retributio. Nam qui in sinum pauperis abscondit elemosynam: iustum est quod Deus sinũ suum elemosynam suam abscondat. Ecclesiasticus ait. Cõclude elemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te exorabit ab omni malo. Rursus obseruandum quod quadruplex bonum donatur à Deo propter pietatis opera. Bona scilicet fortunæ quę sunt diuitiæ, ideo ait mensuram bonam: alia sunt bona naturæ, ad quæ refertur mensura confercta: tertia bona sunt gratiæ, ad quæ mẽsura coagitata refertur: vltima sunt bona gloriæ, ad quæ spectat mensura superfluens. *Eadẽ quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Hoc referri potest ad id quod antea dixerat de malo proximis non impendendo, id est nolite iudicare, nolite condemnare. Et referri etiam potest ad id, quod proxime dixerat de largitione, scilicet, date & dabitur vobis. Itaque sensus verborum est. Si iudicauerimis, iudicabimini, & condemnaueritis condemnabimini: & si dederitis, dabitur vobis. Eodem modo si parum mali impenderitis, parum vobis imperdetur: & si multum, vobis etiam multum fiet. Et ita si parum dederitis, parũ vobis dabitur: & si multa bona impẽ-

detis, copiosam mercedem accipietis. *Quẽ admodem cum alijs egeritis, sic vobiscũ agetur: & qua mensura mensi fueritis, & vos mẽ furabimini.* Et denique vt vultis vobiscum fieri, ita cum proximis facite. Nam iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Si proximo tuo iniuriam intuleris, si eum iudicaueris, si condẽnaueris, si denegaueris ei auxilium & consilium: tua ipsa malitia reuertetur in sinũ tuũ: vt ob eandem causam malum tibi ascisças ob quam alteri malum moliebaris. Sic impius Achab & Iezabel interficientes Naboth iuxta mensuram delicti puniti sunt: nam iuxta verbum Heliæ in eodem loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, linxerũt etiã sanguinem Achab. Fratres etiam Ioseph magnis tribulationibus fuerunt in Ægypto oppressi, quia fratrem suum Ioseph non audierunt. Vnde dixerunt. Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum, & non audiuimus vocẽ eius dum deprecaretur nos. Eodem etiã modo cum Israhel Aegyptus afflixerat in aquis filios Israel, eadem pœna & ipsa punitus est, quia suffocatus fuit & ipse in mari Rubro cum illis, qui ei consenserunt. In libro Iudicum etiam legimus dixisse Adonibezech. Septuaginta reges amputatis manibus ac pedibus sumebant cibos colligẽbãt sub mensa mea ciborum reliquias. Sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Illi etiam de tribu Beniamin, qui abstulerunt vxorẽ Leuitæ, quia ipsi rapuerunt alienã, nõ habuerũt vxores sibi felicitas sed alienas ex raptu, quas sibi iunxerunt nõ tamẽ cõmunij sacramento. Et merito quidẽ id illis contigit, vt qui alienum coniugem noluerant, ipsi nuptiarũ amittererẽt solẽnitatem. Simili etiã modo quia Pharisæi peccata manifestabant illius mulieris adulteræ: ideo dominus peccata illorum in terra scribebat. Quapropter si tu charitatẽ erga proximo non habes, & eius manifesta peccata eodem modo tua peccata manifesta fiet domino. Vnde in Deuteronomio dicitur. Pro mensura peccatientis & plagarum modus. Et in Apocalypsi etiam habetur. Quantum se glorificauit in delicijs, tantum date illi de tormentis. Itaque quale iudicium fecerimus de proximo, tale iudicium faciet Deus de nobis. In hoc tamen differunt quia iudicium nostrũ de proximo cum malum sit, tamen Dei iudicium de nobis non malum est, sed iustum. Et erit tantum secũdum quantitatem: quia quantum malum nos intulimus proximo iniuste iudicando de eo: tantum malum pœnæ nobis infert iuste. Nam iustitia æqualitatem seruat in retribuendo. Ait: bonũ egoris bonum accipies. Secundum enim proportionem meriti vestri erit gradus præmij: quia præmium merito correspondet penitusq; pensatur secundum magnitudinẽ interioris affectus, quam operis exterioris: sicut illa vidua, quæ duo minuta misit, plus dedit diuitibus. Vnde merito dominus dicit. In domo patris mei mansiones multæ sunt: id est diuersi gradus præmij iuxta diuersitatem meritorum. Et Paulus suis Corinthijs dicit. Qui parce seminat, parce & metet: qui autem in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et per Esaiam dominus ait. In mẽsura cõtra mẽsuram iudicabo eam. Sicut enim fecerimus siue bonum siue malum, sic fiet nobis: & secũdum dignitatem meritorum nobis retribuetur. Expende autem quod non iniqua mensura, vt ait Ambrosius rependet Deus, sed estacti dicat. Ipsa iniquitas iudicandi, & iniqua mensura tibi nocet, & teipsum punit. & sæpe non illum quem iudicas. Quo nimirum illum tremendum iudicium nos admonet, vt sciamus actiones nostras non ab homine, sed à Deo examinandas. Docet etiam digno præmio se compensaturum illa opera, quæ proximis impẽdimus, in vltimo die iudicij. Docet denique tantum misericordiæ vnicuiq; fidelium se dominus retributurum debere, quantum adhuc viuens ipse fidelis in hac vita proximis fecerit impartitus. Vnde optime huic propositioni conuenit Paulus. Vnusquisque secũdum suum laborem mercedem accipiet.

¶ Obserua autem quod cum de præmio siue mensura loqueretur boni, dixit mensuram futuram esse bonam, confertã, coagitatam, & superfluentẽ: sed cum de mensura mali loqueretur esset non sic dixit, sed absolute loquutus inquit. Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Ratio autem quare maior mensura detur bono, quã malo illa est, scilicet, quia dare bono vltra meritũ pertinet ad liberalitatem: dare autem malo vltra demeritum pertinet ad misericordiam. Deus enim iuxta theologorũ sententiam punit citra cõdignum, & præmiat vltra condignum. *Dicebat autem illis & similitudinem. Nunquid potest cæcus, cæcum ducere nõne in foueam cadẽt ambo?* Per metaphorã de spirituali cæcitate loquitur, quæ cæcitas multo deterior est cæcitate cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris: non tantum quia nobilius subiectū est anima, sed quia maiori cæcitate plectuntur. Nam qui cæcitate corporis laborat, cognoscit se cæcum esse: sed cæci mēte seipsos cęcos esse non agnoscunt. Vnde saluator phatisæis dixit. Si cæci essetis non haberetis peccatum: nunc vero quia dicitis videmus, peccatum vestrum manet. Hæc est misera & deploranda peccatorum cæcitas, vt non videntes, videre se putent. De quibus diuus Paulus inquit. Dicentes se sapientes, stultifacti sunt. Sensus itaque huius loci est. Qui seipsum nescit, qui sui curā nō habet, qui propriā animā non diligit, quomodo alios diliget? Qui cæcus est, & in tenebris ignorātiæ ambulat: quomodo alios illuminabit? Qui ignorans est & stultus, quomodo alios docere poterit? Ambo vtique in errorem vel vitiorum foueam cadent. Ignarus quippe vel vitijs deditus, nō est idoneus regere, aut per semitas iustitiæ ducere alios ad beatitudinem: sed tam ipse qui ducit, quam qui ducuntur in vitiorum foueā cadent, de qua in Prouerbijs. Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Et Esaias in hunc modum loquutus inquit. Formido, & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ. Deinde tuunt in lacū gehennæ, de quo in Ezechiele dicitur. Dormierunt cum his, qui descenderunt in lacum. Et diuinus vates. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. ¶ Docet hic Christus prælatos sapientia, scientia, & sanctitate, debere pollere, nam aliter seipsos, & alios præcipitabunt & perdent: cum suo consilio alios errare faciant. Ridiculum enim est, vt qui specula tor est cæcus sit, doctor insciꝰ, præco mutus, & prælatus insipiens. Habet enim se prælatus in populo sicut oculus in corpore. Vnde in Hieremia scriptum est. Quia stulte egerunt pastores, & dominū non exquisierunt: propterea omnis grex eorū dissipata est. Modo autem vt vera loquar miserendum est, cū in ecclesia tot videamus prælatos ignaros, tot cæcos sacerdotes, qui alios cæcos ducunt: sicut sacerdotes filij Heli, de quibꝰ in libro primo Regum dicitur, quod Ophni & Phinees erant filij Belial, nescientes dominum, neque officium sacerdotum: ideoq; infœlici & miserande morte perierunt. Et in secūdo volumine Regū dicitur, quod lebulæi posuerunt iuper muros Hierusalē cæcos in despectū Dauid. Sic multi sū per muros ecclesiæ, vt illā defendant & tueātur prælatos cæcos cōstituūt.

Ioann. 9.

Roman. 1.

Prouerb. 18

Esai. 24.

Ezechiel. 31.
Psalm. 87.

Ieremi. 10.

1. Reg. 2.
1. Reg. 1.
2. Reg. 5.

Quod lamentatur valde Esaias dicens, Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi. Vides quomodo Esaias de cęcitate spirituali quæ ignorātia est loquitur, quia dixit. Nescierunt vniuersi. Dolor quidem est cum tot videamus ignaros sacerdotes, qui nec primā grammatices rudimenta didicerunt: qui vehementer cupiunt confessarij esse & prochristis prædicare. Et sunt alij, qui cum theologi non sint episcopatus ambiant, & in supremas dignitates cuehircū isti miseri nesciant, quod proprium episcopi munus sit docere & erudire. Sic in consecratione episcoporum consecrator tradit consecrando librum missalē ad scapulas dicens. Vade & prædica ouibus tibi commissis. Sed dicito mihi. Quomodo sacrā scripturam interpretabitur qui theologiam non didicit, & forsitā nec bibliam legit? Quomodo iurat in consecratione, quod callaue vtrunque testamentum in vtroque sensu, qui in vita nil aliud egit, quam venationi & voluptatibus studere: Et qui iuri Cæsareo dedit semper operam, Bartolo, Baldo, Felino, & alijs huius cæteriæ doctoribus: quomodo ea veritate affirmare potest quod non ita vtrunq; testamētum in vtroque sensu? Quod si dicas Canonistas & Iurisconsultos plus nosse de negotijs publicis & quomodo agenda sint, hoc prorsus ridiculum est, eos homines in prælatos eligere, qui potius apti sint litibus & negotiationibus, quam docendo & prædicando. Apostoli, qui prælati & episcopi ecclesiæ erant dixerunt. Nō est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Propterea dixerunt. Considerate fratres, viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi & ministerio verbi Dei instantes erimus. Et sic elegerunt septem diaconos, qui se exercerent iuxta ea quæ ad corpus & ad causas populi spectarēt: Apostoli autē prædicationi euangelij & orationi vacabant. Ira equidem bonum est & sanctum, vt episcopi vicarios habeant & prouisores iuristas, qui canones ecclesiæ sciant: vt iudiciarias causas ecclesiæ iudicent. At officium episcopi & pastoris est docere & prædicare populo: ad hoc autem munus quā aptior & paratior sit theologus quam iurista, tuo id arbitrio relinquo. Etenim officium boni pastoris est oues à lupis hæreticis defendere: quomodo rogo aduersus hęreticos disputabit qui theologus non est? Solus theologus iudicare & discernere potest, quæ propositio hæretica sit, temeraria, erronea, vel scandalum minās. Solus theologus scire potest, qui concionator veram aut falsam doctrinam prædicat. At si hæc iudicare, examinare, & æqua lance pensare munus est episcopi: qui hæc ignorauerit, quo iure in episcoparum alcendet? Et apostolis, quorum successores sunt episcopi, dixit Christus. Ite, & prædicate euangelium. Non misit illos ad litigandum: sed vt euangelium prædicent: quod munus est episcoporum, vt ipsimet apostoli fatentur. Et in sacrosanctis concilijs, quæ ad incolumitatem & stabilitatem ecclesiæ pertinent, vbi iurant ad futuros esse præsentes omnes episcopi, quid in concilio aget qui theologus non fuerit? Aut quod munus ibi exercebit? Vtique ligni elinguis, vel lapidis muti. Qui fieri poterit, vt ad versus hæreses disputet: aut quomodo de sacramentis agat, qui theologus nō est? Quod si responderis, quod hi episcopi secum ducūt doctores theologos, qui eos illuminent, dirigant & doceant quid dicturi, quidue respondeturi sint, vt nostris temporibus contigit in sacro Tridentino concilio. In hac quidem re nō possum meā risu temperare, vt velint episcopi ie dignitatem habere, redditus & honorem episcopalem: & vt laborem ferant theologi scientia sua onusti, & fame pereuntes. Melius quidem hi episcopi facerent & salubrius si episcopatus renunciarent theologis quandoquidem agnoscūt magis aptos & benemeritos ad tale munus esse: quod quidem ipsi negare non possunt, quandoquidem necessitatis articulo suam scientiā & literas imploraut, & ad theologos tanquam ad sacram anchorā confugiūt. Sed nō tantū esset mali si semper has dignitates ascenderent iuris consulti: sed grauius malum est, vt in his dignitatibus constituti sint homines omni prorsus scientia destituti siue theologia, siue iure Pontificio, siue Cæsareo. Vbi per Christi amorem consideres obsecro: si oues tales pastores & custodes habent, quid facient? aut quem finem habebunt? Etenim ea domini sententia firma & stabilis manet. Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadent. Sed de his dicta sufficiant. Iam vero audiamus quid vlterius diuina sapientia proferat. *Non est discipulus supra magistrum.* Quia non æqualis sapietiæ est: quod intelligendum venit, quandiu discipulus fuerit. Nam si aliquando contingit discipulos doctiores fieri magistro, hoc non est

Esa. 1.

Amb. in fine.

5. 4.

quatenus discipuli sunt: sed quia iam ingenio suo altiora petierunt, & studendo emendicarunt. Sensus igitur est huius loci. Si tu cæcus es, alium ducere non poteris, quia cæcus eris tuus discipulus: nam si magister cęcitate laborat, cum discipulus non sit supra magistrum, cæcus & ipse discipulus manebit. Et si tu malus fueris alios non poteris bonos facere: quia tuo iniquo exēplo illos destrues. Quod si forsitan discipulus tuus seipso melior extiterit, nō ex tuo magisterio hoc habet, sed ex alio. ¶ Ex hoc loco discas oportere, in omnibus tribulationibus & laboribus partiē tiam habere, quia nō est discipulus supra magistrum. Magister quippe tuus dominus Iesus Christus cum nullo esset malo dignus, siquidem peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius, omne malum patienter tolerauit ipso dicēte. In me transierunt iræ tuę, & terrores tui conturbauerunt me, & omnes fructus tuos induxisti super me. E contra vero nos discipuli eius omni malo digni, nullū malum pati volumus: cum alij discipuli cupiant suis magistris similes esse nos volumus dissimiles fieri. *Perfectus autem omnis erit sicut magister eius.* Id est, si ei assimiletur per imitationem, aut si per æqualitatem conformis illi fiat. Non tamen absolute erit perfectus sed in certo gradu, statu, aut ordine: vtpote qui perfectus est quantum ad id quod à suo didicit magistro. Quæ verba Christus protulit, vt ostenderet, quod dicamus non valet cæcum ducere. Id est prælatus ignarus regere alios non potest: quia prælatus cōstitutus est magister subditorum suorum. Ideo si ipse prælatus erraverit, ipsi quoque subditi errabunt, nec perfectiores sunt eo, vbi regulariter loquamur, quamuis Deus dilectos suos non deserat. Sed diuina & angelica vnctione instruatur. Sed sunt multi prælati qui cum desides sint in obsequio Dei, profani & malis moribus imbuti, graues & acres iudices se volunt ostendere in puniendis peccatis minimis subditorū: cumque scandalum ex propria vita semper inijciant, solis verbis emendare volunt, quod malis moribus & operibus destruunt. Ad hos igitur dominus loquitur dicens. *Quid autē, vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras?* Oculus intētionis cordis est, festuca ita subita. Fieri quippe difficiliter potest, vt non irascamur aliquando cum natura irascibiles simus. Sed coercēda est ira ne limites rationis excedat, vt ait

1. Petr. 2.
Psalm. 37.

Ec 4 psalmi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 4. psalmista. Irascimini & nolite peccare. Ira quippe inueterata conuertitur in odium, & fit tãquam trabs: inter quod & homicidium nihil interest. Qui odit fratrem suum (inquit 1.Ioan.3. Ioannes) homicida est. Et quanuis leuis ira multorũ sit peccatum est tamẽ paruum respectu odij, sicut festuca respectu trabis. Tantum enim interest inter festucam & trabem, quantum inter iram & odium. Odium nanque inueterata ira est: fieri autem potest vt homini irascaris, quem velis corrigi: non autem si eum oderis: quia ille, qui proximum odit, nullum bonum ei vult, & tamẽ correctio bonum quoddam est. ¶ Dicitur autem in oculo fratris tui, non quidem quòd trabs possit esse in oculo: sed ad significandum periculum quod sequitur hominem existentem in peccato. Nã si quis festucã vel trabẽ in pede vel manu vel in quauis alia parte corporis habeat, nõ est manifestum periculũ in oculo autem grauissimum est. Ira dicitur in est de peccato, si ad eum conferatur, in quo est, quodquidem conscientiam destruit. Secundo vt ostẽdat, quam longè ineptior sit anima peccato mortali detenta, quam oculus trabe grauissima. Ideoque rectissimè dominus trabem dixit in oculo esse, vt intelligas minus conuenire peccatum animæ, quã trabs oculo. ¶ Sed valde mirandũ est eũ qui habet trabẽ videre: & qui nõ habet trabẽ nõ videre. Nam qui nõ habet trabẽ, hoc est peccatũ, & habet charitatẽ, hic certè aliorũ vitã nõ videt: & qui habet trabẽ minima proximorum videt, quod quidem mirari non desino. Charitas non cogitat 1.Corinth.13. malum, nec de fratre sinistra suspicatur. Oculi Adam cum in innocentia & sanctitate viuebant, nuditatem non videbant: sed eum deliquissent, nuditatem conspexerunt. Oculis Genes. 3. Adam innocentis solum nouerant bonum: delinquentis verò sciunt bonum & malum, 1.reg.24. & potius malum. Dauid non ausus est mittere manum in Saulem Christum domini: sed 1.reg.22. Philistæi nihil in Saulẽ demorati sunt. Docg Idumæus irruit magno impetu in sacerdotes domini: in quos pij Saulis serui noluerũt manus suas extendere. Itaque vitã iniqui trahom bobenes oculos manus, & gladios in Christi seruos conuertunt.

¶ Vbi obserua trabis celũ tenentis esse rem, & velle eum esse grauissimè ladi, ita vt statim lachrymas diffundat: & si festucam habet nenõ am quiescat, donec illam foras ejecit. Mutlib enim exoratior est anima, & ex quo peccato offenditur, & coinquinatur: & sicinsti vir anima leues culpas fiet, quasi maximæ sint. Fient igitur sancti & inquieti sunt, & dolent, donec etiam minima deleant peccata. Mirum autem est vt non sentias trabẽ, quæ est in oculo tuo: & credo id non aliud esse, nisi quia mortua est anima tua. Nam oculus mortuus facilè festucas sustinet & trabes. Non sic sanctus ille rex agere consuetus, qui Psalm. dicebat domino Peccatum meum contra me est semper. Sic non quiescit sanctus vir donec illud deleuit ab anima, quòd tu etiã opus est vt facias. ¶ Rursus obseruã dũ, quòd id quòd Christus dicit, nos minima videre in fratrib⁹ nostris, & maxima in nobis nõ contẽplari: natura id contingere potest. Quia quod in facie tua est, id ego video directis radijs, quod etiã si minimum sit, satis est vt potentiam meã immutet, vt in cognitionem rei veniã. At quod in oculo meo habeo, videre id nõ possum per lineã rectã, sed per reflexũ radium, quod vellut vmbra directi præsentat obiectum à quo exijt remisse. Vnde fieri poterit vt maior res sit, & illã non videamus: vel si eam videamus nõ ita distinctè vt si talis res in aliena esset facie, etiam si minor esset. Ità fit, vt proximorũ culpã per radios directos videamus, & vitam⁹ iudicijs de illa ferimus: nostra verò delicta per ambages & circũloge la videm⁹. Ideo in sequentibus inquit dominus *Aut quomodo potes dicere fratre tuo Frater sine eiciam festucam de oculo tuo: & ipse in oculo tuo trabẽ nõ vides? Hypocrita, nunc primo trabem ab oculo tuo eiice, & perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.* Qui pluribus peccatis irretitus est, quomodo dicere potest fratri, qui leue peccatum commisit, vt sibi emendet? Talis certè etsi impudẽs sit, tamen ratione id dicere nem potest, frater sine eijciam festucam de oculo tuo: cui merito ... tissimo respondeti potest. Medicè entra teipsum. Et Paulus Romanis In quo alium iudicas, teipsum cõdemnas. Sibi prius debet esse medicus vnus quisque, quã alteri manus admoueat. Sic Phariszi non solum discipulos, sed & ipsum dominum conati sunt impie cõdemnare, quòd peccatrici mulieri esset admirebatur, quòd discipuli manus ablebant, & cõfricabant spicas. Quapropter dominus est ... sit. De cæcis, exclamantes eu licem, & camelũ glutientes. Audi hypocrita simulator iustitiæ, qui nõ tuis bonis sed alienis malis sanctimoniæ laudẽ venaris apud homines: si vere iustus esse cupis, primũ eijce trabem ab oculo tuo.

tuo. Nã in proverbijs dicitur. Iustus in principio accusator est sui. Charitas ordinata esse debet, vt homo prius curã sui ipsius habeat & deinde proximi. Nã si cuis in pedibus oculũ habet, nihil videre potest: & quare maior fuerit res oculo opposita tanto magis vitiatus videtur: ideò peccatũ proximi videre nõ potest, vt illud arguat qui peccatis est impeditus. Vnde talẽ hypocritã dius appellat, quia vult peccata proximorũ arguẽdo, bonus & iustus haberi. Vbicũq; Christus vult ostẽdere aliquod maximum peccatum esse, à contumelia incipit. Sicut est illud. Serue nequam omne debitum dimisi tibi. Hic enim peccat peccato præsumptionis: quia officiũ sumit, quod sibi non competit: & peccato scandali, si peccatũ suũ fuerit publicũ & in alijs publicè arguat quod ipse cõmisit: quia proximos scandalizat, cui agnoscunt peccata sua etiã maiora, quam illa, de quibus proximum arguit. Si autem arguẽdis peccata nota nõ sunt, debet de secretis præmonere, & tunc licitè arguit proximum: quod si nõ pœnitẽs arguit vitio præsumptionis peccat non tamen scandali, quia peccata sua non sunt manifesta. *Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos neq; arbor mala faciens fructũ bonũ.* Ex cõtextu nunc ad superiora hæc addit. Acsi diceret Fias prius arbor bona, & deinde poteris fructus bonos producere. Hoc est. Amputa quæ in te sunt crimina, disce amare innocentiam, & tunc licebit fratres tuos culpis erroribus purgare. Nemo enim potest esse iustus iudex, nisi prius amauerit iustitiam. Disce ergo ante omnia ex fructibus tuis quales sis: & ipsi tui fructus docebũt qui te facere oporteat. Dicit Christus hoc in loco arborem bonã non ferre malos fructus, quia manifestare voluit hominẽ rectũ nunquam proximo suo detrahere. Ad diuus Iacob⁹ minatur quomodo homo lingua qua benedicit Deo, hominibus maledicere possit, qui ad imaginem Dei sunt facti. Dicit ergo. Nõ est enim arbor bona, quæ facit fructus malos. Quandiu homo malus est non potest in quantum malus est, bonũ fructũ ex se producere & è contra. Sicut mala arbor nõ potest bonos fructus facere: ità nec bona malos. ¶ In hac tamen re magna versatur differẽtia inter ipsum hominem & arborem. Nam arbor sequitur naturam, homo autem quia liber est, potest ad vtrunlibet conuerti: ita quòd si bonus est, vitiosus fieri potest. Ita intelligendum in sensu diuiso, non autem sic erit in formali sensu. Vt dein

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter se abstinet, quin loquatur. Ita cum homo sit dispositus per malos mores, difficile est quod operetur nisi per illos. Nam in scriptura sacra impossibile pro difficili ponitur. Sic & in libro Iosue dicitur. Non poteritis seruire Deo. Idest difficile erit vobis seruire illi. Et per Hieremiã dicitur. Si potest Æthiops mutare pellẽ suã, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ. Et tamen fieri nõ potest vt Æthiops pellẽ suam mutet, nec pardus varietates suas, & sic sequetur perinde, quod malum nõ potest bonum facere, quod (vt diximus) operati potest. Christus etiam ait. Propterea nõ poterant credere: quia Esaias dixit. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et illud etiam quod alibi dixit, Sicut Camelus non potest per foramen acus transire, &c. Omnes istæ loquutiones, & siquæ aliæ similes sunt, intelligendę veniunt cũ difficultate operationis: quã difficultatem insinuat dicendo, quod non possunt. Sic in præsentia locum hunc intelligendum esse existimo. ¶ Insuper secundo obseruandum ad nostram doctrinam, quod Christus his verbis ostendit euangelicam perfectionem non verbis, sed factis consistere. Et enim cœlum & gloria illa beatorum non verbis, sed sanctis actionibꝰ emitur. Arbor enim ad fructum ordinatur: quare nõ ex foliis pretium eius attenditur, sed ex fructibus. Ex bona quippe voluntate tanquã ex radice, bona opera procedunt. Nam (vt inquit Paulus) fructus spiritus charitas est, gaudium, pax, patientia. E diuerso autem in arbore mala, cuius radix amor proprius & mala uoluntas, procedunt hæc, quæ Paulus statim addidit. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. ¶ Tertio obseruabis, quod non absolute dixit, fructus, sed fructus bonos. Nam Deus à nobis non solũ fructus, sed fructꝰ bonos postulat. Nec dicit fructus pulchros, aut magnos, sed bonos: quia hæc omnia etiam malis fructibus conueniũt. Magnum etenim versatur discrimẽ inter fructus bonos, pulchros, aut magnos. Lapidẽ magnum longè proijcere, opus magnum est: nõ tamẽ bonũ. Egregiè saltare opus est pulchrũ, nihilominus tamen bonum: bona tamen opera sunt proximum diligere, Deum amare. Hæc enim operã bona sunt, & boni fructus. Ideò dominus. In hoc cognoscent quod discipuli mei estis, si diligeritis adinuicem. Non dicit, si feceritis opera magna: sed si dilectionem habueritis adinuicem. ¶ Quartò etiam obseruabis, quod arbor quæ plantata est in inferiori loco, securior & tutior est, quam si in altum montem, vel culmen sit posita. Sic humilis Christi seruus tutior est, & tranquilliorem vitam degit, quàm is, qui in altis & supremis dignitatibus est constitutus. Superbus, potens, & diues, cæsui subiectus est. nam si arbor, in sublimi loco constituta est, rami eius amplius à vento quatiuntur. Ità qui magni sunt in republica plures habent curas, ità vel leuis etiam res eorum maximo vento agitãtur. Per medios mõtes pertransibunt aquæ. Hoc est, per vallem. Ita dominus humilibus & paruis corde sua secreta pandit, & humilibꝰ familiariter vtitur, & illis suam gratiã impartitur. ¶ Quinto aduertes, quod ad hoc, vt arbor fructus vberes producat, oportet, vt in bona terra sit plantata: nam si in sterili sit, malos fructus producet. Ità oportet si in sanctis actionibus te exercere vis, vt cũ bonis ambules & conuersetis, memor diuini prophetæ, qui inquit, Beatus vir, qui nõ abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorum nõ stetit. Quid ergo erit de hoc homine, qui impiorũ fugit cõsortia? Erit vtique tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suũ dabit in tempore suo. Quia hæc arbor non fuit plãtata, inter impios, sed secus decursus aquarum, quod est inter bonos: quia non abiit in consilio impiorũ, sed in valle humilitatis, vbi humiles habitant, & vbi sunt decursus aquarum optimum fructum dabit in tẽpore suo. Quod igitur remedium habebit arbor, quæ cum in mala terra sit plantata non bonũ fructũ producit? Illam euellere & in aliam bonã terram eam inserere. Sic tu malorum consortia fuge, & bonis adhære. Sic dominus stulit vineam suam de Ægypto (vt inquit Dauid) vt populus suus in consortio Ægyptiorum non sterilis esset. ¶ Expende etiam quod cum tenera est arbor trãsplantari debet: & tu in adolescentia tua rectus fieri debes, & mores tuos & vitam sanctè cõponere: nam si senectus te in vitijs & peccatis ceperit, difficilè erit vt abiueteratis moribus in meliorẽ mẽtem resipiscas. Quãdo arbor noua est cã transferre debes & amputare? & nunc qui adolescens es, pœnitẽtiam tuorũ peccatorũ agito, & tui creatoris reminiscere, iuxta illud sapientis. Memento creatoris tui in tempore iuuentutis tuæ, antequam obtenebrescat Sol. &c. ¶ Sex-

Iosue. 24. Iere. 13.

Mat. 15. Esai. 6. Mat. 19.

Gala. 5.

Ioan. 13.

¶ Sexto & vltimo obserua, quòd non quale cunque fructum opus est, vt proferas sed fructum bonum. Solet enim contingere, vt nux tibi sana appareat, quã si fregeris, quia putrida est os tuũ puluere implebit. Sic opera carnis fructus sunt putridi: quia intrinsecus fœtida sunt & obscœna, foris autem pulchra & delectabilia videntur. Intrinsecus nihil reperies nisi putredinem, abominationem, tormẽta, & infernum. Etenim fructus isti interius vermes habẽt, etiam si exterius purpurati appareant. Hic vermis fructum abrodit, & hic cõscientiam tuam torquebit grauissimis cruciatibus. Lætatus est Ionas super hedera lætitia magna, quæ statim morsu vermis aruit. Ità sunt omnes res mundi: quæ etiam si virides & amœnæ appareãt (sub quarum vmbra omnes mundani sedent) citissime viriditas & lætitia earum transit, qui vermis sub voluptatibus latet: qui conscientiam mordet, & dolorem capitis incutit, quo etiam cruciabatur Ionas. Fructus, quos dominus à nobis requirit, sibi debent esse: quia sancta & pia opera bonis fructibus assimilantur. Sed hæc iam dicta sufficiant: nã superius in capite tertio de hac re multa diximus: & quomodo mala arbor excidetur, & mittetur in ignem. *Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus neque de Rubo vindemiant vuam.* Contrarium per Matthæũ dixisse videtur: nam ibi dicit, quãquam colligunt de spinis vuæ, aut de tribulis ficus: sed si recte verba perpendãtur, nullam inuenies contradictionem: nam eadem sententia est licet diuersis verbis prolata. Nam quando hic dicitur, nec de Rubo vindemiant vuam, dicitur in Matthæo nunquã colligunt de spinis vuas: nam rubus & spina idem sunt. Est enim Rubus arbor spinosa: spina autem est nomen generale omnium arborum habentium spinas. Et sic Matthæus posuit spinas generis accipiens pro una specie spinarum, scilicet, pro Rubo, & sic illum expressit Lucas. Et cum hic dicitur, nec de spinis colligunt ficus & in Matthæo nec de tribulis ficus, verum est, quia etiam tribulus est arbuscula spinosa: & Matthæus posuit nomen speciei, Lucas autẽ nomen generis, quia tribulus spina est. Verum hoc in loco commẽdat Christus exercitium bonorum operum. Arbor enim ex fructu cognoscitur: & homo ex operibus. Opera enim illorum sequuntur eos quasi testes suorũ operũ. Multi sunt, qui maximũ fundamentum verborũ constituũt, nullum autẽ in ipsis operibus. Quod si homines sic adeo laborarent, vt bonè & sanctè viuerent quemadmodũ laborant in rectiloquẽtia & verborũ elegantia, plures sancti essent, quàm nunc sunt, & religiones magis cõpositæ persisterent. At sunt multi prælati, qui existiment monachos suos, solũ habere aures, vt audiant sermonẽ elegantẽ & loquelã, quã ad vniuersum conuentũ habent: existimãtes etiam simul cæcos esse, nec eos videre, quàm cõtraria sint prælati opera suis verbis. Quod si recordarentur, & subditi etiam habent oculos, vt videre possint pauciora habere verba, plura vero opera. Sed tu vel prælatus sis, vel subditus, ità viuere debes, & talis esse, vt si Iudæus, vel Gentilis, vel Turca tua opera videat, te misericordem iudicet, cæstum, & humilem, ità vt Deũ in suis creaturis laudet, & in talia prorumpat verba. Hi sunt boni homines, bonum herãm hæc vinea habet, qui bene culram & fossam habet. Hoc est quod dñs dicebat. Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificẽt patrẽ vestrũ, qui in cœlis est. Quæ bona opera Christus nobis suadet in superioribus verbis, & in eis, quæ sequũtur. Quod si Christus, qui summa veritas est, & vera sapientia hoc docet: foras abeant impij iusti & sceleratissimi Lutherani qui bona opera tollunt dicentes id sufficere, vt solum in Christi passione fiduciam habeamus & in vtranuis dormiamus autem in deliciis, vt suos vitã agentes, uelut ipsi faciũt. ¶ Sed iam tandem, vt de hac re finem dicẽdi faciamus vnum hic obseruandum est, quòd Christus de ficis & vuis hic meminit, potius quã de alijs arboribus aut de alijs fructibus: quia vuæ & ficus calent, & pingues reddãt eos qui dẽtes. Sic dñs vult, vt suo ore calidas, hoc est vtiles & fructuosas & charitate coniunctas faciamus nostras operationes. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum.* Itaq; dñs dicere vult, vnusquisque id tribuit quod habet. Bonus bonum, & malus malum: atq; ità vnusquisque operatur vel secundũ suã bonitatẽ vel malitiã. Vnaquæque arbor secundũ suã naturam fructus producit: nam ficus non poma dat, nec pomum ficus. Porro thesaurus cordis intentio est cogitationis, ex qua bona vel mala proferuntur. Sicut natura est operationum naturalium principiũ: ità virtutes & & dona proferunt fructus sanctos & studiosos. Operatio etenim formã arguit. Sic Christus

Mat. 5.

Psal. 118.

Psal. 1.

Eccl. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæ. 15 sus alibi. De corde exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. ¶ Itaq; qui mala verba profert, & mala opera facit, malum thesaurum habet: & qui bona operatur, bonũ thesaurũ sibi seruat. Vnde locus iste admonet ad salutẽ nõ satis esse cor bonũ, id est, bonã intẽtionẽ habere, nisi simul opera (cum ratio postulauerit) adhibueris, & simul optima verba.

Roman. 10 Corde enim creditur ad iustitiã, oris autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Et multo melius sanctis & bonis operibus Christũ confiteberis. Verum quia verba maximam ostentationem habẽt, quid homo habeat in corde subdidit dominus. *Ex abundãtia enim cordis os loquitur.* Quod quidem etiam facta videtur stare non posse: nam interdũ loquitur quis, quod nunquã in mente habuit, & etã aliquid mali bona loquũtur, sicut dãdicitur. Nõ omnis, qui dicit mihi, domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, & iterũ loquitur bene. Intelligendus ergo est locus iste nõ de quolibet bono aut malo, sed de eo, qui abundẽ est bonus vel malus: nam qui valde iniquus est non potest nisi difficulter malitiã oculare: quia abundantia malitiæ excegitat linguã prorumpere in verba mala. Nihilominus tamen malus propter arbitrij libertatem bona dicere potest: tamen plerunq; propter inclinationẽ habitus mali, malus magis dicit. Ex vi vera loquãr, qualis vnusquisque est, talia profert verba: & talia opera elicit. Ideoq; non solũ dixit ex corde, sed ex abundantia cordis. Etenim imago cordis sermo est: quia animæ motrix est corporis, & corpus instrumentum est animæ, vt agat. Solon ille vnus ex septẽ sapientibus, quos Græcia iactat (vt refert Diogenes Laertius) dicebat verba esse velut exemplar cordis vnuscuiusq; : nam affectus animæ ipsis verbis velut in limpidissimo speculo ostendũtur. Nã sicut ex fructu & foliis cognoscitur arbor: ità ex verbis & actionibus suis cognoscitur homo. Vnde id, quod dicitur, potentiæ cognoscuntur per actus & obiecta, verum habet non solum de cognitione potentiarũ, quoad esse naturale earũ, sed etiã quoad esse formale. Itaq; ex verbis cognoscitur homo. Qui febri laborat, in ipsis labijs oris statim conspicitur: quia in eis ampullas habet. Attende obsecro quod negare nõ potes, quin infimus sis: quia ipsũ os tuũ clarũ testimoniũ reddit. Ais te bonum esse, & Dei amicũ: sed dictis tuis contrarium ostendis, & infimum & malũ esse manifestas. Nam oditũ quod aduersus fratrem tuũ cõceperis, & febris iræ, quæ viscera tua cõburit, id manifestissimè ostendit. Verba tua tecorum facunt, & tuo proprio ore agnosceris, sicut libro iudicum habetur, quod Galaaditæ cũ *Iudic. 12.* quendã transitum ad ripam Iordanis occuparum haberent Euphratæis, qui fugientes, à bello veniebant, dicebant: Nonne tu Euphratæus es? cumq; ipse responderet non esse: tunc dicebant illi, vt pronunciaret verbũ hoc, Sibboleth, & ille pronunciabat verbũ hoc, cogebant Euphratæus non esse, annõ. Qualis vnusquisq; est, talia verba profert. Quia (vt inquit Christus) qui de terra est, de terra loquitur. Enim Prouerbijs de stulto ait sapiẽs. Os stultorum ebullit stultitiã. E contrario autem de iustis ait psalmus. Eructauit cor meum verbum bonũ. Verum vt iam diximus, aliquando mali vera loquũtur. Sed quomodo cognoscimus, quod malus sit, in aduersitate vtiq; cognoscitur. Psittaci enim solẽt velut homines loqui, & nostra verba pronunciare, & loquelã exprimere: & alijs denique auibus in cantu assimilantur si illos fustibus cædas vel aliquid mali eis facias, ad naturã suã reuertũtur, & quarmoniam ut psittaci proferunt, non autem vt homines, vel vt aliæ aues. Ita ficti & fallaces, qui cum mali sint bona loquuntur: si eos perequaris, vel aliquam tribulationem & molestiam eis intuleris statim suum venenum per os vomunt, & vindictam appetunt, imò amicitiam suã ostẽdentes tunc cõ nob vt non boni loquuntur, sed vt mali, vt tandem eorum malitia appareat. Vnde verissima Christi sententia manet, ex abundantia cordis os loquitur: nam temporibus angustiæ & tribulationis, qualis vnusquisque est, loquitur: quia tunc nihil dissimulare, aut fingere potest. Ità tandem dominus iterum commendat bona opera, quæ vetum testimonium sunt bonitatis vel malitiæ cordis, dicens. *Quid vocatis me domine, domine: & non facitis quæ dico?* A cli dicerel. Vos habetis folia sine fructu, & verba sine operibus similes falicibus, quæ habent folia similia oliuis, sed fructu carent. *Luc. 6.* De quibus ait Iob. Circumdabunt eum fallicestorrentis: quia illi solis verbis innocentes circumnt, & eos fallunt. Sunt etiam similes struthionibus habentes pennas accipitris, sicut in eodem libro Iob scribitur. Pennæ struthionum similis est pennis Herodij & accipitris. Tales sunt omnes hypocritæ, qui abundant verbis, & operibus vacui sunt: de quibus dominus dicit. Attendite à falsis prophetis, *Matth. 7.*

tis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ Obserua autẽ quomodo ponit hic Christus dominus discrimen inter iudiciũ Dei & hominũ, & inter Christi regnũ & mũdi. In regno mũdi, & in aulis principum & regum bonũ est dicere, domine domine: quia adulatores & parasiti, qui dulcia & suauia auribus personãr, & de alijs detrahũt murmurãtes, hi sunt plurimæ æstimationis apud eos, quique thoraces rapiunt ex raso serico confectos & cathenas aureas, quæ potius pauperes Christi accipere deberent. Et inter mundanos, qui blandiri nescit & adulari, & alios fictè laudare, hic equidem nunquam in tota vita caput suum leuat, nec aliquid emolumenti sibi cõparat. Qui veritatẽ agit, & vitia carpit, quiq; peccata nõ approbat, nunquã caput suum leuat, vt in aliquod officiũ vel dignitatẽ cõstituatur. Quemadmodũ ipse Christus de Ioãne Baptista dixit. Qui mollibus vestiuntur in domibus regũ sunt. Ioannes autẽ, qui veritatem dicebat, & vitia corripiebat in deserto habitabat: nullũ in Herodis domo locum habebat nisi in carcere. Et quis non videt quanta animaduersione id sit dignũ etiam in mundanis & Ethnicis regibus? Quanto magis dolendum est de ecclesiasticis & christianis principibus qui suos adulatores licet insipientes, & prauæ vitæ homines in supremum locum collocent: bonos vero & doctos penitus obliuiscantur? Multo aliter erit in regno Dei: hoc est, vbi Christo omnia subijciũtur: vbi regnũ Deo patri tradet. Tũc enim cor nostrum maioris erit valoris, quam phalerata verba: & bona conscientia plus æstimabitur, quam crumena nummis onusta. Imò tunc nihil aliud ibi valebit, nisi bona conscientia, quia iudex nõ secundum aspectum oculorum aut exteriorem faciem iudicabit: nec verba cõposita admittentur, etiam si dixeris, domine domine, nisi feceris quod Christus præcipit.

¶ Secundo colligitur ex hoc loco: quod non omnes, qui Christum confitentur saluantur: quamuis etiam prophetent: sed qui voluntatem eius faciunt. Multi enim dicent mihi in illa die, domine, domine (ait Christus) nonne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Quia miracula facere neminem saluum facit: nam alioqui salui essent illi incãtatores Pharaonis, & Ægyptij præstigiatores, *Exod. 8.* qui etiam quædam edebant ficta miracula. Vaticinari & prophetare, nec hæc etiam homines saluos faciunt, nam alioqui saluus esset Balaam ariolus, imo etiã asina eius & eo- *Num. 22.*
dem modo Saul & Caiphas qui prophetauerunt de quibus tamen scriptura sacra multò aliter sentit. Neque enim nomen & titulus *Ioann. 11.*
aliquem probum aut rectum faciunt: nam, vt Paulus inquit, non in sermone sed in virtute *1. Cor. 4.*
est regnum Dei. Alioqui si nomen Christi & sola fides saluos faceret, oẽs Christiani salui essent: quia omnes nomine Christiano gaudemus. Et vtinam saluemur. Attimeo quòd nõ omnes salui fiant: quia licet Christiani sint, & sacro baptismatis fonte abluti, & Christũ confiteantur, tamẽ multi non obtemperant diuinis præceptis. Opera enim bona necessaria sunt ad vitã æternã capessendã. Vnde in quarto volumine regum habetur, quòd cum Iehu *4. reg. 10.*
rex Israel iret, vt occideret filios Achab, & destrueret Baal & eius sacerdotes, obuiam huic militi cuidam, cui dixit: Est ne cor tuum rectum cum corde meo? Et ille respondit: Est. Si est (inquit) da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suam, & leuauit eum. Sic Christus verus rex Israel, qui de cœlo venit vt idolatriam destrueret & mũdum, primo quærit an rectum sit cor nostrum, id est an diligamus illum. Quod si illum diligimus: statim subdet. Da mihi manũ tuam. Videam tua opera dilectionis & amoris, & ascende mecum ad gloriam. ¶ Præterea aliqui sunt, qui semel tantum vocant dominum: illi videlicet, qui tantum habẽt illum in ore. De quibus Esaias ait. Populus hic labijs me honorat: cor autem *Esai. 29.*
eorum longè est à me. Quidam autem bis illum dominum vocant, dicentes: domine, domine, illi videlicet, qui ore confitentur & corde credunt, sed operibus contradicũt: de quibus Paulus ad Titum ait. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et de his qui- *Tit. 1.*
bus dicũt, domine domine, loquitur hic Christus, de malis scilicet Christianis nõ de infidelibus: de his inquã qui Christum cognoscũt, & vocant illum, domine domine, quia in eũ credunt: sed operibus id negant & contradicunt. Dominum vocant illum, cui nunquam obtemperarunt. Qui cum mundum, carnẽ, & dæmonem dominos habeant, & in omnibus illis obediant: nunc dominum Christum vocant. At in Christum credere, & miracula *Luc. 9.*
facere nihil prodest nisi ad sit charitas, & bona opera,

Universidad de Deusto
Biblioteca

na opera. Iudas cum cæteris apostolis miracula fecit: & non sequentes Christum dæmonia eijciebant, sed nihil profuit ad vitam æternã.

1. Cor. 13. Vnde Paulus. Si linguis hominum loquar & Matth. 25. Angelorum, charitatem autem nõ habeam, &c. Virgines illæ fatuæ ad ianuam dixerunt. Domine, domine, aperi nobis. Sed dictũ fuit illis. Nescio vos. Nõ, dicere, domine domine, facit seruum Deũ sed si fidẽ cum charitate habeas, & opera bona exerceas. Nullus efficitur bonus nisi cum gratia spiritus sancti: potest tamen moueri sine gratia ad aliqua bona: nõ tamen saluari. Vnde dominus.

Matth. 7. Qui facit (inquit) volontatem patris mei qui in cœlis est, intrabit in regnum cœlorum. Opera igitur à nobis exigit Deus, & præceptorum obseruantiam. Quapropter sequitur in contextu. *Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram: innundatione autem facta illisum est flumen domui illi & non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, in qua illisus est fluuius & continuo cecidit & facta est ruina domus illius magna.*

Insinuat igitur dominus his verbis semper bonis operibus esse insistendum: & quòd nelocas. 6. solis verbis, aut soli fidei cõfidamus, quæ quidem sine charitate mortua est. Nam si tu seruum haberes, qui coram te caput nudaret, genua flecteret, & reuerenter loqueretur, non propterea illum fidelem seruum appellares, si iussis tuis non obtemperaret. Plura nanq; ab eo expectas, quam verba: nempe, vt voluntatem tuam faciat, & tibi obediat, in his quæ præcipis, & vt honori tuo semper caueat & prospiciat. Sic Deo non sufficit, vt templum ingrediaris, sacram rem auditurus, nihil conducit si psalleris & prædicaueris: nisi fidelis fis & ipsum dilexeris & obedieris, ipsiusque honoris obseruantissimus fis custos. Quod Christus superius probauit, similitudine arboris, & similitudine thesauri. & nunc idẽ probat similitudine ædificij. Et hic est finis sermonis eius, per quem inuitat nos vt illum adimpleamus, præmium adimplentis, & pœnã contemnentis proponens. Illos nanque, qui audiunt & faciunt verba Christi assimilat ipse Christus, domui supra petram fundatæ: alios autem ædificãtibus supra terram. Nam quod in arbore est radix, in ædificio est fundamentum. Quemadmodum enim fructus arboris non potest esse boni saporis, nisi radix optimum habeat & dulcem succum: ita structura, quamuis exterius magnifica sit: & altitudine excellens: firma tamen non erit nisi solido firmoque fundamento nitatur. Quod fundamentum Christus ipse est. Supra petram ædificat qui supra Christum ædificat. Petra enim, 1. Cor. 10. vt ait Paulus, erat Christus. Quamuis inundatio veniat tentationum nõ poterit illum mouere. Hic non cadet, quia Christus est firmamentum eius. Vnde Isaias ait. Cum ambulaueris in igne non cõbureris. Et dominus etiã. Esai. 43. Cum ipso sum in tribulatione. Atq; ideo beatus Paulus. Quis separabit nos à charitate Rom. 8. Christi? An tribulatio? an angustia? an fames? Certus sum enim quòd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neque principatus. Nam sicut in Exod. mare Rubro Ægyptij mortui fuerunt, & populus Israel liber & incolumis mare Rubrũ transiuit: sic tribulatione ventorum, & fluuij inundatione boni, cum fundati sint supra firmam petram, salui fient: & mali quia supra terram habent fundamentum corruet & destruentur. ¶ Ait itaque. Omnis qui audit sermones meos & facit eos, id est opere implet: quòd non solum de opere exterior, sed etiã de interiori intelligendum est, ad quæ vnusquisque tenetur cum ratio postulauerit. Iste similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum: id est, in profundum. In scriptura quippe altum profundum dicitur, iuxta illud psalmi. Veni in altitudinem maris. Et in Psal. 68. Ioanne dicitur. Puteus altus est. Venies illuper hunc tentatio, quæ per flumen intelligitur, non potuit illum mouere, quia in Christo fundatus erat: non solum sermonem eius, auditionem, & fidem habendo, sed veram & perfectam charitatem opere adimplens. Sed qui verba Christi habet, & non facit ea, habet debile fundamentam: & ideo veniente tentatione corruit: quia non potest quis resistere omnibus tentationibus nisi per charitatem: & qui tantum audit verba ea non adimplens, nullam charitatem habet. Tentatio nasquenon in verbis sed in factis consistit: ideoque qui sola verba habet non potest resistere omni tentationi. Quapropter cadit & facta est ruina domus illius magna: quia homo corruet per peccatum victus à tentatione, & rationalis creatura moritur, & ab omnibus gratijs præcipitatur, bona omnia perdit, & felicitate priuatus æterna, & calamitate obnoxius

tur infernali: Ideoq; dixus Iacobus ait. Scienti bonũ & non facienti peccatum est. O quã magna est ruina peccati. Magnã, dicit Christus ruinã esse, & non qualecunq;. Nõ potest esse nisi maxima ruina ad quam reparãdam Deũ tuere & mori fuit necesse. Quod si lapsus ille timendus est, quo anima è gratia cadit in culpã: quãto erit maior, quãdo ex morte hac prio ri in morte cadit secunda? Reuera ruina grandis quia mors peccatorũ pessima, qua olla anime ità infringuntur, vt ad nullũ bonum agẽdũ in inferno vires supersint. qua vires animę ità conciderunt, vt illa vera & viua tormenta nullatenus ferri possint. ¶ Denique magna est ruina, quia non manet lapis super lapidem: tum quia in inferno nullus est ordo, tũ etiam quia in inferno nihil est firmum. Quare neque ibi inuenitur lapidis firmitas, quia hic fuit super arena, & non super lapide ędificatio facta. ¶ Demũ vt capiti huic finem imponamus, ex his Christi verbis Lutheranorũ error conuincitur: quia asserere ausi sunt fidẽ non posse esse sine charitate. Potest nãque (vt ex hoc contextu euangelij patet) audire quis verba Dei, & fidem eis præstare, & nõ esse in gratia. Quo idem poscunt illa verba Christi ad Apostolos. Si hæc scitis: beati eritis si feceritis ea. Nã ea satis innuunt fieri posse vt quis sciat mandata Christi, & eis fidem adhibeat, & tamen illa non faciat. Quod etiã Christus apertius ostẽdit in parabola filij prodigi: nam fidem ille habebat cum ad se reuer-

CAPVT. VII.

ATIS QVIdem existimo, eam doctrinam, quæ virtubus humanis attingi potest: naturali quadam ratione & philosophicis argumentis comprobari. Verum enim vero, ea quę humanum captum prorsus exuperant: admodum necessarium puto, vt supernaturali argumento confirmentur. Sic Christus cum mitteret Apostolos suos, vt mundo prædicationis obirent, & vt omni creaturæ doctrinam illã cœlestem allatam, ut prædicarent inquit Marcus, vbique prædicasse domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

Et cum Helias suscitasset puerũ, dixit ei mater. Nunc cognoui, quòd verbum Dei in ore tuo verum est. Etenim miracula illa, quæ superna & diuina virtute perficiebantur, manifestissima erant argumenta & indicia diuinæ illius & cœlestis doctrinę: quandoquidem in eius confirmationem fiebant à Deo optimo maximo, qui prima veritas est, quæ nec fallere, nec falli vnquam sustinet. Oportebat igitur Christum stupenda prodigia & mirácula facere in confirmationem tantæ tãque supremæ doctrinæ. Quapropter cum Christus in monte (quod in capite præcedenti facilimũ est videre) diuinam illam doctrinam promulgasset, eorum quæ dixerat confirmationem, egregia & illustria medium produxit miracula. Quo fit, vt omnes qui Christi prædicatio-

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nē audiebant, nec illi obtemperabant, nullā sui dehinc apud Deū excusationē habere poterant. Idcirco ipsemet dominus ait. Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et rursū. Si opera, quæ nullus alius fecit, ego non fecissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Itaq; post habitam concionē, cum discēdisset Iesus de monte in itinere leprosum sanat: & cum ingrederetur Capharnaum, quē admodū Sol, qui vapores terræ in altum eleuat & trahit, sic Christus verus iustitiæ Sol Centurionem charitatis calore accēdit & inflammauit, vt famulo suo salutē peteret. Ait igitur facere euāgelista. *Centurionis autem cuiusdam, seruus male habens erat moriturus.* Qui Centurio Gentilis erat, & de exercitu Romanorū: nam Tiberius imperator qui ea tēpestate orbi præerat, ne quis posset rebellionē moliri, milites suos habebat diuersis locis cōstitutos: & hac de causa multæ erant cohortes militum in Iudæa & Galilæa, & plures Cēturiones. Vnde bene in hoc loco dicitur. Centurionis autē cuiusdā. Ac si diceret: nō erat ille Iudæus, sed vnus de Centurionibus. Sic enim Pilatus, qui erat Hierosolymis suos habebat Cēturiones. Vnde verū esse intelliges, quendam Centurionē morti Christi affuisse, qui dixit. Filius Dei erat iste. Et in alijs locis erāt Cēturiones, vt in Cæsarea Cornelius Cēturio erat cohortis, quę dicitur Italica. Iste Cēturio erat in orbe Capharnaū, quæ caput erat prouincię Galilęę, vt illā custodiret sub Romanorū obedientia. ¶ Et inquit male habens erat moriturus: quia incurabili paralysi laborabat, & nulla erat illi viuendi spes. Erat moriturus. Quodquidē intelligendū venit secundū causas inferiores & naturales: & proximas: quia eius infirmitas certissimè mortē denūciabat. Quodidem legimus in quarto regū Esaiam dixisse regi Ezechię. Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues. Qui tamē secundū illā superiorē & omnium maximam causam à quo omnes alię in suis motibus dependēt, curandus & sanandus erat. ¶ Ex hoc itidē loco manifestè constat hāc paralyticū famulū fuisse, & nō filiū vt nōnulli existimarūt, quia in Matthæo legerunt παῖς μου, quæ vos significat & filium & seruum: sed hic clare ostendit Lucas, famulum fuisse, nam δοῦλος nihil aliud significat quam seruū vel famulū. *Qui illi erat pretiosus.* Id est charus. Qui loquendi modus metaphoram sapit: nam pretiosus nō dicitur de homine libero, sed de aliare. In magno etenim pretio hūc habebat seruū, & ingenti amore illū prosequebatur. Ac si diceret: Nihil aliud magis diligebat quā seruum ira vt suum amorem eum appellaret: quidoquidē pro eo tantum labor sustinebat. Vbi statim animaduertere oportet, hunc seruum, qui Cēturioni charus erat grauiori morbo laborare. Solet etenim dūs homines pios, & illi obsequētes, graui dolore afficere: eius rei diuini accepit in charissimo filio suo Abel: & Genes. 4.
Abrahā in Isaac, eo ꝙ dixit illi Deus. Tolle filiū tuū, quē diligis, Isaac, & offer in holocaustum. Et Iacob in Rachele prius illi denegata, & postea sterilitate percussa: & Dauid in amātissimo puero sibi recenter ex Bersabee nato. Quod dūs nobis cū consuetum facere, vt nihil præter ipsum diligamus: & vt ille solus cor nostrū & animā nostrā possideat, Vult dūs, vt nullas alias facultates aut opes desideres, quā ipsum Dēū. In cuius rei gratiā videas Petrū apostolorū principē de sua fide gandentē, qui tamē victus & prostratus fuit infirmā ancillæ voce. Videas etiā vas illud electionis Paulū de castitate gloriantem, stimulo carnis irritatū: vt ex his discere valeamus Deū solū fiducia nostrā esse. &c. ¶ Perpende etiam huius Cēturionis charitatē, qui Christū quærit, & ad eū mittit, vt seruū suum priſtinæ incolumitati restituat. Non spreuit famulū suū, qui ægritudine laborabat. Et ob id mirandū maximē, qui adhuc ipse audierat Paulū, qui cum admonuisset seruos, quales deberent esse, erga ministerium dominorū suorū, iubet protinus vt ipsi dūi paria rependant. Et vos dūi (inquit) eadē facite erga illos remittentes minas, scientes, ꝙ & vester ipsorū dūs est in cœlis, & personarū acceptio nō est apud Deum. Nec id memoriæ tibi excidat, quid seruus coram Deo melioris est cōditionis, & præstantior forsitā, quā tu: licet tu dicor liber, qui cōfidis (vt inquit Paulus) in incerto diuitiarū, peracta hac scenā exolues pœnas relegatus in ignē sempiternū. Et loquitur quidē Paulus elegantissime dū dicit, peracta scenā. Tam enim ea quæ hīc geruntur tanquam in comœdia aut tragœdia erant seuit. Nā quis obsecro nō didicerit ab isto Cēturione, quin potiùs ab illo impio Amalechita, qui dereliquit seruū suū in medio itinere, & effecit illū ad mortē properare, eo quod captus iā erat ab ægri-

viuendi nō mam rediturum: Nemo quidem fanæ mentis id faceret. Non enim tam attenderet, quid tunc ageretur, quā quid seriò peracta comœdia esset agendum. Sic modo heri deberet, nec tam aspiciendus esset is viuendi modus & status, quē fortuna in hac misera valle lachrymarū vnicuiq; dedit, quā quid in illa æternitate sit agendū. De qua re consulē beatissimū Paulū dicentē. Omnes filij Dei estis, eo quod credidistis Christo Iesu: nā quicunque baptizati estis Christū induistis. An non audis, seruum factum esse filium Dei, & Christum induisse? Et idcirco adiecit statim. Non est Iudæus neque Græcus: non est seruus, neque liber: non est masculus, neque fœmina: omnes vnum estis in Christo Iesu. Ideoque habendi sunt fratres quemadmodum ad Philemonem scribit Paulus, dum ei commendat Onesimum, eiusdem Philomonis seruum, quem Paulus in Christo genuerat. Hortatur Paulus, vt eum iam non vt seruum recipiat, sed vt fratrem dilectum, cum iam Christum induisset. Sic fecit iste Centurio qui postquam cognouit seruum suum paralysi laborare non solum humanæ industriæ subsidia quæ fuit: sed humano iam auxilio deficiente ad sacram & diuinam anchoram confugit. Nō cum seruum indicat, sed loco domini habet. Non sequitur hic tyrannorum quorundam inhumanitatem, qui cum seruis suis nō aliter se habent, quàm si bruta animantia essent in stabulis & sterquilinijs cubilia eis parant, ac veluti propter hos etiam Christus nō esset natus, & sanguinē suum non fudisset. Hic verò Centurio in domo sua seruum infirmum habebat: & ideo dixit, iacet in domo mea paralyticus. Non veluti tyranni quidam qui toto vitæ curriculo operas & industriam seruorum expectant, nullam tamen mercedem seruis tribuunt. Posteà verò cum miseri serui iam ad senectutem deuenerunt, postquam oppressi sunt morbis grauibus tanquā inutiles à domibus in hospitia mittuntur, vt ibi necessitate coacti vitam cum morte commutēt. Quodquidem à multis quotidie fieri videmus, quodquidem impietatis & inhumanitatis genus à Christianis hominib⁹ maximē est detestandum, ne ipsos homines canibus similes efficiant. Certè qui hæc faciūt, id ab isto Cēturione, quin potiùs ab illo impio Amalechita, qui dereliquit seruū suū in medio itinere, & effecit illū ad mortē properare, eo quod captus iā erat ab ægritudine, & nisi Dauid illi succurrisset, proculdubio fame interiret: qua de causa fuit peccati pœnā fuit cōsequutus: nā seruus ille dixit Dauidi vbi essent Amalechitæ, quorū multi gladio percussi sunt à Dauide. Quapropter quē admodum Amalechita ille pœnā fuit peccati exoluit, ec dē etiam tu, & corporis, & animi morte, plecteris supplicio, si tuę crudelitatis causa seru⁹ foras eiectus mortu⁹, aut aliquod dilectē passus fuerit. Nā sanguis illius pauperis coram Deo clamabit, ueluti sanguis Abel crudelissimi sui fratris vindictam coram domino poscebat. Hoc degustarūt filij Iacob, qui postquam fratrem suum vendiderūt, sui peccati causa varijs calamitatib⁹ & angustijs oppressi dicebant. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrū. Et sāguis eius exquiritur. Ne igitur nos ipsos alijs præferam⁹, aut potioris esse cōditionis iudicemus: nā vbi vera charitas est, ibi non attendūtur quæ extrinsecus accidunt, vt mundi amatores facere solent, qui neminem in pretio habent, nisi is fuerit diues, potens, aut literatus, amicus aut consanguineus. Et sem per id fuit ingeniū mundanorum hominum, vt pauperes & humiles contemptibiles iudicent, cum reuera soleant aliquādo plurimū ab ipso domino ęstimari. Sepè nāque quos nos paruipendimus, Deus ad grandia vocat munera & multa per illorū ministeriū dūs operatur: vnde supperiores efficiūtur, & nobis dominātur. Cuius rei exēplum nobis erit Gedeon Galaadites, qui repudiatus & despectus propter generis obscuritatē, postea tamen princeps eorum fuit. Et Saul cū despiceretur à quibusdā dicētib⁹. Num saluare nos poterit iste? Et tamē posteà ille brachio suo percussit Philistim & Israelē liberauit. Nec oportet obliuisci regum illum propheram Dauidē, qui cū contemptibilis esset & abiectus in domo paterna, electus fuit à domino, & maximus fuit coram omni populo. Vbi attendas diligenter est opus, nam forsitan quos tu contemnis, illustriores & multò potiores coram dño sunt, quā tu. Quid narque illi faciunt aliud, qui pauperes, humiles, & infirmos despicunt, quā externā accipere lucernā, ea q; admirari? Vera enim charitas proximum diligit, omnibus fauet: nec proximū diligit eo ꝙ diues, nobilis, doctus, amicus aut consanguineus sit, sed eo nomine tantum illum amore prosequitur, quia Christianus homo est. Nam si vniuersis hominibus Christianis auferantur diuitiæ, potētia, nobi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litas,scientia, & his similia vtiq; oēs æquales sumus,omnes homines sumus,omnes Christiani sumus,vnam fidem habemus, vnū baptisma, vnam vocationem & vnum Deum. Sed de his satis. ¶ Admonet subinde locus iste,quòd si cupimus subditos obedientes nobis esse,neutiquā eos debemus cōtēnere. Nā ob id existimo q̄ Centurio hic obedientes seruos habebat,quia nō cōtēnebat eos. Hic dixit Christo. Ego sum homo sub potestate constitutus,& habeo sub me milites, & dico huic, veni,& venit: & alteri vade & vadit,& seruo meo fac hoc & facit. Perpēde qua ratione obediebant Centurioni serui sui: nam q; protinus vt aliquid iubebat,id exequebantur. Vnde obsecro tanta obedientia orta est? quia benignè & quadā beneuolentia cū illis agebat. Domini qui beneficia conferunt seruis suis, & seruis illis diligenter obtemperant: & præla ti,qui vnicuique subditorum debitum honorem tribuunt: vbiq; subditi illis obtemperāt, & eos venerantur. Tu autē qui moribus tuis Neronis crudelitatē redoles: quo pacto à seruis tuis diligi speras, aut q̄ læto animo tibi seruiēt? Si sēper vel de re leui seruos tuos arguis: quo pacto desideras, vt bene tibi ministrent? ¶ Præterea opus est, vt semper sanctis operibus insistamus, licet in miseria mortalis dilecti iaceamus. Nam Gentilis hic, qui aliquando idolorum fuit cultor: tamen quia pius erat & misericors,& proximis suis humanitatis officia impendebat, meruit ad fidem adduci: ita vt eius fides maior fuerit, quā Israelitarum: Par: modo Gentilis illa Raab quia officium pietatis hominibus peregrinis & ignotis exhibuit, ad fidem Saluatoris venire meruit. Sic etiā ille Cornelius Centurio, qui eleemosynis & orationibus insistebat verba vitæ à beato Petro audire meruit, & ad Christi fidē venire. Caue autē nequid tale existimes, scilicet q̄ opera quæcūq; bona facta ab existente in peccato mortali possint primā gratiā mereri: gratia enim (vt inquit Paulus) si ex meritis nō est gratia, hæc enim sub nullo merito cadit: tamē Sarracenus Gentilis qui ita legem naturæ atque Centurio, Achior, & Cornelius, multi q; alij seruauerit, Deus illi gratiam nō denegabit, & auxiliū suū: nō quidē propter illorū merita, sed quia Deus benignitate suā & misericordia motus disponēti se, & libero arbitrio bene vtenti, concedere vult gratiam & lumē fidei, & sui ipsius cognitionē. Qua, ppter dū in peccato mortali fueris constitutus, ne desinas rebus sacris interesse, eleemosynā porrigere & alia pietatis opera efficere: vt hæc dēs prospiciens super te misericordiæ suæ oculos effundat, & peccati tui veniā cōdonare dignetur. Nāq; omni tēpore recta debemus operari iuxta illud, q̄ Paulus consulit Thessalonicēsibus. Vos autem fratres nolite deficere bene facientes, quippe in quocūq; statu fat bonū opus, suum consequetur præmium. Quod si in diuina gratia & charitate fiat, vitam consequeris æternā: sin minus q̄ tuū est, tibi dabitur. Nā argētarius qui op⁹ aliquod cōfficit, si post quā id fecerit, illi nō placet, iterū illud efficit, & quanuis priorem laborē amiserit, argentū tamen ibi manſit. Optimū quidem est bona semper facere: licet enim opera in peccato mortali facta, digna non sint æterno præmio, nihilominus qui illa operatur manet rectè dispositus: vt in statu gratiæ facilius & promptius: illa efficiat. Qui enim in prauo & iniquo statu bona nō operatur, postea cum maxima difficultate ad virtutis indolem adducetur: nam cùm habitus facilem reddat potentiam: si in bonis se exerceat, postea in statu gratiæ innumera charitatis & pietatis opera facillimo negocio operabitur, quæ & digna sint vita æterna. Qui à beato Ioanne Baptista baptizabantur virtute baptismi gratiam non cōsequebantur; tamen manebant apti & dispositi ad recipiendum Christi baptismum. Hoc igitur modo dum in peccato mortali nec gratia, aut gloria dignus es: id tamen grande bonū tibi cōparas, vt postquā ad salutis statū deueneris, facilius & iucundius operetis bonū. Vnde Paulus consulit dicens. Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes. Quod si modo cœlestis regni non es dignus vt fias particeps, nunquam à bonis operibus tibi est desistendum: quia diuina misericordia fiet, vt ad fœliciorem & pinguiorem statum deueniās, tūcque magno afficieris gaudio, eo quod rectis & sanctis operibus incubueris. Christus quippe transiens iuxta ficulneam quandam eam maledixit, eo quod fructu careret, & statim arida facta est: nec tunc tempus aduenerat fructus, quia hyems erat, & nihilominus eam maledixit, cùm fructum non haberet. Deum enim minime latet, fieri non posse in peccato mortali dari posse talia opera, quæ digna sint vita æterna. Vult tamen quod omni tempore bona exerceas. Hoc est dominum ficulneam maledicere, quia ficus non habebat.

Isue.3.

1.Thes.

Gala.

Rom.11.

Iudas.5.

Matth.

Præce-

Præceptum erat domini in lege veteri ne offerētur illi in mundū animal: sed potius quod tale venderetur, & pretium illius adduceretur in oblationem. [redacted]. Non recipit dominus tale opus, veruntamen illius pretium acceptat: cupiens semper, vt opera bona efficias, nam dum in his teipsum exercueris & diuina mandata adimpleueris laudabilem consuetudinem insœliceem statum recipit Deus, licet opus illud meritorium nō fit. [redacted]

Sed tam videre licet quomodo Centurio hic ad fidem venerit. *Cùm audisset de Iesu.* Famā, potestatem, & miracula, maximam concepit fidem: fides enim non est sine auditu, vt Paulus testatur dicens. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent, in quem non audierunt?* Et randem concludit dicens. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Cùm multa miracula fecisset Christus, non longe à ciuitate Capharnaum poterat illa audire à Iudæis. Vbi summe aduertendum est, quantas vires habeat diuinum verbum, & quam efficax sit, quando homines ita ad se adducit, & eorū corda penitus transmutat. Sed de his in sequēti capite suo opportuno loco dicemus.

¶ Sed certè rapit me in admirationem huius Centurionis fides, quia licet audisset, Christū multa & grandia fecisse miracula, à nullo tamen audierat quod Christus dum esset absens, aliquem curauisset: tamen credidit de Christo, quod dum esset absens, bene poterat si vellet seruum suum in pristinam incolumitatem restituere. Auditis ergo miraculis quæ prope Capharnaum fecerat sciens iam adesse. *Misit ad eum seniores Iudæorum.* Mittens seniores Iudæorum apertè ostenditur, quod fuerit Gentilis. Et etiam hic dicitur, quod isti seniores Iudæorum dixerunt Christo. Diligit gentem nostram. Et in Matthæo habetur, dixisse Christum. *Multi venient ab oriente & occidente & recumbent &c.* qui bus significat, Centurionem non esse ex regno illo, sed ab extera gente venisse. Sciebat enim rectè Centurio ille quanta beneficia illi populo dominus cōtulisset, & sibi fuisse magnos patriarchas & prophetas, ideo facilius existimauit se posse cōsequi animi sui desiderium, si nūcios mitteret & genere suo. Mittit igitur ad Christū seniores Iudæorū, vt vel sic ostēdatur quod seniores & sacerdotes debēt esse iudices inter Deum & populum, & quod semper pro vniuerso populo ad dominū debent preces fundere. Etenim in Exodo dicitur, quod portauit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & sanctificauerūt filij Israel. Sed proh dolor, quia ipsi senes & præsbyteri plus distant à Deo quam reliqui seculares homines: vt videre licet in libro Danielis, vbi dicitur quod egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbātur regere populū. Verum quāuis mali sint sacerdotes & senes, tamē quā diu tolerantur ab ecclesia debetur eis honor & reuerentia à subditis. Ideircò quanuis isti mali essent, voluit tamen illos Centurio honore afficere, & ita interessores eos constituit. Sic Dauid honorabat Saul quia vnctus erat & eius prælatus: licet cognosceret illum reprobum esse, & à dño electū. Et Amalechi tam occidit dicens. Quare ausus es mittere manum tuam in Christum dominū? quia dixerat Saulem ab eo fuisse interemptum. Vnde Paulus cùm ignorasset Ananiam esse sacerdotem, & propter eius tyrannydem illi maledixisset, postquam cognouit illum esse sacerdotem dixit. Principi populi tui ne maledicas. Exhibe honorem senioribus & sacerdotibus, iuxta præceptum domini in Leuitico. Coram cano capite consurges, & honora personam senis. &c. Præterea diuina prouidēria ad eos mittit seniores Iudæorum, vt eis præsentibus languidus sanetur, vt ita inexcusabiles sint si credere noluerint. Sic etiam leprosum misit ad sacerdotes dicens. Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus tuum in testimonium illis: vt cùm viderint te sanum, qui antea infirmus fueras, & cùm tu retuleris illis mea virtute effectum fuisse vt consequeris salutem, hoc sit illis euidentissimum testimonium incredulitatis eorum. Quo etiam pacto Lazarus pauper in ostio diuitis iacebat laceratus & pene fame consumptus in testimonium crudelitatis & impietatis diuitis: quia sic negare no poterat, se non vidisse illū, cum iuxta ostium iaceret per quod ingrediebatur & egrediebatur. Nec potuit etiā Pharisæi & sacerdotes tēpli iustā aliquā excusatio-

Exod.28.

Dan.13.

1.Reg.24. & 26.

2.Reg.1.

Act.23.

Leui.19.

Matth.8. Luc.5.

Luc.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem adducere sui peccati, dicentes, non vidisse aut audiuisse miracula quæ Christ⁹ faciebat: postquam in testimonium huius ad eos mittebat leprosos, quos curabat, vt proprijs oculis illos viderent. Et multo minus tu coram domino excusaberis, qui cùm quotidie iuxta ostium tuũ pauperes clamãtes videas, illis non subuenis. Cùm autem scias viduam extremam pati indigentiam, fingis te id nescire. Audis conciones, & mirabilia Dei vides, solem lunam te illuminantem, nec ista omnia inducere te possunt vt ad meliorem viuendi frugem teipsum conuertas. Mittuntur itaq; ad Christũ isti seniores diuina prouidentia, vt tanta Centurionis fide à Christo arguã tur: cùm facilius crediderint Gentiles, quibus Deus tanta beneficia non contulerat. Sic eosdem arguit exemplo reginæ Sabba, quæ diuturnum & laboriosum iter ambulauit, vt videret sapientiam Salomonis. Et in medium profert exemplum Niniuitarum, qui Ionæ crediderunt. Sic fides Centurionis confundit Iudæos. Et Christus vt cõfunderet hos seniores Iudæorum dixit. Non inueni tantam fidẽ in Israel. ¶ Restat tibi erit in hoc loco obseruandum Lucam & Matthæum videri aliquã tulum inter se dissentire in narratione huius miraculi: nam Lucas dicit quòd misit Centurio seniores Iudæorum: ac deinde cùm appropinquaret Iesus domui quod misit nuncios, dicens. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Matthæus verò dicit, quod ipse abijt ad Christum, & accessit dicens. Puer meus iacet in domo paralyticus. Ac subinde respondens dominoCenturio dixit. Nõ sum dignus. Sed certè nulla est inter eos contrarietas aut dissonantia, cum spiritu sancto inspirati scripserint Euangelia. Quod verò in miraculorum narratione, quæ Christus gesit, nonihil contrarietatis esse videatur, non ob hoc te moueas, vt existimes aliquem eorum de mendacio aut suspitione posse argui, nam si vnus omnia scripsisset, vtique certi superflui essent, nec ijs opus haberemus. Denique si sententijs pugnarent, concilian minime possent. Nec mouere etiam nos debet quod in his rebus, quas multi scripserunt, nõ semper eodem loquendi modo, aut eisdem verbis vsi sint. Quin potius hoc tibi maximum indicium veritatis debet esse. Etenim si vbique & in verbis, & in loquendi phrasi eundem tenorem seruarent: possent aduersarij nostri existimare sacros Euangelistas data opera hoc fecisse, & mundo parasse insidias, & idcireo vnum ab alterius verbis non recessisse. Verum hanc ingentem suspicionẽ omnino destruit & aufert, postquã videmus singulos differenti methodo & ordine fuisse sequutos. Res enim ita se habet. Cùm venisset Centurio misit ad Iesum seniores Iudæorum, cũ quibus cùm venerit Iesus antequam domũ appropinquaret, misit Centurio amicos suos ad Iesum dicens, Domine non sum dignus, &c. vt noster Lucas narrat: tunc que Christus dixit, non inueni tantam fidẽ in Israel, & pro

[redacted]

citur hic, quod ædificauit Synagogam Iudæorum: id est, per ministerium artificum, non vero proprijs manibus. Sed ad quid misit ad Iesum seniores Iudæorum? *Rogans eum vt veniret & sanaret seruum eius.* Nam cùm natura esset autor & dominus, potebat illum statim ab ægritudine liberare. Medicus enim morbum non curat sed naturam: namque vbi natura nihil potest ad sanitatem conducere, morbus redditur incurabilis, quia medicus solũ est adiutor naturæ. Sic etiam in spiritualibus ægritudinibus proprijs viribus non valemus medelam consequi, nisi Deus ipse nos sanauerit, licet nos eius simus coadiutores. Quod si nos ipse reliquerit, statim morbus noster prorsus incurabilis fiet. Cuius rei causa in psalmo dicitur. Miserere mei Deus quoniam infirmus sum: sana animam meam, quia peccaui tibi. Nisi dominus iuuauerit, & sanauerit, vtique infirmitas tua ad mortem properabit. Quod summa diligentia velim vt peccatores animaduerterent, antequã sceleribus & flagitijs seipsos contaminarent. Multi quippe dicunt. Libet peccare: veniet enim quadragesimale tẽpus, in quo delicta mea plangam, & ad Deum me conuertam. Aduerte, ignaue, o insane & amentissime peccator, quod cadere poteris, quoties volueris, resurgere autem minime, nisi dominus tuo auxilio præuenerit adfuerit. Sed forsan insurget aliquis ex Lutheranis dicens. Igitur peccator ipse protinus, vt peccat, liberum arbitrium perditum amittit, maxime cùm & ipse Christus dicat. Sine me nihil potestis facere. Si ergo iam Christũ [illegible] amisit,

amisit, & diuinam amicitiam perdidit, & nihil proprijs viribus facere potest, certo cõcluditur, ipsum peccatorem antiqua libertate esse spoliatum. Ad hæc opus est aduertas, aliud esse potestatẽ, aliud verò libertatem. Ignorauerunt omnino isti inscientissimi Lutherani quid sit habere libertatẽ: & quid, habere potestatẽ. Idcirco enim nos liberum hominis arbitrium dicimus esse (ait Ricardus) non quia bonum, aut malum facere potest: sed quia bono, vel malo contentire, vel non cõsentire potest. Aliud enim est habere potestatem, aliud verò libertatem. Posse bonum facere potestatis est, & posse malum facere infirmitatis: neutrum tamen est libertatis. Liberatis est, quod voluntas nostra cohiberi non possit: potestatis autem priuatio, quod ad bonum faciendũ sufficiens non est. Potestas autem & vires animæ gratia est, quam dum homo per peccatum perdit: potestatẽ perdit. Et idcirco Christus dicit. Sine me nihil potestis facere. Non tamen inde intelligas peccatorem libertatem amittere: quia peccator potest velle & diligere quod magis illi placuerit: nec potest cogi eius voluntas, licet quod velit, non possit aliquando assequi. Et hoc non est libertatis priuatio, sed potestatis. In manu quippe hominis est, multa velle & eligere, quæ assequi nõ valet. Poterit enim quis in profundũ puteũ se conijcere, non tamen ab eo egredi. Sed iam quæro, nonne qui in puteo est, poterit illic velle manere, & etiam velle egredi? Nihil certe manifestius est: potest nanque exitum desiderare, & ingenti lætitia affici eo quod in medio puteo sit. Quid ergo deest illi? Certè egrediendi potestas: quia licet egredi velit, minime poterit, nisi alius suppetias tulerit. Quod si alius auxilium præstiterit, nisi ipse aliquid viribus suis feceris, & seipsum iuuerit, funem apprehendens, egredi minime poterit. Pari ergo ratione cum peccatum commit tis, proptia voluntate id cõmittis. Repugnat etenim peccatum esse, nisi ibi adfuerit voluntatis consensus tacitus vel expressus. Et idcirco quoties delinquis, propia voluntate te cõicis in culpæ puteum. At dum sese peccatũ tibi offert, liberum arbitrium habes, vt id fugere si mauis, aut amplecti possis. Veruntamen postquam iam deliquisti & misere cecidisti, licet à culpæ puteo resurgere velis, non tamen poteris, nisi Deus auxilio suo speciali tibi subueniat, & à peccato deducat. Et quẽadmodum qui in puteo est, quanuis manus illi porrigantur, nisi ipse velit eas apprehendere & seipsum adiuuare, vtiq; semper in puteo manebit: eodẽ igitur modo, etsi Deus peccatori manũ porrigat & sæpius roget, vt inde exeat, certe nunquam exibit, nisi seipsum adiuuauerit diuinis inspirationibus consentiẽs, & suo libero arbitrio recte vtẽdo. Et hinc meritissimo Paulus vocat nos coadiutores Dei, quia in salute & resurrectione nostra coadiutores illi sumus. Nam cùm natura sit quæ corporis ægritudinem curat, medicus coadiutor est naturæ ita vt dum absens fuerit natura, medicus nihil possit efficere. Ita Deus præcipuus autor est [redacted] animæ, qui nisi præsens fuerit suo præsidio, actum est omnino de hominis salute: nos vero coadiutores eius sumus. Aduerte igitur ò peccator, in manu tua constitutũ esse te mel & bis & millies in die peccare; at à luto peccati resurgere minime potes proprijs viribus, nisi dominus manum suam pietatis & misericordiæ tibi porrexerit. Cuius rei non immemor deberes esse, imò id præ oculis semper tibi esse ferendum, vt non ita leuiter & velut aliud agens in vitia & peccata labereris cùm facilis sit descensus Auerni, sed superius reuocare gradũ diuinæ benignitati tribuendum. Indiget enim homo peccator viribus & potentia, vt à peccato resilire possit. Et hoc est quod inquit Christus, sine me nihil potestis facere. Videns ergo Centurio naturæ remedium prorsus deficere, & quod medici industria nullius emolumenti esset: decreuit ad Deum totius naturę autorem tanquam ad sacram anchoram confugere, rogans pro infirmi salute. ¶ Sed id obiter inquirẽdum est, quo pacto dicat noster Lucas his verbis, quod rogauit Cẽturio, vt veniret postea verò dicit. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum? Sed aduerte huius dubij perfacilem esse solutionem. Nam Centurio cũquam habuit animũ vt Christus in domũ suam veniret, sed tãtũ voluit, vt verbo significaret intra humanitatẽ seruiæ Iudæi, qui à Centurione ad Christum fuerunt missi Christum rogauerunt, vt ad domum veniret, quia cum honorem tribuere volebant Centurioni adducentes Christũ in domum suam. Nã ipse Centurio dixit senioribus Iudęorum. Ite ad Iesum, & dicite, vt sanet seruũ meũ. Iudæi aũt adulationis amici dixerunt, dẽ nos id efficienter cum eo vt ipse veniat in domum tuã. Et propterea postquã recesserũt Iudæi, & alloquu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti sunt Christum vt veniret: misit Cęturio amicos suos viros Gentiles, qui fideliter mentē suam & desideriū panderent Christo, dicētes quod solo verbo sine itineris labore sanitatē seruo tribueret, & occurrerunt Christo venienti cū Iudæis iam prope domum. Quod autem Iudæi ex propria intentione hoc petierent, manifesto liquet ex verbis blandis, quibus Christo suadebant dicentes, dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gētem nostrā & synagogam nobis ædificauit. Itaque quanuis Euangelista dicat hic rogans in singulari numero, non ideo intelligas, Cęturionem tale quid rogasse, [illegible] id fecisse nomine Centurionis, & sic videbatur ipse Centurio eius petitionis autor: & ideirco ipse contrarium expresit per amicos suos, quos ad Christum misit. *At illi cùm venissent ad Iesum rogabant eum solicite dicentes ei. Quia dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostrā & synagogam ipse ædificauit nobis.* Ex quibus verbis manifestissimū est colligere ipsum Cęturionem ad Iudaismum iam esse cōuersum, vel saltim vnius Dei esse cultorem, relicta idolatria, quia Synagogam ædificauit Iudæis: veluti si modo aliquis nobis ædificaret ecclesiam. Vt autem probarent isti seniores Iudæorum vera fuisse loquutos, cùm dixerunt diligit gentem nostram, addiderunt subinde. Synagogam nobis ædificauit. Bene quidem intentum probant, dicentes, synagogam nobis ædificauit: quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Ex quibus doctrinam solidam debere mus elicere, vt scilicet, proximum non solis verbis diligeremus, sed multis charitatis collatis operibus. Quocirca id Ioannes nobis in memoriam adducit, dicens. Filioli non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate. 1. Ioan. 3.

Sed profecto diuites huius temporis misericordes & pios sese prædicant: at suam istam misericordiam non video, quia vel spiritualis tantum est, vel ea est sine dispendio aliquo suorum bonorum, quippe qui nihil pauperibus Christi erogant. Sed de his post pauca in suscitatione filij viduæ suo loco aptius dicemus. Et aduerte in hoc loco coniunctionem, & idem valere quod, nam. Addunt enim rationem eorum, quæ dixerant, aientes, nam synagogam nobis ædificauit. Sic etiam intelligendum existimo illud Ioannis. Qui metit, Ioan. 4. mercedem accipit, & congregat fructum in Rom. 1. vitam æternam. Et illud etiam ad Romanos. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei.

Et iterum. Et sicut non probauerunt. Et Ioān. Inst. Inst. Luc. 1.
nes. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum. Et rursus. Et verbum caro factum est. Et Lucas etiam noster. Et ipse precedet ante illum. ¶ Insuper & admoneri diligenter locus iste, vt pro benefactoribus semper preces nostras Deo fundamus: nam isti pro Centurione, qui synagogam eis ædificauit, dominum rogant. Sic tu Christum orare debes, pro ijs, qui bona temporalia tibi ministrant, exemplo illius sanctissimi Heliæ, qui 3. Reg. 17. 4. Reg. 4. sedulo ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotium & vis, vt loquar regi vel principi, vel militi, &c. Expende etiam quanta benignitas & misericordia sit apud dominum: vt omnes sanare dignetur tam Iudæos, quam Gentiles. Nullus etenim tam infimæ & abiectæ sortis homo erit, qui (si velit) Deo non possit placere, si vera & syncera fide ad eum accedat. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gēte, qui timet Deū, & operatur iustitiam acceptus est illi. Nemo apud Iudæos Ethnicis abiectior erat. Nullus etiam vilior erat apud eos, quā homo miles. Nam propter factas prædas & violentiam infames erant. Idcirco Iudæi ad Christum mittuntur, vt suis verbis rogarent: metuebant enim se nihil impetraturos, aut illū vix exorabilem esse, & idcirco tanta verborū ambage vtebantur, dicentes. Dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram & synagogam nobis ædificauit. Quasi velint Christo dicere: Nolis rationem habere, nolis attendere, Ethnicus sit, aut miles: sed amicitiam considera, quam ipsis operibus erga nos habere manifestauit. Christus autem, qui nihil horum attendit precibus acquiescit & sanauit. Nec opus est, quoties cunque ab eo aliquid velis impetrare multa verborum ambage vti: quin potius cor adducito syncerum & mentem ab omni inquinamēto liberā: & tunc cum fiducia accede, & cōfer queris animi tui desideria. Nemo enim hominū vlla ratione contemnendus est: sunt quippe varia dona, munera, & functiones (vt ait Paulus) & tamen est vnus dominus omnium. Variæ sunt vocationes, & tamen non est nisi vnus Christus, qui omnes nos vocat: hunc ad Apostolicum munus, aliū ad opus ministerij, &c. Nanq; in humano corpore multa sunt membra, omnia autem non eundem actū habent: & tamē omnia vnius corporis membra sunt. Sic inter nos multa dona, vocationes, & statuum genera sunt: cui autem præclarè corporis & animi dotes feliciter contigerūt, is neminē aliū despiciat: nā omnes æquales sumus omnes membra sumus vnius corporis, & vnius caput Christū habemus. Vt autē apertissimè videas, neminē à Christo contēni cuiuscunq; status, aut conditionis ille sit, sequentibus accōmodabitur. *Iesus autem ibat cum illis.* Diximus iam, nunquam cum fuisse Centurioni animum, vt Christus domum suam ingrederetur, sed solum, vt verbo sanitatem puero restitueret, Sed ad quid iam rogo, Christus ibat? Vtique vt ostendat primo se orationi voluntati semper annuere, facit & adimplet voluntatem rogantium Iudæorum. 1. Cor. 12. Ephes. 4. 1. Cor. 12.

¶ Secundò, vt opere adimpleret, quod verbo prædicabat. In cuius signū postquā in mōte concionē habuit de misericordia erga proximos impendenda, finita ia concione, misericordiā operatur cū seruo languido, eū visitans, & pristinæ incolumitati restituens. Matth. 5.

¶ Tertiò, vt humilitatē suā ostenderet, qui cū tantam potentiam haberet, id est, cum tanta facere & miracula, in alium domum tendit vt seruum curet. Nec dedignatur cùm dominus cœli & terræ Centurionis seruum visitare: vt notam nobis & regulam præberet sanctissimæ humilitatis, cui nihil est contemptibile, nihil quod aspernetur, sed omnia potius sūt illi pretiosissima & amabilia. Noluit ad suū Regulum ire, & tendit ad seruum Centurionis. Pauperibus auxiliatur Christus, & magnates despicit cum peccatoribus & infirmis comitatur, & ibat ad Pharisæos rogatus. Rogabat (inquit Euangelista) quidam Pharisæus Iesum, &c. sed proh dolor, multi nanque sacerdotes his calamitosis temporibus reperiunt cōfessiones, nisi filia sua, prædicationes & confessiones, nisi magnatibus tribuere. Pauperes verò relinquunt, & moleste ferunt, & ægro animo suas confessiones audire. Quod etiam confitentur facere corporales medici, qui diuitum domos maxima solicitudine visitant, at pauperes ægrotos interire sinunt. Deus mihi de hac non ad diuites & magnates, sed ad pauperculam viduam Sarepranam. 3. Reg. 17.

¶ Quartò id fecit, vt fidem Centurionis omnibus notam faceret, & vt cūctis cognitus esset & celebratissimus. Vbi diligēter aduertes quantā curam habeat dōs honorandi amicos

suos, quantaq; bona illis impertiatur: nec nō etiam efficit vt ab vniuerso mundo celebrentur & colantur. Cœpit etenim Cęturio de Christo maximā fidē, & credidit eū posse solo suo verbo ægrum sanare. Et quāuis id rectè cognouisset Christus, tamen in domū Centurionis tendit, vt vel sic occultā Centurionis fidem notissimā apud omnes efficeret. Nam si Christus antequam ad domum accederet solo verbo puerum sanaret, ad quid posteà subijceret Centurio. Domine non sum dignus, vt intres sub tectū meum? Quo pacto alij cognouissent fidem Centurionis & eius humilitatem? Quomodo laudaret illum dominus coram populis? Vadit igitur ad Centurionis domum, vt inde ipse Centurio ansam sibi sumat dicendi, Domine non sum dignus, &c. Quo effectū est, vt propalata fuerit omnibus huius hominis fides, & vt à Christo fuerit magnificè laudatus. Quæsit semper Christus occasionem, vt suos & amicos suos honore afficiat. Nam cum dixit Christus, ego veniā & curabo eum, Centurioni ansam præbuit, vt in hæc prorumperet verba, Domine nō sum dignus, &c. Et quia dixit, Dō non sum dignus: inde Christus magnificam eius laudem prædicauit, dicens, Non inueni tantam fidem in Israel. Solet enim aliquando dominus, qui seruum habet animo virili, & viribus magnis prædītum, vt experimentum faciat, an ita res se habeat, in media nocte seruum foras mittere, vt nuncium alicui deferat: at postquam discesserit, dominus sibi assumit arma, & factus obuiam famulo, cōprimat ensem, & magnō cōcursu eū eo. At famulus qui natiuū animū & robustas vires nūquam depositurus & pudentum & enim dominum nunquam detestare perueniet, quo tuto cum primum de illo (sem dominum) conspexerit. Tenteque dominus scire, dicens, Satis, satis, ego sum dominus tuus. Scio enim ipsum expectantem quantum virtutis & animi in te valeam. Post hæc ego curabo ipsum magnis beneficijs afficere, & debitum honorem tribuere. Quo dictum dominus cum discipulis in patriarchā Abrahamum fecit. Noueram enim fidē dominus quantam de filium suum habuerit, nihilominus, vt notam faceret omnibus gentibus, & vt mundus eius virtutē intelligeret, illi certamen præparat, vt illum suum in monte duceret, vt faceret ibi holocaustum. Sanctissimus igitur Patriarcha nullas nec Gen. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

moras: in montem ascendit, filium secum du
cit & virili & fideli animo ensem arripit, &
ictum minatur non ficto animo: tunc que do
minus inclamauit. Saris, satis est Abraham:
Nunc cognoui quod timeas Deum, nunc ma
nifestum te faciam mundo, vt & fides & vir
tus tua maxima cognoscatur. Quod à domi
no fuit factum vt Abrahæ fides notissima es
set omnibus. His omnibus ambagibus vsus
est dominus, vt magnam fidem & obedien-
Gen.31. tiam Abrahæ, quæ occulta habebat, omnibus
aperiret. Idem fecit cum Iacob, quando cum
illo luctari cœpit, illius vires volens experiri:
quas cùm expertus esset, dixit. Dimitte me, iã
ascendit aurora. Eodem modo experimentũ
fecit in Centurione, prabens illi ansam vt ei
Mat.15. us virtus & fides manifestaretur. Et hoc ten
tandi modo vsus est, dicens. Ego veniam &
curabo eum. Quem etiam modum cum mu
liere Cananæa obseruabit, nihil illi respon
dens: vt vel sic maxima eius propalaretur fi
des: & vt digna esset, quæ à domino maximo
encomio celebraretur. Vide rogo quam fide
lis amicus sit Deus, qui modos nouit & inue
stigat, quibus dilectos suos honorib⁹ afficiat.
Meritissimo quidem canit illi regius psalmo
Psal.138. graphus. Nimis honorati sunt amici tui De⁹,
ex quibus omnibus id tibi documenti debe
res elicere, vt humanas laudes vilipendas, ho
nores & dignitates: sed omnis cura & solici-
tudo impendẽda tibi est, quomodo apud do
minum sis laudabilis. Hoc enim verum enco
mium, hæc dignissima laus, quæ tibi immorta
lem gloriam est paritura. Dominus nanque
etiam, si tu propriæ laudis tuæ oblitus fis, eius
curam habet: ità vt in præsenti & in futuro se
culo magnis honoribus te afficiat. *Et cùm iam
non longe esset à domo misit ad eum Centurio amí
cos dicens. Domine noli vexari. Non enim sum dig
nus vt intres sub tectum meum.* Quę verba nõ
est dubium quin processerint à vera humili-
tate. Quemadmodum legimus de Petro cũ
Luc.5. dixit domino: Exi à me domine, quia homo
peccator sum. Ego domine idolorum fui cul
tor, ego flagitijs & sceleribus contaminatus:
1.Cor.7. tu autem ipse puritatis & bonitatis fons. Quę
conuentio Christi ad Belial: Quęue particípa-
tio lucis ad tenebras? Quis sum ego, vt domi
Luc.1. nus veniat ad seruum suum? Sic etiam humi
litate plena mater beatissimi Baptistæ matri
1.Reg.25. domini dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat ma
ter domini mei ad me? Et Abigail cùm Dauid
vellet illam in vxorem accipere dixit. Ecce fa
mula tua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruo
rum domini mei. Per hanc humilitatem fa-
ctus est Centurio dignior Iudæis, vt Christus
ad eum veniret. Etenim humilis officium est,
vt semper vitia propria cognoscat: neque alie
na respiciat. Habuit igitur iste Centurio ve-
ram humilitatem, habuit etiam fidem, cùm
crediderit bene posse dominum etiam de m
esse absens infirmo incolumitatem tribuere,
Habuit denique ardentem charnatem cum
tanto animi affectu pro seruo ad dominum
orauit. ¶ In quo loco id non erit silentio pre-
tereundem, quo pacto vnus & idem actus di
uersam laudem & præmium habeat. Nam *Matt.*
cum dixerit Petrus. Exi à me domine quia
homo peccator sum: & Genezareni idem di-
cunt, tamen Petrus eb id laude fuit dignus, *Luc.*
Genezareni verò reprehenduntur. Zachæus
recipit Christum & laudatur: Centurio regat
ne ingrediatur suam domum, & propterea di
gn⁹ reperitur encomijs. Vt intelligas semper
in omnibus intentionem operis attendendã
esse, vt inde elicias, opus dignum ne sit laude
vel vituperio. Is nanque qui bene erga omnes
afficitur etiam in actionibus, quæ minus re-
ctæ videntur, commendatur à domino. *In Act.*
cuius rei exemplum in sacra pagina in Actis
legimus inter Paulum & Barnabam dissidiũ
interuenisse: dum Barnabas consuleret vt pro
fecturi ad visitandas ecclesias assumeret Mar
cum: Paulus verò cõtrariæ erat sententię. Neu
ter tamẽ in re tam diuersa dignus fuit aliqua
reprehensione, cùm Barnabas ad lenitatem
inclinaretur: Pauli verò iudicium erat, seue-
riori censuta esse vtendum. Vbi doccmur, ne
aliorum facta, præsertim virorum sanctitate
præstantium iudicemus, quanuis diuersa se-
quantur placita. Iam vero subdit ipse Centu-
rio causam, quare dicat ne intret in domum
suam dicens. *Propter quod & meipsum nõ sum
dignum arbitratus vt venirem ad te: sed dic ver-
bo & sanabitur puer meus.* Credidit iste, dicere
Deũ facere esse iuxta illud diuini vatis. Ipse
dixit & facta sunt. Verbo enim Dei vniuersus *Psal.*
conditus est. Dixit Deus, fiat lux, & facta est *Gen.*
lux. Præterea vocat Centurio puerum seruũ *1.Reg.*
scripturæ more, quæ pueros vocat seruos. Vn
de in primo Regum dicitur, fuerũt vasa pue-
rorum sancta. Et illum etiam. Venit Helias in
Bersabe Iuda, & dimisit ibi puerum suum. Se
quitur. *Nam & ego homo sum sub potestate con-
stituta habens sub me milites, & dico huic, vade
& vadit, & alij veni, & venit, & seruo meo fac
hoc, &*

hoc, & facit. Quibus ostendit, quod Christus
poterat absenti sanitatem restituere. Facta hy
pothesi quod Christus omnium rerum sit do
minus, cui vniuersę creaturę vel ad nutum
obediunt, ita vt neminem habeat superiorẽ,
aut æqualem, qui illi impetare possit: & tunc
arguit à fortiori. Non defatigetur dominus
meus: nam quemadmodum ego dico huic, va
de & vadit: sic tu verbo solo præcipe infirmis,
vt à lectulis sani & liberi surgant. De te nan-
que verissimè illud scriptum est. Misit verbũ
suum, & sanauit eos. Ego enim sum homo
sub potestate constitutus, habẽs super me do
minum, cuius seruus ego sum: habeo etiam
alios seruos, & milites sub imperio meo.
Quod si vni dixero, vade illuc, statim iussis
obtemperat: & si dixero alteri, veni huc, di-
cto citius, id adimplet. Quanto igitur potiori
iure tu, qui rex regum es, & dominus domi-
nantium, qui nullum agnoscis super te impe
rium, cuicunque dixeris veni, veniet: & si di-
xeris ægritudini, vt recedat, recedet protinus
& si dixeris sanitati, vt nõ discedat ab aliquo,
id rectissimè adimplebit? Sic igitur poteris
optimę valetudini præcipere, vt vadat ad pue
rum meum, & ibi protinus, licet ipse sit ab-
sens. Nanque seruus mei non solum mihi præ
senti obtemperant: sed etiam dum mitto il-
los, vel etiam ad longinqua loca, ibi diligen-
ter quæ à me iussa sunt exequuntur. Posuit au
tem iste Centurio rationis suæ vim, neceam
complenit: nouerat enim se loqui cum viro *Luc.*
sapientissimo & eruditissimo, in quo sunt re-
conditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ
Dei. Veluti si quis volens conficere syllogis-
mum solam minorem propositionem adhi-
beret, qua est tota vis argumenti. *Quo audito.*
Hic ponitur quædam Christi conclusio, quę
infertur ex fide huius Gentilis, comparando
eam cum infidelitate Iudæorum. Nam per fi
dẽ charitate informatam homo placet Deo,
& isti Gentiles, & multi alij erant Christi fi-
dem habituri: maxima verò Iudæorum pars
permãsura erat in sua infidelitate, quod De⁹
repellieret Iudæos & acceptaret Gẽtiles. Vn
de dicitur, quo audito, scilicet, audito Cen-u
rione per nuncios suos *Iesus miratus est.* Vi-
dens maximam Centurionis fidem. Vbi dili-
genter aduertas Christum non admirari mũ
dijopes & facultates, corporis pulchritudi-
nem, aut alia huiusmodi, sed potius ipsam di
uinam fidei virtutem. Nam sicut docuit nos
Christus timenda esse mala spiritualia, nõ ve
rò ea, quæ accidunt corpori: sic etiam docuit
ea quæ spiritualia sunt & diuina admirari &
suspicere, non tamen quæ fluxa sunt, & terre
na. Nam aurum, argentum, lapides pretiosi,
& quidquid in diuitijs & facultatibus mun-
di continetur id omne vanum & ad triduũ
peritturum est. Nec id mirandum, cùm ha-
beant inanem finem & exitum. Dixit enim
Dauid. Dormierunt somnum suum viri diui *Psal.75.*
tiarum & nihil inuenerunt in manibus suis.
Atid est mundanorum hominum ingeniũ,
vt hæc totis viribus inquirant, amplectantur,
& sequantur, ita attoniti & eorum amore ca
pti vt ad nihil aliud nati videantur, veluti in
fantes vilem annulum plumbeum: aut quid
aliud simile mirantes. Diligunt etenim pueri
plus equum ex arundine factum, quàm eos
omnes, qui ad regis ministerium sunt parati.
Quidem omnia hæc terrena similitudinem
habent cum arundineo equo: si cum illis nũ
quam interituris, & sempiternis bonis com-
parentur. Quippe hæ tẽporalia imago sunt
& vmbra futurorum bonorum. Verùm mul
ti sunt, qui hæ rerum in agine & vmbra solũ
detinentur, neque aliud firmum magis aut
stabile bonum inquirunt: non conuertentes
ocũlos ad cœlum, qui patria est beatorum,
vbi vera bona sunt. Quod autem pueri id cõ
suescant facere, non est mirum cum discursu
careant: cùm tu homo sis, qui rationis & iu
dicij compos es, quid est quod vmbram se-
queris & demiraris? Quare ducit te in admi-
rationem imago & non rei veritas? Idcirco *Prouer.1.*
diuina sapientia hæc introspiciens ad homi-
nes loquitur dicens. Vsque quo paruuli diligi-
tis infantiam? Hæc enim terrena apud viros
probos nullius sunt ponderis & momenti: &
diuus Paulus tãquam stercora hæc omnia iu-
dicabat. Nec de his miratur, sed de virtutib⁹, *Philip.3.*
& spiritualibus donis, Christus fidem Centu
rionis admiratur, & hanc sibi acceptam iudi-
cat. ¶ Verum operæpretium erit id modo in
dubium reuocare, qui fieri possit, vt Christus
admiretur, cùm admiratio cõsurgat in homi-
ne ex consideratione rei incognitæ? Christus
in istanti suæ conceptionis plenus fuit scien-
tia, & omnia cognouit in verbo anima Chri-
sti beata: quo igitur pacto poterat de aliqua
re admirari? Si omnia sunt nuda & aperta ocu
lis eius, quid ignorabat? *Quapropter aliqui* *Hebr.4.*
dixerunt, non fuisse miratum: sed admodũ
admirantis se habuisse. Sed profecto videtur
mihi rectius posse si dixerimus eum verè fuis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si admiratum. In cuius gratiam sciendum, in Christo duplicem fuisse scientiam, alteram divinam, quæ æterna est, sub qua nulla potest cadere admiratio: qua nihil de nouo per eam cognoscitur: quia tam scientia, quam sciens, quam scibile sunt & continentur intra suam diuinam substantiam. Et sicut diuinæ essentiæ nihil de nouo acquiritur, ita nec sapientiæ eius. Alia est scientia Christi humana, siue creata: & hæc est duplex, altera est scientia visionis in verbo, & ista est scientia animæ Christi: & sicut anima Christi est creata, ita scientia eius creata est: quia non potest aliquid increatum formam esse rei creatæ. Et videtur scientia visionis cognitio illa, quam anima Christi habet de rebus cognoscendo illas & videndo diuinam essentiam, in quantum in ea relucent omnes res: quam cognitionem habēt omnes beati in patria. Et secundum istam scientiā, anima Christi in instanti Conceptionis cognouit in verbo omnia, quæ verbū cognoscit scientia visionis, & secundum hanc non potuit admirari. Alia est scientia in Christo, qua cognoscit res in proprio genere, id est, non secundum quod repræsentantur in aliquo excellenti repræsentatiuo quale est diuina essentia: sed vt cognoscuntur in seipsis, siue in propria natura: & hoc est cognoscere rem in proprio genere quia genus dicit naturam cōmunem. Quæ itidem scientia duplex est altera experimentalis, altera vero habitualis. Habitualis dicitur habitus quidam cognitiuus, quo de re iudicamus cognoscentes proprietates eius secundum suam naturam: & quantū ad istam scientiam non fuit in Christo aliqua nouitas, aut admiratio, quia ab instanti suæ Conceptionis eius anima fuit perfecta habitibus omnium scientiarum, & ideirco quantum ad hoc admirari non potuit. Alia est scientia experimentalis: vt quando quis habens habitum scientiæ per solam doctrinam & speculationem, postea vero experitur intuitiue in effectu aliquid quod speculatiue cognoscit. Sic aut medicis contingit & id fit in omni scientia naturali & morali. Quo pacto anima Christi poterat aliquid addiscere per experientiā, quia aliqua de nouo videbat quæ nunquam viderat. Et sic apostolus affirmat, Christū didicisse ex his quæ passus est obedientiam. Ita & in præsenti licet anima Christi cognosceret in verbo istam fidem Centurionis qualis erat, & qualis futura esset: tamen eam non fuerat experta in actu. Idcoque quia animę Christi hoc erat incognitum, id est hoc nunquam experta erat. secundum cognitionem experimē talem admiratus est, quando in re ipsa tantā vidit fidē. Sicut nos cognoscimus aliqua speculatiue, quæ magna sunt & grandia: & nihil ominus quando videmus ea in rei veritate accidere, valde admiramur. Non tamen alicui us rei tanta admiratio poterat illi euenire, quanta nobis: quia quanto est maior ignorantia, tanto est maior admiratio. Christus tamē quādo in hac vita erat de qualibet re semper habebat duas claras notitias, alteram diuinā, alteram vero creatam, quæ est scientia visionis animæ eius. Et idcirco licet aliquando rē aliquam admiraretur, modica erat admiratio. Veluti si astrologus nouerat tali die & tali hora futuram esse eclipsim, quando id contingat nō valde admirabitur, licet in eo fit aliqua immutatio, quia ipso experimento hoc nō nouerat: qui vero astrologiam ignorat, minis mirabitur. *Et conuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.* In publico loco & coram omnibus laudauit illum Christus. Primo vt firmius & presius virtuti hæreat: quia quando alicuius probitas omnibus nota est, erubescit maxime si in aliquo crimine comprehendatur: quia à maximo dignitatis & honoris gradu cadit. Si autem occulte bonus sit, postea vero deterior fiat, minus erubescit: cum nullum honoris gradum amittat, aut bonæ æstimationis. Est quippe bona fama quasi stimulus quidam ad bene agendum. Vnde qui illam amittit, si forte desperet de illius acquisitione, facilius in malum & imprudenter prolabitur. Deinde illum laudauit, vt cæteri videntes quo pacto à domino prædicabatur & laudabatur, ad virtutem inflammarentur & incenderentur. Laudatur de fidei magnitudine, primo quia credidit, quod etiam absens poterat incolumitatem puero tribuere: atq; adeo non adduxit ad Christum paralyticum, quemadmodum illi, qui portauerunt illū ad Christum. Nec rogauit, vt ipse ad infirmū accederet, sicut Iairus Archisynagogus qui rogabat Christum vt veniret & imponeret manum super filiam suam: nec etiam, vt regulus qui Christi præsentiam desiderabat, vt filium suum sanaret: sed tantam fidem habuit, vt solo verbo crederet, Christum posse puero sanitatem tribuere. Secundo diuinum imperium, maiestatem, & dominium confessus est, cum dixit. Dico huic, vade, & vadit: & ei quo fac hoc,

hoc, & facit. Sed iam singula verba veniunt à nobis explicanda. ¶ In primis verbum hoc, Amen, Hebraicum est, & in omnibus translationibus diuinæ scripturæ variis linguis factis, immutatum permansit: quod quidem altissimo mysterio non vacat, quia firmitatem securitatemque significat: & id quo alia corroborantur & confirmantur, mutari non debet. Præterea in veteri lege iuramentum est. Viuo ego dicit dominus: in nouo autem (vt Hieronymus annotat) amen dico vobis: quia sic iurabant in veteri lege in condemnationē Deorum mortuorum, vt erant idola gentiū per quę iurabant idololatræ. At nunc quia idololatria cessauit, non opus est iurare per Deum viuentem: nisi tantum, vt ipse Deus, quem nos viuentem credimus, asserat affirmatiuè se hoc dicere. Et enim iuramentum secundum Damasceni sententiam significat immutabilitatē cōsilij Dei: eo quod apud nos contractus, qui inuicem fiunt ipso iuramento rati sunt & habent firmitatem. Iurat Deus dicens. Amen Amen: propter hominum incredulitatem (vt Basilius & Hieronymus annotant) vt iuramēto eos certiores reddat. Sic Abrahæ iurauit dicens. Per memetipsum iurauī, quia fecisti hanc rem, &c. Sic iurauit David, necnon filius Israel. Vnde obsecro aut ad quid existimas opus esse iuramento, vt Deo fidem adhibeamus: Certe id prouenit ex malitia nostra. Quemadmodum nos datam fidē frangimus, quam alijs dederamus: ita & illis non credimus, si quæ dicunt iuramento non astruant. Cùm enim nobis consuetum sit alios fallere, ita & nos timemus ab alijs falli. Vnde nihil credimus, nisi id prius fuerit iuramento confirmatum. Cùm autem Christus deprauatum nostrum animum bene nouerit (licet ipse verissimus sit, imò ipsamet veritas) quæ nobis dicit, iuramento libet confirmare: vt imbecillitati nostrę seipsum accomodet, vt vel saltim hac ratione illi credamus.

¶ Secundo id iuramento affirmat, scilicet, maiorem fidem inuenisse in Centurione, quā in Israel: non quod maiorem habuit Centurio fidem, quam beata virgo, aut Ioannes Baptista, aut Apostoli, & Christi discipuli: sed in telligere id debes per collationem, quia equū erat, vt maiorem fidem in Iudæis inueniret, quam in gentibus. Ita vt singulis recte considerātis maior fuerit fides in Centurione, quā in Iudæis, non simpliciter sed collatiue. Veluti si quis laudans prudentiam hominis rusti-

qui antea credebant. ¶ Deniq; pro huius loci maiori explicatione obseruandum est, fidē dupliciter accipi, vno modo pro habitu credendi secundum quam assentimur veritatibus sacræ scripturæ etiam si non cōstiterit nobis probatio de aliqua illarū veritate. Et hæc est fides, sine qua inquit Paulus, impossibile esse placere Deo: & hæc est vna ex tribus theologicis virtutibus, quas Paulus adducit scribens Corinthijs. Et per hanc fidem differt fidelis homo ab infideli. Alia est fides quę confidentia vocatur, qua petit aliquis à Deo confidenter aliquid, sperans & credens certissimē se consequuturum à domino id, quod postulat: quæ fides necessaria est oranti, alias enim nihil vnquam impetrabit. De qua beatus Iacobus dicit. Si quis indiget sapientia postulet à Deo, postulet autem in fide, nihil hęsitās. Et sic existimo illud etiam esse intelligēdum. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis monti, &c.* Et quod Cananęæ Christus dixit. O mulier magna est fides tua. Et Ioannes ait. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Idest, non fidebat ipsis, neque se confidenter aut securè illis tradebat. De qua credo in hoc loco incidere sermonē potius, quàm de fide theologica: quæ valde necessaria est ad efficiendum miracula.

Hebræ.11. *1.Cor.13.* *Iaco.5.* *Matth.17.* *Matt.15.* *Mat.20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Et reuersi, qui missi fuerant domum inuenerunt seruum qui languerat sanum.* Virtute diuina factum est (quæ vbique adest & operatur) vt in ictu oculi ille, qui maxima infirmitate laborabat, & de cuius salute omnes medici iam desperauerant integræ sanitati restitueretur: quod quidem maxima fides Centurionis effecit. ¶ Ex hac igitur historia Centurionis præterea omnia, quæ diximus ad nostram eruditionem discamus, primo in omnibus necessitatibus & afflictionibus nostris in medio itinere ire obuiam Christo, vt iuxta nos dignetur accedere. Protinus enim, vt Christus Capharnaum peruenit, & id intellexit Centurio, nuncios ad illum misit, ne forte discederet. Id semper aduertere debes vt si Christus prope te transierit, & audieris eius famã, vocem, & inspirationes, ne facias morã, sed cito ad eum curre, & illum in tuum auxilium & necessitatem voca. Nã in hac vita prope te est, nunc illum præsentem habes, nunc poteris illi occurrere, & vocare illum: antequam seipsum abscondat, antequam mors veniat & discedat. Detine illum, neque sinas illum transire donec vulnera animæ tuæ omnino sanet. Ita fecit anima illa sancta, quæ dicebat. *Cant. 3.* Tenui eum nec dimittam, donec introducã illum in domum genitricis meæ. Sic fecisse le

Matth. 15.

Psal. 50.

proh dolor, quoties Deus corda nostra perambulat & pertransit, & cum alloqui nolumus, imò illum cõtemnimus? Sed quid dico, quod transit? Imò coram nostris oculis adest supernus ille cœlestisque medicus, & rogat nos, vt medicamen salutis velimus accipere, & sedens ad ostium expectat nos: nos autem tanquam amentes & stupidi magnis ægritudinibus oppressi, & peccati labibus infecti remedium nostrum spernimus. Quomodo rogo, tu illum queres, vt Cẽturio iste, Chananæa & Magdalena fecerunt: si cum foribus tuis adest, dicis eum nescire? ¶ Discamus semper nũquam de diuina pietate & benignitate desperare, imò semper petitionibus nostris confidentes accedamus: potens quippe dominus est, ex peccatoribus iustos & sanctos efficere. Potens est dominus dicere peccatis meis, recedite ab homine isto, & dicto citius recedẽt. Potens est dominus, vt dicat sanitati, veni & esto cũ homine isto, & gaudebit iussibus domini. Potens est dominus ab incurabili paralysi hominem liberare. Et tandem potentissimus est ab omni miseria, ab omni afflictione & angustia saluũ & incolumen reipsum efficere. Legimus nanque in quarto libro regũ Eliseum prophetã dixisse. In tẽpore hoc eras modius simile vno statere erit, & duo modij ordei statere vno in porta Samariæ. Quidam autem Deo diffidens dixit. Si dominus etiã fecerit cataractas in cœlo, nunquid potest et se quod loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Sicque factũ est, vt ille, qui Deo nõ credidit, à turba ingressũ portæ conculcatus moreretur. Itaque has tres insignes, & egregias virtutes exemplo Centurionis induamus scilicet, fiduciam, charitatem, & humilitatem. ¶ Discamus etiam proximorum virtutes laudare: sicut Christus laudauit fidem Centurionis coram omnibus ibi adstãtibus. Sic etiam laudauit Christus Nathanaelem, D. Petrum, Magdalenam, Chananeam, & Zachæum. Sed nos veluti si in sacro baptismate Christum non fuissemus cõfessi, nec ipsius vexillum sequuti multo aliter facimus: nam proximorum virtutes & ea, propter quæ digni sunt laude filẽtio inuoluimus, defectus vero & quæ committunt flagitia propalamus, & laudamus. Quo fit vt regius vates dicat. *Psal.* Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ & iniquus benedicitur. Illum laudas, qui de illata iniuria crudelissime vlciscitur, vel qui turpia & scelerata commisit. Cuiusmodi conditionis

ditionis sunt assentatores & adulatores, & alij multi, qui ita viuũt vt alijs placeant & adulentur. De quibus prophetа sanctus Ezechiel scribit: & multa ponit, quæ illis contingent, dicens. Eo quod deceperint populum meũ dicentes pax, pax: & non erat pax: & ipsi ædificabant parietem illi autem liniebant eum. Peccatores nanque parietem vitiorum & grauissimorum scelerum ædificant: illi autẽ, qui blandiuntur, parietem liniunt, reddendo illũ album & lucidum, dicentes nihili esse fœdũ, aut turpe in ipsis sceleribus & flagitijs, imò pulchritudinem & honestatem præ se ferre. At exemplo Christi tantum virtus & honestas laudanda est, vt in hoc loco Centurionis commendatur fides, & Phariſæorũ vitia carpuntur: sicuti videre est in capite 23. Euangelij D. Matthæi. Sic tu virtutes semper laudibus prosequere, nec bonos vituperes, aut inquor laudes. ¶ Discamus etiam, vt semper opera & vita nostra statui & vocationi nostræ sint consona: nam secundũ ea quæ hic à Christo narrantur Centurio miles atque Gentilis Israelitici populi sacerdotes & senes fide superauit: ita vt in maiori honore fuerit habit⁹, quam illi omnes, qui se præcipuos esse existimabant in obsequio domini, & maiorem perfectionem & sanctitatẽ fuerant professi. Mũdi quippe officiũ, aut vanus honor seculi non coniungit nos ipsi Deo: sed potius humilitas & recta opera, aut si mauis zelus ardens ministerij domini. Et tandem vt de hac re finẽ dicendi faciam, ne nobis fiducia sit in statu aut dignitate nostra: sed memoria semper repetamus à quanta gloria & honore ceciderint angeli illi supremi in miserum tenebrarum locum. Et quo pacto etiam primus noster parens à paradiso voluptatis fuerit eiectus summa ignominia & dedecore, & quo modo Iudas constitutus Apostolus tandem fuerit misere & infœliciter suspensus cum inimicis angelis habiturus. Ita vt nec monachalis habitus, nec sacri ordines, aut perfectionis status nos saluos & incolumes minime seruabunt, nisi his oprimum viuendi studium adhibuerim⁹. Et *factum est deinceps*. Hoc est post restitutam sanitatem puero Centurionis quãnis non immediate post illam, sicut ex alijs euangelistis colligitur. *Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Nain*. Inter alia præclara, quæ dilectus discipul⁹ de suo magistro dixit, id fuit, vnum & potissimum, scilicet, quod venit, vt dissolueret opera diaboli. In hoc (inquit) apparet filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. *Sap. 2.* Scriptum enim est. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. *Sap. 1.* Deus nanque mortem non fecit, neque lætatur in perditione morientium: sed diabolus, qui homicida fuit ab initio. Adæ quippe dixit Deus. In quacunque hora comederitis morte morieris. *Ioan. 8. Gen. 2.* Sed peccatum quod transgressio fuit præcepti morte induxit. Itaq; sicut inuidia diaboli mortem, ita charitas Christi attulit vitam iuxta illud, quod ipse dixit. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et diuus Paulus. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Igitur cum venerit Christus in mundum (vt inquit Paulus) vteũ destrueret qui mortis habebat imperium per mortem suam: conueniẽs fuit, vt priusquam in arenam cum illa descenderet, ostenderet illi, quam potẽtiam aduersus eandem mortem afferret. Itaque conuenientissimum fuit, vt antequam omnino mortem destrueret, aliquos ad vitam restitueret, vt imperium ostenderet, quod habebat aduersus ipsam mortem: vt vel sic intelligeret mũdus eum & mortis & vitæ esse dominũ. Qua de causa modo scribit diuus Lucas quo pacto adolescentem quendam filium viduæ dum iret in ciuitatem Naim à morte suscitauerit. *Ioan. 10. 1. Cor. 15. Heb. 2. 2. Tim. 1.*

¶ Vbi maximè considerandа est Christi bonitas, quippe qui nõ vocatus aut rogatus venit, vt viduam illam consolaretur. Et hoc est illius maximum encomium, quod etiam nobis venit non vocatus. Ab eterno quippe nos elegit: sed nõ propter preces aut opera nostra bona præcedentia, sed sola sua benignitate & gratia. Nec nos ad illum prius iuimus, sed ille ad nos. Non nos eligimus illum sed ille nos. Cùm adhuc mortui essemus in peccatis (inquit diuinus Paulus) Deus qui diues est in misericordia coniunxificauit nos Christo. Proptrea enim dicit in Esaia. Quæsierũt me, qui antea non interrogabant, inuenerũt qui non quæsierunt me. Solet benignitas domini miseros & afflictos consolari: & quod maius est nec rogatus nec vocatus sed potius inopinatus venit, vt hic facile ostẽditur. Quo circa Apostolus Paulus. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius cõsolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Longè aberat huius mulieris cogitatio ab spe salutis filij sui: verũtamẽ vadit Christus Naim & filium suum viuum vidit. Beata ciuitas, beata domus, *Ephe. 1. Ephe. 6. Ephe. 2. Esai. 65. 2. Cor. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta domus,& beatus ille est nuncupandus ad quem dominus accedit: siquidem bona multa ab eo accipiet. Venit Christus in domũ Simonis: & loctus eius liberatur à febre. Venit ad Matthæum: & ex publicano, efficitur Apostolus. Venit in domum Zachęi, & salus facta est illi. Venit denique in hanc ciuitatẽ Nain, & mortuum suscitat adolescentem. Et diuertso autem is, à quo dominus discedit aut longè abest multis miserijs implebitur. Idcireo dixit Martha domino. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Vnde & Iudaicus populus miser & obcæcatus est, quia Deus discesit ab illo. Vnde maximo tibi cauendum est, ne tibi dicat dominus, sicut olim Iudæis. Vos dereliquistis me, & ego dereliqui vos. ¶ Aduertendum est insuper Naim ciuitatem esse in Galilæa sitam in magno monte Hermõ: ad cuius latus versus Orientem est ciuitas Nain, & à dextrũ latus Nain spatio sex vel septem parasangarum positus est Mons Thabor. Nẽ autem præbeatur ansa errandi scripturam legentibus, sciendũ tres montes huius nominis Hermon in illa regione reperiri. Vnus & ille præcipuus, cuius scriptura facit mentionem iuxta montem Sanir reperitur, supra regionem Traconitidem: & est vltra Iordanem. Alius est trans torrẽtem Gison, qui ad òrientale latus manet montis Thabor: tertius verò est hic vbi est Nain quẽ scriptura vocat modicum, ad differentiã eorum quos nominauimus. *Et ibant cum eo discipuli eius.* Comitabãtur Christum, sicut Eliseus, qui magistro suo dixit. Viuit dominus, & viuit anima tua, non derelinquam te. Vnde in persona horũ dicebat Iob. Vestigia eius sequutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ab ea. Reddituri erant Apostolorationem de omnibus, quæ gessit Christus à baptismo Ioannis, vsque ad eius ascensionẽ, vt Petrus dixit. Atq; ideo indiuidui comites erant quasi testes miraculorum eius. Iucundũ etiam erat Apostolis Christo adhærere. Dixit enim Petrus Christo. Quo ibimus? verba vitæ habes. *Et turba copiosa.* Ibat cum illo turba multa, propter signa, quæ faciebat super ijs, qui infirmabantur. Et vtinam miracula quæ Christus singulis diebus tecum operatur, tecum efficerent vt illum sequereris. ¶ Obserua autem, quod prius eunt Apostoli, & statim post illos turba multa: & non id mysterio vacat: nam quando prælati ecclesiæ priores Christum sequuntur, statim post illos tendunt subditi & inferiores. Nam eo dẽ modo, quo pastor Iacob virgas ponebat vel cum cortice vel sine illo coram oculis cuius: eodem modo cuius parietabant agnos varios. Ità sanè si bona opera pastores & prælati ecclesiæ coram oculis subditorum proponunt, eadem ipsi subditi sequuntur & patiunt. Potiùs enim sub diti factis, quam verbis sunt regendi. Vnde mirabile est ad hoc propositum illud Ebechielis, quod rotæ non superabant animalia sancta: omnia nanque suo ordine & proportione ibant. Et cum eleuabantur rotæ, pariter & eleuabantur animalia. Et quocũque ibat spiritus, illuc quoque pariter tendebant rotæ: & pedes eorum recti pedes, aquales pedes, quia opera verbis correspõdere debent. Prior, qui in ciuitate Niniue pœnitentiam egit fuit rex, ipse prius surrexit de solio: quem sequuta est vniuersa ciuitas. Prior etiã qui profanauit vasa templi Balthasar fuit: & id protinus fecerunt eius concubinæ. Vbi facile est videre, quantum valet maiorum exẽplum, ad vitium sectandum, vel ad virtutem emplectendam. Quando Iosue Iordanẽ fluuium transiuit cum testamenti arca, prius trã sierunt sacerdotes, & aquæ furor cessauit: & ità omnes securi transierunt. At prælati huius temporis nolunt virtutis duces esse, imò subditos suos mittunt, vt Christi vestigia sequantur: ipsi verò manent in tranquillitate omnimjs vacantes & delicijs. Christi discipuli priores eunt, & post illos turba copiosa. Refert enim multum, vt prælati, sacerdotes, & ecclesiastici, & præsertim ij, quibus animarũ cura incumbit, priores sint in virtutis sequela. Ità Esaias cũ dixit omne caput languidũ, & omne cor mœrens: statim subdidit. A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quando prælati, qui capita sunt, infirmantur, necesse est corpus, id est, omnes subditos ægros esse: nã quando princeps & gubernator reipublicæ non rectè in administratione se gerit, tota respublica protinus periclinatur. Vnde in Ecclesiastico legitur. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitati, tales & habitatores in ea. Nam sicut vnus bra columnam sequitur, ità subditi imitãtur prælatos. Qua decausa peccata populi ipsis prælatis tribuuntur: quia ipsi sunt causa, vt populus peccet. Idcirco Moses cũ peccauit populus, dixit Aaroni sacerdoti. *Quid tibi fecit populus hic, vt induceres super eum peccatũ maximum?* Peccauerat

cauerat populus: & obiurgatur sacerdos. Si enim horologium fallò horam designet, vtique non tribuẽda est culpa horologio, sed potiùs horologium regenti. Ità sanè scelera populi ipsis prælatis sunt imputanda. *Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.* Consuetudo erat Iudæis, vt extra ciuitatem sepelirẽtur. Sic Christus extra vrbem sepultus est in horto. Præceptum enim erat domini, vt extra castra sepelirentur. Et huius consuetudinis ratio erat, quia locus, in quo mortuus iacebat, immundus reputabatur, quemadmodũ cadauera ipsa. Appropinquat autem Iesus, nã cum ipse appropinquat nobis, quemadmodum sol incrementum tribuit plantis & herbis, sic Christus sua propinquitate tribuit nobis vitam & salutem. Portæ autem ciuitatis appropinquat, quia porta, per quam egreditur mors, ingreditur vitam: in consensu volũtatis mortuus es in peccatis, & eodem consensu respiscere debes. Et idcircò sine contritione postquam peccasti saluus fieri non potes. Præterea cùm defunctum videris ad sepulchrum ferri, considerare debes protinus te mortalem esse iuxta illud Ecclesiastici. Memor esto iudicij mei, sic erit & tuũ: mihi heri, & tibi hodie. Semper recolenda esset memoria terræ, in quam conuertendus es. Facilè nanque contemnit omnia, qui sese existimat morituram. Iubebat dominus plumas auis, quæ illi in sacrificium offerebatur, in cineris locum conijci, ad partem orientalem. Eleuantur in altum diuitiæ, honores, salus, nobilitas, veluti auis plumis suis. Vult dominus, vt hæc omnia conijciasin cineris locum qui sepultura est, vbi protinus videas ortum tuum nihil fuisse quàm cinerem & à cinere esse. Equidem si omnes tuas vanitates & mundanos honores, quibus inflatus incedis in sepultura duceres, ea omnia facilè contemnes & pro nihilo duceres. Infirmus hic & defunctus; qualis sit, ostendit tibi. Indutus fuit Adam pellibus animalium mortuorum: vt mortis sententiam, in quam propter peccatũ inciderat recordaretur. Singulare remedium est ad peccata vitanda & fugienda mortis rẽcordatio: & ad appetitus carnis frænãdos: cũ recte intelligamus corpus hoc in vermes & cinerem esse conuertendũ. Iniicit enim mors ignem nostrorum appetituum frigidam aquam, qua multum mitigentur & extinguantur. Estque veluti horologium quoddam q vitam nostram ad rectum viuendi modũ traducit. Veluti Daniel: qui cinerem spargendo Babylonis sacerdotum defraudatos gressus aperuit. Quo pacto si tuis cogitationibus vanis cinerem misceueris, dæmonis fraudes & astutias deteges.

¶ Præterea filius erat viduæ & vnicus iste adolescens, qui mortuus defertur. Blandè & cum indulgentia in deliciis & voluptatibus fuerat nutritus, quia filius viduæ erat: quæ mundanæ voluptates ad mortis sepulturam plurimos deferunt. Vnde Esaias inquit. Oua aspidum tuperunt. Oua aspidum sunt extrinsecus alba, oculis grata & pulchra: interius autem veneno plena. Sic mundi delitiæ exteriorem partem pulchram & suauem ostendunt, quas si aperias fœditate & nigredine plenæ sunt. Et quemadmodum qui oua aspidũ frangunt, seipsos occidunt, quia ex ipsis ouis erũpit venenum: sic qui se delicijs tradunt, sibi ipsis mortem moliuntur. Aspis est paruus serpens, veneno occidens, somniculosus, appellatus, eo quod somnum lætiferum percussus emittat. ¶ Obserua autem in hoc loco defunctum non fortuitum delatũ esse, ità vt Christus obuiam eis esset factus forte fortuna. Etenim nihil apud Christũ casu fit: omnia enim prius sunt illi cognita delibetata & ordinata, quanuis nobis secus videatur. Deus nanque omnia nouit prius quam eueniant: & apud eum est decretum quid, & quo tempore vnũquodque fieri debeat. Vidua non videbat Christum, neque aliud minus cogitabat, quã de eius aduentu: Christus autem rectè videbat luctum & planctum viduę. Quod quidẽ maximum solatium nobis debet esse, quod necessitates nostræ & afflictiones illi cognitæ sunt: imò quod iã sit in via vt eis medeatur. Et idcirco maxima semper fiducia debemus confidere: & si fecerit morã expectemus eũ, veniens veniet & non tardabit. *Et hęc erat vidua.* Et ob id non minoris habita à domino: nam coram oculis domini potiùs æstimatione sunt digni qui à mũdo destituuntur, quã qui potentes sunt & qui laudantur à mundanis. Hęc mulier orbata erat omni humano auxilio, cùm nec maritum haberet, nec filium: post ille qui ei erat vnicus ad sepulchrum ferebatur: quæ omnia ipsum domini subsidium & auxilium citius illi attulerunt. Dominus enim custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet. Nũquid vidistis Ioseph in Ægypto venditum, in carcerem detrusum, omnibus spolia-

Ioan. 11.
1. Par. 12.
Ioan. 6.
Psalm. 41.
4. Reg. 2.
Iob. 25.
Act. 1.
Dan. 14.
Esai. 59.
Abacuc. 2.
Psalm. 145.
Gen. 39.
Genes. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spoliatum? Sed attendite quanto cum honore dominus eum ab his omnibus eripuit. Optimè quidē egregius psaltes. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Et iterū. Iuxta est dominus ijs, qui tribulato sunt corde. Et rursus. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cęlo & in terra? Et Ecclesiastic⁹ dixit. Dñs non despiciet preces populi, nec viduam si emittat & effundat loquelam gemitus. Maioribus enim necessitatibus faciliùs & citius dominꝰ fauet. Mundus potentibus & diuitibus opē fert, pauperes verò cōtemnit & obliuiscitur. *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Felix gēs, quæ vnico duntaxat operi misericordiæ intēta scilicet, in sepeliendo mortuo tantum miraculum potuit videre. Quot & quanti manserūt in populo, qui ignaues se esse dicebant & infelices appellabant, ob id quia mortuū non fuerunt comitati, vt hec miraculum videre possent? Fauet dominus semper & sua mirabilia ostēdit his, qui se operibus misericordiæ & pietatis exercent. Dauid misit ad agēdum gratias hominibus Iabes Galaad, quia corpus Saul sepelierant, dicens. Benedicti vos à dño, qui fecistis misericordiam cum domino vestro Saul & sepelistis eum. Et nunc retribuet quidem dominus vobis misericordiam, & veritatem. Et sanctus patriarcha Abraham maxime laudatur, quia sepeliuit magnifice vxorem suam Saram. Sic Ioseph tulit corpus Iacob ab Ægypto, vsque in terram Canaam itinere sanè lōgo & molesto plusquam quatuor decim dierum spatio. Curam sepulchri fecit Ioseph cum adiurauit fratres suos vt asportarent ossa eius in Cananem. Quod fecit Moses, Tobias etiam, qui huic misericordiæ operi intētus erat, acceptus fuit Deo, & Angelus hoc bonum opus misericordiæ cōmendauit & laudauit in eo. Neque minori laude dignus est Iudas Machabæus eo quod interfectos Iudæos sepelire fecit, & pro eis pecuniam misit Hierosolymis in templum. In nouo etiam testamento opus hoc commendatum esse scimus: laudi enim tribuitur discipulis Ioannis, quia magistrum suum sepeliernnt. Et illę sanctæ mulieres, qui primo diluculo ad Christi Corpus vngendum surrexerunt, quia in hoc pietatis opere se exercebant, dignæ fuernnt Angelos inuenire, qui eas consolati sunt, qui & dixerunt quid esset illis agendum vt Christum inuenirent. Vt ex his intelligas media esse præstantissima ad inueniendum Christum

Psal. 9. *Psal. 33.* *Psal. 112.* *Eccle. 35.*

1. Reg. 2.

Gen. 23.

Gen. 50.

Exo. 13. *Tob. 12.*

1. Mach. 12.

Mat. 6.

opera hæc pietatis & charitatis, quæ & proximis viuis & defunctis impēdimus. Et sic istæ mulieres Christum prius videre meruerunt quam Apostoli: quia maiori pietate vsi sunt cum illo, quam Apostoli. Ex quibus omnibus elicitur: quantum Deo placeat, mortuos sepeliri: quandoquidem apud Gentiles & barbaros honestum & laudabile reputatur. Laudatur quippe Alexander propterea quòd corpus Darij interfecti matri vxoriq; suæ liberaliter tradidit, vt sepeliretur. Et Annibal idē fecit cum illis tribus Romanorum ducibus, quos interfecerat. Hinc laudatur Cimon, cuius partem in vinculis mortuum cum nolent Athenienses sepelire, ipsemet permisit, in vinculis detineri vt pater debito honore sepeliretur. Quam ob rem ab Ethnicis imperatoribus in fauorem sepulturæ statuuntur iura. Ideò Ecclesiasticus. Mortuo ne prohibeas gratiam. Illi igitur qui misericordia cū mortuo vsi sunt, meruerūt Christum inuenire, & grāde miraculum videre. *Quam cum vidisset dominus.* Nemo in scripturis diuinis absolute dñs solet à sanctis dominus appellari nisi ipse Deꝰ, cum ipse per Esaiam dicat. Ego dñs, hec est nomē meum. Et in psalmo. Dñs nomen illi. Ideo dum sacer Lucas Iesum absolute dñm vocat, ostendit illum verum Deum esse, & dñm vniuersæ creaturæ. Frequentiùs autē Lucas quā cæteri Euāgelista Christum dñm appellat, in ijs præcipuè locis, in quibus humanitatis beneficia recenset, vt eius diuinam maiestatem ostendens, simul insinuet bonitatem & clementiā, quibus nostris miserijs subuenit. Vtinam & prælati huius temporis oculos conijcerent in necessitates pauperum & viduarum. At sunt multi, qui faciem alio diuertunt, ne pauperum vlcera & indigētiā videāt. A quibus sine dubio dñs auertet oculos suos, iuxta illud Esaiæ. Auertam oculos meos à vobis. Quapropter sanctus Tobias consuluit dicens. Ex substantia tua fac eleemosynā, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt neque à te auertatur facies dñi. Et Ecclesiasticus. Ab inope ne auertas oculos tuos. Et iterū. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo. Ex quibus manifestō liquet, quantum aberrauerint in Hispania nostra, qui impedimento fuerunt, ne pauperes hospitium suis necessitatibus consulerent: sed qđ duriores illis eleemosynas colligerēt. Quæquidē respuentis subuertit pietatē & misericordiā Christianā. Nam multi sunt, qui cum propriis oculis non inuideāt pauperum necessitates nūquā eleemosynas porrigunt. Cum certissimum illud sit, obiectum præsens fortius mouere potentiam, quam absens. Sunt quippe multi qui videntes pauperū summā indigentiam, & vlceribus plenos, tribuunt illis eleemosynas: quas non tribuissent, si propriis oculis non viderēt. Christus uidit tristitiam vidue, & motus fuit misericordia. Et quid nōne fratris tui miseria, quam propriis oculis intueris ad misericordiam te ipsum adducet? Nonne eius ad pietatem prouocaueris, si pauper ad eius accedat: quā si dures & nobilis? Quod si pauperem, & miserum non vides, quā imaginē tuæ miseriæ in corde tuo depingere poteris? Præsentia pauperis mulieris Ruth, quæ spicas colligebat, mouit Booz ad pietatē. Insuper effectum est, vt meritum auferatur hominibus: nam qui pauperem videt quanuis illi eleemosynam non largiatur, quia non habet: nihilominus potest curam Deo mereri, si illius miseretur intimo cordis affectu. Eodem pacto & ipsi pauperi meritum auferetur, dum impeditur ne hostiatim petat: nam eleemosynam petere & suam indigentiā manifestare, opus humilitatis est & Deo acceptum. ¶ Denique obseruandum est, Christum oculis hanc tristem viduam vidisse, & etiam charitatis opere illi subuenisse. Multi etiam prælati nostris temporibus subditorū necessitates, lachrymas, atque pauperiatem vidēt, & illorum necessitates propris oculis inuenitur: sed quid prodest hoc si remediū & auxiliū posteriori manticæ mandant? Quod si subditū erraui, statim in carcerē illū detrudūt: præcipuè si aliquid de illis fuerit loquutus, id iudicat tanquā peccatū in spiritū sanctū inexpiabile, ità vt nunquā illi condonent quousque illū omnino perdāt & destruāt. Virgā iustitiæ habēt, vt errores puniāt: non tamē charitatem aut pietatem, vt subditis subueniant in miserijs & necessitatibus suis. O quam bonus prælatus Christus, qui cum oculis intueretur pauperis necessitatem, statim se operi accingit, vt illi subueniat. Dum esset in deserto leuauit oculos suos, cunque magnam multitudinem vidisset hominum, qui fame opprimebantur, protinus quæsiuit tantæ multitudini remedium & quinque panibus & duobus piscibus illam satiauit. Videt egrediens à templo circum à natiuitate, & illum sanauit. Vidit sedentem Matthæum in Telonio, & vocauit illum & sanctificauit. Vidit Zachæū

in arbore sedentem, & ingressus domū suam salutem animæ illi tribuit. Vidit discipulos laborantes in remigando circa quartam vigiliam noctis, & à periculo eos saluos & incolumes seruauit. Vidit denique hanc viduam lachrymantem, & consolatus est eam. Sed tū cum pauperem videas, & supperāt tibi facultates vt illi subuenire possis, id minima curas: illum diuitem auarum sequutus, qui oculis suis quoties dominum ingrediebatur videbat Lazarum in ostio iacentem, miserum & afflictum: sed manus suas comprimebat, habens & cor durum. *Misericordia motus super illam dixit illi.* Misericordia virtus est qua quis alterius miseriæ condolet, relenatque eas pro viribus suis. Quantum autem ad primum horum Deo misericordia non competit, cum compassionis affectus in diuinitatem cadere non possit. Secundum vero Deo maximè conuenit, cum semper miseris & egentibus liberali manu subueniat. Expende insuper quo pacto dominus non vocatus aut à vidua rogatus, sed ex sua præcordiali voluntate, & misericordia motus est: motus inquam vt miseriam viduæ tollat. Nullus orabat nec petebat adolescentis vitam: sed Christus suapte virtute mirabiliter filium suscitat & reddit matri. Non considerauit merita in illa fœmina: sed gratis misertus est, & tantum beneficium præstitit. Miseris gratis subueniamus absque vlla seruitij nec lucri spe. Discant quoque qui magistratum habent, vt defendant viduas & pauperibus opitulentur, quanuis rogati non sint. Multi enim miserabiles personæ ex verecundia non audent suas necessitates propalare. Christus nō petenti subuenit & viduæ merita non considerauit, nec examinauit. Quapropter discamus etiam non esse nobis merita exploranda in his quæ nostro subsidio indigent: sed debemus illis succurrere, etiam si peccatores sint, dummodo pauperes sint, aut infirmi: non considerantes merita illorum, sed miseriam tantummodo. Deus solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos & iniustos. Sic tu esto misericors super bonos & malos, vt ūs similis patri tuo. Quanuis malus sit pauper, da illi. Nonne malis subuenit Deus? Portus etiam qui naufragio perierunt subuenit, sine mali sint, siue boni. Nam si indignos suscipimus, venient etiam digni sicut Abraham qui suscipiebat omnes pauperes peregrinos & suscepit angelos.

Mat. 6.

Luc. 16.

Matth. 5.

Genes. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouerb. 15. los. Salomon & Paulus dicunt. Si inimicus
Roman. 12. esurierit, ciba illum. Si inimicus est, bonus nō
Lucæ. 6. est: & præcipit hunc cibari: ergo pauperibus quanuis boni non sint, danda est eleemosyna. Ideo dominus. Omni petenti te tribue. Nullam inter bonum & malum distinctionem fecit: imo dixit, omni petenti te tribue. Si Deus bonis tantum subuenitet, quid de nobis? Si Deus ita se haberet erga te, sicut tu erga pauperem: quid de te esset? Non erogas pauperi, quia malus: & tu cum talis sis ab ipso Deo assidue recipis. In deserto omnibus illis qui sequebantur Christum eleemosynā dedit ex quinque panibus: & credendum est q̄ in tanta multitudine fuerunt aliqui mali. Misericordia enim (vt Ambrosius in epistola ait) non iudicat de meritis, sed miserijs subuenit pauperum. Hoc est officium misericordiæ.

Ioan. 6.

Sed sunt multi, qui antequā pauperi faueant, eius vitam scrutentur: quod scrutinium diabolicum est. Sic illud vocat Chrysostomus.

Chrysost. hom. 11. super epi. ad Hebr. & hab. d. 42. cap. Quæscam⁹.

Diabolus enim hoc intendit examen ad suffragij pendenda & opera misericordiæ impedienda: pietas quidē ipsa dilatione interiecta fridescit. Dæmon autem cum Christus famem, vt pauper patere tur, suffragij vice exquirere incipit, esset necne Dei filius. Idem prorsus tu efficis qui tanquam diabolus ad subueniē dam pauperis necessitatem prius inquiris an bonus, vel malus sit: & filiorum Dei vitam

Matth. 10. scrutaris. Ideo Christus. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Non ait quòd sit propheta: quia qui recipitur in nomine prophetæ nō est propheta qui recipitur: quia si esset propheta reciperes prophetam & non alium in nomine prophetæ. Itaque etsi malus sit si pauper est reciris hominem in nomine Christi. Multi quidem pauperes verecundi sunt, qui potius eligant suam sub silentio paupertatem perpeti: quam examinari. Plus isti auxilio egēt, quā prædicatione. Si mos ergo tibi fuerit scrutandi hæc, ratio id quidem, charitatis opera exercebis: minuentes enim occasiones & miserias à quibus nullus liberatur, quæ tepidum reddent te. Quanto magis quòd sæpe humana iudicia fallunt & falluntur, & multoties contingit iā excludere bonum perinde ac malū & maiorem illi iniuriam infers iniuriose infamando, quam beneficium subueniendo: & rationem cum illo agere potes quod quanuis illi eroges potius illatæ offensæ verborum tuorū compensatio, quam eleemosyna videatur. Si Abraham & Ioth hoc pauperum scrutinium fecissent, Angelos forsitam non recepissent. Vigilantius & Wuiclef, hæretici extranei charitatem negabant: Manichæi vero sectatoribus suis duntaxat conferebant, qui quidem hæretici à sanctis doctoribus Hieronymo Augustino & alijs reprehenduntur. ¶ Discamus à Christo Saluatore nostro misericordiam. Suo exemplo prouocat ad miserendum: & hortatur etiam verbis dicens. Stote misericordes. Prouidentia diuina, quæ omnia sapienter ordinat & suauiter disponit in suis creaturis clementiam cum sua potentia, magnitudine & fortitudine cumulauit: & sic vbi plus de potentia & róbore, ibi magis de misericordia & pietate esse voluit. Ideo leo, qui ceteris amantibus fortior est, omnium quidem clementissimus est: siquidem non nocentibus parcit (nisi instimulante fame) ita vt de ipso animali dicatur. Parcere prostratis, scit nobilis ira leonis. E diuerso autem animalis ferocia atque crudelia, potestate Deus priua tis: sicut canes inter quos imbecillior crudelior est, & quòd viribus nō potest vocibus ēsticit. Id quidem in mulieribus apparet, quæ quo imbecilliores eo vltriciores existunt. Si vero ipsis viri robur concederetur coram illis apparere nullus fere posset. Cū ergo Christus omnipotēs sit & potestas, quæ illi à patre concessa fuit infinita coexistat consonum est quòd tā maximæ potestati misericordia correspondeat. Quocirca quemadmodum omnes potestate & virtute excessit, ita eos dē misericordia, & sic veluti leo fortis, subiectis ignoscit & miseris peccatoribus: & quādo alios castigat ex nimio desiderio salutis eorū id efficit. Sicut proprium est soli lucere, & igni cōburere: ita Christo propriū est sua vti misericordia: & pauperū & afflictorum misereri. Deus cui proprium est miseri semper & parcere: ca nit ecclesia. Et sicut ignis suapte natura velociter sursum ascēdit, & coactus violēter descendit: ita Christus ad misericordia faciendā velocissimus est vt suæ inclinationi naturali respondeat: tardus vero in vindicta sumenda. Idcirco innumerabiles misericordias ab ipso factas in euāgelio legim⁹: supplicij vero vnū ad summū, videlicet qū assumpto flagello eiecit de templo emētes & vendētes. Nō quidē in

Ioan. 2.

uenitur, ab eo esse misericordiā petitā & non impetratā & à propriis eius aduersarijs: vt patet in D. Petro cū auriculā Malcho amputauit, quē confestim Christus ipse sanauit. Præterea

Gen. 18. 19.

tereà quando Deus Castigabat in ipsa correctione multum misericordiæ involebatur: vt videre est in decem tribubus quas captas esse voluit, quas per multos prophetas ab eo missos solatus est. Vide Gregorium homilia prima super Ezechielem. Et quādo populus contra Deū immurmurauit cum aduersum nuncijs de terra promissionis exploratores annunciauerunt: tum temporis iratus Deus dixit illos terrā illā nō ingressuros: postea verō cum arma ad dimicandū assumerent dixit illis. Nolite ascendere, nō enim sum vobiscum? Erat namque cum ipsis, & cum ipsis nō erat. Cum ipsis non erat vt vincerent: & cum ipsis erat, ne ab hostibus perirent. O ineffabilia viscera pietatis. Culpas insequitur, & tñ peccātes protegit, & iratom se offendit: & tñmen ab hostibus defendit illos. Tollitur clementissimus dominus nostra vitia & peccata castigat, vt animas seruet: & sic irascitur, vt in mori iracundia pereatis nos ab inimicis nostris tuetur. Vesut mater filium suum flagellans, si illum in vitæ discrimine prospexisset, ad hoc vt liberetur vitā propriā pro illo ponere. Ità Deus quādo nos punit taliter se erga nos gerit vt si in mortis periculo essemus constituti vitam propriam pro nobis perderet, amisit quidem prorsus ut nos ab aduersarijs nostris reciperet, mortem sib. eligēdo & vitā nobis conferendo. Ideoq; quanuis in istā fœminā iracundiā prætulit filiū eius auferendo, non omnino tacitur: solatur enim illam cōfestim tum misericordia motus, sū vero memor factus calamitatis illius & tristitiæ reddēdo illi filium suum viuum. Misericordia motus plenos habet cœlos, misericordia motus impleta est terra: & misericordia hæc, quòd amplius est, ad Tartara vsque descendit, siquidem malos ipsos & damnatos citra condignum punit & bonos præmiat vltra condignum. Vnde Esaias de hac maxima Christi misericordia, dixit. Qui mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit. Per aquas diuina scriptura intelligere solet, tribulationes,

Psal. 69.

pœnas, & angustias circa illud psalmi. Saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et hic ad literam loquitur Dauid de tristitia, & pœna: nam aquæ materiales non possunt ingredi animā quæ spiritus est. Has mensus est pugillo: iam qui pugillum claudit, contrahit & astringit manum ipsam: id qui palmum intendit manum extendit. Sic Deus tribulationes immittit pugillo clauso & stricto: parcus enim in hoc est: cœlum vero & gloriam eius per extensos palmos tribuit, quia in præmiando liberalissimus est. Ideo Dauid in psalmo. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc pœna parata est im pij: & calix amarus, ex quo bibent omnes peccatores terræ, sed miserationes sua non vsque ad fæcem effundere dignatur. Inclinat ergo calicem, sed non euacuat. Quod inclinari iustitiæ est: quod autem non euacuat, misericordiæ. Iudicium ergo misericordia sua temperat dominus Deus noster. Ideo Dauid. Misericordiæ tuæ multæ domine: secundum iudicium tuum viuifica me. Alibi dixit Dauid vt non intraret in iudicium cum eo, quia nolut cum Deo agere cum solo eius iudicio: sed nec iudicium petit sed admixtum suis multis misericordijs. Iudicium enim cum misericordia copulatum est: vt seueritas iudicij miseratione domini temperetur.

Psalm. 74.

Psalm. 118.

Psalm. 142.

¶ Quare discamus à Christo vt misericordes reddamur, quo pacto copulari debeant omnes causæ & rationes miseriarum quas fratres & proximi nostri patiuntur vt moueamur ad misericordiam efficiendā. Accurrunt fauit rationes quæ erant in hac vidua, vt ei cōpateretur. Primo quia vnicus filius erat, nec manebat alius, cum quo consolaretur. Secundo quia vidua erat nec ipsum habebat alios habendi. Tertio quia in adolescentia mortuus est filius in qua ætate magis dolendum est: tum propter animæ periculū, quia vitijs implicantur tum etiam quoniam cum grandi labore & solicitudine parentum ad illam ætatem perducti sunt. Cum cum alicui subueniendum est omnes causas, quæ prouocare possunt misericordiam sumi, in memoriam reuocandæ, Quas fecit hic dominus. Hoc idem fecisse olim narrat liber Exodi: nam cum vellet educere filios Israel de Ægypto omnes angustias illorum expressit Moi, et magis illis augere cupiebat. Sed hanc suam misericordiam esse dicit dominus filijs Israel educens illos de Ægypto: & illam etiam mostrauit huic vidue verbis & actibus, eaq; propter consolando eam dixit illi. *Noli flere.* Fecit officium consolationis à quod ipse missus erat. Vnde Esaias de Christo Vt consoletur omnes lugentes in Sion. Ideo pa-

Exod. 3.

Esai. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

racletum se vocat Christus dicens. Alium paracletum dabo vobis. Ac si diceret. Vsque modo fui paracletus, id est, cōsolator vester. sed modo alium paracletum dabit vobis pater, scilicet Spiritum sanctum. Noli (inquit) flere. Sed quomodo dicit vt nō fleat: cum sapiens dicat, supra mortuum plora, quoniā defecit lux eius? Et iterum. Fili in mortuum produc lachrymas: & quasi dira passus incipe plorare. Abraham fleuit super Saram vxorem, Ioseph super patrem Iacob, & omnis Ægyptus fleuit septuaginta diebus, Moses filij Israel: Dauid Saulem, & Ionatham, & Iudam Machabæum planxit omnis Israel: deniq; & ipse Christus super Lazarum mortuū fleuit. Sed Christus non lachrymas pias prohibet, sed huic (ait) ne ploret tā quam mortuum, quem cito resurgentem videbit. Sic dixit Magdalenæ. Mulier quid ploras? Noli quasi mortuum plorare, qui iam viuit. Sicut Magdalena frustra viuum plorabat: sic ista frustra plorat iam iam suscitandum. ¶ Præterea non prohibet Christus pias lachrymas, sed immoderatas. Hoc certè est verbum consolationis, vt non absorbeatur tristitia desperationis: sicut volebat fieri Apostolus circa fornicariū excommunicatum dicens. Consolamini ne forte maiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Ità non immoderate lugendum est super mortuis, maxime super his, qui pie decesserunt: si credis aliam vitam habere meliorē: & quod resurgent in nouissimo die. Et Paulus. Nolumus vos fratres ignorare de dormientibus vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Infideles qui spem non habēt de resurrectione, non mirū, quin lugeant immoderate. Secundo non plorādi sunt illi, qui in Christo moriuntur. Dauid infantem filium suum plorabat cū viueret, & eum sciuit mortuum lætatus est: & dixit: propter infantem dum adhuc viueret ieiunauit & fleui, &c. Sed super Absalonem qui in peccatis decessit irremediabilibus lachrymis fleuit dicens. Absalon fili mi, fili mi Absalō. &c. ¶ Tertio non plorandi sunt qui moriūtur nec super hoc debent homines superflue tristari nec quid portentosum efficere, siquidē Deus reperit quod est suum: sicut non debes aggrauari nec tristari si is, qui tibi aliquid mutuauit illud reperat: sic tristari non debes si Deus te filium, fratrem, vxorem, patrem, aut amicum. Vnde beatus Paulus, Romanis scribens

Ioan. 14.

Eccle. 22. 9. 28.

Gene. 25.
Genes. 50.
Deute. 34.
2. Reg. 1.
1. Mac. 9.
Ioan. 11.
Iohan. 20.

2. Cor. 2.

1. Thes. 4.

2. Reg. 12.
2. Reg. 18.

Rom. 14.

dicit. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. Quare ergo conquereris, quia Deus quod suum est auferat? Si domini sumus, quando ab eo auferimur nullam nobis infert iniuriam. ¶ Demum ridiculum profecto illud esset si quis ingemisceret, eo quod videret amicum iter facientem per viam qua ipsemet nolens volens iturus est. Omnes morimur: ideo pœnitendum non est si videamus amicos & dilectos nostros viam facientes quā nos nullo modo recusare possumus. Ideo dominus vt Ezechiel temperaret lachrymas & tristitiam pro calamitatibus populi sui dixit ei. Corona tua circumligata sit tibi. Hoc est continentius dolorem tuum, & non illum signis exterioribus ostendas. Solebant olim qui rem sibi charam amittebant non solum lachrymas fundere, sed etiā capita, pileis & coronis nudare: quod erat doloris apertissimum signū, & hoc prohibebat Deus Ezechieli. Sic Hieremias plorans miserum Iudæorum excidium aiebat. Versus est in luctum chorus noster, cecidit corona de capite nostro. Poteris per coronam comam intelligere: nam antiqui in signum doloris capillos tondebāt. Vnde Iob cum opes & filios amisisset, scidit vestimenta sua, tonso capite corruens in terram adorauit. Hieremias etiam volens summum Moabitarum dolorem explicare, dicit. Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. Et Amos ex parte Dei nuncians populo suam calamitatem dixit. Inducam super omne caput caluitium. Præcepit igitur Deus Ezechieli vt temperet fletum: vt huic mulieri, cui ait, noli flere. ¶ Obserua autem, quod per hoc à me dictum non videntur tolli moderatæ lachrymæ atque piæ, quæ pro defunctis fundē dæ sunt, nec sensus ille & naturalis dolor, quem nostrorum obitus in nobis efficiunt: cū illud prudēter fit vt ab initio dicebamus: sed immoderati sensus & clamores superflui quos multi de hac re faciunt obiurgatione digni sunt. Præsertim mulierēs sunt castigādæ, quæ taliter sentiunt de hoc negotio vt seipsas dilacerēt & à victu & somno priuēt desipiūt & in langores incidunt & ad mortē vsque deuenire solent, murmurant, blasphemant & Deum Redemptorem arguunt, delicta quā plurima, excessus, insanias, & id genus multa perpetrant. Talibus Paulus dicit, vt non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent. Non quidem dicit Apostolus absolute, non contristemini, quia ipse non vetabat

Iob. 1.

Iere 48.

Amos.

Ezech. 24.

1. Thes. 4.

Thessa-

Thessalonicensibus dolores nec lachrymas pro filiis. Sed dixit, sicut cæteri, qui spem non habent: ac si diceret. Lugete vestros: sed caute ne id faciatis Gentilium more, qui de resurrectione spem nullam habent, nec illi fidem aliquam adhibere volunt. Sed vos qui religionem christianam profitemini & pro tanto habetis quod optimam habent repositam gratiam, plorate religiose atq; prudenter. Ratio igitur, qua Diuus Paulus hunc immoderatū luctum prohibet, est quoniā certissima futura est mortuorum resurrectio. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ità & eos, qui dormierūt per Iesum, adducet cū eo. Similiter Christus dicit huic mulieri, vt nō fleat, quia resurrectio mortuorū est. Si credis quod resurget filius tuus noli flere: & non solum resurget in nouissimo die, sed etiam statim resurget: & sic non est causa flendi. Deinde vt aperte intelligas non esse lugendum vide quid dicat Euangelista. *Et accessit & tetigit loculum.* Loculus diminutiuè vocatur locus vbi mortuus iacet. Mortuo enim paruus locus sufficit, cui viuenti lata domus, & alta non sufficiebāt palatia. Mors fateturque sua sint hominum corpuscula. Hoc considerant, qui alta palatia, domos deauratas fabricant hac in breui vita, quæ cōmodata est ad illā æternam fœlicitatem. Peregrinus viator patienter tolerat nocte vna in pauperrimo hospitio dormire. Solatur enim cum loquentem die in proprio lecto domi suæ requieset. & cælibi sancti & antiqui patres in cæmeteriis habitauerunt. Vnde Paulus ad Hebræos. Fide Abraham demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor est Deus. Si ergo sancti illi patres longam patriam habituri casulis & tugurijs vtebantur: quare tu hoc tempore in quo hominū vitæ breuiores, multo sunt magnificas ædificas palatia & superba? crastino decedes, interdū vno paruo conteprat. debes & quidē pores ita cuiusmodi illis peregeras. Nonne in hoc huius mundi morieris cum reparandis & construēdis ædificiis, & ædibus: siquidem iter facis & velocissimo equo veheris in propriam patriā cœlestem, attende quam exigua domus tibi sufficiet post hanc vitam, cum in angusto sepulchro deponaris sicut adolescens iste in angusto loculo collocatur, & quam plures cu-

Cap 35.

Iob. 9.

Ieremi. 8.

Psalm. 31.

Iob. 1.

Exod. 11.

ras excutias. Sed quia de hac vanitate superborum ædificiorum multa scripsimus in prima parte operis de vanitate sæculi, nunc alia consideremus. ¶ Tetigit Christus loculum vbi defunctus efferebatur. Quoties & tu ad inferni sepulchrum properas? Deus autem (cuius maxima misericordia est) suare tangit animum mittendo tribulationem, vel laborem aliquem quo te retinet? Iob laboribus plenus & tribulationibus circundatus dixit. Manus domini tetigerunt me. Tū dicimus: Deū aliquē tāgere cum laboribus & doloribus opprimit eum. Maximum quidem beneficium Deus illi confert, quem aliquibus tribulationibus corripit. Est enim hoc admonitio quædam & quasi detentio ne ille in æternum condemnetur. Multi peccatores, vt Hieremias ait, impetu currunt ad mortem; sicut equi indomiti atque ideo Dauid Deo dixit. In camo & fræno maxillas eorum constringe: Si videres aliquem se in mare præcipitantem & appredenderes illum quamuis eius crura lederentur, nonne maximū beneficiū illi conferres? præstat enim illa viuere etsi claudus maneat quam quòd corpore & anima moriatur, se ipsum per suam voluntatem præcipitando. Quoties tu ab vno crimine in aliud ex tua voluntate laberis ad Tartara decurrens: & Deus misericors te aliquo languore sustinet? Videbis adolescentem pulchrum, fatuum & fortē, qui quæ vult efficit: fumum in omnibus desiderū implēdo, vitiosus enim est & mundanus. Hoc immittit Deus aliquem dolorem, corporeum vel febrem, confessorem pene, crimina deplorat, in Deum ergo se conuertit. Alias permittit Redemptor noster quòd mulier pulchra, quę ex eo quòd talis est imprudenter viuit suam amittat pulchritudinē & decorē. & hoc aliquo intercedente lāgore vel infortunio, postea vero sancta mulier efficitur. Præstat ergo tibi deformis cum sis quòd salutem æternam asseguaris quam decora damneris. Fragit quidē dominus crura ad Tartara pergenti, ne ita tam periculosa via incedat. Hoc ipsum est quòd scriptura diuina dicit Deū aliquem hominem tangere per labores & infirmitates ad salutē obtinēdā. Sic dominō de Iob loquens dixit dño. Mitte manum tuā & tange os eius. Et de Pharaone dixit Deus. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem. Sic Pharao istis plagis & terrunis a Deo missis sactus respirabat & dūm cognoscebat & conuersus orabat Moisem & Aaronem, vt pro eo precēs

Gg 3 effun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

effunderent. Manasses Iudæ Rex, qui fortuna afflante prosper & præceps Tartara petebat, multa flagitia perpetrans, à domino percussus est plagis & animi perturbationibus: & ideo rex ille stetit, & in Deũ conuersus est:
2. Par. vlti. & deuotissimã orationem cõposuit & dixit. Domine Deus omnipotens patrum nostrorum, Abraham, Isaac & Iacob: & semini eorum iusto, &c. Ionas mare fugiens, oborta est
Ione. 2. tempestas, & ipse orationem à Ceti ventre in dominum ordinauit. Præterea, prodigus,
Luca. 15. ille, qui præcipitanter ad inferos tendebat, paupertate, fame, & miseria à Deo opprimitur, quo circa in eum conuertitur dicens. Quanti mercenarij in domo patris mei, &c. Emittit ergo Deus super te morbos, afflictiones, & miserias, & te tangit, ne vltra in peccatis temoreris: sed finem illis imponas. Vide autem quid faciant hunc mortuum deferẽtes cum Christus sua diuina manu feretrum tetigisset. *Hi autem, qui portabãt stetерunt.* Et ideo tetigit Christus vt pijs stetissent: eademque ratione nos ipsos tãgit atq; castigat, vt in peccatis cessemus. Mihi crede peccator & dubitare nolli quòd omne malũ tibi euenit ex eo, quod gradũ sistere nequis. Cum ad peccandum pergis, inspiratione aliqua Deus te vocat, & aliquo ictu te tangit. Vide quid facias, mortem æternam inquiris, finem peccati prospice, & quòd perditionem anhelas memento. Tu vero neque his acquiescis, neq; aspectare vis: sed contentiose vltra progrederis nec semitas tuas consideras. In ipso tẽtaminis initio siste finẽ & exitũ peccati considerans: ne fias sicut bestia, quæ oppositio panulo sine alia considetatione præcipitatur & in illud tendit. Ideò optime dixit Dauid
Psalm. 48. in psalmo. Homo cum in honore esset nõ intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Peccator post admissum peccatũ dicit. Mallem profecto omnia mea amisisse quã hoc commisisse. Cum ergo scias hanc pœnitudinem subsequuturã, quare hoc non ante peccatum cõsiderasti? Vnde illud certũ est, videlicet quòd sapiens in principio, facit idem stultus iam sero. Stultorum enim est dicere nõ putaram: sapientium vero ipsa præmatura & tẽpestiua cõsideratio. Initio ergo tẽtationis siste, & vitã tuam præpõde ra: si enim id effeceris & gressus tuos nocuos aduertis, qui ad Tartarorũ sepulchrum te ducunt, resipisces: & sistes, sicut fecerunt illi superius nominati quiquidem inspirationi diuini tactus absque vlla mora obtemperauerunt. Vnde Dauid, in psalmo. Conuertí pedes meos in testimonia tua. Quia abinitio viam suam malam arripsalm. 118. tendit, retrouersus est propheta sanctus. Si tu ita detinearis peccati exitum consideranS, diuerticulum facies, à via mala recedens. Cogita de fine sine fine: & viues in æternum absq; fine. Vnde Euripides dixit. Βραχέια τέρψις ἐστὶν ἀεὶ τίκτει δ' ἄπιστα. Id est. Breuis voluptatis delectatio, tristitiam parit sempiternam. Si vrgente siti in sylua cupiens ex inuẽto fonte potare videres in illius solo serpẽtes & alia huiusmodi tabifica animalia, potius eligeres sitim tolerare, quam ex illa aqua bibere: idq; ne mortis tibi causam dares. Sic vero si oculos conijcias in solũ & metam omniũ rerum vitæ huius & in finẽ & exitũ flagitiorum, omnia tabifica & pestifera reperies. Nullus quidem homo tã amens esset, qui ea aqua huius lucis bibere auderet si in calce nociuum illud & turpe, quod inclusum est uttiorũ sine prospexisset: cuius finis interitus, vt apostolus ait. Philip. 3.
Ne autem manum injicias neque cor apponas his, quæ tibi mũdus offert & representat, nam illud bonum, quod in faciem ostendit, sequitur veritas deceptionis suæ: nã delectationes illæ mortis quidẽ & perditionis prænunciæ sunt: quapropter mẽdacia ista fugiens tuam perditionem malueris. Ne ad præsentia respicias, sed futura cõsidera. Ista diligens peccati finẽ consideras, de futuro cogitas prouide ac de præsenti: & sic bono animo atque voluntate à caducis illis abhorrebis. Fluuiorũ aquæ dulces quidẽ sunt: finis tamẽ earum in amaras maris aquas influere. Similiter vitia & huius vitæ delicia à suo principio dulcia videntur: sed si finem attẽdas amarissimus est. Omnia ergo sublunaria fœliciter incipiunt, perperam vero finiuntur. & sic omnis peccatorum delectatio in tristitiam & dolorẽ absq; dubio præfinitur. Ingressus ipse delectabilis est: mœstissimus vero regressus. Quam obrẽ si bene perpendere volueris quantum excedat atque superet cruciatus pro deliciis expectandus ipsam delectationem, sistes quidem, & nõ ita præceps peccata committes, neque in culpa inuenieris, neque in tristitia, quæ ipsam conscientiam rodere solet. Breue est Amos. quod delectat, & æternum quod cruciat. Vnde dominus ait. Conuertam festiuitates vestras in luctũ, & omnia cantica vestra in planctum. Risus dolere miscebitur, & extrema gaudij

Luca. 2. gaudij luctꝰ occupauit. Statua illa à Nabucho donosor in somno visa ex capite aureo, & pedibus terrenis constabat. In omnibus enim peccatis principia vbera & pulchra sunt, quæ omnia cæci peccatores diligunt: non aduertentes quod pedes illorum fines (inquam) & exitus villia sunt atque fictilia. Ne ergo præsentia sed ventura prospice. Plorabat & iure
Luc. 1. id quidẽ Hieremias propheta super Hierusalem dicẽs. Sordes eius in pedibus eius: & nõ est recordata finis illius. Omne sane commodum tuũ mihi crede, positũ est in obliuione, quæ tibi est peccati in suo principio: siquidem bona illi? nec prægustare cœpisti cũ eius abominationes tædiũ tibi afferunt. Agedũ, peccati pedes vide, ne te illud caput aureum neque decorus vultus retineant: finem vide, in principio & in ipso tentaminis initio ipsius finis memento: siste tandem sicut isti portatores fecerunt. A tuis quidem quatuor passioni bus animæ tuę præcipitanter veheris, quæ ad inferorum sepulchrum te ducunt. & Christus te vocat & sua tãgit manu: retine il'as ne vltra progrediaris sicut isti portatores fecere, neque vltra peeces in hoc enim tua nititur vita. *Et ait. Adolescens tibi dico surge.* Hoc considerato mihi videtur quod tam sit mors adolescentibus quam senibus. Adolescens ait. Talis iste erat & matris suæ vnicus, & redendũ est tum quod ab ipsa diligeretur: tum maxime quod in delicijs haberetur: sed neq; ipsa adolescentia, nec matris indulgentia ab ipsa morte eripere potuerunt. Hoc vnum maximè à iuuenibus male cordatis contemplandum est, qui quidem sua prosapia & iuuentute freti se vitijs, & delectationibus tradunt putantes se postea pœnitentiam acturos. Videbis in quadam papyro tenui depictas ciuitates, mœnia, flumina, & mõtes & totum orbẽ, sed cadit aquæ gutta & totum destruit. Videtur totus mundus attamen erat tenuis papyrus, quæ rumpitur: & atramentum deletur. Sic videbis iuuenem splendidum, pulchrũ, diuitem, incolumem: sed vna febris, vnus dolor totum hominem destruit, & fœdat: quia debilis & tenuis est papyrus. Sic est omnis iuuentus, decus & pulcritudo mundana. Quo circa nullus suæ valetudini, iuuentuti, neque pulchritudini credat: nam qui hodie valet, sanus, fortis, atq; pulcher est, sicti potest quod eras sub humo reponatur, & vtinam ne etiã quod omni peius est, in Tartaro sepeliatur. ¶ Admonet locus iste mortem nostram semper meditari & præ oculis habere: quando quidẽ certissima nobis est & tẽpus nostrum ignotum. Si finẽ nostræ vitæ expenderemus & exitum horum corporum, quibus tantum indulgemus non quidem ità laxè viueremus sicut viuimus. Viperam ferunt exustam in ci neremque conuersam mederi eiusdem bestiæ morsui. Sic si morsus es ab auaritia, super bia, luxuria, &c. cõsidera cinerẽ, in quẽ elabibitur & conuertitur iuuentus, potentia, mũdi gloria, & hęc omnia in quem finem ventura sunt & curabis vitia à quibus morsus es. Lactt. Firm. lib. de ira Dei cap. 13.
Aman Syrus petijt ab Eliseo onus terræ quã volebat secũ asportare: ne vltra adoraret ido 4. reg. 5. la, & simulachra gentiũ. Sic nos asportemus terræ sarcinã in nostrã memoriã considerãtes mortẽ & terrã, in quã sumus conuertendi: vt sic non adoremus idola vitiorum, quæ modo adoramus. De auaritia dixit Paulus quod est Coloss. 3. idolorum seruitus, & de epulonibus, quorũ Philip. 3. Deus venter est: & sic de omnibus a'ijs portentis vitiorum. Vtinam talis cogitatio nunquam à tua memoria excideret: nã si de morte cogitares, non sicut modo viueres. Nulla quidem vanitatũ, quas modo diligis tibi proderit in illo tremẽdo agone & transitu mortis. Nauta in puppi sedens suam gubernat naue imimidem tibi faciendum est nauigando in mari tempestuoso huius mundi, sedens in vltimo fine illius vbi mortem contemplaturus esset vis q; vita bene gubernetur. Cinis ignem conseruat: & recordatio cineris, in quem verendus es gratiam conseruat. Conuertẽ ergo mortem ipsam in cinerẽ & liber eris ab illa. Hominis quidẽ sume insani est mortem obliuisci, cum ipsemet mortalis sit: & summe prudentis præoculis semper habere. Hominibus malis & facinorosis vita semper memoriæ radicitus inhæret: mortis vero nunquam recordãtur. Nihil enim ita à peccato reuocat, quã crebra mortis recordatio. Ratio ipsa postulat, vt quod assidue oculis cernis credas. Seneca; iuuenes (inquit) mortem habent à tergo: senes ante oculos. Licet illud non videatur quod à tergo est, potest tamen nocere & magis quam ea quæ sunt ante oculos. Sic iuuenes in maiori periculo viuunt: atque ideo magis timere debent, &c. ¶ Obseruandum quoque hic est, quòd etsi Deus omnia æquè faciliter operatur: attamen plures placuit illi efficere ceremonias: & maiorẽ ostendere difficultatẽ in Lazari resurrectione: quã in resur rectione huius adolescentis: ratio, quia ille tũ Augustin. ser. 44. de verbis domini,

Universidad de Deusto
Biblioteca

recenter discesserat: tu vero adolescens erat: in quo insinuare voluit quam difficile indurati, à peccatis relurgunt: quam qui de nouo illis implicantur. Praterea quanto magis inculpa perseueraueris tanto plus mos prauus peccandi radicabitur in animo, ideoq; difficilior conuersio reddetur. Idque in claui fixione patet, nam vnoquoq; ictu addito plus figitur atque radicatur & difficilior fit ad hoc vt iterũ refugatur. Similiter ex quolibet actu nostro improbo plus vitium animæ nectitur & taliter inhæret, quòd vix postea euelli queat maxima aq; cũ difficultate. Ideo Iob ait) quòd ossa impij erunt à iuuentute plena vitiorum: & cum eo in puluere dormient. Habent enim vitia ossibus inclusa sicut febrem thisicis in medullis, à qua nec medela expectatur: imo ipsum negotium ad sepulchrũ vsq; comitabitur. Ecclesiasticus enim ait, Languor prolixior gravat medicũ: breuẽ languorẽ præcidit medicus. Sic Deus lagorũ nostrorũ medicus requiescere te & manũ remouebit & sic medela difficillima erit. O peccatores, quibus lectũ, prandiũ, somnus, prolixus sterus, vel tesio, infestare solet: & peccata committere minime quidẽ. Omnia profecto vos urgẽt atq; mouẽt præter Dei offensam: liquidò in peccado fatigamini nũquã. Quo vsq; piger dormis? multi apud vos imbecilles, & dormiunt multi. Nec mirabile est quòd homo peccet & cadat: sed ipsa perseueratio in peccatis, obstinati dæmonij est. Deistis ait Oseas profunde peccauerunt. Profunde peccat qui ex mala peccandi cõsuetudine iam est induratus. Vt enim qui febre laborat, tenta illa quidẽ sed ethica & rasidua, si forte ob aliquam intẽperantiam incidit in febrem quandam acutam & petulgẽtem, facile eam expellit & quacunque medicina curatur manente tamen semper Ethica febre. Sic actus vitiosus cito curatur, consuetudo autem peccandi difficillimè. In malis enim peior est habitus quam actus. Iusti dicit cadant cito resurgunt. Hic adolescens nouiter mortuus & in eadem die defunctus, statim surrexit: quòd indoratus peccatoribus & iam ex longa consuetudine peccandi iacentibus raro contingere solet. Sed de his satis. Sequitur, *Et resedit qui erat mortuus.* Vocauit enim hunc adolescentem Christus, de quo apostolus ait, quòd vocat ea, quæ non sunt, tãquam ea, quæ sunt. Ille (inquam) quidam mortis & inferni. Non ergo mirandum est quòd statim surrexit ad domini præceptum cum vocauerit eum ille, de quo Anna mater Samuelis dixit in suo cantico. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo cum non essent creauit omnia: potest etiam restaurare eadem cũ fuerint collapsa. Mirabilis quidẽ in domini vox est, siquidem virtute illius mortui resurgunt. De magnitudine & virtute huius vocis Dauid dicebat in psalmo. Vox domini in magnificentia, vox domini in virtute. Deus maiestatis intonuit, vox domini cõfringentis cedros libani, &c. Tantæ vis & virtutis fuit vox illa, vt illi abyssi ipsæ parerent: & sicut habet diuus Ioannes in Apocalypsi mors & infernus dederunt mortuos suos. Nec nouissimus dies excusare illos poterit: dabit enim vocẽ suæ, vocem virtutis. Parueruntstatim abyssi voci Dei, & cum diceret Christus, adolescens tibi dico, surge, nullo modo neque spatio animæ illa remorari potuit: imò influo obediens corpus introiuit & sic adolescens ille vivus & sanus surrexit. Quid ergo tu dicis ad hoc? O lamentabilis res quòd mortui Deum audiant, non vero vsti. Quod tot animi & mẽtes ipsi sunt te manẽte in peccato mortali & quòd Deus vocet te & inspiret tibi verbo rius tum aliis multis & varijs modis cœlum tibi promittens & quasi propinans vocando te per se ipsum & per suos concionatores: & audire cum recusas? Quid hoc, quòd viui surdiores sunt mortuis? quid hoc non habentes aures audiunt, & habentes minime? Mirabile est q; mortui audiant & Christo pareant, & viuino item. Ego autem sicut surdus non audiebam; & factus sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Vocat Deus peccatorẽ & vociferatur illi diu, noctuq; vt surgat à morte peccati, antequã eum Tartarus absorbeat: & ille tacet & sicut surdus quiescit. Deus autem tentopere in illa vocatione persistit, vt dicat per prophetã. Rancz facte sunt fauces meę. Vide ergo & tu q; si modo audire nolis, q; postea vocabis tu sed minime audieris: & quòd Deus ipse rideat in damnatione & exitio illorum, quos ipse vocauit & audire noluerunt, circa illud, quod dominus ait. Vocauit & renuistis: ego quoq; in interitu vestro rideho. Attedite quod quidam habuit matrem legitimã: quod postea nouercam audiuit: & quòd si hic Christum ieiunium non audis dicẽtem, venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: quod audies succedente tempore dicentem: Ite maledicti in ignem

ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius, auditurus es quanuis te pœniteat. Vnum tandem de duobus elige vel audire hic vbi dulcis est vocatio, vel audire sententiam illam valde pertimescendam, quã Deus contra peccatores & malos pronunciabit dicens. Ite maledicti in ignem æternũ. Qui noluerit audire, venite, audiet, ite: velit nolit. Surge ergo tu, qui dormis, surge à mortuis & illuminabit te Christus. Hodie igitur si vocẽ eius audieritis (obsecro per Dei viscera) nolite obdurare corda vestra. Si audite amantissimam & benignissimã Christi vocem quã vos ad ignoscendum vocat. ¶ Perpẽde quod nõ simpliciter dixit, quod surrexit, sed quòd resedit. Surrexit (inquã) sicut Christus cœperat, sed prius resedit: vt ostendatur diuinæ operationis ordinatus progressus, qui iacentem paulatim erigit. Iacebat enim mortuus. Inter iacere autem & stare, vel surgere medius sinus est residere, & sic de iacente primo fit residens: deinde de residẽte resurgẽs, vt quanta sit à peccato in surgendo difficultas ostendatur. Cum prius iaceret, totus terrenis rebus inhærebat: & poterat dicere illud psalmistæ. Adhæsit pauimento anima mea. Vnde in Threnis ait Hieremias. Iacuerunt in terra foris puer & senex. Quia quidiu peccato detentus est & quidiam inueteratus est in peccato iacet in impietate sua. Resedit quidem voluntate à terrenis elevatus: stat, quia erigitur ad resistendum tentationi. *Et cœpit loqui.* Quare: vt daret vitæ testimoniũ: sermo namque est vitæ vel mortis manifestatiuus: nã qualis vnusquisque est talia dicit & operatur. Vt mortuus Philosophus, loquelam appellat ἐνέργειαν, hoc est, Imago vitæ. Sermo enim nihil aliud est quam factorum simulacrum: quoniam omnis animi vis in sermone velut in speculo representatur. Rare inuenies hominem vitijs deditũ, de virtute loquentem: hæreticum bonum virum & virtutis amantem: vix audies verbũ vnũ turpe & obscœnũ. Ex cuius ore velut vaginã raro eductus plumbeus gladius: vnusquisque, cuiuscunq; ex sua loquela, ex qua natione, aut prouincia sit. Si offendis hominẽ, quem non cognouisti, qui Gallice loquatur, Gallũ illũ dicis: & si Hispanus sit, militem. Sic ostiaria illa Petrũ apostolũ cognouit quãdoq; dixit illi, Tu Galilæus es: nam loquela tua manifestum te facit. Sic vnusquisq; ex sua loquutione & linguæ prolatione agnoscitur, an sit cœlestis regni & habitantium in gloria, vel habitator inferni. Idioma tandem cœlestis est Deum laudare, magnificare, & ei benedicere: circa illud psalmistæ. Beati qui habitant in domo tua domine, quoniam in secula seculorum laudabunt te. Et beatus Ioannes in Apocalypsi dicit, quod beati in cœlo degẽtes laudabant Deum dicẽtes, alleluia: & viginti quatuor senes & quatuor animalia adorauerunt sedentem super thronum dicentes, alleluia. Alleluia duæ dictiones sunt: quibus significatur, laudate dominum. Et Christus saluator noster, qui de cœlo erat, dixit. Quare loquelam meam non cognoscitis? E contra vero vernaculum & loquela infernalis est blasphemare, murmurare, maledicere, & turpia & obscœna loqui. Iuxta hoc in vnoquoloremo ne quoquisque vtitur, agnoscitur cuius sit. Boni & probi perinde ac cœlicolæ cœlesti loquutione vtuntur, laudant enim Deum piis modis cantãt, orant, & proximorum virtutes præferunt. Sed mali & improbi pejerant, blasphemant, honorem proximis detrahunt, falsaque testimonia inferentes obscœna & turpia loquuntur: & cum eorum cor & cogitationes plenæ sint luxurijs & libidinosis cibus, sic turpia & inhonesta loquũtur. Nõ potest mentiri ipsa veritas, quæ ait. Ex abundantia cordis os loquitur, Sed hæc iam exposuimus. Quid autem Christus egerit post suscitationem huius adolescentis audiamus.

Et dedit illum matri suæ. Sicut Helias & Eliseus suscitantes, alter filium viduæ, & alter filium Sunamitis, dederunt eos matribus: Expende Christi misericordiam & clementiam. Poterat mox dare resuscitato vt sequeretur illum, vel aliud facere: sed nihil horum egit, sed tantum miseratus matri sua dilecto illius, quæ iam fuerat spe, & solatio orbata. Præterea discimus ex hoc loco consolari non verbis tantum, sed operibus pietatis & misericordiæ. Parum certe prodesset vidue dicere ei, noli flere: nisi adamantum filium mortuum viuum illi redderet. Ideo Ioannes admonet dicens, Non diligamus verbo, sed opere & veritate. Quid prodest, vt pauperis misereris & ei compateris: si non partigis eleemosynam? Hæc est vera misericordia, vt ope & auxilio subuenias indigenti. Ioseph & Nicodemus mortui sunt miseratione erga Christi corpus misericordiæ detecticum; & deiode alter sudonem, alter vero libras centũ myrrhæ & aloes mercati sunt. Magi etiã Christũ adorauerunt: sed

Ecclesiast. 30. Lege Aug. lib. 3. doctr. Christi ca. 21 prope fi.

Prou. 6, 1. Cor. 11.

Oseæ. 9.

1. Cor. 1. Apoca. 1.

1. Reg. 2.

Psalm. 28.

Apoca. 20.

Psalm. 50.

Psalm. 118.

Psalm. 26.

Matth. 11.

Matth. 11.

Ierem. 1.

Psalm. 83.

Apoca. 19.

Ioann. 8.

Luca. 6.

3. Reg. 17. 4. reg. 4.

1. Ioann. 3.

Ioann. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apettis thesauris suis, obtulerunt munera, vt paupertatem eius subleuarent. Tales seruos vult Deus in domo sua qui operibus religiosis, & pijs seruiant ei: & quod porrigant manus suas plenas egentibus. Si videris nudum operi eum, & carnem tuã ne despexeris. Christo in corde misericordia fuit, quia misericordia motus: in verbis etiam, quia dixit ei, vt nõ fleret: & in operibus, quia suscitauit adolescẽtem, & dedit illum matri suæ. *Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.* Vniuersos qui hoc miraculum inspexerunt timor inuasit: timor (inquam) reuerentialis, & admirationis: consolationem & grandem iucunditatem habens admixtam. Magnificabant autem Deum non Christum quem Deũ non credebant: licet crederent virum sanctum & prophetam ac Dei ministrum, pro cuius sanctitate & meritis Deus fecisset tam ingens miraculum. Confessi sunt illum Messiam dicẽtes, quod esset ille magnus prophera, quem Deus promiserat dicens Mosi. Prophetam suscitabo eis de fratribus eorum tanquam te. Hoc literaliter de Christo prædictum est, vt ipsemet docet. Sic etiam Samaritani dixerunt. Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. ¶ Obserua autem quod respectu Dei miraculum non appellamus, sed respectu nostri: nã verum miraculum est arduum quoddam facere super facultatem naturæ cuius autor est Deus: sed Deo nihil arduum est nihil supra facultatem, omnia potenti. Nobis autem miraculum est vt mortuus resurgat. Miramur nos quod ex quinque panibus satiauit tot millia hominum & quod aquam conuertit in vinũ, & quod hunc mortuum suscitauerit: & quia hæc non potest natura, miraculum est & nos miramur. Quæ quidem omnia satis ostendũt in Christo domino diuinitatem, eũque vere Messiam: in lege atq; propheris promissum, verum hominem verumque Dei filiũ. ¶ Præterea Discamus opera Dei & eius mirabilia magnificare & laudare: quemadmodum Angelus Raphael dixit. Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Laudemus dominum, quoniam in seculum misericordia eius. Porro talis fuit rumor miraculi huius vt dicat Euangelista. *Et exijt hic fermo in vniuersam Iudæam de eo. & in omnem circa regionem.* Rumor huius miraculi exijt in circũiacentes prouincias, scilicet, Tyri, Sidonis, atque Samariæ. *Et annunciauerũt Ioanni discipuli eius de omnibus his.* Liuore inuidiæ hoc fecerunt zelantes inordinate gloriam & honorem magistri sui Ioannis Baptistæ. Discipulos Ioannis pœnitebat eo quod Christus minscula faceret & baptizaret, & sic accesserunt ad Ioannem & dixerunt illi. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quibus respondit Ioannes. In hoc gaudium meũ impletum est. Similiter Iosue zelat⁹ est pro Mose scilicet cũ puer Mosi retulisset dicens. Heldad & Medad prophetant in castris, dixit Iosue Mosi, Domine mi Moses, prohibe eos. At ille. Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis spiritum suum? Eodem modo Ioannes Euangelista saluatori dixit. Vidimus quendam prophetantem, qui non sequitur nos. Cui dominus respondit. Sinite illum: qui non est contra vos, pro vobis est. Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Quia enim vidit diabolus hominem in statu fœlici esse, & ad illum posse ascendere vnde ipse corruerat, ab illo principatu & statu innocentiæ eiecit illum. Hæc fera pessima Cain occidit, puteos Isaac obstruxit, Ioseph vendidit Ismaelitis, Dauidẽ persequitur & Danielem: denique & Christũ cruci affixit. Sicut enim (vt Paulus ait) diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum: ita inuidis omnia cooperãtur in malum. Mouitur enim de bono odore de quo alij viuũt: nam profectum aliorum reputat suum defectum. Mirabile est quod cũ omnia vitia vni tantum virtuti opponantur, sicut guia nõ opponitur nisi abstinentiæ, & luxuria castitati, sicut superbia humilitati: inuidia autem omni bono opponitur. Inuidus vexillum aduersus omnes virtutes tollit atque subleuat. Præterea cum alia vitia alicui vitio opponantur, sicut auaritia prodigalitati, & alia alijs: sola inuidia nulli vitio opponitur. Verũ licet omnibus virtutibus opponatur, quia principaliter & directe opponitur charitati, quæ regina virtutum est, manifeste patet pessimum, & abominabile esse vitium: in quo ostẽdit inuidus quòd discipulus diaboli sit: quia Christus discipulis suis dixit. In hoc cognoscent quod discipuli mei estis, si charitatem habueritis adinuicem. Sic etiam diabolus dicit suis. In hoc cognoscent quod discipuli mei estis, si inuidiam habueritis adinuicem. Igitur discipuli Ioannis inuidentes Christi gloriam & miracula

Matth. 2.
Esai. 58.
Num. 11.
Luc. 9.
Sapien. 2.
Gene. 3.
Gene. 4.
Gen. 26.
1. Reg. 18.
Dan. 6.
Rom. 8.
Ioan. 1.
Ioan. 10.
Deute. 18.
Ioan. 4.
Ioan. 6.
Ioan 2.
Tob. 12.
Psal. 117.

cula, quæ faciebat (quia Ioannes nullum signum fecit) nunciauerunt hæc Ioanni, qui in vinculis erat, quia veritatem prædicauerat Herodi. O vtinam tales haberet nunc ecclesia Dei concionatores qui pro veritate tuenda carcerem, & mortem subirent, & aduersus principum & regum potentiam se opponerent. Talis esse debet euangelicus concionator, Esaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, Ioannis Baptistæ, & Apostolorum imitator: qui pro veritate nunciãda, ntque exilium nec carceres, nec mortem ipsam timuerunt. Ar quanuis Ioannes in carcere esset pro veritate tuenda, liber erat: Herodes vero in vinculis. Vnde Salomon in Prouerbijs. Iniquitates suæ capiẽt impium, & funibus peccatorum suorum constringet. Et Ezechiel de impio. Ille quidem in iniquitate sua captus est. Et Paulus vt resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, ad eius voluntatem. Non autem sic iustus: quia non potest vinci ab homine qui vitia sua non vicerit. Non enim quis vincitur nisi cum ei ab aduersario id quod summe amat eripitur. Qui ergo id solum summe amat quod amanti eripi non potest, ille absque dubio inuictus est & spiritualiter liber. Ioseph in Ægypto vinculis fuit emancipatus, & Hieremias in Iudæa, & Ezechiel ductus est captiuus in Chaldæam, & Ioannes nunc in carcere Herodis: sed omnes illi liberi erãt. De his in tertio capite satis multa diximus. Itaque beatus Ioannes detentus fuit, quia veritatem fassus est: nos vero in carcerari iure optimo possemus quia illam infiziamur. Videns ergo beatus Ioãnes errorem & deceptionem suorum discipulorum misit illos ad Christum, ideo sequitur in contextu. *Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes: & misit ad Iesum dicens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus.* Cum Ioannes ad populum concionaretur, & veritatem annunciaret & vitia atque flagitia Herodis Regis carperet: rexille detrusit eum in carcerem: tunc Christus illud munus exequens cõcionari cœpit & veritatem euangelicam edocere, & res miras, & miracula facere: antea vero quam beatus Ioannes detruderetur. Christus non prædicabat: sed detento Ioanne id quidem facit. Quando in bello interficitur signifer, qui vexillum portabat occurrit tum temporis diligenter, ductor, qui vexillum illud in altum tollit: & si dux defuerit occurrit alter qui hoc facit, & sic nunquam deest qui vexillum sustineat. Sic Ioannes erat significer Christi, & veritatis vexillum sustinebat: sed detentus cũ sit occurrit Christus verus dux & fulcit veritatem istam & tollit illam. Nunquam quidẽ deerit qui hanc sustineat, illa autem incarcerari nequit. Ideo Paulus. Verbum Dei nõ est alligatũ, & ab ipso carcere plures scripsit epistolas. Cum vero Christus concionaretur & miracula maxima faceret patet hic ex Luca populum de Christo dixisse, propheta magnus surrexit in nobis & Deus visitauit plebem suam. Tunc vt hic ait, Lucas venerũt discipuli Ioannis & nunciauerũt ei de omnibus his: ideo ex his verbis, quæ discipuli dixerũt sumpta occasione mittit Ioannes duos ex illis ad Christum dicens. Tu es qui venturus es. &c. Misertus est Ioannes, & commotus ab infirmitate suorũ discipulorum misit eos ad Christum (nullum enim melius remedium adinuenit.) Habuit se Ioannes hac in re sicut parentes moribundi se habent erga filios suos: gauisi enim & hilates discedunt, manentibus filijs in honore & statu. Sic gloriosus Baptista cum se in carcerem reclusum & morti propinquum animaduerteret, vehementer optabat suos relinquere discipulos in statu perfectionis: & sic, vt solatus decederet vult prius in agnitione veritatis eos remanere. ¶ Obserua etiã, quo pacto boni viri & probi iuri obliuiscantur: vt proximorum recordentur, & de illorum bono curam habeant. Gloriosi Baptista in vinculis es & in tantis laboribus constitutus: & non ex memor tui, sed tuorum discipulorum? Nonne commodius esset mittere eos ad Herodem, vt illi causam iniustam detentionis tuæ obijcerent? Non quidem recordatur Ioannes sui, sed discipulorũ: boni enim suorum, atque delectationũ propter Dei atque proximorum honorem obliuiscũtur. Im memor redditur Ioannes sui, & laborum suorum: & meminit Christi honoris, & necessitatis, quæ infidebat discipulis ipsius Ioannis ad agnitionem veritatis & expulsionem falsitatis & deceptionis, qua allucinabantur. Sic fecit Christus, qui cũ per vias & plateas crucẽ depressus & spinis coronatus ferretur, nõ tantum suorum tormentorum memor, quãtum malorum quæ passuræ erant mulieres illæ, quæ vicem suam dolebant, atque flebant, ad illas conuersus dixit. Filiæ Hierusalem nolite flere super me. &c. Sic præterea in cruce stando totus ipse vlceratus de bono alieno agit, dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid

2. Tim. 2.
Luc. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid faciunt. Agit etiam de latronis salute, dicens illi. Hodie mecum eris in paradiso. Præterea, ex longo itinere defessus, & fame vrgẽte noctu ad puteũ deueniens, de bono & fa-
Ioann. 4. lute Samaritanæ, proprij sui laboris & defatigationis oblitus, tractat. Hoc autem fecit ad exemplum maiorum, prælatorum atque parentum, vt omnes illi adhærent quanta cura & diligentia ipsis posita est ipsa de illis, quorum curam habere debent, & quando illi tales fuerint ab illis, vel turbati, oblitiscantur se & labores suos propterea, vt alienis lucrentur, sum-
Iob. 2 pto exemplo à Iosaphe, qui ita fecit vt dixi-
mus. Sic beatus Iob in angustijs deprehensus, vxori eius non corrigebat dicẽs illi. Quasi vna
2. Cori. 11. de stultis mulieribus loquũtur. Si bona suscepimus de manu domini, & cetera. Paulus peri-
clis circundatus ait, vt ipso dicat nullibi adhærendo, vbi non periclitatus sit, nunc mari, nunc procella, nunc in deserto, nunc in ciuitate, ter Via ingressus est, semel lapidatus
fuit, ter naufragium passus &c. & cum ita gra-
ues & assidui labores illi essent, plus multo id quod monuerat, solicitabatur ne forsan recentes conuersi ad fidem, ob ipsa depellerentur,
Deum nostrum multum assistimantes quando quidem ab eis scriptum habebat exemplis & qui benedixerit ei benedicetur, & ex informatione eos illa esse Dei conditione æquissima & quod ita habebat, ergo amiciores in tribulationibus istis nemo moueatur, ipsi enim scirent quod in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus, prædicabamus &c. Beatus Stephanus inter lapides positus, in mortis tribulatione
Act. 7. fuit, sibimet comparatur proximorum peccatis & periculis. Dominus noluit vas illius hoc peccatum. Sic Iohannes quamuis reclusus in carcere, nihil prætermittit Dei honorem, & necessitatem proximorum. Sic audaciam incendam incendat, velociter, celeriter quamuis diligenter & optime iamne sic eiusdem & pestilum assumam, nihilominus sedula ipsa illuminetur, & sol ipse loquens illustrabitur, & lumen
Ioann. 5. ipsum per ritus & foramina exiet. Sic Ioannes ardebat zelo & fuocus & quanto magis laudabatur, eo plus se exhibet. Iusti, qui non sunt zeloti filex qui refutus ab excusatione, quo tardamente scintillas à se emittit & splẽdorem, sic iusti in tribulationibus & angustijs
Cant. 8. ignem & fulgentiorem igne proferunt, lampades eius lampades ignis & flammarum. Dei ipsa sicut incensa ardens discipulus præfulgebat docendo illos vnum salu-

tis. Et sic de illo oportune dici potest quod aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Carcer enim neque Herodis persecutio, non poterunt extinguere ignem diuini amoris, quem habebat, nec flumina peccatorum obruerunt illum. Sic Paulus, Romæ obtrusus docet & ab ipsis vinculis ad Philippenses, Philemonem, & ad Ephesios scribit. Idem fecit ad Colossenses, in Epistola cõprehensus. Non ergo prætermittebat apostolus docere, & illuminare ex carcere, sicut hic fecit Ioannes. ¶ Vide etiam quod ex carcere misit Ioannes ad Christum, sed cur erat vinctus Ioannes? Quia iuxerat Herodi, non licet habere vxorem fratris tui. Certe verba ista honesta sunt & modesta, in quo conciuantur res docet, quod talia sint eorum verba, & proximi honori conformia. Attamen sic cum Ioanne agitur: in quo aperte datur intelligi Dei amicos propria vita nihil docere, vt Dei honorem tueantur. Videt Petrus quod volunt capere Christum, & cum hoc tolerare nequiret arrepto gladio iampatauit auriculã Mal-
Matth. 26. chi: & prorsus interficeret, si Christus permisisset. Sed Petre hoc audes? nonne vides tantam cohortem armatam? non putas vindicaturos iniuriã istam, & te occisuros? Hæc omnia Petrus patiri faciebat, dummodo Deide eos decederet. Si equit ergo Petrus tam iniquam tolerare. Eundem zelum habuit Dei
Num. 25. & Madianitã impecto compreh. eos tra-
psalm. 118. eidauit: nullus enim dolor est qui ita iustum pungat & male habeat, quam suum Deum offensum videre. Ideo Dauid. Defecit tenuit me propeccatoribus derelinquentibus legẽ tuam. Vires non habet qui diuinum animus, robur ego oro, humiliacea, cum videam Deũ offensum, & leges & præcepta eius non obseruari.
1. Reg. 17. Sed rogo Dauid, ille erat animus equus & robur tuum? Nonne tu es, qui tam fortis & vno iaculo gigantem Goliath deiecisti? Nonne id de ursi & leonis & vrsorum cubilibus? Nonne ipse multa bella Philistæorũ, Ammonitarum, & aliarum quoque nationum superasti? Cur modo ita timidus es, vt dicas, defecit me? Quia peccatores nos quos peccata & flagitia in Deum commissa, & quæ passionum vita hæc perpetrantur. Adest hora forte illa quæ maximo horrore mentem ipsam percutiat, & forte fortuna videt plurimos enses nudos imminere menti, quin vi roborans animus illius inquietudo, & cadit humo spiritus mis-

mis emergat maritus, dicunt vicini vxori exiguus tibi domina animus est: ecce maritum tuum, & tuum columen. Tunc illa respondet. Sufficit in tanto periculo eum vidisse, vt animus defecisset. Similiter quamuis Christũ dominum, nec occidant, neque feriant qui in ipsum peccant, sed sufficit iustis sua præcepta violata videre, & sanctum eius nomẽ blasphematum, ut iusti ipsi Deum amantes ex ipso dolore anxiati & tacti quasi lymphati excidant. Sic vere erat gloriosus Ioannes, honoris & gloriæ Dei zelator: quiquidem cum dissimulare nequiret scelus illud tam graude Herodis, honorem Dei vindicat, & carpit nocentem illum. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Ob hoc incarceratur Ioannes, patitur, & prorsus interficitur? O miseria humana: iam quidem non est qui ita faciat: nec Dei decus & cultum tutatur, præsertim videndo hæreticos ita superbos, & tot damna atque mala in vita. Helias sedẽs sub vmbra iuniperi defessus atque sitiẽs, non calamitates nec mala sua deplorabat, nec suæ egentiæ recordabatur: flet autem & deplorat perniciem & exitium templi & altarium. O duritia grauis & frigiditas cordium nostrorum: siquidem non est qui deploret ecclesiarum stragem templorum & mundi crimina. Ioannes sanctissimus zelans honorem Dei arguit primo Herodem, propter quod in carcere conijcitur: & nunc suæ affectionis & negotiorum propriorum oblitus (quia charitas non quærit quæ sua sunt) agit de salute spirituali discipulorum. Ideoque mittit illos ad Christum cum illa interrogatione, non quia Ioannem lateret quisnam Christus esset: sed quia propriis oculis discipuli Christum ipsum cernerent, & in operibus & miraculis agnoscerẽt eum. ¶ Sed quare diuus Ioannes non eos monebat quod Iesus erat Christus & Messias quem sperabãt? Quia hoc nihil proficeret, & illud humilitati Ioannis attribuerent: & sic non depellerentur ab errore, quo laborabant: imo potius in eodem confirmarentur iudicãdo præceptorem suum Christo ipso maiorem. Et sic quamuis hinc seipsum magis ac magis exinaniret atque humiliaret, hinc vero Iesum ad astra & supera toleret atque laudaret, nihil propterea profecisset: ideo misit illos ad Iesum, vt videntes eius doctrinam & miracula, cum cognoscerent. Sic legimus in quarto volumine Regum quod prophetarum filij cupientes de Helia scire, misit eos Eliseus per montes & ardua: & peragrati sunt tribus diebus & noctibus & non repererunt eum. Non dubitabat Eliseus Heliam raptũ fuisse in cœlum: sed ad tollendum dubium filiorum prophetarum, misit illos in montes, vt quærerent illum: & dixit eis, mittite. Sic fecit Ioannes cum suis discipulis: vt illum quem Ioannes sciebat Messiam, ipsi oculis cernerent, & crederẽt illum esse. Præterea duos mittit: quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Et si vnum mitteret sicut erant æmulatores magistri sui, poterat ille mentiri, Duos itaque habiliores & doctiores misit: vt possent etiam ad alios prædicare. Ite (inquit Ioannes) ad Iesum: & ne rubore suffundamini, ex mea parte quærite ab eo si est ipse qui venturus est an alium expectamus. Nullam credo in orbe fuisse maiorem quæstionem & maioris ponderis & momenti, quam ista. Qui interrogant vicem habent omnium fidelium, qui interrogatur Deus est, quod vero interrogatur summum negotium est, scilicet, an is esset Deus, qui videbatur homo: finis vero interrogationis est, an per Christũ sint eo tempore à Rege tyranno cruendi, vt & Messiam fideliter recipiat, ab eoque rursum recipiatur ipsa. An non summa res hæc erat? Sane super qua totius orbis salus velut in cardine nitebatur. ¶ Obserua etiam quod interrogatio fuit, Es ne tu qui venisti, vel qui venit: hæc est phrasis Græca, & sic interpretanda: quodquidem probatur ex dictis illorum: nam visis miraculis quæ Christus faciebat dixerunt. Propheta magnus surrexit in nobis & dominus visitauit plebem suam: in quo affirmabant Messiam iam venisse, siquidem de præterito loquebantur. Ideo nunc quærit, es tu, quem dicunt quod iam venit, qui venturus es, id est, qui venisti? Et quod iste modus loquendi non sit nouus in sacris literis manifeste apparet in Ioannis euangelio in illo miraculo cum Christus satiauit ex quinque panibus tot millia hominum: qui dixerunt. Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Certum est quod venturus significat, qui iam venit: siquidẽ demonstrato cum aduerbio hic vero simile non est quod dicerent qui venturus est, sed iste est qui iam venit. Sic nunc dicendum est. Tu es qui venisti? Est phrasis Græca vti participio de futuro pro præterito. In originali enim Græco est. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, hoc est, tu es ille veniens,
Deuter. 19. Num. 35.
Ioann. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

veniens, siue venturus? Est enim Græci vos ad verum libri tempus anceps. Poterat dicere interpres, et tu veniens, tamen idem significat venturus. ¶ Ad nostrum autem eruditionem ex hac contextu aliqua elicimus.

1. Tim. 5. Docemur enim primo hoc facto Ioannis de nostris domesticis solicitam gerere curam: ne vt Paulus ait si quis suorum no habet curam domesticorum, fidem negauit, & infideli est deterior. Multi profecto sunt, qui ua male educant natos suos vt ab alijs pro lua nequitia interimantur. Vel de vero acerba senectute parentes suos afficiut, & præterea mortem afferre illis student. Hesternæ infœlici, ac repentinæ decessit, qui quidem & omnis eius prosapiæ grauiter exitiga us fuit: eo quod nouerca indigne agere filios e non coercuit

2. Reg. 13. eos. Vide etiam quantum mali Dauidi Regi euenit ex eo quod non ab eo vapulauit filius Ammon, comisit enim graue scelus vim inferendo sorori su Thamar, & cum teneretur in filium animaduertere non fecit & divina scriptura de illo dicit. Noluit contristare spiritum Ammon filii sui, quoniam diligebat eu, quia primogenitus erat illi. Ecce quan-

2. Reg. 16. ta mala ex hoc sequuntur. Absalon interfecit eum, & postea fugit: & quia Dauid non ita facile ergà illum se præbebat nec hi arem vultum sicut antea demonstrabat, regnum auferre decreuit & fugauit eum, & expulsit ab Hierusalem, & bellu gest. m est, in quo saris multi Israelitici inter impti sunt. Dauid autè plorans, & nudis pedibus erit, & Semei maledixit illi. Tandem eo quod vnum filium castigare recusauit duos amisit, queniam Absalo

1. reg. 18. hasta ictus eda pr inte fem rtus est Omnia ista mala excusit ntur profecto si Dauid in filiu

Eccle. 30. Aminon animadu rtisset. Ideo in Ecclesiastico habetur. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps Curua ceruicem eius in iuuentute, &c. Et iterum.

Eccle. 7. Filij tibi sunt erudi illos, &c. Et non solum gerēda cura est filiorum, verum etiam famulorum & cunctæ familiæ: & teneris scire quo pacto viuant, an sint concubinarij, vel ixarij, si secundum præcepta diuina adsunt, si suadet gene crimina, & religiose viuunt, admirandum quod tenent r Pr tera si ægrotaue rint illos curare, & de illis in omnibus curam habere. Curam adhuere quam diuus Ioannes suorum h buit. Discę itaque qualem filijs tuis hæreditatem relinquere debeas.

Filij huius seculi hoc vnum curant vt suis hæredibus bona quam plutima relinquant, in hoc opera & laborem omnium conferunt; sed non cogitant interim vt filijs suis Deum propicium relinquant. Verum scriptura alter docet. Vos patres (inquit Paulus) educate filios vestros in disciplina & correctione domini. Omnia verba hæc (inquit Mo- Deuter. ses) non solum animis vestris infigetis, sed filios quoque vestros docebitis, vt discāt timere Deum. Relinquetuis clementem Deum: quæ filius etiam plus proderit, quam totius opes & diuitiæ. Quod pauperum filios vidimus ac cognouimus, quibus parentes exigua bona reliquerunt, & quia illi studiosi, & literati exiterūt, videmus eos modo episcopos, archiepiscopos & in dignitibus, honoribus atque diuitijs constitutos? Agnouimus præterea alios diuites & locupletes, quia suis parentibus multa bona acceperunt, & cum delicijs, lusores, & luxuriæ dediti fuerunt omnia illa amiserunt: & modo paupertate & inopia premuntur, & infames habiti sunt. Hoc procurabat Ioannes hoc sanctissimus Christi Præcursor cupiebat, vt discipulos optimam h reditatem relinqueret. Videbat iam ad extremam suæ vitæ lineam peruenisse: quapropter operam dabat vt filios illos, quos lacte suæ doctrinæ nutrierat ad Christum mitteret, & fideles & boni essent. Et quemadmodum bonus pater lætor ex hac vita migrat quando videt suos liberos virtutibus ornatos & artibus: ita quoque desiderabat Ioannes perfectam fidem in suis discipulis videre, quo securius hinc discedere posset. Sic Christus discessurus ad patrem testamento suis discipulis pacem reliquit ac vitturem dicens. Pacem meam do vobis, Ioann. 14. pacem relinquo vobis Non diuitias, non honores, sed virtutes. Sic tu officiosos & bene educatos liberos tuos relinque. Hoc faciebat beatus Iob offerens sacrificium pro suis liberis dicens. Ne forte peccauerint filij mei, &c. ¶ Docemur secundo vt proximorum salutem curemus: & si bona propria, vitam, honorem, & quietem offeramus. Siquidem beatus Ioannes honorem propriu pro salute illorum ponere no recusauit. Expende Ioannis charitatem. Tam illi qui nuncium hunc audierunt, quam qui cum Christo erant, diuum Ioannem hominem leuem Iacob. 4. iudicare poterant & in ipso scandalizari: siquidem adhibito iam testimonio ab eo de eodem Christo, quæstionem illam & interrogationem prætendebat, & sic scandalizati sunt videntes eum iudicio suo variare liber cum esset, ab his quæ cum in vinculis, & sic eum existimabant hominem mutabilem & inconstantem: ideoque necesse fuit vt postmodum Christus Redemptor illi patrocinium præstaret suum pristinum honorem reddendo, & facta laudando. Tanta igitur charitas Ioanni fuit, vt suum honorem pro salute animarum discipulorum ponere non dubitauit: & cum dispendio sui nominis vtilitatem proximorum ebrinuit. Sic Moses propter bonū proximorum voluit deleri de libro vitæ. Charitas enim non quærit, quæ sua sunt: sed salutem proximorum: non suum commodum quærit, imò commodum proprium contemnit, vt alios lucri faciat. Sic Paulus Romanis dicit. Optabā ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis. Et Corinthis etiā ait. Ego autem libentissime impendam, & super impendar pro animabus vestris. O quam pauci Moses hodie sunt, quam pauci etiam Pauli! Pro salute proximorum nec pedes decem ambulabunt. Imò vero quod peius est assidue detestandum illud proloquium circunferunt. Heus proximus tum egomet mihi. Si aut ē pro proximo fructus aliquid ru es, sub illa tamen conditione & modo id facis vt ne que de somno tuo, quiete, nec bonis aliquid amittas, neque pr termittas. Vis tandē Dei legem seruare absque vllo tuo discrimine, labore, nec sumptu. Vis autem vitam beatam sine pensione consequi: cum tamen Christo Redemptori tuo sanguine pretioso & vita stetit vt tibi impetraret. Non sic Ioannes qui certe imbecillitatem discipulorū in seipsum transfert: ideoque ex parte sua interrogationem fieri vult. Sic de Christo saluatore nostro ait Esaias, Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Fecit sicut nutrix, quæ quidem ad infirmitatem nutrientis & lactantis infirmatur, venas scindit, & purgatur. Vnde ipse per Oseam. Ego quasi nutritius Ephraim. Paulus etiā Quis, inquit, infirmatur: & ego non infirmor? Vtinam diuites & nobiles ita infirmitates & miserias pauperum præsentirent, vt cum illis dolerent ac infirmarentur. Sed vbinam modo: si charitas hæc? Ille quidem cum infante defuncto se mœstius est, & illū suscitauit. Sic erga pauperes, alinites efficere tenentur, illorum miserando, vitam & cibum erogando. ¶ Tertio

docemur quod nulla fides nisi Christi fides ad salutem prodest. Mittit ergo discipulos ad Psalm. 126. Christum, quia nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Si enim domus exmentum deficiat, frustraneū erit parietes tollere: & ampla ædificia condere. Cementum sane atque radix salutis nostræ, Christi fides est: de qua Esaias. Ecce ego Esai. 28. mitto in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum pretiosum, &c. Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter 1. Cor. 3. id, quòd positū est quod est Christus Iesus, quidquid tandem absque hoc fundamento fit, vanum est. Sic philosophi in vanum laborauerunt sine fide. Probe id quidem Ioannes noster hos castos, humiles, pios, cæteraſque virtutes edocuit: sed quoniam ista omnia sine Christi fide sufficere nequibant, ad Christum verum magistrum mittit. ¶ Quarto & vltimo docet hæc historia nihil perniciosius esse quam si hominem nimium suspicimus eique plusquam par est tribuimus: quantumuis doctrina & sanctimonia excellenti sit excultus. Ioannes vir sanctus erat, multa tamē incommoda sequebantur quod discipuli eius nimium ei ascriberent, eumque tanti æstimarent. Primo enim hæres nuidiam in eis accendit aduersus Christum. Secundo cupiebant verbo & opera Christi irritari & suppri mi. Tertio præceptorem suum instigabant cōtra Christum, quorum studium Ioannes si approbasset eosque secutus fuisset, quid inde aliud præter simultates, sectas, atque perturbationes sequerentur? Eodem quoque modo Corinthij æmulari incipiebant quisque pro eo à quo fidem doctus erat & baptizatus: Pau- 1. Cor. 1. lus vero vehemēter obiurgat eos: & à tali cōtentione propter magistros, eos attrahebat. Vnde omnes hæreses, & sectæ natæ sunt, nisi ex ambitione prædicatorum & importuna, ac immodesta æmulatione insipientis populi pro suis magistris? Hæc ipsa causa est quo minus his temporibus atrocissimum in ecclesia bellum, & controuersiæ conciliari queant. Vnaquæque pars æmulatur pro suis magistris, & alios despicit. Sed iam ad nostrum Lucam reuertamur. *Cum autem venissent ad eum viri dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Sic fauerunt Ioan fideles verba mittētis fideliter deferentes, nihil addēdo, nec subtrahendo, quos ideo sequi debemus. In pro- Prou. 17. uerbijs enim legitur. Qui alio reperit ser- Num. 23. mone, separat fœderatos. Balaam enim iussus

esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset vt malediceret Israeli benedicebat, obiurgatusque à Balac Rege Moabitarum eo quod non malediceret, respodit. Num aliud potui loqui, nisi quod iusserit dominus? Sed si Balaam ariolus & iniquus cum esset, absque vlla variatione, quæ Deus afflauerat annunciabat, quare tu euangelicus concionator, & Christicola non ad populum referis quemadmodum à Deo accepisti, & ab eodē iussum est: Balaam quidem mutationem noluit quanuis Balac maximum munus & thesaurum offerebat: Sed proh dolor, quā multi hodie sunt concionatores, qui minori multo oblatione proposita diuersa longe ab eo quod intelligunt è superiori loco proferunt, cum vero redemptor noster populi atque hominum vitia & crimina reprehendi iubeat minime id faciunt imò vero ne ex hoc aliquā inimicitia vel odium generetur inter ipsos & optimates, vitos & principes, eorum flagitia simulant & mutatione verborum viuntur. Discamus etiam patribus magistris atque prepositis obedire. Isti vero discipuli qui tales exiterunt & magistro paruerunt, ex eo quidē miracula quam plurima quæ Christus coram ipsis & pro eorum amore fecit propriis oculis videre meruerunt, deinde etiam in fide illuminari. Sic Saul obtemperans patri præcipienti vt asinas amissas quæreret, regnum adinuenit, sicuti illi saluatoris fidem, &c. *In ipsa autem hora multos curauit à langoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.* Expende Christi bonitatem ac clementiam. Siquidem tot miracula facere dignatus est propter hos duos discipulos pauperes, & quod magis est eius aduersarios: vt duas illas animas ad se lucraretur & conuerteret. O si tu aperris oculis aduerteres quam magna Redemptori nostro debeas, & quibus modis vtatur ad tuam salutem. Vtinam in referenda gratia tantæ curæ, quæ Christo est salutis & saluationis tuæ: aliquam tu de tripso haberes: quam quidem curam in isto euentu aduertere maxime debes, si quidē ad lucrandos hos discipulos tanta miracula esset. ¶ Perpende autem ex hoc quātum diuina maiestas animam existimet. Putasne parvo habere à plus coste, illam quam docit centum millia mundorum. Vtinam nostri temporis prælati ita docerent & tantum in earum vtilitatem facerent. Sed quid dicam plus multo illis cerre cura imposita est caducarum rerum & vilibiarum, quam spiritualium, & plus episcopum pœniter eius mulæ obitus, quam spiritalis subditi. Non quidem sanctissimus ille Iob atque patientissimus vestimenta scidit audito exitio ouium, camelorum ac armentorum: scidit autem præsentisque maximè liberorum morte audita. Sic tu episcope, & prælate plus multo spiritualem mortem filij tui subditi: quam omissionem cæterorum temporalium & mutabilium præsentire teneris. Vide tandem quid Christos pro vna anima liberanda fecerit: idem tibi protsus faciendum est pro salute fratris vel subditi tui. ¶ Obserua etiam quod in ipsa hora fecit hæc miracula cum primum discipuli Ioannis accesserunt absq; vlla mora. Salutem enim nostram differre nescit Deus, nec discipulorum suffragium in alterum diem distulit imò eadem hora cōtulit. Ex his tandem disce bonorum operum dilationem in posterum aufugere, forsan enim, vt solet impedimentum occurret, cuius causa cessabunt. Mala autem opera ne statim exequaris, neque perficias: accidet enim interea quod propositū mutes, & à prava cogitatione desistas, vel id fiet aliquo alio impedimento interiecto. Ne vero officiosa operatio in crastinum prolongetur: fieri enim potest, vt hodie à vita discedas, & sic deficiēte tempore operari minime valeas. Patriarcha ille sanctissimus Abraham cum primum de circuncisione Charissimi filij nuntium accepit scriptura diuina testāte, cepit: & statim carnem præputij sui circoncidit. Eliseus similiter audita voce Heliæ vocantis, statim sequutus est eum. Præterea Leuita ille, qui volut de Bethlehem reuertiin domum suam, quoniam longas moras fecit & iter dilatauit, precibus & blandimentis socer sui detentus, & domum suam attingere non equiuit, remansit in Gabaa, vbi grauiter lacessitus est. Tu ergo caue tibique prospice, cuigula diligenter & cœlestem viam dirige, ne id in posterum transmittas: forte enim fortuna nox vltima, quæ mors auidissima est in tali statu atque tempore capiet te, vt cogaris in Tartaro collocari. Sed de his alias. Postquam igitur diuina maiestas miracula astantibus discipulis ostenderat euangelista ait. *Et respondens dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quod audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Iudicio quidem meo videtur hac in re ita se habere Redemptor noster, &

t. Reg. 9.

Gene. 17.

3. reg. 19.

Iudi. 19.

Iob. 1.

stir, & D. Ioannes quemadmodum Moses & Aaro. Aaro enim lingua erat & Mosis interpres, & qui palam loquebatur. Moses autem mita, atq; miracula premebat. Sic Ioannes vox erat idemq; ipse loquebatur dicēs, Ego vox clamantis in deserto. Ecce agnus Deiipse vero loquitur modo dum dicit. Tu es, qui venturus es, an aliū expectamus, sed Christus facit miracula & facit opera, quia cæci vident, claudi ambulant, &c. Ideo ait. Dicite quod audistis, & vidistis, cæci vidēt, claudi ambulant, &c. Quæ audistis referendum est ad doctrinam, quam audierūt, quæ quidē perfectissima erat. Primò quia extirpat omnia vitia quod aliæ leges non faciunt quia permittunt peccata, vt lex Mosi libellū repudij, & leges ciuiles meritrices, & occide re aduiteram. Sed lex Christi omnia exurpat vsque ad verbum ociosum. Secundò leges aliæ tollunt exteriora tantum, lex autem Christi interiora, ideo dixit. Non concupisces, & qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo. Tertiò circa finem vtrimum: nam aliæ leges præter dunt pacem inter homines, hic enim est finis legum humanarum, sed lex Christi habet finem regnum cœlorum. ¶ Et illud, quæ vidistis, referēdum est ad opera & miracula quæ fecit. Veniunt tandē discipuli quærere à Deo quisnam sit & respondit. Videte opera mea. Ex ipsis enim deprehenditur & cognoscitur diuina maiestas: ista quidem sunt quæ testimonium de quolibet perhibent. Opera aurē Christi consonant, & cōformia sunt dictis & mirabilibus, quæ de eo Esaias cæteriq; prophetæ enuntiauerunt. Sic nos, vt Christiani videamur oportet demonstrare legem Dei opere complere, & quod noster videndi modus Christi legi correspondeat. Diuina sane lex miracula præclara à Messia venturo faciē da pronunciabat, deinde vt Christus redemptor se Messiam promissum ostenderet talia perficit miracula. Similiter hoc à lege, Christiano præcipitur. Diliges Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente. Dicit etiam quod qui diligit patrem, aut matrem plusquam Christum non est eo dignus. Nunc videamus an tu Christicola, tum vita, tum vero operibus bonis catholicæ professioni respondeas? Væ mundo: si quidem inter legis Dei professores, tot sunt odia, inimicitiæ, vsuræ, luxuriæ, cæteraq; vitia, qualia neque inter gentes. Tua ergo opera & facta pto se ipsis loquentur & te qualis sis indicabunt, quia vere Christianus es more Christiano viuito. Non licet seruo Dei litigare, &c. sed mo 2. Tim. 2. destum esse, humilem, benignum, castum, & ad omnes facilem & mansuetū. Opera dicēt quis sis. Arbor quidē per fructum, homo autem ex operibus cognoscitur. Operibus crede, non verbis. Sic iecit Isaac, verbis fidē adhibere noluit, sed manus Iacob tetigit ipse. Similiter Deus facit: & quanuis multa verba proferas, beatitudinem nō confert sed manus, opera inquam tētabit. Sic ipse de aliquibus loquacibus, pauca vero impientibus dicit. Multi dicent mihi in illa die, Domine, do Mat. 7. mine, nonne in nomine tuo, &c. Et dicā eis, nescio vos. Nec tu prætereа hominum verbis multum tribuas, sed opera respice: maior enim mortalium pars pharisaïs alsimilatur, qui quidē dicunt, sed non faciunt: opera tandem, vt diximus de vnoquoq; testimonium reddūt. Atq; ideo ait Christus. Opera quę ego facio, testimonium perhibēt de me. Quo Ioan. 10. modo sciam te esse Christianum? videamus opera. Certè illa nō sunt Christianorum imò Saracenorum. Vbique periuria, adulteria, latrocinia, mendacia, fraudes, & ideo infideles conuertere se nolunt, quia nostris moribus ac operibus contemplatis non à se dissimiles nos iudicant. Si ergo fidelis es, fidemque profitetis, ostende mihi fidem tuam ex operibus. Christus verò, re, & opere se ostendit. Ideo Luc. 22. ipsemet ait. Si opera quæ nullus alius facit Ioan. 15. ego nō fecissem, peccatum non haberēt: nūc autem excusationem non habēt de peccato suo. Sed rogo domine: quæ opera ista, quæ alius non effecerit: Cæci vident, claudi ambulant. Ideo dicite quæ vidistis & ex his cognoscetis, quòd ego sum qui erat venturus. Si autem ad miracula attēdamus sancti patres per Iosue. 10. multa fecere: iussu enim Iosue stetit sol: ab He- 3. Reg. 17. lia verò & Eliseo multi etiam reuixerunt, & 4. Reg. 4. alia mira processerunt. Disputat deinde Ichonastici, an ipsa Christi opera testimonia ferrēt quod esset promissus in lege? & respondent quod sic. Primò ex modo imperatiuo: nam Helias, & Eliseus deprecando mortuos suscitauerunt. Domine Deus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius: dixit vnus ex eis. Petendo, sicuti serui à domino suo miracula fecerunt. Vnde beatus Augusti- Aug. lib. 10 ciui. cap. 4. nus ait. Sancti non propria virtute miracula fecerunt, sed Deo in illis operante. At Christus sicut Deus & dominus imperatiuè præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.18. Mat.8. Luc.7. Ioan.11.

cipiens infirmitatibus, fecit miracula. Cęco dixit, respice: & leproso, mundare, & adolescenti mortuo, adolescens tibi dico surge, & Lazaro, Lazare exi foras. Idem autē dico de cęteris omnibus miraculis. Itaque, sicut Protogenes Appellem cognouit ex sola apprehēsione vnius lineæ, quam effecit, similiter tu omnipotentiam Christi facile ab vno miraculo deprehendere posses. Nam quemadmodum lineæ subtilitas ingenium Appellis in suo artificio præferebat: ita Christi diuinitas & suum esse, planè imperium & dominium, quo miracula faciebat, demonstrabat, nisi Iudæi, gens quidem pessima suis affectionibus & malitia cęcæ carentur. ¶ Secundò ex multiplici fcitate miraculorum. Quia prophetæ nō tot miracula fecerunt: quia si vnus claudum curabat, non mundabat leprosum, & si faciebat vnum miraculum, non aliud: Christus verò multa & varia fecit miracula ita vt Dauid dicat. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cęcos, dominus erigit elisos, &c. Et hoc voluit Christus hic insinuare, cū dixit Cęci vident, claudi ambulant, leprosi, &c. Tot miracula & tam varia narrauit: vt ex hoc intelligerēt discipuli Ioannis q̄ ipse erat expectatus à Iudæis: quemadmodum enim reges & principes in suis literis & elogijs figilla & arma affigunt ne adulterentur, nam licet chirographum validum sit, quia regium est, nihilominus adulterari potest & literæ eius, sigillum non item. Sic Christus miraculorum sigillo, doctrinam & prædicationem suam sigillabat: appositō enim sigillo cum chirographo nullus remanet scrupulus nec ambiguitas. Sic vero de Christi doctrina tot miraculis atque tantis confirmata quę pro se ipsis loquebantur & Deum ipsum effectorem indicabant, nemo ambigere potuit. Sic vero reuersi discipuli ad Ioannem responso accepto dixerunt illi quę audierant & viderant: cui bus Ioannes ait. Ostuli & tardi corde ad credendum: quid clarius poterat vobis dicere quod ipse esset Messias in lege promissus, & quod non sit alius expectandus?

Psal.145.

Luc.24.

Esai.35.

Esaias enim de Messia dixit. Ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet claudus sicut cervus, & aperta erit lingua mutorum. Idem etiam Esaias dixit in persona Messiæ, euangelizare pauperibus misit me. Conferto bene quod vidisti cum ipsa prophetia, & apertè ir uenies Iesum illum nostrum Messiam esse & non alium. ¶ Expende autē quod non dicit Christus. Ego facio cęcos videre, claudos ambulare, sed modestè dixit, cęci vident, claudi ambulant, ostendens opera. Discamus non iactanter & inaniter nos ipsos laudare, & egregia opera nostra magnificare: sed cū ratio postulauerit opera nostra ostēdamus, & ipsa loquātur, ipsa narrēt, & manifestet autorē. Nabuchodonosor seipsum extollens inquit. Nōne hæc est Babylon ciuitas magna, quā ego ædificaui in domū regni, in robore fortitudinis meæ: & in gloriam decoris mei: Cum vero hic sermo adhuc in ore regio esset, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuū transibit à te, &c. ¶ Perpende etiam quod Christus ad fui atque doctrinæ suæ probationem cęcos illuminat, claudos sanat, leprosos mundat, &c. Et cùm Christus redemptor noster tam sanctissimè & sine querela vixisset, ita vt inimici ab eo rogati an esset in illo aliquod peccatum, nullum prorsus inuenerunt: attamen vt illi fidem adhibeant tot atque tāta miracula perfecit. Dicito mihi quæso, & narra Martini Lutheri vitam adhæc etiam miracula, quæ fecerit: vt illi Germania, tota Anglia, & tam magna Francorum pars, tantam fidem attribuerint: Sunt ne illius miracula monialem ducere & tres procreare filios: die autem veneris gallina vesci: vinum præterea vsque ad crapulam potare? Cum istis tam præclaris miraculis tot bestiales homines crediderunt hæreses, errores, & mendacia, quæ pelsimus ille homo seminauit. Viuat autem viuat, atque in æternum & vltra stet prorsus atque maneat fides nostra atque religio catholica: siquidem à tali autore & fonte totius sanctitatis veritatis, atque religionis promanauit: fuitque promulgata à sanctissimis viris, sanctitate atque perfectione præditis: approbata autem & confirmata miraculis celeberrimis, vt dictum est, &c. ¶ Obserua tertiò, q̄ diabolus in sua malitia induratus, & quoniam dixit, similis ero altissimo semper intendit se Deo ad æquare & miracula sicuti Deus efficere: facit autem, sed longe diuersa. Christus enim verus Deus & homo cęcis lumen præber, & eos videre facit: damon verò è diuerso videtes excęcat oculosque claudit, ne sua crimina & peccata prospiciant. Sic quidam, Ambulauerūt vt cęci, quia domino peccauerunt. Quę maior rogo cęcitas esse potest, quā cū homo vxorem habeat tū pulchram, tum vero

Dan.4.

Esaiæ

Luc.3

vero prudentem, homo ipse rem habeat cū alia muliere deformi, turpi, atque immundā &c. Christus tandem redemptor noster rectos dirigit claudorum pedes: diabolus autē claudicare facit homines rectos per viam cœlestem, tanta grauis atque tardi erga Deū efficiatur: tu quidem coram dilecta tua genu flectis, coram Deo autem optimo & maximo, nec in templo id facis. Sic quidem dæmon facit & Christi miracula peruerse, & ordine præposterō. Vnde egregius psaltes. Oculos habent & non videbunt, manus habent, & non palpabunt, pedes habent & non. &c. ¶ Perpende quarto Dei iudicia profunda, & attende ad hos D. Ioannis discipulos, qui cū antea Christum offensum habuissent, iā modo illum prædicant: & quæ audierant ab eo dicunt, eiusque miracula referunt. Media igitur, quibus homines vtuntur ad Dei iudicia impedienda: ipsa quidem assumit Deus, ad illorum confusionem. Ionas Tharsis versus navigationem dirigit, Deus autem iter illud in Niniuem torquet, à qua propheta fugiebat. Ideo Ieb. Qui comprehendit sapientes in sapientia sua. Voluntas enim Dei semper adimpletur. Et quanuis aliquis possit fugere ordinē causæ particularis, non tamen ordinē causæ vniuersalis: quæ quidem diuina voluntas est. Ideoque Paulo dixit. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ideo Christus istis, ite & dicite Ioanni quod audistis & vidistis, hoc est, estote vos prædicatores mei & facite inuitum, quod noluistis sponte facere. Omnia hæc Christi miracula isti discipuli referūt magistro suo Ioanni. Denique sicut isti discipuli Ioannis possumus etiam & nos referre nō miracula, quæ audiuimus, & vidimus, sed stupenda quædam, quæ audiuimus & vidimus. Miraculum est, cęci vident: sed horrendum est, quod videntes homines, non videant. Apertos quidem & perspicuos habentes oculos non seipsos vident & agnoscūt, nec alios: nec ipsum Deum. Deum, quia non verentur prauis operibus irritare seipsos, quia cū cæteros omni die deferri videant ad sepulchra, ipsi se immortales cogitant. Cæteros quoq; nō cōsiderātiā si pauperes sunt, nec videre, nec iuuare volūt. Miraculū reuera est q̄ surdi audiant: sed illud magis miraculū quod audiēs nō audit à Deo tot beneficijs, infirmitatibus, tribulationibus, prædicationibus, & inspirationibus, vocatus. Vnde egregius psaltes. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Impius audiens, nec Deum, nec ecclesiam audit. Claudos ambulare miraculum est, miraculosius tamē quod pedes habentes nunquā ad bonum gradiantur, quanquam velociter ad malum currant, nec ad bonum vnquam moueantur. Sed de his satis. *Pauperes euangelizantur.* Euangelium prędicare non pertinet ad diuites, & honorates: sed ad pauperes. Hoc propter Ioānis discipulos dixit: ne Christum despicerent, vilibus vestitum. Græcorū autem more loquutus est interpres, qui dicūt benefacio te, benedico te: proinde & passiuis horum, εὐλογῶς, vtuntur. bene patitur abs te, benedicitur abs te, nam vtroque modo loquuntur. Vide autem differentiam inter mundanum, & cœleste regnum. In mundano enim regno cum noua aliqua accidunt prius regibus deinde potentibus mox patricijs & nobilibus nunciantur: cùm tandem ad plebeorum & pauperum aures deferūtur, iā principibus vetera sunt & communia. Sed cœlestia bona prius denunciantur pauperibus: ex quibus bona nuncia diuitibus aperiūtur. Temporales diuitiæ ex diuitibus trahuntur ad pauperes: sed spiritualia dona ex pauperibus deriguntur diuinibus & ita euangelizantur, hoc est, dātur bonum nuncium regni cœlestis. Hoc enim euangelium sonat & euangelizare, vt ipsi bona hæc nuncia diuitibus aperiant. At prædicatores nostri potiùs diuitibus quàm pauperibus euangelium prædicare volunt: Christus verò pauperes elegit, venit enim mundi vanitatem euertsurus. Regnum enim mūdi incipit à diuitibus magnatibus, & potentibus, sed Christi regnū à pauperibus. Reges & mundi principes respiciūt diuites, Christus verò intuetur pauperes. De illo enim habetur in psal. Oculi eius in pauperē respiciūt. Imò rege Herode miraculū vide recipiente noluit facere: at apud pauperes multa miracula fecit. Vt enim prudens mercator ociosis & valde curiosis merces suas ostendere non vult, sed ijs quos intelligit illas emptutosis. Sic Christus apud eos cōciones habuit & signa faciebat quos videbat ex ijs vtilitatē accepturos: & sic bona nuncia prius detegit pauperibus, vnde delata sunt diuitibus. Ionas propheta Niniue missus prius cœpit conari pauperibus: vnde nuncia regi sunt allata. Ideò dicitur. Peruenit verbū ad regem. Ionæ enim prædicatio de vno ad aliū circumferēbatur, donec ad regis aures peruenit. Leprosi etiā quatuor denūciauerūt in aula regis

Psalm.10.

Mat.27.

Ionæ.3 4.Reg.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Samaria, quòd castra Assyriorum essent vacua & plena cibis & diuitijs: dixerunt enim adinuicem: Hæc dies boni nunci est, nuncie-
Luc. 2. mus in aula regis, &c. In natiuitate etiam Saluatoris primo Angelus bona nuncia pauperibus pastoribus reuelauit gregem pascentibus, quibus dixit. Euangelizo vobis gaudium magnum, &c. Euangelium etiam prius à Christo dño fuit piscatoribus Apostolis intimatum: ex quibus postea aduersa loca peruenit.
1. Cor. 1. Ideo Paulus: Non multi potentes, non multi nobiles: sed cõtemptibilia elegit Deus, vt fortia quæque confundat. Amplius enim referebat (ait diuus Augustinus) pauperes esse & egenos qui hanc fidem mundo recipere coegerunt, quam diuites & potentes. Si enim ab infideli & Mauro quæras cur in ea secta vitam degat, proculdubio respondebit quia pater eius in ea vixit & mortuus est. Si vero hoc à fideli & Christicola leiscieris, dicet, quia duodecim homines egeni & nudes sine aliquo pecuniarum vel munerum genere, sine aliqua cognatione, sine aliquo deniq; huius mundi auxilio & fauore bona hæc nuncia mundo prædicauerunt & huius seculi reges & sapientes Christianæ veritati subiacuerunt: ex quo perspicuum est quod Deus esset illis auxilium, & dicta per illos vera censerentur. Christus enim (ait Augustinus) non conuertit peccatorem per oratorem, sed oratorem per peccatorem. Si enim per duces & potentes viros mundum conuertisset, ferretur vi & virtute armorum effectum fuisse: deoque veram fidem per pauperes introduxit ac siverum esset quod ea quæ concionabantur manifesta essent, erant quippe subtilia & perplexa Trinitatis & fidei mysteria. In primo regũ habetur quod seruus quidam Ægyptius, debilis ægrotus, ac famelicus, attulit nuncia Amalechitarum. Sic Deus vt verus Dauid pauperes Apostolos & discipulos pro ducibus ac
1. Reg. 30. cepit: eosque suæ doctrinæ contionatores accepit. Inuenit mundum ociosum, vt Dauid Amalechitas: mundus enim diuitijs, delicijs, vanitatibus, & peccatis deditus erat, quæ omnia ipse submersit ad iugum fidei mundum trahens. Quemadmodum Gedeon cum comitibus inermis & paucis militibus ijsque sine armatura subegit porentem & magnum exercitum Madian: sic etiam Christus paucis
Iudi. 7. inermibusq; discipulis vniuersum orbem euicit. Lege Gregorium & Ambrosium. Ideoque pauperes euangelizant regnũ Dei, quod
Gre. lib 30. mor. cap. 32.

quidem apparebat argumentum esse ductus & Saluatoris: siquidẽ vt Deus virtute sua diuina hæc sumẽs debilia instrumẽta impugnatus & euersurus erat vniuersum orbem. Sequitur vltra in contextu. *Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.* Hoc etiam propter Ioannis discipulos dixit, quia scandalizabantur in Christum: non enim credebant in eum, sed potius inuidebant ei. Scandalizari enim in Christum est non credere in eum. Sic ipse discipulos suos alloquitur dicẽs: Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Hoc est dubitabitis circa me. Sensus itaque est. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Ideest, qui scandalum non patitur ex operibus humanitatis, quæ pro infirmitate carnis & ad probandum humanitatis veritatem volens tolero. Multi etiam Christi fideles scandalizãtur in Christum, & offenditur in eũ. Offenditur enim superbus in Christi humilitate, diues auarus in eius paupertate: & libidini deditus in eius puritate. Audi tẽ notatu dignã. Qui propriã voluptatẽ abiicit, Dei volũtatẽ nõ offendit: qui verò propriã seruat volũtatẽ, diuinã offendere necesse est. Nõ enim nra volũtas diuinæ cõformatur, sed
Gen. 8. ius enim & cogitatio hominis ad malũ prona sunt: sed malũ necesse est vt scãdalũ accipiat à bono. Vide etiã q̃ nõ minus in hoc Christus
Esaiæ 8. Luc. 2. ostẽditur quã in miraculis quæ faciebat, de eo enim prophetauit Esaias dicens. Erit lapis offẽsionis, & petra scãdali. Sãctus etiã Simeon posuit eum esse in ruinam, & in resurrectionẽ multorũ. Optimè ergò dicit ostẽdens quis sit, beatũ fore qui in eo nõ fuerit scãdalizatus: nam qui viderit Christũ spinis coronatum, crucifixũ, & mortuũ, & nõ fuerit scãdalizatus in eo sed crediderit, hic beatus est. In templo erant
1. Reg. 6. duo altaria, alterũ erat æneũ in ipso statim vestibulo, in quo sanguinolẽtę offerebãtur victimæ & iugulabantur arietes multaq; alia animalia sacrificãda, & locus ille plenus erat cruore: sed intus erat altare aureũ, vbi solũ modo offerebantur thymiamata & incensum. Erat enim locus hic odore plenus. Igitur cũ Christus sit altare nostrũ, vt ait Paulus: qui viderit
Hebræ. 13. eũ despectũ, sanguine & viceribus plenũ existimabit, q̃ sic putus homo & altare æneũ: sed si ad interiora trãsierit nõ scãdalizabitur, quia inueniet altare aureũ, odoriferum, nõ pas sibile. & sanguine plenũ, sed diuinũ & plenũ thymiamate & incẽso. Cõsidera Christi diuinitatem. & q̃ nõ sit tantũ homo, sed Deus & homo: &

mo: & sic beatus eris, & non scandalizaberis. Præterea scandalizantur etiam multi in Christũ, dicẽtes. Quid ergo est quod Deus bonus & iustus, tot mala patitur: impius autẽ iustorũ persequutor triumphat, & viuit? Quomodo verum est q̃ Deus non reliquit suos in necessitatibus: cũ ego propter ipsum multis me opposuerim periculis, & nõ sum liberatus? Quomodo qui dat eleemosynã non deficiet, cùm ego qui tot pauperibus erogaui egeo modo? Multi imbecilles & infirmi hæc leuia imaginãtur, quos Christus alloquitur. Beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me. Nõ scandalizeris: quia Christus quãuis statim nõ præstet remediũ, nontamen deficiet, interim patientiã habe. Filijs Israel in Ægypto promisit libertatẽ per manũ Mosi, & tũc magis afflixit eos Pharao, & duplicauit laborẽ. Sic Dauidẽ vnxit in regem Israel, sed prius quam regno potiretur plures annos grauia incommoda perpessus est. Ita Deus antequam suos honoribus afficiat & promissa adimpleat multa mala patitur permittit, vt eorum patientiam probet: sed credere debes quod veniens veniet & non tardabit, interim patientiã habe. ¶ Perpende etiã Christi saluatoris modestiam. Poterat incredulitatẽ discipulorũ Ioannis arguere, sed noluit eos cõfundere, nisi tantũ eorũ conscientiã tangere loquens quasi de alijs dicens beatus qui non fuerit in me scandalizatus: sicut etiam in cœna fecisse cum Iuda euangelistæ commemorant, cùm dixit, va homini illi per quẽ filius hominis traditur nolens Iudæ peccatum palam facere sed tacitè illum reprehendere, sicut tunc cum istis fecit. Discamus ex hoc loco mala secreta proximorum occultè arguere: decet enim hic Christus dominus vt maxima sit nobis cura honoris & famę proximorum, ne eorum defectus à nobis in publicum educantur. Sed longe aliter nũc continget, cum minima habeatur ratio honoris & nominis fratris. Peccata enim nominis & famæ cùm ita vsu communia sint, non vt grauia habentur, & ideo in confessione fere semper obliuioni traduntur, homicidia verò, furta & alia quæcunque mala opere parrata ita grauia existimantur, vt non solum confiteantur, sed etiam veram pœnitentiam de his agant. & sic per hæc gestorum malorum opera homines fere nunquam ad Tartara trahũtur. Illa enim sunt velut morbus, de quo nulla est medici cogitatio: hæc autem facilius lauantur. Quomodo enim si tu de aliquo praue loqueris, &
ille cui talia intimasti dicit alij, & ali⁹ alij, breui temporis momento per vniuersam ciuitatem circũferũtur: quomodo huic infamiæ remedium applicabis? Sic homines in malum sumus proclines & ita praueri dictis aduersus proximos nros fidem adhibemus, vt si postea illos sũmis videamus effertis laudibus, à praua cogitatione auerti nequeamus: & sic si contingat infamiã diuulgari: impossibile erit nri proximi honorem exacte satisfieri posse. Nã quanuis per contradictionem detractor in foro interiori satisfacere videatur: aduertat adhuc quod fere nunquam perditus honor perfectè acquiritur: quia infamatoris infamia animis diuulgata manet: & sic manet obnoxius grauissimæ pœnitentiæ, ob magnam difficultatem restituendi honorem, quem proximo
Prouer. 25. detraxit praue de illo loquendo. Et sic Salomon in Prouerbijs. Quæ viderunt oculi tui ne proferas: nè postea emendare non possis, cùm deonestaueris amicũ tuum. Quærebat
Psal. 33. Dauid in psalmo, & dicebat. Quis est homo, qui vult vitam: & diligit dies videre bonos? dices tu. Ego volo vitam, & diligo dies videre bonos. Audi ergo prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Sed iam ad contextũ. *Et cũ discessissent nuncij Ioannis, cepit de Ioanne dicere ad turbas.* Scandalizatæ fuerunt turbæ de Ioanne putantes quod
Ioan. 1. Matth. 26. Mar. 14. mutatus esset, quærentes de Christo quis esset, cùm ipse testimoniũ amea perhibuisset. multi enim sic mutari solent. Petrus quiin prosperitate dicebat, quod moreretur pro Christo: in tribulatione iurauit quod non cognouit eum. Sic etiam multi homines mutantur: alio tempore reagnoscent, alio verò ignotus
Rom. 1. eris: de quibus Paulus ait. Qui cũ mutauerunt veritatem Dei in mendacium. Sic turbę opinabantur de Ioanne, quòd in vno tempore cognoscebat Christum & non in alio, quia misit interrogare, quis esset: ideò Christus ne honor Ioannis destruatur pro illo respõdet: hoc autem facit non in conspectu discipulorum Ioannis, sed vbi discesserunt. Discipuli enim magistrum suum plurisfaciebant, quã decebat, opinantes meliorem esse, & maiorẽ Christo: populus verò non sic minoris habebat Ioannem debito existimans, quod leuis esset & mutabilis. Vtraque horum extrema erant: non enim tanti habendus erat, quanti discipuli cogitabant: nec ita parui pendẽdus, vt populus existimabat. Vtrisq; hisce ductibus Christus redẽptor nr sapientissimè satisfecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ideo coram discipulis Ioannis, Christus illũ nõ laudibus cõmendauit nec opus erat: imò esset in detrimẽtũ illorũ, quia magis in errore roborarẽtur. Christus autẽ se ipsum exaltauit miraculafaciẽs, quæ magister suus Ioãnes nõ faciebat: vt discipuli Ioãnis cõsiderarẽt, q̃ Christus & maior & melior esset Ioãne. Vbi autẽ discipuli abierunt, Christus pro honore Ioannis respõdet, & eius magnas virtutes coram turba, & omni populo cõmẽdat: illud præcipuè laudat, quòd de leuitate argueretur, dicẽs, q̃ nõ erat Ioãnes arũdo vẽto agitata: sed erat vir firmus, & in suis affectionibus cõstãs. ¶ Expẽde etiã, q̃ quanuis istę turbæ, mala de Ioãne cogitarẽt, noluit Christus eas redarguere: sicut arguebat Pharisæos mala cogitantes, dicẽs quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et Simonẽ Pharisæũ cogitãtem mala de Christo, & de Magdalena, etiã redarguit: quia turbæ aliqua occasione fuerunt motæ & ex ignoratia peccabãt: Pharisæi autẽ ex malitia & malo proposito inuidiæ. Cauẽ tibi si forte cadis, sit velut casu & impetu: pius enim est Deo cũ ijs, qui oblata occasione, & nõ data opera peccauerũt. Illi autem, qui ex malo proposito, & ex corrupta intẽtione cadit, terribile iudiciũ, & magna vindicta manet. Nec est mirũ si oblata materia labaris: detestabile verò est, & dictu horrendum coram Deo, si ipsemet tẽpus, & opportunitatem quæras & depranata cogitatione & data opera proximum infectaris, vel odio, vel malitia intra pectus decocta. Sic Iudæ filium Onam, quia prauè, turpiter & ex malitia peccauit, ne fratri suo Her, filij nascerẽtur, Deus interfecit. De Iuda verò patre eius, quãuis cũ Thamar nuru sua peccauerit Deũ vindictã sumpsisse, legisse non memini: peccatũ enim Iudæ, nõ ex prõpta malitia, sed ex euẽtu, processit: nã cũ gregẽ adiret, in media via fœminã offẽdit illã, ignarus an sua esset nurus, & occasione oblata, cũ ea rẽ habuit. Sic Deus hic mittius se cũ hac turba gessit: cũ Pharaisæis verò inuidis asperè. ¶ Verũ in eo q̃ ait, q̃ Christus cœpit dicere de Ioanne, aduerte qualis & quantus sit Ioannes, de quo cùm tãtas proferret laudes, hic dicitur, quod cœpit dicere: hoc est, etiam si nimis lateq; de Ioãne dixerit, nõ tamẽ multis alijs, quibus Ioãnes erat præditus, dicẽdi finẽ imposuit: tot enim tantæ erãt Ioãnis cõmẽdationes, & laudes, vt ab eis initium ad dicẽdũ, finẽ verò attingere nõ posset. ¶ Præterea aduertẽdũ, q̃ sicut illi duo seraphini tẽpli, qui erãt inxta arcã, mutuo se aspiciebãt: & illi duo seraphini, quos vidit Esaias, clamabãt alter ad alterũ: sic Christus, & Ioãnes, mutuo se laudãt. Ioãnes, ait: Ecce agnus Dei, Ecce. &c. Sed Christus respondet, inter natos mulierum non surrexit maior, Ioãne Baptista. ¶ Admonet locus iste q̃ iactura, quæ fit pro Christo, est quæst. Ioãnes posuit in periculũ honorẽ suũ, mittẽs discipulos quærẽs à Christo, an esset ille Messias: sed nihil amisit, imò qua ſtũ fecit: meruit siquidẽ, ità sublimiter, à Christo laudari. Sic etiã quanuis sæpenumero amicorũ Dei fides periclitari videatur, ipse tamen habet nõ parũa curam eorum. Fac quod in te est: nã etiam si per aliquod breue tempus arumnas patiaris Deus, p̃ quo istheç de patris prouidebit tibi, & tuo honori: ipse de his periculis te educet, & lõgè aliter quã opinaris. Sic in Ægypto fecit cum Ioseph, & cũ Susanna similiter, quia quod probæ, honestęque fœminæ erat effectũ: infamata fuit, Deus tamen omnipotens, magna qualem superabundãtia ipsam & honorem suum in pristinum statum redegit. Vides ne qualiter cum Deo, nulla sit facienda iactura? vides (inquam) curam, qua Deus suis fauet? Si quam pro eo iacturam facis: maximum quæstum & lucrum reportabis. ¶ Docet etiam proximos nostros, maximè bene meritos laudare, & honorare: nec Christus ita se gerit vt multi, qui honorem, & gloriam omnem sibi ipsis solis acquirunt. Christus cõmendat Ioannem: & debitum illi reddit honorem. Multi sunt mortales, qui honorem omnem sibi vendicant: voluntq̃ne nequis sit medius nec honorẽ quis habeat. Aaró & Maria videntes, quod Deus Mosem, magis quã illos honoribus afficeret, cũ detractione secta bãtur. Nõne etiam dominus loquutus est nobis: nec conscius erat Aaron, q̃ si quẽ honorẽ habebat per Mosem fuerat sortitus: nec etiã bene cogitabat Maria, si quem propheticum adeptа fuerat spiritum, medio Mose effectum fuisse: & omniũ horũ obliti Mosem detractionibus prosequebantur, quod primas obtineret. Sic etiam in mundo: siquis apud regem locum habet, statim inuidia oritur, & fallacijs conqueritur de illo apud ipsum regem, detestabile enim inuidiæ vitium, quærelis replet omnia. Fratres Ioseph, non à quo animo toleruerũt, quod Ioseph pluris haberetur: nec Core & sui quod per Mosẽ imperaretur. Nõ sunt viæ meæ viæ vestræ, dicit dominus. Vias enim cũ aliquẽ in sũmo gradu cõstitutũ vide-

Matt. 9. Luc. 7.

Gen. 38.

5. Reg. 6.

Esa. 6. Ioan. 1. Matth. 11.

Gen. 37. Num. 12. Esa. 55.

tis totis viribus, toto affectu, conamini vt humilietur, & paruipendatur: sed aliter Christus, qui Ioannem laudibus extollit. Supra modum quippe Deus debitum honorem, & pro meritis vnicuiq; reddit. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. ¶ Tertiò docet, vt cùm videris nus alicuius famam periclitari nõ erubescamus coram detractoribus narrare ei⁹ virtutes sic enim expostulat charitas, quę diligit proximum, sicut seipsum. Sic laudauit dominus Mosem & memor fuit honoris eius, reprehẽdens Aaron & Mariam: similiter & sanctum Iob, & reprehendit amicos eius. Sed inuenies multos non aliter se habentes, ac rudes & rustici pastores: qui vident canes, humilem viatorem, mordentes, & dilaniantes, & ipsi hoc cernunt & tacent, cùm possent canes auocare & semouere: ne ille detrimẽtum patiatur, Sic multos reperies, qui vident suorum proximorũ famã, & nomẽ periclitari: quiq; mordacibus suis dẽtibus dilaniant vitã, honorẽ, & famã, & quanuis ipsi famã non detrahant, alios vident, quos vno solo verbo impedire poterãt dicentes, ne verbũ amplius addant. ¶ Quartò docet fidem: & fidelitatem, & amicitia, cũ familiaribus seruare, etiam si eos carceribus detẽtos & iã pene lapsos viderimus. Plurimos hac tẽpestate reperies, corã te ridẽtes & te collaudãtes qui si te vel cathenis vinctũ, vel humilem viderẽt, te detractione prosequerentur: & te etiam vilipenderent. Et si forte fortuna, de te quid male dictũ auribus percipiant, non solum resistent, verum etiam detractoribus, erunt in auxilium. Sic cùm Amã apud regem Assuerũ plurimũ valebat, ab omnibus adorabatur: vbi autẽ eũ despectũ & regi odiosum aliqui viderũt: non defuit, qui suæ necì esset adiutor & regi dixisset. En lignũ, q̃ parauerat Mardocheo qui loquutus est pro rege, stat in domo Aman: Sic fieri posset, quod multi viderent Ioannẽ carceribus detẽtũ, & nullã de eo haberẽt rationẽ: sed (videas obsecro) qualẽ amicũ habeat Christũ qui pro Ioanne vincto, & proiecto, proq; eius honore & fide respondere, non erubuit. Christus enim nõ afsistit coadiutor, in detrahẽdo Ioãni: imo sicut fidelissimus amicus honori eius prouidet: nec vsquã Christus dñs, ita Ioannẽ laudauit quã hoc tẽpore, dũ illũ in vinculis & humilẽ vidit. Cũ proximos nostros in vinculis, & despectos viderimus: tunc in eorum honoribus & laudibus, qua poterimus industria iuuare tenemur: & maiori studio, quã cũ diuites, & sublimes esse autumam⁹. Cõtrariũ tamen huius, hac nostra ætate mũdus efficit, nec enim diuitias alij offert, quas diuitis nec illũ honorat, quã potentẽ, nec aũ deniq; insequitur, quã illũ quia iã est infestatus & parũ potẽs est. Discamus quintò de proximis nostris, in eorũ absentia bene loqui: siquidẽ nullus, siue hæretic⁹, siue infidelis sit, viuit in mũdo, qui si aliquãdo obũbretur delicto, nõ aliquã virtutẽ admixtam retineat: nullam enim naturam, etiam si serpentes venenatos fecit Deus, & creauit cui nõ virtutis aliquid sit admixtum. Vipera venenosum est animal, ita vt morsu occidat: & tamen multa bona habet, medicamentum enim præstat colli infirmitatibus, & theriaca quæ omni veneno prodest, ex vipera fit, vt perfectior, & efficatior sit medicina, & prodest neruis & infirmitatibus oculorũ, & elephantiæ. Nullus itaque homo tã malus est, quin aliquod bonum habeat, de quo illum possis laudare. Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona Nullus itaque Christianus est, de quo, etsi iniquus sit, aliquod bonum non possit effari. Omnia quippe valde bona sunt: sed malus amor, hæc valde bona corrumpit. Aurum bonũ est, sed quomodo diuitẽ auarũ eijcit in Tartara? Non aurũ sed auaritia, & auri improb⁹ amor perdit illum. Auro descendit in ima diues, quisquis est auarus. Qui dispergit, & dat pauperibus, cuius iustitia manet in sæculum sæculi, auro ascendit in cœlum. Regno perditur Saul, regno saluatur Dauid. Pastor bonus, qui dat animã suam saluatur: sed iniquus, lac suarum ouium comedit, operitur lana, nec oues cutat, & damnatur. Vtrobiq; Apostolus Petrus, & Iudas: sed Petrus supra omnes sublimatur, & Iudas in infernum descẽdit. Malus amor bona reddit mala, nã quæ sunt valde bona, male amantibus, reddũtur mala. Bona est lux, bonus solidus cibus: oculis tamẽ ægris nihil luce molestius, & stomacho debili nihil noxius solido cibo. Sed amor ille dãnatus, habet suũ fontẽ in nobis, si enim nos ipsos, male amamus, omnia huius amoris flumina, huiusque amoris amor pessimus erit. Si enim nos rectè amamus: in Deũ, & in vitã æternã, ex hoc amore fluent flumina dulcia, & salubria. Ideo si teipsum bene ames, proximũ etiã amabis: & si proximũ illibato amore esses prosequutus de illo absente, bona prædicares. Sicut eũ odiũ & inimicitiæ, tuos obex

Gen. 1.

2. Cor. 9. 1. Reg. 9. 1. Reg. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cant sensus, ne aliud à malo intuearis: ita amor interiores aperiret oculos, ad inuenienda plurima, de quibus proximum absentem, & maximè commendare & pro honore respondere possis vt hic Christus fecit pro Ioãne Bptista. ¶ Sextò docet amicorũ res in eorum absentia curare. Sic in Genesi dicitur q recordatus est deminus Abraham & liberauit Lotk à Sodoma. Non rogauit pro illo dũ loqueretur pro Sodoma: sed curam, quàm Abraham habuit non de nepote, habuit dominus de illo, vt videas, quanto maiori cura, suorum res Deus curet, quàm ipsimet, à quibus possidentur. Sic arguit Laban, ne faceret malum Iacob. Sic etiam dum Ismael ploraret in deserto, audiuit dominus vocem pueri & non ob aliud, nisi quia semen erat Abrahæ amici sui, in cuius absentiam curam eius habuit Deus. Vides qualem se Deus gerat amicum: siquidem tali conatu, res suorum in absentia curat: & non solum in vita, sed etiam post mortem: quia peccata Salomonis non puniuit in eius vita, propter Dauid seruum eius, qui custodiuit vias domini. ¶ Septimò admonet locus iste laudare sanctos, & viros iustos: quia Deus in illis laudatur, qui fecit illos sanctos. Ideo Dauid, vbi dixit, laudate dñũ de cœlis, laudate eũ in excelsis. Laudate eũ omnes Angeli, &c. his nõ cõtentus, dixit: laudate dominum in sanctis eius. Cùm imaginem bene, exacteque depictã laudamus, ipsum artificem commendare videmur. Ideo Deus vult, vt non solum diuinam suam maiestatem, sed etiã sanctos eius collaudemus. Ægyptius rex Pharao non solum voluit honorare Ioseph, donãs illum regio annulo, & imponens digito illius: verum etiam vt hoc ipso honore ab vniuerso populo afficeretur: & sic insit, vt omnes coram eo genuflecterent: & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. Sic Deus vult vt honoremus, quos ipse honorauit. Nabuchodonosor etiam, cùm Daniel statuæ somnium exposuisset, cognouit Deum, & adorauit, dicens. Vere Deus vester, Deus deorum est: & dominus regũ. Cũque Deus non bene sibi satisfactum esse videretur, ex eo quod à Nabuchodonosor cognosceretur & adoraretur: voluit suos quoque seruos honorare. Ideo fecit quod Nabuchodonosor videret illos tres pueros ambulantes per fornacem ignis, ab eo quod nec ipsi Deũ collaudantes, nec vestimenta, & capilli comburentur: & ita accessit proprius ad illos dicens. Sidrach, Misach, & Abdenago, serui Dei excelsi, egredimini & videte. Et his non cõtentus illos in sublimi statu collocauit: promouit enim Sidrach, Misach, & Abdenago, in prouincia Babylonis. At hoc ità Deus præsens miraculum fecit: vt sicut per prius miraculum Nabuchodonosor Deum coluerat, & per hoc posterius seruos: ita tam sublimiter Ioannem Christus laudat, docens vt sanctos & viros iustos honoribus prosequamur. Ex commendatione enim virtutis alicuius probi viri, duo videtur criri commoda. Alterũ, quod laudata virtus crescit: alterũ vero quod commendationem audientes, vltro cogũtur, ad virtutem similem sequendam, & probi virtus augetur: quia virtus laudata crescit. Si enim virtus vera est, nõ dubium est, quin crescat. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. Cùm aurum in fornace proijcitur, quidquid aurum non est in fumũ conuertitur: quod autem verum aurum est, liquidum & perfectum manet. Hæc est laus in homine, quę si vera sit virtus, magis aucta, magisque perfecta manet voce laudãtis. Sin autem, commentitia & ficta sit virtus, tota ipsa in fumum, & humanam conuertitur vanitatem: & quia in bonis augetur virtus, conueniens est vt laudetur. Secũdò prodest laus bonorum, quia vbi alijs auditur, hi inuitãtur ad proponendam virtutem sibi imitandam: ram dum bonos commendamus cor nostrũ cogitur ad simile faciendum. Paulus, vt Hebræos, ad suorum maiorum virtutem incendat, eorum gesta in memoriam refert, dicẽs. Mementote præpositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum Dei quorum intuentes, &c. hac prædicatione vsus est Esaias, dum dixit. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Mathias quoque vt filiorũ animos accendat, ad potius subeundam necem quàm patiantur legem & eius custodiam violari: in hoc prorumpit verba. Mementote operum patrum, quæ fecerũt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Mementote Abraham, & Iacob, & Phinees, &c. Hoc etiam fecisse Iudith, sacra commemorat historia. Quapropter non potuit vnquam placere illud, quod quidam doctor, exponens illud, neminem laudaueris in vita sua, dixit vt dum viuit ne laudemus hominem: sed tantum post vitam, post consummationem. Laudat nauigantis fœlicitatem in quit ille) sed cùm peruenerit ad portum: laudat ducis virtutem, sed cùm perductus est ad triumphum. Contrarium hic videmus quod facit dominus Iesus Christus, cuius omnis actio est nostra instructio: laudauit enim Ioannem, & multa de eo dixit populo: adhuc Ioãne viuente. Sic etiam laudauit Abraham, & Mosem, laudauit nimis fratribus suis Aaron, & Mariæ, quia de eo murmurauerãt. Sic laudauit sanctum Iob, dicens virum iustum, & rectum. Et si dicas, quod Mosem, Iob, & Ioãnem non laudauit in facie, & coram ipsis, sed absentes: nec hoc habet locum, cùm laudauerit Christus in facie Nathanaelem, Petrum, Magdalenam, Cananæam, & Centurionẽ.

Quapropter illud quod scriptura ait, ne laudaueris hominem in vita sua, intelligitur iuxta mentem beati Bernardi: ne laudemus hominem in vitijs & peccatis. Hoc est vita sua, id est, fragilitas, concupiscentia, mendacium, &c. hoc est suum: iuxta id quod dominus ait. Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Quidquid boni habet homo à Deo est: quia vt Iacobus ait, omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Ideo dicit, in vita sua hoc est, in his quę sua sũt. In his nõ est laudãdus vt multi faciunt, laudantes vitia & peccata diuitum, & potẽtum, quẽ admodum psalmista fait. Quoniam laudatur peccator, in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Ideo in alio loco quẽdan arguit egregius psaltes dicẽs. Quid gloriaris in malitia, qui potẽs es in iniquitate? Hoc est. Quæ est hæc malitia tua, vt glorieris de bono aliquo qui nullius rei planè potẽs es, nisi vt operaris iniquitatẽ? Si malitia ex te est, quid gloriaris in ea? Igitur ne laudaueris hominẽ in vita sua carnali, fallaci, mutabili, ad malũ prona, & cõcupiscentijs plena: virtutes autẽ, sancta desideria, & bonas cogitationes, quæ à Deo sunt, lauda in eo, sicut Christus laudat hic Ioannẽ, vt eius honorem tueatur: & alios prouocet, ad sequendũ & imitandũ eius virtutes. Virtus itaque laudibus honoranda est: honor enim absque meritis est, velut gemma in annulo ferreo. Cato ille maior, cùm statuas aliquorum, absque meritis videret in foro, malo (inquit) homines deme quærere. Cur statua non est posita Catoni, quam cur posita sit. Viris itaque probis debetur laus, etiã dum viuunt: & sic Christus Ioannem laudauit, & honorauit. ¶ Demũ docemur, quam indifferens sit præmium, quod dant boni; tã Deus, quam mundus. A mundo accepit Ioannes contemptum, & ab Herode carcerẽ, & mortem: à Christo verò laudibus extollitur. Sic Moses à populo suo persequitur lapidibus & cõtemnitur: & à Deo laudatur. Similiter Samuel despicitur à populo, deijcitur à principatu: & commendatur à Deo. Sic Iob ab amicis improbatur: si d laudatur à Deo. Sed iã ea quæ de Ioanne ait, audiamus. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Commendat illum in quatuor virtutibus: licet, à cõstãtia animi, ab asperitate vitæ, à veritate doctrinæ, & à puritate vitæ. Primò populus obijcere poterat, quod Ioannes esset mutabilis, siquidem vbi Christum digito prõsserat, quærit posteà quis sit: cui dubitationi respondet Christus: quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Non est Ioannes mutabilis, vt arundo vento agitata: & qui nunc ait, & modo negat: quia Ioannes homo constans est, firmus, solidus suis dictis, quique eb rem nullam moueretur: nmò omni tempore idem affirmabit. ¶ Secundò posset opponere populus, quod Ioannes erat adulator, eo quod Christi beneuolentiam captare vellet, cùm dixit, ecce agnus Dei nunc vero quia nullum sibi commodum reportari videt, quis sit rogat. Huic etiã satisfacit Christus. *Sed quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestimẽtis indutum? ecce qui in veste preciosa sunt, & in deliciis in domibus regum sunt.* Adulatores & parasiti, qui fertis & deauratis vestibus, ornantur, regum domos incolunt. Ioannes verò, quia camelorum pillis contexta induitur veste, non in regijs dõmibus obtinet locum sed in carceribus. Quod vero non sit adulator, nec alicuius fauorem quærat, ex loco, quẽ habitat, ex vestibus quibus vestitur, facile deprehenditur. ¶ Pollent tertiò arguere cõtra eius propheticum spiritum defectum opponẽtes: eo quod cùm Ioãnes protulit, ecce agnus Dei: non cognouit Christum, nec sibi constitit: siquidem quæsitum misit quis Christus esset: ideo pro Ioanne Christus respondet hoc modo. *Sed quid existis videre prophetam? vtique dico vobis, & plusquam prophetam.* Nec Ioannes (ait dominus) ignarus est homo, sed sublimi præditus ingenio: quippe de me non parum habet intellectum. Et qui non solum est veris propheta, imo plusquam propheta, ex ignorantia quærere non potest: nam si in prophetico

Gen. 14. Gen. 31. Gene. 21. 1. Reg. 11. Psal. 148. Gen. 41. Dan. 2. Dan. 3. Prouer. Hebræ. Esaiæ 51. Matth. 3. Iudith 8. Eccles.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actu prophetæ deuiare nequibāt, quomodo deuiabit Ioannes, qui maior est illis? ¶ Quarto dicere poterant, quod carnali, & munda no amore sæpenumero homines cogūtur, ea quę rationi debita sunt exequi: & ꝙ sic Ioānes modo aiebat modo negabat. Ad quod Christus respōdet dicens, *Hic est, de quo scriptū est. Ecce mitto Angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Nec ita popularis est Ioannes, vt alij: nam licet, ex carne & ex ossibus sit compactus: moribus tamē & vita ità purus est & cœlestis, vt nihil nisi de cœlestibus agat. Vt enim Angeli: cum sint in gratia confirmati: quicquam præter debitū operari nequeunt: ita Ioannes, à maternis visceribus, in gratia confirmatus, quique potius Angelicā quā humanā vitam transegit, nulla promissione cōmotus à veritate vnquā declinabit. ¶ Sed iā singula hæc quatuor discutiamus.

¶ Primo commendat Christus Ioannes à cōstantia & firmitate propositi dicens, quòd nō est mutabilis, sicut arundo, quæ vento mouetur. Ioannes non erat arundo, sed arbor fixa: quam nulla ventorum tempestas, non humana laus, non adulatio, non metus, aut minæ, non promissa, non fœlicitas non aduersa fortuna, à proposito, & vera confessione, amouere possit. Vnde quædam sapiens mulier regi 2. Reg. 14. Dauid dicebat. Sic est dominus meus rex, sicut Angelus domini: qui nec maledictione, nec benedictione mutatur. Ioannes non mutatur Ioan. 1. à priori, dicto sicut Angelus, cui quod semel placuit amplius displicere non potest. Nec in maximo honore sibi delato, nec in oblata dignitate Messiæ, nec in vinculis, mutationē fuit passus: vt aurum in aquam conie ctum non amittit colorem, nec pretium, in ignem vero immissum, purius redditur & splē didius: sic vir iustus, & sapiēs, in aqua prosperitatis, non amittit virtutem, nec splēdorem: in igne vero calamitatis, redditur illustrior & præstantior, habet enim cum auro similitudinem. Impius autē similis est luto, qui in aqua dissoluitur: & in igne induratur: nārebus secūdis, & secundū voluntatē fluentibus, ducitur voluptatibus & illecebris, & cum se videt in æstumnis induratur: & in scelcribus obstinatur. Ioannes verò stabilis, & constans est: qui in prosperitate, & aduersitate idem est. Chamalæon ad speciem rerum, quibus admouetur mutat colorem: & nos quacunque occasione obiecta mutamus propositum, & derelinquimus virtutem. Et sicut Chamalæon colorem album non recipit, cum cæteros recipiat: sic nos ad omnia mutamur, præter ad animi candorem. Sed Ioānes sicut figura quadrata, quæ in quamcunque partem voluatur sui similis est: sic in omni virtute se iustum ostendit. Gētiles qui aiebant Mercurīū Deū esse veritatis super lapidem quadratum illū pingebant. Sic Ioannes vt in sua animi constātia conseruaretur, fugit in eremum: nam si in mundo cum mundanis consuetudinem habens maneret, amicitias & conuersationes cū hominibus iniret, & fortassis posteà amicorū & consanguineorum vitia carpendi, animo careret. Sic sæpenumero accidit, ꝙ dāmō sapientes, & spirituales viros in faciem aggredi non audeat: ideo populum incitat vt illos cōsulat, & eorum amicitiam contrahat: quippe qui, vt accepti maneant cum amicis, fortassē mala consulant: cum id dæmon maxime desideret. Et sic Adam protoplastum, non à fronte tentare fuit ausus: sed vxorem instrumentis quibusdam decepit: Adam autem ne illā contristaret, contra Dei iussum operatus est. Ioannes vero altius, & inexpugnabilius consilium petiendi deserta sumpsit: ne eum populus ab alto proposito, aliquo modo deterrere posset. Discamus ab eo animi constantiam, & perseuerantiā in bono. Christus namque Apostolis dicit. Vos estis qui permansistis mecū, in tentationibus meis. Non dicit: quia dereliquistis patrem & matrem: sed quia permansistis in tentationibus meis: dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis, &c. Iudas quoque parētes dereliquit, & bene exorsus est: & Saul in suis primordijs vir fuit rectus: & tamē hi duo condemnati sunt. Et Salomon rex, bene cœpit initio: & postea improbus euasit. Sed Christus hic cœleste regnum pollicetur: quia (inquit) permansistis in tentationibus meis. Familiares Iob bene sunt orsi, & septem dies cum illo sunt lamentati: quia tamen fixi non manserunt, suppliciū sunt passi. Et idco Saluator. Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Esto quæso, constans, & fixus in bene operando, vt fuit beatus Ioannes Baptista. Arbor enim sæpe mutata, radices non emittet: quod si radices non emittens, passim muteris in bono incœpto, virtutum fructus nusquam produces. Ecclesiasticus sic de sapiēte dicit: quòd manet sicut sol, & quod stultus mutatur vt luna. Non paruum huius rei exemplar de patriarcha Abraham inuenies: qui cū Deo rem diuinam faceret, quanuis veniebāt

nes ad illum ipse abigebat eas & nō propter earum importunationem, dereliquit bonum incœptum. Nam qui in bono sunt mutabiles harundini agitatæ comparantur. Nam quos procellis mundi huius obnoxios, vita mobilis inquietat, merè arundini comparantur, in quibus solidum aliquid nullus est fructus: & extra vento mouentur. Quidam enim adeo sunt inconstantes, vt constantia eorum hęc esse dicatur, scilicet, esse inconstantes. Hanc inconstantiam deplorat Iob dicens. Contra folium quod vento rapitur ostendit potentiam tuam: Talis homo est, qui paruo vento tentationis euellitur. Reuera arundines sumus: quia quacunque aura tenuissima mouemur & agitamur. Siue enim humana laus, siue cuiuscunque potentis adsit benignitas, clatione concutimur, & despicimus cæteros: & si desunt humana solatia, tristamur: hodie proponimus emendare vitam & crastina die ad vitia reuertimur. Sed, hæc mobilitas ex animi interioris mobilitate, & leuitate procedit: Nam si consideres fixam columnam, & ex aduerso arundinem constitutam: quemadmodum & columna, quantumcūque spirēt venti columna in se consistit immobilis, & arundo à quacunque leuissima aura flectitur & incuruatur: cuius quidem rei si causam velis, illa omnino est quoniam intus arundo vacua est, colūna vero grauis, & solida, & hinc planè colligimus ab intrinseco prouenire, ꝙ arundo facile quatiatur, columna vero fixa, & immobilis maneat. Peccatum igitur quod intus manet in anima, huiꝰ mutabilitatis causa est: quodsi mihi credere nolueris, audi Hieremiam dicentem. Peccatum peccauit Hierusalem, ideo instabilis facta est. Intus quidem habuit peccati humiditatem, quare febris tremores, & propositorum mutabilitatem fouit passa. At Ioannes quia peccato carebat, manebat immobilis. Ad expellēdas has mutabilitates opus est peccatū è medio tollere: & Deo adhærere. Si vero arundinem, columnæ illi marmoreæ ex aduerso positæ alligaueris, arūdo sic alligata à vento non agitabitur. Ita quoque si Deo per amorem firmiter te alligaueris, & charitatis vinculo illi adhæseris, atque omnem tuam voluntatem in illo direxeris, nihilque velis, præterquam quod illi non placitum sit, reuera firmior, & solidior permanebis: sicut scriptum est, de adhærentibus Deo. Et firmabitur in illo, & non flectetur. Quia quanuis nos concepti in peccato, & natura corrupti, mutabiles simus, sicut arundo vacua: tamen gratia Dei adiuti, & Christo adhærentes, & illi affixi, quanuis simus ex natura arundines erimus tamen ex gratia immobiles. Sic Paulus quia Deo adhærebat, ausus est confidenter dicere. Quis separauit nos à charitate Christi? an fames? an tribulatio? an angustia: &c. Scio quod nec mors, nec vita. Sic affixus erat Ioannes, & ideo non mutabatur: sic & Apostoli: quia quāuis cæsi ne in nomine Iesu prædicarent, tamē immobiles mānserunt. Sic martyres Christi: sic denique omnes amici Dei, & electi. Complectere Deum obnixeque illi adhære: & qualem vim mundus habeat, & omnes eius tentationes, ad remouendum sine dubio cognosces. Esto ergo immobilis, & constans in Dei amicitia. Vnde etiam ad hāc stabilitatem admonet nos scriptura dicens. Non te ventiles in omnem vētum, & esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Paulus quoque. Stabiles estote, & immobiles: abundantes in omni opere domini semper. Et iterum. Non cito moueamini à sensu vestro. Et rursus. Optimum est gratia stabilire cor. Sicut enim virtus & sapiētia stabiliunt mentem: iuxta illud Salomonis. Vir sapiens fortis est: & vir doctus robustus, & validus. Sic enim ex peccato gignitur incōstantia: vt iam diximus. Peccatum igitur amoue, & Christo adhære, si vis esse constans & in bono perseuerare, sed saris est de his: nunc secundum, de quo Ioannes laudatur, videamus. ¶ Secundò laudatur quod mollibus vestimentis non induitur, dicens. *Sed quid existis videre hominem mollibus vestimentis indutum?* Ioannes non induebatur mollibus vestimentis, sed veste durissima, de pilis camelorum contexta: & zona pellicea erat præcinctus, iuxta renes. Vide asperitatem vitę, & vestem Ioannis. Vt enim auiculæ nidificātes exterius spinas & vepres, interius verò pennulas, & molles leuesque res alias astruunt: sic iustierectique viri exterius dura vestimenta, asperitatem, & carnis macerationem, interius vero suauitatem spiritus induuntur. Contrarium vero operantur mali, qui exterius molles, & delicatas vestes, interius vero conscientias, & corda plena habent spinis, stimulis, & decoctionibus conscientiæ. Aduertant autē qui mollibus vestiuntur, & timeant iudiciū: nam si blanditiæ, & vestium superflua abundantia ex se mala non forent, nō laudāret Christus præcursorem sanctum ab asperitate vestium:

Eccles.

Rom. 8.

Act. 4.

Eccle. 5.

1. Cor. 15.

1 Thess. 2.

Hebr. 13.

Proner. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 16. stimmine minus sanctus Euangelista Lucas describēs vicia illius diuitis auari, qui ad Tartara tetendit, diceret, quod preciosis & purpureis induebatur vestibus: & siquidem sacrę scripturæ author Spiritus sanctus, illius diuitis damnati pretiosa vestimenta damnat, & vestium duritiem Ioannis commendat: efficax est argumentum ad probandum: quantū sint vani, & dementes, qui huiusmodi pretiosis vestibus vtuntur: quantumque sit stultum in similibus rebus tempus consumere. Fatuitas maxima hæc est, quia ornantes se mendicant pulchritudinem suam, & creaturis vilioribus, quam ipsi sunt. Nobilis homo erubesceret à vilibus hominibus mendicare: & potius indigentiam sustineret quam mendicare ab ipsis. Sic debet homo erubescere à vermibus, & muribus, suum mendicare decorem. Sericæ enim byssi, & auri contextiones: & alia id genus, vermium sunt stercora: & sic praua est abiectio, re pretiosis vestibus ornare. Nonne (quæso) subsanares, & irrideres aliquē depingentem domum veterem & minantem ruinam talis est corpus hominis: qui vix staret per quinque dies, nisi cibis, & potibus fulciretur: Domus postibus sustulta, quæ postibus comedendi dormiendi, & bibendi, sustinetur. Vnde nimis irridendi sunt, qui variis ornatibus istud depingunt: sicut ridiculum est, videre aliquos depingēres parietes, & vetusta ędificia & super ea cęruleum colorem, & deauratum imponentes. Nam licet nimia elegantia induaris, & perpolite componaris: nō ita conspiciendus es, vt flos campi. Salomō integra sua gloria, non sic indutus exiuit, vt vnus ex his floribus. De sanctis veteris testamenti testatur Apostolus, quod circuierunt in melotis, hoc est in vestibus camelorū pilis contexris, & in pelibus caprinis. Homines quidē erāt vt nos: sed agnouerūt, quod nudi egressi sunt ab vteris matrū suarum, & nudi erāt illuc reuertēdi, incęperunt in hoc sęculo vt egeni peregrini: nam cū essent curiales cœlestis regni, & ad cœlestem curiam creati harum vanitatum parum curabant. Quam vero deperditam, & deuastatam nostrā Hispaniam vestium magni pretij, & gestaminum solarus vsus, paucis abhinc annis inductus, reddiderit, quis enarrare poterit? Siquidē sartorum opera plutis stat, quam ipsæ sericæ vestes: & opus excedit materiam. Vestium hæc noua genera, quæ ex peregrinis regionibus, per patricios & potētes viros inuecta, pene euersam habent Hispaniam. Audiant hi quod per prophetam Sophoniam Deus ait. Visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem qui arrogāter ingreditur super limē. Amos quoque. Væ vobis (inquit) qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel. Quid, si prophetas hic proprijs oculis, qua pompa hæ dominæ ingrediuntur templum intuerētur? Quid si residua vestium trium cubitorū & amplius? Quid si ornamenta, vehicula, pēcturas & vanitates, quibus incedunt, cernerent? Quid loqueretur: filiæ eius (ait Dauid) ornatæ ad similitudinem templi. Medium diei tempus, in ornatu, vestitu, ablutione, & facie componenda consumunt. Egrediuntur tandē vt papiliones depictę: quòd si afflarent, pro bene placito vitorum id efficiant, mentiūtur maxime: quoniam intra priuatas domos, vbi à viris conspiciuntur, qualibet veste incedunt, sequę hos esse valde & communiter getunt: vbi vero foras egrediuntur, non aliter quam reginæ ornantur: ex quo manifeste patet, quòd non pro placito vitorum, sed extrarum gentium id faciant. Quod si his quoque placere nolint pro offendendo Deo, id faciunt, quòd licet pro bono aspectu exteriori non fiat, leuitatem tamen, & amentiam arguit itaque cum sic leuiter, & superabūde ornentur, alterum duorum cauere nequeunt: vel quod peccatrices sint, vel dementes. Sed vt huic rei finem imponamus, vtque peccatrices hæ mulieres, exitū vltimum videant quo huiusmodi leuitates, & dementiæ tendunt: Esaiam prophetam ex parte Dei loquentē audiant: quo dicto tremant, & metuant. Audite infœlices, & infortunatæ, non quemlibet, nisi Deum, Deum (inquam) audite. Hæc dicit dominus Deus. Pro eo quòd elenatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo: & nutibus oculorum ibant: & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: decaluabit dominus verticem filiarū Sion, & dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamētorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pēdentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & aeus, & specula, & sindones & vitas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor & pro zona, funiculus: & pro crispāre crine calui tium & pro fascia pectorali, cilicium, &c. Sed quia sancti memores esse, aulæ regis cœlestis, & non terrenalis sciebant, quocunque vestitu erant contenti: maleb ant enim sancti domus regis cœlestis, quam terrenæ habitatores, & incolæ nuncupari. Ideo subditur. *Ecce qui in veste pretiosa sunt, & in delitijs in domibus regum sunt.* In domibus terrestrium regum inquit non ęterni regis. Et si delicatis & mollibus vestibus vtentes, regum palatia incolunt: non oportet monachum vilibus vestimentis indutum, & mortuum mundo, circuire aulas magnatum, & regū palatia frequentare, quod proh dolor, iam nunc in multis videmus, quibus tam clausttum monasterium, & cella fœtent, & quærūt negotia in aulis principum, ad extrauagantes, multis negotijs sæcularibus detenti, distracti, et rsitant tota die sicut Centauri & Satyri de quibus poetæ dicunt, esse monstra quædam, media homínum, & media brutorum animalium. Sic isti sub habitu perfectionis, & religionis sęcularibus implicantur, vt in vno subiecto, duas qualitates contrarias inuenias. Vere induere vt ambulas: vel ita ambula, vt induearis. Quæstus verò quem hi faciunt, non est alius: quā in monasterio acquisita, in mundo amittere. Sæculares enim, cum quibus est illis familiaritas, deuotionem, & spiritum omnem illis detrahunt. Beatus Anselmus in libro de similitudinibus, optimam ad hoc propositum affert similitudinem. Nam sicut bubo latatur in cauerna, dum est cū pullis suis, & suo modo bene sibi est: dum vero est inter corvos, & cornículas & alias aues, incurratur, ac dilaniatur, & omnino sibi male est, vtpote quia huc & illuc perentis, ille alis in eum irruit, alter vt ro vngubus discindit: ita monacho in claustro bene est foris autem negotijs, curis, & solicitudinibus lacerator, & dilaniatur & distrahitur: ac tantam que perueniunt sa pientiam ei ro relaxationem vt nihil de monacho patricipent, cùm omnis eorū consuetudo loquela, & negotiatio, non sit dicere, aboca quæ est sęcularium, & mundanorum. Quia sicut illi loquuntur, & tractant sæculares merces, & formam assumunt. Pistraci vel quæuis alia auis in campo libera & soluta non aliter, ac auiculæ aues cantant, in missæ tamen in cauea humana loquela vtuntur, & illa quam illi inter quos versantur loquuntur. Palatia habent se

sicut cauea. Monachus curiæ regalis, & palatiorum liber & ioculus, & constitutus in monasterio sanctus est, in cauea tamen palatij in cuius, adulator est vt cæteri loquiturque vt cæteri, & fit palatiorum sectator. At Ioannes monachorum princeps, & Patriarcha; non in aulis regum, sed in deserto erat vbi nulla erat consolatio humana: sed deerant ibi omnia, ad vitam humanam fouendam cōferunt. Hoc designauit Christus ex parte loci, quia Ioannes non erat in domibus regum: nam illi vestibus pretiosis vtuntur: quia gloriam sæculi huius appetunt, quæ à multis putatur esse in fulgore vestium, &c. ¶ Tertiò commendauit dominus Ioannem à claritate notitiæ: scilicet, qua fuit propheta & plusquam propheta. Ideo ait. *Sed quid existis videre? prophetam? vtique dico vobis & plusquam prophetam.* Ioannes est: & plusquam propheta quia habet excellentiam quandam circa rem prophetatā, super omnes alios? quia quem cæteri prænunciabant iste prophetauit, & ostendit. Digito enim ostendit, quem alij prophetauerunt, & dixit. Ecce agnus Dei. Nā perfectius aliquid cognoscitur, cum sensu percipitur, quàm cū solo intellectu apprehenditur: vnde ista visio ad aliquam perfectionem pertinebat sicut dixit Christus Beati oculi qui vidēt, qua vos videtis. Deitatis eius etiam erat maioris autoritatis, quam baptizium prophetarum: tāta enim est autoritas doctrinæ, & vitæ eius, quanta habent testimonia attestātia illi. Homines enim qui ratione naturali docent, non habēt maiorem autoritatem, quam ut firmiter in lumine intellectus humani: qui vero à Deo illuminantur sicut prophetæ, habent immutabilē autoritatem: quia veritas infallibilis, scilicet, diuina quæ illustrat eos, attestantur eis, & in hoc gradu conuenichat Ioannes cum cæteris prophetis. Habuit autem virtutem gradum, quia non solùm viuens à Deo directus est, intelligendo, & operando. Sed etiam antequā nasceretur, prædixit Deus de eo per prophetas, quod venturus esset, & quid esset actorus. Et in hoc fuit maior cæteris prophetis: quia de alijs non fuit prænuntiatum, antequam essent, ex quo patet quod doctrina Ioannis nō solum erat infallibilis autoritatis, sicut doctrina aliorum prophetarum, quia omnes Spiritu sancto dictante loquebantur: sed etiā fuit magni honoris, quia de Ioanne fuit prænuntiatio, & non de alijs: ideo Christus laudans hoc in illo ait. *Hic est de quo scriptum est.*

Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Ostenditur hic dignitas & officium Ioannis, qui præcursor fuit Christi, qui viam domini præparauit: iuxtá hoc Malachiæ vaticinium: quemadmodum & Dauid dixit in psalmo. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Vt Ioannis eximiam sanctimoniá extolleret vocauit eum iustum, cum esset magnus iustus: & ob excellentissimæ vitæ puritatem, & virginalem munditiam, Angelum appellauit: quia Angelicæ fuit puritatis, & vitæ. Qui etsi secundum naturam non fuit Angelus: tamen secundum merita & gratiam fuit: quod maius habetur, quam secundum naturam. Si per agrum aliquem transeas, & lignũ aridum videas, nullam illius curam habes: ex quo abscisso si tabula educatur, ex qua imaginarius eximiam depingat imaginem: tunc pluris habebis tabulam hanc etiam faginea, vel roboream, quam si sit cedri: non ex natura, quia melior est cedrus quam fagus, sed ob picturam quam in illa artifex formauit. Sic Angelica natura purissima est, & excellentior natura humana, quæ quidem ex se corruptibilis, & debilis, & vitijs, & sordibus decliuis est: sed tot in aliquo homine perfectiones depingi possent, torq; virtutes, & sanctimonia in eius anima constitui, quod sit excellẽtior, sanctior & purior Angelis. Sed ex eo pluris habendus est Ioãnes, quippe qui cum ex carne & ossibus constans, & corruptibilis ex natura esset, tam profundam orationem, & cõtemplationem esset sortitus: ita vt magis cœlestis, quam terrenus habitator appareret, magisque spiritum habere Angelicum quá humanum videbatur: quia vt Angelus sine lecto, sine potione, sine comestione, sine denique dormitione, in cœlesti contemplatione dies, nec(que cõsumebat, & per Angelicos choros deambulabat. ¶ Secundo Angelus vocatur, non solum propter vitæ puritatem: sed etiam ratione officij. Angelus Latine nũcius est: sed non talis nuncius, qui solum fert literas clausas, ignarus quid in illis comprehensum sit: verum talis, qui negotium sibi commendatum, & legationem, ipse ore tenus exequitur, quanquam verò hæc Angeli vox, sanctis, & cœlestibus spiritibus recte attribuitur: quoniam omnes ministerij munia obcũt, quia ad ministerium mandantur, propter eos, qui hæreditatis æternæ beatitudinis futuri sunt: non tamen illis proprium aut vacuum hoc nomẽ

Malac. 4.
Psalm. 84.

Hebr. 1.

est, sed commune omnibus his, qui iussa Dei expediunt, & ipsius aperiunt voluntatem. Nã sicut vnumquenque sacerdotem vocat Mala- *Mal. 2.*
chias Angelum domini exercituum, eo quòd legem Dei docere & prædicare debeat: ad hunc quoque modum hoc loco Angeli nomen habet Ioannes, quandoquidem non vt propheta missus est tantum vt futura nuncia ret: sed vt nuncius, qui sui domini aduentum ita nunciaret, vt proxime illum præcederet, viam sterneret, & quasi clasicũ caneret. Ideo que postquam Angelum illum vocauit, addidit, qui præparabit viam ante te: quia propter officium quod erat præparare viam domini, vocatus est Angelus. ¶ Expende etiam Christi Saluatoris nostri modestiam, atque humilitatem. Nam cum Malachias loquẽs de Ioã- *Malac.*
ne dixit. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viam tuam ante te: statim loquẽs de Christo, & de eius aduentu dixit. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis: quæ verba de Christo ad literam intelligebantur hoc tamen tacet hic Christus quia noluit de se iactãter hoc dicere. Addidit vlterius Christus in Ioannis commendationem. *Dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta, Ioanne Baptista nemo est.* Hoc consequens est cum supradictis nec est extra rem, ab eo quod modo dixit. Loquitur enim Christus de intellectu, quem de se Ioannes habebat. Non misit itaque ignorãter Ioannes quæsitũ, quis esset Christus: erat siquidem illi illustratus intellectus à Deo, vt esset & propheta & plus quam propheta, & talis vt nullus propheta illo esset maior: quãuis hoc dictum communiter sancti doctores, non de maioritate prophetiæ, sed de sanctitate interpretantur. Hieronymus libro primo Commẽtariorum in Matthæum dicit, quòd non sequitur quod sit maior omnibus Ioannes, sed quòd nemo aliorũ sit maior illo. Sed profecto (vt optime Chrysostomus dicit) ex hoc bene sequitur quòd sit maior omnibus. Referam verba Chrysostomi. Cum tanta sit iustitiæ altitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus Deus: puto quòd omnes sancti: quantum ad subtilitatem diuini iudicij in ipsum sibi inferiores sunt, aut priores: ex quo intelligimus, quoniam qui maiorem se non habet, maior omnibus est. Cœlestis via nõ aliter se habet, quam si arctam, & angustam induris, & rigidis montanis, semitam contempleris: qua duo pari gressu iter facere non va-

Hier. lib. 1. in Matth. cap. 11.
Aug. de ver. Apost. Chrys. hom. 37 in opus imperf.

lent, nisi, alterum, alter à tergo sequatur (Arcta est enim via, quæ ducit ad vitã) & sic vnusquisque solus incedit. Quare de quolibet cõfessore ecclesia canit. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Sicut enim in humanis aspectibus, vnus alteri omnino exteriori facie non assimilatur: non secus in animis & meritis sancti, alij alijs omnino assimilantur: ideo priuatim de vnoquoque meminit Ecclesia, & sine aliquo mendacio, non est (inquit) inuentus similis illi. Nos etiam in cælo (vt Christus ait) erimus sicut Angeli Dei, non solum in pudicitia & castitate, sed etiam in meritis: & (vt Thomas ait) quilibet angelus constituit speciem, & species sunt sicut numeri: numerus vero vnus, non est æqualis alteri, quia numerus quinarius maior est quaternario, & minor septenario: quia sæpe vnus numerus est maior, aut minor altero numero. Sic etiam sanctus maior, aût minor est altero sancto: itaque (vt bene concludit Chrysostomus.) Si nemo est maior Ioanne Baptista, & omnes sancti inferiores sunt inter se, aut superiores: ergo qui maiorem se non habet, omnibus maior est. Vnde ecclesia canit in hymno. Non fuit vasti spaciũ per orbis, Sanctior quisquam genitus Ioanne. Et hoc satis sit ad hanc veritatem probandam, quod nullus ita commendatus est à Christo sicut Ioãnes: nullus (inquam) sic ex professo, & lente laudatus vt Ioannes, vt ex sermone hoc, quẽ Ioannis vitam extollens, concionatus est. cum adhuc viuens in numerum sanctorum fuerit relatus, & sic laudibus fuit elatꝰ, ex Christi ore. Prætetea, vt ad alia procedamus, vnum hic obseruandum esse censeo, in honorem immaculatæ, & purissimæ Conceptionis, Virginis Mariæ: nã in eo quod in hoc loco dicit, quod non surrexit maior Ioanne insinuatur, quod omnes ceciderunt, antequam resurgerent, & ambularent: nam resurrectio præsupponit casum. Omnes in Adam peccauerunt, omnes peccato originali cõcepti sunt: omnes (inquã) ceciderunt: quanuis surrexerunt ad statũ gratiæ, post casum peccati. Sed nullus ex istis qui ceciderunt, surrexit maior Ioanne: ex quo arguitur sic. Ioannes est maior omnibus, qui ceciderunt, & surrexerunt: sed nõ est maior Virgine, ergo virgo non cecidit. Præterea iuxta Origenis regulã, quod veritati magis est proximum, vel quod secundum pietatis regulam opinandum est, sequamur. Quod autem Maria non fuerit in peccato originali concepta, iuxta pietatem verius videtur. Sed his omissis, videamus quod sequitur. *Qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.* Nec intelligas Christum dominum, hic loqui de maioritate bonitatis, & meritorum: quoniam Ioannes, non solum minoris Hierarchiæ Angelos, sed etiam plurimos supremos & altissimos, sanctitate & meritis antecellebat, nec solus Ioannes, sed multi etiam iusti erunt, qui plurimos ex supremis Angelos, superẽt. Quare hoc dupliciter potest intelligi. Primo ex natura Angelorum, quia de Angelis loquebatur: nam cum Christus hoc dicebat, nullus homo erat in regno cœlorum. Itaque quilibet Angelus, maior erat Ioanne, non in meritis, sed in natura: quia Ioannes homo erat, & Angelica natura maior est, quam natura humana. ¶ Secundo exponitur. Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo: & maior est etiam omnibus viuentibus in hoc mundo, quia ille beatus est, iste non, nam beatus securus est de beatitudine, quæ summum bonum est: qui autẽ viuunt de sua beatitudine non sunt securi: & in hoc est quædã maioritas. Maior est (inquã) quo ad præmij securitatem: non quantum ad meriti dignitatem: præmij enim securitas, est potissima pars beatitudinis. Magis enim est, coronam secure possidere, quam dimicare. Bene possunt viuentes esse sanctiores, & magis Deo accepti, quibusdam iam existentibus in vita æterna, & Deus magis exaudiet illos, quam eos qui in patria cœlesti sunt: & tamen semper sunt minores, quia minus bonum participant. Nam beati participant ostentiam bonitatis, per immediatam visionem, scilicet, videndo per essentiam: ideo sine dubio, quilibet beatus est maior, quolibet viatore, & omnibus simul: sed nõ melior, aut sanctior, ideo non dixit, melior est illo, sed maior est illo. Quanuis etiam & melior dicere poterat, stando in prima expositione de natura Angelorum, quæ quidem non solum maior, sed melior est homine. Sed quid ex hoc Christi sermone, sequutum sit videamus. *Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis.* Iustificauerunt (inquam Deũ, non effective, sed ostensiue, hoc est, iustum illum esse dixerunt. Deũ enim iustificamus, dum confitemur, quod ipse iniustitiam, omnemque culpam odit. Iuxta illud Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Et cum ascribimus ei, quod bonitatẽ & iustitiam diligit, iuxta illud psalmi. Iustus dñs & iustitias

Sapien. 14.
Psalm. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iustitias dilexit, & æquitatem vidit vultus eius. Gaudebat populus iste, audiens Christū laudantem Ioannem, quia baptismum eius susceperat, & diligebat eum: & sicut in illum fuerant scādalizati, illos quoque maxime pœnituerat, quod iustus & sanctus homo Ioannes de cognitione Christi dubitatione reneretur, & missiset quæsitum, quis esset cùm de Christo testimonium perhibuisset: sic modo magno sunt affecti gaudio, & Deum laudaue runt, videntes, quam bene de Ioanne Christus fuerat loquutus, & eius honorem curauerat. Sed non sic scribæ, & pharisæi, qui inuidi, & superbi erant: de quibus sequitur. *Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos: non baptizati ab eo.* Pharisæi qui cæteris religiosiores, se esse putabant & videri volebant, & legisperiti, qui scientia erāt inflati, spreuerunt Christi salutarem instructionem. Ait in semetipsos: quia aspernati sūt in seipsos: & contra salutem animarum suarum, & ad suam perditionem, & non baptizati à Ioanne, eius baptismum, doctrinam, & iustificationem, de Christo spreuerunt. De hac peruersitate, dixit dominus olim per Esaiam. Quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi: & quis cæcus, nisi seruus meus? Hos impios & superbos scribas, & pharisæos, arguit dominus, vt eorum impietatem opprimat. Ideo sequitur. *Ait autem dominus. Cui ergo similes dicā homines generationis huius? & cui similes sunt?* Ex eo quod populus credidit Christo laudāti Ioannem: & pharisæi, & legisperiti credere noluerunt, nec baptizati fuerunt ab eo, Christus redarguit eos: quia noluerunt credere sibi, nec Ioanni. Porrò homines generationis huius, ait, vbi generatio sumitur pro hominibus generatis: quibus adaptari potest illud, quod in Deuteronomio inscribitur. Generatio peruersa, & infideles filij: hoccine reddis domino populе stulte, & insipiens: Nonne ipse est pater tuus, qui posse dit te? &c. Rursus quæstionem ingeminat, vt audientes reddat magis attentos. Ait ergo. *Similes sunt pueris, sedētibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicētibus. Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis, lamentauimus, & non deplorastis. Venit autem Ioannes Baptista, non manducans panem, nec bibēs vinum, & dicitis. dæmonium habet, venit filius hominis manducans, & bibens & dicitis. Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.* Pueri conueniebant

Esa. 42.

Deute 32.

pueriliter in foro, ad gaudendum, & quidam eorum qui erant magis ad iocos apti, incipiebant cantare, vt alij canerent, & saltare cum eis: sed nolebant cantare, nec respondere cāntico lætitiæ. Tunc ipsimet pueri qui cantauerunt canticum lętitiæ, cātabant canticum lugubre, vt saltim responderēt eis: quia qui nō est dispositus ad lætitiam, potest forsitan esse dispositus ad tristitiam. Et quia nec sic illis respondebant, alij pueri conquerebantur: sci licet, illi, qui cantauerant vtrūque canticum. Prius vobis cecinimus & non saltastis, & postea lamentauimus, & non planxistis: quare hoc feciſtis? Quia saltim in aliquo eorum nobis respōdere debuissetis. Iste sensus cōsonat Christi proposito, applicando ad se & ad Ioānem: vterque enim Iudæis prædicauit. Ioannes quidem, qui erat vitæ austeræ, cecinit carmen lugubre: & illis prædicauit pœnitentiā, sed ipsum noluerunt audire: nec isti scribæ, & pharisæi, quibus Christus hęc dicebat, eius baptismū susciperе voluerunt. Deinde Christus cantauit canticum lætitiæ, nam benignitate, & dulci conuersatione, inuitabat homines ad fidem, & operationem, & manducabat cum publicanis & peccatoribus vt sic eos alliceret: & tamen ne Christo credere voluerunt. Erant ergo arguendi, sicut pueri qui nolebant respondere socijs, quando cantabant: nec quando lugebant, nam si Iudæi nolebant assentiri Ioanni, quia durus, & austerus erat, sequerentur Christum, quia blādus erat. Vel si volentes maiorem austeritatem, nolebant Christum, sequerentur Ioannem: sed neutrū faciebant, ideo reprehensibiles erant. De Ioāne dicebant, quod dæmonium habebat, & de Christo, quod erat potator vini, & amicus publicanorū: merito ergo increpat eos Christus sic. De Ioanne dicebant, quod dæmon, qui eum possidebat faciebat tantam austeritatem tolerare: quia arreptitij multa possunt agere & pati, quæ alij homines facere nequeūt. De actione patet, quia dæmon monet organa ipsorum & sic faciunt maiora, quam alij homines, eo quod non agunt ipsi sed dæmones: vt de duobus illis arreptitijs legitur, qui erāt ita sæui, quod propter eos, nemo audebat trā sire per viam. Et in Actibus Apostolorum legitur, quod vnus arreptitius, pugnauit cōtra duos, & prævaluit: ita vt nudos & vulneratos, cogeret eos fugere. De passione exiant patet, quia dæmones possunt reddere membra arreptitiorum, quasi stupida, & insensibilia, & ita non affliguntur patiendo dura sicut pa-

Mat. 8. Act. 19.

ter de

ter de illo, qui se lapidibus concidebat. Et ita intellexerunt isti de Ioanne: scilicet, quod dæmon possidens illum, reddebat ipsum insensibilem, vt non sentiret ista, quæ patiebatur. De Christo vero saluatore nostro dicebant, quod erat homo deuorator, & bibens vinū: in quo apparet, quod ex inuidia, & iniquitate loquebantur: quia si vituperabant Ioannē, tanquam austerum, debebant Christum laudare, tanquā modicum in comedendo, & bibendo. Vel si Christum tanquam voracem ac ebriabant, Ioannem tanquam abstinentem laudare debuerant. Non ergo displicebat eis opus, sed persona: fœdum enim amanti illud, pulchrū, pulchrū vero abhorrenti illud, fœdum videtur. Multi etiam & nunc sunt similes istis, qui omnia bona aliorum in peius interpretantur, & cùm ipsi mali sint, factis aliorum detrahunt. Alij autem ita inuidi sunt quod omnia bona proximi, in malā partem interpretantur. Si quem modestum & studiosum videant, strictū, si grauem, superbum appellant: si patiens, & tolerans sit, timidum, si iustitia vtatur, sævum, si misericors, & parcēs remissum dicunt: si vero loquatur, quod loquax: si taceat, quod stultus: si deuotus, quod hypocrita, &c. Sic illi, si non comedat, quod dæmonium habet: si comedat, quod deuorator est, dicunt. Nec enim possibile est obtrectantis hominis os obstruere, qui superbia & malitia ductus peccat: quia nunquam illi deerit, quid loquatur quidquid aduersus conetis. Ideo Dauid in psal. Mēdaces filij hominū in stateris. Sed qualiter in stateris? multi sunt hodie, qui libra non vtūtur, nec oēs se in mercatoris exercēt, nec oēs circa negotia emptionis & vēditionis versantur. Quo pacto ergo esse poterunt, mēdaces esse omnes homines in stateris? Itaque rationem, per quam possumus rectè de qualibet re iudicare, stateram hic appellauit & merito: quoniam per hanc, omnium virtutes, & merita trutinamus. Nihil enim est præter rationem & ius, & æquitatem. Stateram habet veram, qui bona dicit bona, & mala dicit mala: & optima dicit optima. Econtra vera stateram habent mendacem illi, de quibus dicitur. Væ qui dicitis malum bonum & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Duas ergo res inter se contrarias posuit Deus ante te, in statera tui iudicij, & arbitrij examinandas: vtium videlicet, & virtutem: vitium & mortē, vt de proximo iudices rectè, & bona illius ne

dicas mala. Sed iam mendaces sunt filij Adā in stateris: quia dolosè iudicant de proximo, quod abominabile est coram domino. Vnde in Proverbijs Salomon ait. Statera dolosa, abominatio est apud Deum. Acsi diceret. Hominum affectus ac iudicia, stateræ dolosæ sunt. Hoc in illis patet qui Ioannem dæmoniacum appellabant: Christū verò potatorē, & deuoratorem. Obserua, quòd pueros vocat hic Christus hos pharisæos, & illis assimilat: quia sicut infirmi & debiles intellectu se habebant. Non enim sicut homines ratione vtentes Christum, nec Ioannem susceperant: nec sicut filij Abrahæ qui pater fuit fidei fidem habuerunt credentes in Christo: ideo merito pueris insipientibus assimilantur. Sic Dauid Absalonem filium fratricidam & patris persequutorem, non filium sed puerum vocauit, cùm dixit. Est ne pax puero Absalō? Sed sciens mortem eius non puerum sed filium nominauit dicens. Absalon fili mi, fili mi Absalon. Cur in vtroque non dixit puerum aut filium? Si viueret puer erat: quia patricidio petebat patrē, non ergo pietatis nomen accipere debebat sed infirmitatis: ideoque vir iustus quod pietatis & religionis erat tacuit: & quod infirmitatis erat dixit. Sed vbi eum mortuum sciuit, memor pietatis naturæ & immemor offensæ: apud pium patrem personę crimen defecit & naturę nomen remansit. Dilce non puerilia sapere, quandoquidem vir es tu & non puer. Vnde Sapiens de quibusdam ait. Vsque quo paruuli diligitis infantiam?

Proue. 11.

2. Reg. 18.

Proue. 2.

¶ Deniq; vt concludam discamus ex hoc loco humilitatem à Christo qui cùm sit filius Dei excelsi, se vocat filium hominis: in quo summam eius humilitatem ostendit. Discamus, patientiam in aduersis quandoquidem de Ioanne vitæ sanctissimo tam impia dixerant homines, & de Christo Saluatore, sic blasphemauerāt, vocantes illū voracem, qui veneret tollere peccatum mundi. Quę vita erit tam pura, vt sit libera à morsibus impiorum? Quæ nā sanctitas hominibus placere potuit? Verū nos peccatores, si de aliquo quocūq; leui peccato infamamur, impatientissimi sumus. Discamus ego patientia, in falsis testimonijs permittente enim Deo, fiunt contra te infamationes: propter tres causas. Primò ad exercendum patiētiam, sicut Ioseph vir iustus & castus, fuit infamatus de adulterio, & Iob sāctus de tyrannide & crudelitate: sicut illi di

Ioan. 1.

Gen. 39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

zit impreperās Eliphaz, quod suis percussus à Deo quia violentus prædo & defraudator fratrum, & immisericors egenis & crudelis tyrannus; atque impius in Deum extitisset: quorum omnium nihil erat verum. His falsis testimonijs exercebantur viri sancti patientia. Secundò veniunt falsæ diffamationes ad puniendum occultam culpam. Eum enim qui se nō continet ab occulta culpa, cuius nō patitur infamiam, ipse permittit Deus falsis rumoribus flagellari, in quibus non est reus: & plerunque sic puniuntur illi qui bona de fama inordinate gloriantur per notā infamiæ coercentur. Sic & tu cùm de crimine, quod non habes, aliqui murmurant, patienter fusti nec cogitans tecum quod alia habes peccata occulta, quæ si homines scirent multò peiora & graviora de te loquerentur. Tertiò veniunt diffamationes falsæ ad futurorum cautelam. Si enim falsò aliquis notatur de crimine, cauet sibi verum crimen admittere: quoniam si innocens talia patitur, credat quod multo graviorem rem patietur infamiam: & q̄ a multi qui murmurant de falso quod multo melius murmurabunt de vero crimine & delicto. Sed hæc sufficerint. Iam videamus quid vltra dñs dicat. *Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.* Hoc est, Christus qui
1.Cor.2. Dei sapientia & virtus est ab Apostolis & credentibus laudatus est. Vel potius, quod sapiētia, vt est prouidentia siue rectum iudicium de moralibus iustificata est à filijs suis, Idest pueri, qui canebant in foro, qui erant filij Iudeorum iustificauerunt sapientiam: idest, rectè iudicauerunt, increpātes socios suos, q̄ i nec eis cantantibus voluerūt saltare, ne eis lamētantibus voluerunt lugere. Et per hoc patres suos arguunt, qui Christum cantantem, idest, dulciter conuersantem, non susceperūt: & Ioannem lamentantem, idest, austere viuētem non sunt secuti: sed accusauerūt: & sic Deum ostenderunt iustum, & quod rectè arguit, & damnat peccatores. Hoc est enim iustificare Deum: hoc est ostēdere illum iustū,
Nota. in punitione peccatorum. ¶ Obserua autem hic, & diligenter aduerte pro acceptione huius nominis iustificatio. Tot enim modis opus est iustificationem accipi, quot modis accipiuntur iustificare & iustificati. Tres autem præcipuas & magis frequentes huius verbi, iustificare, acceptiones apud scripturas & sanctos doctores legi. Primò iustificare accipitur in scriptura, & apud sacros authores pro eodem, quod est vere & re ipsa facere iustum: sicut purificare & mūdificare, pro eodem ꝑ facere purum aut mundum. Et sic in scriptura dicitur Deum iustificare peccatores: quia illos iustos facit & peccatores dicuntur iustificari cùm iusti fiunt. Et in hac significatione, vtuntur verbo iustificādi doctores, cùm agūt de iustificatione. Et sic Paulus manifestè vtitur hoc verbo cū de Deo dicit Quos prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit hos, Rom.8. & iustificauit. Et paulò post. Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat. Et cū dicit Corinthijs, eos esse iustificatos in nomine domini nostri Iesu Christi. Et hæc est accepto magis cognata, & affinis etymologiæ huius nominis iam expressæ. ¶ Secundò inuenio in scripturis verbum iustificari pro eodem quod proficere & crescere in iustitia. Et sic beatus Ioannes accepit cū dixit in Apocalysi. *Qui iustus est iustificetur adhuc.* Quid est, iustificetur adhuc, nisi vt crescat in iustitia? Et alibi scriptū est. Ne vereamini vsque ad mortem iustificari. Hoc est, Ne vereamini vsq; ad mortē pijs & honestis operibus studere: vt vadas de virtute in virtutē. Sic etiam intelligendum esse credo illud Iacobi. Nonne Abraham pater noster ex operibus iustificatus est? Certum est quod ibi non accipitur iustificatio propria iustificatione: tum quia prima bona opera peccatoris iustificatione indigna sunt: atque eam minimè merentur: sed opera bona iustorum iustificatione secūda dignissima sunt & eam ex condigno mererentur. Atque ideo ex his hominem iustificari, Iacobus constanter asseruit. Tum etiā quia intulit hæc verba Iacobus ex eo, q̄ mox dixerat Abraham ex operibus iustificatum esse cū eiecit filium suum Isaac. Constat autem ante illud tempus iustum fuisse Abraham, nec incepisse iustificari per oblationē filij iuxta dimus enim tunc fuisse omnium virorum suæ ætatis iustissimū & religiosissimum: nullum enim audiuimus aut legimus, tot & tantis prærogatiuis à Deo insignitum. Sæpe enim cū familiarissimè loquutus est dominus & iussu nos dereliquit patriam, & peregrinatos est & auxilio Dei quatuor debellauerat reges & promiserat ei Deus multiplicationē seminis, circumcisiq; erat & Melchisedech benedictum à Deo excelso dixerat: & scriptura de eo adiecerat, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Itaque ex omnibus his constat de secūda iustificatione illa

ne illa verba Iacobi intelligi, Abraham pater noster, &c. Verū beatus Paulus multis in locis suarum Epistolarum, & præcipue ad Romanos & ad Galatas videtur contradicere Domino Iacobo: quia sæpe asserit & persuadet cunctis neque Iudeos propter opera legis neque Gentiles propter bona opera iustificatos esse: sed per fidem & gratiam Christi. Conciliantur autem Paulus & Iacobus: quia Paulus de prima iustificatione eloquitur quæ non cadit sub merito: Iacobus autem de hac secunda vt modo diximus. Duo quidem necessaria fuit fideles scire. Primum est iustificationem primam nemini contingere ex merito vllorum operum & ad eam posse homines nonnunquam venire per fidem vel solam, vel certè absque operibus: & hæc nobis explicuit dominus clarè per Paulum. Alterum est ad iustificationem secundam necessaria esse bona opera etiam exteriora, si vita aliquando longior sit & eam posse nobis ex merito & debito bonorum operum contingere: & hæc per Iacobum sumus à Deo edocti. Vt infideles ad fidem alliceremur: neque desperarent de sua salute, quantumcunque grauibus essent obruti peccatis iustificationem posse per fidem absque operibus contingere annunciat Deus per Paulum. Ne vero qui receperant fidem, & iustificati iam erant, audientes per Paulum, per fidem iustificatos esse absque operibus tot pel erēt & negligerent fierent ad exercitia virtutum pigriq; ad perseuerandum, & proficiendum in iustitia satis sibi esse fidē, quę vel per se solam, vel saltem absque bonis operibus extrinsecis, ad afficiendum iustitiam eis sufficerent, per Iacobum exposuit nobis idem Deus necessitatem bonorum operum. Paulus etiam alibi, cùm dicit, credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: de hac secunda iustificationis acceptione loquutus est. Itaque in hac secunda acceptione, idem erit iustificare, quod augere alicuius iustitiam, & efficere iustiorem: vt merito ratione illius non solum possit dici fieri iustior: sed propriè iustificari. ¶ Tertiò præterhas duas acceptiones, solet etiam accipi iustificari, pro pronunciari aliquem, & ostendi iustum & innocuum. Et in hac significatione frequentat vsurpauit à iurisconsultis & prouerbialiter habetur forensibus idemque est aliquem in foro iustificari, quod absolui à criminibus, de quibus accu-

satur, innocentem que & iustum à suo iudice diffiniri, & pronunciari. Esse vsus est Matheus noster hoc vocabulo, cùm dixit. Ex verbis tuis condemnaberis. Nam cùm statim dixisset reddituros homines rationem in die iudicij de omni verbo ocioso: istis verbis, quæ mox subiecit, hoc voluit profectò significare vnumquemque iuxta verba sua pronunciandum vel reum, vel iustum & ex cōsequenti absoluendum vel damnandum in die iudicij. Et in hunc sensum pharisæis auaris improperauit, quod se iustificarent coram hominibus, hoc est, iustos ostēderent, pronūciarent, iactarēt. Et de quodam iurisperito dicit infra noster Lucas, quod volens iustificare seipsum interrogauit Iesum, quis esset proximus suus: idest, volens ostēdere se iustum. Et Paulus dicit eum, qui mortuus est peccato, per baptismum iustificatum esse à peccato. Hoc nimirum nos docuit liberatum esse, & absolutum prorsus à peccato, quicunque in Christo Iesu baptizatus est. Et apertissimè David accepit in hac significatione cū dixit. Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate. Vtque in eo sensu hoc vocabulo se vsum apertius faceret, subiunxit. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Noluit enim his verbis iudices, qui cùm diuites facillimè absoluerint à crimīnibus eis intentatis tamē pauperes, à quibus nullum quæstum exspectabant, diu patientur in carceribus esse, nec eos iustos & innocentes pronuntiabant. Et in eundem sensum scripsit Salomon. Qui iustificat impium & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud dominum. Et Esaias. Væ pronūciantibus, qui iustificant impium pro muneribus & iustitiam ipsius auferunt ab eo: quia impium, ob munera acceptā iustum, & innocentem pronunciabant, & iustum ab eis calumniosè accusatum, velut reum, & nocentē cōdemnabant. In hoc etiam sensu dixit Iob. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me. Idest, si me voluero pronunciare & asserere iustum. Vnde illatum addidit. Si innocentem ostēdero, prauum me comprobabit. Et quod alibi, idem Iob dicit. Nunquid iustificari potest homo cōparatus Deo? Solus namque Deus iustificabitur & nullus poterit vere pronunciari iustus, si cōferatur ipsius iustitiæ ad diuinā. Et in hunc sensum accipiendū est, q̄ paulò ante dixerat, noster Lucas, q̄ publicani, & peccatores iustificarunt Deum, ba-

Mat 12.

Mat 23.
Luc.10.

Vsal. 81.

Proner.17.

Esai.5.

Iob.9.

Iob.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptizati baptismo Ioannis: quia dum ad prædicationem Ioannis conuersi sunt, & illius baptismo, baptizati sunt, Deum multipliciter ostenderunt iustum. Primò quia in hoc declarant Deum, non ad indignos: sed vel ad innocentes, vel ad iustos sua munera transferre. Secundò in hoc aperuerunt Deum esse iustum, tum in suis præceptis, tum in pœnis, quas peccatoribus obstinatis infligit: & merito agendam esse pœnitentiam, de eorum transgressione. Tertiò recipientes prædicationem Ioannis hoc ipso probabant, illum esse missum & veracem: qui iuxta pollicitationes suas talem, actam sanctum virum ante se miserat. In hunc etiam sensum intelligitur, quod modo explanamus: iustificata est enim sapientia à filijs suis, quia absoluta est, & iusta pronunciata, & ostensa iudicio omnium filiorum suorum. Id est omnium electorum: omnes quippe se eis ponte subdentes recepit, & omnes perfidos abjicit: & Deus iustificatur, nihil omittens facere ad omnium salutem necessarium, cùm prædicauerit per Ioannem canticum lugubre, & ipse prædicauerit canticum lætitiæ. Sed de his satis.

¶ Videamus iam nunc, per pulchram historiam & exemplum admirabilis pœnitentiæ, cuiusdam mulieris peccatricis, cuius conuersionem, & Christi clementissimi redemptionis infinitam misericordiam, satis egregie (vt solet) sanctus Euangelista Lucas scribit dicens. *Rogabat autem illum quidam de pharisæis, vt manducaret cum illo.* Vulgare quidem illud est, radicem & originem ipsam ex qua mors est orta, fuisse per peccatum hominis protoplasti. Hoc expresse Paulus Rom. 5. ait dicens. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Quod si sola esset corporalis mors, tolerabile hoc videretur: sed peccans Adam prius animam & confestim corpus occidit. Porrexit manum, vt ex prohibito comederet fructu; sed iubente anima: & sic trangressus præcepti, per consensum culpæ, prius animam occidit: vnde corporalis mors, quæ fuit peccati pœna consequuta est. Cùm itaque anima esset consentiens peccato, & corpus culpæ exequutor, Deus vtrunque pœna mortis punit, animam captiuitati dæmonis tradens, corpus vero vermibus, & carnis corruptioni. Duplici huic miserabili morti subiectus erat homo, antequam mundi Redemptor à summo cælo, ad inferiorem terram descenderet, ad liberandum nos, ab his turpibus captiuitatibus. Illo enim morienre, ab animæ morte, postea verò resurgente à corporis morte erepti sumus: qui in cruce pendens à dæmonis potestate nos eduxit: & sanguinem effundens animas nostras redemit: quique cum gloriosus de sepulchro exiret, vita quoque triumphans à corporali morte exiuit. Quia vt Paulus fatetur, Christi resurrectio, fuit causa resurrectionis nostræ corporalis. Sed priusquã saluator mundi, his duobus hostibus, bellum intulisset, prius etiam quam in campo cum illis congrederetur, & cos bello vinceret, & expugnaret: in vita prælium suscipere, & vires & potestatem, quam super eos habebat, ostendere voluit. Intendit igitur noster euangelista Lucas, potestatem, quàm Christus, è cœlo adduxit ad vtranque mortem superandam, ostendere: ideo duplicem mortem, à Christo superatam, duplicemque resurrectionem hac in parte describit. Superius in hoc capite, qualiter Christus in vrbe Naim suscitauerit filium cuiusdam viduæ in corpore mortuum, qui ad sepulchrum deferebatur, ostendit: nunc vero explicat de muliere quadã peccatrice, in peccatis, & anima mortua, quam Christus ex morte peccati, & ex faucibus inferni eduxit, cùm esset iam in vltimo, vt deuoraretur.

¶ Maximas vires, maximamque potestatem, quæ Christo insunt, in his duabus historijs & in his duabus resurrectionibus, in his denique duobus miraculis, quæ Saluator noster fecit, egregius Euangelista Lucas ostendit: vt intelligamus & interioribus oculis inspiciamus, quam potestatem Christus afferat, è cœlo in terram, quamque habeat ad liberandũ nos, à morte corporis & animæ. De resurrectione mortis corporalis iam diximus supra, in historia adolescentis filij viduæ: sed nunc in hac historia, de spirituali animæ resurrectione agendum est. Res ergo sic se habet. Pharisæus quidam rogabat Christum vt comederet cum illo, quod ea vtique, Christus acceptauit, ex eo quod sciebat eum non parũ inde commodum ex illo reperturum. Nõ esset hoc iuuenum, imò conducibile maxime, fore hunc Christum in nostris mensis semper habere: nec manducare, nec buccellam assumere nisi illũ præsentẽ & præ oculis haberemus? Sic Tobias dixit filio suo. Vade, & voca aliquos de

quos de tribu nostra, timentes Deum, vt resuscitetur cibus cum. Et Ecclesiasticus. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Et Christus. Cum facis conuiuium, voca pauperes, & cæcos, illi hospites sunt inuitandi non mimi, parasiti, ioculatores, sed Christus, aut membra sua: qui sunt pauperes, & viri probi. Hoc tamen hac nostra ætate inter diuites & potentes, non ita contingit: non manducant siquidem vt Deo seruiant, sed vt gutturi, & inordinato apetitui satisfaciant: nec Christum, vt phatisæus hic vocant, nec pauperem & mẽdicum qui Christum repræsentat, inuitant, sed parasitos, & adulatores mensas lustrantes, & circumeuntes. Ideo dominus conqueritur per Esaiam dicens. Væ vobis, qui consurgitis ad ebrietatem sectandam, & negligitis opera domini. Vide etiam quod Christus non rogatus, nec inuitatus ingrediebatur domos peccatorum & publicanorum: quod non faciebat cum pharisæis, nisi rogatus. Sic Zacheum vidit: & non rogatus ab eo, domum eius est ingressus. Ratio horum est: quia publicani seipsos agnoscebant, & erant humiles, atque ideo in domum humilium, non rogatus descendit, pharisæos vero superbissimos, volebat humiliare, & ideo voluit vt rogarent, vt sic rogando humiliarentur. Et *ingressus in domum pharisæi discubuit.* Expende, quod non dicit, rogatus & discumbebat; sed rogabat, & discubuit. Poterat Euangelista dicere quod ingressus domum pharisæi discumbebat, & quod pharisæus rogauit: sed non dicit, nisi quod pharisæus rogabat, & quod Christus discubuit. Ostendit quantum Christus desiderat salutem nostram: adeo vt tenui clamore rogatus, statim se nobis tradat, & inuocantibus statim dicit adsum. Rogabat, præteritum est imperfectum: & discubuit præteritum perfectum. Nondum enim rogare desiderat, nondum (inquam) rogandi finem fecerat, cùm iam Christus perfectè in eum beneficium cõtulerat. Promptissimus quidem est Deus vt nobis benefaciat. Vbi primùm incipimus petere, licet non perfectè petierimus: iam ipse beneficium nobis petitum contulit. Considera (quæso) peccator, te peccatis obrutum & submersum, & quam paratus & promptus sit Deus ad te iuuãdum aduertre: adeo vt nõdum ebulice, & te leuare incipias cùm iam Deus manum suam porrexit, & erectum te reddidit. Vix enim surgendi initium sumis, cùm Deus te suscitauit. Mirabilis quidem est præstantia, quam Deus habet, in subueniendo peccatori. Ad hũc finem dicebat maximus ille pœnites Dauid in psalmo. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Et non dicit, tu mihi ignoscens, tu mihi estis adiutor: sed quidã & tu remisisti impietatem peccati mei. Nondum dixeram confitebor, vbi ipse iam mihi pepercerat. Alibi quoque dixit. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Est sicut aquila, oculos habens aperros super cadauer. Vix namque peccator in gratia Dei proficere exorditur, cùm Deus prope adest, vt eum à peccato liberet, antequam libero arbitrio perfectè vtatur. Sic etiam Esaias ait. Ad vocem clamoris tui, statim, vt audierit, respondebit tibi. Non ait ad verbum clamoris, quo in modo loquendi, iam est prolata sententia eius, quod innuere vis: sed inquit ad vocem clamoris, quoniam patet, quod vox est vehiculum verbi. Mirum quoque non est, quod Christus rogatus veniat: & ipse summe bonus licet iniuriatus, roget vt per nos vocetur. Qui ad ianuam clausam rogat, vt aperiatur, nonne ianua patefacta intrabit? Aduerte igitur anima mea, quantum Deus sit auidus tuæ salutis: quilibet pharisæi murmurent, ex eo quod homines peccatores recipiat, licet etiam æmuli & inuidi insidias illi parent, & illum calumnientur: confestim tamen, & in ipso instanti, antequam pharisæus rogandi finem faciat, iam ipse sedet, & de quo rogabatur exequitur, nec ob aliud, quam vt animam tuam lucretur, & mulierem peccatricem conuertat, & admittat. Deus enim summe est diligens in his, quæ ad animæ tuæ salutem expectant: nec tam opportunum tempus prætermittit patitur. Vix siquidem pharisæus ad rogandum os apperuerat, cùm iam Christus sedet. Tantum amat peccatoris conuersionem, vt etiam cum inimicis sedeat, & insidias patiatur, vt animam peccatricis lucretur: vel ne moram faciat in conuersione illius. Hic enim pharisæus (vt infra patebit) non bene sentiebat de Christo, quia murmurauit, & non credidit illum esse propheram: nihilominus tamen, inuitatus cum eo discubuit. Docet quod nos benignè, & simpliciter exhibeamus, cum his, qui nobiscum dolose agunt.

Psalm. 31.

Psal. 138.

Esai. 30.

Lucæ. 15.

¶ Obserua, & vide, qualiter Deus à nobis inuitatus, conuiuium non recusat: nos verò, etsi frequenter ab eo inuitemur, & rogemur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gemur, conuiuio non assentimur. Quod ipse inuitet nos, satis patet in Apocalypsi, cū ait. *Apoca. 3.* Ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit veniam, & cœnabo cū illo. Sed tu surdus es: & à Deo inuitatus cōuiuia recusas, cū ad tuā vtilitatem inuiteris. Obserua etiam, quod cō uiuium hoc non profanum, & à religione remotum, sed honestum, & religiosum erat: siquidem saluator noster, in illo interfuit. Vtinam talia essent nostra conuiuia, & sic corporalem necessitatem acciperemus, vt spiritui sancto ostium patefactum esset. Sed comessationes nostræ, non aliæ, quam illæ, quas faciebat Babyloniæ rex Balthasar, qui non cōtentus ventrē expleuisse, vasa tēpli Dei humanis vsibus promiscuè faciebat: nec aliter quam pro meritis inuenit. Sic nos creaturas Dei profanamus, vtentes epulis, quas Deus creauit, in ministeriū vitiorū carnaliū, sordium, & abominationum, & postea solutis linguis proximos infamamus. Præterea Christus nullā habuit curam, de insidijs inimicorum, nec de murmurationibus, nec de sua propria persequutione: sed totum vt exequeretur munus ad quod missus est, hoc est ad saluandum peccatores. Aduerte autem, quod Saluator noster Christus, quicquid ad eum spectat, postponit suæ saluti: & licet omnes nostros labores portet, pro salute tamen animæ tuæ, omnia dissimulat. At nos volumus ei seruire, & nihil laboris tolerare: & pro illo nihil pati. Volumus ieiunare, & fame adstringi nolumus: vigilare, & orare, omni labore seclusо. Eleemosynam erogare, & semper esse diuites, rem sacram audire, sed quod templum prope sit: verbum Dei audire, sed concionātis brevitatē exoptamus. Cū deniq; Christus nobis seruiat, multa tolerando: nos illi absq; aliquo labore seruire cupimus, &c. Obserua etiam, & vide immensam Dei misericordiā. *Psal. 93.* Vide quam mutata, & transuersa sint tempora. Ille Deus vltionum, ille peccatorum magnus punitor, ille denique, qui ambulat ad auram post meridiem, vt vindictam sumat & iustitia exequatur in vno peccatore: ille (ait Euāgelista) iacet vt peccatis ignoscat. Nū ambulat, non dicedit, non deniq; peccatores fugit: sed potius sedet, illos expectans, vt ad misericordiā, & veniam consequendā accedāt. *Can. 1.* Hoc, prisco tempore, ab ecclesiastica habitatione, ab eo scitabatur anima, optans peccatorum veniam adipisci. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et quidem tam benignus, tamque mansuetus sit, vt sederet, ad nos in cōfessione audiēdum. Nemo maneat, sed omnes ad eum curritemus, festinemus, ad abluendum animas nostras in fonte misericordiæ in fonte aquæ viuæ, peccatricem hanc mulierem imitantes: de qua facer Euangelista sic ait. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Aduerbiū, ecce, emphasim habet, & magnam æstimationem. *Iud. 12.* Sic Vagao cubicularius Holophernis, vt magnum & memorabile facinus, quod mulier patrauit virili pectore & animo narrer, dixit. Ecce Holophernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Ecce ait Euangelista. Aduertite, considerate, attendite, & memorabile, & inauditū, narrabo facinus & mirabile factum (inquā) quale ab hominum memoria & cogitatione recedere non deberet, sed præoculis semper apponi. Ad alta, & sublimia nos attentos habere, conatur noster euangelista. Notate spectaculum. Pharisæus inuitat Christum: sed ecce mulier venit ad pascendum & epulandum Christum. Ecce mulier, quæ antea fuit in causa, vt vniuersus mūdus periret, nunc iterū est causa, suo exemplo, vt per pœnitentiam ad Deū reuertamur. Pudeat ig pu beres viros, siquidem ita obnixe in peccatis iacent, vt debilis mulieris, & in peccatis submersę pœnitentiam imitari erubescant. Ecce mulier, ex se debilis sed ex Deo præpotes: de qua non ab re habetur. Mulierem forte quis inueniet: Mulier alio tempore peccatrix, ob- *Prouer. 31.* staculis plena, nunc diuino auxilio cūcta hæc semouit. Hanc igitur inspicite, cum hac sitientibus cordibus accedite cum illo qui clamāvit. *Psalm. 41.* Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Mulier in sexu, sed vir in operibus, publicam agit pœnitētiam: non ignara quod de peccatis publicis publicè pœnitere oporteat: vt confundantur qui in arcana confessione peccata reuellare & illorum salutiferam pœnitentiam accipere non audent. Ecce mulier in qua sanctissimæ Trinitatis gloria refulget, de cuius eximia pœnitētia gaudent angeli, dæmones stupent, segnes & ignaui viri cōfunduntur, & volentibus sequi Christū gratiæ & vtilitatis doctrina præstatur. Pharisæus imitans Christum non pascit illum, cibo cōgruenti eius palato: ideo venit hæc mulier, vt pharisæi vices gerat. Iudaicus populus multiplicatis clamoribus deprecabatur Deum venire in domos suas, sed nunc Æthiopis illa, nēpe quæ denigrata fuerat multitudine peccatorū

catorem, præcenit manus eius Deo: sicut mulier illa Hemon hostia præcenit filiā archisynagogi. Sic etiā multi in peccatis obdormientes postea diuina gratia experget. Cū breui tēporis spatio, excedunt meritis alios qui licet erant in gratia, Deo tamē segniter seruiebāt, &c. ¶ Sed literam inspiciamus. In ciuitate ait euangelista, q̄ hæc mulier erat peccatrix. Cauendū à peccatis ciuitatis, cauę iterū à publicis peccatis, cùm homines & honorē & famam amiserunt. Detestabile enim est, cum quis publicè infamatur: & per plurimorum ora circumfertur. Non aliter se habet fama & honor in homine ac cortex in pyro vel malo qui quidem cortex cum sit tenuis & leuis cōtinuat fructum, quandiu illum habet. Secus vero si auferatur à fructu, tribus horis corrūpitur & violatur. Sic bona fama, etsi sit parvum bonum, respectu maiorum bonorum animæ, siquidem temporalis quoque est: habet tamen virtutem cōseruandi homines in virtute qua amissa, cætera quoque amittuntur, corrumpuntur & violantur. Maxime nocium est, in peccatis perseverare, & bonam famam amittere: vt mulier hæc amiserat. Si forte fortuna nouā aliquā uestē induas, primis diebus respicis vbi sedeas, ne polluatur: vbi verò iam sordescere cœpit, parum tua refert de illa, & vbicunque mauis, sedes. Sic cū habes puram conscientiam nimis est curiosus: sed vbicunque polluere & peccare cœpisti, tua non refert. Cùm taurus agitatur semper primes stimulos sentit maximè: sed virgis onustus, non sentire videtur. Peccatores primis peccata sentiūt: sed peccatis repleti, nulla afflīguntur molestia. Si lucerna recēter extinguatur, exiguo labore inflammatur: difficulter tamen cùm iam diu fuit extincta. Ità incipientes peccare, citò conuertūtur: in peccatis tamen obdurati, difficulter. De his autē peccatoribus ciuitatis dixit Iob; q̄ bibunt sicut aquam iniquitatē: quia alij peccata comedunt, alij verò bibunt. Comedentes aliquid prius mandunt, & in ore volutant illud ante quam deglutiant: bibentes autem minimè. Ita sunt multi, qui peccatum mandunt & in illo sunt dubij antequā in assensu deglutiāt: alij verò sunt qui nondum accedit prava cogitatio cùm in conscientia recipiunt. Hæc non aliunde oriuntur, quā ex infamia, & mala cōsuetudine peccandi: cùm iam tandem peccator, peccandi metum amisit, peccatis gaudet, nec curam habet aliquam, quod mala eius, per vniuersæ ciuitatis ora circumferatur, quoniā & honorē & famā amisit, vt hæc mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, quia iam infamata erat in ciuitate, & ab omnibus peccatrix habebatur. ¶ Vide etiam quod dicit, q̄ in ciuitate erat peccatrix. Quod si in vicis vitam degeret, vbi rara sunt concliones, vt bonū cum magna solennitate diuina officia celebrentur, & homines viuunt sicut bruta, tolerabile videretur si in ciuitate, vbi tot habentur conciones, tot sunt templa, tot facedrites, & religiosi, tot denique auxiliatores ad animarum salutem, detestabile est. In ciuitate tam eximię doctrinæ, cur tot peccatores? cur tot Dei offensores? sed nunc potius in vicis, quām in vrbis contingit. Debuerat etiam optimo iure ibi maior vigere sanctimonia: vbi plures sunt iniquitates & peccata. Vnde Sophonias. Desolatæ sunt ciuitates. *Sophon. 3.* ¶ Præterea, nonne in ciuitate illa alijerant peccatores maximè, sed huius mulieris peccatum ex eo magis apparebat, quod genere illustris & nobilis erat? quæ quidem peccata magis notantur, magisque scandalizant. Hoc aduertere debent prælati, iudices, parrochi, & religiosi, qui sunt velut spectacula cæterorū, & quātis sunt scandalum! &c. ¶ Sed quid de *nota* his in initio capitis secūdi multa diximus? nūc alia consideremus. ¶ Aduerte quod quatuor sunt, quæ huius mulieris peccatricis culpam magis agrauant. Primùm, quod sordida nimis erat ju dicāda, eo quod peccata erant cætera, quæ quidem licet non maiorem culpam, infamiam tamen maiorem expectant. Secundùm est, quod fuit culpa publica: quia in ciuitate fuit peccatrix; & ex consequenti scandalum genuit. Tertiùm, quod ostium peccata fuerunt plurima (vt hic ait Iesus) dimissa sunt ei peccata multa. Vltimùm, quia peccatorum diuersis generibus erat subiecta, aiteenim diuus Marcus quod ex illa Christus le- *Marc. 16.* pē dæmonia eiecit, quo in numero omnium peccatorum diuersitas significatur. Sed maior Dei misericordia est, quam huius mulieris, ac etiam vniuersi orbis peccatorum grauitas: & sic venit ad se abluendum in fonte misericordiæ, & abluta, pura & munda mā sit. Verum pro maiori huius historiæ expositione: quatuor hic dubia oriri videntur, quæ scitu dignissima sunt. Primò quæ mulier est hęc. Secūdò cur illam nō nominauit euāgelista, nomine proprio. Tertiò, qualis peccatrix fuit. Quartò, quę ciuitas est hęc: quia dicit mu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orig.tra.in Matthæ.25. Theophi. in cap.7. Luc. Euthi.in c. 26. Matth.

lier,quæ erat in ciuitate; ¶ De primo Origenes,Theophilactus & Euthimius,tres asserũt fuisse Magdalenas: sed Icanes Episcopus Rophensis,& martyr,hanc opinionem à Iacobo Episcopo Vienensi defensam,tribus voluminibus oppugnauit.Nuper etiam Ioannes Faber Stapulensis,libellum scripsit, de triplici Magdalena:qui quidem impertinentem, & inutilem assumpsit operam:cuius fundamẽta ipse facilè possem soluere, & impugnare. Sed superfluũ videretur in hac re moras cõtrahere.Sũt alij qui duas ponũt Magdalenas, vnam meretricem, de qua hic Lucas: aliam verò sororem Lazari. Ex horum numero est

Chry ho.31. in Matt & 61 in Ioan Augu .tra. 49 in Ioã. Greg ho.33. in Euãg Beda lib.3. super Luc. Ioan.12. Luc.10.

Chrysostomus super Matthæum, & Bernardus in sermone Magdalenę,diuersi modo tamen.Sed Augustinus,Gregorius,& Beda,& fere tota ecclesia, vnicam aiunt Magdalenã. Ambrosius vero libro sexto in Lucam,ait dici posse vnam fuisse & plures. Vnicam autẽ fuisse,quædam concilia concluserunt, ipsaq; in vniuersum credit ecclesia:contrarium verò asserere contra vsum,& obseruantiam ecclesiæ catholicæ sacrum est:quæ in festo Mariæ Magdalenæ,de vnica tantùm agit Maria, & hoc euangelio canit. Hæc est soror Lazari & Marthæ,quæ postea effudit alabastrum vnguenti super caput Iesu recumbentis:& quæ audiebat verbum eius, de qua Martha conquesta est:cui primæ omnium, post beatam Virginem,apparuit dominus, postquam resurrexit à mortuis: & Marsiliam venit cum fratribus post Christi Ascensionem. Vna est itaq; beata Maria Magdalena,quæ peccatrix fuit:de qua Marcus ait,quod septem dæmonia eiecit Christus: & postea vt statim post hæc initio capitis sequentis, ait Lucas Christum sequuta est à Galilæa:vbi ea, quæ hic narrat contigerunt.¶ Secundò,cur illam nõ nominauit?Nempe quia notissima peccatrix erat,& ita cognita,& famosa peccatrix, quod nomen amiserat:ex operibus enim & ex malo,vel bono viuendi modo vnicuique nomẽ imponitur Qualem vitam eligis,tale coram Deo,& mundo nomen consequeris:quoniã ex operatis nomen recipies. Sic dominus per

Mar.16.

Esa.41.

Esaiam. Perdam nomen Babylonis. Per nomina enim cognoscimur.Nomen igitur à Babylone tollere, nihil aliud est, quàm eã ignoram habere. Improborum nanque hominũ cura,non est alia, quam in mundo nomina, magnos titulos, & illustria cognomina obtinere:& in terris famam,& nomen parere,iux

thix fuerit appellata. Hoc ego non credo verum, nam Ecclesia vtitur nominibus it cundum communem modum loquendi:non tamen dicitur aliqua mulier peccatrix,nisi corpore sit prostituta.Secundò quia si corpore non fuisset corrupta sed solùm mente & corpore virgo,tunc deberet Ecclesia inter virgines eam referre,sicut retulit eius sororẽ Marthã:præsertim cùm post corruptionem solum mentalem,recuperetur virginitas per cõtritionem.Tertiò Ecclesia non iudicat de occultis peccatis,sed de manifestis & opere perpetratis: cum ergo euangelista nominet illã peccatricem & in ciuitate notam,videtur q; de eius manifestis peccatis scripserit. Alij verò aliter sentiunt asserẽtes quod corpus suũ omnibus tradiderit venale:hoc tamen veritati & rationi dissonum videtur,quod fœmina alias nobilissima & à talibus parentibus orta& diuitijs abundans, in horrendo & infami prostibulo habitaret. Tales etiam mulieres vt in plurimum pauperes & miseræ esse solẽt:sed beata Magdalena ministrabat Christo & eius discipulis de facultatibus suis,& sociabatur nobilib⁹ & honestis matronis. Qua propter media via incedendum est: ideoq; crediderim quod hæc peccatrix non fuerit virgo,sed per aliquod tempus ocio & voluptatibus turpiter se tradiderit:quapropter infamata est,& peccatrix habita in illa ciuitate.¶ Sed quæ ciuitas fuit hæc?Crediderim q; Naim:quam non nominat euangelista, ne idẽ bis repetat. Dixerat enim supra q; ibat Iesus in ciuitatem Naim vbi filium viduæ suscitauit:vbi Ioannes discipulos misit ad Christum:& tũc prosequitur Lucas historiam dicens,quod mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.In ciuitate inquam Naim,quam iam nominauerat Christus enim in Galilæa in monte qui per duas leucas distat à Capharnao sermonem habuit:de quo descendens antequã ingrederetur Capharnaum in itinere leprosum mundauit,& ingressus ciuitatem Centurionis seruum sanauit:ac deinde veniens in Naim filium viduæ suscitauit, & Ioannes in hac prouincia Galilęæ quæ sub ditione Herodis erat in castello Macherunta in carcere retinebatur:& ad Christum de carcere illo discipulos misit.Maria autem Magdalena ex hac prouincia Galilææ erat ex Magdalo,de quo oppido fit mentio in libro Iosue in partitione terræ sanctæ, quod cecidit in sortem tribui Neptalim: quod castellum est apud ma-

Psal.8. Psalm.

Luc.8.

Gen.38.

re Galilææ vel Genesaret in vno latere maris,& postea vocatum est Magdalum: q. nomen cum alijs mutatur, cũ in latinam linguã vertũtur:ita vt pro Magdaleel sicut legitur in Iosue Magdalum appellemus,à quo mulier hæc vocata est Magdalena. Hæc omnia quæ beatus Lucas in hoc capite septimo litteris mãdauit in prouincia Galilææ contigerunt. Et vt initio capitis sequentis statim post hac historiam narrat sacer euangelista hanc Mariã Magdalenam à Galilęa sequebatur Christũ cum aliis matronis eiusdem prouinciæ: ex quo patet q; in hac prouincia morabatur & hic conuersa est ad Christũ: quæ vana mundi contẽnes in habitu honesto A postolica mulier pedestris Christum sequebatur audiens verbũ eius & seruiés ei, ac ministrans de facultatibus suis.Igitur cùm in hac prouincia Galilææ esset in ciuitate Naim & Christi famam audiret,neuo miraculo resurrectionis filij viduæ commota & à Deo tacta ad Christum deuenit:cuius doctrina & cõciombus auditis cõuersa, & magno lachrymarum numero madefacta, & gemitibus in cœlo ittuentibus diuino ardens amore in Deum transformata, se intra priuatam domum claudens vociferabatur:& non aliter quam cerua sagittis diuini amoris icta misericordiam à Deo petebat: & sordes & peccata in quibus vitam egerat lachrymabatur,& quasi intra te dicens. Ille qui vitam adolescenti mortuo restituit potuit:etiam mihi vitam præstare,iam in peccatis defunctæ. Ille etiam qui solo manus tactu efficit vt feretrum portantes sisterent, ducentibus me ad sepulchrum gehennæ terminum imponet.Per quatuor enim portatores nimis properè in gehennam ducor, per pulchrimdinem videlicet, per diuitias, per libertatem, & iuuenilem ætatem. Sed iterum atque iterum pedes eius attingam & fortassis me sua manu tangere non dedignabitur: & sic quatuor hi me ad sepulchrum inferni ducentes sistent,& pedes mei ad malum currentes vltra non incedent.Ille vidua clamante ob filij mortem,ad misericordiam fuit motus: ego aũt carẽs matre meâ vicem dolẽte,meipsam deflebo & lachrymis meis pedes eius rigabo, vt misericordiam cõsequar. Nec enim in me sola pœnitentiam despectam habebit,si quidem omnes ad pœnitentiam vocat:& solo eius verbo reuiuiscam, sicut filius viduæ reuixit.Vadam & reuertar ad eum quem contẽpsi.Propheta magnus surrexit in nobis: siqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem solo iussu mortuos suscitat. Per hunc visitauit dominus plebem suam. Me igitur peccatricem oportet ad Deum conuerti, per hunc filium suum, qui nos vilitat. &c. Cum igitur excellentissimia hæc pœnitens omnia illihæc intelligeret, remedium animæ suæ non distulit, sed statim, nulla interposita mora, quæsiuit fontem vitæ & misericordiæ, qui se volebat vt harum macularum & nouarum ablutionem susciperet. Ideo sequitur in contexto: *Vt cognouit quod Iesus accubuit in domo pharisæi.* Videns beata Maria Magdalena Christi benignitatē, & quod tam familiariter cōuersabatur cū superbis pharisæis, quod in domo eorū accumberet cū essent inimici eius & hostes, ex hoc mora fuit ad quærendū illum confidens quod bene cum ipsa faceret, sicut cum illo pharisæo faciebat. Nō (inquit) repellet me ille, quantuis peccatrix sim, quandoquidem cum suis inimicis & cum peccatoribus conuersatur. Nōn paruos mihi eius misericordia adiecit stimulos: sed ingentes (vt dicitur) addit alas, vt ad eum accedam. Benignitas, qua cum pharisæis eius inimicis, & cū superbis vitur, me audacem reddit. Non ero abeo despecta, licet hucusque innumeris peccatis eum offenderim. Non paruam habeo spem, quod me peccatricem, & pœnitentē nō despiciet: si quidem cum peccatoribus superbis, & in malitia obstinatis, manducat. Scio enim, quòd misericors est: ipse enim peccatores recipit, & manducat cum illis. &c. ¶ Obserua quod hactenus euangelista, huius mulieris peccata narrauit nunc vero eius virtutes, & conuersionem eximiam, nobis exponere exordiuntur. Quemadmodū enim pictores, cum imaginem aliquam depingere volunt, prius talis imaginis modum carbone deformant, & tunc deformis, & indigesta apparet imago: sed vbi varios colores imponit, & viride super cæruleum, & aurum applicant, perpulchra apparet imago: sic hucusque noster Lucas beatam Magdalenam velut carbones delineauit, vocans illam peccatricem, & deformem tunc videbatur. Nunc autem auspicatur, in hac imagine viuos, & perfectos colores apponere: ideo deinceps cōsiderabis, quam pulchram, & perfectam eam describat. Atin ipsa narratione primordio, veram Dei cognitionē, & sui ipsius depingit. Quare in primis verbis vere conuersionis hominis in Deū, discretum notabis. Quia omnis nostra conuersio est, per diuinæ virtutis influxū in intellectu & diuinæ charitatis igniculū in affectu & diuini brachij robur, in conamine ideo tria hæc cōgruo ordine disponūtur. Virtutis splēdor, quia cognouit: & charitatis inflāmatio, quia attulit alabastrum vnguenti: fortitudo, quia venit, & sterit. Primo cognouit, in quo docemur quam fuerit anxia, in qua rēdo Christi, & vt primum fuit conscia, quā prope aduentauerit, adducens pretiosa aromata. Omnis nostra occupatio, & distractio, omnis denique nostra cura, consumi deberet in quærendo Iesum quem cognita, nulla huius mūdi mora detinere debemus. Quod primo narrat Euāgelista in conuersione huius peccatricis, fuit vera cognitio, quā de Deo & de ipsa adepta est. Quod primo Deus fecit, in creatione mū- *Gen.*
di, fuit lux: & quod prius exequitur in reformatione parui mūdi hoc est hominis, fuit lux hoc est vera cognitio. Sic Dauid grauiter in Deum peccanti, & primum Nathan prophe- *2. Reg. 12.*
ta illi reprehenso in memoriam retulit, fuit cognitio propriæ culpæ per parabolam oppositam. Sic Dauid interioribus oculis apertis, per parabolam illam, enormitatem peccati cognouit: & misericordiā à Deo deprecatus est, & delicti veniam petijsset, in hæc prorupit verba. Amplius lauame, domine, ab iniquitate mea: & à delicto meo mūdame. Quare: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Cum ergo peccatum meum non cognoscebam, dignus nō eram vt mihi indulgeretur: sed iam nunc quia peccatum meum cognosco, dignus sum vt misericordiam prystes. Primus itaque gradus est, vt cognoscas, iniquitatem tuam, & Deum quem offendisti: & postea ad illum qui mederi potest, & venia præstare, & curare infirmitates tuas, opus est vt vadas. Ideo sequitur. *Attulit alabastrum vnguenti.* Venit inquam in domum pharisæi, ad Christum, qui ibi accumbebat: & non venit vacua, sed secum portans alabastrum vnguenti: quod quidem vnguentum, non erat quid rude, & crassum: sed vt ait liquida & tenuis & suauissima aqua: quæ ex Arabia afferri solebat: erat (inquam) velut aqua Angelorū, & multo præstantius: quia maximo pretio, & æstimatione habebatur. Alabastrum vero, genus est marmoris perlucidi, & coloris distincti, ex quo fiebant vasa vnguentaria: sed cum hæc vnguēta odorifera ferebat sci. bat quod peccata eorā Deo sunt fœtida valde: ideo ptō adducit coram odores. In Exodo habetur, *Exod.*
iubebat Deus, quod construeretur altare, in quo

Luc. 15.

quo incensum: & multa alia odorifera offerentur, haberi etiam, quod postea deprecabatur Aaron super cornua altaris, semel per annum in sanguine qui oblatus est, propter eatoz. Ante deprecationem igitur pro peccatis, stabant odores optimi. Sic peccatrix hæc mulier suauissimis odoribus venit ad filium Dei, ne peccatorum fetore Christum offendat. Secundo conatur illum mitigare nonnullis: quemadmodum Iacob fecit, qui à Mesopotamia ingentia dona misit Esau fratri suo dicens. Placabo eum, muneribus. Et quia in veteri lege Deus iubebat, vt nemo coram eo appareret, absque munere aliquo: ideo mulier hæc pretiosissimum hoc vnguentum attulit: ne appareret vacua coram domino. ¶ Obserua hic primo, magnam solicitudinem, qua mulier hæc est vsa, in sua conuersione, & in aduentu ad Christum. Nullum interposuit tempus, sed statim venit. Si viperam, vel colubrem aliquem, in sinu fontali habueris: nonne sine mora abs te proijceres. Nonne confestim, & sine consilio abs te mitteres, & decutteres? Sed cur (quæso) peccata, quæ omni genere viperarum, aereis tabuliora sunt, in sinu retines? & abs te nō proijcis in vno instanti, sed cum illis dormis? Infœlix ille Pharao, cùm domum, mensam, & lectum vranis plena haberet: & moneretur per Mosem, constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ abs te, respondit, Cras. Dicturus fuisset quod statim: sic quidem tali plaga affligebatur: sed nullum responsum, illo præstantius, reddi posset ab eo, qui paruo temporis momento, submergendus erat in mari, & eius anima in inferno combu renda. Innumeri hoc tempore sunt, Pharaonis similes: qui tam pestiferas habentes plagas in sinu, vt sunt peccata non statim ex se mittunt sed dicunt, cras. Et de die in diem, sicut Pharao descendunt in profundum infernū. Fœlix Magdalena quam diligens, & solicita fueris in quærēdo salutem animæ tuæ, verbis exprimere non possum. Vt primum namque fuit conscia, quod Christus erat in domo pharisæi, absque mora aliqua, propria domo deserta, & officina peccatorum, tetendit ad domum, vbi erat vera salus. Sic Petrus, vt pœnitentiam ageret, locum, & societatem peccati deseruit, hoc est, palatium pontificis: vt per hoc nobis innuat, quod nulla est vera pœnitentia vbi peccandi occasio nō tollitur. Ingreditur per medios conuiuas. Ignominiosum quidem est, qualiter hanc mulierem mundus aggrediatur: sed vt habetur Græcorum vetus prouerbio, vino egenio inutilis pudor. Insania quidem est magna, ob verecundiam, ea, quæ ad virtutem spectant, deserere, velut confessionem, cùm est opus, ieiunium, & obsecrationes & cætera pietatis opera. Horrendum dictu est, non pudere aliquem vulnerum, pudere autem virtutum. Nullam habuit rationem sapientissima mulier Magdalena cum strepitu mundanorum qui quidem sæpenumero est in cauis, vtin bonis operibus præclarisque actionibus retrocedamus, & inceptam virtutem turpiter deficientes deseramus. Nec pœnitentiam distulit: quia peccatum est ignis, sine aliqua mora è pectore proijciendus: & ideo in initio horarum canonicarum, semper dicitur, Deus in adiutorium meum intende quod in fine non dicitur, quia non lento gradu sed nimia cum festinatione, debemus confugere ad diuinum auxilium, ad imitationē huius mulieris. Pœnitentiam nullo modo differas, nec procrastines: in dies enim minus apus eris, ad surgendum à culpa. Multis non secus euenire solet, ac viatori, offendenti ritium, qui ex vno saltu transiri potuerat, sed tendit inferius æstimans, quod facilius transibit: at vbi inferius tendit, latiorem inuenit rimam. Sic peccator in initio posset ex vno saltu peccatum dimittere: at vbi procrastinat, difficultates augentur: & quanto magis tempus differt, tanto minus est aptus ad pœnitendum. Confestim itaque & absque aliqua dilatione tenetis peccator confugere ad medelam pœnitentiæ, vt mulier hæc. Non enim præstolata est, quousque Christus prandendi finem faceret, & se cum discipulis reciperet: nec per mediam turbam ingrediens quo Iesus manducabat infamiæ noram pateretur, pœnitentiam non distulit: nec ad vesperum, nec ad mane præstolata est: sed nulla interposita mora, sine aliqua māsione non respiciens dicta vulgi, recto trami te in domum pharisæi peruenit. Nullam cum dictis hominum rationem, nullam publicæ ignominiæ, quæ inde sequi poterat curam, sed solum salutis suæ animæ solicitudinem habuit, mundum sub pedibus constituit: nec alterius, sed Dei solius cura anxiabatur. Solum Deum quem offenderat præoculis constituit, cæterorum extra Deum immemor.

prouerbium græcum

Universidad de Deusto
Biblioteca

memor. Compuncta cum plena cogitationibus atque suspitijs esset, totus mundus ei fiebat angustus: nec poterat quiescere donec ad dominum rediret: quem iam credebat Deum, & Saluatorem suum. Nō verebatur, confundi, despici, & irrideri. Sed omnia ista optauit, vt Deum, quem maxime inhonorauerat per peccatum, sic faciendo aliquam recompensationem: scipsam propter Deū voluit despici, & inhonorari, & scipsam præbuit confundendam. Contemplor hanc mulierem igne Spiritus sancti succensam & inflammatam, cuius officium est expergefacere eos, quos habitat, vt veniāt ad Iesum Christum: quem admodum lingua ad verbum, sic Spiritus sanctus ducit ad Christum. Cotemplor igitur beatissimam hanc, in visceribus inflammatam, & ex prius peccatrice, ob firmū propositum columbam in foraminibus petræ, dicentem. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorū: Crediderim quod meridiana hora, erat opportuna valde, ad quærendum solem iustitiæ Christum: quia in mane concionabatur populo. Vtinam scirem (dicebat) ad quid dominum ad conuiuium, quod parauerat, duxi, vt præberem epulum, quod libēter vescitur, velut alter Isaac vt ab eo benedictionem recipiam. Certo equidem scio, quod sit pœnitentiæ amicus & eius officium est signo, Tau, signare frontes virorum gemētium. Heu me miseram & infœlicem, vagans semper incessi post greges sodalium, sequendo proprios sensus, & alia quæ sunt mundi. Nunc vero, quia diuino munere pœnitendi tempus conceditur, vagari amplius nolim, nec sensuum affectus sectari. Sed cur Christum, in domo tua non quæris, mulier? cur non ducis illum in domum tuam sicut Matthæus, & Zachæus peccatores duxerunt? nescis quod peccatores recipit, & manducat cum illis? scio (ait) sed ita sum peccatrix, quod nō mereor, vt intret sub rectum meum: nec tali beneficio sum digna. Quæ communicatio lucis ad tenebras? miserum (sufficit, si tanquā caniculæ concedatur esse ad pedes eius sub mensa: & quod micas immensæ eius bonitatis & misericordiæ colligere. Dicitur Quia igitur beata hęc mulier in hoc fuit modesta, quod dedignata est Christum introire domum suam ideo postea meruit, quod frequenter in illa hospitaretur. Præterea, non corporis sanitatem, sicut hæmorrhoissa illa, tanta cum solicitudine, & diligentia, quærebat: sed pro infirmitate animæ accessit ad Iesum, quanuis hodie plus curatur de medicina corporis quam animæ: & curiosius curant cibos corporis in conuiijs, quam cibos animæ, quod est verbum Dei.

¶ Obserua autem quod videns vulnera animæ suæ, non diuinos aut pythonissam consuluit, vt Saul: non ad Pharisæos aut ad homines iuit, sicut Iudas: sed Deum quæsiuit, & ad Christum abijt, non ad mundum. Docet in tribulationibus, & angustijs nostris, Deū quærere, & non in mundo sperare. Sic Centurio ille fecit, vt in superioribus in eius historia diximus: sic & Cananæa: & omnes sapientes: quapropter consequi meruerunt, quod optabant. Et præterea, quę in Centurionis historia diximus, aduerte: quod illi custodes, & milites, qui sciebant Christi resurrectionem, venerunt ad principes sacerdotum, & corrupti sunt pecunia, vt veritatem celarent. Si ad Apostolos, vel ad alios probos viros irent, tātum peccatum euaderent, hoc suo exemplo, egregius psaltes docet, dicens domino. Etiperme de inimicis meis domine, ad te confugi. Vides qualiter Dauid, in persequutione ab hostibus Deum protectorem accipiebat. Sic in scriptura sacra Mosem, & Aaron, fecisse legimus: qui fugam populi fugientes, ad domini tabernaculum euenerunt. Hoc & Christus nobis ait. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Infœlix ille Ochozias consuluit Belzebub deū Acharō. Innumeros habet similes Ochozias qui potius huius mundi plausum & auram, & hominum quærunt auxilium, quam diuinum adiutorium: ideo pro punitione infidelitatis permittente Deo, in laboribus suis, consolationem non inueniunt: quod Deus permittit, ex eo quod mundum, carnem, sanguinem consulunt, de Deo autem nulla cura. Deus & mundus, in duo collocantur extrema. Mundus enim, & mundani, nunquam fauent, nisi diuitibus & elatis honoribus, nec ad se alios adducunt, nisi illos, quos in sui defensione potentes vident: quod si quenquam decliuem vident, dicunt, pereat: & sic proiectum insequuntur. Mundus itaque victorem in mundo sequitur: sed Deus contra, nunquam nisi egeno subuenit, nunquam nisi proiecto, & humili prospicit: semper denique se habet ex parte debilis. Quem videmus vnquam, magis ignominia, & nota affectum: quam

quam fœminam Susannam? vidimus illam infamatam, inhonoratam, & ad necem dānatam. Nunquam in humano fauore confidit, nec ab illo voluit iuuari: sed de illa scriptura ait, quod erat cor eius fiduciam habens in domino: & obserans Deum, dicebat. Deus æterne, qui absconditorum es cognitor qui nosti omnia antequam fiant, &c. Hinc inuocationi, accedit Deus & famulam Susannam, ab omni angustia, & periculo eripuit: nec his contentus delatores interfici fecit. Diuinum hoc auxilium est nobis implorandum, in nostris laboribus: sicut Sulamna, & beata Magdalena fecerunt. Maledictus homo (ait Hieremias) qui confidit in homine: & ponit carnem brachij sui, &c. Sedechiam illum regem Iuda quæ rite, qualiter se habuit, cùm à Deo se auertit, & totam suam ipsem, & fiduciam in conuicino rege Ægypti constituit: tunc etiam Hieremiæ non adhibuit fidem, ex Deo monenti, quod exirent portas Hierusalem, ad excipiendum Nabuchodonosor, & eius duces: quia ignur propheta Dei non erediderit, fuit incarceratus, & erutis oculis vidit proprios liberos interfectos. Non alio merito donat mundus, in illo confidentes. Sed longe aliter Deus ad se confugientes recompensat: siquidem cum illa tempestate, Hieremias in Deo confidens, in vinculis iaceret, Nabuchodonosor iussit Nabuzardan generali duci, qui de Hieremia dixit. Tolle eum, & pone super eum oculos tuos, & nihil mali facias: sed vt voluerit sic faciet ei. Mirandum quidem est, quod idololatra princeps, habeat rationem honorandi Hieremiam, ex eo dum taxat, quod in afflictionibus, Deum adiutorem assumpserit. Documentum hoc, & instructionem accipiamus, à mulere hac casta, & sapientis: siquidem se deperditam videns, Deum pro medela assumpsit, & sic commodata habuit. Clamemus ad Deum in angustijs, & afflictionibus, non erit immemor nostri. Quis vnquam ad Deum clamauit, qui non exaudiretur? Quis Deum intimo corde quæsiuit, qui eum non inuenerit? Quis denique peccator sub umbra alarum, & protectione confugit, qui non protegeretur? Sicut enim pater miseretur filiorum, misertus est dominus timentibus se: recordatus est, quoniam pulueres sumus. &c. Sic etiam sapientissima hæc mulier, videns quod solum Deū haberet, pro vera medela, & quod eius animam periclitabatur, Christum pro remedio accepit, cuius pastorem, icta chirurgum, ægrota medicum quæritillia denique, quæ se vidit peccatorum deformitate pollutam, pergit vt abluatur in fonte misericordiæ.

Cùm reges & principes mundi sunt in sua aula, intra priuatum cubiculum recepti, nec alloquuntur, nec ad eos accedunt ni patricij, nobiles, & potentes, & perpulchri, & decorati, quique in regia domo primas obtinent. Si vero per arua diuagantur, vel iter faciunt, vel in venatione distringuntur, quibus homo abiectus, etiam pauperrimus pastor rudis, ad eos accedunt, & eos alloquuntur. Non dissimili modo, cùm æternæ gloriæ Christus, erat in aula cœlesti, in cubiculo suæ potentiæ, & maiestatis, nulli ad agendum cum eo accedebant, præter eos, qui præclaro sanguine erant orti, qui præciosis vestibus ornabantur, vestibus (inquam) charitatis & gratię, atque innocentiæ, quales erant Angeli, Archangeli, Seraphim: factus verò homo, & humana carne subsistens, & viator, & humana natura indutus, publicanos, peccatores, latrones, meretrices, ad se accedere permittit, ad omnes loquelam dirigit, quibus exaudiri petitur. In patria verò nulli ad eum accedunt, præter iustos, & sanctos, nec ad illum ingredietur, nisi iustus, & mundus corde, in hoc verò mundo omnibus, vt inueniatur, & communicetur se præbet. Cùm igitur sapiens hæc mulier, videret Christum, in hoc mundo venatoris munus exercere, & quod homines venabatur: ad eum accedere, vt ab eo venaretur statuit, & mundo interfectum se ostendere, per conuersionem ad Christum.

¶ Denique hic aduertendum est, quod ille qui eum suscipiebat, erat qui eum trahebat: si cut optimè adnotat Gregorius, in homilia, vocans Christum trahentem, & suscipientem. Flumina continuo fluxu ingrediuntur mare, nec die ac nocte fluendi finem habent. Ob quod mare non redundat. Huius rei ratio est, quia flumina ingredientia mare ex illo fuerunt egressa iuxta illud sapientis. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad eorum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Per poros enim in profunditate maris, & per cataractas, & secretas venas, occultè matia aquas ex se emittunt: quæ quidem aquæ in montibus & collibus apparere videntur, vnde flumina

orium

Cant. 1.

Gene. 27. Ezec. 9.

Luc. 15. Matth. 8.

Mat. 15.

Mat. 9.

Greg. homi. 33. in Euan.

Eccl. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ortum habent. Maria itaque secrete fumit ũ aquas instituit: quas postea in reuersione publice recipiunt. Non aliter Christus mulierẽ hanc publice recipit, secrete autem vocat: charitatem vero, deuotionem, & lachrymas, & pœnitentiam, quæ præferebat, ipsemet Saluator occulte infundebat: occulte inspirationibus, vocatione illam ad se adducebat: licet publicè omnia isthæc munera ab illa reciperet. Dona & munera quæ inuisibili modo ex Deo procedebant, & huic communicabãtur: postea visibili reuersione ab ipso datore, gratu habebantur. Horum numerũ receptor est, qui eam vocat, quique receptum antea præbuerat: sicut mare, quod lumina ex se egredientia, publice recipit. Nec enim illa aduentare posset: nisi per Christum vocata fuisset.

Exec. 2. Ezechiel enim ait. Venit spiritꝰ & statuit me supra pedes meos: prius est ingressus spiritus, alias enim surgere non poterat. sicut nec peccator potest à peccato surgere, nisi prius spiritus Dei susciterit eum. Cogita quod peccator facta est Deo echo. Primo, quia sicut echo non respondet nisi prius infundatur spiritus: ita vt peccator respondeat, oportet quod Dei vox sonet: à quo vocari, & inspirari necesse est, & quod postea peccator vocet Dei vocantis respondeat. Secundo, vox multum importat, echo vero parum operatur. nam licet vox octo syllabis constet, echo vnicam inducit, quæ vltima dicitur. Sic nos frequenter à Deo vocamur, raro respondemus. Considera igitur peccator, & diligenter perpẽde, te à Deo esse conditum, & quod Dei vocationi respõderi teneris: vt mulier hæc Deo respondit, & respondens ad vocationem accessit. nõ mũdi (inquam) sed Dei. Quõdam Deus Samuelem vocauit, ille vero ad Helì abat. Samuel in

1. Reg. 3. iuuenili etate ætate, quæ, nõ inirum videri debet alicui, quòd aberraret, & falleretur: vt autem cum matura sis ætate audito verbo Dei, vide respondeas, vt mulier isthæc respondit: & nihil illum tendas oportet, vt hæc fecit. Nulla facias mora, vt hæc quæ quidem nulla interposuit mora, dimissis omnibus, ad Deũ tota tendit & festinat. Deo nihil præstantius inuenies. Omnia deserere, & Deum quærere teneris. nec ob aliquam rem Deo inferiorẽ, detinendus es, quo omnis rendat ad Deum. Igitur cum cauta, & sapiens mulier veniat, non accedit vacua: quippe quæ vult apparere coram Deo. sed præparat alabastrum vngenti. Sed

Luc. 18. quid nunc oporteat videamus. Stans retro. &

naculum, & vocauit illud tabernaculum fœderis, hoc est, pacis reconciliationis, & amicitiæ inter Deum, & populum. Hanc igitur historiã bene perpende & dice, qualiter Deus iratus esset, eo quod cum essent peccatores, se similitatis, & gloria vestibus vterentur, quibus depositis inita est pax: & præcepit Deus quod quoniam peccatores erant talem se gerendi habitum deponerent: quo quidem habitu Deus ad iram mouebatur. Vos etiam, peccatis onusti, venistis ad petendam veniam peccatorum. Venitis (inquam) recto gressu magna pompa, garrulantes, & ridentes & perpolite induti. In festo expiationis cum peccata purgabantur præcipiebat Deus, quod sacerdos vestiretur non serico, aut pretiosa veste, sed stola linea. Oportet igitur vt tu tam in veste, quam in incessu, humilieris coram Domino Deo tuo, vt tui misereatur: sicut Daniel dicebat domino. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te Domine. Da quid etiam. Cor contritum, & humiliatũ Deus nõ despicies. Ideo dominus præcepit loquẽs de festo expiationis peccatorum. Affligetis animas vestras in eo. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo. &c. ¶ Retro itaque stetit illic enim assistere voluit, vbi peccata eam constituerant, nam quemadmodum mundos corde Deus præ oculis habet: sic peccatores post terga habet: & hæc mulier locum, ad quem per peccata fuerat ducta, elegit. Præterea retro stetit, quia legerat in psalmo. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Et sic supra dorsum Christi peccata constituere voluit. Vere Christus Iesus languores nostros tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Peccata omnia nostra super suos humeros Christus posuit, & nostrorum peccatorũ pondus voluit ipse sustinere: vt nos leuatos ecneret. Accepit igitur hæc mulier suorum peccatorum pondus, & in dorso Saluatoris collocauit: & illa sublenata Christus vero onustus mansit: vt pro illa & satisfaceret, & solueret. Si præ oculis Deus tua errata habeat, erit vt de te vindictam sumat: teque in gehennam mittat. Sed tunc post terga collocat peccata, cum illorum obliuiscitur: sicut tu ea quorum obliuisceris, in posteriorem manicam reijcis. Eo modo tuæ vitæ caue, quod tuorum peccatorum vindictam Deus non recorderur. Denique stabat retro: quia non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Vultus enim Dei est super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. A tergo vero vt scapulis suis obumbret non. A tergo (inquã) vt post tergum suum proiciat omnia peccata nostra. si enim peccator eius faciem videret, non erit salua anima eius. Non ergo sine magna ratione Dauid dicit, Protector noster aspice Deus: & respice in faciem Christi tui. Non me aspicias, sed vnigenitum tuum prius intuere. Si enim contra peccata nostra irati sunt oculi tui, & me ictu primo respiciant, moriar, petij: sed si oculi tui videant filium, & per filium me ab eius tergo existentem respexerint, saluus ero. Radij enim oculorum tuorum per filium tuum transeuntes in eo mansuescent, & mansueti ad me peruenient. Collocæ ergo Deus meus inter me & te tuum vnigenitum filium, crucem eius, sanguinem, & passionem & merita: ita vt cum tua iustitia per sanguinem & merita tui filij pertranseat, cum tandem ad me perueniat, iam mansueta, & misericordia plena sit. Ideo quæ hæc sapiens mulier stetit post terga Christi, constituens eum tanquam medium inter se, & Deum: vt pie, & mansuete à Deo iudicetur. Excusatur cum Christo, secum eo protegendo: ne pro debito rigore iustitiæ punitur. Aspice Deus (inquit Dauid) sed respice in faciem Christi tui. Delector maxime (inquit) domine, quòd tu aspicias, & memor sis: sed ea sola lege quòd prius respicias in faciem Christi tui: quoniam si ego post eius terga sim, & ipse eius faciẽ intuearis, manifestum est, quod ipsum prius quam me intueberis. Si vero à tergo Christi venias, me prius videbis: ideoque non dorsum, sed faciem respicias dico: vt me post terga exilientem ipsum prius, quam me videas, & me retro constituere volo, vt ante faciem tuũ tui veniens, ipsum prius me, respicias. Igitur mulierem hanc à tergo Christi constitutam timidam & pudore affectam, atque dolore contemplare: & quid faciat perpende. *Lachrymis cœpit rigare pedes eius.* Non dixit riguit, sed cœpit rigare: quia stans in tantum prorupit fletum, vt antequam se inclinaret, inceperit rigare lachrymis pedes eius. Expendo qualem, & quantum dolorem mulier hæc fuit perpessa, siquidẽ flans, cum procero & magno esset corpore, tanta fuit lachrymarum copia, quæ cũ ab oculis per totũ corpus defluxissent, fuerũt in sufficienti abundantia ad abluẽdos pedes Saluatoris. Quod si verũ sit, quòd humi ait, pstra

Psalm. 142. Psalm 55. Psal. 90. Esai. 38. Exo. 33. Psal. 83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta pedes deosculando: & vngendo, prius tamen quã hoc faceret eos lauit, & rigauit (ita enim in magno numero lachrymas effundebat) quòd itaq; flatus incœpit, humi prostrata perfecte. Stans cœpit rigare, & postea rigauit perfectè. Genuerat enim mulier hæc gelu quoddã intra pectus, peccatorũ frigore confectũ: sed accedente ad diuinum ignẽ, liquefactum est gelu de corde suo, & magno impetu defluxit vnda in superabundanti copia. Ideoq; ei dici potest illud quolim dixerat Hieremias loquens de captiua filia Sion. Magna enim est sicut mare contritio tua. Et tuarum lachrymarũ copiã cui cõparem non inuenio, nisi copiæ aquarũ maris: amaritudo etiã qua lachrymaris, similis est amaritudini matis. Nouum & nunquam visum miraculum est hoc. Sæpenumero vidi cœlũ irrigans terram: terrã autem madefacientem cœlũ nunquam vidi, sicut modo: quoniã mulier hęc terrestris cœlestes pedes Saluatoris suis lachrymis irrigabat: & ita abundè, & copiosè vt vidimus. Ex quo sequitur, quòd licet lachrymę lauent sordes peccatorũ, non tamen quantæcũque lachrymæ sunt satis quamlibet graui peccato nam grauia peccata grauissimis indigent lamentis, nam requiritur in contritione aliqua intensio. Scio tamen aliquos ex recentioribus theologis aliter sentientes, qui præcantibus facile securitatem promittunt, dicẽtes, minimam quamque peccatorum pœnitudinẽ (modo illa ex Dei amore procedat) ad grauissimum quodque peccatũ delendum sufficere. Quæ sententia vtinã tam vera esset, quã pia: vereor tamẽ ne qui ita senserunt, experiẽtia illos docente, aliter iã sint nunc sentire cõpulsi. Nã si pro mensura delicti erit plangarũ modus: cur etiã pro mensura delicti, nõ erit pœnitudinis, aut doloris modus: præsertim cùm peccatorum remissio, quæ pœnitẽtia interueniente præstatur, non extra iustitiæ regulas fieri credatur? De illis qui ita sentiunt Hieremias propheta loquutus fuisse videtur cùm ait. Curabant contritionem populi mei cum ignominia, dicentes. Pax, pax, & non erat pax. Cum ignominia contritionem populi curat, qui peccanti, & non satis pœnitenti continuo securitatem promittit. Isti qui omnem dolorẽ omni peccato sufficere credũt, similes mihi videntur medicis imperitis, qui nulla morborum ratione habita, eodem pharmaco omnes mederi nituntur: eũ alius morbus aliud medicamentũ requirat, & aliud

Thren 2.

Deut. 25.

Hiere. 6.

peccatum, aliam pœnitentiam posuisset. Et in hanc sententiam omnes veteres theologi, non solum quos scholasticos vocant, quibus non parum videtur, sed primi illi Ecclesiæ patres sanctitate pares ac doctrina illustres, manibus (vt dicitur) ac pedibus eunt. Dicamus ergo peccatorum remissionem dicino tantum pensati iudicio, non humano. Ac proinde cùm nos lateat ipsa lachrymarum mensura quæ peccatis lauandis sufficiat, oportet vt nunquam simus securi hac sola fiducia, quòd iam pro peccatis nostris ingemuimus. Ideo Dauid agnoscens peccati sui fœditatẽ, & nesciens an satis lacrymarum ad illam abluendam effuderit, precatur dominũ dicẽs. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à delicto meo munda me. Acsi diceret. Scio quidem me lachrymis esse ablutum, nescio tamen an plene mundus euaserim: quia nescio an satis lachrymarũ effuderim, quæ tot, ac tãtas peccatorum maculas mũdare valuissent. Ideo pero vt gratiam flendi quãtemper impartitus es non subtrahas: quin potius oculis meis tribuas fontẽ lachrymarum, vt incessanter pro peccatis meis plorem lachrymasque vbertim fluã, quibus me lauare possis. Ideoque hæc mirabilis pœnitens maximè flebat, multiplicabat suspiria, & lachrymis suis incessanter Christi pedes lauabat. Habebat peccata sua coram oculis mentis: & ipsi oculi corporales vndiq; affluẽtur flebant. Sic etiam David. Peccatum meum contra me est semper. Idest, coram me habeo. Vidit nanque Nabuchodonosor ex statuã coram oculis eius, quæ habebat caput aureum, & pedes terreos, & fictiles. Sic hæc peccatrix coram se habebat pristinum suæ innocentiæ statum, in quo quasi in capite aureo contemplabatur nobilem statum suæ innocentiæ: demum & ad quem statum peccata sua adduxerant, nempe vt esset vt iumentum, & sterquilinium apud Deum. Decciderat à vita priori deaurata ad terrenum, & miserabilem statum: & hanc statuam coram se habens erat territa sicut Nabuchodonosor, & tremens cecidit ad Christi pedes. ¶ Discе sicut Magdalena, & sicut alter Dauid coram te habere peccata tua, vt continuo defleas. Sicut enim in horto, vel in vinea male sunt vrticæ, & spinæ, sed reiectis ex interioti ponũt ea in septo, & circulo, quę ibidem proficiunt, quia defendunt & custodiunt vineam illæ spinæ nequis ingrediatur: sic tu tolle ab anima peccata, quæ sicut spinæ lacerant,

laceraut, & pungunt conscientiam: sed pone ea extra in circuitu habens ea in memoria, vt continuo plores, & defleas. Ideoq; sicut trãslatio septuaginta habet, posuit Deus Adã post peccatum è regione paradisi vnde electus fuerat: vt videns illum recordaretur peccati, & fleret, memoriam illius habens, & videret locum ex quo electus fuerat. Habens ante oculos hæc nobilis peccatrix Deum, quem perdiderat, & illum paradisum à quo electa fuerat non peccatum, non poterat non flere. Sic in libro Iudicum habetur, quod ille Micheas, plorãs sequebatur filios quosdã, qui furati fuerant idola ex domo Michææ: dicentibus autem alijs quid fleret, respondit. Deos meos quos ego feci mihi tulistis: & quid vis, quid ploras? Iugiter stulte miser pro Deo tuo vano, quem ipse fecerat sibi, tantum plorabat, quia Deum suum perdiderat: quanto magis debet quis de peccatis flere, & plorare, cum videat, quod perdiderit Deum suum verum, & creatorem cœli & terræ? Fuerunt mihi lachryma mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Tristis nimis debet esse anima, & maxime flere: cum se adeo absentem videt. Iure optimo deflere tenemur peccatores omnes nos ipsos in hac lachrymarum valle cernentes, miseriis, ac peccatis onustos: culpis plenos, à Deo separatos, & à morte obsessos. Si enim filia Iepte duobus mentibus, plorabat virginitatem suam cum sodalibus suis, quia mors appropinquabat: quanto magis nos, qui nescimus an hodie reddituri simus rationem vitæ plorare debemus? Cernuus à Canibus obsessus deplorat: & hoc irrationale animal facit. Quanto magis ergo nos hoc facere debes, cum tot dæmonibus, tot infirmitatibus, tot periculis, tot denique laqueis sis obsessus? Etau deplorans Isaac patrem monuit ad consequendum optatum. Et licet pluuiosum tempus est nimis aduersum oppugnantibus tormentis aliquam vrbem subuertere & eodem modo lachrymæ aduersantur inimicis omnibus nostris, quoniam lachrymarum pluuia tentationum carnalium puluerem extinguit. Lamentabatur gloriosa Magdalena super animam suam.

Deplorabat Samuel Prophetes interitum animæ Saul, & vna integra nocte nihil quicquã operatus est. Dauid quoque videns filium suum in peccato fuisse interemptum amare lamentabatur, dicens: Absalon fili mi fili mi Absalon. Quanto magis tu ipse propria peccata deplorare debes, liquidem duo illi tanctè sic deplorarunt aliena? Et Christus nihil aliud super Hierusalem deplorabat, nisi peccata aliena. Hoc medicamento, animæ nostræ sordes mundãtur. Vt enim Ægyptij submersi fuerunt sub vndis maris: sic peccata delentur, & mortificantur in aquis lachrymarum. Ideo diabolus, sicut Holofernes qui obstruxit fontem, vt Bethuliam acciperet, & obtineret: sic ipse lachrymarum fontem obstruere vult in nobis, vt nos capiat & obtineat. Hæc autem beatissima Magdalena fontem lachrymarũ aperuit: & principem tenebrarũ & omnes Ægyptios peccatorũ suorũ, aquis lachrymarũ suffocauit. Plorauit Petrus, sed egressus foras fleuit: hęc autẽ inter epulas flere nõ erubuit. Mirũ quidẽ est q; in cõuiuio & inter epulas in festo lætitiæ, tot lachrymas fudent. In libro Numerorũ legimus q; in maxima solẽnitate præcipiebat dñs offerre hircũ pro peccato. Cur dñs in tãta solẽnitate iubet offerri sacrificiũ pro peccato? Nullũ gaudium nulla solẽnitas est, ô homo, in qua nõ sit grata Deo memoria peccatorũ. No potes te dãnorem ingratã facere si inter epulas lachrymas fuderis, si inter epulas & antequam comedas suspires pro peccatis, si lugeas ea in præcipuis festiuitatib⁹. Sic enim Christus in summo honore, qui ei in hac vita mortali exhibitus est, quũ vniuersal Hierusalẽ, triumphantiũ more, illum excepit ramis virentibus, atq; lætis cãticis defleuit in illo apparatu & pompa solenni aliena flagitia & scelera. Nouerat optimè hæc prudens mulier dominum non ploraturum propter aliquas molestias in illa solemnitate sed maximæ lætitiæ causa: & dulciores illi futuras lachrymas cõtritas & humiles cum dolore profusas, quam omnia vina pretiosa atque epulas, quas illi pharisæus posset præbere. Nil lo uebatur: vt intelligas apud Deum plus valere opera quam verba. Non legimus quæ dixit, sed legimus quæ fecit: quoniam cœlum non paratur verbis, sed bonis operibus, & virtutũ exercitatione, quales erãt virtutes, quas hæc sancta mulier operabatur. Vide quanto amicior est Deus illorum, qui fide viua occupantur, & exercent se in operibus pietatis, & misericordię, quã eorum, qui omnẽ suam fœlicitatem, & studium defigũt in phalerato sermone, & mũdanæ sapientiæ verbis. Ad quem (inquit ipse) aspiciã, nisi ad contritum: & humiliatũ, & tremẽtem

Lucæ 19.

Exod. 14.

Iudi. 7.

Matth. 26.

Numa 9.

Lucæ 19.

Esai. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sermones meos: Cor contritũ respicit Deus, & affectui pio respondet. Ne verbum quidẽ proferebat Moses, & dominus tamẽ dixit ei. *Exod. 14.* Quid clamas ad me? Tot erant lachrimæ, & gemitus mulieris huius, vt singultus penè ei obstruerent guttur, & quasi præfocarent, nec loqui poterat, ita contritione plena erat & lachrymarum rivo madefacta. Veruntamẽ intus in corde, quòd magis aspicit Deus, & acceptius habet, mirificè persuadebat, & magnis vocibus clamabat, ardenterq; orabat, diuinæ misericordiæ opem implorans. Verbis nihil dicebat, tamen loquebatur in corde gemitibus, & clamoribus deprõptis ex intimo pectore & profundo corde, & in anima sua *Psalm. 118.* dicebat. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legẽ tuam. Quoniam iniquitates meæ supergressa sunt caput *Psalm. 37.* meũ, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Quapropter Deus cœlorũ, creator aquarum, & dominus totius creaturæ: exaudi me miseram deprecãtem, & de tua misericordia *Iudit. 9.* præsumentem. O domine peccaui super numerum arenæ maris, non sum digna videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ: quoniam irritaui iram tuam, & malum coram te feci. Si tu es dominus qui peccato- *2. Para. 33.* res recipis: me quoq; peccatricem recipe, sub alas infinitæ misericordiæ tuæ. Nõ enim me reijcere idcirco debes, q̃ sum peccatrix, quã *Lucæ. 15.* doquidẽ ad id venisti ex cœlo in terras: nõ vt vocares iustos, sed peccatores: & oues quę perierunt ex Israel. Scis domine quod literæ in *Matthæ. 9.* libris exaratæ, si in ignẽ proijciãtur dum in cineres non voluuntur, legi possunt: si autẽ cultro radantur, legi nequeũt. Propterea, domine, obsecro te ne expectes abolere meas malas literas in gehenna: quoniam deleri nunquam poterunt, quin potius perpetuo legentur, nec in cineres vnquam conuertẽtur, nec deficient condemnatorum animę. Ideo nũc, quando tẽpus est acceptabile, dele iniquitatẽ *Esaiæ. 43.* meã. Tu domine per Esaiam dixisti. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Et iterum ais per *Esaiæ. 44.* eundẽ prophetã. Deleui vt nubẽ iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Si igitur ex alto cœlo in terram descendisti vt peccatores redimeres, incipe, nunc, domine mi, & Deus mi, officium, & munus redemptoris impiere: nec omittas tam præclaram opportunitatem, qualem nunc habes, quoniam adstat tibi mirãs quidã peccatrix, in quã possis munus, ad quod venisti exercere. Si cum peccatoribus manducas: en hic peccatrix quandam, cum qua libenter manducare potes. Sũ etenim ego sicut stultus ille qui in corde suo *Psal. 4.* dixit. Nõn est Deus. Nam taliter vixi ac fecerem non esse Deum. Nunquam ob amorem tuum laboraui, nec propter iustitiam tuam, nec propter legem tuam declinaui à malo, aut propter promissa inclinaui cor meum ad bona opera. Nunquam propter collata in me beneficia gratias egi, nec peccatis finem imposui: etsi scirem te omni in loco præsentem esse. Oculis quidquid apperierunt concessi, non cohibui cor meum, ne voluptates appeteret. Ad te confugio pondere peccatorum depressa, vt me exoneres: & in tot ac tantis miserijs & tentationibus positæ, non dedigneris promissa gaudia & lenamina concedere. Ecce venio sicut imbecillis & infirma ad medicũ, vt me sanet: vt peccatrix ad iustũ & ad fontem iustitiæ, vt me iustificet. Nõ terreari domine flagitijs meis: nam quo grauior est infirmitas, tanto magni facit artem medici, qui illam medetur: & quo major peccatrix ego sum, tanto tu magis glorificaberis, &c. Hæc & similia intra se dicebat hæc gloriosa pœnitens, viscera sua aperiens: & corde contrito, cœlum gemitibus & singultibus rũpebat. Hæc in corde versans facti sunt oculi eius velut defluxus aquarũ, & acriter ablq; intermissione super animam suam lugebat, in tantum quòd pedes Christi rigabat, & perfundebat: quibus perfusis, & rigatis. *Capillis capitis sui tergebat.* Quanuis indignam se putabat tangere Christi pedes: tamẽ amore victa se cohibere non potuit. Amor enim verus nescit modum: regulis nõ tenetur: tactu spiritus sancti ducta ad pedes inuoluitur: lachrymis rigabat & capillis tergebat. Nunquid non erat aliud quo tergeret illos? Nunquid vel exiguum linteolum, aut prolixior subucułæ manica, vt fœminis moris est) ad siccandũ deerat? non equidem existimo. Sed tali amoris sanctissima fœmina compede detinebatur, ea, diuinæ cõuersationis mulcebatur võluptate, vt nec vellet, nec posset vel tantillum à pedibus domini discedere. Qua de causa mirum non est, si manuit capillis, quos præ manibus tunc temporis habebat, pedes domini abstergere, quã quærendis alijs tempus insumere, & suauitatis suæ tactum facere. Hos igitur pedes fœmina prudentissima capillis siccabat, ote fouebat quos antea vndati lachrymarum rivulo abluerat: necnon sciens carnem dominæ purissimam, omnis quidcũq; & castitatis sedem atq; originem esse, accesit supplex: vt diuino cõtactu pudicitiæ suæ faceret ruinas, & concupiscẽtiæ deinceps lupatum inderet. Nã si tactus fimbriæ fluxum sanguinis ille hæmorrhoissa frecauit: quomodo non magis tactus pedum Saluatoris, præsertim tam ardenter deuotionẽ iteratus, restingeret in hac carnalis concupiscentiæ fluxum? Audiebam enim semper surgebat ab osculis. Eo quemadmodũ in fabula habetur de Antæo cum Hercule cõgresso, qui quoties à terram prosternebatur, inde resumptis viribus, fortior ad pugnã surgebat: ita de hac non fabulose, sed verè dicere possumus. Nam quo sæpius dominum superata corruebat terram prosidebat Maria, pedes Domini osculatura, animosior cõtra omnes dæmonum & concupiscentiæ vires resistebat. Erat enim illorum pedum Christi filia, & quasi baptismo lachrymarum suarũ renata. ¶ Hinc facilè colligas quanti interiit, quo animo quisquis ad dominũ accedat. Iudas enim, qui ad Christum accessit, dignissimæ dominj partem, cuppe os, tenuit: tamẽ quia animo impio accessit, non modo veniam nõ inuenit, quin etiam exitium sibi paraut. Verum hæc pio & syncero affectu ad dominj pedes prouoluta & remissionem peccatorum, & vitam inuenit æternam. Magnam præterea familiaritatem habuit cum Christo dominos & positum commersa est nunquam voluit in facie cæsaris alicuius hominis aspicere, nisi in faciem Iesu nimium sæpe nebatur, Mariæ virginis lasciuissime affecti fami liaris. ¶ Series autem ieiunij Magdalenam ad pedes domini protulisse. Primo hic, in signum constitutionis. Secũdo cum sedens secus pedes domini verbum illius audiebat. Tertio quando profratre Lazaro mortuo orabat: vt nos doceret aliorum miserijs & infortunijs commoueri. Quarto in cœna Bethaniæ: cum vnxit pedes & caput domini: quæ fuit vnctio deuotionis. Quinto in die resurrectionis Christi, cum cadens ad *Ioan. 20.* pedes volut Christus, vt tangeret eum. Sexto enim eodem die resurrectionis domini cum ceteris mulieribus, quando tenuerunt pedes eius & adorauerunt eum. Verũ vt omnia officia in Christi pedes exerceret, quod sequitur. *Et osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.* Scitis, vere peccatrices, cum timere debere, & cui dicis? Dei ante oculos habere: sta cum me dixerio, ne desocies, si stinq; ne nimia obruaris, ea ipsum consolari debes, consideras, Dei misericordiã: quia patiens & multæ *Ioel. 2.* misericors est & præstabilis super malitia, Ideo osculabatur pedes eius, quod est amoris indicij: quia dicitos osculari solemus. Osculabatur enim pedes eius, & vnguento, quo iam diximus, lassatos Christi pedes vngebat, tergebat, capillis. ¶ Quærere autẽ nunc libet, si ista fides peccata delet, (vt pessimè asserunt impiissimi Lutherani) quorum in, tanta bonis operibus occupabatur hæc mulier? Et sanè male agis, cara Christo audiris, qui Pharisæo dixit, osculũ mihi non dedisti, hæc autẽ, &c. narrans Christus, & laudãs omnia hæc opera bona. Sed ea ratione, vt supra vidimus in hoc capite, laudat Christus in Ioane asperitatẽ vestitus, constantiã animi, & inimici dicens, venit non manducans, nec bibens: Va, cat ergo is, vale at illi nebulones ex filio perditionis Lutheri suo, qui tot animas his mendacijs fraude diabolica decepit. ¶ Obserua autem hic mulieris huius prudentiæ eximiã, quæ eo vsa est consilio, vt ea, quæ mortis erãt instrumenta in vitæ medicamentũ traduxerit. Eo quèadmodum theriaca, quæ de veneno venenosa ipsa conficitur, arte tamen prudentis nũc cõtra venena medicamen redditur: sic mulier hæc ortatũ, mundum ipsum, quibus alia se vitiare solent, inculte Dei conferens, medicinam de veneno confecit. Capillos enim, quos antea componebat in Dei opprobrium, in pedes dominj fœcandos impedit. Oculos fuligine infectos fucatosq; quibus inaniter inspectuis & inspiciendis fuis operæ, nauauerat, nunc lachrymis assiduis rigat, vt laudis domini pedibus aquam subministrant. Os quondam lasciuis, impudicisque alloquijs seruiens, nunc deosculandis domini pedibus imprimatur. Preciosa vnguenta, aquarumque rores odoriferi, quibus antea per singula membra perfillabat, modo ad pedes Christi spargunt: non sine circunstantium admiratione. Vestes denique laboratissimæ, quibus olim ornata, fulgebat inter coniurarum subsellia, vt dño ministrent sternũtur. Itaq; omnibus, quibus antea dæmoni obsequiorum miserum fuerat, modo Christo inseruit, eisdem q; instrumẽtis, vitam quærit, reor ãquibus morte quæsierat, memorabili pœnitentiæ & lachrymarũ litura antiquum chirographum delens. Ideo diuus Gregorius in Homilia, ait. Quot in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta: vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum cõtemplerat in culpa. *Grego. hom. 33. in euãg.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sic & nos huius exemplo discamus vitam mutare & Christo domino seruire, ijsdē membris & instrumentis, quibus mundo & carni seruiuimus. Vnde Paulus ait. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete illa seruire iustitiæ in sanctificationem. Quasi apertius dixisset. Si lingua proximi tui tamam læsisti: eadem ineōmodo ilato mederc, vel proximū laudando, vel tē mēdicando. Si pedibus ambulasti in via impiorum, dirige gressus tuos in semitas iusti tiæ: vt sic bono malū extinguas. &c. Huius autem doctrinæ pulcherrima sunt in scriptura sacra exempla. Cum enim populus Israel egressus de Ægypto, circuiret terram Eden in deserto labore confectus cædere cœpit itinetis ac laboris, & murmurauit contra dominum, & cōtra Mosem. Quare immisis à domino serpentibus, qui perfidum vlciscerentur populum: postea tandē placato Deo nulla alia ratione tantæ calamitati subueniri potuit, nisi æneo serpente elevato, in quem quicunque aspiciebat à morsu illico sanabatur.

Ecce quomodo eodem malo, quo erant vulnerati sanabantur. Serpens momordit, serpēs curauit. Apud gentes etiam huius exemplā non desunt, Nam cum Philistæi arcam domini cepissent, propterea que à domino essent percussi in secretiore parte natium, & mures vastarent terram, edocti à Satrapis suis fecerant anos & mures aureos, quibus pro peccato suo dominum oblatis placauerūt. Sciebant quippe mala, quæ patiebantur, eisdem fore sananda malis. Sic etiam Christus eisdē instrumentis & medijs quibus mortem intulit diabolus, nobis vitam dedit. Ideo crucem elegit, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. In Exodo etiam habetur, filios Israel in aures armillas ex aureas, quas obtulerunt, vt facerent vitulum, quem adorarent postea obtulisse domino, vt facerent tabernaculum domino Israel. Quod dederant ad idolum fabricandum: postea compuncti, dant ad opus domini & quibus antea diabolo inseruerant, eisdem Deo inseruiunt. Eadē ergo & nos facere debemus Deo offerentes omnia, quibus illū antehac offendimus, carnem macerantes, sensus colligentes corpusque, quod ante diaboli fuerat mancipium domantes, laboribus & vigilijs allueſaciamus, vt relicto dæmone, Deum sequatur. ¶At ne fortè iures bona opera tua fore laboris sui fraudanda præmio oculos, quæso, tuos ad hāc mu

lierem conuerte. Quia retro stetit, cōspectum resurgentis prima omniū meruit: quia Christi pedes humiliter tenuit, ipsius discipula esse meruit, & vt ab eo doceretur: quia lachrymarum, emisit flumina, flammā in se voluptatis extinxit: quia Christi lauit pedes, affectiones peccati à se mundauit: quia crine suo terse domini pedes, ideo maculas suorū criminū à Dei memoria deterſit: quia pedes Christi osculata est, reconciliationis pacem acquisiuit: quia vnxit vnguento, seuerum & iratū iudicē placauit. Multa enim officia fecit hæc mulier Christo: sed pluta accepit beneficia. Vnguentum enim solum eum lachrymis & osculis attulit; pro quibus veniam peccatorum, & innumera gratiarum reportauit priuilegia. Omnibus namque cæteris mulieribus præter virginem matrem charior & familiaior Christo Saluatori fuit Magdalena: ita vt vbi abundauit delictum superabundaret & gratia. Et quemadmodum Salomon rex fecit, qui Sabbæ reginæ multo plura quam ad eū attulerat, aut abeo petierat, dedit: sic Christus Magdalenā simili liberalitate prosequutus est. Ergo omnes vos peccatores huius peccatricis exemplo ad medicum salutis venite, ad fontem pietatis, ad veniam vitæ, ad thesaurum gratiarum. Non enim alta sapit, quisquis humiliat: non se subtrahit à nobis, quia verbum caro factū est: nō est extraneus, quia cum hominibus conuersatus est: non est durus, sed facilem habet animum: non est rigidus, sed flexibilis: non seuerus, sed pius.

Discite itaque peccator Deum hic quærere & veniam postulare, huius peccatricis exēplo, antequam obrenebrescat Sol, & sensus obscuretur, antequam præoccupatus die mortis tuntur, antequam præoccupatus die mortis locum quæras pœnitentiæ, quando inuenire non possis. Pudeat te vitam in risu & iocis transire, qui maiora forsitan peccata, quā mulier hæc peccatrix commisisti. Molliat cor tuum vberrimum lachrymarum pro fluuium, quo hæc mulier pectus perfudit suū: pudefaciat vitos, qui natura robustiores sūt, eximia peccatricis huius fortisque constantia. Denique ô vos omnes, qui illius adhuc in peccādo similes extitistis enitimini, vt deinceps eam in pœnitētia imitari possitis: nec committatis vt quam ad peccandum sequuti estis, eandem ad pœnitendū docem præterminatis: ne melioris videatur conditionis esse peccatū, quam virtus in vobis. Capite igitur, ne cunctemini tantam in actiones vestras

stras ducem perpetuam: vt qui peccando eā imitati errarunt, pœnitendo etiam eadem duce sapiant. Quem non afficiet mulier hæc pudore? Sed hæc sufficiant: alia videamus.

¶Expende itaque, quomodo peccatrix illa & pœnitens statim patiatur culpæ præcedentis conuitium: statim sustinet temerarium indicium & continuo exponitur linguis obloquētium. Ista enim sunt prima pœnitentium certamina: nā in ipso introitu emendandæ vitæ illico occurrunt tentamenta linguarum. Cū enim aliquis post secularem conuersationem conuertitur, statim probatur linguis hominū. Non enim mentitus ille est, qui dixit. Accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Sic & hæc mulier similis accessit ad seruitutem Dei, statim cœpit à mundo conflictari. Ideo sequitur in contextu. *Videns autem pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se.* Iacob discedēte m sequut est, vt quatuor posset ratione eum reducere, quem continere non poterat, Moses etiam dixit domino. Ex quo loquutus sum Pharaoni, afflixit populum tuum. Antequam sermo Dei audiatur, nō est tentatio, aut murmuratio sed vbi audieris Deum & ei adhæseris, surgit statim tentatio. Dæmon enim eos perstringitur, quos suspicatur, si fe deserāt, Deo adhæsuros. Arquum mirum nemini videri debet, cur, illico à conuersione, fidelibus insurgant diabolicæ tentationes: non enim nequaquam Christi militibus data sunt virtutum, & sacramentorum arma. Ideo ne rubigine vitiorum hebescant circūfossa, iugiter contra dimicandum est. Qui hostium more, bellum non mouet cōtra illos, quos sibi amicos nouit: sed eos duntaxat expugnare contendit à quibus se defendum timet: sicut cō tra hāc mulierem fecit. Sed singula verba discutiamus. ¶Videns, inquit. Intuebatur mulierem hāc quam peccatricem esse sciebat, cum ipse multo celler requior. Sed quoniam, quēadmodum oculus omnia circumcirca respicit se ipsum tamen non intuetur, quia radios visibiles nunquam in se conuertit: eodem modo illis euenit, quos nimia tenet sollicitudo aliorum vitas & facta scrutandi, sui ipsos negligentes vitiorum. Quare cauendum est, ne ita bona & mala aliorum perserutemur, vt omnino nostrorum obliuiscamur. Erat quippe pharisæus ille ex iisdem imbecillibusque oculis præditus, quod si vtinam vitium corporei tantummodo esset aspectus, neque etiā ad animæ irreptisset oculos, quibus superbia inuidiaque obcæcatis, aliorum parua crimina, suis magnis criminibus prætermissis, acutissime intuebatur. Verum, sicut qui debilitant aspecta, sæpius libenti usque specillis vtuntur quam speculo: quoniam speculum inspicienti ipsius formam & lineamenta multo explicatiora & vividiora reddit, specilla veraciter inspicentem referunt, sed omnia alia clarius videri faciunt. Ita propemodum euenit illis, qui charitatis luce carent, ex enim solis studijs aliena rimantur vitia, vt alios nobis oculis intueri videamur, se autem nullis. Hæc autem culpa veniam solus pharisæus hic nō tandus fuisse, non etiam ad multos Christiani nominis spectaret, qui proprios obcæcati amore speculum non amant, se nunquam animaduertunt. Quapropter sapientissimi antiqui philosophi dixerunt, quo cuius hominem duas humeris gestare manticas, in quarum posteriore sua, in anteriore vero alienæ portaret vitia. Quod optime quidam poëta expressit his verbis dicens. Vt nemo in se tē tā despendat, nemo: Sed præcedentis pectora mantica tergo. Quo innuit hominū ingenij peruersitatem cuius ea est in animis notādis criminibus cupiditas, ea demum in sui expendendis oblinio, vt ore & aperto hominis manticato conferatio, qui alienas ad pectus sua vero ad dorsum appendit, sicut faciebat hic pharisæus, qui tantum angebat alienā cōscientiæ stimulus, vt illā semper ob oculos haberet, videret, & deo precibus Deū Dauid dicēs. Obscurentur oculi eorū, ne videant, & dorsum eorū semper incurua. Idest, curuentur, ne videant alienorum vitia, & ita nō inde dā corpore, vt pedes suos, umbram & imaginem gressus, corporisque sui contaleant. At nos contra facimus, qui alienorum vitia anchyrallino intuemur oculo, cuius est natura omnia maiora, quam sint facere mos sua vero in vitreo, quod magnā etiam parua capiat, sanitatis imagine. Præterea sicut qui procul intuentes oppidum maximum parum reputant eius quoniam interstitium longitudine, summa visibiles attenuatur in multo minore circuitu: ita qui inuisibilia rerum sectantur, sic qui inuisibilia rerum sectantur dirigunt qui pacis sunt, interuallo temporis propriis interposito minima iudicant, quæ si communis antueretur immania iudicarent. Quare dicebat: Christus in euangelio, vt vidimus in capite immediate præcedenti, vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

des festucam in oculo fratris tui, trabem autē quæ est in oculo tuo nō consideras? Hunc autem defectum perspicue natura ipsa nobis videtur voluisse ostendere, siquidem ea oculos fabricauit arte, vt cum omnia videāt, seipsos nullo modo videre possint, nisi forte speculo obiecto. Quod tamen in corporeis nō in spiritualibus oculis verum habet. Anima nanq; nostra non modo ea, quæ foris sunt nouit, verum etiam se ipsam intuentem intuetur, considerantem considerat, & videntem videt.

Exod. 28. Præcipiebat in lege veteri Deus, vt sacerdos immolaturus, coram speculo, quod in sanctuario erat appensum, ornaretur, ne forte quid indecorum aut ineptum in ornatu esset. Ita & tu, si vis exacte cultū speculari tuū, induc tertiam personam eiusdem actu moribus instructam: tūc demum quasi in speculo, poteris exactissime te componere, atque ornare, placiturus Deo animæ tuæ sponso. Nam sic quæ in alijs reprehensione digna duceres, tibi ipsi etiam imputabis, laudabilique deceptus fraude censuram facies tibi eorum, quæ

Exod. 3. tibi aliena ex artificio videntur. Moses virgā manu tenens, quandiu tenebat, virgam vtiq; esse iudicabat, si autem dimittebat, in anguē conuersam videbat. In istum sanè modum se habent erga autorem suum vitia. Nam quandiu ea penes nos morari sinimus, placida mitiaque videntur: si vero à nobis proijcimus in propria apparent figura sæua, ac venenosa. Et quemadmodū peritissimi sartores facere solent, qui vestes prius leuiter consutas famulo induunt, vt applicatis singulis vestimenti, ad singulas corporis partes, facilius interpoſcant, si quid tumeat aut trahatur, quo facto nihil ad perfectionem suam vestimento deerit: sic tu facere debes inducens vitam tuā proximo, ne morum tuorum inexperientia decipiaris. Ita fecisse sapientissimum illum

2. Reg. 12. prophetam Nathā legimus, qui iussus à Deo, vt Dauidem de peccato suo reprehenderet, parabolicam induxit narrationem de homine paupere, qui vnicā, quam habebat ouicula à magni gregis domino fuerat spoliatus. Quod sigillatim audiens Dauid exclamauit dicens. Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Nō potuit enim magnitudo criminis in tertia persona positi occultari. Tunc Nathā breuiter ad personam Dauidis sermonem conuertens ait. Tu es ille vir, qui fecisti hoc: rapuisti enim. Bethsabe vxorem Vriæ. &c. Quæ verba si nude & plane in principio edidisset, non modo Dauidē ad pœnitentiam non cogeret, verum etiam (qui mos regum est dicta excusandi sua) vel grauiter pulsatus, vel acriter obiurgatus, aut saltem re infecta à regis conspectu discederet. Sed nunc iam ad rem veniamus. Cum igitur peccata aliorum ea cus iste consideraret, videns, & non videns: videns inquam alios & seipsum non videns, ait intra se, occulte in hospitem suum murmurando, contra illud, quod admonet Petrus Apostolus. Hospitales inuicem sine murmuratione. Dixit autem intra se verbo mentali quod est mentis conceptus, ex quo verbum vocale procedit. *Hic si esset propheta sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum.* Ex indignatione non nominat Christum dominum, sed ait hic, sicut non nominamus eos, quos odimus. Eodem etiam modo Iudæi tempore passionis domini, cū valde erant indignati, dixerunt. Hunc nouimus subuertentem gentem nostram. Et rursum. Non hunc, sed Barabbam. Arguit præterea Christum quod hanc non cognosceret. Quod ideo demens iste putauit, quoniam dominus peccatricem illam supplici ad pedes suos prouolutam nisu, non illico repulerat: sed benigniter susceperat. Vnde factū hoc iuxta pharisaicæ arrogantiæ morem perpendes, non temere se iudicasse putabat, in Christo nihil esse diuinitatis: quandoquidem eam mulierem admittebat, cuius si prophetæ esset & mores cognoscere & consuetudinem accessumque longissime à se dimouere. In quo satis aperte stultitiam suam ostendit. Primo quia bene poterat Christus esse propheta & illam non cognoscere. Deus enim solus est, qui omnia cognoscit: homines autem licet prophetæ sint, multa ignorāt. Quapropter male arguit dicēs, quod si esset propheta cognosceret illam. Bene Christus, qui Deus erat, hanc mulierem & omnia cognoscebat: attamen cō sequentia illius Simonis non est alicuius momenti: Nonne propheta erat Samuel & ignorabat quis filiorum Iai esset electus in Regē? Nonne propheta erat Natham, qui tamen cōsulens Dauid vt ædificaret templum, quoniam voluntas Dei erat, vt Salomō ædificaret illud? Propheta & sanctus erat Eliseus, & dixit Giezi puero suo loquens de illa muliere. Dimitte illā, anima enim in illius in amaritudine est: & dominus celauit à me verbū hoc. Sciebat Eliseus teistem illā esse, quia lachrymam rem

tem videbat: causam tamen tristitiæ, & planctus fatetur se ignorare. Et Paulus ait. Misi ad vos, vt cognoscerem de fide vestra. Et ex parte cognouit Paulus, & ex parte prophetat, & nunc per speculū videt, & in ænigmate: sed cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruetur. Nullus enim homo excepto eo, qui propter nostrā salutem carnem est dignatus induere plenam habuit scientiam aut certam veritatem. Sancti enim viri tantum ea sciebat, quæ illis à domino reuelabantur: cætera ignorabant. Sic ad singulas visiones Zachariæ, & Daniel suppliciter angelum deprecantur, vt exponat sibi, quæ sunt illa, quæ viderant. Ratio autem huius rei in promptu cogitanti erit: quoniam diuisiones sunt donorum & gratiarum. Quare nec vates semper prophetabant, sed quando dunta xat spiritus diuinus illos afflabat. Nā si spiritus prophetandi semper adesset prophetis requisitus, cur diceret Amos, Non sum propheta nec filius prophetæ: sed armentarius puer ego sum, vellicans sycomoros? Hoc dixit (vt Gregorius adnotat) quia ea hora, in qua requisitus est de esse spiritum propheticum, sentiebat. Ideo ait. Nō sum propheta. Inepte ergo locutus est pharisæus, ille dicens, si esset propheta sciret quæ mulier esset illa. Quin etiā si sciret illam esse peccatricem, non propterea contaminaretur. nam quæ sancta sunt contaminari non possunt, nisi vitiorum cogitationem sponte participent. Habitauit in Sodomis Loth, & Iob in terra Hus, & plerique alij viri sancti in medio prauæ nationis splendide se habuerunt. Nihil ergo Christo, qui ipsa sanctitas erat, immunditiæ ex colloquio, aut contactu peccatricis mulieris accidere potuit. Nemo inquinare valebat eum, cuius tanta extitit puritas, vt in mundum, hanc tantum ob causam venerit, vt inquinatos, & immundos peccati labe homines, sanguinis sui aspersione ablueret. Sed videamus quā adducat pharisæus ille rationem quare mulier illa admitti non deberet. Ait. *Quia peccatrix est.* Quam rationem parum prudens homo non aduerterit contra seipsum pugnare: quoniam infirmi mollius, quam sani tractandi sunt. Quis enim esset tam demens tamque nullius iudicij, qui duas habens manus alteram debilē, alteram vero valentem in omni opere, quod faceret infirmā prius periculo & labori exponeret, validā diligenter asseruata? Inter prudētes hominēs membra infirma fouentur, molliusque & suauius exercētur, vt conualescant & milites sauci, aut ægri diligenter curantur & custodiuntur, vt postea pristinum nacti robur, imperatori suo gratiam rependant. Sapientissime fecisse dominum nostrum, cogeris ō impie pharisæe, peccatricem Magdalenam ad se benigno accipientem vultu quam olim fortissimam contra dæmonum scieba virāginē futuram, confiteri. ¶ Obierna etiam quod vera iustitia dedignationem nō habet, sed compassionem: falsa vero dedignationem, & peccatores contemnit. Boni nanque est, peccatoris misereri, malū autē indignari. Nemo enim tam seuerus est pusillorum criminum alienorum iudex, quam ille, qui maxima sceleratus est. Nemo tam perspicax est in alienis morib' dijudicandis, quam ille, qui sui oblitus viuit: nemo tam atrocitate in se quatur aliena vitia, quam ille, qui ima vicecuiusque mutur excusare. Denique nemo tam acriter accusat proximorū errata, quam qui multis obrutus sceleribus, quasi torpens, conscientiæ suæ ictus non sentit, aut curat. Vnde, si quis clericus aut religiosus humanæ communisque imbecillitate naturæ aliquando labitur in peccatum, à nullo tam acriter incusatur quam abiijs secularibus, qui cōcubinarij, vel adulteri sunt. Alij enim, qui sanctius vitam instituunt proximorum honori parcunt, & secum reputāt, se quoque simili tentatione aliquando peccare posse. Quin videam' vter iustior erat Christus an pharisæus? Scilicet is respōdeo est. Christus dominus Dei filius nō solum bonus, sed ipsa bonitas, summa cum benignitate peccatores suscipit, illorumque miseretur: at pharisæus superbe & arroganter illos insectantur & proijciunt. Sic etiam Dauid fecit Semei, quem pœnitentem veniamque implorantem seruus Abisai morte puniendum iudicabat: verūm pius Dauid supplicem vita donauit, eumque in amicitiam recepit suam immeritum. Verissima igitur est hæc Diui Gregorij sententia, veram iustitiam compassionem habere, falsam vero dedignationem. ¶ Porro hypocrita hic, qui pius videbatur, & Christo opera pietatis administrabat, intus plenus erat omni malitia, & fraude, ideo indignabatur. Quapropter Christus dicebat illis. Væ vobis scribę & pharisæi hypocritæ, qui comeditis substantiam viduæ, orationes longas orantes. Væ vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis. &c. Hi sunt Gabbaonitæ, qui habentes sotulares veteres, vtres scissos, calceamēta per antiqua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& panes duros portantes, fefellerunt Israelitas. Sic hypocritæ simulant sanctitatem aspere induti exterius incedentes, fraudulenter interius sicut Gabbaonitæ. Ita hic pharisæus exterius pius apparebat, & liberaliter Christū inuitabat: verum interius venenū premebat, quo indignabatur contra illam peccatricem mulierem: quod non faceret si vt videbatur, renera bonus esset, a c iustus. Denique nō modo in dominum peccauit, illum negans esse propheram obiurgan que, quod peccatricē suscepisset mulierem: sed etiam in illam mulierem: quam, cum verē iam esset pœnitens, immerito peccatricem appellauit Verum ille male de illa iudicabat, quia erat depraua tus affectu. Vt enim solis radius per vitrum variis depictum coloribus ingrediens, vitri colores, non autem suum repræsentat, vt cum sol sit vnus, atque idem, diuersus tamen pro colorum varietate appareat: sic homo affectu corruptus nō veros ac nativos colores factis tribuit, sed qualis est eius affectio, tali colore rem ipsam depingit. Ingrediens enim iudicium per effectum, ipsius affectus colorem ostendit. Vnde videbis eadem, quæ in vno laudant, in alio vituperare. Prudenter equidem Agesilaus, vt est apud Plutarchum, quoties audiebat aliquos de aliorum laude, aut vituperio testimonū dicere, existimabat non minus esse inquirendos & discendos eorum mores, qui loquebātur, quam eorum de quibus verba faciebant. Sic iste affectu deprauato talia de Magdalena loquebatur & talia de domino sentiebat. qualis i. ius animus erat. Quia Christo inuidebat, iudicauit non esse prophetam: & quia Magdalenam dedignabatur dixit peccatricem esse. Euangelista autem nō dixit peccatrix est, sed peccatrix erat. Olim enim peccatrix fuit, sed quando erat in domo pharisæi, iam non erat peccatrix illa, q e per veram pœnitentiam iustificata est. r hic autē pharisæus dixit, peccatrix est de præsenti: si dixisset peccatrix fuit vel erat, bene vtique dixisset: sed cum ait peccatrix est, mentitus fuit. Non videbat hic pharisæus in Magdalena opera peccatricis, sed sanctæ. Quia lugere peccata, pœnitētiam agere, pedes domini lasatos vnguento vngere, & humiliter in terra sedere, hæc opera non erant peccatricis, sed sanctæ mulieris Quare immerito illam peccatricem vocauit, quam tam bonis intentam operibus videbat. Similes sunt quāplurimi hodierna die homines huius pharisaï (principes præsertim ac reges) quos si cliē quispiam aliquando læsit raro apud eos bonā generare desi potest opinionem, quantumcunque correctior deinceps apparent, semper enim ab illo timent, & suspicantur malū. Hoc autem eo fit, quia nunquam presentem, sed semper præteritam vitam respiciunt: vnde eum, si semel deliquit, sæpius delictorum autumant. Qua in re quantum erretent nemo non videt. Nam dic mihi, qui hodie errauit, eras non poterit iustificari? Si qui deliquid etiam nunc in delicto manet, merito peccator cen ebitur: sed si pœnitet, cur nō in piorū numero habebitur? Inique igitur fecit pharisæus hic, qui mulierem iam ad melio rem vitæ frugē conuersam, peccatricem autus est vocare. ¶ Docemur hinc vt neminem, quantumcunque peccatorem cōtemnamus: heri enim potest, vt qui hodie peccator est, eras sanctissimus euadat. Quis quondā Paulum vidit tantum ecclesiæ catholicæ aduersarium: qui iudicaret tantum apostolum futurum, vt vas sanctitatis, & electionis posset nū cupari: Quis latronum tantus vnquam patronus extitit, qui eum, cuius vita omnis rapinis & ferissimis latrocinijs consumpta fuit, ad eā aliquando viuendi conditionem peruenturū putaret, vt summam fœlicitatem assequeretur? Difficile quippe creditu est, nisi ipsum dominum, testantibus euangelijs dicentem audiremus. Hodie mecum eris in paradiso. Rursum quis putaret, mulierem peccatricem, famosamque in omni populo, ad tantum scanduram sanctitatis culmen, vt mereretur, in ecclesia Dei & esse & vocari exēplar sanctitatis, speculum pœnitentiæ, dux errantium, & præceptorum gubernatrix, cuius nuncio apostoli certiores facti sunt de dominica resurrectione, quibus dotibus vsque adeo sponso suo Christo placuit, vt præter vnam virginem matrem, omnium fœminarum fortissima dici possit? Nemo igitur quantumuis desperatis vitiis deatur moribus contemnendus est: potest enim conuerti, & bene viuere Quare temere iudicauit Pharisæus iste, siquidem eam bene agentem peccatricem esse reputauit, quam etiam peccantem contemnere non debuisset. Cum ergo Deus potens sit de summe sceleratis hominibus, sanctissimos creare & gloriosos, potius commiserari quam contemnere peccantes debes: nescis enim cuiusque finem, ante quem nemo, aut bonus aut malus dici potest. Imò quia vt ait Apostolus omnes

omnes alter alterius membra sumus, iuxta legem naturæ, tenemur ægrotanti membro quaquæ possimus subuenire. Sed iam ad contextum reuertamur. *Et respondens Iesus dixit ad illū.* O immensam & ineffabilē misericordiam, bonitatemque diuinam. Accusantibus Scribis & Pharisæis coram pilato nihil respōdit Saluator: adeo vt ipse præses eius patientiam miraretur & silentium. Nunc vero ille, qui famam & honorem suum tueri nō erubuit cōtra importunissimos calumniatores, peccatricis mulieris iniuriam non sustinet, eiusque suscepto patrocinio conuiciatores argumenta diluit. Generosa quippe liberalitas & tanto patrono digna, qui non contentus fuit peccatores benigniter recipere, quin etiā eorū propulsat iniurias: quas molestiori animo fert, quam si sibiipsi inferrentur. Quod, vt iam diximus, vel ex eo patet: quoniam qui pro se non respondet respondens pro hac muliere, arguit pharisæum. Sic etiam Saulo Ecclesiæ persequutori dixit. Saule, Saule, cur me persequeris? Eho domine, cum eras crucifixus, flagellatus, conspurus, vulneribus innumeris saucius filuisti, neque tortoribus tuis verbum vllum aut querulum, aut minax fecisti: nunc vero vsque adeo expostulas in cœlo regnans ob contumelias tuis illatas? Quid est in causa? Enimuero tanto ardet dominus in nos amoris igne, vt pro nostra salute lenissima iudicaret omnia, quæ in sacratissimo eorpore patiebatur, tormenta: nunc autem exigua non fert suis factam iniuriam, quorum causa ille multas tulit contumelias innumerosque cruciatus. Incredibilis est horum suorum magnitudo: siquidem adeo clemens est dominus, vt taceat in iniurijs suis, & in alienis indigneture. Quis igitur erit tam duro & obstinato corde, qui videns tantam benignitatem non conuertatur? Quis se non tradet sponte sua in pijssimas eius manus: qui prætermissis contumelijs suis, alienas propugnat iniurias? Hæc sane consideratio debuisset sufficere vt ad Deū conuerteremur, illiusque ad pedes prouoluti omnem curam tecularem obliuisceremur, qui tutissimū asylum & confugium nostrū est. In hoc igitur potentissimo confidamus propugnaculo, insurgēs in nos mundi minas contemnentes: nam, vt Paulus ait, si Deus pro nobis, quis contra nos? Sāctus quoq; Iob inquit. Pone me dūe iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Dauid etiā ait, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo ¶ Præterea nō solum pro honore Magdalenæ respondit: sed etiam pharisæum arguit, & illum confundit. Non enim tam gratum hominibus est, vt eos diligas & eis bene facias, quā si etiam illorum inimicos arguas & confundas. Quod quia Deus nouerat, cū olim referret Iudæis collata beneficia, dixit. Vos vidistis quid fecerim Ægyptijs. Et per Malachiam etiam dixit illis. Dilexi vos. Quæ rursum in quo: hoc est, quæ signa dilectionis ostēdis nobis? Etau inquit odio habui, & posui montes in solitudine. &c. Etenim primo Regū scripsum est Saulem equitibus suis dixisse. Non est qui doleat vicem meā ex vobis, nec qui annuncier mihi, eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi vsque hodie? Quanquam Saul sæpe sæpius expertus fuerat famulorum suorū fidelitatem, tamen ea contentus nō erat nisi etiā David em, quē ipse persequebatur, eodē modo persequerentur & odio haberent. Eodem ergo pacto se habet hic dominus, vt se dat se in omnibus Magdalenæ amicissimum, non modo eam excusat à crimine falso obiecto, verumetiam iniquum calumniatorem pharisæum accusat, vera in eum retorquendo crimina Qua in re rite perspicies Dei bonitatem, qui tanta cura & solicitudine suos ab omni calumnia tuetur. ¶ Duo autem ex hoc loco documenta colligimus. Primo discamus oportet in tribulationibus persecutionibus & murmurationibus malorū, quæ nobis obijciuntur ab inimicis & æmulis, tacere, patienti animque habere, Deo vindictam relinquentes iuxta illud, quod ipse ait. Mihi vindictam & ego retribuam. Quod si tu te ipsum vlciscens vindictā anteuerteris, tacebit vtiq; dominus: verum, si tacere malueris, Deus pro te pugnabit. Sic fecit & sapienter quidem hæc modestissima fœmina: quæ taciturnitate sua Christum patronum constituit sibi. Vter est ad vindictam sumendam potentior: Deus an tu: Certe Deus. Vter maior honor, per seipsum vindictam sumere, an Deū habere vltorem? Certe hic. Si igitur Dei potentia ad vindicādum maior & vindicta honorabilior lapiter facies, si iniurias tuas Deo vindicandas reseruaris & huius mulieris exēplo tacere malueris, quam cum ignominia, aut certe cum minori laude vindicari. Tacuit Iacob, sed locutus Deus pro illo Labā minato est. Tacuit Susanna, nec senes impios vllo refellebat argumento: at præsto fuit Deus qui illam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui illam, patrocinatus defendit. Nihil respõ debat Moses fratribus suis Aaron & Mariæ murmurantibus: sed non defuit illi in tali casu Dei patrocinium. Tacebat Iob exprobrantibus amicis: verum Deus causam illius agẽs grauiter eos obiurgauit laudans ferui sui sanctissimi Iob mirabilem patientiam, inquiens Iob pro illis oraturum. Tacebat Domũ Magdalena Christo prolla respondenti. Quod si dixeris, pharisæus intra se loquebatur, ideo non colligitur ex hoc loco Magdalenam patienter tacuisse, siquidem pharisæum murmurantem non audierat. Ad hoc respondetur: etiam si ex verbis ipsius pharisæi non collegit Magdalena explicatissime contumeliam sibi illatam, tamen quia ex verbis inter Christum & pharisæum vltro citroque habitis cõiecturam potuit, & nihil inde mota in pio perstitit officio, nihilo minore digna laude est.

Num. 12.

Iob. 1. 42.

Discamus secundo ex hoc loco eam esse naturam, & conditionem murmurationis, vt plus emolumenti quam damni illis, in quos intenditur afferat. Quare vere dicere possumus Magdalenam multo fuisse maiori obstrictã debito pharisæo illi murmuranti, quam si ipsam laudasset: eius enim murmuratio, Deum fecit esse patronum. Quo quid felicius? Nam proculdubio si pharisæi animo insedisset Mariam laudare non esset cur Christus loqueretur: sed quoniam murmurauit, Christum sibi oppositum defensorem: quo facto mulier illa tanto dignata fuit patrono. Plus igitur cõmodi illi attulit murmuratio, quam laus afferre potuisset, vt optime expendit Origenes in Numeris, nullo tempore accepimus Mosen vsque adeo à Deo fuisse laudatum, quam tunc, cum Aaron & Maria fratribus murmurantibus, eius honor periclitabatur. Quod duodecimum Numerorum caput legenti facile patebit quantis contra fratres suos Moses à domino fuerit laudibus ornatus. Maria seipsam lepra infeciti Mosem fratrem suum laude decorauit: sibi ignominiam & opprobrium, fratri gloriam & honorem peperit. Eodẽ ergo modo quo olim Dominus pro Mose stetit, tuetur & nunc honorẽ famulæ suæ Magdalenæ: & quemadmodum tunc Aarõ & Maria laudato fratre Mose conticuit sunt, ita modo pharisæus celebratis Magdalenæ egregie laudibus pudibundus discessit. Quin quemadmodum, qui cardelam digitis emũgit seipsum digitosque inficit fumo fungoque compresso, at ipsam multo reddit clariorẽ: sic pharisæus iste Magdalenæ mores perstringens nitidiores fecit, & semetipsum retortis à domino eisdem argumentis inquinauit. Hoc idem tibi continget quoties de proximo tuo murmuraueris: illi enim proderis, tibi autem nocebis. Nam omnes, qui in alios maledicunt, illos multo clariores & nitidiores reddũt. Sed quid dominus dicat huic pharisæo, audiamus. *Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit. Magister dic.* Vide hic & considera Christi benignitatem maximam. Hominem superbum & inuidum, qui Christum dominum, ac si nõ esset: propheta, contemnebat, leniter & manuete alloquitur: & voles illum corrigere, nõ conuitijs, aut iniurijs, sed blando illum compellat sermone. Idcoque cum propsio nomine nominat, in quo suam lenitatem ostendit, tum illum nominando, tum etiam quasi postulando ab eo loquendi facultatem. Scriptũ est enim. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Docet etiã hic Christus Saluator noster, vt quod possimus, contuiorum murmurationes incidamus. Nam D. Augustinus coram mẽsa sua hos duos versiculos fecit inscribi. *Quis quis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.* Eodẽ ergo modo quiuere sanctorum esse vult imitator omnino debet, maledicentium cõsuetudinem & sermones effugere. Sed procedamus. Ait ergo dominus huic pharisæo. *Duo debitores erant cuidã fœneratori, vnus debebat denarios quingentos & alius quinquaginta. Non habentibus illis, vnde redderent donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?* Fenerator iste dominus est, qui venies ad mortem vniuscuiusque pecuniam exigit cum vsura gratiarum. Debitores autem isti sunt Simõ & Maria. Potest etiam dici, quod nos sumus Dei debitores, quia omnes illum offendimus. Nam si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicuntur autem peccata, debita, non quod ea debeamus, vel Deus hæc à nobis exigat: sed ideo peccata debita vocantur: quia non fecimus, quod debuimus facere: & ob iudicij pœnã debemus. Et sicut pecuniam, quam quis debet creditori, si non soluit statuto tempore dupliciter incurrit debitum, supra pecuniam, quam debet: nempe debitum culpæ, eo quod nõ soluit, per quod fecit contra charitatem & fidem, & offendit creditorem: & debitum pœnæ, quam debet iudici,

Orig. ho. 7. in Num.

Greg. lib. 20. mor. ca. 2.

1. Ioan. 1.

iudici, eo quod contra iustitiã exigit. Sic, eo quod nõ fecimus debitum nostrum Deo, cui obligati sumus, contrahimus duo mala, videlicet, peccatum, siue culpam, & reatum siue pœnam. Et hæc duo nomine debiti intelligũtur. Ideo rectius in oratione Dominica dicimus, dimitte nobis debita nostra: quia debitũ plus est quam peccatum. Nam per debitum petimus dimissionem culpæ & pœnæ, at per peccatum dimissionem tantum culpæ. Nam peccatum multories dimittitur quoad culpã manente pœna, vt patet in Exodo, cum dimittebatur populo culpa conflati vituli, Mose orante pro eis. Et pòst remissionem culpę dixit dominus Mosi. Ego autem in die vltionis vlitabo hoc peccatum eorum. Percussit autem dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. Sic etiam Dauidi peccatum dimisit dominus quoad culpam, non quoad pœnam. Ideo dixit illi Nathan. Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen, quia blasphemare fecisti nomen domini. &c. Non habebant autẽ vnde redderent, quia nemo ex suis viribus seclusa Dei benignitate soluere Deo potest: nemo potest ex se satisfacere pro peccatis, nisi illa gratia Dei suppeditet vires & præsidium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra est Deo est. Quid enim habes quod non accepisti? Si accepimus, donum Dei est: si donum Dei est non ex nobis, perinde atque ex nobis profic scitur, sed ex præueniente & cooperante gratia: cui potissimum ferri acceptam oportuit, & conuersionem nostram & satisfactoria opera. Agit hic multis argumentis Paulus quando dicit. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordia saluos nos fecit. Et ad Ephesios. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Quibus liquido constat & Christum & Paulum loqui de eo statu quo peccatores sumus alienique à Deo, non autem de eo quod amici Dei sumus. In eo siquidem statu, quo gratiam consequuti, bene operamur, nullis modis satisfacimus, reddimusque, quod debemus. Reddimus enim Deo quod Dei est animam scilicet, & corpus, preces, vota, & id genus alia ex charitate erũpentia opera. Redde inquit Dauid, altissimo vota tua. Et iterũ, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiã: vota mea domino reddam. Oseas etiam. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Sapiens etiam. Si quid voueris Deo, ne moreris reddere. Quo etenim colligimus longo interuallo eos aberrare à vero, qui nil posse à nobis Deo reddi autumant. Reddimus enim ei ieiunia, eleemosynas &c. & quicquid boni cũ eius auxilio operamur. ¶ Ait itaque nõ habẽtibus vnde redderent: quia animum peccatis obstrinxisti alieno, quia venũdatus es sub peccato. Iã quoniã sub peccato venũdatus es nihil Deo dignũ repensare potes, nisi liberes saluatoris beneficio. Et hoc est, quod ait. Donauit vtrisque: intellige per Christum, qui est sanctificatio nostra. Nam vt Paulus ait, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit. &c. Et hoc ex tua maxima misericordia: quia apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Potest homo per se peccare, non tamen Deo reddere nec ei satisfacere sine eius auxilio: sicut nec resurgere à peccato. Interrogat igitur Christus Simonem. Quis illorum duorum debitorum plus diligit, ille cui dimisit quingẽtos, aut ille cui dimisit quinquaginta. *Respondens Simon dixit. Æstimo quod ille, cui plus donauit.* Nam iuxta naturalem legem ille, qui plus accipit plus debet diligere. Magis enim tenetur illum obseruare & colere à quo pluribus sum affectus beneficijs: quam illum à quo pauciora in me constant munera, & per consequens illam pluris facere multoque magis amare debeo. Quare bene respondisse pharisæũ patet: vnde & à Christo eius responsio approbata fuit. *At ille dixit ei. Recte iudicasti.* Hinc discamus veritatem à quocunque dicatur, magnifacere & amplecti. Veritas enim (quæ eius dignitas est) nec odio aut vilipensione autoris est metienda, nec vlla de causa repudianda. Quanquam multi sunt hodierna die contra facientes, qui si quem odiõ habent omnia eius opera & artes inania & vitiosa iudicant (tantum potest animi affectio praua) nec vlla ratione induci possunt vt credant quæ bene aut laudabiliter inimici faciunt nomine aut laude vlla esse digna. Itaque fit summe cauendum, tudere dicunt: doctissime conuiuantẽ, vt vel Pauli æmulus videatur stridula persistere pere, inaniaque verba effutire insimulant, ingeniose docentem nihil inquiunt eruditum, nihil nouum, sed omnia mendicato accepta proferri murmurant. Quod ingens horrendumque nefas est. Fieri enim potest, imo maiori

Ecclc. 5.

Rom. 7.

Rom. 8.

Psalm. 129.

Psalm. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ori ex parte ita accidit, vt qui in vno culpabilis est, in alio sit laude dignus. Exemplo nobis est pharisæus iste, qui cum alio qui inuidias superbusque esset: tamen, quia hic sapienter loquutus est, à Christo domino laude & honorem sententiæ suæ reportauit. ¶ Ex hoc etiam quod Christus approbat sententiam Simonis hominis arrogantissimi loquitur nō omnia infidelium opera esse peccata putanda, imò esse multa in eis opera à peccato immunia, vtpote quæ à recta ratione vel elicita sunt, vel executioni mandata. Neque enim interijt in omnibus mortalibus rectæ & honestæ iudicium: id quod cernere licet in philosophis plerisq; & alijs pluribus reipublicæ moderatoribus. ¶ Sequitur secundo hominem extra gratiam positum multa agere & dicere, quæ de genere morum bona sunt, iusta, ac naturali legi consona. Si vos inquit Christus) cū sitis mali nostis bona facere &c. Sed iam ex hac Simonis responsione concludit Christus suum argumentum. *Et conuersus ad mulierem dixit Simoni.* Conuertit faciem suā ad mulierem secus pedes eius iacentem: quoniam ēsi cum pharisæo loquebatur, in illam tamē fecmo tendebat. Spiritualiter etiam se conuertit ad eam per respectum mētis suæ piissimum & maiorem gratiæ infusionem. *Videshanc mulierem?* Attende ad fœminam istam valde nobilem: cuius gesta consideratione dignissima sunt in qua sicut prius abundauit culpa, nunc abundat & gratia. *Introiui domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti.* Ego introibi, in domum tuam, ista tamē quæ fuit me in domo alterius. Et tu aquā, quæ in promptu est pedes meos lauare non fecisti: cum tamen hoc ex consuetudine hospitalitatis existat. Mos enim erat antiquus, vt cum aliquis inuitaretur ad prandium, pedes illi lauarentur, antequam discumberet, & postea cibus apponebatur. Sic Abraham cum angelis fecit, Afferam, inquit, paululum aquæ, & lauentur pedes vestri, ponam buccellam panis. Loth etiam idem fecit: laban quoque legitur dedisse aquam ad lauandos pedes virorum & camelorum, qui cum fermo Abrahæ venerāt. Sic etiam, vt in libro Iudicum habetur ille senex, qui leuitam & vxorē eius suscepit hospitio, priusquam pedes eorum & postea dedit hospitio, & pedes sanctorum lauit. Ex his consuetudinis credo Christum lauisse pedes discipulorum suorum, & nonnisi eos

Luce.11.

Genes.18.
Genes.19.
Genes.24.
Iudi.19.
1.Tim.5.

nam. Et eum ait Ioānes. *Ante cœnam factus*, id est, *Ioan.13.* parata: fuit, ita à cœna, id est, antequam cibum caperet Iuuit pedes discipulorum. Itaque cū hæc essent in consuetudine apud antiquos, præcipue debuit fieri Christo qui incedēs nudis pedibus, habuit eos lassos pulerosos & afflictos. Sed hoc, quod Simon non fecerat, fecit hæc mulier: ideo ait. *Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.* Quod tu aquæ, quæ in promptu est, non fecisti, hæc lachrymis fecit: tamen lachrymę ab interiori affectu procedentes multo difficilius fluunt quāque cū labore extorquentur, ideo pleraq; copia, vt lauandis pedibus sufficiant. Ex quo patet quanto interuallo in me honorando mulier ista te superauerit: siquidem tu nec aquā pedibus meis defatigatis dedisti, illa autem lachrymarum profluuium exhibuit. *Et capillis suis terfit.* Quo claret quantum nunc crinium suorum pristinum contemnat ornatum, quæ pedum sordes illis abstergere non dubitat: non obstante communi omnium fœminarum consuetudine in capillorum cultu & ornatu in primis gloriantium. *Osculum mihi non dedisti hæc autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos oleo caput meum non vnxisti hęc autem vnguento pedes meos vnxit.* Quatuis mulier hæc fecit pedes meos, quam caput suum: maioremq; habuit rationem pedum meorum, quam tu habuisti capitis mei. Nam tu caput meum vngere non curasti, hæc vero summa cum solicitudine pedes vnxit, cū tamen caput longe sit pedibus dignius. ¶ Expēde autem quam gratiosa sit dominus, qui non solum cultum sibi exhibitum laudat, verum etiam minimas circumstantias: vt magis exaggeret, quod ea causa facimus magisq; ei nobis laudandis insisteret. Eo etiam modo non contentus Dominus, quod summatim Magdalenæ præcidasset officia, sigillatim vnius cuiusq; vsurpat & circunstantias, nulla excepta, explicare præcipitur. Ita fecit olim idem dominus laudans Abraham sacrificiū facientem: nihil enim prætermisit, de quo illū laudare posset. Nō solū enim dixit, quia sacrificare Isaac vo'uit: sed ait, quia fecisti hāc rem, & non pepercisti filio tuo vnico propter me. Nec contentus, filio, dicere, sed, vnico, dixit &, tuo quo major Abrahæ laus euaderet. ¶ Obstat autem dominum sic accipere, tam ræpehonoulentia admittere obsequia pœnitentum, ac si gratis ei fierent & non ex debito, dum tamen nihil Deo præstare possim?

quod

quod non iam multo antea debeamus. Quēadmodum nanque illum hominem præ omnibus hominibus gratissimum iudicaremus, qui pro ijs quæ sibi alias essent debita, non minus gratias ageret, quam si gratis accepisset: ita & potiori ratione Deum erga omnes benevolentissimum dicere possemus, cuius eximius in nos amor neminem indonatum esse finit, cum nihil illi præstari possit, quod suum non sit. Hæc vero in hac muliere plane videre possumus. Obsequia enim, quæ præstare tenebatur non minorem apud Deum gratiam inierunt, quam si spontanea essent, non debita. Quod vel ex laudibus, quib⁹ à domino commendatur, quinis dijudicare poterit. Præterea tanto odio prosequitur Deus iniquos, vt sepenumero iustos extollat causa inuidos plectendi. Quare, vt qui inueteratam dæmonis inuidiam nouerat, Iob coram illo iusti tiam commendauit Deus. Sic etiam laudauit Mosem coram Aaron & Maria eius germanis: quia Mosis gloria inuidebant. In hunc ergo modum laudat hanc mulierem in præsentia ipsius pharisæi, quē inuidissimum esse dñs proculdubio nouerat multo ante. O pharisæe me adeo captum esse cōuinio, quod mihi præstitisti, vt ibi præter omnes obnoxius sim: falleris profecto. Hæc enim mulier me longe laurius inuitauit. Tu nāque ea mihi inuitato apposuisti, quę terrena cōmunia sunt etiam infimis hominibus: illa vero non protrita, nō vulgaria mihi ministrauit obsonia. Primum mensam mappis pœnitentiæ strauit, quibus panem tuæ humiliati & contriti sectū doloris cultello impositum: lachrymas deinde eluxit, quibus pocula mihi suauissima miscuit: addidit præterea singultuum suspiriorum q̄ harmoniam non vulgarē. Quare non est, cur in me inuitando, conuiuium tuum cum huius mulieris conuiuio contendere possit. *Propter quod dico tibi, remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum.* Cōcludit cum hoc argumentum. Verum difficultas hic non exigua consurgit ex verbis domini. Et videtur dominus non apte argumenti sui periodum concluisse, imò contrarium probandi dēmōstrasse. Dixerat enim supertius, cui plus dimittitur, plus diligit, & cui minus dimittitur, minus diligit: quibus verbis sane visus est ostendere, dilectionem esse effectum beneficij accepti, beneficium autem causam dilectionis, in cuius exemplū debitores adduxit, qui multum dilexerunt: quia remissa fuerunt illis debita multa. Nunc vero contra videtur in huius mulieris laude se habere: non enim dicit, dilexit multum, quoniam dimissa sunt ei debita multa, imò oppositum asserere videtur nempe, quoniā dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Ad hanc difficultatem multi multis modis satisfacere conantes, non satis videntur dubitationem tollere. Quare si quid ego (quę in genij mei imbecillitate est) dignum re tanta efferre possum, dixerim coniūctionem illam, quoniam, hoc in loco nō causam, sed effectum dicere. Vnde verba illa domini, dimittuntur ei peccata multa, quoniā dilexit multum eandē vim habent, ac si dixisset: Dimittuntur illi peccata multa, ideoq; dilexit multum. Sic etiam sumitur in psalmo sextodecimo, vbi regius psaltes Deū alloquitur dicens. Ego clamaui: quoniam exaudisti me. Nunquid ea de causa clamauit, quia exaudiuit illum Dñs (minime: sed potius è diuerso fuit ideo exauditus, quia clamauit: prius enim clamauit, & postea exauditus est. *Quo* in loco, quoniam, sumitur pro, ideoq;, & sensus. Ego clamaui, ideoque exaudisti me. Similiter hic, quando dixit Dominus, dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: idem est, ac si dixisset. Dimissa sunt ei peccata multa, ideoq; dilexit multū. In Græco etiā originali habetur ὅτι, quæ dicto significat quāobrem, quapropter, vel ideoque. Sensus igitur est. Dimissa sunt ei peccata multa: quamobrem dilexit multum. Et iuxta hūc sensum (quem verum esse censeo) nulla manet difficultas, nec est aliqua ratio dubitandi: nam si ille cui plus dimittitur plus diligit, quia huic mulieri dimissa sunt multa peccata, ideo dilexit multum. Ita quę prius fuit dimissio peccatorum & postea secuta fuit dilectio: sicut in illorum debitorum exemplo patet, quia ea causa dilexerunt, quia à debitis suis absoluti sunt. ¶ Igitur quia dimissa sunt ei peccata multa, sic Christum amore prosequuta est, vt vna virgine matre excepta inter omnes mulieres summum dilectionis gradum meruerit. Huius autem amoris argumenta non raro, imò sæpenumero ostēdit Magdalena, quæ omnia longum esset recensere. ¶ Primùm nanque ig- *Ioan.20.* nei amoris sui indicium tulit, quando primo resurrectionis Dominicæ mane, accedentes ad sepulchrum Petrus & Ioannes abierunt postmodum, illa verò nusquam discessit, donec dominum resurgentem à mortuis vidit, in quo illis fortunatior fuit, quoniam etiam

sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

In amore longe vehementiorem, in quo non illa prima dignum consideratione puto huius fœminæ misericordiæ amorem. Nemo enim audaciæ eius primatum Christi apostolis in amando domino concesserat: verum etiam ipsos superare potuit. Deoque in eius persona cecidit ecclesia. Recedentibus discipulis ego non recedebam, & amoris illius successa æstuabam desiderio. ¶ Secundo pater eius dilectio ex diligentia, quam impedebat in unguentis ad Ioann. 19. Christum ungendum præparandis. Nã quidquam Nicodemus dominum amator diligentissimus centum myrrhæ & aloes libras attulit, quibus uti sit perque ungenti fuit: amor tamen Magdalenæ non eo cõtentus erit, quin plus afferret. ¶ Tertio illum quem hortulanũ putabat, vocabat dominum dicẽs. Domine, Ioan. 20. si tu sustulisti eũ dicito mihi. Quis hortulanũ dominum vocaret? Habebat quidem animũ tanto alienatum amoris incendio vt nec sciret rem quo laqueretur. Quæ mirum non est ũ hominem tenuis fortunæ, & conditionis, vt videbatur, tam honorifico compellet fronte: nihil enim ingens amor recusat, dũmodo id quod cupit consequi possit. ¶ Quarto quantum dominum amaret patefecit tandemum, quando dixit se corpus dominicum portaturã, quod cum impossibile fore esset, mulier præsertim infirma, pater omnia hæc esse, quasi quasdam furiarum imagines scintillas, quæ ab igneo cordis amore circunquaq; spirabantur. Nonnunquã Phariseorum, aut principum sacerdotum indignationem, qui te autoritatem sanctã alienã sibi peculiariter supplicio quis vero amori? sicut nihil impossibile, nihil erat formidandum videtur. Dixit ergo sibi sustulisti eũ: quæ sanè vera & cõsentanea obscura, facilima putemus intellectu: nõ enim animadvertebat quid alii putarent: adeo in sua tota cogitatione immersa rapiebatur. Sed de his tam satis sit dicta. Videamus. *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Nõ parua hic statim se offert difficultas. Dicet aliquis. Ergo sicut magis dimittitur, minus diligit: & diuerso, cui plura dimissa sunt, magis diliget: & sic peccato, cui multa peccata dimissa Deus magis diligit, quam innocenti, qui nunquam peccauit, vel quam ille, qui pauciora commisit: & per consequens Iacob, cui peperdit in Luce. 15. cruce plus diligat Deum quam Ioannes Baptista, & Magdalena, quam virgo Maria, mater Dei. Ad hanc tamen difficultatem breuiter respondeo, quod amorem ergo in aliquem afficimur multis modis posse considerari variis, causis & respectibus precedere. Quod vel hoc exemplo perspicuum erit. Chirurgus quidã hominem letalis lauem vulnere mira sanauit arte, curauit etiã filium leuiter percussum in digito negotio facile posset vtrocq; vulnerato contendentibus, vter Chirurgum plus diligeret cuiusque quæstionis extraneus. Ego magis tñ ed eum meum amo, quam tu, quia à maiori multo quam tu, sum per illum infirmitate liberatus. Contendit altera ex parte filius. Et si ea de causa patrem meum diligas, ego tamẽ alias habeo multo plures, quibus illum amem, & quoniam genuit & eduxit me, & ortum quo curauit. Hoc pacto, Chirurgus hic in quantũ medicus plus amatur ab extraneo quam à filio, at vero in quantum pater plus amatur à filio, quam ab extraneo: verum quoniam amor paternus maior semper cõferi debet amore medicario, alio, longe amantiorem esse filium Chirurgi, quã extraneum. In hunc ergo modum Deũ amare possumus peccatores vt medicum, innocẽtes vt patrem, & ille nihil sanctissimæ virgini aut Ioanni derogatur. Illa enim dilexit eum plusquam omnes vt dominum & patrem, nõ vt medicum aut iustificatorẽ, nihil enim peccauit innocentissima? pro quo curando medicum indigeret. Baptista enim dominum dilexit in quantum patrem & dominum, & sic plusquam Magdalena & latro: quoniam labis experta fuit peccati. Hæc autem de his dici non possunt. Nam Magdalena ab innumeris lebratibus fœtida peccatorũ vulneribus medicinam à domino & salutem impetrauit, latro item in cruce pendens in extremo vitæ suæ curriculo veniam omnium peccatorum suorum obtinuit. Quare meliani quidem diligunt dominum vt medicum suum: verum non adeo vt conferri in dilectione cum virgine matre, aut Ioanne possint: quicum præstiterit diligẽdi habeant causas, plus diligant, est necesse. Maria enim virgo multis à Deo, ab vtero matris suæ dotibus ornata ad summum omnium mortalium amoris fastigium obligata mansit, ad quod tandem diuina cooperante gratia peruenit. Ioannes rursum in vẽtre matris sanctificatus cæteris omnibus hominibus in dilectione antefert, præter illam virginem intemeratã. Ex dictis satis superq; omnem dubitationis difficultatem subiatam esse intelligo, nec obstant verba illa, cui minus dimittitur, minus diligit. Nã ea ratione verũ habent,

habent, non tamen impediunt, quin aliquis alia de causa, quemuis amet multo ardẽtius, quam debitor creditorem suum: vt in exemplo superius posito & in virgine matre ac Ioãne modo probauimus, qui Deum, in quantum patrem & dominum amantes, longe latronem & Magdalenam superarunt, qui dominum, vt medicũ amabant, minoribus causis, minorem effectum imponentes. Sed iam ad contextum. *Dixit autem ad illum, Remittũtur tibi peccata tua.* Vide Christi modestiam: qui cũ ipse peccata dimittat non, inquit, Ego dimitto tibi peccata, sed dimittuntur tibi peccata tua. Omnia, inquam, peccata. Nam vt D. Augustinus ait, in libro de pœnitentia, impiũ est à Deo expectare dimidiam veniam. Post multas lachrymas hoc audire meruit indulgentiæ verbũ, at se renata est mens eius. Quemadmodum vbi vehemens imber prorupit sit serenitas: sic lachrymis effusis apparet tranquillitas animi & perit caligo reatuum. Vide autem iudicis clementiam in peccatores resipiscentes. Nihil enim moratur phariseorũ temeritatem, nõ autoritatem exhorrescit eorum, qui omnibus erant admirationi: sed cõstanter pro peccatrice pronuntiat, Dimittuntur tibi peccata tua. O miram Christi benignitatem, & humanitatem. Discant principes & prælati Christiani, non ab arrogante pharisæo superbiam, sed ab humillimo Iesu modestiã & mansuetudinem, neu velint animis acerbitate subditos perdere sicut pharisæi miserum Iudam. Vt enim qui vasa vitrea maculis contaminata mundare, & ad perfectum nitorẽ perducere volunt, nõ debent dure manus applicare, ne forte dum abstergunt, rigida manus impressione fragile conterant: sic Principes, quibus subditos suos coinquinatos corrigere incumbit, summa ope niti debent, vt ea sese in corrigendo moderatione gerãt, ne illis perniciem conflent, dum eos ad puritatem animique pulchritudinem perducere conantur. Et quemadmodum inter illos, qui Chirurgicam exercent artem, ille peritior, & expertior censetur, qui molius manus vulneribus admouet, minimumque ægrotum mouet, ille vero habetur rudior atque agrestior, quo medicante, ægrotus exclamat dolore percitus: sic ille prælatus prudentior æstimandus est, qui potius lenitate, quique moderatione infirmis subditorum animis medicamina salutaris exempli atque doctrinæ imperitur. Rursum (vt in eodem simili adhuc immorer) sicut Chirurgus membrum corruptum & desperatum secturus non incandescit, vti hostẽ inuasurus, sed potius secure placidoque vultu, infirmam miseri ægrotantis mentem pacat, timoreq; illius & suum prudenti quadã dissimulatione premit, ne perturbatio artem impediat maioreque dolorem patientis præcipitatis in amputandis subditorum suorum vitijs sese gerat oportet, summa vtens moderatione, & maturitate, ne, dum vitiosam partẽ carpit, sanam contrectet piorum scilicet scandalo afficiens mansuetudinem, & pietatem. Nihil enim est præstantius nil dignius præsulis dignitate, quam placabilitas & clementia: omnis enim castigatio contumelia vacare debet. Hæc docet Christus in hums peccatricis susceptione, & in illis verbis dulcissimis, quibus eam alloquitur. Aliter non sic, imo multo aliter se habent nostri temporis prælati, qui cum vel leuissimo offendantur verbo, non leuiter placantur, sed minantur, furiunt, atque insaniunt: adeo vt naribus, ore toroque vultu ignem micare videantur. Quod adhuc ferendum quoquo modo foret, si aliquem debendi finem statuerent, neu miserorum calamitate insatiabilem ad crucem vsque sitire vellent, iracundiam. Qui, si in huius mulieris casum fore incidissent, quid facerent? Vinxissent, credo, miseram torquerent, neque vllo modo misererentur. At, quæ illorũ iniprudentia non minori, non modo doloris, quã admiratione dignum putoris fœtorem, atque otiosam vitam trahigunt, quasi omni, iure & rite administrarent, solo Christiani nomine cõtenti. ¶ Discant etiam non solum prælati, sed & omnes nos Dei iudicium vereri, & peccatorum nostrorum agere pœnitentiam, discamus. Nã si hæc mulier sanctissima Magdalena ipsius Dei verbis, qui fallere non poterat, certior de salute facta sua cum esset, omnibus suis peccatis dimissis, & in gratiæ constitutæ gradu, nihilominus tantum peccatorũ suorum, magnitudinem timuit, vt victu, habituque durissimo, quadraginta circiter annos, aquæ potu, & herbarum pastu sese in deserto continuit, accerrima pœnitentiæ persecutrix: Quid nos, miseri mortales, peccatores facere expediret, quorum, salus in ambiguo posita, nullo modo nos securos, & otiosos esse sinit: illa Christo familiaris, Spiritu sancto illustrata, pœnitẽtia purificata, non quiuit, non destitit à præclara virtutis actione: nos per peccatum à Deo alieni, criminum labe inse-

ctis

Universidad de Deusto
Biblioteca

cti & i go iniquitatis derisi, etiabimur: ô ingentem confidentiam, ô audaxem hominum stultitiam. Ne quæso, miseri mortales, ne rapiamini mentis furore, vt quod fragilis, 3
enervisque mulier ad perfectionē facere nō dubitauerit, vos ad salutem, & remedium animæque ipsius pretiosissimæ redemptionem, facere euidenter nolitis, ne peioris conditionis simus, qui in hoc extremo mundi seculo nati sumus, quam fuerunt illi: qui ad vineam colendam 3
Matthæ. 20 vel perconducti tantundem mercedis acceperunt, ac illi qui summo mane fuerexerant. 4
Sed de his alias. *Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit.* Nunquid est Deus, cui soli proprium est dimittere peccata? ipse enim ait per Esaiā. Esai. 44. Ego sum qui deleo omnes iniquitates tuas. Iob. 14.
In libro quoque Iob habemus. Quis est, qui possit facere mundum de immundo conceptū semine? Nonne tu, qui solus es? Sed illis respōdeamus ex Daniele, qui de Christo loquens ait. Ipse est sanctus sanctorum, per quem consummabitur preuaricatio: & finem accipiet peccatum, & delebitur iniquitas. Veniat & alius testis, qui testimonū de Christo ferat, Dani. 9.
& audiamus Micheam. Ipse est Deus, cui nō est similis, qui aufert iniquitatem & transfert peccatum electorum suorum, & deponet omnes iniquitates nostras & proiciet in profundū omnia peccata nostra. Et etiam ille agnus Dei qui tollit peccata mundi: qui nec peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Christus igitur in quantum Deus remittebat peccata auctoritate: secundum vero naturā assumptam dimittebat peccata instrumentaliter, & etiam, vt causa meritoria. ¶ Cæterum Christus non respondit istis, sicut his, qui sibi stulta murmurauerunt vt in capite quinto vidimus: quia sciebat illos deteriores futuros si respōderet & confunderet eos. Quapropter dimittens illos, vertit sermonē suum ad mulierem. *Dixit autem ad mulierē. Fides tua te saluam fecit.* Mirabile est, quod Christus iustificationē huius peccatricis fidei tribuat: præsertim cum antea dixerit dimissa fuisse illi peccata ex dilectione. Verumtamen vt hoc intelligamus ponitus est nobis hoc tractandum.
Et quidem beatitudo huius vitæ, quæ iustitia dicitur, respondet & assimilatur beatitudini cœlesti. Anima enim in cœlo fit beata primum quia Deus infundit animæ lumen gloriæ quo illustratur & elevatus intellectus disponitur ad diuinum visionem. Secundo ipsemet Deus vnitur intellectui per modum speciei intelligibilis intime mouendo ad beatam intuitionem. Iam tertio anima Deum videns cum summe amat. Quarto vero videns & amans, eo perfecta fruitur dilectione. Sic in impij iustificatione, primo Deus animæ auxilio luminis fidei illuminat intellectum. Secundo mouet ad dolorem ex Dei timore, quem incurrit peccatorum & infinitæ pretentatio. Tertio nascitur amor ex Dei misericordia & bonitate quā considerat. Quarto infunditur gratia & charitas, cuius exercitium delectatio bona & fœlix est. Et sicut beatitudo tribuitur visioni: ita & principium iustitiæ fidei. Sic intelliges illud, quod Abacuc dicit, iustus ex fide viuit, & Paulum dicentem, Iustificati ex fide: & quod modo & in aliis locis Christus ait. Fides saluat peccatores & iustificat impios: vt principium id facere intelligo. Quia enim fides est radix, fons & origo iustificationis impij, ideo dicitur Saluare peccatores & iustificare impios: & eodem modo peccatricem Magdalenam fidam fecisse dicitur. Ipsa tamen sola non iustificat: nam ad iustificationem, si in genere loquamur, certū est necessariam esse iustificationem peccatoris, quæ per mandatorum obseruantiam fiet. Ideo crediderim Dauidem toties in data iustificationes vocare. In particulari tamē cum fide est necessaria dilectio Dei super omnia & pœnitētia etiam formalis, aut virtualis saltem est in martyre. Hæc omnia satis patet fuisse in beatissima Maria Magdalena. Laudauit autem Christus illam potius à fide: quia est fons & origo vitæ spiritualis. Quoniam sicut à corde habent omnia membra nostri corporis virtutes: ita & à fide sicut à radice vitæ spiritualis, habent omnia opera nostra quicunque vim, quæ ad salutem conducant spiritualem. Sed ad contextum. *Vade in pace.* Sentiebat intus mulier fructū magnum ex præsentia Christi & propterea percepta venia peccatorum & commendata eius fide non recedebat nisi dominus suam præcepto dicessum imperasset. Sed væ nobis qui ideo abhorremus à diuina conuersatione, vel vt semine imperante, aut mouente flamm discedamus, & à bonis operibus procul recedimus. In ipso enim orationis principio non secus defatigamur ad negotia redeuntes secularia, ac si vel diem vnum integrum precatione sustinuisse vs. Quam igitur esse putabimus causam, quare tanto rerum diuinarum, & Dei consuetudinis tædio afficiamur, vt vel pondum plenè finitis precibus, continens, aut statim discedamus? Ecce benedictionem aut missionem vel facultatem abeundi expectemus? Equidem nihil aliud in causa esse puto nisi summa in ijs, quæ ad salutem pertinent agendis, frigiditas. Si namque eaniterentur conatus nostri animi propensissimi deuotione & amore, qua Magdalena, non pigritaremur vel quo ad diuina, neque defatigaremur laudibus vel etiam grauibus pro salute laboribus. Vt enim populo Israel fructibus terræ abundanti, interdictum fuit manna, cœleste nutrimentum: ita ijs, qui rebus secularibus supramodum præpediti tenentur, negantur & merito diuinæ consolationes & gaudia. ¶ Obserua etiam quod in pace dixit vt vadat, & hoc consequenter postquam dixit remittuntur tibi peccata tua. Nam vbi est remissio peccatorum & Dei gratia, ibi pax est. Sed vbi peccatum manet, ibi non pax sed rixæ, & quæstiones militæ sunt & litigia iuxta illud Esaiæ, Non est pax impijs dicit dominus. Vnde si recte animaduertimus, comperiemus procul dubio peccatum esse originem & principium omnium bellorum & malorum. Ex eo enim, quod homines pro libidine sua viuere volunt, oriuntur lites, contentiones, rapinæ aliis inuadentibus aliena, aliis vero sua pro viribus tutantibus. Quin, si aliquando vel timor vel humana imbecillitas effrænes compescit animos, quominus agere possint & affectus suos præstare: nihilominus tamen venenosam libidinem sub pectore seruant in tempus, si quod nacti fuerint ideoneum, reponunt: iuxta illud. Cor impij quasi mare fetiens. Non est igitur pax neque inueniri potest nisi vbi Christus est, ipso restante. Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis. Vnde Psalmista. Pax inquit multa diligentibus legem tuam. Et filius eius Salomon ait. Donum & pax est electis Dei. Quapropter videns dominus quantas calamitates & lites mulieri mortales patiantur, omnes ad se summam quietem & bonitatem vocat. Inuenietis, inquit, requiem animabus vestris. Ideoque post remissionem peccatorum, & non antea, dixit dominus huic mulieri. Vade in pace. Hoc est, vsque adhuc laborasti mille conscientiæ tuæ inquietationibus & cruciatibus: at modo iam placido esse potes animo.

Matthæ. 20
Esai. 44.
Iob. 14.
Dani. 9.
Micha. 7.
Ioann. 1.
1. Petr. 2.
Psalm. 118
Abac. 2.
Rom. 1.
Rom. 3.
Esai. 48.
Psalm. 118
Iacob. 4.

idq; vade in pace. Iacob interim dum Labā socero suo seruiuit, in numeris laboribus & ærumnis subiacuit: à quibus nulla vnquam ratione id tēporis se explicare potuit. At vero relicto Laban, postquam se in libertatem vindicauit, exercitus Angelorum cbuios habuit aliaque bona quam plurima nactus est. Sic igitur tu quandiu secularium seruitio teneberis, plurimis afficieris incommodis: à quo simulatque te euolueris & ad Dei tui cultū eduxeris visionibus Angelicis cœlestibusq; consortijs perfrueris, &c. ¶ Expende etiam quod quanuis Christus permiserit hbere abire, quo vellet, ne propterea in errorem incidas credens nullam à nobis satisfactionem requiri. Ad quid confessores imponunt pœnitentibus ieunia, orationes, afflictiones, & cætera opera pœnalia? Impia hæc vox est. Respondeo breuiter. Satisfactio duplex est. Altera redemptionis & satisfactionis: & hæc solius est Christi, qui redemit nos, & lauit nos in sanguine suo. Alia est satisfactio vindictionis & emendationis: & illa est nostra. Quia homo per pœnitentiam, crucifixens veterem hominem, destruit corpus peccati, ne vltra seruiat peccato: vt sicut membris suis corporeis, & animæ suæ viribus abusus est, ad peccatum, & Dei offensam, sic vtatur eis ad Dei gloriā. Et hoc modo tota vita nra pœnitentia esse debet, & satisfactio vindictionis, & emendationis. Præterea, Magdalena à culpa, & à pœna, virtute contritionis, quæ in illa fuit maxima, libera erat: ideoque non aliam illi Christus imposuit pœnitētiam. Sed sacerdotes, qui virtute clauium absolūt vultpœnitentes à culpa, quia adhuc manet pœna temporalis exigenda, hic vel in purgatorio: pœnitentias, idest, hæc opera pœnalia iniungunt, vt satisfaciant Deo hic in hac vita, ne exoluant pœnas in alia, Deus optimus & maximus, præstabilis super omnem malitiā concedat nobis ita in hac vita veram & condignam facere nostrorum peccatorum pœnitentiam, vt absoluti à corpore mortis huius, statim inter sanctos videre mereamur in æterna illa beatitudine dominum Iesum Christum Saluatorem, seculorum ipsum regem Angelorum: qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

1. Petr. 1.
Gala. 5.
Ioel. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT. VIII.

Exo. 25. & 26.

INTER ALIA multa, quæ in veteri lege loquutus est dominus Mosi hoc vnũ fuit, vt omnia faceret secundum exemplar, quod illi fuerat monstratum in monte. In lege etiam gratiæ exemplar, quod dominus nobis dedit, ad quod respicientes nullo modo errare possumus, fuit ille, qui errare nullatenus potest. Ipse enim dñs noster Iesus Christus positus fuit in signũ, cui qui contradixerit peribit: qui autẽ secutus fuerit & acceperit Christũ in regulam, errare non poterit, siquidẽ omnis Christi actio, nostra est instructio. Hæc de causa omnia eius gesta & verba oportet inspicere & memoriæ cõmendare & sequi operibus & vita. Nullum equidẽ opus fecit, in quo aliquid nõ astrueret, nihil enim superfluu, nihilq; q̃ mysterio careat euãgelistæ scripserunt. ¶ Igitur postquã supra posuerat institutionẽ cõmunẽ discipulorũ, nũc docet, ne pigri sint ad docendũ sed operis & exẽplo insinuat circuito loca, castella, & ciuitates euangelizans verbũ Dei, exẽplo suo assiduã docens prædicationẽ. Idcirco ait Euangelista noster Lucas. *Et factum est deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans verbum Dei.* Circuibat Iesus ciuitates & oppidula, quæ nos (ut ideas) vocamus quoniam maioribus & minoribus sine alicuius personæ acceptione prædicabat, iuxta illud sapientis. Quoniam pusillum & magnũ ipse fecit & æqualiter illi cura est de omnibus. Docet prælatos & prædicatores discurrere, nõ solũ per loca magna, sed etiam parua villagia euangelizantes. Sed nũc iã nõ quærit ex ipsis loca particula & despecta pauperum agricolarum mansiones, sed amplissimas urbes colunt, vbi affatim vino lautissimisque abundent epulis & deliciose (ne dicã luxuriose) viuant. Quin & non pauci aulas principũ frequentant, nõ ea gratia vt obsequentes principũ & gratiam vertentur, qua vel ad episcopatum vel aliã maximam perueniãt dignitatẽ, quam tam vitiosis medijs quæsierũt:

Luc. 2.

Sap. 6.

& pauperes aratores interea inopia euangelicæ doctrinæ pereunt: non habentes hominẽ, à quo possint ad aquã Spiritus sancti graciæ perduci: non aliter quã Christus pro illis, sicut pro alijs sanguinem suum pretiosissimum non fudisset. Hæc autem omnia ex hoc oriuntur malo, quia huiusmodi concionatores, nõ animarum salutem, aut ecclesiã Christianæ emolumentum quærunt: sed suæ præter omnia vtilitati & gloriæ indulgent. Idcirco nõ est mirum si aulas principũ tãtum modo frequentent. At Christus dominus non solũ magnos principes, sed etiam paruulos rete prædicationis suæ capere cupiens, non solũm Hierosolymitas & potentes ciuitatum homines, quin etiam per rura discurrens infimos quosque, pauperrimosque aratores prædicatione sua ad salutẽ vocabat. ¶ *Sed quid prædicabat? Regnum Dei.* Nõ enim fabellis poetarum enarrandis operam dabat: *sed ea tantum modo quæ salutis sunt prædicabat.* Vnde princeps Apostolorum Petrus inquit. *Nõ indoctas fabulas secuti notã fecimus vobis dñi nostri Iesu Christi, &c.* Et sanctissimus Iob. *Nunquid Deus iudicet vestito mendacio, vt pro illo loquamini dolos?* Verũm tempus iã venit quod diuus Paulus prædixerat dicens. *Erit tempus cũm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua congregabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Quod vsque adeo nostra hac tempestate miserrima increbruit, vt nõ modo populus, sed etiam ipsi doctores inutilia magis quãm ea, quæ ad salutem conducunt, amenter in quo audientium lubidini assentantes, suæ etiam voluptati non refragantur, diuini sermonis iacturam parui pendentes. *Et duodecim conuocãs.* Suo exemplo ad prædicandum prouocat, iuxta illud, quod in Deuteronomio habetur. Sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super illos volitans. Ii duodecim continuo Christo dominũ assistebant, alij autem modo adeerant, modo aberant. Non solum autem Apostoli, quin & deuotus sexus fœmineus dominũ sequebatur: quapropter sequitur in contextu. *Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus.* Sexus fœmi-

2. Pet. 1.

Iob. 13.

2. Tim. 4.

fœmineus religiosior est multo quam virilis, quoniam fœmineæ mollioris, docilisque ingenij sunt. Hoc autẽ harum mulierũ exẽplo perspicuũ nobis est, quæ eũ essent nõ tenui, imõ amplissima fortuna & cõditione viuendi prædita, nõ debitarũt se legibus vi impulsæ, omnia Christi causa relinquere, nõ secus ac fuerũt ebriæ, quã si pauperiate summa premerẽtur. Quod autẽ diuites fuerint patet quia ministrabãt de facultatibus suis & peregrinationẽ suscepertũt. Quã in re sapientissime se habuerũt. Nã quis dubitat illum infirmum sapere, qui curatus, morbos profligato, medicũ tamẽ suũ eò vsq; terreri, quousq; omnẽ morbi suspicionẽ euasisse & multo potius sapiẽs esse censebitur, qui dũ in morboso huius vitæ hospitio diuersatur, non permittit dum longius abire, qui non solum infirmitatis medicus: verũm etiam sanitatis conseruator est. Propter quod & merito dicebat Martha. Domine, si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus: tu enim es conseruator salutis, & vitæ. Dicunt pr autem curatæ ab infirmitatibus, & ab spiritibus malignis: vt & corporalis & spiritualis sanitas illis præstita fuisse indicetur. ¶ Possimam harum mulierum gratitudinem miremur: cuius ne memores simus, prorantis à Deo beneficijs acceptis, nullum incommodum, nullum impedimẽtum secularе impedire debet. Nihil enim est, quod magis diuinam liberalitatem offendat, quãm beneficiorũ suorũ obliuio. Non ignorauit in hoc dominus voluntatem illo generis humani reparator. Noe qui ecce citra aquarum alluuionẽ, egressus de arca sua è vestigio struxit altare; Deo quo vir gratissimus obtulit sacrificium. Idem quoque fecit Patriarcha Abraham cadens pronus in faciem coram Deo, & gratias agens illisco quod dominum pullicentem audiuerat, semen eius fore multo arena maris numerosius. Quod si in re tã gratæ humilium similitudine vti non dedignemur, equidem, nõ solũm muneris, quæ inter homines vitro, citroq; mittuntur, sed etiã beneficia, quæ à domino in nos cõferuntur pilæ lusoriæ similima inuenio. Nam sicut ille, qui in pilæ ludo iactanti è regione respondet, strenuè rem suã agit, si ea agilitate & modo corpus libret, vt omnem iactum excipiat, pilamque, anteaquam terram tangat, retorqueat in torcrẽ suũ: ita & multo pulchrius cœlestis lusor, qui à Deo celerrima excipit beneficia, diuinæ palæstræ gloria dignus oce-

fribitur, si totius corporis vi & animi gratiam rependat diuinis beneficijs, prius quã ab huiusmodi pulueris fœdetur. Hoc fecit ille leprosus, qui anfrã noster Lucas ait venisse ad Christũ & gratias egisse. Idẽ Socrus Petri, quæ à febribus liberata, & in pristinã incolumitatẽ restituta, surgens ministrabat Christo Saluatori suo. Hanc vero beneficiorũ memoriam & gratitudinẽ cõmendauit dominus Israelitis cũm dixit. Mementote diei huius, quo eduxi vos de terra Ægypti. Quod si rectius sacra omnia in hanc rem animari cernimus, nulla alia ob causam æquè primaria inuenimus restituta esse templa habitacula, nisi, vt in huiusmodi locis, memoria aut eximiæ alicuius humanitatis, aut præclaræ à Deo præstitæ beneficij recoleretur. Hoc etiam de causa manna in paucitatem refluabatur, vt nouissent omnes, maiorum suorum patrem, quo alebantur à Deo in deserto, & gratiã esse dominũ. Sed cõ vocandæ processit hoc tempore hominum pertinacitas, vt nemo sit beneficij accepti non immemor, præsertim si benefactorẽ in miseria fortunæ pressum videat. Tũc enim nos defacie, vt aiũt, agnoscũt. Quam ob rẽ sum mopere cõmendandi sunt, qui hisce nihilo magis præpediti, nostris tẽporibus beneficij sunt erga proximos suos. Cũ enim ab hominibus raro aut nunquã gratiã sperent, tutius, omnia quæ faciũt, diuina motos pietate facere, quo in re vni Deo gratificari conteendunt. Vnde virtutis studiosos omni contentione obstrictos non desistã, vt ab iniquitate hominũ animam sibi cõmodandi sumant. Nam quotidiano gratiã nobis ab hominibus repensum, ni cœlimus, quæ nostra fragilitas est, hominũ causa, & nõ Dei, multa facimus, ac eiusmodi gratia, quis nisi mentis inops, minoris æstimet? non quærat, quæ vel illa stante fuisset præsecranda? Quid quod & verã, si rimari etiã hominem & erga Deum gratiam, sit vel & facilius & melius est? Verũ pauci Dei similes inuenies: qui Salomoni filio suo imperauit, vt mẽsæ suæ admitteret filios Berzellai, à quo Abisaõne fugiẽs, in deserto benigne susceptus fuerat. Eodẽ etiam modo Miphiboseth filium Ionathæ conuiuam fecit suũ, memor amicitiæ, quam cum patre iuierat. Sic etiam habuit gratus fuit seruo Abrahæ. Nam videns inaures, videlicet, & armillas, quæ ferunt Abraham dederat Rebeccæ sorori suæ, venit ad illum & dixit ei. Ingredere benedicte domini & cum hospitio multa

1. Reg. 2.
2. Reg. 19.
2. Reg. 9.

Genes. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit humanitate. In hunc item modum Ietro sacerdos Madian gratus fuit Mosi, quoniam filias suas defendisset. Vnde fecit cum vocari vt comederet & dedit illi filiam suam in vxorem. Nec minus Iosue solicitus fuit, ne Raab meretrix, quæ nuncios suos abscondérat, ruente ciuitate periret. Quin & Saul destruens Amaleth Cinæo quidam pepercit, eò quod bene se habuerat cum filijs Israel. Dauid quoque misit ad viros Iabes Galaad, & gratias egit eis, eo quod sepelierant corpus Saulis & filiorum eius. Denique Helias gratum sepræstitit viduæ à qua alebatur & filiũ eius mortuũ suscitauit: & eodẽ modo Helisæus. Sed procedamus. Nominat Euangelista aliquot mulieres ex his, quæ Christum sequebantur, dicens. *Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua septem dæmonia exierant.* Marcus etiam ait, Christum prius Mariæ Magdalenæ apparuisse, de qua septem dæmonia ciecerat. An verò iuxta Literam hoc sit verum non inuenitur, sed exponitur à diuo Gregorio & alijs, de peccatis: quia Maria Magdalena plena vitijs erat ante fuit. Hæc enim postquam Christus ei remisit omnia peccata contemnens fastus, & vana mundi, quibus antea seruiebat, Christum sequuta est: & facta eius fidelissima discipula & comes. Sæpè à bono in malum profecit, neque ad pristinam mundi conuersationem reuersa est. ¶ Discamus huius mulieris exemplo non tantum peccata relinquere, sed etiam opera bona exequi, & in his bonis actibus perseuerare. Non enim satis est, vt vitam pristinam peccatorum plenam relinquas, sed oportet vt postlimenta, Christi vestigia sequaris. Fuge igitur huius exemplo non tantum peccata sed occasiones etiã peccandi: reliquens domum propriam, cognatos, patriam, te ipsum denique, vt Christum sequaris. Hæc sancta mulier non solum præteritam vitam planxit, sed Christum etiam secuta est: vere quæ compuncta, omnia sua deseruit, neque amplius ad vomitum peccati reuersa est. Ita & nos facere debemus huius constantissimæ mulieris exẽplo: vt postquã semel nos à peccatorum laqueis explicauerimus, eũ deinceps vitæ modum instituamus, vt non peccata solum modo, verùm & peccandi offendicula vitemus. Nihil enim æstimat dæmon, illius peccatoris conuersionem, qui peccatum odit, peccandi verò occasiones non fugit. Quoniam nec peccatum vitari, neque virtus retineri, non sublata peccandi ansa vllo modo possunt. Sic Pharaones Ægypti populo Dei dicebat. Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac. Ita & dæmon nobis interdum ad virtutem est autor eo tamẽ modo, vt vel superbiores in criminib⁹, vel securiores in pœnitendo efficiamur. Hac ratione quoties fateris retenta concubina, quoties aleam detestaris, animam hominem iudendi seruas quotiesque quoduis bonum opus exequeris, peccandi non sublata ruina, non modo dæmonẽ non molestia, quin etiam summa afficis voluptate. Neuit nonnũquemadmodum in morbis accidit, recidiuantem infirmum periculosius multo laborare: sic in peccatis reb. bentẽ longè grauiori periclitari spiritualis salutis iactura. Hac igitur de causa Pharao populum Israel longius sacrificandi causa abire non sinebat, vt posset quoties vellet, illum in solitum redigere seruitium: & dæmon etiã alumnos suos eo vsque in virtute precedere patitur, vnde illos reuocare, cũ voluerit, facile possit. Discamus ergo ab hac muliere, ita radicitus vitia extirpare, inimicique diuinem ita infringere: vt peccata & omnia peccatorũ semina extinguamus. ¶ Obseruandum hic etiã est nemine Christũ perfectè aut sequi aut amare posse, quin prius ab se dæmonẽ ciecerit. Hac de causa euangelista noster prius dixit fuisse septẽ dæmonia ejecta ab anima huius mulieris: cui postea addidit, Christũ deinceps fuit secuta. In quo docemur ad Christi imitationẽ oportere prius omnibus secularibus oblectamẽtis affectu saltẽ renũciare. Vnde mira fuisse Samaritanorum iustitia conuincitur, qui vt in quarto Regum volumine legitur, Deũ colebant, idolis suis seruientes. Cõtra quos stat sententia. Nemo potest duobus dñis seruire. Quapropter manifestũ est, qui Deũ colere interdit, prius omnibus vitijs renunciare oportere, vt hic demũ libero possit animo cœlestibus inuigilare negotijs.

Videamus etiã quæ erant aliæ, quæ Christũ simul cũ Magdalena sequebantur. Ait enim euangelista. *Et Ioanna vxor Cusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ.* Multæ, inquit, sequebantur eum his tribus, quas tantũ nominauit, vt primarias. Sæpe enim in scriptura in re minus insigni, insignior intelligi solet. In Genesi quoque dicitur. Recessit Gen. est de medio Noe & omnium eum antium. In Noe intelligit vxorem eius & filios cum vxoribus suis. In eodem præterea libro Simeonem & Leui Sichimitas interfecisse habetur,

betur, cùm aliam multam familiarium & fratrum turbam adduxerint. Et in Ezechiele legimus. Hæc dicit dominus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Et subdit. Dispergam excelsa vestra, omittens colles. In Ruth libro quoque duodecim tribus à Rachel & Lia descendere dicuntur, prætermissis ancillis: à quibus etiam originem ducebant. Sic in præsenti nomine istarum trium, aliæ etiam, quæ Christum sequebantur, intelliguntur.

Qua etiam ratione insigniores nominans Euangelista Mariæ Magdalenæ prius mentionem fecit, à qua septem dæmonia dominus ejecerat. Quoniam quamuis prius peccatrix fuerat, celebrior tamen, principalior & sanctior fuit, quare primò nominari meruit. De alijs duabus non dixit dæmonia ejecta fuisse nisi tantùm de Magdalena. In quo quantum possit gratia & bonitas diuina, res est profecto cogitatu dignissima. Nam tantum operæ & studij impendit hæc mulier in Dei cultum vt quæ antea cum vilissimis peccatoribus numerabatur, postea castissimis & sanctissimis matronis præferretur. Commendat locus hic Dei bonitatem & clementiam, qui peccatores verè pœnitentes vsque adeo extollit. Quare bono animo simus, quicunque peccatorum pondere premimur, diuina freti misericordia: ad quam si contrito & humiliato corde confugiamus, impetrabimus prò eul dubio, vt sicut modo cum extremis peccatoribus caligamus, aliquando cum primarijs electis Dei splendeamus. Quia non est manus domini abbreuiata. Quod vnum summe te commonere deberet cogitãte quia soleat dominus humanitate suscipere illos, qui verè conuertuntur. ¶ Expende etiam non sine magno mysterio Euangelistam descripsisse Ioannam coniugatam fœminam, domini esse sequacem: vtique non in hoc in mitum fuisse coniugis animum innuit: sed potius communem in Christo cultum & fœminæ & viri consensum indicat. Ad hoc enim venit dominus, non vt coniugia dirimerentur, sed vt qui carneo tantummodo vinculo coniuncti videbantur, spirituali non modo coniuncti matrimonij lege: verum & virtutis nexu, cõstringerentur. Porrò hæ sanctissimæ fœminæ sequebantur Christum non tantum verbo, sed opere: & debito obsequio. Quare sequitur in contextu. *Quæ ministrabant eis de facultatibus suis.* Quia dominus & eius discipuli doctrinę euangelicæ inuigilantes parum de temporalibus curabant: ideo hæ mulieres illis temporalia ministrabant, fuæ pauperatis rationẽ habẽtes. Propter hoc ad Corinthios Apostolus ait. Ordinauit dominus his, qui Euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Et iterum. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si vestra carnalia metamus? Ideo dominus discipulis suis dixit, mittens illos ad prædicandum. Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Sed iam nunc reges & principes malunt facultates suas in scurras, homineſque ridiculos & vitiosos insumere, quàm in sacros euangelij prædicatores. Mundus plus mendacium, quàm veritatem diligit. Quod malum tolerabilius aliquanto mihi videretur, si apud seculares homines tantum fieret. Sed eò peruasit iam luxuria & proteruitas mortalium, vt quod in aulis regum vix ferendum reputabatur, passim apud Episcopos & prælatos reperiamus. Qui perfricta fronte, non minus secum discẽdentes cum cognatis & secularibus hominibus audiunt non modo ludrica, verum etiam impudica & inhonesta: quàm si sacri alicuius libri lectionem audirent. Vnde fit, vt perperam consumptis amplissimis reditibus, non habeant, quo religiosis & literatis sacerdotibus possint subuenire. Qui cùm moribus & eruditione dignissimi sint, Episcoporum suorum negligentia, vix vnquam etiam tenue sacerdotium consequuntur. Sed de his satis. Ad rem ergo deueniendo, ingens non solum mulierum, sed & virorum Christum sequebatur multitudo, nouam domini doctrinam & miracula demirans. Ideo sequitur in litera. *Cùm turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.* In eo, quod multa turba conueniebat, impletum esse cernimus illud Esaiæ. Et fluent ad eum omnes gẽtes, & ibũt populi multi & dicent. Venite ascendamus in mõtem domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus. &c. Turba autem sequebatur Christum, non principes, aut magnates. Ij enim alia amant, & in alijs occupantur: nempe in rebus terrenis, honoribus, & delicijs. Insipida est istis Christi doctrina. Quapropter raro sacris intersunt concionibus, meridiano & eo breuiter recitato sacrificio contenti: quoniam mollitia sua ad omnia diuina torpent. Ideò Paulus ait. Non multi sapientes secundum carnem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem,non multi potentes,non multi nobiles, &c. Et in Ioanne etiam quidam dixerunt. Nunquid aliquis ex principibus credit in ipsum?sed turba hæc maledicta,quę ignorat legem. Expende autem & vide quomodo boni ad bonum conueniunt. Nam omnes ij, quanquam à diuersis oppidis & locis venerant,concordi tamen sententia ad sequendũ Christum vsi sunt:quod in malis secus cerni mus. Illi enim siquid facere præsumunt mutuò se impedire solent: quales fuerũt illi qui turrim Babel ædificabant. Sic etiam quoties vel de honore aut dignitate aliqua contendunt, qua superbia, qua ve inuidia pugnent inter se,quis non videt:At multo aliter ij fecerunt,qui cum se nunquam nouissent,protinus socij facti sunt,& in vnum consensum adunati,vt verbum diuinum audirent. Vnde hoc prophetans Esaias dixit. Habitabit lupus cum agno & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo & ouis simul morabuntur. Et subdit. Quia repleta est terra scientia domini. Ad Christi prædicationem & doctrinam de diuersis ciuitatibus conueniunt,& replẽtur scientia domini. Sic etiam in arca Noe erãt animalia diuersi generis. Præterea, vbi est concordia fratrum & charitas & pax: ibi facit fructum verbum Dei. Vos autem ad lites & contentiones properabatis: vt Esaias inquit,&c. Porrò in parabolis & similitudinibus loquebatur Christus, iuxta illud psalmi. Aperiam os meum in parabolis,loquar propositiones ab initio. Est autem parabola rerũ dissimilium genere sub aliqua similitudine facta comparatio. Non enim est tensus parabolæ ille,quem verba primo significant,sed qui per res significatas nobis insinuatur. Sicut in libro Iudicũ dicitur q̃ ierunt ligna, vt vngerẽt super se regẽ. Clarũ est q̃ illud non de lignis,sed de hominib⁹ per ligna significatis intelligitur. His similitudinibus vtebatur Christus in concionando propter duo. Primò vt memoriæ hominum doctrinam suam infigeret. Nã sicut stomacho virtute, quã retentiuam vocant,maximè opus est, vt susceptum conseruet & foueat nutrimentum, donec per totum corpus effundatur: sic animæ incumbit non esse diuinorum oblitam documentorũ,vt in virtute pregrediatur. Aliter enim quid prodest multa audiuisse,si non firmiorem in memoria mansionem faciunt, ac si nunquã audita fuissent? Gẽmę solent, ne admittantur,filo mãdari: sic diuina verba terrenis rebus & similitudinibus, quasi annectuntur,neà memoria dilabantur. Igitur Christus similitudinibus vtebatur,vt pœnitius in audi torum mentibus documenta sua locaret. Dominus enim,qui optimè nouerat omnino ad salutẽ consequendã necessariam esse diuinorum documentorũ recordationẽ, parabolis vtebatur: quę nã illa humano ingenio in primis quadrare solent, vnde voluptate audiendi adiuuante fere non dubitauit, vt homines multo essent magis doctrinæ suæ illo modo memores. Hominem videbis ætate confectum,memorantem, se ab hinc quadraginta annis concione quadam pulcherrimam notasse similitudinem hanc vel illam,cùm veri simile sit multa sublimius fuisse ex sacra Theologia denarrata: sed quia parabolæ in primis hærent hominum mentibus, omnibus alijs elapsis,illius rei dumtaxat meminit, quæ vehementius voluptatem mouit. Qua de causa dominus noster prudentissimus & sapientissimus rerum omnium cognitor,parabolis doctrinam suam annexuit,vt tenacius hæreret.

¶ Secundò vtebatur similitudinibus, vt ea, quę dicebat clariora auditoribus fierẽt. Quę nam illa,quæ altiora sunt,& ab vsu quotidiano remotiora,similitudinibus,præsertim à rebus terrenis desumptis, maximè explicãtur? quia proceditur à notioribus ad minus nota. Quo etiam modo explicandi quotquot docent,vti solent: si enim in locum obscuriorẽ incidunt, adducta comparatione illum solent exponere. Quam ob rem Christus dominus,qui summè ab omnibus doctrinam suã intelligi exoptabat, vt facilius percipererur, ne fortè offensi rerum inuolucris & obscuritate auditores ab audiendo deterrerentur, frequentissimè in omni Euangelio parabolis vtitur,sed dicet aliquis. Contra hanc assertionem proculdubio fecit illud,quod redemptor noster Apostolis suis inferius dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei,cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant,& audientes non intelligant. Si igitur in parabolis sermo cæteris obscurior redderetur,ne quicquã cõtendimus parabolas ad rei explicationẽ contendere. Breuiter tamen,& facilè potest respõderi. Omnis sermo obscurus similitudine redditur facilior: quoniã ignotum per notius datur: veritatẽ quotiescũque, vel ex rei natura,vel ex auditorum incuria atque imperitia parabola obscura est,tũ demum non modo dictorum sensus aperitur,sed

tur,sed potius magis obstruitur. Similitudines igitur à Christo domino adductæ non ex rei natura erant obscuræ,aliter enim, nulla esset major ratio,quare melius ab Apostolis, quã à cæteris perciperẽtur: cęterum quia plerique omnes magis animo cauillandi & incusandi quæcunque dixisset, aderant, quàm vt sibi imitanda proponerẽt: ideo non intelligebant, quia non intelligere parati intererant. Non ita Apostolis euenit: erant enim nõ modo audiendo attentissimi,quin etiam ad agẽdum paratissimi. Manet igitur hinc ea sententia constans, Christum maiestis claritatis gratia comparationibus vsum fuisse: quod si ab aliquibus minus intelligebantur, illud fuit, quia non animo bono aderant audiendi.

¶ Ex hac carpuntur illi, qui præclarè se munere suo fungi putant, si in prædicatione & doctrina sua sublimes se gerunt,ea dicentes, quæ à nemine, nisi à doctissimis quibusque intelliganturi: quasi prędicatio non ad exponendam doctrinam euangelicam apud simplices & rudes sed ad ostentandum ingeniũ coram doctis,instituta fuerit,dicente Paulo, se tam sapientibus, quã insipientibus esse debitorem. Hi autem autumant indecorum esse autoritati suę, si eo sermone verba faciant quo quilibet de plebe loqueretur: nec animaduertunt nõ puduisse diuinum verbum, verbis humilibus in hominum vtilitatem cõcionari. Quid dicam de diuo Paulo,cuius in omnibus sanctissimis scriptis humilitas sermonis cum pietate certare videtur? Nec dubitat dicere se nihil scire nisi Christum dominum crucifixũ. Ideo ergo Christus doctrinã suam, tam planis & perspicuis similitudinibus proposuit - ne quis sermonis difficultatẽ fuæ inertiæ prætexere posset. Sic loqui voluit, vt eũ non modo docti verum & simplices & plebei intelligerẽt: & vt nõ solũ in tẽplo ex libris,sed etiã in ipsis quotidianis actionibus & laboribus nostris pietatẽ & religionẽ discemus. Atq; hoc Christus tã euidenter in hac parabola proposuit, vt vel manu contrectari possit. Proponit ergo hãc similitudinẽ. *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Quemadmodum in bello tuba animosos excitat, timidos consternat: ita doctrina euangelica alijs ad ędificationẽ, alijs verò ad ruinam inculcatur. Quamquam enim multi eodem gestu & modo factis interfint concionibus: tamen diuersa ingenia varię comitantur opiniones & voluptates. Qua de causa multos missione facta videmus sicut prius frigere, alios iocari, nonnullos maledicere & murmurare: paucos(quod dolendum est) iustificatos discedere. In hunc propè modum prædicante Christo domino turba frequens aderat, pars causa leuitatis cuiusdã & nouitatis, pars calũniæ & odij,nonnulli, vt audirent & custodirent verbum domini. Quod cùm vidisset dñs, vt aptum pro auditorum qualitate & differentia exordium sumeret, parabolam proposuit, quam egregiè explicauit, nihil omnino profi cere animo non bene subacto & præparato millia multa præceptorũ inculcare: quippe quæ nondũ percepta statim elabentur. Similitudo aũt non solũ sapientissimũ arguit sensu suo autorem, verum etiam aptitudine & vsu ipso rerum omnium humanarum peritissimũ. Sed quid potuisset latere illum, à quo omnia illustrata sunt? Parabola ergo est hæc. Exijt seminator seminare semen suum, &c. Agricola verbi diuini doctor est, semen doctrina euãgelica: quę vt ijs ab auditoribus animis excipitur: Multi enim audiunt: sed alij tentationum itineribus peruij transeũte diabolo, semen doctrinæ amittunt: alij libidinibus dediti, ea quæ Dei sunt in animo suo, amore terrenorum opprimunt: alij superbia, & scuitia duri monita cœlestia germinare non sinunt aut radices agere. Pauci sunt suauioris & prudentioris ingenij, in quibus diuinum semen inualescens radicatum & fractum fert centuplũ. Sed de his sigillatim suo loco dicemus: hæc tãtum ad summariam parabolæ expositionẽ dicta sufficiant. *Et dũ seminat, aliud cecidit secus viam, & cõculcatũ est.* Solent enim viatores, tempore præsertim hyberno, ne cænosa via impediatur ingressus, marginibus agrorũ stãdere, vt tenacibus sufflati cespitib⁹ & pulueream adhuc terra firmi⁹ necedãt, quo grana recens proiecta retegunt. *Et volucres cœli comederunt illud.* Quid mirum, quæ etiam latentia vngubus rostro q̃ expiscari solent, si in propatulo prostituta, collegerint grana. Hæ autem volucres (vt nos inferius suo loco dicemus: nunc enim ad alia festinat oratio) domino explicante, dæmones sunt: qui assiduo cogitationum nostrarum secretiora rimantur. Nunc sequitur. *Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* A ruisse mirũ non est, quia sine humore vitere non potuit. Sed qua ratione in petra dura & sicca natum est? Nõ eadem ratio est. Nã semẽ proiectum

Ioan.7.

Gene.11.

Esa.11.

Gen.7.

Esai.58.
Psal.77.

Esai.77.

Iud.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub dio quocunque corpore participet, calore & humore proportionaliter se habẽtibus facile germinat primam vitæ suæ gemmam, quam statim dimittit nisi aliunde fortiori nutrimento adiuuetur. Ideo dixit natum aruit, quia non habebat humorẽ. *Et aliud cecidit in terram spinas & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.* Quoniam experti sumus, gramina viliora, si vberem nanciscantur fundum, multo validius sese tollere, quam ea, quæ hominum multo labore conserũt. Sed dubium est: si bonũ in agendo potentius est quã malum, semen potius debuisset suffocare spinas, quã è conuerso. Attamen nõ est eadẽ ratio. Quoniam in anima illa suffocatio non causatur ex impotentia boni agentis contra malum, sed ex malitia voluntatis, quæ bonum semen diuini verbi reiicit, atque spinis se subijcit. Verum iuxta illud, quod litera sonat, dimittendo significationem parabolæ vsque in posterum. Posteaquam terra propter præuaricationem Adæ maledicta fuit à Deo, natura sua, & sponte spinas, & carduos profert nemine seminante. Aliter tamen & triticum & vinũ cæteraque hominum alimenta, quæ nisi multum, diuque subigantur, & foueantur, in casum sulcis mãdabuntur. Quod non ita, vt diximus, in illis plantis euenit, quæ inutiliores hominum sunt vsui, quia execrata à crimine primi hominis, tellus effecta est vera, & vterina parens erga mala germina, nouerca autẽ & difficilis ad mitiora & meliora suscipienda semina. Quare mirum non est, si illa sponte sua producat, hæc non nisi mille modis solicitata ferat. *Et aliud cecidit in terram bonam & ortum fecit fructum centuplum.* Formidanda sanè & non paruipendenda res est, quàm nobis præsens præfert à domino proposita similitudo. Nam si ex illis omnibus, qui Christum concionantem audierunt, quarta pars tantummodo fructum fecit & seruata est: quàm paucos putabimus fore saluandos? Quod o vtinam nobis non eueniat, vt in illo magno perditorum grege numeremur. Sed profectò non minus mirandum, quàm dolẽdum est, de tot sacrarum concionum frequẽtatoribus, tam exiguum electorum numerũ supereße, quasi non omnibus ex æquo fuerit diuina exhibita doctrina. Dolendum est valdè quod tanti cùm sint Christiani qui audiãt verbum Dei quod sint perpauci qui proficiãt in ipso. Vnde Paulus. Nolo vos ignorare fratres quoniãpatres nostri omnes sub nube fuerũt, & omnes mare transierunt, &c. Sed non in pluribus eorũ bene placitũ est Deo: nã prostrati sunt in deserto. Hæc autẽ in figura facta sunt nostri. Sic nos timeamus, qui post tot annos audientes verbum Dei mores non corrigimus. Inferius narrat poster Lucas, q̃ quidã dixit Christo domino, Si pauci sunt qui saluantur, Ipse autem dixit, Contendite intrare per angustam portam: quia multi dico vobis quærent intrare & non poterunt. Est alia via lata nimis quæ ducit ad interitum. Videsne misi redemptor tantorum perditionem condolet & clamat dicens. *Hæc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat.* Clamor & vociferatio quemadmodum in illis, qui animo parum valent, dementiæ signum est: ita in sapientibus magnum aliquid portendunt. Ergo Christo sapientium sapientissimo clamante, summum est, quod agitur mysterium. Plurima erant in Hebræo populo scelera, non tamen ideo Deus clamare dignatus est: sed prophetã Esaiam misit, inquiens. Clama, ne cesses: & quasi tuba exalta vocem tuã. Multo etiã deteriores erãt regnãtibus Iosiæ filijs. Tũc autem misit Deus Hieremiam dicens. Clama in auribus Hierusalem. Maior igitur nũc vrget necessitas, quæ filium Dei vociferari coegit. Ter legimus in Euangelio Christum inclamasse. Primum hic cùm, dixit. Qui habet aures audiendi audiat. Secundò cùm dixit. Qui sitit veniat ad me, & bibat. Tertiò cùm clamans voce magna expirauit. Cùm spiritum emittens clamauit, dæmonem terruit, atque fugauit, cùm dixit, qui sitit veniat ad me &c. loquebatur de spiritu, quem acceperi erant credentes. Nunc vero clamans commendat auditionem verbi diuini dicẽs. Qui habet aures audiendi audiat. Ioannes Baptista prædicans pœnitẽtiam clamabat. Ego vox clamantis in deserto. At nunc Christus ipsemet clamat. Negotium proculdubio saluti hominum maximè necessarium vertitur hic pro quo Deus clamare non dubitat. Excita igitur consopitum animum, ò Christiane homo, vt Deum ipsum pro salute tua clamantem consideres. Qui cùm sit sapientissimus non ignorauit quãti referret hoc vti ad salutem nostram clamore. Nempe, vt eo modo certiores facti, de rei magnitudine non dubitaremus vllum subire laborem, aut periculũ, pro verbo Dei audiendo, in quo consistit nõ exigua remedij nostri pars. Vnde etiam quoties dñs alicui maximũ aliquod supplicium vult in-

Gen. 3.

1. Cor. 10.

Esai. 58.

Hiere. 1.

Ioan. 7.

Ioan. 19.

Amos. 8.

vult infligere, statim minatur se verbum suũ illi negaturũ. Ita ipse ait per prophetã Amos, rebellem & perfidum Iudæorũ populũ plexurus. Mittã famem in terram: nõ panis, sed audiendi verbi Dei. Postquã dixerat multa mala, quæ illis erat inflicturus, adiecit hoc vltimum, scilicet vt tolleret verbũ Dei tanquã præcipuũ malum inter omnia alia mala. Tantum enim malũ est verbi diuini interdictio, vt neque excommunicatio, quæ sacramentorũ vsum excommunicatis negat, euangelicæ doctrinæ salutare remedium soleat interdicere. Itaque illi, qui nec missæ sacrificio, neque diuinorum celebrationi, dũ excõmunicatione tenentur, interesse possunt sactam concionẽ audiunt, & non solum ij, quin etiam & hæretici, infideles & ethnici verbum Dei audire possunt: quippe quod animæ passus est. Quẽ qui prohiberet, non secus ageret, quam si in fantulo alimẽtum eriperet. Scit enim hoc pabulo Deus animam maximè indigere. Negatur autem excommunicato Eucharistia, non verbum Dei: quia, vt ait Augustinus, in quodam sermone magis nobis prodest, verbum Dei, quàm Eucharistia: & sicut cauemus, ne Eucharistia cadat in terram, sic caueredebemus, ne sermo Dei nobis excidat. Nam quanuis Eucharistia dignior sit & præstãtior, tamen verbum Dei efficatius est ad conuersionem peccatoris. Nam peccator obstinatus in suo peccato, non resurget sumendo Eucharistiam, imò deterior fiet, at per verbum Dei multoties peccatores indurati mollescũt, & conuertuntur: quomodo Petrus verbo suo, multa audientium millia conuertit. Vnde sicut ignis, qui auro vilior est, appositam cerã liquefacit, quod aurum pretiosius, igne non faceret: sic quanuis excellentior sit, Eucharistia, quã prædicatio verbi Dei, tamen ad hoc vt cor peccatoris emolliat & conuertat, minorem vim habet Eucharistia. Similiter etiã pannum immundum lauat aqua quod minime lauat argentũ: cùm tamen maioris valoris sit argentũ, quã aqua. Qua de causa vsq; adeo pater æternus in vnigeniti sui transfiguratione, auditionem euangelij commẽdauit inquiens. Ipsum audite. Audite illũ, quia verba eius spiritus & vita sunt. Vitã vocauit verbum Dei, quia est causa vitæ & suscitat mortuas animas. Quod ferculum aut quod tantæ suauitatis nectar vnquam fuit, vt mortuum ad vitam reuocaret? Cibus, animal dum viuit, sustinet: vita tamen functo nihil prodest. Verum diuinum verbũ nutrit & sustinet animam in gratia viuentem, ipsamque in peccato mortuam exuscitat. Hoc significarunt illa Ezechielis arida & detrita ossa, quæ ipsemet propheta virtute diuini verbi de morte ad vitam reuocauit. Nullus enim peccator est, qui quantumuis peccatis induruerit & iam diu mortuus iaceat, non possit per hoc verbum reparari. Ossa arida audite verbum domini. Ideo Petrus dixit Iesu. Verba vitæ habes. Ab effectu verba prædicationis verba vitæ vocãtur: quia conferũt vitam animabus mortuis. Nullo indicio euidentius censetur aliquis esse à domino electus, & in libro prædestinationis (quem Moses librum vitæ vocauit) scriptus, quàm si Dei verbum spõte audiat. Quæ sententia est diui Augustini: & fundatur in illis dñi verbis. Qui ex Deo est, verba Dei audit. E diuerso qui à verbo diuino abhorret, perditionis suæ formidãdum præfert argumentum. Nam quanuis certa scientia nemo potest scire sitne præscitus an prædestinatus, nisi forte diuina reuelatione (quod maximis quibusdã sanctis concessum legimus) id assequatur: tamen, quoniam mores & vitam vniuscuiusque sequitur eius damnatio aut salus, ideo non vilipendendum signum est perditionis, odium sermonis diuini, sicut nec cõtemnendum est indicium salutis, esse diuinæ doctrinæ studiosum. Quemadmodum enim narrante aliquo de rebus Indicis quæcunque aut viderit, aut legerit, illi duntaxat attentis audiunt animis, qui illas regiones aliquando cogitant inuisere, cæteris oscitantibus vel dormitantibus: ita propemodum in sacra euangelicaque denarranda accidit historia: ab illis nãque studiosè auditur, quibus cœlestia regna videre animus est. Hi sunt qui breuioribus offenduntur, longioribus oblectantur concionibus. Hi sunt, qui templorũ & cœnobiorum sanctuaria frequentant: hi sunt, quos non defatigat vehemens concionatorum clamor, ingitque attentiõ. Illi vero, quibus ad cœlestia aspirare in votis non est, si forte aliquando vel pudore vel necessitate coacti concioni interfuerint, quid dicam qua indignatione, quotædio & molestia audiunt? Quod si concionator plus hora forte dixerit, discedunt ægro animo, quin ætiã sæpe ægroto corpore. Fateor esse nõ paucos, qui non fera impietate, sed peccatorum suorum cõscij: & rusticitate quadã pudibundi quasi non audent, aut nequeũt verbi diuini grauitatẽ sustiLl 5 nere.

Ezechi. 37.

Ioan. 6.

Exo. 32.

Aug. tract. 42. super Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere. Qui tamen ideo nihilominus delirant. Hoc quod habent salutis remedium, dæmonis inducti monitis, sibi eripiunt. Aliter ille primus hominum parens Adam. Qui grauissimo admisso scelere, Deum tamen vocatem audiuit & falsus est inquiens, Domine audiui vocem tuam. O fœlix Adam, qui etsi peccasti, verbi diuini auditionem non prætermisisti: quapropter amissam gratiam & salutē recuperasti: nam Sapiente habetur, dominū illum à delicto suo eduxisse. ¶ Præterea sicut seculares magistratus fures primo flagellis cędunt: secundo auribus truncant (quæ obediētiæ signum sunt) tertio vero si quem sine auribus inueniunt quasi rebellem & inobedientem, vltimo afficiunt supplicio: sic tu nisi plagis laboribusque in hoc seculo a domino inflictis admonitus pedem à peccando reuocaueris, vltimo & æterno ignis supplicio vita functus punieris. Ergo, siquidem Adamū in peccato imitans, lapsus es: ne illum, ad salutē ducem aspernaris: quod facilè præstiteris si concionatorum verba non spreueris, imò illorum præcepta sequutus fueris. Aliter agens interitum, ò miser, tibi ipsi parabis. In quarto enim regum volumine habetur, quendā militem, sub cuius humero rex incumbebat, verba Heliseī prophetæ contempsisse, quoniam famem futuram non prædixisset. Quam ob rem, quia verbum Dei neglexit, & noluit credere prædicatori, occisus est, & conculcatus à turba. Sic punientur & conculcabuntur qui non audiunt verbum Dei & contemnunt illud. Vnde dominus infrà prædicatoribus inquit. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. ¶ Denique adeo necessarium hominum saluti est verbum diuinum, vt Paulus Timotheo dixerit: Argue, prædica, opportunè, importune. Omnia suo tempore bona sunt, alias nec vtilia nec laudanda. Musica enim & lætitia si luctus tempore exerceantur importuna sunt: quoniam tempus flendi, & tempus ridendi: tempus loquendi, & tēpus tacendi, &c. Veruntamen verbum Dei, testāte Paulo, vbi suprà, nunquam non opportunè & prædicatur & auditur. Nusquam enim, nec vllo tempore is interueniet casus, quo nō sit verbi diuini explicatio opportunissima. Nam siue ex parte concionatoris quæramus, semper bona est: siue ex parte auditoris, quo magis pigritat, salutarius verbum diuinū est: sicut infirmo, qui medicamentū fastidit. Nec sunt prudentes concionatores malo medico

Gen. 3.

Sap. 10.

4. Reg. 7.

Luc. 10.

2. Tim. 4.

Eccle. 3.

similes, qui imperita pietate & misericordia ægrotātis, corrupto illius pedi aut manui parcunt: vnde totius corporis postmodum succrescens tabes infirmum enecat. Nā quo dignior est anima, quàm corporis salus, eo acrius instandum est corruptis hominum moribus, ne pretiosam corrumpat animam. Nec nos moueat maligna impiorum contra prædicatores seuerius agentes, seu potius ferius, obmurmuratio & plusquam pharisaicum scandalum, dūmodo id prudenter fiat: non enim prædicatorum licentia, sed peccatorum inclinat cōtumacia. Nec minorem patitur hæc ætas morū iactura, quā illa, qua Ioannes Baptista Iudeos acriter reprehendens dicebat, Gemina viperarum, &c. Christus similiter phatisæos dure increpabat inquiens. Væ vobis scribæ & pharisæi, &c. Veritas enim, etiam inuito mundo, & impiorum cætu dicenda est. Igitur Saluator noster Iesus clamans dicit. Qui habet aures, audiendi audiat: vt auditores attentiores redderet, & vt illis verbum diuinū suamque commendaret prædicationem. Ait igitur. *Qui habet aures audiendi audiat.* Quia hæc parabola obscurior erat, quàm pro auditorum captu ideo addidit dominus hæc verba. Qui habet aures audiendi audiat: ideest, intelligitre si potestis. Quo modo sæpe in Apocalypsi dicitur, quoties aliqua obscura inciduut, nempe. Qui habet aures audiendi audiat. Quapropter auditus iste, de quo hic loquitur Christus, non est ille, qui auribus percipitur, sed quædam interna animi perceptio & attentio quod Hebraicè הַאֲזִינָה haazenu, Græce, ἐνωτισασθε Latine, auribus percipite, sonat: & propriè non aure sed corde percipitur. ¶ Obserua autē, quia sicut corporeus auditus fit ex duplici aere, scilicet naturali intus & naturali extra (quomodo etiam visus duplici lumine illustratur) ita & spiritualis auditus duplici constat aspiratione, fide videlicet infusa, quæ est intus æqualiter inclinans: & adquisita, quæ extrinsecus aduenit, dum eis, quæ fidei sunt, insistimus. Qui ergo habet aures animæ fide informatas, audiat verbum Dei: quia scriptum est, non esse effundendum aut perdendum verbum Dei vbi non est auditus. ¶ Sed quæret aliquis. Cur dixit, Qui habet aures audiendi? Nunquid aures alio funguntur, præterquam audiēdi, munere? Nunquid datæ sunt aures ad palpandū, gustandum, aut videndū? Non vtique. Quid igitur sibi voluit in illis verbis dominus? Su-

Matth. 3.
Matth. 23.

Apoc. 2.

Eccle. 3.

perfluè nanq; locutus videtur. At qui si pœnitius seruari volumus, non vulgarē aut trivialē horū verborum rationē & causam inueniemus. Primùm dixit. Qui habet aures audiendi audiat: quia non pauci sunt in hoc seculo homines, qui mēbrorum & sensuum suorum abutentes officio, visum ad aures, auditum vero ad oculos transferunt. Nā si fortè proximū de proximo murmurantē & detrahentem vident non secus idem habēt impio sermoni, ac si proprijs idē oculis conspexissent: nec dubitat, quoties apud alios in eūdem incidunt sermonē, audita voce asserere & iure iurando confirmare. Rursum nō minus oculis aburūtur, illorūq; fidem spernūt. Intuentes nanq; vicinū & populatem suum vnum atq; alterum efferri, ossaq; mortuorū contrectantes quos ipsi, dū viuerent, non solū nouerunt, sed etiā forsitan amarunt, nihilo magis mouentur, quā si ea ex Æsopi fabellis audiuissent, aut in Homericis carminibus legissent. Horū igitur hominū importunitatem inuersamq; naturam atq; ingeniū his verbis ostendit dominus, illos lariter arguēs, quod clarissima & vtilissima caligātibus oculis percurrunt, quasi non viderent: ea vero quæ inutilia & infirmioris fidei sunt, multò accuratissimè cernunt. Habent enim aures ad videndū & oculos ad audiendū. In hos dicit dominus. Qui habet, &c. vt eos, dū co modo se habuerint, nihil ex sacris concionibus commodi reportaturos refellat: non enim admittit ingeniorum ineptam peruersitatem. ¶ Secundò inquit dominus. Qui habet aures audiendi, significans eos, qui auribus ad iudicādum vtuntur clientum litigantiū auscultantes quefolis, vt sunt iudices, prætores, auditores Rotæ, regijque senatores, & cæteri iurisconsulto rū magistratus: non debere dum concioni intersunt, simili proximorum vitam censendi vti magisterio. Nam qui verbū Dei auditurus venit, nō vt accuset, aut damnet, sed potius vt accusatus corrigatur, venit. Vnde conuincitur illorū temeritas, qui in concione, inueterata quadam vafrice prædicatoris dicentis verba subnotant, rident, laudant, vituperant quasi non sui, sed prædicatoris emendādi gratia adsint. Præstād = sunt aures non ad iudicandum concionatorem: sed ad audiendū verbum eius. Ideo Christus aures ad audiendum petit: & ò vtinā impetret. Quis sine lachrymis multis videre queat improbam in rebus corporeis perquirendis hominū so-

licitudinē: cùm erga spiritualia tā gelidè affecti sint? Quis vsq; adeo desperata ęgrotaret valetudine, qui sanitatem non modo pollicentē aut exhibentē, verū etiam memorantē non animo audiret attentissimè? Si ergo corporalis tāti æstimatur valetudo: quid demēs non inuigilas æternæ illi superstiti q; saluti? Si homines liberos suos magnificiunt charisi mosq; habent, quoniā in illos bona sunt sua transiaturi, qua, malum, de causa animā, quæ non tua, sed tu ipse es: non festinas ditare, vt post mortem tuam non filius tuus, sed tu ipse viuas? Nemo ergo sit, qui sermonē hunc, quo etiam vltra mortem vitam prorogamus non audiat. ¶ Tertiò quanuis multi habeant aures ad audiendum, non tamen habent aures ad audiendum verbum Dei, similes magnis canibus, qui habent aures demissas à parte superiori, ne cœlestia percipiant, à parte tamen inferiori apertas, cùm etiam minimos rugitus animaduertunt. Vacant enim fabulis & vaniloquijs & libenter audiunt amatoria, turpiaque cantica: sed verbum Dei reseque diuinas audire nolunt. Hos etiam vocat & inuitat Christus ad audiendum: quia quanuis habent aures, non tamen ad audiendum, ea scilicet, quæ recta sunt & cœlestia. De his loquebatur Paulus ad Timotheum. Venit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebūt, sed ad sua desideria coacernabūt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidam auditū auertent: ad fabulas autem conuertentur. Si paulisper immoratur prædicator, discedūt stomachantes in dignā illius redundantiam, nec fabulis legendis, aut audiendis diem integrum defatigātur. Similes illis erant Israelitæ, qui affectantes allia & ępas Ægyptias manna fastidiebant nutrimentum cœleste, dicentes. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. His & similibus hominibus turpia & inania sapiunt huius seculi oblectamenta cœlestia vero & immortalia gaudia insipida sunt. Sed ad alia gradum faciamus. *Interrogabant autē eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.* Præter alias causas, quas supra adduximus, quare Christus in parabolis & similitudinibus loqueretur, modo occurrit nō inelegans quædam ratio. Nā quē admodū, si inter multos homines aperta facie incedentes vnus personatus vel obuelatus incedat, foleimus omissis alijs in illū præcipuè intueri, mirari, quis est, rogare: ita cùm similitudo larua sit orationis, qua homines plerū-

Num. 21.
Exod. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plerunque magis quã re ipsa mouentur, non immerito dominus noster sapientissimus magister hanc excogitauit artem, vt homines in suam pelliceret doctrinam. Quamobrem, & ipsi Apostoli huius nouitatis partim scendæ gratia dixerunt. Edissere nobis hanc parabolam. Non autem interrogauerunt hoc Apostoli statim, vt prædicauit hanc similitudinẽ, sed postea in secreto: non inquam, in publico coram turba, sed postea soli. Vnde in Marci Euangelio habetur. Et cum esset singularis interrogauerunt eum ij, qui cum eo erant duodecim, parabolam. ¶ Docemur hinc, si diuinorum colloquiorum intelligentiam volumus, sepositis curis mundi, negotijs secularibus soli Deo, sacreque scripturæ intenti, meditãdo, orando, legendo, assiduis vigilijs, in solitudine & quieta vita addiscere. Vnde per Sapientem dicitur. Sapientiam scribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, sapiẽtiam percipiet, quia sapientia replebitur. Et dominus cuidam animæ, quæ secreta reuelare volebat, dixit. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ¶ Docemur secundo formam addiscendi: scilicet, vt cum aliquid audis, quod non intelligis, non erubescas interrogare. Ipse enim Christus, vt nos doceret hoc, cum esset Patris sapientia, vbi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, sedens in medio doctorum interrogabat eos. Sed multi malunt ignoranter viuere, quam suam ignorantiam fateri, doctiores interrogando. Interrogabãt vero, quę esset hæc parabola: deest, quid per illam vellet intelligi. Sed Deus, qui paratus est omnibus subuenire, & docere illos qui scire cupiunt, sine mora illam exponens, sensum suum patefecit. ¶ At cur illam pręposuit, si non intelligebant illam audientes? Ad hęc ipse saluator respondit discipulis suis, vt latius videbimus. ¶ Obseruandum hic est, quantum Deus bona sua nobis impartiri cupiat. Verum vt auidius & iucundius nobis tanta eueniãt beneficia, nostras antea preces expectat, vt & nos illa, quę quasi nostro labore & marte parauimus, diligentius custodiamus, maioriſque faciamus. Quoniã sicut illa, quę armis vel ingenio cuiusque proprio, autori suo multo esse solẽt suauiora & gratiora, apud homines autẽ pluris fiunt, quam si gratis ab aliquo essent principe concessa: ita ea de causa dominus saluatorque noster Christus doctrinam condidit suam nec minus prophetę reliquique sancti patres, vt non nisi cum labore & studio sensum expiscaremur diuinorũ scriptorum, ideo nobis multo suauiorẽ futurum. Nõ aliter etiam in rebus omnibus naturalibus fecisse illum videmus sapientissimum opificem: nam, & nuces duro calyce operiuntur, & citrea mala rosarumque genus sese spinis acutissimis circunuallant, vt nemine sine aliquo labore, aut arte locus carpẽdi pateat. Quare sicut paruulo infanti nucem infractã, infantis esset nutricis, porrigere, quippe qui vires nos habet ad comminuendam nucem, sed eam integram mittit in os, vnde facili negotio suffocari posset. Sic è diuerso prudentissime Ecclesiæ Catholicæ statuerũt moderatores, nec sacra scriptura vulgo imperito & incauto exhiberetur: ideſt, ne vernaculo transcripta idiomate sui omnibus copiam faceret integram sine magistrorum explanatione, ne forte imprudentes homines hæreseon pungerẽtur aculeis. Ad hoc legata est à Deo sacrosancta Theologorum schola, vt prius latinitatis rudimentis fundamẽta iacientes postea gradatim philosophiæ & sacrarum literarum gradus ad culmen beatissimæ facultatis peruenientes, possent, quæcunque incidissent dubitationes, vel fide, vel ratione enodare & populo salutarem doctrinam exhibere, qui tanquam infantulus est, præmansoque in digeret cibo. Vnde Paulus ad Corinthios ait. Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis: & non escam. Hoc ipsum agit nunc Christus exponens Apostolis suis, et rudibus, prædictam similitudinem. Quem exponendi morem illi à præceptore suo excipientes vniuersis Ecclesiæ Catholicæ primatibus & prædicatoribus tradiderunt. Ideoque qui indiget sapientia postulet à Deo & ipse respondebit & declarabit: nunc estiget laboret & quærat, & obtinebit scientiam. Iamque explicationi parabolæ accingitur dominus. Sed antequam incipiat, præmittit, inquiens. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem in parabolis vt videntes non videant & audientes non intelligant.* Sed dices. Frustra ergo Christus loquebatur, siquidem non intelligebatur à turba: nam vt Paulus ait. Si quis loquitur, & non intelligatur, mens eius hinc fructu est. Dicendum nihilominus, non esse similem rationem de qua Paulus ait. Nam Christus, ea de causa (vt iam diximus) in parabolis loquebatur, vt rogatus tenacius doctrinam suam animis audientium imprimeret. Quod si à pharisæis cæterisq; improbitatis sectatoribus non

Mar. 4.

Eccle. 38.

Osee. 2.

Colo. 2.
Luc. 2.

1. Cor. 3.

Iac. 1.

1. Cor. 14.

non intelligebãtur, erat, quoniam animo maleuolo audientes, non salutaria sibi, sed incõmoda Christo quærebant. Quare non est mirum si nihil intellexerint de domini doctrina, cuius explicationẽ nec petere, nec audire volebant. Ideo audiebant Christi doctrinam eiusque opera mirifica videbant: attamen ob suam cęcitatem non intelligebant. Non autẽ excæcauit illos Deus auferendo ab illis oculos, aut iudicium, sed gratiam nõ dando suã, hanc autem non dedit, quia ab illis fuit repudiatã. Ideò dicebat Christus. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti? Et vt nemo potest medico litem intendere, qui ægrotum curari nolentem deserit, sic nemo in Deum culpam retorquere, quod ludaros ipõ te sua obcæcatos in voluntarium mentis interitum non prohibuerit. Ipsi audientes non intelligebant, nec videntes videbant quoniã Deus illis gratiam non dabat: ideò non dabat, quia illi nolebant. Quod vel illis verbis dominicis superius citatis apparet. Quoties volui congregare, &c. Superbia igitur & malitia illorum, erroris causa fuit: non obscuritatis sermonis diuini, quem à domino audiebant explicaturõ si voluissent. Deus enim nõ immittit cæcitatem, aut duritiẽ, sed propter hominum iniquitatem, non suppeditat gratiam: qua destitutus homo in grauissima incidit peccata, & in suo vitio obcæcatur. Nam quemadmodum lux cæcitatis causa dicitur, quando videlicet se à conspectu nostro subtrahit, quoties aut oculos claudimus aut faciẽ auertimus: ità Deus obcæcare dicitur hominem, quando ab eo gratiam suam subtrahit, quoniam homo illam non admittit. Sic isti obcæcati non videbant. Quapropter hæc cõiunctio, vt, hîc causam non dicit, sed consecutionem effectus. Sic Paulus Romanis ait. Lex subintrauit, vt abundaret delictum. Nũquid Deus dedit legem vt homines faceret maiores peccatores? Absit. Lex enim non est causa peccati, sed peruersa hominum voluntas, quæ contra legem facit. Ideò sensus est. Deus legem condidit iustissimam: verum ea est hominum improbitas, vt medicinam in venenum conuertentes in ipsa lege occasionem mala indies perpetrandi flagitia sumant. Sic etiam intelligendum puto illud regij prophetæ Dauid. Deum in psalmo deprecantis. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Non peccauit Dauid vt iustificetur Deus: sed ex opere Dauidis peccantis contigit Deum iustificari, quia iustum & pium se ostendit. Quare coniunctio, vt, ibi causam nõ dicit, sed effectus consecutionem. Ita etiam illud Pauli intelligo. Inuisibilia Dei penes, quę facta sunt, &c, vt sint inexcusabiles. Et illud quod in Ioãne legimus dominum dixisse de cæco nato. Neque hic peccauit nec parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Similiter & Esaias ait. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Vbi particula, vt, non finalẽ causam sed cuentũ & consecutionem notat. Non enim comedet eo fine, vt sciat reprobare malũ & eligere bonum. Eodem modo intelligẽdus est Ezechiel dum ait. Ego dominus respondebo ei in multitudine immũditiarum suarum, vt capiatur domus Israel in corde suo. Et alibi iidem propheta inquit. Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius. Itaque, vt eo, vnde defluxit oratio nostra redeat, non est sensus, ideo in parabolis dũmfuisse loquutũ, vt audientes non intelligerẽt: sed est sensus, vt ex eo quod loqueretur in parabolis, & non intelligerent eum, nõ conuerterentur. [redacted] quod tamẽ nõ conuerterentur non intẽdebat dominus: propter demerita enim sua nõ egit. Christus cum eis, vt intelligerent. Et sic aditu pletum est in illis illud Esaiæ. Auditu audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Et causam subdit. Incrassatũ est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videãt oculis & auribus audiant, & corde intelligãt & conuertãtur. Ideò de illis dixit dominus. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videãt, & qui vidẽt cæci fiãt. Ideſt se putantes, & videntes foris miracula, non vident intus virtutẽ operantẽ. His itaq; verbis docet Christus quamobrẽ non palam omnibus loquatur. Tantum enim est ac si diceret. Quales ad meam prædicationem animos & affectus afferunt, talem reportabunt fructum. Nolunt intelligere, quod luce meridiana est clarius, ideo ego per obscuras parabolas illis loquor. Oculos habent, vt palam mea conspiciant miracula: adeo tamen maligna obcæcati sunt inuidia, vt ea pro Dei operibus nolent agnoscere. Sic aures habent, vt irrefutabilem à me audiant veritatem, nec tamen

Rom. 1.

Ioan. 9.
Esai. 7.

Ezec. 14.
Ezech. 22.

Esai. 6.
Mat. 13.

Ioan. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentvt eradam,ac dissipem. Ex his palã fit nobis culpa fieri,si quando nobis Dei gratia subtrahitur. Vtinam & nobiscũ Deus non faciat similia,vt exigentibus flagitijs nostris, à nobis gratiam & beneficia auferat sua, vt à maximo crudelissimo & quibusdam & perditissimis hominibus, quibus per Ezechielem ait. Auferetur arcus meus à te. Multaq; supplicia minatus populo ob eius ingratitudinem,venturo Apostolis vero aliter euenit: nam quia recta intentione audiebãt, intelligere moruerunt. Et quemadmodum qui emptis mi mercatores solent,qui in vestibulo tabernæ vena ia exponunt non pretiosa,sed communia quædam,quibus tamẽ emptores alliciunt,vt ea,quæ intus seruantur cõparent eaque cum multo sint præstantiora, nõ cuiuis,sed diuitissimis & certissimis emptoribus ostendunt. Sic dominus noster & saluator Christus omnibus quidẽ doctrinæ suæ argumenta similitudinaria ostendebat,ipsius tamen valorem illis duntaxat exhibebat, qui serio non sistebãt ad eius accedebãt prædicationem,vt Apostolis,qui saluũ quærebant suã. Cæteri,ve inobedientes à Deo excæcantur. sicut Sedechias à Nabuchodonosor, quia nõ [redacted] verbum, datum,magna [redacted] ducũ fuisset, nec ipsi Apostoli intellexissent: non enim ex meritis,sed ex Deo vocante data est illis. Vnde Paulus. Non est volentis, neque currentis,sed Dei miserentis. Hos elegit,iuuenit,vocauit,& illis datur regnũ Dei: hoc est,Euangelica prædicatio. Quare: Quia sit plenitum fuit ante te. O fœlices viri qui tã dono decorati sunt. Nec nobis etiam dona negarentur sua si voluissemus libertate arbitrij vti,& nobis ex eius donis commodũ parare: sicut vidua Helisæi non negauit oleum, in omnibus eius vasis augens; donec ad excipiendum defuerunt fictilia. In hũc prope modum si & nos vasa cordium nostrorũ vacua à secularibus delicijs Deo offeremus: plenitudinẽ gratiæ,& miserationis diuinæ in animis nostris reportaremus. Sed de his alias. *Est autẽ hæc parabola.* Dominus exponit seipsum. Itaque aliter exponere, quam ipse exposuit temerarium esset. Ita dominus dixit. Non addetis ad verbum,quod vobis loquor, nec auferetis exeo. Et in prouerbijs. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax. Et in Ecclesiastico. Non est minuere neque adijcere, neque est inuenire magnalia Dei. Et Ioannes in sua Apocalypsi ait. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Ideo multi expositorum auctis est manum apponere, vt aliquid adderet Dominicæ expositioni: quia ipse dominus eam exposuit. Et ipse verborũ suorum interpres est.In quo huius parabolæ dignitas & excellentia patet. Vnde Spiritus sanctus in Canticis alloquitur Ecclesiam dicens. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Vide quod ornatus auricularum sponsæ Christi argentea aureaque sint. Verbum Dei est instar auri. Obiter purissimique supra omnia metalla. Sicut enim aurum primatum tenet inter omnia metalla, sic verbum diuinum inter cætera scripturarum genera. Nam doctorum enarrationes sunt velut argentum: quamobrem murenulæ aureæ vermiculatæ argento nihil aliud insinuãt nisi parabolas Euangelicas explanationibus sanctorum doctorũ illustratas: quod argentatũ aurum sic disposuit dominus ad Ecclesiæ sponsæ suæ ornatum. Non æqualiter auro argentum pretio neque valore: sic nec vlla glossa tantam habet auctoritatem vt Euangeliũ Cæterũ hæc parabola non tantũ ipsa est aurũ purissimũ sicut cæteræ parabolæ,sed & eius interpretatio est eiusdem omnino valoris: nã & ab ipsius domini intell. Quis & otiis fonte manauit,vnde oriretur æquiualet ipsius expositio,totum enim est diuinum eloquium. Vnde aurum est contextus,de aurea enim parabolæ expheatione. Illud itaque audiamus. *Semen est verbum Dei.* Quoniam,restante Euangelicarum fide veritissima, Christus verbum diuinum semini cõparauit,superuacua,sinò impia esset hæsitatio,si ne vere à domino adducta hæc cõparatio cum cæteris spinarũ, petrarum & viæ comparatio. Ibo in præsenti de aratore proposita parabola. Quare aliud modo superest inuestigare,cur saluator nuncupauerit verbum diuinum semini: contuleritque quo nihil videtur habere commercij. Re namque diligenter pensitata, duo potissima inuenio mutuæ similitudinis fundamenta. Primum,quia vt philosophus ait,fructus virtualiter sunt in semine. Habet enim semen virtualiter calorem & virtutem quandam generatiuã,ex qua fructus prodeunt. Semen enim in primis radices agit,deinde surgit in caulẽ, postea in arborem,frondibus, ramis, floribus & fructibus ornatam. Sic verbum diuinum in animo humano hærens radicibus primum, deinde virtutibus omnibus roboratũ, ramis floribus que uitescit, donec perfectum in gloria sempiterna cultori suo fructum pariat,quo ille ab omnibus laboribus suis emeritus,fructu,qui à fruendo dicitur,fruitur. Vere igitur dicere possumus,sicut in semine fructus virtualiter continetur, ita in verbo diuino & audiendo & percipiendo beatitudinẽ cõsistere. Nam primo verbum Dei audimus ex quo statim fides consequitur iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. A d fidem autẽ sequitur opus, ad opus meritum: cuius præmiũ certissimũ, vita sempiterna est. Si enim quempiã roges, cur eleemosynã facimus, ieiunia sustinemus, labores non recusamus religiosos & pios? Responderet vtique, nisi omnis esset expers iudicij,nempe vt vitam adipiscamur æternã: quæ non paruo,sed summo est comparanda pretio. Rursum si instes. Quodnã tibi istlhæc persuasit oraculum? respondebit. Fides. Sed vnde hæc fides? Ex verbo Dei. Hoc est quod Christus dixit. Regnum Dei intra vos est. Hæc verba de hoc semine intellexit: quia verbum Dei producit & virtualiter cõtinet in se regnum Dei: ex verbo enim Dei oritur fides,& ex fide spes,charitas, cæteræ virtutes & opera bona,quibus regnũ cœlorum debetur. Fœlix ergo verbum diuinum. Fœlix verbi diuini auditor,fœlicissimus custoditor. Igitur propter similitudinem, quam habet hoc verbum cum semine, quia est principiũ & origo beatitudinis,& virtualiter continet illam, sicut semen fructum, dixit semen verbũ Dei esse. ¶ Secundo rectè confertur verbum Dei semini,quia sicut semen ad hoc, vt fructum ferat terra obruitur & extinguitur (nã vt Paulus ait. Non viuificatur nisi prius moriatur.) Sic verbum Dei,vt fructificet,oportet ita cor de fatiscatur,ne integrum omnino sit,sed radicibus firmitatis in pectore manẽtibus ipsum totum in bonorum operum flores effundatur, vt nihil intus maneat virtutis, quod in opus nõ prodierit. Quod multo aliter faciũt illi,qui conciones audientes ore tenus tantummodo percipiunt. Quare quicquid audiunt cum congerronibus suis garrientes effutiunt, nec re præstant, quod exemplo Christi docti sunt: verum ita obliuiscuntur quasi non audissent unquam. Non ita pio sapientique Christiani nominis cultori agendum est. Quin potius ea,vsque debet esse gerere solicitudine,vt omnia, quæ audierit,rebus mul-

to faciat,quàm verbis consummatiora. Ideo egregius psaltes domino dicebat. In corde meo abscondi eloquia tua, In corde dicit,nõ in lingua tantum. Multi qui verba audiũt diuina,sed quia ea,vt oportet, non consequuti; ideo nunquam fructum faciunt deficientibus firmitatis & constantiæ radicibus. Quapropter sapiens orat dominum dicens. In Iacob inhabita,& in Israel hæreditare,& in electis meis mitte radices. Has autem radices verbum Dei in hominum animis agere non poterit,nisi constanti & firmo illud hospitio pectoris susceperit. ¶ Verum si semen est verbũ Dei: quis est,qui seminet, nisi ipse Deus? Expende etiam: cum dixisset. Quid esset semen & terra,& spinæ, & cætera omnia, non dixit quis esset seminator, quoniã ex hoc clare patet esse Deum. Nã si semen est verbũ Dei, & seminator seminat semẽ suũ,consequens est, seminatore Deũ esse. ¶ Docemur etiam Deũ seminatorem attendere, qualiscunque prædicator sit,etiam si sit maximus omnium peccatorum dum prædicat iuxta ecclesiæ Romanæ catholicæ doctrinam. Nonne dixit dominus prædicatoribus ecclesiæ: vos non estis, qui loquimini,sed spiritus patris vestri,qui loquitur in vobis? Et Hieremię dixit. Ecce dedi verba mea in ore tuo, & constitui te super gentes & regna. &c. Quæ autem sint hæc verba, Ezechiel explanat dicens: quod comederit librũ, vbi scriptæ erat lamentationes,carmę, & væ. Hoc est exemplar fidissimum ad cuius normam dirigendi sunt omnes prædicatorũ cõnatus & vires,extorquere, scilicet, auditoribus lachrymas, mouere affectus, animosque à vanis mundi abducere oblectamentis. Hic seminator dicitur exisse seminare semẽ suũ. Exijt, inquam Deus non motu locali, sed exijt quando ostendit se creaturis creando illas,suamque in illarum creatione mirabili potentiam ostendens: nõ enim Deus mouetur localiter, vt illum exisse animalium more dicamus. Quoniam omnia quæ mouentur ab alio mouentur, & qui mouet maiorem virtutẽ habet quam qui mouetur,quia in illud agit. Si ergo Deus moueretur, esset aliquid Deo perfectius,ideoq; impossibile est Deum moueri. Dicatur tamen exire, ostendens se creaturis suis,quãdo scilicet,sibi conspiciendum præbet,quinc vlla sui mutatione facta.

Nã quemadmodũ albũ reticulæ, adhuc patieti applicetur,artificiũ celat oculos intuentũ, quoniam color,qui visus est obiectum,eodẽ modo

Psalm. 118.

Eccles. 24.

Matth. 10.

Hierem. 1.

Ezechiel. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo se habet vbique vnusque & idem est, vnde quantitas, quæ per accidens visui obijcitur, & mediarè vix percipitur: quod tamen si super nigrum corpus extendatur, non modo perspicuum, sed etiam elegans efficitur intuẽtibus, nulla sui mutatione, sed modo apparẽdi tantum variato. Sic Deus cum esse ostendit hominibus nec mouetur, nec mutatur, sed eo modo se exhibet videndum, vt visus mortalis, qui antea imbecillitate sua caligabat, omnibus sublatis impedimentis ex parte sua creatorem videat suum, quasi exeuntẽ.

¶ Exijt secundò in incarnatione, vt ipsemet seminaret & prædicaret verbũ Dei: quod antea per prophetas suos prædicauerat & seminauerat. Quomodo ex aratoribus, qui opulẽtiores sunt, labores arandi & seminandi per famulos operantur suos: ipsi domi se continentes raro in aruum prodeunt, si tamen syluã euertere ad agrũ conserendum, vel vepretum exuere aut aliquod magnum opus moliantur non se continent, quin habitu, armisque aratorijs arreptis ipsi etiam se in opus maximum, primarios inferãt operarios. Ita propemodum Deus multa per prophetas facinora exegit suos: ad redemptionis tamen opus magnum, quo & sylua demonum eruenda, & peccatorum vepres comburendi erat, ipsemet de ventre prodijt virgineo formam serui accipiens. Exijt quasi colonus non ad otium, sed ad labores. Vide Hieremias. Quasi colonus futurus est in terra. Coloni enim non est otiari: sic laborauit Christus salutẽ operando in medio terra. In Euangelio enim habetur quod fatigatus sedebat super fontẽ, lassatus, ecce ibi sitiens. ¶ Sed antequam vltra progrediamur non leuis mihi occurrit dubitatio. Equid enim Christus se stulto & insano agricolæ comparat: qui in locis petrosis & sentiosis seminauit, vt de nihil fructus colligi posset? Certè non rectè comparationem induxisse videtur. Cæterum non obstat. Quemadmodum enim aratores, si per vires humanas fieri posset, vt non morerentur semẽ quocunque etiam loci iactum, quin potius fructum ferret, non dubitarent super petras & vepres semen spargere: ita Deus qui de durissimis & incultissimis animorum istis nos sæpe verbo reddit suo, nõ dubitat in omnes illud effundere: & hoc est quod comparatio innuit. Porrò est Deus exercitus terra frugiferam facere quod agricola nequit. Quod si ali qui sint, qui semen acceptum duritiæ & squalliditate sua conficiant, illud culpa sua, nõ aratoris factum est. Qui cum sit prudentissimus eo modo animos hominum fecit, vt quotiescunque durities aut suauitatem inducere vellent, possent. Egregiè hoc in Saulo præstitum est, qui diuinitus à Domino vocatus veterẽ exuit hominem, nouumque induens & de durissimo lapide, in pinguissimum & frugiferum agrum mutatus, prisinam duritiem deposuit. Idem de latrone in cruce pendenti, dici potest: quorum conuersio & si multo habuit minus admirationis, non minus tamen habuit argumenti, quantum possit diuini verbi seminatio, quantaque sit arbitrij nostri libertas, quibus adiuti mortales ex durissimis, & neouissimis, mollissimi & sanctissimi fieri possunt. Quid magis peruium itineribus omnium malarum cogitationum Maria Magdalena? Illam tamen Deus terram fructificantem fecit. Quid Matthæum in theloneo sedente spinosus & incultus: nihilominus tamen verbum Dei in illo confitum spinis nõ est ebrutum auaritiæ & luxuriæ diuitatum, quin potius Dominum suum omnibus renũciare coegit & Christum in summa sequi paupertate: & sic de cæteris. ¶ Præterea aliqua hic sunt obseruãda. Primùm, cùm loquutus est Dominus de suo aduentu in carne, loquutus est per verbum præteriti temporis dicẽs, exijt, quia iam semel incarnatus est, venit & passus est: sed dum ait de prædicatione, dicit, qui seminat, loquens per verbum præsentis, quia semper seminat quotidie: & omni tempore nunquam cessat seminare prædicando, inspirando, vocando, & multis magnisque beneficijs afficiendo. Secundò videtur esse incultatio sermonis, cùm exijt qui seminat seminare, sed modus loquendi est Hebraicus, in quo sic verba repetuntur: vt illud Expectans expectaui dominum. Et illud præcipiendo præcepimus vobis. ¶ Tertiò quod semen suum dixit, non alienum quia de ctrina sua erat. Prophetæ prædicauerunt rem suam, sed Dei doctrinam: atque ideò dicebant. Hæc dicit dominus. Christus tamen non dicebat. Hæc dicit dominus, sed ego autem dico vobis, vt videri potest in sermone Domini in monte. ¶ Quartò obseruandum est nihil sacro concionatore indignius, aut re deformius esse, quàm si facetijs, & ludicris verbis risum auditorium captare affectet. Quæ enim risum auditorum, nebulonumque hominũ sunt propria, cõsequũ est, neque quã tãta gra-

uitati posse cõuenire. Verũ enim & germanũ prædicatoris officiũ est lachrymas non risum populo incutere: hoc est euangelicũ dogma, & Christi saluatoris doctrinæ maximè cõsentaneũ. Obidq; ait seminat semẽ suum: nõ alienũ, scilicet scurrarũ. Quod si quis secus faciat is nõ ad audientiũ ædificationẽ sed potius ad suã & aliorũ oblectationẽ verba facere putabitur. ¶ Quinto aduertere debet prudens & pius cõcionator, ne, sicut loquaces auiculæ facere solẽt, quæ caueis abditæ humanas diuersas voces imitari, sic ille verba non sua, sed emẽdita proferat: id est ne ea prædicet populo, quæ ipse prius nõ egerit. Hoc est, quod ait euangelistã, seminare semẽ suũ. Itaq; casus, humilis, abstinẽs patiens, religiosus q; concionator reliquarum virtutum præco existet, quia semẽ suum seminat. Sic egregiùs ille prædicator dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum ipse aliis prædicauerim, reprobus efficiar. Seminator etiam manu seminat, itaque tu manu, & opere optimè prædicabis. Nam sicut regia chirographa nullius auctoritatis sunt, nisi appensum habeant sigillum regium: sic qui prædicat, nisi sigillum bonæ & benè moratæ vitæ habeat, nihil agit. Hoc enim sigillum eximiam verbis prædicatorum auctoritatem præstat. Quamobrẽ Christus prius dixit apostolis, Vos estis sal terræ, & posteà, vos estis lux mundi: quia virtus, quæ per talem ostenditur, lucem doctrinæ præcedat est necesse. Lux in lapide in oleo sustinetur: sic doctrina in vita misericordiæ & bonitatis plena. Ita Deus in vestimento summi sacerdotis non antepoluit superhumerale, quã tunicã hyacinthinã, quia nõ ante ire sapiẽtia opera debet, sed prius opera exerceri, & postea sapiẽtia est habẽda, quasi quidã habitus, à multis bonis operibus procedẽs. Tum etiã nõ antea doctrinæ, quã rationale: quia nõ prius docere, quã nos instruere & institicare debemus. Super hæc autem additur veritas, quia veritas est summa sapientia. Oseas etiam hunc eundẽ ordinẽ seruat, cũ dicit. Seminate vobis ad iustitiã, & metite fructũ vitæ, & illuminate vobis fructũ scientiæ. In Leuitico etiã præcipitur offerri animalia ruminantia & diuidentia vngulã: quia nõ satis est, vt rumines meditãdo & accendo in scholis, sed oportet diuidas vngulã, opere & dum splendo quæ doces. Si meditaueris legẽ diuinã, & ea quæ eius ad substantiã & spiritualẽ intelligentiam reuocent, vitam autem tuã & actus tui nõ sint tales, vt diuinctio-

nem facias inter præsentẽ huius seculi vitam, & vitã futurã alterius, camelus tortuosus cẽsendus es: qui cũ intellectũ acceperis ex meditatione legis diuinæ, nõ diuidis neq; segregas præsentia & futura, nec angustam viam à via spatiosa secernis. Sunt enim qui assumũt testamentum Dei per os suum, & cum legem Dei in ore habẽt, vitã & actus tui longè à vorbis eorum, & sermonibus dissentant. Dicunt enim & non faciunt. Peccatori enim dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum. Ruminat hic, sed non diuidit vngulam quare immundus est. ¶ Dilce igitur prædicator verbi Dei qualis esse debeas. Si alios mundare vis tu esto mundus. Si alios in Dei amore feruẽtes & ardentes facere cupis, opus est, vt in te ignem cœlestem excites, quo auditores feruere facias. Nã qui fieri potest vt frigidus & tepidus alios ferentes reddat? Quare quèadmodum si ad extinctos carbones alios similes admoueas nihil agis, accendentur autẽ facile si ignem approximes: sic qui peccator tanquam extinctus carbo, ad male moratũ accedit prædicatorem nunquam conuertetur. Propter quod de Christo domino nostro omniũ prædicatorum decere & ornamento dicitur. Ignis ã facie eius exarsit, & carbones succensi sunt ab eo. Peccatores enim aqua malæ cupiditatis extincti, prædicatione euãgelica succensi sunt. Carbonibus enim facies peccatorũ cõparauit Hieremias dicens. Denigrata est super carbones facies eorum. Sic opus est, vt tu prædicator ignita habeas eloquia, à pectore pleno charitatis igne flammantia, vt corda auditorum calefacta. Sic Petrus, qui aliquando frigidus fuerat, igne spiritus sancti succensus in die Pentecostes ferè tria millia carbonum extincta accendit. Esaias etiam, qui labia habebat immunda, habuit opus purificatione antequam ad prædicandum mitteretur: propter quod veniens vnus seraphinorũ tulit carbonem ignis de altari, & tetigit labia ipsius & linguam, & purgauit: eaque purgata statim mittitur ad loquendum. Quandiu habuit labia immunda, non iunctum fuit illi prædicationis onus. Mundantur labia ipsius: & post dignus habitus est, cui prædicatio mandari debeat. Ex quibus colligimus eum, qui peccatorum sordibus inquinatus est, indignũ esse ad prædicationis officium subeundum. Nam eius vitiosa vita & mores suspectionem non paruã auditoribus injiciunt, non esse ve-

Philip. 2.
Hierem. 14. Psal. 73. Iean. 4.
Matth. 10.
Luc. 23.
Luc. Matth. 9.
Psalm. 118. Act. 4.
Matth. 13. 7.
Psalm. 49.
Matth. 23. Psalm. 49
Thren. 4.
Actor. 2.
Esaiæ. 6.
Psalm. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra quæ ab illo fuerint edocti. Ad quod, hoc argumento mouebantur, quod videlicet nō est verisimile aliquē ita desipuisse, vt alijs bene consulat sibi autem male. Si bona sunt, quæ decet, cur ea non facit? Si bona sunt quæ facit, cur ea non docet? Itaque quocunq; se vertat, improbitatis conuincitur, aut male viuēs,
Iudi. 20. aut male docens. Victi fuerunt bis filij Israel pugnantes contra Beniamin in bello iusto, quia ipsi eodem crimine erant contaminati. Hoc autem non intelligo de prædicatore, cuius mala vita latet: is enim sicut nullo præmio prædicās dignus est, ita nec pœna. Quoniam peccatum suum cum lateat, nihil prohibet,
Esaiæ. 6. quominus eius doctrina vera esse credatur. Mittens Deus Esaiam ad prædicandum eius labia accenso visit carbone, innuēs verba prædicatorum debere esse ignita & diuino amore ardentia, vt corda auditorum deurant. Cū
Exod. 19. Deus legem populo suo in Sina monte darē vellet, totus mons visus est conflagare, deinde vox tubæ paulatim ingruentis. Similis sit huic monti Euangelicæ tubæ inflator, vt videlicet prius totus amore diuino exardescat, de
Mar. 8. inde vero tubam prædicationis insonet. Bis
Ioann. 6. legimus Christum paucis numero panibus multa hominum millia satiasse, quos tamen antequam partiretur, manibus sumpsit suis: ita & tu doctrinam tuam docturus populū, opus est, vt illam prius manib' tuis operēris,
Exod. 3. tunc demum cœlesti pane animas omnium satiabis. Moses virgam manu tenens virgam esse videbat, quam tamen simul ac in terram proijciebat, in anguē conuersam mirabatur. Sic prædicator dum doctrinā suā manibus præstat suis, rectam esse videt, postquam vero illam ab se proijcit verbis tantummodo cōtentus, serpentem esse cogit, quo ipse lacessitur & auditores scandalizantur. Idēo semi-
Esaiæ. 6. nator, qui ꝑdicator est, tria facit antequā semi net. Primo semen doctrinæ euulgandum manu capit: vt scilicet prius operetur, quam doceat, vt iam diximus. Secundo semen mūdat domi seminaturus, ne forte mala gramina seratis prædicator prius singula apud se debet verba expendere, ne quid effundat, quod bonis noceat, aut fructum bonæ doctrinæ impe-
Esai. 50. diat. Vnde Esaias: Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Dominus Deus aperuit mihi aurem, Ego autē non contradico. &c. Tertio semin itor terram diligenter consideret, vt quæ tritici ferax est, tritico seminetur: quæ vero hordei, hordeo. Sic prædicator iuxta audientium captum doctrinam suam spargere debet. Ideo Paulus. Non veni, inquit, ad vos *1. Corint. 2.*
in sublimitate sermonis: sed tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis, non escam. &c. Sed satis hæc sint de prædicatore. ¶ Hactenus egimus de semine & de seminatore, hoc est de prædicatore & verbo diuino: nunc paucis verbis de terra, in quam semen cadit, agendum est. Hæc autem terra, vt ex litera patet, proculdubio corda audientium prædicationem sunt. Quatuor autem differentias huius terræ Christus posuit. Nam quidam audientes verbum, non fructificāt: quia illud non credunt. Alij autem licet credant, impediuntur fructificare. Primi fructum ferre nullo modo possunt: nā verbū nō creditū, animum ad agendum nullo pacto mouere posse, verosimile est. Et isti comparantur semini cadenti secus viam: quia licet terra sit bona, impossibile est ibi fructum gigni, cū transeuntium pedibus conculcetur. Hoc semen tollit diabolus, sicut aues granum de terra: ne credentes salui fiant. Quia verbū, quod non creditur mox ab animo nostro elabitur: quia animus nō curat de eo, quod verum esse non putat. Cæteri autem qui credunt, licet non operentur, verbum in animo retinent, cum credunt illud esse verum. Et sic de sola prima parte seminis dicitur, quod volucres comederunt illud, & etiam à diabolo raptum fuisse. In spinis autem, & supra petram semē manet, licet fructum non gignat: quia isti sunt qui credunt & non operantur. Quia tamē verbum creditum mouet animū: necesse est, vt credens operetur, nisi impediatur. Est autem duplex impedimentum, alterum propter timorem, alterum propter amorem: quia ex istis passionibus oriūtur cæteræ. Propter timorem impeditur qui cessat ab operatione tētatione insurgente. & hoc est semen, quod cecidit supra petram. Propter amorem autem impediūtur illi, qui propter aliqua bona huius vitæ, uid: licet diuitiæ, honores & carnis obletamēta cessant ab opere: & hoc est semen cadens inter spinas. Et quia non sunt p'ures modi, generaliter loquēdo, quibus homo audiēs verbū Dei non fructificet, posuit Christus tres tātūmodo partes seminis non fructificantis, & vnam fructificantis. Sed singulas has quatuor differentias terræ expendamus, & audiamus dominū dicētem. *Qui autem secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde*

deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Audiunt quidē multi verbum Dei & delectantur in prædicatione, sed non proficiunt. Quemadmodū nonnulli oblectantur musica, & musicos, aliquorum fortitudinem & res gestas, & facta præclara canentes libenter audiunt, sed virtutes, quas illis laudibus efferunt & cantibus celebrant imitari non curant. Sic oblectationis & recreationis tantum causa multi audiunt concionatores: sed non imitantur virtutes, quas laudant. Audiunt concionatores, vt eorum mulceantur artificio, eloquentia & doctrina: non autem, vt iuxta eam viuāt. De his
Ezech. 33. dominus eleganter per Ezechielem loquitur dicens. Et tu fili hominis, filij populi tui qui loquuntur de te iuxta muros & in ostijs murorum & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes. Venite & audiamus quis sit sermo egrediens à domino. Et venient ad te quasi ingrediatur populus, & sedet coram te populus meus: & audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in Canticum oris sui vertunt illos, & auaritiam suā sequitur cor eorum. Et est eis quasi carmen musicum, quod suaui dulcique sono canitur, & audiunt verba tua & non faciunt. Hæc olim loquutus est dominus Ezechieli: quod quidem & nunc passim fieri videmus. Faciunt cutriculia, conuocant concilia iuxta muros & ostia domorum, & congregant sui similium conuenticula, vbi iudicant condemnantque concionatores verbi Dei, eosq; vituperant, quosdam vero laudant: & ipsi veniūt dumtaxat ad sermonem vt audiant curiose, non vt discant pie & deuote. Et eis quasi carmen musicum. Hoc est, ipsi dum audiunt concionem discernunt quasi cum modulatur quis, cuius vocem tonum obtemperant auditores: vtrum expeditam sonoramue aut remissam insulsamque emittat vocem. Sicut de musicis & cantoribus sic de concionatoribus iudicant: vtrum tepeat, ranci fiant, maternaue lingua perpolite comicēque vtantur. Ac conuertendi se nunquam studeant: quod si accidit vt penetrabilis Dei verbum ad eorum viscera pertingat non sustinent, sed mox ad priora vitia percurrunt, & ad pristinum redeunt flatum. Hij similes sunt Sauli Regi Israel qui dum persequeretur Dauidem quem inique oderat offendit in via prophetarum chorū laudantium & benedicentium Deum: quos cum vidisset Saul & ipse etiam spoliauit se & inter eos psallere cepit & collaudare Deum. Et cum verba quæ ore protulerat cordi non adhærebant, mox vt discessit ad vomitum reuersus vt canis persequebatur Dauidem. Itaque vt apes multa de- *2. Petri. 2.*
currentes solum floribus delectantur, illosque decerpunt, alia vero reliquunt: sic ij auditores totam concionem audientes nihil præterquam pulchre dicta eligunt. Hæc tantum curant, & solidam doctrinam contemnunt. Id prænidens Paulus Timotheo *2. Timo. 4.*
dixit, Venient tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerbabunt sibi magistros prurientes auribus & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. In Actis apostolorum legimus Athenienses ad nihil aliud *Actio. 17.*
vacasse, quam vt aliquid noui dicerent, aut audirent. Solent etiam isti flores prædicatorum aliquando prodesse, & inter hæc aliquem bonum motum contipere. Et audientes conciones solent multi vitæ suæ emendationem proponere: sed nihil proficiunt: licet bene cogitent, quia tentati à diabolo succumbunt. Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, qui ex curiositate, aut non recta intentione audiunt, ne credentes salui fiant. Multi quidem bene audiunt, sed non perficiunt: quia diabolus tollit verbum Dei de cordibus eorum. Venit diabolus, qui latinè dicitur calumniator, Græce diabolos. Hebraice zabulus, hoc est deorsum fluens, eo quod à cœlestibus in terram sedibus corruerit. Assimilatur autem hic volucribus cœli propter similitudinem: quia volucres comedunt semen, ita vt terra fructum ferre non possit: sic & dæmones tollunt verbum bonum de corde hominum, vt fructu boni operis priuentur. Morantur etiam in aëre sicut aues, & minuta leuiores sunt cæteris creaturis, sicut aues reliquis animalibus agilitate antestant. Hic tollit verbum de cor- *Iudi. 6.*
de audientium illud, sicut Madianitæ, qui vastabant segetes Israel. ¶ Obserua autem pro huius loci expositione, diabolum nihil penitus ab intellectu aut voluntate nostra eripere posse: quia operatio dæmonis non potest peruingere directè vsque ad substantiam animæ nostræ: nec etiam Angelus id efficeret. Quoniam solus Deus, qui animæ nostræ illabitur, & in illa vere est, potest in ea operari. Et ideo etiam si Deus permitteret diabolo

Universidad de Deusto
Biblioteca

facere quod posset, non posset tollere aliquid de intellectu nostro, aut de volũtate: nec scit quid habeamus in intellectu, aut volũtate nostra. Potest tamen dæmon operari circa phãtasmata, quia phantasma dicit organũ corporale: & totum intelligere nostrum à phantasmate pendet, eo quod intellectus noster non habet formas per quas intelligat, sed per sensum accipit à rebus. Vnde dæmon perturbare phantasiam potest, destruendo eam, vel illam ineptam faciendo ad vsum intelligendi. Et ita poterit auferre omnem intellectionem nostram: sicut apparet in aliquibus ægritudinibus, in quibus turbatur cerebrum. Sed Deus illis hoc non permittit, nec etiam corporaliter nocere hominibus quantum volunt: suggerunt tamen figmenta cogitationi, vt fidem euertant. Quomodocunque autem suadẽte diabolo homo non credit eis, quæ predicantur, dicitur diabolus tollere verbũ de corde eius. Et sicut potest tollere de corde isto modo quo diximus, potest etiam mittere, sicut Ioannes ait, misisse diabolum in cor Iudę, vt dominum traderet, transmutando phantasias omnes & imaginationes, & denique ipsas potentias organis infixas, sensus deludendo, quantum Deus permittit. Et quia intellectus vtitur illis potentijs, ideo ipsis turbatis cõmuniter turbat rationem. Intellectus autem ratione turbata necessario vitiatur & vitiosus voluntatem ad se trahit: qua decepta, peccatum committitur. Hoc autem modo diabolus indirecte & mediate mittens has fallas, & impias cogitationes omnia perturbat, vsquequo voluntas volens & libere consentiat peccatis: & tunc tollit diabolus gratiam & charitatem & merita, & aliquando fidem, ita vt non credat verbo Dei, nec Ecclesiæ prædicanti. Audi quid fecerit Iacob, vt oues, & captæ conciperent fœtus maculosos. Posuit ante oculos gregis, quoties aquatum iret, virgas populeas & amygdalinas, cortice partim erepto, partim retento. Quo pacto virgæ discolores effectæ, & in perspicua sublacentes aqua, veneris tempore, matrum per defixos sensus fœtus in vtero maculabant. Ita & dæmon sensibus nostris varia delirantenta obijcit, si qua possit animã labe peccati inaculare. Cũ enim optime nouerit tempora, quibus nos, quasi quadam ventre libidinum furore rapimur, quando maiorem in modum ardescimus, in aqua nostræ voluptatis talia obijcit phantasiæ vasramenta, tantis distincta puetatis coloribus & simulationibus, vt nemo nisi castissimus ab omni culpa conscientiam non maculatam fere possit seruare. Vnde, sicut in grege Iacob accidit, vt eo colore agni tingerentur quem matres eorũ concipientes oculis hauserãt: sic euenit miseris mortalibus, qui incautius varia cogitantes, pauci maculã peccati euadunt. Nam in ea miserrimè labuntur vitia, quibus frequentius à dæmone solicitati non restiterunt. Hostis nanque generis humani, qui optime vniuscuiusq; ingenium & mores nouit, ea se gerit arte, vt iracundis iræ, libidinosis veneris, superbis arrogantiæ semper cogitationes obijciat: quibus mille fucatis pietatis coloribus, intellectum & voluntate seducit. ¶ Ad ducẽte autem non possunt Iacob quascunque virgas, sed tantum populeas & amygdalinas, vt hinc etiam discas labilitatem & inopiam huius vitæ. Nam sicut populus sterilis est, nulliusque fructus ferax, frondes tantũmodo virentes ostentat: amygdalus autem, præcoci vernãs flore brevissimę & floré & frondes amittit: sic vitia nobis ante oculos à dæmone obiecta, quasi populeæ & amygdalinæ virgæ fugacia, sterilia & brevissimę iucunditatis sunt. Flosculi sunt inconstantissimi carnis oblectamenta: quæ quamuis fortunæ vel naturæ vice collabuntur. Reliqua autem vitia floribus infirmissimis sunt similia, quæ quocunque aduersitatis flatu decidunt: autoremque suum nudum relinquunt. Omnia vanitas & stercus sunt. Vnde impij in inferno positi dixerunt. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra. In hũc prope modũ se habent omnia secularia non modo vitiosa, sed etiam inculpãda supellectilia: quoniam tanquam flores euanescunt, & tanquam vas figuli confringũtur. Nec etiam vacat mysterio, quod alias cũ cortice, alias sine illo, virgas posuerit Iacob. Sic enim à dæmone prima obijciuntur hominibus vitia, alia quidem perspicua quæ facili negotio, & videri & caueri possunt, omni velamine sublato: alia vero ita obducta vt difficillime possint vitari & ,puideri. Sæpe nãq; numero Satanas se in angelũ lucis trãsfigurat: & illos miserrime decipit, qui nibus caute agentes, in vitiorũ laqueos facilius illabuntur. Eo modo vxor Hieroboam cassite obuelato & facie, incessit, putans se decepturam prophetã Ahiã ignarũ. Posuit igitur virgas Iacob cortice obtectas & alias corticibus destructas.

Eodem

Eodem modo tentat diabolus apertis tentationibus, & simulatis atque coopertis vt decipiat. Sed quia de hoc genere tentationũ iam diximus in præfatione beati Lucæ, nunc procedamus, & videamus sequentia: *Nam qui super petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt* Cadit semen super lapidem, cum cadit super cor durum & obstinatum. Homines enim huiusmodi quonã ex peccandi cõsuetudine longinqua obriguerunt instar marmorei montis, quanquam non inurti doctrinam audiunt Euangelicam: difficile tamen, ita emolliuntur, vt vel à peccãdo se abstineãt, aut ad virtutem se conferant. Tantum potest in omnibus rebus etiam nocentissimis vsus tempore confirmatus. Quare sicut cadente pluuia lapides foris madescũt, intus vero suã siccitatem cum duritia seruant: ita isti fallaces homines extrinsecus miti placidoq; apparent vultu, ora, dum sacris intersum concionibus, nonnũquam lachrymis rigant, at miés immotu manet in obstinatione sua. Hanc miserrimam vitæ conditionem efficit peccandi consuetudo. Eo enim miseriæ deuenit anima peccando, vt adeo in peccatis indurescat ne vnquam sese ab illis eruere, aut raro possit, nisi specialiter diuino subleuetur præsidio. Vnde Iob de obstinato peccatore ait, Cor eius indurabitur quasi lapis. Quare ne in tantam duritiam forte perueniás, multo ante præcauere debes. Inquit enim scriptura, Cor durum male habebit in nouissimo. Sicut etenim illa, quæ dura natura sunt, grauia etiam sint est necesse, vt in lapide videmus, qui de turre missus nisi impediretur, ad centrum vsque perueniret sic ille qui cor durum & lapideum habet si à morte emissus fuerit, procul dubio ima inferni peteret loca. De Pharaone ait Deus, Indurabo cor Pharaonis. Quamobrem impius rex obduratus vocem Mosis tam egregij concionatoris non audiuit, tatis editis miraculis: nihil tamen illi profuit, vt verbũ Dei susciperet. Et ideo de illo eiusque obstinatis militibus dixit Maria Soror Mosi in cantico, Descenderunt in infernum quasi lapis. Si verum est illud, quod inter philosophos est celebratissimum, scilicet, omne graue deorsum tendere, quo tãdem ibit anima, Pharaonicæ similis, nisi in infernũ: cuius tanta fuit duritia, vt durissima etiam saxa illius comparatione molia videantur? Quo etiam tu te decensurũ putas, quem assiduæ concionatorum voces plusquam lapideum cor gerentem, mouere nõ possunt? Crede mihi indurate mentis peccator, quòd in tartara descendes, nisi pœnitentiam egeris: quam existimo propter impenitens cor tuum & duritiam tuam minime actutum. Timendum tibi quidem est. Si quidem ea negligentia & incuria vitam agis tua, vt indies peior fias: nec tantis propositis documentis quicquam ad virtutem moueris. Hęc cordis duritia in causa est, quare isti tam citò ad peccata reuertantur, à quibus vix dum semel exierant. Non concedunt isti locum spiritui sancto instar duri corporis, quod digito tangenti nõ cedit. Sic cor durum spiritui sancto, qui digitus Dei dicitur neq; ipsi cedit. Hoc modo quibusdam Iudæis obstinatis dixit Stephanus, O duri ceruice & incircuncisi corde, vos semper spiritui sancto resistitis. Nihilominus tamen ea est diuina clementia, vt hæc etiam obstinatissima corda nullis modis nitatur mollire. Quemadmodum nanq; qui aliquid mollefacere vult prius impressũ manibus hucilluc versat, si adhuc resistit adhibet vnctionem, post vnctionẽ vero illi aquã conijcit, postea in ignem, deinde ad incudem ducit, quod si nec hoc modo mollire potest, tanquã omnino inutile abijcit. Sic Deus erga humana se gerit corda. Primũ enim illa quasi manibus suis contrectans benigna passionis suæ, grãdiumq; beneficiorum memoria mulcet. Secundo illa inungit diuinis auxilijs & inspirationibus, quibus facilius peccati rigorem deponãt. Tertio bonorum temporaliũ aquis inundat, vt gratias autori agendo in memoriam veniant delicti sui. Quarto ignibus tribulationum, & infirmitatum vexat. Deniq; ictibus mortis temporalis cõmittit, vt vel saltem tunc resipiscant, & conuertantur. At vero si nihil istorum potest deperditã reuocare volũtatẽ, nulla mora est, quin huiusmodi miserrimi peccatores, quorũ corda marmorea vllis non potuerũt mollescere vitibus, in infernum conijciantur. His igitur quid prodetunt conciones, aut prædicatorũ verba: quos non mouerunt nec deliciæ, nec flagella diuina? Vt enim illi, qui ad ea loca Nili cataduras appellata, inhabitantes, prorsus nihil audiũt: quoniã nimio fluuij fragore ab altissimis mõtibus labentibus surditatem nativam contrahunt, obstupescente audiẽdi sensu nimia obiecti efficatia & abundãtia: sic qui huius seculi tumultibus & torrentibus semper desistũt,

Genes. 30.

Ioann. 13.

Sapien. 5.

Psalm. 4.

2. Corin. 11.

3. Reg. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersis corda sua oblectamentis ingurgitantes, ex vsque adeo stupida & insensibilia reddunt, vt Dei vocationes non percipiant, sed inutilia & vitiosa murmura. Aut si in initio aliquandiu factis concionibus tangũtur, paulatim negligunt: more illorũ, qui viciniam alicuius ferrarij fabri adepti, primo malleorum grauiter ictibus offenduntur: quibus tamẽ in dies perseuerantibus, inducta consuetudine, non modo non mouẽtur, quin etiam suauius dormiunt. Quare non est mirum, quia ita incaute viuunt, in eadem deuenere salutis suæ desperationem, vt nec concionibus, nec inspirationibus aut clamoribus diuinis possint excitari, aut molliri. Quemadmodum vulnerata tabe confecta & corrupta, sensus stupore chirurgi ferrum nequaquam sentiunt: sic isti peccandi cõsuetudine obdurati medicabile Dei ferrum nõ sentiunt: hoc est diuinas vocationes non exaudiunt, imò potius more immedicabilis vlceris indies medicina ipsa corruptiores fiunt. Non sic sese habebat Dauid. Dicebat enim, Factum est cor meum sicut cera liquescẽs in medio vẽtris mei. Idco dominus, vt audiri ab hominibus posset per Ezechielẽ ait. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneũ. ¶ Sed videamus quæ sit huius tantæ duritiei causa. Et quanquam alicui fortasis Deus ipse huius obstinationis causa esse videatur, iuxta illud, Ego indurabo cor Pharaonis. Tamẽ nec fides nec ratio patitur, vt Deum optimum maximum autorem nostrorum crimimum faciamus. Quare sapientius dicemus Deũ non esse causam effectiuæ, sed permissiuæ huius duritiæ. Sicut nanq; medicus quantumuis infirmorũ sanitati studeat, ægrotos tamen infirmos & medicamina renuentes, vt incurabiles relinquit tandẽ, post varias preces, & minas, quibus nihil promouit: sic Deus peccatorem multum diuq; vocatum, postquam volentem ducere non potest, ne inuitum trahat: deserit. Hæc nanque inter Deũ & medicũ interuenit differẽtia: quia medicus ne frustra contẽtur, infirmũ deserit: Deus vero ne libero arbitrio vim videatur inferre, quod liberrimũ esse voluit, vt homines mererentur aut gloriam, aut supplicium, peccatorem relinquit. Hac de causa poterat quidẽ Deus impium Pharaonem maxima aliqua plaga & insuperabili aliquo portento mouere, & conuertere: sed quia iam satis superq; monuerat multis variisq; signis, quæ omnia præpotentis tyranni duritie nihil profuerũt, ideo illũ vt immedicabilẽ deseruit. Itaq; cum Deus omnia futura in conspectu habeat, hoc innuere voluit dum dixit, Ego indurabo cor Pharaonis, id est, nõ adijciam vlla beneficere illi, vt conuertatur. Quare sic induratus in mari Rubro interijt. Cum auxilia supererogationis Deus tollit, tunc dicetur permittere aliquid: licet non tollat necessaria ad conualescendũ auxilia. Quia cum possit peccatorẽ eruere de sua potentia, non vult: ex maximis peccatoris demeritis. Vnde Paulus ait. Quẽ vult miseretur, & quem vult indurat. Quæ verba iuxta supra dictam explicationem accipienda sunt. ¶ Sed vt explicatius omnibus pateant aduertendum est in quolibet peccato duo considerari, recessum à Deo & accessum ad creaturam: vt ex peccati diffinitione colligitur. Quoties igitur homo accedit ad creaturã non recedens à creatore non peccat: si tamen ita accedit ad illam, vt Deum deferat, tũc etiamẽ admittit. Quare, sicut noctu sol à nostro, hemispherio recedens quodammodo obscuritatis causa dicitur, quia interposita terræ mole superiorẽ illius superficiem illustrare non potest: sic Deus obdurationis peccatorũ causa dicitur, quoties interposita criminũ congeries supremã animarum nostrarũ faciem non illuminat. Attamen sicut proprie loquendo sol nullo modo noctis est causa, sed terræ oppositio: ita impiũ esse asserere Deum animos hominum deprauare, quod humanæ malitiæ proprium est. Vnde illud, Perditio tua ex te Israel. Peccatori igitur, vt effrenis equus, peccandi pessima consuetudine calcaria adijciente, imprecepsq; spõte sua ruit. Sic Deus de quibusdã ait. Ipsi regnauerũt, sed nõ ex me: principes extiterunt, & nõ cognoui. Ideo inquiẽs per Oseam Deus, Perditio tua ex te Israel, sed tamen subdit. Auxilium tuũ ex me. Tanta enim est liberi arbitrij immunitas vt nihil quicquã aut addere, aut detrahere hominis voluntati ipso inuito possit, nisi solus Deus: quod ille non facit, partim vt mereamur sponte bene operando: partim vt puniamur pessime perseuerando. Quòd ô vtinam indignationis fulmen dominus à populo suo, in ethnicos & infideles conuertat. Vnde in quarto Regum libro habetur. Cœpit tædere super filios Israel: iratusq; est vehementer, & abstulit illos Deus à conspectu suo, & proiecit dominus omne semen Israel à facie sua. Itaque populus electus inter oẽs gentes, cui vsq; adeo Deus indulserat repulsus fuit culpa sua à facie domini.

Psalm. 21.

Exech. 16.

Exod. 7.

Exod. 14.

Roman. 9.

Osee. 13.

Osee. 4.

4. Reg. 17.

ſap. 1.

roman. 1.

apoc. 22.

domini. Laborauit sustinens: & ideo tradidit illos Deus in reprobum sensum, & ibunt in desideria cordis eorum. Sic loquẽs dominus in Apocalypsi cum quodã peccatore inquit. Qui sordidus est, sordescat amplius. Isti, vt hic ait Christus, cum gaudio suscipiunt verbũ Dei, quia de ectantur audiendo prædicationẽ, & cupiunt iustificari: sed in tẽpore tẽtationis recedunt à bono, quod proposuerãt: sicut Balaam, qui vidẽs tentoria Israel, fleuit, & cõuersus est dicens. Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Sed post pauca mutatus conuersus est ad auaritiam & ad peccata pristina: dedit̃que impium consiliũ, quo Israel periret. Sic multi vitia detestantur, at post planctum ad eadẽ reuertentur, duritie cordis, quæ ex inueterata consuetudine processit, attracti. Causam autem dedit Deus. Quia radices non habent isti. Non enim inter lapides semẽ radices agere potest, nec verbum diuinum in animo lapideo & duro vllo pacto hærere. Sic arbores, quæ sæpe transplantãtur ab vno loco in aliud nunquam radicãtur. Sic etiam qui inconstantes in virtute sunt nequaquã vigere, aut fructificare poterunt. Mutantur nanque tanquam arborũ frondes & quasi ostiũ in cardine huc illuc mouentur, nec tamen à peccatorũ excidunt vertebra. Quos vt inconstantes & instabiles Esaias pilæ rotundæ assimilat. Quasi pilam, inquit, mittet te in terram. Vt enim lusores pilam nusquã consistere patiuntur: sic permittẽte diuina iustitia peccata nullibi sontes sinunt in virtute immorari, sed à minore ad maiorẽ in peccãdo iactum agitant. Id intelligens Dauid dicebat, Deus meus pone illos, vt rotã, id est, instabiles & agitatos, sicut agitatur rota. Et Ecclesiasticus. Præcordia fatui, quasi rota carri. Hoc autẽ ex peccato prouenit iuxta illud. Peccatum peccauit Hierusalem: ideo instabilis facta est. Ideo Caim egressus à facie domini habitauit profugus. Pro profugo est in Hebræo נָד Nad: quod propriè instabilem & inconstantẽ significat. Tales sunt, qui se à domino separant sicut Caim: verum multo inconstantiores in virtute (si aliquãdo ad virtutem accedant) erunt illi, qui lõga peccandi consuetudine non semel, sed sæpenumero à domino recesserunt. Audiunt enim verbum Dei: sed sicut canis reuertuntur ad vomitum. Hos assimilat Iacobus hominibus se in speculo intuentibus, dum ait. Auditor verbi & non factor: hic comparabitur viro

ſap. 17.

Psalm. 36.

Ecclesiast. 27.

2. Pet. 2.

Matth. 13.

Esa. 22.

Iacob. 1.

consideranti vultũ natiuitatis suę in speculo. Nam quemadmodũ, qui in speculũ alpicit nihil nisi sui imaginẽ videt: sic qui audit & non operatur: similitudine tantũ bonus est, non opere. Nõ aliter in tabulis conspiciũtur ad fabrẽ depicta simulacra: quorũ alia incedere videntur, & non incedunt: alia ridere & non ridենt: alia corpus librare & tamen immobilia sunt. In quẽ modũ miserrimi peccatores gelidè & negligenter saluté suã procurantes, nihil ad virtutẽ prẽterquã conatum impendũt, quo huc illuc vacillantes in vitijs suis nihilominus hærẽt immobiles. Nulla alia ratio reddi potest germanior, cur tam sæpe videamus mortales quãplurimos sanctis præsertim dominicæ passionis diebus, qui sese ieiunijs, precibus, flagellisq; cõficiunt: statim vero, quasi illud perfunctorie fecissent, famelici multo vehementius ad libidines, voracitates, vitiaq; redeunt sua. Enim vero, quid prosint corporei conatus, nisi ex animo vero, & spontaneo, non ficto aut fallaci fiant, nõ video. Qua de causa ijs similisq; farinæ hominibus egregie imaginũ aptatur simulitudo: quoniã omnia facere videntur, & nihil faciunt. Ideo Dauid inquit. In imagine pertransit homo. Qui enim & audit conciones, & precatur, & ieiunat, cæteraq; opera bona externa facit non tamen interno affectu operatur, sicut simulacrum in pariete est. Hoc autem non indignũ etiam consideratione est, ex verbis Iacobi superius citatis. Nõ enim dixit. Auditor verbi, & non factor similis est mulieri consideranti vultum suum in speculo: sed cõparabitur viro. Multo enim aliter & vir & fœmina in speculo se considerant. Vir nanque licet in speculo videat, se aliqua inquinatum macula, aut fœditate, parum curat nec ornatus, aut mundandæ faciei studiosus eo magis efficitur. At fœmina, cui præcipua contentio est faciẽ vndecunque ornare & componere, vel minimã notam: non patitur, quin statim vel aqua, lintеoue abstergat. Qui concionem audiens suæ peccata castigata non reddit, hic similis est viro qui faciei suæ deformitates non emendat: at qui ea corrigit & delet, simulandus est mulieri quæ consideranti se in speculo, maculas vultus sui abstergit. In hoc igitur fœmineum genus imitemur, vt quod ipsæ in excolenda corporea facie, curæ & diligẽtiæ nauant, nos in ornanda spirituali impẽdamus. Itaque qui concioni interest, nõ debet sola auditione diuini verbi esse contentus, sed attento animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad singulæ prædicatoris verba sit, notetq; in vnoquoq; salutis suæ remediũ quasi in speculo inquiens, illud vitiũ meũ est: hac ratione propulsabo: peccandi autem cõsuetudini sic medebor. Et ita de reliquis. Deniq; eo pacto concionẽ audire debes: vt sicut opposito speculo oris fœditates, ita illa audienda conscientiæ labes omnes instar mulieris emundes, & abstergas. Quare auditor verbi & non factor cõparatur viro intuenti se in speculo, non mutieri: quia vir cũ se sæpenumero vitiorum notari à prædicatore videat, nihili facit. ¶ Obseruatu autem hic licet hæc inconstantia ab intrinseco plerunq; prouenire, solere etiam non raro ab extrinseco accidere, à malis consiliis videlicet & ab iniqua hominum familiaritate & cõsuetudine. Nã Deus qui ex lapidibus potest suscitare filios Abrahæ, & auferre cor lapideũ *Matthæ. 3.* & carnem concedere potest, & ex obstinato peccatore mollissimũ reddere & pijssimum: *Ezech. 16.* ita, vt audito verbo Dei fructus vberrimos producat, nisi humana obstaret nequitia. Verũ sæpenumero Deo interius animũ mouente & ad bona opera incitante, perfidi familiares dæmonis auxilio aduti adsunt recensq; conuersum amicum, nunc ridendo, nũc eius institutum deludendo, ab incepta deterrẽt viriuis via. Hæc e[t] fortissima quædam inferni vis, qua homines non pauci à virtute labuntur. Multi enim amicis plusquam satis est tribuentes eorũ decipiũtur monitis. Qui tamen *1. Reg. 13.* non ab amicis, sed potius ab impijs decipiuntur: sicut propheta ille senex, qui virum Dei animi ab itinere, & suo malo consilio prætaricari fecit illum à via domini, vt comederet: & biberet: atq; ideo à leone suffocatus est. Sic qui malis consilijs acquiescentes in bono nõ perseuerant incepto punietur à Deo, sicut ille propheta, qui ab incepto destitit nõ comedens nec bibens cum Ieroboam, eo quod adhibuisset impio sceni fidem, &c. Sed iam ad contextum veniamus. *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referunt fructum.* Optimè comparat Christus diuitias spinis. Primo, quia quemadmodum difficilis est & periculosus ad spinas accessus: ita rerum diuitiarum fœcundo, qui homini sortis cõditionis homines superbè & crudeliter tractare solent. Quod si postquã tenuiorem cũ ditione contraxerit, aut amicitiam inierit, non secus ab illo, si forte discessum moliatur, laceratus discedit, quã fidensissimũ subijsset spinetũ. Hinc sunt illæ quotidiè miserorũ aratorũ lachrymæ, quibus se passim à potentioribus spoliatos testantur. Alius agrũ, alius pecus, alius domũ sibi ablatã deplorat: nec est in terris iudex, qui opẽ ferat, aut consolator, qui dolorẽ leuet. *Quid dicam* præter rei familiaris iacturas, *quæ patiuntur iniuriarum & ignominiæ mala?* Sed hæc in hoc proposito satis sit dixisse: nũc vlterius progrediamur. ¶ Secundo assimilantur diuitiæ spinis, quia sicut qui spinas laxa tenet manu spinarũ nõ pũgitur aculeis: sin vero manũ contrahat, quo magis contrahit, eo magis sauciatur. Sic diuitiæ, si manibus extensis, id est, liberalibus, geras, noxiæ nõ sunt: at vero si arctius & auidius vtaris & cõprimas, mirũ est quàm nõ modo animã, sed etiã corpus ipsum *Eccles. 5.* eneruent atq; dedecorẽt. Vnde illud. Beatus diues, qui inuẽtus est sine macula; & qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Non obfuerunt diuitiæ quondam nobiscum illi, de qua scriptura inquit. Palmas eius *Prouer. 31.* extendit ad pauperem. Non sensit quidẽ hæc spinosarũ opum aculeos, quia extensa & liberta manu gerebat. Quod multo aliter accidit ijs, qui ita res suas fouent, vt difficile sit iudicare virum ambitiosius quærãt, an tenacius seruent. Quoniam sicut de phœnice auis memoriæ traditum est, qui suprema senectute frondes arboreaque congregat putamina, vt sibi conflagraturo incendium paret: ita isti nequissimi homines congregandis rerum temporalium quisquiliis omnem impendunt operam vt morte obita æternam sibi inferno pyram construant. Sic igitur rerum suarũ benignus dispensator qui temporalia bona æternis malis non anteponit. ¶ Tertio assimilantur spinæ diuitijs: quoniam sicut spineta suapte natura latibulum omnium reptilium, venenosorumq; animalium confugium sunt: ita diuitiæ vitiorum sunt receptaculum & sedes. Eo enim quo quis diues est, statim superbus, iners, mollis, impudicus, vorator, bibulus & tyrannus efficitur. Quæ omnia incommoda diuitiarum luxum consequuntur. Vnde in Ecclesiastico habetur. Diues iniustè egit & *Eccles. 5.* fremet. Quod si rectè animaduertamus non minus hac nostra tempestate diuites videbimus horũ vitiorũ vinculis implicatos, quam olim propheræ Michææ tẽpore: cum ipse di- *Mich. 6.* xit. Diuites eius repleti sunt iniquitate. Hoc autẽ eo accidit, quia natura comparatũ est, vt egestas virtutũ omniũ sit custos, luxus vero certissimus vitiorum fomes. Argumẽtum est enim in diuitijs non esse virtutẽ, & apud Græcos & Latinos optimos quosque viros: paupertatem amauisse legimus. Vnde Græcum est apud Plutarchum prouerbium, οὐδέ ποτε λιμὸς γέννης μοιχὸς. Id est, nunquam fames adulteria genuit. Nam sine Cerere & Libero friget Venus. Cum autẽ cibaria, omniaq; corporis voluptaria pecunia, vaneãt, inde fit, vt diuites multo sint pauperibus vitiosiores. Aptissimè igitur vel hac solum ratione cõferuntur diuitiæ spinis: quoniam & vitiorũ latebræ sunt, & quia possidentes mille solicitudinibus solẽt angere. Quapropter dõs hic cũ diuitijs angustias copulauit inquiẽs, semẽ inter spinas cecidisse, quo intelligũtur illi, qui à curis & solicitudinibus huius seculi suffocantur. Vnde sicut olitores hortos circũ sæpire spinis solent, ne furibus aut pecori facilis pateat locus: ita Deus diuitijs solicitudinũ & anxietatũ claustra obdidit, ne homines qui belluino more in secularia ruunt impune transeant, iuxta illud, quod per Oseam inquit. Sepiam viam tuam spinis. Quasi dixisset. Siquidem auiditas tua nullis coerceri potest vinculis, quia, hortos & pomaria expiles: aliud excogitabo remedium, circundabo videlicet vitam hãc delicioſam multorum laborũ vepribus, utquòd pudor non potuit, prohibeat periculum. Sic quemadmodũ pueri rapaces fructeris abstinẽt magis sæpimentorũ difficultate, quam institiæ & probitatis causa: ita sæpe sæpius vitiosi homines peccare timent diuturni aut supplicij causa. Hoc modo plurimi honoris ambitiosissimi, aut voluptatis cupidissimi, vel diuitiarũ amantissimi, ne ambiẽdo, aut periclitando, vel laborando defatigentur, nõ rarò à vitiorũ sequela absistũt. Verumtamen sunt non pauci pueris furacissimis similes, qui per medias spinarũ & laborũ sylvas non dubitant, cruentatis etiã manibus & pedibus ad voluptatũ bonorumq; temporalium hortũ pergere. O quot mortalium in orbe terrarũ sunt, quibus omne studium & solicitudo in hoc tantummodo versatur, corpus animãq; ipsum supplicio exponentibus æterno, vt breuicula animum expleant fugacique voluptate. De puteis mirum quidẽ nõ est: si in ipso ætatis feruore constituti ardentius quid aut experiant, aut sequantur, at vitiis ætati summum est dedecus, ita libidini manus victas dare? vt nullum in tota mẽtis arce rationi locum relinquãt. Oppositi rerũ cõditor parandis diuitijs æneum, laborũ & diſcriminum sæpimentum, vt vel inuitos contineret mortales. Atqui est illorum proteruitas, vt nullo obstante discrimine aut labore, per medias fluctuum aut armorum tempestates impetus ruant: & spretis æstus & frigoris morsibus voluptati indulgentes stipendiũ sub Satana egregia mereant militia. Quorũ nimiã solicitudinẽ egregiè poeta ille expressit, qui *Horæ epist. 1* dixit. Quanto deuites animi capitisque dolore, impiger extremos curris mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiẽs per saxa per ignes. O ciues, ciues, prius pecunia quærenda est: virtus post nũmos? Quoties igitur verbũ Dei, q̃ dignissimũ est semẽ, in eorũ hominũ animos cadit, qui variis seculi dissendũtur solicitudinibus fructũ ferre nequaquam potest: quoniã mundi amor germinantẽ suffocat vir- *Exod. 3.* tutẽ. Vidit Moses rubũ ardentẽ, qui tamẽ nõ comburebatur. Sic corda hominũ rubeto spinarũ obsita ardent & non exuruntur. Verbũ *Psalm. 118.* Dei est quasi ignis iuxta illud Psalmiſtæ. Ignitum eloquiũ tuũ vehementer, & te dominus per *Iere. 23.* Hieremiam prophetã ait. Nũquid verba mea non sunt quasi ignis, dicit dominus? Hunc ignẽ senserunt illi duo domini discipuli, qui dixerunt. Nõne cor nostrum ardens erat, dũ *Luce. 24.* loqueretur nobis in via. In cor auari descendit quidem verbum Dei & ardet, atque ea efficit: veruntamen nec diuitiarum spinæ nec ipsum cor exurit, sed integrũ & immobile persistit in rerum terrenarum amore: sicut rubus Mosi ardens non consumebatur. Quare multos videbis homines huiusmodi, qui dum eunt & intersunt concionibus ardere & moueri verbo Dei non parum videntur, adeo, vt eos iam melioris vitæ conditionẽ eligere existimes, sin tamen, aut mutuandũ aut dandum amitis, iuxta illorum indigentiã sit, quanquam omnibus prouolutus precibus cõtendas non impetrabis. Itaque in templo & in via pietatem tantum non domi, vbi maxime opus est, non in bonis operibus ostendũt: ea est hominum summa auaritia importunaq; religio. Hoc autem eo fit, quoniam sicut ille, qui affectu verbum Dei percipit, terrenam amittit cupiditatem: sic corda cupiditate plena, idem verbum affectu cordis percipere non valent. De quibus bene per Psalmi- *Psal. 57.* stam dicitur. Sicut aspidis obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantis, & venefici incantantis sapiẽter. Quorum, vt beatus Augustinus exponens hũc locum psalmi ait,

Universidad de Deusto
Biblioteca

serpens hic ne si in lucem à latebris caui sui exerat, audita venefici incantatione, alteram autem terra, alteram vero caudæ extremitate obdit, quo facto immota permanet in habitatione sua: sic auarus vt in vitiorum suorũ demersus fouea deliteſcat, ne vocẽ Dei quotidie vocantis audiat, animi auditum, terra, ideſt, terrenis cogitationibus & voluptatibus oppilat partim, partim vero cauda, ideſt: fine propoſito in quem omnes conatus ſuos dirigens, aut ditiſſimum, aut potentiſsimum ſe ſperat futurum. Quare ſurditate ſumma oppreſſus mirum non eſt, ſi neque concionatorum clamoribus, neque diuinis inſpirationibus, neque proximorum miſericordia moueatur impius auarus. Et non ineptè, quidẽ verbum Dei incantatoris voci confertur: quid enim magis mirabile, magisque inuſitatum (quæ hominum eſt tenacitas) quam vniuerſa derelinquere ſeculi bona, & mendicato viuendo Chriſtum ſequi dominum? aut quòd efficacius carnem verbo Dei, quòd hæc operatur? in paucis tamen. In illis ſcilicet, qui tanquam ſerpentes, non obturant aures ſuas, qui bona terra ſunt, & non obſiti diuitiarum ſpinis horrent. In reliquis enim, qui terrenis rebus & ſolicitudibus diuitiarum detinentur, nihil promouet verbum nihil prædicatores proficiunt: quia amor ſeculi germinantem virtutem ſuffocat, neque fructum facere ſinit. Sicut nanque in vaſe aliquo aceto pleno ſi guttulam mellis inſtillaueris nihil de acore acetum deponet, quia tantilla dulcedo in tanta cõtrarij ſaporis multitudine facile euaneſcit: ſic in humanis pectoribus verbi diuini ſuauitatis perite ſoleat. Peccatores nãque ſupra modum terrenis dediti cor acetoſum & multis amaritudinibus repletum habent: labore, videlicet, in acquirendo diuitias: timore, in cuſtodiendo: & dolore in amittendo. Quoniam quæ nimis amantur, nimio dolore relinquuntur. Si ergo mel hoc verbi cœleſtis, vel diuinarum inſpirationum in huiuſmodi corda mittatur, dubio procul mel perdetur & eorũ vita non mutabitur. Vnde prædicatori, qui in huiuſmodi homines doctrinam ſpargit, illud poeticum opinor aptari poteſt. Quid facis Oenone? quid arenæ ſemina mãdas? Nõ profecturis littora bobus arasti? ideo Chriſtus hos fructum non relaturos aſſerit. Non enim de quouis fructu intelligit, ſed de fructu perfecto & maturo, τέλος φορῶν, fructum abſolutum ſignificat. Igitur nõ ſolum propter hæc mala contẽnendæ ſunt diuitiæ, ſed quia ſeparant à Deo, & obnubilant intellectum. Luna non patitur eclipſim, niſi cum plena eſt: ſic homo tunc maximè obſcuratur cum plenus eſt diuitijs. Rurſum ſicut luna in plenilunio magis diſtat à ſole, à quo lumen accepit: ita homo, tum demum longiſsime ab illuminatore ſuo & creatore Deo ſeparatiſsimus eſt, quando ſcilicet diuitiarum luxu & ſuperabũdantia tumet. Quare tunc, non eſt mirum, ſi, ſicut lunæ terra interiecta caligine offundit, ita eadem terra interpoſita inter Deũ & miſerum peccatorem, ipſum fœditate ſua obſcuret atque obruat. De ijs ait Eſaias. Orientur *Eſa.34.* in diebus eius ſpinæ & vrticæ. Sed de his tam ſatis. ¶ Obſeruandum quoque hic eſt, dominũ tam hoc in loco, quã alibi hoc verbo, cecidere, vſum fuiſſe, Non enim ait, ſeminatorẽ, ſemen proieciſſe, aut aliud ſimile, ſed inquit. Aliud cecidit ſecus viam, aliud cecidit ſupra petram, aliud cecidit inter ſpinas: aliud cecidit in terram bonam. Hoc autẽ eo fecit, quia prędicator non intendit prædicare ineptis: facit enim prædicando, quod in ſe eſt: ſed nullius voluntatem cogit quo vel bene, vel male, & vt voluerit verbum Dei accipiat. Quod ſi quis vel malitia vel infirmitate diuinũ verbi ſemen imprudentius tractet, quoniã hoc caſu & non ex prædicatoris intento, euenit: ideo ſapientiſsimè dixit dominus. Aliud cecidit in via, aliud cecidit ſupra petram. &c. Prætereà, quãuis ex profeſſo & de induſtria ſciẽs & volens prędicator ſeminaret ſecus viã, vel inter ſpinas, vel ſupra petram, accipiẽdo hãc ſeminationem, vt Chriſtus hic accipit & in ſenſu, quo prætendit, non eſſet inconueniẽs: nõ enim eadem per omnia ratio eſt inter terrã ſeminandã frumento, & animum ſeminãdũ diuino verbo. Nam etiam ſi ſtultiſsimus eſſe ille agricola cenſeretur, qui ſemen ſereã ſupra petras, & vias, ſenticoſaque loca prodigeret: at non ſic de diuini ſeminis ſeminatoribus dicendum. Quoniam agricola ſeminãdo terram mitiorem, aut ſeminis capaciorem non faciunt: imò potius ſeges ipſa agrum exhaurit, & effœtum reddit. At prædicatores iuuantibus diuinis inſpirationibus, quaſi quãdam pluuia aereaque clementia ſæpenumerò monendo & ſubigendo, animorum teſqua in mitiſsimum & cultiſsimum fundum reſtituunt non ſolum diuini ſeminis capacẽ, verum etiam, fructus feraciſsimum. & qui etiam poſsit ſemen in alios cõſerendos agros ſuppeditare, ideſt, qui de flagitioſiſsimo conuerſus, alios ad diuinam frugem conuertat. Ideoque non eſt incommodum, imo vtiliſsimum & in primis neceſſarium peccatoribus quantumcunque deſperatis prædicare: licet enim aratores viribus naturæ agrorum conditionem mutare non poſsint ſerẽdo, poteſt tamen Deus qui omnia poteſt, animorum duritiam & acerbitatem mollire, vaſtationẽ occludere & ſpinoſitatem exurere. Ipſe enim ait. Nunquid verba mea non ſunt quaſi ignis ardens: & quaſi malleus cõterens petras? Eſt quidẽ verbum Dei quaſi ignis calefaciens & illaminans mentes, iuxta illud pſalmi. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumẽ ſemitis meis. Si ergo verbum, ſicut ignis ſpinas cõburit: & ſicut malleus petras frãgit, animi obſtinationem comminuit, nemini quantumuis peccatori deſperandum eſt, ſi modo cũ affectu & proficiendi animo verbum Dei audit. Si habet cor lapideum dominus habet malleum ferreum quo percutiat. Sicut enim ex frequenti percuſsione in ſilice elicitur ignis: ita dominus ex corde duro & lapideo elicere poterit ſcintillas deuotionis. Et ſicut ex frequenti percuſsione lapis durus politur, & in in pulcheram imaginem reformatur: ſic in pectore per frequentem auditionem verbi Dei reformatur imago Dei deturpata per vitia.

Itaque licet aliquando eueniat vt in plurimis verbi diuini prædicatio ſit infructuoſa, in quibus common-faciendis idẽ accidit, quòd in arena, cui ſemen mandatur: tamẽ fieri poteſt, vt conuertantur, quantuncunq; indurati & obſtinati ſint. Atque ideo non ceſſandum eſt à prædicatione & mittendum eſt ſemen ſecus vias, ſupra petras & inter ſpinas: quoniam poteſt Deus ſpinas comburere, petras mollire, & aues tentationum & malarum cogitationũ abigere. Sed de quarta parte ſeminis audiãmus: *Quod autem in terram bonam, ii ſunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia.* Iſti ſunt qui audiunt verbum Dei & retinent & afferunt fructum centuplum. Nam, ſicut non prodeſt cibus, ſi eum euomis & non retines: ſic verbũ Dei in corde non proficiet quicquam niſi retinueris, & cõſeruaueris illud. Rurſum ſicut ſtomachus deficiente calore cibum non concoquit: ſic anima niſi charitatẽ habeat, verbum auditũ nutrire & vegetare nequit, quod cibus ſpiritualis eſt. Expende autem Chriſti Saluatoris noſtri dignationem & charitatem,

qui nomẽ ſuum cordi noſtro communicat. Hoc enim optimum ſolius Dei eſt nomen: quia ſolus Deus eſt optimus, & ſolus ipſe eſt maximus, & ipſe optimus & maximus eſt. Cor autem hominis, teſte Hieremia, præomnibus pranum eſt. Sed vide rerum commutationem & quanta ſit Chriſti bonitas: cor pranum & peſsimum hominis nomen optimũ accipit. ¶ Obſeruandum præterea eſt quid agricolæ facere ſoleant, vt ager fructificet. Non enim contemptim ſemen ſpargunt: ſed antequam ſerant terram, ſubigunt & mouent: deinde frumenta mandant. Sic Deus vt verba ſua fructum faciant in cordibus hominũ, tribulationibus & laboribus aurea nos premit, vt fructui ferendo paratiores reddamur. Vnde Paulus, Libenter ſuffertis inſipientes cum ſitis ipſi ſapientes: ſuſtinetis enim, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, &c. Gaudeo inquit Paulus, quòd placidè & ſponte vos à Deo peratati ſinitis & libenter tentationes & perſecutiones perfertis. Sed ne exiſtimetis, eauere, me veſtri laboris experte eſſe. Ter nanque virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus: ter naufragium feci, &c. Lætemur igitur quoties tribulationibus conflictamur: paratur nãque terra, in qua ſeminatum verbum Dei fructum reddat centuplum. Vnde diuus Iacobus. Omne gaudium (ait) exiſtimate fratres cum in grauos tentationes incideritis. Dixit vero hic Chriſtus, fructum in patientia, quia oportet multa aduerſa pati, vt fructum afferamus, & non pati ſolum, ſed patienter tolerare. Vt enim ſegetem in agro pluuias, niues, glacies, procinas, grandines & tempeſtates ferre neceſſarium eſt, antequam matureſcat & fructum ferat: ita hominem fidelem intus & extrinſecus multa patimala oportet, quibus exhauſtis tempore ſuo fructificet. Ad quod patientia opus eſt. Propterea verbum Dei à diuo Paulo verbum crucis appellatur, non ſolũ quia annũtiat nobis ſalutẽ & fœlicitatẽ per crucẽ Chriſti. Verũ etiã quoniam crucẽ ipſam nobis ſecũ affert. Nam omnes qui pie in Chriſto viuere volunt perſecutionem patiantur neceſſe eſt. Sic igitur bonũ ſemen ex bono corde, bonos fructus producit in patientia. Quod autem te in primis confirmare debet, ne in via tantorum incommodorum plena deficias illud eſt infallibile domini promiſſum: nempe centuplũ accipies & vitam æternã poſsidebis. Nã ſi arator, vt terrenum fructum colligat nocte dieq; colendis

Iere.17.

2.Cor.11.

Iacobus.1.

1.Corinth. 1.

2.Tim.3.

agris

Universidad de Deusto
Biblioteca

agris inuigilat nec somno aut corpori parcit: quid tu, vt cœlesti fruaris fructu, qui Deus ipse es, facere debes? Vnde Iacobus. Ecce agricola patienter expectat fructũ terræ. Sic etiã Paulus de Abrahamo ait, quòd longanimiter ferens adeptus est repromissionẽ. Quis mercator ad Indos nauigaret, si ante oculos constitueret suos tempestates, periculaque maris? Sed quia post habito omni incommodo itineris, finem præmium videlicet considerat: omnia putat facillima. Ideo Paulus. Patiẽtia vobis, ait, necessaria est, vt reporteris repromissionem. Cum ergo hec vita aduersitatibus sit vndique refertissima, adeo, vt quãto quis via virtutis rectius niti ur incedere, eo vehementius à dæmone interpellatur: constat sine patientia, neminem sanè proficere posse: quam qui seruauerit tempore venturo vernoque vitæ æternæ fructum colliget. Sic de sanctis Apostolis ait egregius psaltes. Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua. Sed quid consequuti sunt? Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. De spinis nascuntur rosæ: sic ex laboribus & ærumnis dulcem colligemus fructũ: vt qui seminat in lachrymis, in exultatione metat. ¶ Ad nostram autem eruditionem, vt iam recepturi sanamus, ex hac similitudine discere possumus, omnem nostram salutem, principium ex Deo habere: qui seminat quidem bonum semen, non tamen sine nostra cooperatione fructum producit. Item gratuito & liberrimè Christus semen suum spargit. Docet præterea hæc parabola omnẽ prædicationem nequicquam fieri, nisi à terra id est, ab animis nostris diuini verbi semen recipiatur, seruetur & ad fructum proueh atur. Præcipit etiam, vt verbum Dei magni faciamus tanquam omnium preciosissimum thesaurum nobis à Deo traditum ad animarum nostrarum sustentationem. Suadet etiam, vt verbum Dei in viscera traijciamus, reconda-musque, alioqui vlui nobis non erit quemadmodum nec semen fructum fert nisi penitus terræ comittatur. Monet etiam, vt nõ solum verbum illud recõdamus pectoribus nostris: sed etiam omnem adhibeamus diligentiam & curam, ne ipsum rursus amittamus. Expo-pit igitur Christus quã bonum sit audire verbum Dei: verbo enim Dei instruimur quid amare & quid vitare debeamus. Docet bonum semper fructificare. Nam, vt Paulus ait terra, quæ postquam seminata est fert fructũ opportunum benedicta à Deo est. Verum si è contrario bene subacta & consita, tempestatum temperie fœta, pro frumento tamen carduos & spinas tribulosque custori suo refert, reproba est & maledicto proxima. Quis nõ dolenti animo videre queat hominum segetẽ quæ sanguine Christi preciosissimo rigata fuit in carduos & spinas conuertí? ¶ Sed obserua in ijs verbis Pauli, quibus asserit bonam & fructificantem terram, benedictionem statim a Deo consequi: illam autem, quæ fructũ non fert, nõ ait, esse maledictã, sed maledicto proximam, vt hinc discas quãto sit illis Deus noster ad præmia, quam ad supplitia paratior, & procliuior. ¶ Denique docet, vt iuxta Pauli consilium, bonum semper operantes, non deficiamus: tẽpore enim suo metemus. Nam, si arator putans semel vnico semine iacto, annuatim se messem collecturum, nocte dieque cibi somnique immemor summa celeritate seminaret, quid nos facere oportet vt æternum fructũ colligamus, tam paruo præsertim labore parabile? Non ergo hic laborantes deficiamus: quia labor breui est, merces autem copiosa. Qui seminat in carne, de carne meret corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu meret vitam æternam. Semina igitur bonas cogitationes & opera bona: si vis vitam & gloriam sempiternam colligere. Sed hæc sufficerint de hac seminatoris parabola. Iam nunc procedamus: & dominũ audiamus. Ait nanque. *Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit sed super candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.* Superius narrauit Euangelista qualiter animauerit Christus discipulos suos ad prædicandum, ostendens eis fructum & vtilitatem verbi sub parabola seminis: hoc idẽ modo ostendit sub parabola luminis. Sub parabola lucernæ tangit conditionem causæ quadruplicis predicationem Christi, commẽdantis: causæ efficientis nomine lucernæ accẽsę. Vnde de illo egregio prædicatore ait. Erat lucerna ardens & lucens. Conditionem causæ formalis tangit nomine positionis: quia non absconditur sed supra candelabrum ponitur iuxta illud. Stetit Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum. Et ideo in psalmo. Iustitiam tuam non abscondi. Significat autem Christus. Nemo habens scientiam, & gratiam prædicans, operit eam sub vase, id est, timore, vel cupiditate, & negotio seculari: aut subtus lectum, id est, desidia

Iacob. 5. Hebr. 6.

Hebre. 10.

Psalm. 125.

Hebr. 6.

Ioan. 5.

1. Cor. 7. Ma. 5. Gala. 6.

Neem. 8. Psal. 39.

Leg. Aug. lib. 2. quæst. euãg. ca. 19.

desidia vel carnali voluptate, quin summa sit reprehensione dignissimus prælertim si prælatus aut doctor est, qui ex officio tenẽtur verum omnibus notum facere. Doctrina enim salutaris super candelabrum, hoc est, in loco publico & patẽti poni debet. Et quid ex hoc consequetur? Ostendit causam finalẽ dicens, vt intrantes videant lumen. Ad hoc enim tibi Deus eruditionem & ingenium ad prædicandum concesit: scilicet, non vt tibi soli cõmodares: verum vt omni populo suo vtilis fores. Itaque finis est illuminare iuxta illud psalmi. Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Conditionem causæ materialis tangit in lumine. Ideo inquit psalmista. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Lucerna igitur efficiens prædicationem debet esse clara scientia, vt sit lucerna super candelabrum posita. Finis prædicandi debet esse intelligentia veritatis, vt intelligentia sit lux ab intranti bus visa. Materia prædicata debet esse veritas ipsa, vt sit lumen, non tenebræ. Debet enim prædicator docere hac intentione vt intrantes in domum ecclesiæ militantis videant lumen: id est, intelligentiam veritatis. Lucerna itaque est verbũ Dei: prædicatores autẽ sunt veluti pueri, qui facibus inconsis præcedẽtes euntibus noctu lucem præbent. Ideo Zacharias de prædicatione, filijque sui Ioannis Baptistæ officio loquens ait. Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Maximum ergo commodum ex verbo Dei nobis cedit, siquidem nos ignaros virtutis viæ illuminat, & ad vitam æternam recto tramite perducit. Expende autem verbum Dei, sicut lucernam, incensum esse debere. Quoniam sicut quælibet lucerna si extincta sit, aliã accendere nequit: sic prælatus aut doctor, in quibus tanquam in lucerna verbum Dei lucet, nisi ardeant amore diuino, alios inflammare eodem non potuerunt amore. Potest quidem Deus, si velit, per nequaquam prælatum aut prædicatorẽ conuertere peccatores: quia, vt bonus dominus per iniquum famulũ bonum aliquando operatur, sic dominus domiorum, cuius iubet etiam scelerati simis ministerio vti potest ad sua mirabilia nihil dominus tamen ex rei natura, subditi ex ratorum suorum, magis vitam quam verba sequuntur. Quare summo studio nauare debet doctor vt omni prorsus vitio careat: & tunc demum docear, & vitia vituperet. Non ponat itaque lucernam sub vase, aut subtus lectum. Debet enim illã vt Christus hic admonet, supra candelabrum constituere, & alios docere. Vt enim hominum execrationibus incelsitur, qui frumentum condit, nec viliori pretio publicæ egestati subueniat, ille vero laudibus effertur, qui vel cũ proprio dispẽdio, inedia laborãtes amplius fatigari nõ sinit: sic & multo iustius obmurgandus est doctor, qui scientiam suam rudibus hominibus nõ minus, imò magis corporeo nutrimento, necessariam denegat. Vnde Sapiens in prouerbijs ait. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. Ideo inquit Esaias. Væ mihi, quia tacui. Lumine igitur doctrinæ lucere, & lucem præbere debes, vt intrantes videant lumen. Sed multi subditi sunt, & ex populo non pauci, qui tanquam noctuæ, lumine offenduntur, verbum Dei & concionatorum documenta respuentes. At quemadmodum canoræ, fœlicesque aues manè auroram aduentantẽ garritu strepituque excipiunt, noctuæ vero & vespertiliones fugiunt, seseque in penitissimas cauorum suorum partes abdunt: sic pessimi inutilesque homines lucem verbi diuini fugiunt, boni autem laudant & seruant. Quod ego non semel in nostra Hispania in vulgaribus, communibusque locis, sed in ipsa regia notaui: operæpretium esset cõmemorare, nisi potius deplorandum, quam narrandũ mihi videretur. Homines alioqui non inelegantes, & in rebus humanis expertissimi, cum festis diebus ex præcepto sacro interesse teneantur, non possunt omnino subterfugere quin templum adeant. Ibi igitur breui, externaq, peracta prece, non decantatum, aut solenne sacrum ferunt, sed recitato oscitanter audito, reliquum tempus fando terunt. At vero prædicatorem primum pulpiti gradum ascendentem cum vident, non secus templo epadunt, quam si aut ruinam recti, aut lapidis decidentis ictum effugerent. Sic accidere solet illis qui noctu incedunt, qui si rectè agunt & aliquem, facem ferentem inueniunt, sequuntur, vt luce prauia non errent: sin vero furta, vel stupra moliuntur, nõ modo lucem non amant, quin etiam maximo prosequuntur odio. Quare quia qui male agit, odit lucem. O detestabile ingenium, miseram conditionem, & multo infœlicior em, quã aut noctuæ aut Vespertilionis. Hæc igitur lucerna est doctrina illa cœlestis

Prouer. 11.

Esa. 6.

Ioan. 3.

cœlestis quam stulti despiciunt, ne manifestetur opera illorum. Hæc doctrina Christus apostolorum corda inflammauit & illustrauit ea cognitione, ne illam occultarent sed potius vniuerso humano generi patefacerent, vt in Matthæo est Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Hoc est ponere lucernam super candelabrum vt intrantes lumen videant. ¶ Sed poterit hic aliquis obijcere: Imo debemus occultare verbum Dei, & non ponere illud super candelabrum in publico: cui omnia vilescunt & abiecta reputantur, & nostræ doctrinæ in cospectu nobilium apparere. Ad hæc obiectionem, quam Apostolus poterat opponere, respondet Christus consequenter, dicens *Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur & in palam veniat* Quasi dixisset. Nō debetis abscondere, neq; operire lucerna verbi Dei propter abiectionem, timoremue pœnæ aut infamiæ: neque ob negligentiā, aut inhonestam aliquam opinionem, quā de vobis increduli homines concipiant. Quia cum modo vilescere & abiecti reputamini, aliquando claritas veritatis splendebit: quoniam nihil est occultum, quod non manifestetur. Tunc autem vos coronabimini gloriæ corona: aduertatis autem verbi ministerium. Venit namq; tempus, quando vniuersi libri scripturarum, & cuiuslibet artis doctrina manifestabuntur ab scondita tenebrarum, & tecta abscondita cordium & erubescentiæ vitia quæ Deo. ¶ Docemur ex hoc loco in omnibus operibus nostris Deum semper habere ante oculos, & præsentem cernere. Quia interdum peccatores, quoties in cubiculum vnius cuiuslibet fulmen & receptum, animo Deum offendendi, horum verborum memoriam habebunt. Nihil absconditum quod nō cognoscatur &c. Iam fiat. Vtique credidissent non Deum suum tam sæpe peccando lacessebant. Quid non reformidarent. Item cum, quæcunq; malitia perpetrant, non aliquando foras manifestabuntur, reddatur in eodem mittanti Deum & angelos bonos in cœlestes aulas bullire, quibus insultans peccare auderet? Putabat etiam Dauid se celare suum omnes celaturum mortaliter, quando vxorem Nathan Dei imperio illi adulterio obiecit, dixit. Tu fecisti occulte, ego autem faciam verbum istud palam in cospectu omnis Israel. Hoc autem fit plurimæ Deus etiam in alios vsque in Dauidem, operatur, vt quibusdam occasionibus, vt euulgato crimine, vel ignominia aut pœnitentia motus, resipiscat & salutem pre-

Matth. 10.

Aperta. 30. 1. Cor. 4.

2. Reg. 12.

cetur medicum illum sempiternum. Quod si Deus peccatum dissimulat, hoc supplicij indicium est. Obstinatum enim & immedicabile peccatorem obliuiscitur in diem vsque iudicij: quo eius peccatis summatim explicatis autorem suum supplicijs committet æternis. Tunc manifestabuntur simulationes hypocritarum & libidines impudicorum, iuxta illud Esaiæ. Reuelabitur ignominia tua. Tunc etiā manifestabuntur malitiæ & fraudes iniquorum, sicut in prouerbijs habetur. *Qui operit* odium fraudulentis reuelabitur malitia eius. Scrutabitur enim tunc Hierusalem in lucernis, &c. ¶ Obserua autem per occultā intelligi posse id, quod ex propria hominis natura latet, vt sunt cogitationes & affectiones cordis: per abscōditum verò id, quod per humanam latet astutiā, vt sunt exteriora opera callidorum, specie boni habentia cum sint mala. Sed procedamus *Videte ergo quid audiatis.* Hoc est solerter perscrutate qua ratione exiri tentiones vocis istius denunciem: & diligenter hæc auscultate: atque cæteris eadem sicut vobis commisero, prædicate. Vult, vt attento animo audiant, & fideliter memoriæ mandent, hæc, quæ dicturus est. Quia in superioribus proposuerat exemplum prædicatoribus nūc ostenda periculum, & præmium prædicantium, dicens. *Qui enim habet, dabitur illi & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo* Habenti desiderium legendi sacram scripturam & laborāti ad hoc, dabitur fructus intellectus: nolenti autem laborare nihil dabitur, sed auferetur potius si aliquid habebat naturali ingenio. Potest etiā dici illum vocari habentem qui per dona sibi data fructum facit, non habentē vero qui per dona sibi collata fructū non reddit. Et tunc habet dari, & exercenti fructum dicitur plura dona, in quibus possit fructificare: & non facienti fructum auferetur donum quod habet. Sic infra habetur, & etiam in Matthæo, Lucæ. de illo, qui habuit quinque talenta & lucratus est alia quinque, quod datum est illi, vt esset super quinque ciuitates. Et vero, qui vnum habebat & illud lucratus est, iussit dominus auferri talentum, & dari ei, qui decem habebat, & ibi concludit Christus. Habenti dabitur: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur. Quia iudæis data fuerat lex, in qua nullum fructum ferebant, ideo debuit illis auferri. Quod patet in parabola illa Lucæ. 20. Vineæ locatæ agricolis, qui fructum non fecerunt

Esaiæ 47. Ieron 25. Sopho. 1.

Matth. 25. Luc. 19.

runt, & dominus illam alijs agricolis locauit, qui darēt fructum tempore suo. Et ibi subditur. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Abstulit enim Deus ab eis intellectū legis: non quod Deus verè illis auferat aliquem habitum intelligendi sed quia non concurrit cum eis ad intelligendum: & tamē sine eo nihil intelligere possumus. Iusta pœna est vt illi, qui cum recte possint, intelligere nolunt, sed veram Christi doctrinam peruertunt, & miracula eius malè sunt interpretati, postea bonum sibi necessarium intelligere nequeant, Deo non cōcurrente cum eis. Et hoc est auferre illis intellectum scripturæ, scilicet, quia Deus anteà concurrebat cum illis, & posteà nō concurrit, & sic auferet eis non quod ipsi habebāt, sed quod ille ipsis dare solebat. Auferri enim videtur quod dandum erat nisi detur. De gentibus ait Apostolus ad Romanos. Habentes cognitionem de Deo, illum colere noluerūt. Ideo tradidit illos Deus in reprobum sensum: id est permisit eos errare, vt bonum operari nescirent, qui prius cum scirent, noluerunt. Itaque illud auferri, nihil aliud est, quam subtrahi reuelationem mysteriorum. Sed iam ad contextum. *Venerunt autem mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba.* Isti, qui hic vocantur fratres, cognati Christi erāt ex parte matris, scilicet sororum filij, & potissime illius Mariæ, quę vocatur Iacobi, quia Iacobi erat mater, siue Mariæ Cleophæ, quæ erat vxor Cleophæ, quætamen prius fuerat vxor Alphæi, cuius fuerunt filij isti, qui vocantur fratres domini. Isti autem fratres erant Iacobus, Ioseph: Simon, Iudas. ¶ Obserua autē in scriptura sacra fratres quatuor modis dici. Videlicet natura, vt Esau, & Iacob: gente, vt omnes Iudæi dicuntur fratres. Nam in Deuteronomio habetur. Non poteris super te cōstituere regem qui non sit frater tuus. Cognatione, vt qui sunt de eadē familia. Et sic Abraham dixit ad Loth. Non sit rixa inter me, & inter te: quoniam fratres sumus. Isto etiā modo dixit Abraham Saram esse sororem suam. Affectu etiam: quomodo omnes Christiani fratres dicuntur. Sic dominus dixit. Omnes vos fratres estis. Hi autem dicebantur fratres Christi tertio modo, cognatione scilicet: quia erant de eadem familia: quoniam filij sororis matris Christi. *Et nunciatum est illi. Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre.* Secūdum Chrysostomum diaboli inuentio fuit

Matth. 22.

Luc. 20.

hæc. Videns namque diabolus vtilitatem, quę ex Christi prædicatione sequebatur, hācque volens impedire, nihil accomodatius paruit, quàm si matrem, carnalesque cognatos & amicos adesse nunciaret: in quo duo sunt aduertenda. Primum malitia diaboli, qui ab initio semper omnibus bonis nostris insidiatur. Ecce enim in paradiso primos parentes humani generis aggreditur. Nec tātam satis duxit illis calamitatem intulisse, qua de illo amenissimo voluptatis horto eiecti sunt, arma in filios conuertit: effecitque, vt Caim inuidia percitus Abelem fratrem occideret. Eodem modo Iacob aggrediēs domū, eam seuit inter eius filios discordiā & inimicitiā, vt fratres fratrē suū Ioseph vendere in Ægyptū nō dubitauerint. Nā vt imperator, qui grauiter molestę fert ciuitatis oppidi, q̄ defendendū fuscepperat, expugnationē, illud rursus recuperare certat: q̄ si assequi nequit, hostes tamen graui obsidione, cędibusq; quantū potest premit: ita diabolus amissam cœli supremā aręē quia recuperare nequit, omnia incōmoda excogitat in homines, ad sedem, quam ipse superbia sua amisit, à Deo optimo maximo creatos. Dicit inimicus. Persequar, comprehendam, & diuidam spolia, satiabitur anima mea. Quoniam videbat summam vtilitatem, quæ ex Christi prædicatione sequebatur, illam impedire statuit. Hoc idem in initio nascentis ecclesiæ fecit, cum summus orbis doctor in vincula esset coniectus: in cuius perniciem omnia quærens media. Fœlicem & Festum iudices Gentiles solicitabat, vt Paulum de medio tollerent. Quod malum non cum tempore simul consenuit, sed potius inualuit. Multi enim modo tapientissimi & optimi concionatores, qui non audent quid sentiant ij proferre, præsertim in aulis regum & principū: in quibus siquis liberius vitia reprehendere tentet, illico, vel in carcere detruditur, aut saltem relegatur nomine turbatoris & cōtumelioſi. Hoc autem malum cacodęmonis inuentum & astutia est, qui quoniā auditores omnino abstergere non potest à diuini verbi auditione, arma in concionatores conuertit, eosque apud nobiliores minus gratiosos, imo odiosos reddit, vt sic à sanctissimo officio desistant populis euangelizandi. ¶ Secundo hoc fecit hic, cognatos & fratres quasi instrumentum sumens. Nihil enim est, quod magis cōcionatoribus impedimento esse soleat, quam consanguinitatis mundanæque amicitiæ vinculum.

Chrysost. in opere perf. Nat.

Gen. 3.

Gen. 4.

Gen. 37.

Exo. 15.

Act. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

culum. Sic propheta Ezechiel viuente vxore nec prophetauit, neq; prædicauit Israelitico populo apud Babylonios captiuo: quoniam carnali affectione, ita deuinctus & prepeditus tenebatur, veluti pedica quadam, ne opportuna libertate, qua sentiret, exponeret. At interempta vxore, mandatum à Deo accepit, quo edoctus, populo prædicauit, & Amonis filius. Nec minori exemplo nobis hanc sententiam confirmat Ioannes Baptista, qui à pueritia usque, relictis parentibus, & consanguineis in voluntarium eremi se contulit exilium, ne tanto futuro cõcionatori carnalis affectio obsisteret, & ille, qui exemplar futurus erat omnium doctorum, quid imperfectum relinqueret, ex illis, quæ ad prædicatorum consummationem pertinent. Ideo Christus quia discipulos suos perfectissimos doctores creare contendebat, illis præcipit, vt parentes & cognatos relinquant & omnia denique bona tẽporalia, quæ prædicationem summẽ solẽt impedire. Quod cum bene intellexisset cacodæmon, nullum aliud aptius excogitare potuit medium, quo dominum prædicantem interpellaret, quam si nunciaret matrẽ & fratres eius foris adesse. Nec solum prædicatores, hac fallacia & commento solet diabolus à prædicando deterrere, quin etiam plurimos alios summæ religionis viros: qui sub pietatis prætextu, subuenturi, videlicet, matri aut cognatis, in seculo duriusculè viuentibus, cœnobia relinquunt, habituq; monastico, & non raro seculari, ingressos, se immiscebat temporalibus vndique scandala, religionũ opprobria, & teterrima quæq; non nunquam oriuntur. Proposita namque simulata consanguineorum paupertatis misericordia nõ modo religionis vinculum deserere, sed et à multa inhonestissima negotia gerere persuadet esse iustissimum. At hinc in, quibus quam breuis sit intercapedo, quis nõ videat? Hic idem carnalis amor quãplurimos episcopos & prælatos pessundedit, qui vt consanguineos diuitijs affluẽtes & opibus, in summisque dignitatibus constituant, ipsi miserrimam & pauperrimam vitam duxerunt, & postea in æterna descendunt supplicia: quoniam verisimile est qui sic, dum viuerent, se habuerunt, non potuisse non fraudare Christum numero pauperes summè indigentes præsidio opportuno. Hic etiam amor & affectio carnalis perfectis hominibus nõ parum obest. Hic Adamum primum generis humani parentẽ perdidit. Quin & Heli, quia summo amore filios prosequebatur suos, miserrimè interijt: & Regius propheta Dauid non mediocria incommoda pertulit. Hũc deniq; eundem amorem & affectionem consanguineorũ proponit modo diabolus Christo domino nostro prædicanti, si posset illum ea tatione à prædicando abducere, quo audientiũ preuentus impediretur: sicut autem tunc per præsentiam parentum carnalium voluit diabolus occultare Christi diuinitatem & impedire eius prædicationem: sic etiam nunc inultorum prælatorum dignitatem & sanctitatẽ obscurat parentum amore obiecto. Sũt enim plurimi religiosi homines, qui dum cœnobij claustris detinentur nullos prorsus parentes aut cognatos habent: sin ad aliquam dignitatem promoti sunt, ecce quasi exoriuntur vndique consanguinei, qui cognatum, quem antea penitus ignorabant, comitentur. Vide miratur Esaias dicens: Nunquid parturit terra in die vna, aut patietur gens simul? Et paulo post: Et adducẽt omnes fratres vestros de cũctis gentibus donum domino in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum, hoc est, ad domum episcopi. Sed quid dicit episcopus super hoc? illud quod idem Esaias: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens: & istos quis enutriuit? Aut bonus prælatus facere debet sicut Christus hic fecit: qui cognationem spiritualem carnali antetulit. Quod idem, præsertim in beneficiorum collatione, summè prælatis obseruare debẽt iuxta illud psalmi. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Quapropter non sine causa dicuntur hic Christi parentes esse foris, vt significetur consanguineos & fratres procul esse debere a religiosis saltem carnali affectu. Nihil enim maiori est impedimento ijs, qui monasticam vitam instituunt, quam secularium & maximè cognatorum memoria. Hodie tamen multò secius sit, quam Christi documentum præcipit. Cognatos namque in primis religiosi amant & prælati in suas admittunt domos, verbona pauperum comedant, & immeriti sacerdotia obtineant. Vr autem hoc venenũ tolleret dominus à nascẽti ecclesia sua, noluit illam commendare Ioãni, quia filius erat sororis virginis Mariæ: sed Petro illam tradidit, qui consanguineos non erat. Quo nos docuit regimen animarum non cognatis, sed meritissimis quibusq; esse committendũ. Et quia in rebus spiritualibus non sunt

Ezech. 24.

Luc.

Esaiæ 66.

Esaiæ 49.

Psalm. 15.

Ioann. 21.

Gene. 1. Reg 4. 2. Reg 15.

sunt agnoscendi consanguinei, nec parentes, respondit huic, qui hęc nunciabat, quasi non agnoscens eos, & sequitur in contextu. *Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.* Vt in Matthæo habetur, vnus tãtum fuit, qui nũciauit Christo matrẽ eius & fratres foris adesse: hic vero in plurali dicitur. Respondit ad eos: quoniã ad id, q̃ nuntiatũ erã omnibus fuerat quasi cũ omnib⁹ loquẽs respõdit Christus. Vnde nulla est cõtrarietas. ¶ Obseruãdũ hic tamẽ est, Christũ non spreuisse matrẽ suã sanctissimã, neq; reliquos cõsanguineos, qui illos in prosperis & aduersis semper maximi fecit. In prosperis, inquã, honorauit matrem suã quãdo inuentus in medio doctorũ illi vocanti non refragatus, doctores reliquit, & cã sequutus est. In aduersis etiam non est oblitus parentis charissimæ: pendẽs enim in cruce extremumque iam iam emissurus spiritum, illam Ioanni commendauit. Nunc vero respondit ac si illam nõ agnosceret, vt nos doceret, cognationem spiritualem carnali ei se anteferendam, neque verbum Dei esse relinquendum propter bonum quodcunque temporale. Hoc etiam dixit matri & Ioseph: Nesciebatis quod in ijs, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quod autem quis audiens verbum Dei efficiatur mater & frater Christi, hoc spiritualiter intelligatur est necesse: quia fratribus compertum esse cohæredes eiusdem hæreditatis. Illi tamen, qui faciunt Dei voluntatem (vt inquit Paulus) cohæredes Christi sunt. Ita eos vocat Christus fratres cũ ait. Ite & dicite fratribus meis. Mater vero dicitur qui verbum Dei audit: quia sicut mater formatũ fœtũ in vtero habet: ita qui audiũt & seruant verbum Dei firmatum Christũ in corde gestant suo per fidem. Vnde Paulus Galatis ait. Donec formetur Christus in vobis. Dicitur ergo quis esse Christi mater, quia sicut virgo Maria audiendo verbo concepit: sic homo in conscientię vtero credens Deo per fidẽ, Christũ concipit, eius voluntatẽ facere proponens: parit autem conceptum, quando opere præstat, quod intenderat. Vnde Esaias. A facie tua domine ait, cõcepimus & quasi parturiuimus: & peperimus spiritum salutis. A facie, inquit tua, id est, in prædicatione, in qua Deus cognoscitur, sicut homo in facie, de qua Dauid Faciem tuam domine requitam. In hac verbi cognitione concepimus spiritum salutis. ¶ Sed quærerem nunc abs te ô domine Iesu, nec ineptè, vt opinor, cum cognati pessimè omnium ministrare dominis suis soleãt, nã & arrogantes sunt & cognationis causa æqualem se putant obtinere gradũ, ingratique, quippe quod nihil sibi existimant indebitum conferri beneficium, qua ergo de causa ministros tuos, matrẽ & fratres vocas? An tibi gratiora sunt superbientũ & ingratorum hominum officia? Absit. Quid igitur hæc sibi volunt? Vtique non impios, aut sceleratos homines superbos & ingratos dominus cognatos suos vocat. Iam enim supra dixerat. Qui verbum Dei audiũt mater mea, & fratres mei sunt sed eos, qui piè & religiosè viuunt. Quod cum ita sit si ad pietatem vnusquisque ingenitã, qui alioqui optimus est, accesserit etiam consanguinitatis vinculum, hic non poterit non esse dominus sui obseruãtissimus: quoniam amor multum, si virtutis amori accumuletur iuuare solet. Hac igitur de causa Christus dominus auditores suos fratres vocauit vt indicaret non solum illorũ iustitiã, sed etiã amorẽ erga Deum summum, quo illum tanquam filium aut fratrẽ essẽt culturi. Nõ seruiamus Deo ex solo timore aut spe retributionis vt mercenarij serui faciunt: sed seruiamus ex dilectione, sicut mater seruit filio, & frater fratri. Ideo enim posuit nobis Christus nomina matris & fratris vt intelligamus Deum amore filiali esse amãdum, & sic fratres Christi effecti cohæredes regni cœlorum efficiamur. Etenim si parentes qui nos genuerunt, amamus: quanto magis diligere debemus creatorem parentum, auteremque nostrum? ¶ Discamus præterea ex hac historia & Christi facto, primo spiritualia temporalibus anteferre: vt propter carnales parentes non relinquamus verbum Dei, nec spiritualia. Ex quo patet quanta digni sint reprehensione clerici & religiosi, qui leuissima quaque de causa orantes ad alia se diuerterunt, relictis precibus semiteciatis, & interruptum diuinum officium dimittentes ludrica vel inania attendunt. Quorum ea est impudentia, vt iam nobis odiosum non sit si pari honore Deum prosequerentur, ac à liuore mediocris conditionis hominem prosequuntur, cuem si semel alloqui cœpissent non tã irreuerenter faciem auertissent sermone interrupto, donec loquendo finem imponerent. Equidem inurbani & ineptissimi essent hominis, qui cũ rege colloquens de rebus maxime grauissimis: se subito ab illius conspectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

subtraheret, vocatus vel à cœquo vel fabulario, nec prius plenissimè sermonē cōsummasset. Quid ergo dicendum de illo, qui à Deo, cum quo loquitur, imò quem pro salute sua precatur, se auertit & ad inania se conuertit? Ne igitur inurbanus & ineptus sis, audi quid dicat dominus. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Postquam Christus docuerat in sententijs & parabolis docetnunc facto & exemplo non relinquere diuina pro temporalibus. ¶ Docemur secundò in bonis inceptis perseuerare, neque ea pro quocunque temporali commodo imperfecta relinquere. Ne quicquam enim aut orare aut ieiunare incipis, si postmodum à carnis libidine interpellatus in ipso principio deficis. In primo libro Regum legimus, volentibus Philistæis arcam domini restituere, illam curru in posuisse, duasque illi iunxisse boues fœtas, vitulis bouili additis, quæ quanquam filiorum mugitus audirent, nihilominus tamen maioribus sectæ stimulis Bethsamis contendebant. Ità & tu facere debes, qui iam à primordio vitæ tuæ iter in cœlestem patriam instituisti, ne videlicet vllis deterrentus seculi clamoribus, vllisque reuocatus carnis voluptatibus, ab incepto itinere absistas: Quin potius summam adhibe diligentiam, vt iugum domini suaue, onusque eius leue ad mortem vsque perferas: ne forte vicini tui mundus, diabolus, & caro, te retrocedentem irrideant dicentes. Hic intulit manum aratro & respexit retro, hic cœpit ædificare, & non potuit consummare. Rursum vide & considera diligenter, ne alicuius rei temporalis causa cultum Dei prætermittas, Christum imitans, qui à prædicatione nō destitit, quanquam à matre, & fratribus vocabatur. ¶ Docemur tertiò non cōfidere in nobilitate carnis sed in nobilitate virtutis. Nam si Christo esse cōsanguineum, est summa nobilitas, nemo autillicōsanguinitate propinquior esse potest, quam mater & fratres eius sunt, sequitur eos qui audiunt & faciunt verbum Dei omnium esse nobilissimos: quippe qui mater & fratres Christi sunt, ipso testante: atque ideo hæc nobilitas valde desideranda est. Multi dicūt. O quis esset tam fœlix, qui frater aut mater Christi dici posset? Beati fuerunt illi qui sic fuerunt ei propinqui: beatus etiam venter, qui illum portauit. Ostēdit hic Christus omnes, si optent, ad hanc posse peruenire fœlicitatem, si fecerint voluntatem Dei. Quid tu faceres si facto tuo esse posses regis frater? Quanto igitur maius est fieri fratrem supremi illius numinis? Hæc redēque cœlorū: quod vt consequaris in manu tua est.

1.Reg 2.

1.Reg.6.

Luc.9.
Luc.14.

Luc.11.

¶ Discamus quartò semper bene operari, vt non satis sit audire tantum verbum Dei: aut credere in Deum, sed vt ea, quæ audimus, faciamus. Ille enim mater & frater Christi est, qui facit verbum Dei. Et in Matthæo dixit, vt voluntatem Dei faciamus, vt hanc dignitatem consequamur. Vides ergo quomodo sola fides non sufficit? De operibus loquebatur dominus cùm Caino dixit. Si bene egeris, recipies: si autem malè, statim peccatum tuum aderit. Ecce tibi bono operi promittitur hic premium, malo autē pœna. Et sapiēs ait. Bonorū operum gloriosus est fructus. Et iterū. Reddet Deus iustis mercedem laborū suorum. Et propheta cùm perijsset à domino quis in illius tabernaculo esset habitaturus, respondit statim dicens. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Operatur, dixit, & cum aliqua bona opera enumerasset, subdit claudens psalmum. Qui facit hæc nō mouebitur in æternū. Non dixit. Qui credit hæc, sed qui facit hæc, ostendens operū virtutē & necessitatē. Præterea dñs per Esaiā prophetā bona opera commendat nobis dicens. Quiescite agere peruerse, & discite benefacere: quærite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo defendite viduā. Deniq; & Christus ait. Multi dicēt mihi in illa die, Dñe dñe, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et tūc confitebor illis, quia nunquā noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatē. Et quid clarius, quā quod hic dicit, qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est? Et nesset Lucas non contentus est dicens. Qui audiunt verbum Dei, sed subinnexit dicens. Et faciūt, &c. ¶ Quintò & vltimò docemur, licet bona opera sint necessaria ad vitam æternam consequendam, vt ex hoc textu satis patet, tamē quæ sint ista bona opera & qualia, significauit dicens, vt sint iuxta Dei voluntatem. Voluntas enim Dei est regula, qua opera nostra dirigere & nos metipsos dirigere oportet, vt recte & ad omnimodum quæcunque fecerimus euadant. Dei enim voluntas est operationum nostrarum regula. Quæ est autem hæc Dei voluntas? Interroga Paulum & audies illum dicentem Thessalonicensibus. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Voluntas enim Dei vtilitas est tua & quod Deus vult, in tuum emolumentum tendit. Sūmopere igitur attende, ne vel latum vnguem à Dei voluntate discrepes, vt sic tibi salutiq; tuæ consulas. Vult enim Deus omnes homines saluos fieri, & dat illis omnia media necessaria ad consequendam vitam æternam. Hanc voluntatem paratus erat facere Paulus cùm dixit. Domine quid me vis facere? Et sanctus Rex Dauid. Doce me facere voluntatem tuam. Sed procedamus. *Factum est autem in vna dierum & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.* Nihil est, quod vsque adeo animum confirmet ad omnia pericula & calamitates subeundas, quàm recordatio exemplaq; sanctorum. Sic Mathias dixit filijs suis. Mementote qualiter saluifacti sunt patres nostri, cùm persequeretur eos Pharao in mari rubro. Sic Iosue cùm filij Israel transierunt Iordanē posuit duodecim lapides extra aquam in memoriam, eo quod saluifacti sunt patres eorum. Adest nunc exēplum patrum nostrorum in hac Euangelica historia quomodo saluifacti sunt patres nostri scilicet Apostoli. Narrat Lucas labores & pericula, quę sustinuerunt: bonum consiliū, quod acceperunt fugientes ad Christum, & miraculum, quod fecit Christus liberans eos à periculo. Ait igitur euangelista Christum ascendisse in nauiculam. Quid est hoc, quod nauim ascendit? Nonne ipse est, qui fugatis fluctibus maris rubri profunda nudauit, vt Israeliticus populus inter stupentes vndas siccis vestigijs transire potuerit? Nonne ipse pedibus super mare ambulauit, & Petrum ad se venire fecit super aquas? Cur ergo breuissimi lacus transitum sub mercede in nauicula transfretare vult? Venit etenim Christus suscipere infirmitates nostras, & sua nobis conferre medicamenta sanitatis: quia medicus, qui nō fert infirmitates, curare nescit, & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. Christus si in suis mansisset virtutibus, commune cum hominibus nihil haberet, & nisi implesset carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa susceptio: & si omnia fecisset mirabiliter, nihil fecisset misericorditer. Sustinuit ergo has infirmitates vt homo verus humanis necessitatibus probaretur. In hac igitur transfretatione fecit Christus opera, quæ ipsum verum hominem, & verum Deum probant. Ascendit in nauiculam & dormit, vt per ascensionem nauiculæ necessitatem humanæ naturæ ostendat, & per dormitionem eius, veritas appareat euidentius, & per sedationem tempestatis, imperantis ventis & mari potentia deitatis innotescat. Præterea non ascendit negotiatoriam aliquam nauem, aut sumptuosam, sed piscatoriam ascendit. Quo docet se mundi contēptibilia paupertatem & humilitatē amare, & viliora & infirmiora amplecti, spretis superbis atq; pomposis, ille, inquam, potēs & magnus, de quo Dauid in psalmo. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam fundauerunt manus eius. ¶ Dixit autē discipulis, vt secum ascenderēt, vt virtutē illorum in illa tempestate tenraret, & illorum fidem probaret. Tentauit Deus Abraham in morte filij sui, vt probaret an esset fidei præclarus firmitate. Qui promissionem Dei tenens, mortis periculo filium exposuit, credēs Deum posse suscitare & dare filios: plus enim confidebat in eo quod sperabat, quam in eo, quod videbat. Videbat enim mortem inspe rata, & sperabat vitam promissam. Apostolos etiam huius filios promissionis in Ecclesiæ principio etiam voluit Deus tentare fortius: quia non morte alterius sed propria eos tentans, exponit maximo periculo vitam illorū in nauicula fluctibus marinis operta. Vt ergo tentaret eos de fide, ascēdit in nauiculam: & sequuti sunt eū discipuli eius. O vere præclaram amicitiam nō solū in laboribus, sed etiā in periculis dominum & magistrum suum se qui non recusant. Ideo dominus dixit illis. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Discamus ergo in tentationibus & periculis sequi Christum. ¶ In tribulis enim, ideſt, in tribulationibus, citius inuenitur Christus, qui est velut lilium inter spinas quàm in pratis viridibus, & amœnis. Sic Moses inuenit illū inter vepres in medio rubi ardentis. Verum multi sunt, inerti venatoris cani similes, qui feram ad vepretum confugientē ne aculeis spinarū pūgatur nō insequitur, cūibi facilius possit cōprehendi. Sequuntur nanq; Christum tēpore læto & facili, non turbido & laborioso. Multi in terra, pauci in mari, sicut Apostoli: multi, inquā, in prosperitate, pauci verò in aduersitate. Dum à Deo molliter tractantur, Deum colunt, & amant: & quocunque insurgente labore

1.Thess. 4.

Psalm. 94.

Gene.22.

Luc.22.

Can.2.

Exod.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal. 48. deserunt. Vnde Dauid in psalmo, dominum alloquitur dicens. Confitebuntur tibi, dū benefeceris eis. Sic passim mulierem reperies religioni vsque adeo deditam vt iugi orationi, frequentibus confessionibus, cæterisque pijs operibus plurimā tēporis partem impēdat: quæ tamen si grauiusculè morte mariti, aut filij, vel aliqua alia solicitudine saucia fuerit, mitum est, quā nō modo pristinæ obliuiscatur vitæ, sed etiam blasphemam in Deum linguā conuertat, vt parum ab ethnica distare videatur. Hoc quotidie videmus non modo in mulieribus, verum & in viris: qui nunc dūtaxat Deū colunt, quando sibi morem gerit. Istos autē ego similimos illis hominibus iudico, qui mercatoribus pecunias mutuāt in fœdus, ea conditione, vt lucri, non iacturæ participio fruantur. Sic isti Christi delicias insequentes ab eius laboribus abhorrent. Aliter sancti Apostoli, qui in terra & in mari, in prosperitate & aduersitate Christum sequuntur. ¶ Discamus præterea ab Apostolis amiciriam cum hominibus seruare & fidem in omni tempore custodire. Sequuntur nanque Christum in mari sicut in terra, quia vt scriptura ait, omni tēpore diligit, qui verus amicus est. Sed multi (maximè nunc) sequuntur Prouer. 17. homines nō in aduersis, sed in prosperis: iuxta illud Ecclesiastici. Est amicus secundū tēpus: non permanebit tempore tribulationis. Sic etiam hanc infidelitatem, quàm in proximos habemus, eandē in Christum gerimus. Sequimur eū in cœna, & in fractione panis, non tamen in periculis maris. Illum laudamus cùm dat nobis diuitias, sanitatem, honores: at si ab illo flagellamur, persequutionem pātimur, aut infirmamur, vel aliquod patimur incommodum, relinquimus orationes & meditationes consuetas, & impatienter irascimur. Filij Israel videntes sed Deo vltos & Ægyptios in mari rubro submersos, incolumitati suæ gratulantes, quod suffocatis hostibus, sicco frerum transissent pede, laudauerunt dominum & cantantes glorificauerūt, Exod. 15. dicentes. Cantemus domino, gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem deiecit in mare. Sed post paululum deficiente victu, murmurauerunt contra dominum, volentes Ægyptum repetere. Sic nos cantamus Exo. 16. cum dat nobis bona: at si tribulatione aliqua affligimur, murmuramus, & blasphemamus. Plures habet Christus socios resurrectionis suæ qui gaudere volunt, quam passionis, quia nolunt grauia & aduersa patiēdo illo. At sancti Apostoli non solùm in terra, sed etiam in periculo maris, & inter fluctus & tēpestates assocīabant illum. Nos ergo eadem 2. Cor. 1. faciamus, & Paulum audiamus dicentem. Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationum. ¶ Obserua autem prius ascendisse Christum in nauiculam, & postea ascendisse discipulos eius. Nam in laboribus & periculis magister & dominus præire debet, vt discipuli & famuli sequantur. Aliter tamen quàm plurimi prælati faciunt, qui subditis imponunt. Ascendite vos ad labores & pericula: ipsi autem in otio & desidia torpentes manent. Abimelech ille filius Ierobaal, vt milites suo prouocaret exemplo, ipse primus volens incendere Sichen, succidit ramum & dixit ad socios. Quod me videtis facere, citò facite. Et illi certatim rames præscindentes sequebantur ducem. Crede mihi subditi faciēt quod te viderint facere, sicut milites Abimelech. & re ducem sequentur. Quod si illis in malum dux exiteris, eodem modo illos & te ipsum in perditionem adduces. Quare, si sapis, ne tibipsi noceas, præsto in laboribus, virtutisque actionibus, vt ab omnibus immiteris. ¶ Expende etiam hic Christum dominum prius voluisse discipulos suos in omni genere laborum & periculorum esse exercitos, vt sic malo assueti, postea quęuis pericula facilius tolerarent, & honores, quibus non rarò erant afficiēdi, contēnere possent: vt de Paulo & Barnaba legimus, quos in numerū deorum referre homines voluerunt, cùm alias grauissimis eos afficerent cruciatibus. Instruit igitur Christus modo discipulos suos, eos honorādo societate & doctrinæ suæ participio, illis dæmonia eijciendi potestatem concedendo, & illos sal terræ, & lucem mundi vocando. Demum eos tētauit in hoc maris discrimine, vt firmiores ad reliqua & perfectiores redderētur. Porro stagnum hoc in quo Christus nauigabat est stagnum Genesareth, vel mare Tiberiadis, vel mare Galilęæ, de quo iam dictum est in initio capitis quinti huius. Iam historiam prosequamur. *Et nauigantibus illis obdormiuit.* Proh Deum immortalem. Quæ, quantaque est in omni fortuna iusti securitas. Videt hominum solicitudines & labores fortunæ fluctus & procellas imminentes, ipse autem nihil meuetur magis quam si somno esset oppressus. Vnde sapiens ait. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Sic

Prouer. 12. rit. Sic etiam Ionas dormiebat periclitantibus nautis; & tu si probabili potieris conscientia, securus esses ab omnibus incōmodis, quibus mundus versari & concuti solet. Sed nūquid dormit ille, de quo Dauid ait, Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel? Psal. 120. Quid ergo nunc dormit? Hoc autē, eo dictū puta, quia si ea quæ in mundo impunè gerūtur, animaduertimus, Deum dormire suspicabimur. Nam sicut, qui dormit, eodem vultu semper est quocunque honore vel contumelia afficiatur, ita Deus, cum in hoc sęculo sępenumero optime meritos, iustosq; viros beneficio vllo non prosequatur, impios autem & criminosos plærunq; impunitos abire sinat, imò potius eos plurimis aliquando ditet bonis, bonos autem magnis torqueat calamitatibus, videtur profecto in rebus humanis tanquam inter quosdam bonorum & malorū fluctus obdormire. Qua de causa Dauid huius incōmodi satagens in psalmo. Deum precatur vt vigilet, inquiens. Exurge, quare obdormis domine? exurge. &c. Quasi diceret Vah domine somnum importunū, exurge quaso, & videas mortalium superbiam. Exurge, vt honori tuo cōsulas. Omnes enim pietatis cultores in summis versantur calamitatibus ob ingentem impiorum iniquitatē: quos si amplius sæuire siueris, actum est de re publica tua. Durent tamen in laboribus pij, impij autem timeant: qui nanque dormit expergiscetur, nec sinet malorum conatus ad finem vsque peruenire iniquitatis suæ. Nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat? Resurget quidem dominus & vnumquenque merito afficiet præmio. Dormiebat Noe, & nequissimus Can illius pudenda proterno cernens ore, patrem irridebat suū: at Iapheth pietate motus, fratrisque infensus impudentiæ, paternum velle texit corpus. Quare excitatus Noe, impio maledixit Can, & pio Iapheth benedixit. Sic Deus qui modo obdormire videtur in finali tādem iudicio exurget & benedicet bonis, eos premio æternæ vitæ afficiens, malos autem in æternum conijciet ignem. &c. ¶ Præterea dormiebat Christus secundum sensitiuam animæ portionem, idque non coacte & inuite, sed sponte & deliberata ratione. Rationis enim iudicio & imperio volūtatis, corporalis natura, sensitiuaq; pars per omnia obediebat in Christo. Licet causa, ex qua naturaliter oritur somnus, scilicet vaporū ascensio in caput, corporalisq; naturæ corporalis fatigatio fuerint verè in Christo. Assumpsit enim naturam nostram cum hac passione, quanuis potuisset illam assumere sine somno, quia non se consequuntur necessitate inuitabili. Tamen quia hanc passionē assumpsit naturaliter poterat dormire, quia sæpe dormiuit. Nūc autē volūtariè dormiuit, quia Christus erat dominus naturę suæ. Hoc autem in nobis non est, quoniā multi somnum desiderant & dormire nequeūt, & aliquis vult vigilare & nō potest. Ideo poterat Christus manere longo tempore sine somno, si voluisset. Sic interdum erat per totam noctem vigilans in oratione, & non ob Luc. 6. hoc grauabatur corpus eius. Poterat Christus dormire quando vellet, & vigilare quantum vellet, etiam nulla causa naturali existente. Dormiuit autem nunc, vt daret locum sequēti miraculo de turbatione & sedatione maris. ¶ Præterea dormit Christus & facta est magna commotio in mari: in quo docet, quodam ænigmate, quantum immineat periculi in rebus humanis, quoties dormiunt prælati deliniti commodis huius mundi, cū Christi vices gerant. Dormiebat Saul & furto rapuerunt ei scyphum & hastam. Sic quia prælati dormiunt in delicijs perit iustitia, quam 1. Reg. 26. facere debuerant in discolos, eos puniendo, & munus, quod oportebat ipsos habere, vt pauperes & miseros fouerent. Vnde putas tantam tempestatem ortam esse in Germania, nisi quia prælati Ecclesiæ dormiebant? Dormiente igitur Christo, mare fluctuare nihil aliud significat, nisi subditos esse in summo discrimine quoties prælati dormiunt. ¶ Denique Marcus ait, quòd dormiebat in Mar. 4. puppi super cerucali: in quo docet delicias & vanam mundi pompam contemnendam esse, sed tantum post laborem necessaria ex illis sumēda, & illis vti. Vnde dominus per prophētā Amos ait. Væ vobis, qui dormitis in lec- Amos. 6. tis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Quapropter hoc, quod dormiebat super cerucali, nō vacat à mysterio. Primò quod modicis contentus fuit: non enim ambulauit in Psal. 130. magnis, neque in mirabilibus super se. Commendat enim Christus pauperē & asperā vitam, quam ab ipsa origine vita, vsque in finē commendare non cessauit. Natus in præsepio: dormiens super alieno cerucali, & moriens in cruce: quid aliud contendit, quā vitam exiguam & parcam amplectī? Secundò insinuat, dormiēs in cerucali, se esse paratissimum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

muro, velut in procinctu ad fauendum nobis. Nam si in lecto iacuisset, quis crederet eũ à lectulo fuit recturum vt laborantibus opem ferret? At nunc qui iacet super cerucali paratus est à quiete consurgere, vt miseriæ nostræ præsto sit. Facilè enim surgit, qui super cerui cali quieuit, &c. *Et descendit procella ventis in stagnum, & complebantur & periclitabantur.* Credendum no est ea fuisse ventos audacia, & mare, vt nauim in qua suus vehebatur dominus vsque adeo vrgerent, y nulla prius facti obtenta copia nequaquam. Quoniam voluntate Christi factum est hoc, Deo sic ordinante ad ostendendum Christi potentiam.

Ionæ.1. Sicut illa tempestas quæ facta est temporibus Ionæ, quando misit Deus ventum magnum in mare & facta est tempestas magna, & nauis periclitabatur: sic nunc ingressus in mari fecit turbari mare, commouit ventos & concitauit fluctus. Itaque Dei voluntate facta est tempestas. ¶ Obserua autem & vide, vbicunque Deus est, plurima noua & insolita statim emergere. Ingressus est Hierosolymã & cõmota est, vt ait Ioannes vniuersa ciuitas. Sic Philistæi dixerũt. Quæ exultatio est hæc? Veniebat enim ibi arca domini: ideo nõ fuit tanta exultatio heri & nudiustertius? Ex nouitate mirati sunt Philistæi. Sic multæ plagæ & mutationes factæ sunt in Ægypto. Et illi dixerunt, digitus Dei est hic. Ideo in Sapiẽte habetur. Timebunt reges horrendi, &c. quod de Pharaone dictum est. Vnde sponsa in Canticis loquitur dicens: Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Sequitur. Anima mea liquefacta est. Sic Deus corda dura, in quæ semel intrauit, commouit atque emollit. Ingressa est arca domini in Dagonis templum & corruit idolum. Ita vbicunq; Deus ingreditur corruit idolum animi internum: de quo Paulus. Auaritia, quæ est idolorũ seruitus, Corroit idolum gulæ. De quo idẽ Paulus. Quorum Deus venter est. Denique omnia alia idola vitiorum animæ concidunt. In primo etiam regum habetur. Iussiuit in Saul spiritus domini, & mutatus est in virum alterum. Mutatio hæc est mutatio dextræ Dei excelsi. Sed in quo perspicies Deum venisse in cor tuum? Si tanea aleatoria non ludis, mecchator non mœcharis, &c. Sic Niniuitæ mutati sunt ad ingressum prædicatoris Dei. A facie enim domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum. Sic ingressu Christo in mare, mutatur mare, mutãtur aquæ & in omnibus fit mutatio & rouitas. Ita etiam operatus est egregiam mutationẽ in Magdalena, Saulo, multisque alijs. &c. *Luc. Act. 9.*

¶ Secundò expende etiam & considera nullum in hoc vitæ miserrimo curriculo esse locum satis pacatum aut securum. Sunt discipuli iuxta Christum & nihilominus fluctuãt & periclitantur. Quo docemur semper dum sumus in via, quantumcunque in gratia cum Deo esse, autumemus, nequaquam omnem prorsus timorem deponere. Quia nemo nouit quorandem sit peruenturus. Paulus enim licet sanctissimus summisque à Deo pignoribus confirmatus, nihilominus tamen ait. Nihil mihi conscius sum. *Quoniam in hoc seculo degens, nullibi satis securus sibi videbatur.* Angelus de cælo cecidit à loco altissimo & tutissimo, factum est prælium magnum, vt ait Ioannes in sua Apocalypsi. Adam in paradiso cecidit. Dauid in sanctitate sua, Iudas in suo Apostolatu. Nemo igitur confidat, nemo præsumat. Omnia enim sunt procellis & tempestatibus plena, siquidem ipsi etiam Apostoli Christo præsente periclitantur. ¶ Apostoli itaque nunc tribulantur, in quo discere tribulationes, dolores & persequutiones patienter sustinere, quia Dei voluntate dantur & mittuntur. Sunt enim tribulationes quasi quidam nuntij à Deo in nostram missi vtilitatem. Vnde quemadmodum qui nuntium regis aliquis afficit iniuria, regi ipsi iniurius est, sic qui tribulationes à Deo missas benigno vultu, atque animo non excipit, Deo supremo regi iniuriam irrogare videtur. Misit Dauid legatos consolaturos Amonem, ipse autem eos contemsit, illosque barbis vestibusque præcisis ad Dauidem remisit. Quod non multo secus illi faciunt, qui tribulationes à Deo missas impatienti & superbo accipiunt animo. *Quare sicut Dauid legatorum suorum iniuriam vltus est, Amonem fundibus euertens: ita Deus te, nisi benignitet & patienter labores tuos tuleris eruet & disperdet.* Male dicente & iaciente lapides in Dauid Semei, respondit sanctissimus rex, *Absit, qui eum interficere volebat.* Dimitte eum, vt maledicat: dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Intelligebat optime Dauid illud esse à Deo flagellũ inflictum nec eũ latebat peccatũ vnius esse non nunquam alterius supplicium. Quotiescunq; igitur ab aliqua conflictamur ex

Ioan. 2. *1. Reg. 4.* *Exod. 8.* *Sap. 10.* *Can. 5.* *1. Reg. 5.* *Colo. 3.* *Philip. 3.* *1. Reg. 9.* *Psal. 76.* *Ionæ. 3.* *Psalm. 113.* *1. Cor. 4.* *Apoc. 12.* *2. Reg. 16.*

mur ex creaturis ad Deum nos conferamus. Quotiescunque ab aliqua creatura affecmur, ad Deũ cõfugiamus. In illo enim sue agritudinis, perfectã inuenier homo medicinã. Sic Dauid in psalmo aiebat. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Et in alio psalmo. Pro eo vt me diligerent detrahebãt mihi, ego autem orabam. Quorsum autem ô Dauid indueris cilicio? hic est ille ensis, quo accingeris? hic ille nitidissimus thorax, quem ad propulsandos hostes induis? Sed vince teipsum, & sic inimicos tuos superabis. Ego autem orabam. Sed quid orabas Deus laudem meam ne tacueris, &c. Domine commenda me, siquidem pro te tot iniurias sustinere nõ dubito. Sed quid inunquid tu medium est vllius momenti persequentibus & incessentibus hostibus, ad templũ confugere ibiq; preces fundere? optimum equidẽ esse existimo. Non hoc Dauidi ignauiæ vertendum est, vrsos & leones facillimo interficiebat negotio. Sed considerãs hæc omnia incõmoda à Deo opt. max. hominibus sepenumero infligi, quo à criminibus suis resipiscãt & in virtute exercitati eo magis euadant, confugiebat ad dominũ, nihil ab illo oblatum recusaturus. Nãque madmodũ gladius ferruginosus, quoties ad arma veniunt homines, dominum suum sæpe adeò meratur, vt prius ab aduersario vulneretur, quam educi e vagina possit: sic patiẽtia nõ exercitata adeo tarda est, vt sæpe numero locum diabolo concedat miseram vulnerandi animam, quãm possit subuenire. Quare vt exerceamur, permittit Deus non raro in nobis pericula & calamitates fœuire. Eodem etiam modo hæc tempestas de manu Dei venit, vt exerceat discipulos suos, eosque deinceps efficiat firmiores. ¶ Denique etiam missit in illos hanc tribulationem, vt in seipsis experirẽtur misericordiam virtutemque eximiam Christi. Viderant enim iam ægrissimè magistrum suum, claudos, cæcos, & id genus infirmos sanantem: sed quia nemo tanta perfundit in aliorum sanitatibus nunc ditare ac in se ipso, ideo dominus, hoc in ipsorum persona miraculũ voluit operari, vt etiam nullus deinceps dubitatione locus pateret. Ita quoties de alicuius summi medici laudibus agitur, si quis adest, qui aliquãdo cũ esset ægrotus ab illo fuerit curatus, statim cõsurgit, medicique sui tanquam testis oculatus, honores cumulat, cuius testimonium apud omnes alios non modo maioris beneuolentiæ esse solet, sed etiam maioris fidei. Præterea quia discipuli prædicaturi erant nudo Christi eximiã virtutem & miracula inenarrabilia, oportet vt prius in omnibus creaturis & denique in seipsis vim Christi domini sui intuerentur, vt sic semmaa laude summa etiam fiducia & voluptate possent vbique terrarũ facta Dei celebrare. Eo enim modo, dubium visum non fuit quin libentissimi omnes mortales oculatos testes, & expertos miraculorũ domini, & summo applausu audirent & Euãgelium securissimo consensu susciperent.

¶ Aduerte etiam Deum solere sanctis suis pericula ostendere, à quibus eos liberauit: vt videntes mala à quibus eruti sunt gratissimi in dies magis efficiantur. Sic fecit Iacob cùm reuerteretur de Mesopotamia in terram suã. Eleuans enim oculos vidit venientem Esau, cumque quadraginta viros. Timuit enim Esau valde & orauit ad dominum præ timore, vt illum liberaret. Fruit itaque eum dominus: sed nihilominus voluit periculum eius oculis obijcere, vt sic agnosceret à quo malo liberasset eum dominus. Sic etiam fecisse cõmemorat scriptura cum filijs Israel: qui cùm essent prope mare rubrum ecce oculos viderunt Ægyptios super se & timuerunt valde & clamarunt ad dominum & ad Mosem. Quibus dixit Moses. Nolite timere, & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Ægyptios enim, quos hic videris nequaquã vltra videbitis vsque in sempiternum. Et sic transierunt mare diuisum, & viderunt Ægyptios mortuos, & manum magnam quam exercuerat super eos. A quo periculo licet nihilominus Deus filios Israel liberare statuerat poterat alijs multis modis populũ suũ seruare, tamen oculis eorum periculum subiectat, vt sic omnibus diebus vitæ suæ præterita recolentes, nequaquam possent tanti beneficij obliuisci. Ità & eodem modo se habuit Christus dominus hic cum discipulis suis, qui fluctuante naui, & pene submersa, non adiuuabantur, vt dilato auxilio, salus, quæ jã ferme vita excessuris contingerat, eos deinceps multo faceret gratissimos. Sic tu memoriter habe à quibus te Deus periculis liberauit. Nam sæpenumero te in mortali peccato agentem ab innumeris mari & terræ periculis eripuit & ab omnibus illis, quæ Paulus suis Corinthijs scribens commemorat. Quare Deũ cole illiq; gratias cũ propheta age. Conuertere anima mea in requiẽ tuã, quia dominus be-

Exo. 14. *Gen. 33.* *Cor. 11.* *Psal. 114.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus bene fecit tibi. Eripuit animam meam à morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. ¶ Obseruandum præterea est, quod dominus videtur suos derelinquere in mediis fluctibus, adeò, vt videatur illorum oblitus. Tamen non obliuiscitur: sed hoc facit, vt postea gloriosius de medijs malis eripiat. Sic Ioseph reliquit in squalore carceris, què postea sublimius extulit. Videbatur iam derelictus à Deo, & extraneus erat, & derelictus à fratribus venditus in terra aliena: sed deinde eripuit illum à malis & gloriosum fecit. Sic Dauidè, sic Danielem, sic & Susannam à falso crimine liberauit. Dauidem autem de manu Saulis, Danielem verò à lacu leonum. Sic etiam populum afflictum Israel obsessum ab exercitu Holophernis, & iam se illi commissurum, de manu hostili, mirabiliter per fœminam eripuit. Sic etiam cuncti populum iam morti expositum sub impio & sæuissimo hoste Aman, cùm iam periculum imminceret mortis, gloriosè liberauit eum. Noluit Deus statim suos liberare, sed expectat & dormire videtur: tamen non derelinquet eos vsque in finem, sicut peccatores. Hæc enim est maxima inter bonos & malos differentia, quod mali in æternum à domino derelinquentur: boni verò ad tempus dùtaxat deseruntur, vt fortiores surgentes ad virtutem efficiantur. Hoc ipsum petebat Dauid in psalmo à domino: Ne derelinquas me domine vsquequaque. Ac si diceret, vt diuus Ambrosius interpretatur, Relinque me domine paulisper, non tamen diu. Antea quasi ad hoc imperfectus, & in multis tribulationibus positus se derelinqui timebat: nunc autem iá fortior non timet derelinqui, vt tentetur, sed rogat, ne prorsus derelinquatur. Plerúque derelinquit Deus, quos vult probare sicut hic Apostolos: penitus autem derelinquit & totaliter peccatores, quos in æternum desetit. Dereliquit penitus Iudam, non autem sanctum Iob. Nunquid non ideò derelictus est Iob, vt probaretur, atque ideo coronaretur? Dereliquit Iudam in sæculum, non autem Petrum: etsi clamanti in mari porrexit dominus dextram & leuauit eum. Quemadmodũ inter natatores accidere solet, qui rudiores adhuc & imperitos natãdi paulisper submergi sinunt, quod si grauius periclitari animadnerterint, nihilo segnius accurrunt, quàm si nunquam reliquissent, quo facto impauidiores deinceps ad natandum reddũtur. Sic nunc discipulos dereliquit, sed non in perpetuum: quia eripuit eos. ¶ Ad nostram autem eruditionem discamus hic nõ turbari, si quãdo nos à Deo in aliquibus tentationibus destitutos viderimus: quoniam, vt hic liquet docet, non ratò solet Deus sic cum dilectissimis agere. Quin & ipsum vnigenitum suum dereliquere non dubitauit quando ipse dixit, Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? Tradidit corpus eius passioni: & (vt Paulus ait) proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: sed nõ penitus dereliquit, sed ad tempus. Idcò ait, Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Timenda igitur est, non quæuis, & ad tempus destitutio, quæ profectu est, tantũ abest, vt noceat, sed æterna & totalis. Ab illa enim Deus te eripiet, vt hos fortasse nos discipulos. Ideo Dauid ait, Eripuit animam meam à morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Parum est labi, aut leuiter ad lapidem offendere: sed cauere cadens caput comminuas, aut crura frãgas. Interea tamẽ Deus clamat, dicente Dauide. Ne derelinquas me Domine vsquequaque. Sic clamauerunt ad Christum hi sanctissimi Apostoli, vt statim videbimus. ¶ Secundò discimus semper Christũ rebus cum habere. Nam si cum Christo tempestas & periculum est: quid erit sine Christo? Etenim Apostoli in naui periclitãtes præsto habuerunt dominum, cuius seruarentur auxilio: tibi verò longissimè à Deo agenti quid poterit opitulari? Rapieris profectò, quoniam, vt Ionas domini cõspectum fugis, & in mare proijceris, sicut Ionas proiectus est. Da igitur operam, vt nunquam longius à Deo discedas, mõ, vt illum prope & quasi ad manum semper habeas, si in laboribus tuis patientiam habere desideras. Sanè Apostolorum tribulationes breues fuêre, & breui à domino remedium consequuntur (instillinãque secum habent Christum omnium malorum antidotum:) mala autem impiorum in inferno ideo sunt irremediabilia, quia longè Deus, qui solus opem & salutem ferre poterat, situs est. Ita propheta quidam in peccatoris persona loquitur. Longè factus est à me auxiliator. ¶ Docemur rectiò, ne vnquam in hac vita securos nos existimemus, neue fallaci mundi securitati fidamus. Nihil securum nihil semper prosperum est in hoc seculo. Securi nauigabant discipuli cũ Iesu, sed subito & inopinato facta est tempestas magna. Putant mundi sectatores se tutos fore: credunt quæ se pactum, aut fœdus cum morte & inferno pepigisse: nec vidẽt sibi tentationis periculum appropinquare, nec futurũ quemquam, qui illos erecturus sit. Quid enim omnis mundi securitas aliud est, quam ingens illa imago à Nabuchodonosore in somnis visa? Magnificam quidè speciem præseferebat: tota aurea, argentea, ænea, ac ferrea erat: sed testaceis pedibus innitebatur, quare lapide tacta vniuersa moles corruit. Talis mundi securitas est, testaceis pedibus insistens, quos vel leuis tentatio frangit. Gloriantur quamplurimi de maiorum suorum splendore, quasi quoddam sibi aureum caput affingẽtes, iactant diuitias & fortunas suas, aliaque caduca & fluxa sæculi bona summè aggregantes, aurei sanè, argentei & ferrei sibi videntur. Quæ tamen gloria quouis fortunæ iactu, mirum est, quam cito aboleatur. Qua de causa quo securiores nobis videmur, cautius agere oportet, ne tentationibus succumbamus: à quibus grauissima nobis imminẽt pericula, nisi semper simus parati & in timore, iuxta illud sapientis. Beatus homo qui semper est pauidus. ¶ Admonemur nem timere pericula mortis & inferni atque mala, quæ nobis imminent. Nam si externa & temporalis tentatio etiam sanctissimos Apostolos adeo pusillanimes fecit etiam cùm Christus esset cũ eis, & secum haberent Deum, ac bonam conscientiam: quid spirituales tẽtationes facient quãdo hominem sceleratum mala conscientia, dolores mortis, terror diuini iudicij & tartari periculum torquent & discruciant? Denique docemur, vt tempore fortunæ prospera timeamus: tempore verò tristi fidamus spere musque. Diuersum facit mundus. Quando omnia ex animi sententia succedunt, omnia vacant metu: nullius monita audit: sed mox fortuna mutata desperare volunt, nullius cõsolationem admittunt. Ecce cùm sancti Apostoli securissimi essent & minimè de infortunio cogitarent, repente, & inopinatò magno & periculoso turbine oppressi sunt: è contrario verò cùm iam de interitu cogitarent, momento ceruus seruantur. Talis est mundi conditio. Quando enim securi in vtranuis dormimus aurem, periculum in proximo est: & quando prorsus omnem salutis spẽm abijcimus, tunc à Deo iuuamur. Sed historiam prosequamur & videamus, quid sancti Apostoli

in hac tribulatione fecerint. *Accedentes autẽ suscitauerunt eum dicentes. Præceptor perimus.* Si volumus, vt Christus expergiscatur, necesse est, vt nos prius expergiscamur. Imò ob hanc causam Christus infestari permittit, & immittit tribulationes, vt expergefacti oculorum grauedine discussa cogitemus vbi locorum simus & quæ rerum nostrarum facies sit: ac postea Deum nostris precibus excitemus. Sic cum Apostolis fecit. Nã ille qui producit ventos de thesauris suis, & qui conturbat profundum maris, & sonum fluctuum eius, ipse fecit hanc tempestatem, & incussit metum discipulis, vt metus eos ad orandum induceret: oratio autem cum moneret ad exhibendum miraculum, quo tandem ipsi alijque homines in fide confirmarentur. Expende quod Apostoli Christum vocauerunt in intimis constituti: quod etiam multi faciũt qui Deum auxiliatorem quærunt, sed nõnisi cùm iam sunt in extremis periculis positi. Vnde in prouerbijs habetur. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quãdo venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me & non exaudiam. Repentinum est illud quod casu venit, quãdo quis incautus est, quod impijs morientibus euenit, nõ autem bonis, qui semper parati omnia obseruant vitæ suæ momenta. ¶ Præterea admonet locus iste in periculis, tribulationibus, omnibũsque necessitatibus ad Deum confugere, & ab illo auxilium petere. Sic Iosaphat rex, cũ ignoremus, (inquit) quid agere debeamus: hoc solum habeamus residuum, vt oculos nostros ad te dirigamus. Sic & Petrus admonet dicens. Omnem solicitudinem vestram proijcite in eũ, quoniam ipsi cura est de vobis. Hoc etiã sanctus rex Dauid fecit cùm dixit confugiẽs ad dominum. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationũ tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Ideò Deus multis periculis nos exponit, vt confugiamus ad orationem. Per aduersitates enim nos inducit dominus in timorem, & anxietatem, per timorem in agnitionem desperationemque infirmitatis nostræ: per desperationem nostri consilij reuocat nos ad considerationem diuinæ bonitatis. Et ex hac consideratione rursus exigit

Genes. 41.
Gene. 37.
Dan. 13. & 14.
Iud. 13.
Hesther. 7.
Psal. 118.
Ambr. ser. 1 in psal. 118. lege Gregor. lib. 20. mor. cap. 21.
Mat. 14.
Mat. 27.
Rom. 8.
Psalm. 15.
Psalm. 114.
Ioan. 1.
Thren. 3.
Psal. 43.
Psal. 54.
1. Par. 20.
1. Pet. 5.
Psal. 68.
Prouer. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos ad spem & fiduciam erga se: & inde oritur ad ipsum gratio. Si pulsat voluptas, si insurgit ira, si luxuria æstuat, insurgit; aduersum te omne genus nequitiæ, tam humanæ quam diabolicæ, ora Dominum. Atque ideo Dauid clamabat dicēs, Exurge, quare obdormis domine. Exurge, obliuiscēris tribulationem nostram. Igitur antequam demergaris in profundum, antequam delcēdas in sepulchrum, clama ad dominum. In clamore & in apertione oris tui, tua salus est. Si peris, tua culpa peris: quia non aperuisti os tuū, & ideo non implebit te salute Christus. Sed de his iā diximus in capite præcedenti in Magdalenæ conuersione. Nunc ad contextum. *At ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit & facta est tranquillitas magna.* Satis in hoc turm deitatem ostendit Christus, qui nō vicunque, sed imperatiuo modo iussit ventis & mari: cui cum omnes creaturæ sint in potentia obedientiali, statim consequuta est magna tranquillitas, tam materialis in mari, quam spiritualis in mentibus discipulorum de salute sua gaudentium. Paruerunt vēti & mare Deo, & ideo facta est tranquillitas. ¶ Aduerte autem, quod præsente domino nauicula fluctuat quidē & iactatur undis, nō tamen submergitur, sed fit tranquillitas. Hæc est arca. Nec quæ fluctibus illiditur, nō tamē alliditur: Rebeccę uterus qui ex parulorū lucta colliditur, at aborsum non patitur: domus supra petram fundata, in quam venerūt flumina, & flauerunt venti, sed non destruitur: Hracliticus populus, quia Pharaone & suis premitur sed nō destituitur. Mulier, quā in Apocalypsi draco persequitur, sed nō opprimit. Docet locus hic, vt in omni tribulatione & angustia patientiam habeamus, in Deo spem nostram collocātes, vt in eo stabiles simus. Deo enim sanctus Thobias dixit. Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillū facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Quamuis totus fremat mundus, & quasi mare insurgant & bulliāt procellæ vertiginetq; dæmonum: & si omnis principatus, & potestas seculi fluctus concitent & iracundiæ rabie spument, & furiant super sanctos, & si adhuc ad cœlos sese extollant, vt tempestas maris malignantes, noli conturbari, noli contremiscere, aut deficere. Quamuis enim tibi videatur Christus dormire, non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Noli igitur desperare, sed in domino confide: ipse enim saluos faciet sperantes in se. Cum iam omnia videntur desperata, succurrit diuina bonitas. Sic Israeli laboranti in Aegypto affuit Dei misericordia sic Tobiæ, sic Ionæ, sic eidem populo temporibus Iudith, & Hester. &c. Quare nunquam de Deo desperandum est. Quis putasset Ioseph in carcerem in Aegypto coniectum, à fratribus venditum, à domina accusatum, ab omnibus derelictum, & ignotum in terra aliena, venturum ad tantum honoris fastigium? Deo quamuis tibi impossibile videatur exire à laboribus, quibus nunc premeris. Deo tamen facillimum est eripere te ab omnibus istis malis. Interim tamen, quamuis venti tentationū insurgant & spumæ maris, hoc est, iracundiæ ad cælos vsque se extollant, tace, quiesce, & immobilis persta. Nam quemadmodum, quoties mare vehementius intumescens, ad littus magno impetu rapitur, saxa & quæcunque secus oram posita nisi terræ penitus infixa hæreant facillimo negotio trahit & vorat: Cautes vero firmioribus nixas radicibus nequaquā promouere potest: quinimo summo illisum fragore, & spumis rabieq; victum cedit, duritie victum & cōstantia mollis oppositæ: sic tu in fide fundatus firmissima, si bonorum morum & virtutum radices egeris, constansque in omni pietatis & religionis opere fueris noli timere tentationum, nec totius infernæ legionis fluctus & minas, quantumcunque irrefragabiles videātur: vincēs enim, & non succumbes. Premeris quidē si penumero magnis laboribus, sicut cautes fluctibus premitur & inuoluitur: verum, vt illa refluente mari multo nitidior, & speciosior apparet omni deposita immunditia quia perstituta tu si perstiteris, trasactis laboribus emerges à sordibus vitiorum purgatus & nitidus. Consiste igitur, ne impatiens, & inconstans sis, alias procul dubio superaberis. *Quod si feceris* & constantiam seruaueris Deus tibi solita non negabit auxilia, quibus & bonum tuum tueri & vitam consequi æternam possis, interea tamen opus est dare operā & cæla mare cū prophera. Exurge domine: quare obdormis? Exurge, & ne repellas in finem. Exurge domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Ipse surget & imperabit ventis & mari & sedabit procellas tribulationum & persecutionum. Iterum ergo moneo vt sis constans: ne quasi lapis mobilis in profundum rapiaris. Sed procedamus. *Dixit autem*

Psalm. 43.

Genes. 8.
Genes. 25.
Matthæ. 12.

Exod. 1.

Apoc. 12.

Tobi. 13.

Psal. 120.

autem illis vbi est fides vestra? Putabant Christum vigilantem eos liberare posse, non tamen dormientem, qui nihilominus & dormiens & vigilans æqualiter hoc facere poterat: potestas enim Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate, quæ nunquam dormit. Ecce nō dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Et in Canticis. *Ego*, inquit, dormio, & cor meum vigilat. Credere autē ipsum purum esse hominem, & sic dormientem nihil agere posse: vel esse quidem Deum, sed tamen nihilominus dormire in eo diuinitatem, error erat. Vtrouis modo de Christo mala esse opinio: & digni fuerunt huiusmodi reprehensione: qui ex miraculis præcedentibus, quæ Christum facere viderant, potuissent colligere ipsum esse verum Deum, qui tam dormiens, quàm vigilans posset eos liberare. Credebant Christum vigilantem posse miracula facere, non autem dormientē: quoniam omnia miracula antea vigilans fecerat: quare excitauerunt eum putantes aliter liberari non posse. Christus autem voluit hoc periculum inducere, vt esset locus auferendi eis hanc incredulitatem. Non certè habebāt illi tantam fidem sicut ille, qui dixit Deo. *Si habitauero in extremis maris, ecce illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.* ¶ Vide eximiam Dei bonitatem, qui sēper quærit, vt possit beneficia in nos conferre. Non existimabant discipuli Christum dormientem miracula edere posse: qua de causa vt illos ab errore eriperet dormiuit, vt inde facto miraculo ansam haberet illos arguendi incredulitatis suæ, quò ad maiorem de Christo cognitionem traherentur. Hoc autem nō semel fecit Deus occasiones conuersionis nostræ quærens. Nam Manasses rex Iudæ idololatra & flagitiosissimus, cum captiuus apud Babylonios esset, conuersus est ad dominum, & orauit. Sic etiam permisit Deus, vt Iudæum deserto aquæ penuria laborarent, vt postmodum, percussa à Moise petra, indeque vberius aqua effluente populus incredulus ad Deum suum conuerteretur. Permisit itē filium regulī morti appropinquare, vt pateret cum vniuersa familia crederet. Quod in omnibus Christi miraculis fas est dicere. Vnde ipsemet dominus de cæco nato dixit. Neque hic peccauit, neque parentes eius sed vt manifestentur opera Dei in illo. Sic permisit Susannam accusari à mendacibus & periuris senibus, vt virtus eius manifesta fieret. Nec minus hoc tecum quotidie facit, si animaduertis, permittens te in infamiā aliquam, aut peccatum labi, vt te ab occultis emūdet, aut etiā, vt flagitia maiora perpetres, quo à minoribus liberetis: quæ, pœnitentiam agens non vix abluere. Nam sicut in vestibus accidere solet, quibus si parua olei guttula incidens exiguam notam facit, non abluuntur, nec vlla ad delendum vitium propter eius exiguitatē adhibentur medicamēta, si vero grauior, aut pluresue inurat macula nulla mora est quin summa cura & diligentia abstergantur. Sic in nobis accidit, quos Deus sæpenumero permittit in grauiora incidere, vt à magnis & à paruis emundemur peccati labibus adhibita pœnitentia. Eodem etiam modo hanc tribulationē in discipulos suos immisit, vt eos ab incredulitate abduceret. ¶ Secundò discamus quanta sit Dei bonitas, qui non solū ex bonis nostris bona, sed etiam ex malis elicit. Ex hac namque tempestate & afflictione discipulorum hoc eximium eduxit bonum, nēpe, vt in ipsum cognoscerent nō solùm in terra, verum & in mari potentiam. Hac item de causa solet nobis mittere labores & infirmitates, vt hinc humilitatem & notitiam Dei inueniamus, & nostræ admoneamur fragilitatis. Ideò Moses in Cantico suo laudans magnitudinem, & potētiam Dei. Educit inquit mel de petra oleumque de faxo durissimo. Expertus educit, & ex malis nostris bona. Sed de his inferius opportunius dicemus: nunc Lucam audiamus. *Qui timentes mirati sunt ad inuicem dicētes. Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat & obediunt ei?* Qualis, quàm fortis, potens, & magnus est hic, cui obediunt venti, & mare? Maior est Mose, & potētior Helia? E quibus alter ligno mari percusso cum labore mare diuisit, alter pallio Iordanem pertransijt: hic vero verbo imperat eis, qui non habent verba, & obediunt ei. ¶ Discamus ex hoc loco obedire ei, cui creaturæ insensibiles obediunt. Dauid enim de hac obedientia loquens ait, Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Mirum valde est omnes creaturas Deo tanta constantia obedire præter hominem: qui, cùm nō ignoret omnia alia propter se fuisse facta, nihilominus tamen ingrato animo perinde obtemperare Deo negligit. Ideò Isaias, vt hominum hanc inobedientiam notaret, cœlū, & terram inuocat, eos in testes humanæ superbiæ adducens. Audite, inquit, cœli & auribus per-

Deut. 32.

Exod. 14.
4. Reg. 2.

Psal. 147.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus percipere terra: quoniam dominus loquutus est. Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Vos omnes, ò creaturæ mihi obtemperatis: homo vero mihi inobediens est, vos extitis eius inobedientiæ testes. Imperauit mari & apertæ sunt aquæ eius, vtrinque in muri speciem insurgentes, vt transirent filij Israel: imperauit terræ, & dehiscens rebelles Dathã & Abiron voranit: volui & exijt ignis de tabernaculo, & filios Aaron combussit: Cœlũ etiam stetit imperio meo pugnante Iosue cõtra Amalec, populus autem meus cõtempsit me, & mihi obedire noluit. Vnde quærens alius propheta à mari, quid esset, quod in exitu Israel de Ægypto fugisset, & à Iordane cur fuisset retrorsum conuersus, inducit has creaturas in hunc modum respondentes. A facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupẽ in fontes aquarum. Ac si dicerent. Quid mirum si nos Deo pareamus, cum terra multo nobis tardior, ei aures præbuerit, & mirabiliter ob temperauerit nec solum terra, sed etiã durissimæ rupes fuerint eius iussu in fontes aquarum conuersæ? Figura est prosopopœia cum mutis rebus sermonem damus: est enim prosopopœia personæ fictio. Vt apud Esaiã dixit Sion: Reliquit me dominus. Et in libro Iudicum. Iuerunt ligna vt vngerent super se regẽ. Et in alio psalmo significare volens regius vates terræ obedientiam Deo, commota est, inquit, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & cõmota sunt, quoniam iratus est eis. Et in alio. Terra tremuit, & quieuit: cum exurgeret in iudicium Deus. Quid quæris? Christo in cruce expirante Sol obscuratus est, & petræ scissæ sunt: at cor de Iudæorum lapidibus duriora nõ sunt mollita. In psalmo propheta res etiã inanimatas ad diuinas laudes concinendas & prædicandas hortatur: innuens eas diuinæ volũtati parere, cum ait: Præceptum posuit, & non præteribit. Insensibilia, & inanimata præceptũ sibi à Deo positũ custodiunt: solus homo est, qui illud renuit custodire. Cui venti & mare obediunt, homo non vult obedire. Discamus ergo Dei præceptis obtemperare, & eius mandata custodire: liquidem, & venti, & mare & creaturæ irrationales ei obediunt. Discamus etiam opera Dei mirari, sicut hi mirati sunt, videntes mirabile à domino editum & illum laudauerunt. Miremur etiam, quando bonitatem & misericordiam suam in nos ostendit, quando nos de periculis seruare dignatur: quando à tribulationibus nos liberat, & quando ab inimicis persequentibus nos eruit. Miremur itẽ, & gratias ei agamus, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum. Sic in infantia saluatoris mirati sunt Illi de ijs, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos & Ioseph etiam & Maria erant mirantes, de ijs, quæ dicebantur de puero Iesu. Sed quia satis in his duobus locis, de hac admiratione diximus, nunc sequentia videamus. *Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est cõtra Galilæam* Gerasera ciuitas est Arabiæ iuxta mõtem Galaad in tribu Manasses: non longè ab isto Tiberiadis, & est ex opposita parte Galileæ. *Et cũ de nauigio egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis.* Intra corpus habebat illud maxime cum loqueretur per os eius, quia locutio fit per motum organorum interiorum, & perspicuum est dæmonem non posse illa mouere, nisi ibi sit. Ideo dæmon non solum est in corpore, sed in ventre, quia principale inter organa vocis est pulmo, quia mouetur & aerem concipit ad refrigerandum cor, vbi subtiliatur aer ipse vt sit sufficiens ad vocem formandam articulatam. Nam aer exterior crassus est & conueniens ad sonos faciẽdos, non tamen ad voces formandas. Propter hoc enim sola animalia habentia sanguinẽ, & respirantia, voces emittunt. Organa autẽ musica non habent voces, sed sonos, quia vita & pulmone carẽt. Cum ergo principium vocis in animalibus sit in pulmone, necesse est quãdo dæmones per arreptitios loquuntur, sint in pulmone, & sic in ventre & intestinis. Omnis ergo dæmon loquens per arreptitium est in ventre. Sic in primo Regum volumine dicitur Saul, abstulisse magos & ariolos de terra: & interfecit eos, qui habebant phythones in ventre. Phythones autem sunt dæmones illi, qui per homines loquuntur, vt in libro Actorum habetur de puella illa, quę habebat spiritum phythonem. Vsq; adeò vexabat dæmon hunc miserum hominem, vt dicat Euangelista. *Et vestimento nõ induebatur.* Sicut furiosus dilacerabat vestimenta, & nudus ambulabat. Diabolus enim sicut Adami tulit vestimentum innocẽtiæ, & tunc vidit quòd esset nudus: sic nunc gaudet in victoria sua, & lætatur

Esaiæ. 1.
Exod. 14.
Num. 16.
Leuitic. 10
Iosue. 10.
Psalm. 133.
Esaiæ. 49.
Iudi. 9.
Psalm. 75.
Psalm. 17.
Matth. 27.
Psalm. 148
1. Petri. 2.
Luce. 1.
1. Reg. 28.
Act. 16.
Genes. 3.

tur in imaginibus suorum triumphorum. In signum enim imperij amissi homo vt iumentum factus est nudus: cupit itaque diabolus videre hominem semper nudum, & lætatur in nuditate. *Nec in domo manebat.* Non sinebat dæmoniacum in sua habitare domo. Nã quia ipse è cœlo eiectus fuit, neminem vellet in sua manere domo, nec gaudere. Præterea ne miser dæmoniacus in domo sua à suis aliquod remedium inueniret, extra domum illum trahebat. Sæuissimus ille tentator, vt licentius posset afficere & torquere, illum in desertum adduxit. Ita Cain Abelem in agrũ adduxit, ne ab aliquo interpellaretur, quò minus in illum pro sua libidine sęuiret. *Sed in monumentis.* Quia diabolus inuenit mortẽ, & monumenta: ideo gaudet in illis: mundus enim nesciebat monumenta, sicut nesciebat mortem. Deus nanque mortem non fecit, nec lætatur in perditione morientium. Si ergo mortem non fecit, sequitur neque sepulturam fecisse: quæ domus est mortuorum.

Deus creauit hominem inexterminabilem, sed inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Igitur per eãdem inuidiam introiuit diabolus monumentum. Itaque ad principem Deum spectat vita, & terra viuorum, id est cœlum: & ad principem diabolum spectat mors & infernus, & sepulturæ mortuorum. Gaudet igitur in rebus suis. Ideo princeps vitæ Christus contra mortem inquit. O mors, ero mors tua. Deus enim nõ est Deus mortuorum, sed viuorum. Ideò verè mortui non sunt Dei, sed diaboli: sicut iusti decedentes non sunt mortui, sed viuunt Deo, & dormientes vocãtur in scriptura. Igitur sicut diabolus est dominus mortuorum, ita est dominus sepulchrorum, in quibus hi verè habitãt mortui, qui in peccatis & in diaboli seruitute decedunt. Vnde Dauid in psalmo. Sepulchrum eorum domus eorum in perpetuum. Ita ego quantum æstimare possum credo monumenta, in quibus iste dæmoniacus habitabat hominum esse impiorum: vt sicut animas in inferno, ita & corpora in sepulchris dæmones possiderent. Nam sicut omnia, quæ habent pij iure hæreditario spectant ad Deum: Ita quę habent impij, diaboli sunt. Sequitur in litera. *Is vt vidit Iesum procidit ante illum: & exclamans voce magna dixit.* Procidit diabolus ante Iesum non humilitate, sed necessitate compulsus: non, inquam, amore boni, sed timore grauioris supplicij. Sed vide quid clamans dicat. *Quid mihi, & tibi Iesu fili Dei altissimi: Obsecro te ne me torqueas.* Christi præsentia illi fuit pœnalis, sicut reo præsentia iudicis, & seruo fugitiuo præsentia domini sui. Nam sicut lux odiosa est ægris, sic malis præsentia iustorum: quare persequuntur, & odio illos habent. Quia vita bonorum est quædã tacita obiurgatio peccatorum. Timuit autem dæmon hic detrudi in infernum à Christo: atque ideo precidẽs orabat, ne illum torqueret. Vide quam verè dixerit Paulus. In nomine Iesu, omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. ¶ Aduerte autem Iudæos dicere de Christo. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. At diabolus hic fatetur nihil sibi & illi commune: nã dicit. Quid mihi & tibi est? ac si diceret. Nulla est concordia mihi tecum. Et Paulus etiam. Quæ conuentio Christi ad Belial? Ideo Iudæi peiores sunt diabolo. Quia cùm diabolus dicat, nihil sibi cum Christo esse commune: impij phatisæi dicunt, vnibus diaboli Christum adiuuari. ¶ Obserua etiam quomodo diabolus audet adiuuare Christum per Deum viuum, & sic illum vocat. Nihil enim est tam sanctum, quin dæmon eo vtatur ad malum. Vt enim transfigurat se in angelum lucis: ita assumit sibi verba Dei. Quod etiam homines impij, vt Caiphas, Balaam, & alij assumunt. Causa autem cur rogabat, ne illum torqueret subdit euangelista dicens. *Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine.* Sed cur diabolus nõ statim exiuit, cùm Christus hoc illi præciperet? Quia Christus non præcepit diabolo, vt statim exiret: qui eodem momento exijt, quo à Christo egredi iussus est. Expẽ de autem neminem rogauisse Christum pro hoc obsesso: sed ipsemet dominus pietate motus illum liberare voluit: quia nimis crudeliter à dæmonibus vexabatur. Atque ideo ait Euangelista. *Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur cathenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserto.* Attende quantum nocebãt huic homini. Sunt enim valde inuidi & summè cupiunt hominibus incommodare. Videntes autem hominem per humilitatem ascendere ad beatitudinem, quam ipsi per superbiam amiserunt, inuidia commoti nituntur illum in peccata pellicere, ne tanti boni fiant compotes mortales, quòd si in spiritualibus lædere nequeunt in corporalibus lædunt.

¶ Rũpebat cathenas & nolebat esse ligatus: primò,

Philip. 2.
Luc. 11.
2. Cor. 6.
2. Cor. 11.
Ioan. 11.
Num. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo, quia superbus est, & liber esse cupit.
Sic superbi & impij nolunt se subijcere & obedientiam auersantur, decantantes illud
Psalm.2. psalmi. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorũ. Et illud quod
Hierem.2. dominus exprobrat per Hieremiã. A seculo confregisti iugum. Pij verò omni creaturæ
1. Petr. 2. subijciuntur propter Deũ, scientes, quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Secũ
Roman. 13. do cum diabolo sit paratus carcer perpetuus, & vincula, & cathenas horret & fugit, quia sunt hæc suorum tormentorum similitudo.
Interrogauit autem illum Iesus dicens. Quid tibi nomen est? At ille dixit. Legio, quia intrauerant dæmonia multa cum eo. Non ex ignorantia interrogauit: sed vt ex dæmonis expulsione excellentia virtutis Christi clarius micaret.
Vnum autẽ interrogauit: quia vnus pro alijs omnibus loquebatur. Porro legio sex mille sexcenta & sexaginta sex sunt, quoniam tot dæmones in illum hominem intrauerant.
¶ Discamus ex hoc loco cũ timore & tremore nostram operari salutem: quandoquidem impugnamur ab innumerabili aduersariorũ multitudine. Nam si homo alicuius ciuitatis incola audiens per omnes vicos & plateas vrbis frequentissimam leonum turbam grassari ingenti timore domũ egredi auderet, quin pœnitens, silens, incedens nec vnum verbum mutiret. Quid ò tu facere debes in periculosissima ciuitate huius mundi vagans, in qua
1. Pet. 5. non leones, sed dæmõ insidias tendit, de quo ait Petrus, Inimicus vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret?
Nec vnus, aut alter, aut pauci sunt huiusmodi hostes eterrimi, aër nanque tanta dæmonum caterua scatet, vt si cerni possent, solis conspectum densitate eriperent. Quamobrẽ non parum admiratione afficier, cur comedens, bibens, & ludẽs, tam segniter saluti tuæ consulas: cum te vndique læuissimis videas feris circumseptum: quæ te deuorare satagũt. Ex ingenti autem dæmonum turba, quibus hic vexabatur, poteris colligere, quot hostes habeas: quos vt euadas diligentissimum te esse oportet. *Et rogauerunt eum ne imperaret illis, vt in abyssum irent.* Hi spiritus obsecrant & maiestatem Christi venerãtur, in quo multo sunt multis hominibus meliores: qui cum Christum confiteantur, & prædicent, multo impudentius contra illum se habent, quam dæmones. Illi enim impijssimis Christũ blasphemijs incessunt, nulla adiecta vel timoris, vel reuerentiæ significatione: dæmones verò se Christo submittunt, quo se hominibus me
Lucæ 8. liores quodammodo ostendunt. Dæmones item credunt & contremiscunt: isti autẽ credere se dicunt, cum nullo eius iudiciorum meru commoueantur. Porro cum rogãt Christũ dæmones, vt eos in abyssum mittat, orant vt mittat eos in inferni profunda. Nam abyssus Græca vox est, & ponitur pro voragine quadam, vbi fundus non potest cõtingi. Appellant ergo infernum abyssum ob immensam eius capacitatem, cuius meminit Esaias
Esai. 30. v. 14. cum ait. Præparata est ab heri Tropheth: à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus domini sicut torrens sulphuris succedens eam. Cum ergo scirent hi dæmones iguem illum præparatum sibi, timebant, ne illuc à domino Iesu mitterentur. Heu ingentem miseriam nostrã: & omnem prorsus amissum sensum. Dæmones; qui (vt Petrus ait) virtute, & robore sunt
2. Petri 2. maiores ad perferendum illa ignis æterni tormenta, ad eius nomen exhorrescũt: & homines, qui apis morsum sine lachrymis ferre nõ possunt, securi in vtranuis aurem (vt dicitur) dormiunt. Quanto esset vtilius frequentissimè nunc cogitatione versare, & assiduo ante oculos ponere sempiterna illa incendia: quod remedium esset ad ea vitanda optimũ, quam negligentes in malum descendere eterrimum? Sed de his alias. ¶ Expẽdo autem quod isti dæmones non statim exierunt: quia quãuis Christus præcipiebat, vt exirent, ipsi rogabãt, vt mitteret illos in porcos. Discamus diu in peccato non perseuerare, nec malis moribus assuescere. De hoc dæmoniaco ait Lucas, quod iam diu à dæmonibus vexabatur, quare iam ægrè antiquam relinquebant habitationem. Arbor enim multo tempore radicata primo impulsu non eradicatur, nec turris bene constructa quouis tormento deijcitur. Væ igitur si longo tempore dæmon in nobis inhabitat: nõ aufugiet primo Christi verbo iussus. Iubebat autem Christus, quanuis non efficaciter, eos exire: & illi respondebant rogãtes ne in abyssum irent. Caue ergo, & tu à cõsuetudine peccati. *Erat autem ibi grex porcorũ multorum pascentium in monte, & rogabant eũ, vt permitteret eis in illos ingredi.* Expende dæmonum malitiam & eorum impiam confidera voluntatem. Quia homini nocere non permittebantur, volũt in porcos ingredi: sic quãdo nos lædere non possunt, nostra lædunt, vt quoquo

quoquo modo nobis noceant. Hoc autem faciunt, non quia quærunt nostra, sed nos. Cũ enim diabolus aufert temporalia, vel in illis nocet, non hoc facit quia temporalia appetit sed vt adducat nos in peccatũ per iram, aut blasphemiam, aut impatientiam, & sic possideat animam nostram. Hac ratione percussit substantiam sancti Iob, vt faceret impatientię reum, & vt innocentiam amitteret. Animam nanque Iob diabolus quærebat, nõ eius substantiam, oues, aut camelos. Sic multi similes diabolo, cùm proximos lędere non possint, proximorum nocent bonis. Sic fecit impius Absalon, qui cùm non posset malum inferre Ioab principi militiæ regis Dauid, quia porẽs erat succendit segetes eius. Sic in præsenti dæmõ expulsus ab homine, in porcos ingressum petit: vt dominis porcorum incommodet. ¶ Ex his facile colliges quantum quanq; atrox sit odium dæmonis aduersum nos: siquidẽ omnibus rationibus, & vijs qua possunt, nobis incommodum parant. Quo mirabilior est quorundam hominum insania, qui non secus cum dæmone agunt tanta familiaritate, ac si essent amicissimi: nec verẽtur peritissimi homines Tyranno tetterimo obtẽperare, eius nomen immanissimum, quasi esset amicissimum inuocantes. ¶ Obserua autẽ quod vt in porcos intrarent petierunt prius facultatem & rogauerunt Christum, vt ingressum permitteret: nã aliàs ingredi nequirent. Vnde si porcis nocere non potuerunt sine permissione, multo minus homini nocere poterunt, nisi à Deo illis permissum sit.
Alligata nanque est dæmonis potestas, nec alicui officere potest, nisi in quantum Deus illi facultatẽ dederit: quã ille aliquando dat, vt nos exercitati mereamur premiũ & coronã, diabolum vincẽtes, quem facile vincere possumus, si volumus. Primo quia non omnia, quæ vult, permittit illi Deus, vt faciat: non enim facultatem habet tentandi aliquem supra eius vires. Fidelis Deus, qui non patietur vos tẽtari (ait Paulus) supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, vt possitis sustinere. Quare si quę tentationes vires tuas non excedit: recte illam, si vis, superare potes. Vnde quoties in tentationibus superaris in te culpa est conijcienda: siquidem cùm vincere posses, victus malui sti. ¶ Secundò quoniam hostis noster diabolus neminẽ, vt cogit, ita, vt nentiquam effugere possit, nisi cum, qui vinci maluit. Sed de his iam satis in superioribus diximus. ¶ Igitur vt rectè intelligas quam nihil diabolus contra nos possit præter illud tantum, quod est à Deo permissum: vide nõ potuisse neque in porcos animalia abiectissima, nisi de domini facultate sæuire. Multo autem minus poterunt hominibus nocere non permittente Deo. Petiit Satanas veniam à Deo, vt Iob tentaret. *Cap. 4.* *Iob. 1.*
¶ Obseruandum præterea est, diabolum in porcos intrare: nam vbi mores, & vita porcina est, ibi non Christus, sed diabolus habitat. In illos enim, qui more porcorum viuunt, habet diabolus potestatem. Vnde Angelus Raphael Tobiæ iuniori dixit. Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à mẽte sua excludant, & suæ libidini vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Rursus non ni si præmissa petitione permittit Dominus in porcos ingredi dæmones, quo significetur neminem damnari, nisi ipse prius meruerit, & dominum ad suam damnationem prouocauerit. ¶ Denique obseruandum est multos dicere etiam nunc, quod diabolus dixit domino. Si tu ejcis nos à dæmoniaco, ibimus in porcos. Hoc est, si auferes à nobis fornicationes, crimus adulteri: quasi necesse sit omnino illos esse malos: & inter duo mala non esset medium. De his ait Esaias. Qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam. Sic Cain dixit Deo. Ecce ejcis me à facie tua: ero profugus, & vagus in terra: & omnis qui inuenerit me, occidet me. Quasi non esset, nisi deprecare. Quanuis enim proijceretur à facie domini, poterat per pœnitentiam reuerti. Sed non inuenit aliud medium impius Cain: & ideo dixit illi dominus. Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Poterant dæmones, neque in homine, neque in porcis esse, sed quia hominum odio & inuidia flagrant, quæ est eorũ malitia, si eos lædere nequeũt, in eorũ bona sæuiunt. Sed quid dominus ad illorum petitionem? Audi. *Et permisit illis.* Cõcelsit flatim, vt Marcus ait, vt irent in porcos. Primò quia porcos pascere erat Iudæis prohibitum, vt ex Leuiti ci libro patet: & dominus facile nocet in illis, quæ sunt noxia animæ: nam tunc nocere, meminisse est Iraq; Deus puniuit Helin in filijs suis, quos ille contra legem Dei fouerat: puniuit Dauidem in filio, quem ex adulterio susceperat: puniuit etiam hos Genesarenos in porcis, quos contra legem Dei pascebant. Sic re

Psal. 31. *Leui. 11.* *1. Reg. 4.* *2. Reg. 12.* *Psalm. 35.* *Esai. 24.* *Gen. 4.* *Mar. 5.*

punit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 35. punit in vxore, in liberis, & opibus, quia his rebus abuteris. Iudicia Dei abyssus multa. Vides tu effectus iustitiæ Dei: sed causam ignoras cur ablata sint tibi ea, quæ amabas: & conflictatus, & humiliatus sis. Sanè misericors, & clementissimus Deus (credo) ea tibi non auferret, nisi illis abutereris. In qua re similis mihi videris paruo puero, qui ablatum sibi gladium plorat: quo sibi fortasse sis vulnus erat inflicturus. Et ideo isti rogauerunt Christum, vt exiret à finibus eorum. Quo etiam tu modo te habes, qui temporalia cælestibus præferes, Deum ab anima tua ejcis, eo quod temporalia tollit sicut isti fecerunt: de quo nos statim dicemus. Ferendum quidem tibi est, si nonnunquam re temporalibus spoliatũ videris. Hoc enim Deus non hominibus, eorundem vtilitatis gratia, facit. ¶ Secundo hanc facultatem tribuit dæmonibus, vt intrãrẽt in porcos, quo hominis dignitatem ostenderet. Nam ob vnum hominẽ, vel vt Matthæus ait, propter duos, duo millia porcorum perire permisit. *Matth. 8.* Mauult enim Deus vt vniuersa animalia bruta intereant, quam in vna anima rationali iactura fiat. Quod, proh dolor quam è diuerso hac nostra tempestate anati homines faciũt, qui pauperes fame, frigore, & siti confici contemnunt, qui creaturæ rationales sunt, ad Deique, imaginem facti, ne parum tritici, aut veterem tunicam erogent, aut quid vis aliud de bonorum suorum superfluis tribuant reliquis. Atqui vtinam hoc malum apud priuatos homines tãtummodo grassaretur, nõ etiã in domibus episcoporũ & præsulum, quibus ex officio liberalitas incumbit, extaret: quorum nihilominus multi sunt, qui iumẽta sua, plusquam animas suorum subditorum amãt: plurisque faciunt bruta animalia quàm homines, diuitiasq; suas ouium saluti anteponũt.

¶ Tu tamen disce ex hoc loco, vniuersa bona temporalia pro proximi tui salute contemnere: siquidem Christus, vt nobis exemplo foret, docereque hominis dignitatem, cuius causa omnia sunt contemnenda, voluit tantũ porcorum gregem perire ob vnius hominis salutem. Tertio hanc licentiam concessit dominus dæmonibus ad perdendos porcos, vt porcorum perditio fieret dominis & alijs substantis occasio, & animas multorũ lucraretur. pastores enim nuntiauerunt hoc hominibus ciuitatis, quo miraculo audito multi crediderunt. Sæpe enim misericors Deus auferit temporalia, vt spiritualia consequamur. Sic dominus ablulit diuitias regi Manassæ, qui cõuersus ad dominum orauit in carcere deuotissimè: cum antea Deum non cognouisset. Sic etiam filius prodigus, postquam bona temporalia perdiderat, ad dominũ est reuersus: ita isti Genesareni, quia porcos perdiderant. Dominum cognouerunt. ¶ Discamus ex hoc loco, alicui damnum, aut incommodum non facere: quia vbi putas proximo incommodare, tibi ipsi noces, & in laqueo eodem capieris. Sic Aman crucem parauit Mardochæo, vbi ipse fuit suspensus. Sic diabolus modo voluit damnum facere dominis porcorum, sed certe multum illis profuit: nam occasiones peccandi abstulit, & ex hoc facto ad Christũ venerunt multi, & diabolus se ipsum præcipitauit. Media, rationesque quamplurimas excogitant impij, quibus proximis suis malefaciant, sed eadem Deus in autores suos reuoquet: & ita sceleroſi bonis incommodum parantes, sibi sepulturam fodiunt, qua sepeliantur. Ita propemodum accidit filijs Iacob, qui fratrem suum Ioseph vendentes, incommodo suo illum in amplissimum euexerũt dignitatis gradũ: se ipsos autẽ ignominia & opprobrijs addixerunt, &c. Sequitur in contextu. *Exierunt ergo dæmonia ab homine & intrauerunt in porcos.* Sicut sæpe cõtigit quod vnus gratiam amittat, & alius eam recipiat: ita dæmon ab vno ejcitur & in alium mittitur. Dominus enim ait, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Igitur quod vnus perdidit, alius accipit: ita si ex vno dæmone ejci tur insilire permittitur. Quæris, in quem? In porcos. Paratus dæmoni est, qui indulget nimium cibo, potui & veneri. Porci quia bruta erant animalia non habebant dæmones: sed immundi erant, & ideo dæmonum ingressioni parati. Sic tu, qui cibo, potui, veneriq; plus nimio indulges, licet, eo modo te habeas, quo tibi mortaliter peccare non videaris verum non animaduertis quantum hoc viuendi modo infrigidata charitate paratum te reddas ad omnem peccati occasionem, & dæmonis domicilium. Nam qui se vituunt, & nimis somno & corpori tribuunt sicut porci, paratissimi sunt, vt dæmones in animas suas ingrediantur. Ita vitam agentes porcinam, habitationẽ dæmoni fabricant. Non enim habent isti virtutem aut fortitudinem, vt tẽtationi resistãt: quare statim succumbunt: & ianuas habent apertas, qui in delicijs viuunt, vt diabolus illic ingrediatur: nam à nemine impeditur. Ingressi

gressi igitur sunt: & vide malum quod eueniet animæ tuæ. *Et impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.* Sic qui in deliciis & libidinibus viuũt, dæmoni hospitium parant, qui ingressus eos in infernum præcipitat. Væ ergo vobis, qui nunc saturati estis: væ vobis, qui ducitis in bonis dies vestros: væ inquam, vobis, qui epulamini quotidie splendidè, & induimini purpura & bysso. Cauete ne tam suum hospitem excipiatis: qui vos in præcipitium ducat. Quid enim aliud est tãtos facere sumptus, nisi in præcipitium ruere? Vt enim pij magna constantia & feruore se à carnalibus abstrahunt desiderijs & vitam agentes austeram occasiones cadendi vitant: ita vos impij magno impetu in interitum vestrum properatis. ¶ Expende etiam quantũ debet humanum genus diuinæ prouidentiæ: qui non permittit homines, qui à dæmonibus vexantur, ab illis occidi. Dæmones enim facilè potuissent hominem occidere, quando tam facilè duo millia porcorum submergere potuerũt. Tribuam° ergo gratiæ diuinæ quicquid à dæmone non patimur. Hoc voluit Christus hoc facto docere. Vnde Dauid ait. Nisi dominus adiuuisset me: paulominus habitasset anima mea inferno inferiori. *Quod vt viderunt factum qui pascebant fugerunt: & nũtiauerunt in ciuitatem, & in villas.* Oportebat his pastoribus accedere ad Christum, & credere, & adorare illum: qui tanta operabatur miracula. Verum in hoc rusticitatem, & imperitiam suam planè manifestant, siquidem ab illo fugiant, quem totis viribus quærere debuerant. At ò vtinam tu istis non assimileris qui cùm quotidie Deum mirabilia in te operantem videas, ab illo pastorali quadam & bruta imperitia non sequis fugis, quàm si esset, quæ in te confert beneficia, ereperturus. Nã quòd summa quotidie in se mirabilia operetur, quis non videat? Quid enim mirabilius, quã beneficijs allicere, conseruare, protegere, defendere ac substentare te peccatorẽ, qui nunquã desinens peccare illius hostẽ te profiteris? Pharao rex Ægypti indurabatur, tot tantasq; miracula videns; sic etiam nũc se parantur à Deo & coacerũtes peccata peccatis faciẽ eius virãt. Qui audacia funestissima correpti, non verentur Deũ in dies magis offendere: & Dei misericordia abutentes, seipsos decipiunt. Vide etiã quanta sit Dei bonitas, qui quãcunq; rem etiam vilissimã ad nostra salutem transfert. Vide quibus miracula sua prædicãdi negotiũ det. Inter pastores, qui vilissimæ sunt conditionis homines, abiectissimi sunt subulci, hos autem homines vilissimos sumit Christus, vt suæ doctrinę instrumenta, & hi miracula domini prædicant. Vnde colliges optimè dixisse Paulum. Abiecta & contemptibilia elegit Deus. Sed historiam prosequamur. *Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerũt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerũt.* Innatum enim est hominibus noua & inaudita libenter videre: nec satis ducunt ea audire. Homo nanq; est animal admiratiũ naturaliter sciẽs desiderans. Ille autem, à quo dæmonia exierant, ad pedes Iesu erat gratias ei agens, & ei adhærere cupiens. Timuerunt qui dem videntes hoc, sicut qui viderant ventis & mari illum imperantem. Timebant nanq; timore reuerentiæ & stuporis sicut timuit Petrus viso miraculo captionis piscũ. Vel etiam timuerunt, quia cõparatione & cõsideratione sanctitatis, maiestatisq; Christi propriã imperfectionẽ, fragilitatẽ, & culpã profundius attendebant: sicq; diuinũ formidabant iudicium, & animarum suarum spirituale periculũ. Vel certè timuerunt Christum appropinquare, arbitrãtes se eius præsentia esse indignos: sicut & Petrus loquut° est. Exi à me dñe, quia homo peccator sum. Discamus ex Christi miraculis & mirabilibus Dei, illũ timere & honorare. Sic enim legitur, quod filij Israel videntes Ægyptios mortuos in mari rubro, & Dei mirabilia, quæ fecerat, timuerunt, & crediderunt dño & Mosi famulo eius. Ea autẽ est tua duricies & contumacia, vt nec mirabilibus, nec misericordia Dei, quàm erga te sæpè ostendit mouearis, neq; conuertaris, &c. *Nũtiauerũt autem illi qui viderant quomodo sanus factus esset à legione.* Illi qui cum Christo præsentes erant quando obsessum à dæmonũ legione curauit, narrauerunt Genesarenis, & alijs, qui venerant à villis, vt viderent quomodo Christus dæmoniacũ liberasset: quia pastorũ nuntio fortasse contenti non erant. *Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur.* Timebant nanque ne sicut in porcis nocuerat illis, etiam in alijs rebus damnum inferret. Mirabilis est istorũ hominum stultitia, & fatuitas: qui propter porcos Christũ à regione sua ejciũt. Sed proh dolor, quot sunt, qui eundẽ dñm ab animabus suis expel

Aquæ.

Luc. 15.

Hester. 7.

Gene. 37.

1. Cor. 1.

Exod. 14.

Luc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lunt ob alia multo viliora? Quot sunt, qui, vt vel vnum lucrentur obolũ, & merces suas ritè vendant, mentiuntur, iurãt, atq; periurãt? Alij etiam nõ melioris notæ homines noctu, interdiuq; ludentes, conclaue, & chartas pictas statuunt illis, qui ludũ exercere voluerint ipsis nam ludendo languẽtibus. Quibus in locis Dei nomẽ turpissimè blasphematur, & offenditur. Alij, vt pro animi sui libidine merces suas vendant, Christum abs se proijcere non dubitant. Quorũ domus spelũcæ latronũ, & vitiorũ gymnasia dici possunt. Sic omnis peccator Deũ propter nihil offendit. O si perpenderent peccatores, quã nullius cõmodi causa Deũ relinquant, quo alia multo maiora bona amittunt, cautius & prudentius res agerent suas. Vsurarij, & omnes, qui aliena retinent, eijciunt Christũ: ne in aliquo bono tẽporali dãnificẽtur. De quibus loquitur scriptura: Qui dixerunt Deo, recede à nobis: scientiam viarũ tuarũ nolumus. ¶ Obserua etiam nõ esse paucos, sed plurimos, qui Christum eijciũt, ne bona perdant tẽporalia. Non pauci, inquã, sunt, & cũ dolore dico, qui rogauerũt Christũ, vt ab illis discederet. Omnis multitudo Gerasenorũ. Multi Christũ eijciũt: tota enim ciuitas & regio Gerasenorũ rogat, vt discẽdat: pauci sunt qui Christũ suscipiãt, vt Martha & Zachæus: sed multi, vel fere omnes illum eijciunt. Ciuitas vniuersa clamabat vt Christus crucifigeretur: at pauci in sepulchro cõdiderũt eũ. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Vbiq; pellitur Christus, iam fere non habet vbi manere possit. Pellitur ab aulis principum: quoniam ibi veritas, & religio odio habetur. Pellitur etiam à priuatis nobilium, mercatorũ, & plebeiorum domibus: nam in huiusmodi hominũ animis præterlucrum, nihil cõsistere potest. Quod si ad prælatos & ecclesiasticas personas confugiat: heu me miserum omnia ambitionibus, auaritia & libidinibus ita referta ostendit, vt nequaquã ibi velit habitare. Vnde profectò videtur nullum esse in toto orbe locum, nullam viuendi conditionem, in qua possit Christus requiescere: vsque adeo vnusquisque delicijs, honoribus, & blandimentis huius sæculi captus, immemor suæ salutis viuit. *Ipse autem ascendens nauim, reuersus est*. Deus neminem cogit: imò nolentes facile deserit. Sed ò infœlicissimam animam, quæ à Deo deseritur. Nã Dei absentia omni bono orbatur: efficiturq; miserrima, summisq; repleta calamitatibus. Præterea quãuis Christi doctrina maximè indigebant, acquieuit illis: quia si remansisset, non acquieuissent ei, & peiores efficerentur. Docet prædicatores, vt, quar do viderint se parum in vno loco proficere, in aliũ proficiscãtur. Sic enim illis dixit. *Si vos non receperint in vnã ciuitatem, excutite puluerẽ, &c.* *Et rogauit illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset.* Hoc putant aliqui illum fecisse, ne elongatus à Christo rursus à dæmonibus comprehenderetur. Voluit etiam Christi potiri familiaritate, vt plenius ab illo doceretur. Tam enim addictus & deuotus Christo iam dudum erat, vt voluerit ei de cætero inseparabiliter adhærere, corporaliterq; adesse, ne pro tanto accepto beneficio non gratus iudicaretur. Noluit autem huic petitioni acquiescere, vt hoc miraculum plurimis narrans eos lucrificaret. Quapropter subditur. *Dimisit autem eum Iesus dicens: Redi in domum tuã, & narra quanta fecit tibi Deus.* Noluit autem dñs illum secum deducere. Primò vt sanctãtiam vitari doceret: quoniam si eos, quos sanabat secum duceret, videretur humanum captare fauorẽ. Secundò, quia plus poterat proficere, Christũ prædicando, & illum illius q; gesta alijs narrando, quã sequendo. Quod multo secius faciunt hac nostra tempestate multi, qui malũt seruos suos in rebus suis studiosos videre, quam in Dei cultu & religione. Quare non paucos inuenies, qui mini stros diebus festis negotijs distringunt, ad ò vt neque sacro, neque concioni possint interesse. Et ita omnem famulorum seruitutem sibi arrogant, quia quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. Christus verò quærens, nõ suum commodum, sed populi salutem & profectum: non secum duxit hũc hominem, sed præcepit, vt narraret mirabilia Dei. ¶ Obserua etiã q; præcepit huic. Christus mitacu'a sua narrare, alijs verò tacere: quia si pe ex humilitate hæc celanda sunt: sæpe autem ex charitate proximi pandenda. Ideò iussit hunc, quoniam regio illa fuit Dei cultu & cognitione priuata. Atque ideo Christus præcedens ab eis quasi vicarium & prædicatorem meũ reliquit. Præterea adoertendum hic est, nõ dixisse dominum, Vade, & narra quanta ego tibi fecerim, sed, vade & narra quãta fecerit tibi Deus: quibus certè nos docet, vt omnes actiones nostras in Deum referamus, quæ aliquid bonitatis habuerint. Hæc etiam de causa, quãdo ad patrem miraculũ refert, dicit, Narra: quãdo verò de ipso loquitur, horatur tacere. ¶ Dilcamus laudẽ dno. Primum est, ia pè dominum in firmitates propter gloriam & honorem nominis sui immittere. Vnde ipse de eius natiuitate. Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Et de infirmitate Lazari dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed vt manifestetur &c. Et in Exodo dixit Mosi: Glorificabor in Pharaone. Sæpe infirmitas & obsessio hominis istius fuit ad hoc, vt ipse magnalia Dei narraret. Discamus secundo, exemplo istius opera Dei narrare & magnificare mirabilia eius, illaq; prædicare. Sic Moses narrauit ferè omnia, quę fecerat. Deus Israelitæ Angelus Raphael Tobiæ dixit. Vos autẽ benedicite Deũ & narrate omnia mirabilia eius. Vnde Dauid in psalmo: Venite, & narrabo, quanta fecit Deus animæ meæ. Sic iste fecit, sicut præcepit illi dominus, atque ideo sequitur in contextu. *Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.* Expendę autem hunc hominem, non fuisse missum, vt prædicaret quanta illi Deus fecisset, ipse tamen prædicauit quanta illi Iesus fecisset, quia iam ex illuminatione superna credebat ipsum esse Deum. Non solum enim in corpore, sed etiam in anima sanatus & illuminatus est: vt Iesum cognosceret esse Deum. Atque ideo prædicans, quæ illi Christus fecisset, præceptum eius implebat. Hinc aduerte, vt quando à Deo salutem corporis nactus fueris, animam nõ obliuiscaris, sed in vtraque pariter proficias, huius hominis exemplo. Nam, vt quidam poeta ait. Optandum est, vt sit mens sana in corpore sano, &c. Atiam Euangelista aliud narrare aggreditur miraculum, quod Dominus fecit suscitans filiã Iairi archisynagogi: obiter autẽ etiã mulierem Hæmorrhoissam sanauit. Ait itaq;. *Factum est autem cùm rediisset Iesus, excepit illum turba: erãt autẽ omnes expectantes eũ.* Cùm rediisset, inquam, à terra Genesarenorum ad Galilęam. Vide, quot quantosq; hauriat dominus labores, vt infirmitatibus nostris medeatur, & nobis commodum pariat. Nihil aliud agit, aut studet, præter salutem hominum: vbique enim, se offert, occasionemq; quærit, vt possit rogari, & vocari ad curandum. Non enim mos est, sicut illi, qui ne pauperi petenti faciant eleemosynam se abscondunt, & per famulos se domi esse negant. Verum

Christus sciens in illa regione filiam archisynagogi grauiter ægrotare non se more istorũ celat: imò eo tendit, vbi ab infirmis potuit inueniri & rogari, & exorari. Quare cum ita palam se locaret, vt omnibus beneficeret, vide quid dicat Euangelista. *Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps Synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu rogãs eum vt ingrederetur in domum eius.* Ideo hic ad Christum ruitur, quia Christus ad eũ venerat. Præsentia ergo Christi illum traxit. Vnde egregius psaltes: A facie dñi mota est terra, à facie Dei Iacob. Præsentia dñi mouentur hominũ corda, & præsentia saluatoris egreditur Iairus salutẽ quærituros. Quemadmodum sol præsentia sua terrã calefacit, lucificat & fœcũdat, absentia verò illã deturpat, infrigidat, & effætã reddit: sic Christus Gentes arenos velut quens in tenebris infidelitatis gelidos, & sterriles, Galilæam fœcũdam, & splendidã doctrinæ & miraculorũ suorũ luminibus illustrẽq; effecit. Calluit ergo iterum ille, verus iustitię sol præsentia sua principis synagogę animum, eumque mirabili deuotione, humilitate, reuerentia, & modestia deum ctũ ad se traxit, ad suosq; pedes fecit procũbere orantem, vt in illius domum se conferre velit. Verum hic aliqua sunt obseruanda. ¶ Primùm horum est, quanuis Christus vnicus sit Saluator noster, nemini tamen, nonacceden te eius voluntatẽ & cooperationẽ, auxiliatur: sed media quædã, & gradus sunt, per quæ ad salutẽ peruenitur. Et in primo, si pomus opem & salutẽ à Christo, inuocare nos eũ oportet, sicut Ioel dixit. Omnis qui inuocauerit nomen dñi saluus erit. Nemo autẽ Christũ inuocabit, nisi credat in eum. Tũc ex fide eum charitate coniuncta, Deum vt decet inuocabimus. Nõ defuit huic fides, quia credidit Christũ sanare filiã: & charitatem habuit, quia vitã filiæ petebat. ¶ Obserua secundò, hanc orationẽ Iairi (cuius nomẽ Lucas ponit propter certitudinem facti) tria habere bonę orationis requisita. Primũ enim habebat humilitatem: quod insinuatur in eo, Cecidit ad pedes Iesu: & Matthæus ait. Adorauit illum. Qua adoratione solicitudinẽ & necessitatẽ suam ostendit, cui præter Christũ mederi nemo poterat. Oratio enim humiliantis se cœlos penetrat. Secundò habuit affectũ in petendo. Satis enim affectuosè & instãter petijt. Vnde colligitur quã vehemẽs sit parẽtũ in filios amor. Mulier illa Sunamitis videns filiũ suum mortuum non lentè, sed festinanter asinum

Esai. 65.

Luc. 10.
Luc. 19.
Matth. 10

Mat. 10.

Psal. 113.

Ioel. 2.

Rom. 10.

Mat. 9.

Eccle. 15.

4. Reg. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suũ strauit, & venit ad Helisæũ, & postea noluit recedere, nisi prius secũ iret. Viuit dñs, ait, & viuit anima tua, & non dimittam te. Sic etiam regulus ille abijt, quærens Christum, & obnixè orabat pro filij incolumitate. Quantis autem clamoribus, lachrymis & affectibus mulier illa Chananæa filiæ salutem quæsierit, satis egregiè Matthæi euangelium cõmemorat. Quod, ni fallor, filij nũquam fecissent sine huiusmodi calamitatibus patres vidissẽt. Multos enim passim videmus pauperes patres, quorum filij diuites sunt, non tamen è diuerso. Quamobrem non præcepit Deus, vt patres filios diligerẽt, quippe qui satis suapte natura in eos affecti sunt: præcepit tamẽ filijs vt parentibus suis obedirẽt, eos colerẽt, & obseruarent. Et in Exodo etiam iussit, vt quũ malodideret pater, vel mater, morte morerentur. ¶ Tertiò considerer petijt & fidem habuit. Hæc enim fide indigebat oratio, iuxta illud Iacobi: A postolũ Postulet in fide, nihil hæsitans. ¶ Aduerte etiam: nam videtur etiam in Iairo fidem defuisse, sicut & in regulo. Sicut enim regulus, ita & hic Christi præsentiam corporalem petebat, regans vt intraret domum suam. Verùm nihilominus maior fuit fides huius archisynagogi, quàm reguli. Primò, quia regulus petebat Christi aduentum antequam filius moreretur, putans mortuũ nõ posse à Christo suscitari. Vnde Matthæus illius verba referens ait: Filia mea modo defuncta est, sed veni & impone manum tuam super eam, & viuet. Secundò Iairus hic plus humilitatis habuit, maioremq; exhibuit Christo reuerentiam, quàm regulus: cecidit nam que ad pedes Iesu, quod regulus non fecerat. At quanquam fidem, ideſt, fiduciam habuit in oratione, credidit quẽ, quem admodũ Helisæus mortuum tactu ossium eius suscitauit: sic etiam Christum tactu vestimenti sui posse filiam eius suscitare posse: nihilominus tamen reprehensione dignus fuit, quia corporalem Christi præsentiam exigebat, sicut regulus. Sed cur propter hunc fidei defectum Christus non reprehendit illum, sicut regulum: Nẽpe quia hic sacerdos erat, & princeps synagogæ. Hinc ad nostram eruditionẽ discamus Pontifices, Prælatos, Sacerdos, ac viros Ecclesiasticos honorare: & eorũ peccata sanè corã populo nõ arguere. Nullius enim fructus sunt publicè factæ in Ecclesiæ viros reprehensiones. Quoniam qui eo modo arguuntur scandalizantur, non corrigũtur: & vulgo deinceps, quod huiusmodi semper gaudet cauillis, ludibrio & contemptui sunt. Vnde Ecclesiæ autoritas non parum defraudatur. In Leuitico habetur iussisse Dominum, vt domus, quam sacerdos erat ingressurus, prius expurgaretur: vt scias quanta reuerentia, & honore iacerdotes sint tractandi. Quando peccauit Aaron secreto reprehensus est à Deo: Vnde discere potes, prælatos & huiusmodi summos viros, quia Christi sunt Domini, licet, suis non vacent defectibus, tamen propter suum dignitatis gradũ esse honorandos. Sicut enim, si egrotans, medicum nactus præstantissimũ nõ ideo paruipenderes, quia aliàs esset vitiosus, imò aliorũ defectuũ oblitus, ab ipso summis precibus, salutem & peteres & sperares: sicut etiam, si vestem haberes cum alio communẽ eam solummodo partem spectares, quæ tua contingeret, alia relicta: sic in prælatis & superioribus autoritatem muneris, & commodi tuum ab eorum doctrina considera, alijs omnibus prætermissis. Ità honorabat Dauid Saulem regem, & prælatum populi & suum, quãuis impium. Quin etiam si suu habeant vitia, quæ vides, ferenda sunt: quoniam plures habere possunt virtutes, quas tu non vides. Archisynagogus hic habuit humilitatem, quia reuerenter petijt: habuit affectum, quia ardẽter orauit, habuit fiduciam, quia ad Christum venire non dubitauit: & sic his tribus rebus nixus optimo iure petiuit. Quare & si imperfectam habuit fidem, existimans Christum absentem eius filiam suscitare non posse: credidit tamen præsentem valiturum. Vnde dominus hunc fidei defectum arguere noluit, tum quia fi archisynagogus, & quasi episcopus & princeps synagogæ erat: quia humilitatem, & fidem habebat non mediocrem, credens Christum mortuam filiam posse ad vitam reuocare. ¶ Discamus secundò non facile domus principum & magnatum ingredi: quandoquidẽ Christus non nisi rogatus, & obingens bonũ spirituale, populiq; ædificationem domũ archisynagogi intrauit. Quo decumentum saluberrimũ omnibus suis sequacibus, & viris ecclesiasticis in primis relinquit, ne regum, & magnatum aulas frequentẽt, aut ad secularia cõuiuia, aut negotia accedant, nisi religionis ædificationem sperẽt, pòpulíq; prouentum. ¶ Postrẽmò expende hominum morẽ & consuetudinẽ: qui licet magna petãt, vt facilius, quæ postulãt impetrẽt, solẽt ea quæ precãtur deprimere & eleuare. Sic

Sic Loth Angelis dixit. Est hic ciuitas parua, saluabor in ea. Sic Bersabee cùm postularet Abisac in coniugem, & simul cum illa regnũ, dicebat. Petitionẽ vnã paruulam, ego deprecor à te. Sic mater filiorum Zebedæi accessit ad Christum petens aliquid, quasi parum peteret: petebat vt filij essent in regno Christi assessores. Ita etiam Iairus nihil aliud videtur petere, nisi Christi in domũ suam aduentum: nihilominus tamen cupit, vt filia suscitetur: & hac de causa Christi præsentiam optat. Vnde Euangelista subdidit causam cur Christũ rogabat, vt iret in domum dicens. *Quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hęc moriebatur.* O inertiam, tarditatemq; hominũ ingentem: quorum nemo est, qui Deum optimum & maximum propter eius bonitatẽ duntaxat colere velit, sed omnes spe commodi Deo inseruiunt. In quo peioris conditionis cultum Dei faciunt, quàm hominum: siquidem multi homines, alios amant nullo vtilitatis fine proposito, sed voluptatis tantum modo causa illis inseruiunt. At Dei seruitus & cultus nisi cum vtilitate nulli grata sunt. Seruiebat Abraham Deo, at statim commodum quærens ait, Domine Deus, quid dabis mihi? Et Dauid. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Et Petrus. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid erit nobis? Ita Iairus hic venit ad Christum, quia vnica filia erat ei, & moriebatur. Multo secius se habet Deus nobiscum: qui non solũ benefícus est in illos quos nouit fore gratissimos, sed etiam in illos, qui ingratissimi sunt futuri: quoniam solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Amicitiam Deus inibat cum Saule, Salomone, & Iuda, eorum perfidiam futuram non ignorans: homines autem illum, non nisi proposito commodo quærunt. Huius autem imperfectionis causa est, imperfecta nostra de Deo notitia. Vnde qui ea corpore exuti æterna beatitudine fruuntur, quia Deũ perfectè cognoscunt, illum non tam bonificè, sed verè amant: quo etiam modo se habent in sæculo ij, qui Dei veram nanciscuntur cognitionem. Vnde Paulus ait. Ego autem non solũ ligari in Hierusalem, sed & mori paratus sum propter nomen domini Iesu. Hic Iairus propter commodum ad dominum accedit. Sed quomodocunque accedant homines, eos suscipit Dei benignitas: dummodo humiles, & necessitatis suæ memores sicut princeps hic, veniant. Quare Anthiochus infœliciter discessit, quia ad Deũ nõ accessit. Vocat itaq; Iairus Christum, quia mortua est puella eius filia. Christus autem sine precio, cum sequitur. ¶ Vide quo tendant vniuersa mundi bona. Hæc puella erat illius principis hæres & spes vnica, in quam patris omnis honor, nomen, & fiducia ritebatur: quæ tamen morte præuenta, omnia hæc fuerat frustrata. Omnia in filia iacta fundamenta inania fuit: & quæ vel exigua febri, adeò sublata sunt, vt nullũ sui relinquant monimentum, aut vestigium. Hoc sæpe accidit illis, qui spes suas collocãt, in rebus fluxis & mutabilibus. Ideo Esaias ait. Væ vobis, qui confiditis in baculo arundineo, & confracto. Hæc puella omne bonum, omne nomen, omne fundamentum erat domus parentum suorum, en moritur, & morte sua vniuersa hęc bona trahit. Hac de causa sanctissimi viri nunquam spem suam, aut fiduciam, in filijs, hæredibus, aut maioratibus, rebusue fluxis & caducis sæculi, quæ diu consistere nequeunt: sed in solo Deo ponũt. Vnde quia memoriam non quæsierunt, æternam sui memoriam reliquerunt: cùm contrà acciderit quam plurimis sæculi regibus, & principibus, qui omnem vitam suam honoribus inhiantes transegerunt: nunc tamen non secus obliuioni traditi sunt, ac si nunquã fuerint. Nulla in re terrenorum confidamus: si quidem in puncto in ictu oculi mutantur ne putantes nos aliquid habere, postmodum nihil inueniamus. Quis persuaderet Iairo filiam eius, quæ florentissimam videbat, diu non victuram? Quam tamẽ miserrimus pater cùm minimè putabat, mortuam vidit. Statuamus ergo omnem fiduciam nostram in solo Deo, qui cùm semper viuat, nonquam desinat expectationes nostras nunquam frustrabitur. ¶ Aduerte autem Matthæum aliter verba Iairi efferre, quàm noster Lucas, ait enim. Filia mea modo defuncta est. Sed nulla est contrarietas. Egrediente namque Iairo domum, filia erat penè in extremis: cui postmodum iter facienti iam obijsse nuntiatũ est, vt infra Lucas commemorat. Vnde quando Iairus cum Christo loquebatur, quia iam filiam mortuam credebat, de illa quasi mortua mentionem faciebat. ¶ Discant prælati exemplo huius Archisynagogi, qualem subditorũ suorũ debeãt habere curã. Vt si quãdo eos in peccato mortuos viderint, accurrãt &

Mat. 25.

Exo. 20.

Luc. 1.

Mat. 9.

4. Reg. 13.

Leui. 14.

Numer. 12.

1. Reg. 24. & 26.

Mat. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

amore paterno Deū precentur, vt illos manu miſericordiæ ſuæ tangat & à peccati tenebris excitet. Sic fecit optimus ille populi Iſraelitici præſul Moſes, qui pro eo populo tanta orauit efficacia, vt auſus ſit Deo dicere, vel parce populo huic, vel dele me de libro vitę, Idem etiã Aarõ fecit, cum ſe ponens inter viuos & mortuos, thure, & oratione Deũ exorauit ſua. Verũ paucißimi ſunt hodierna die Eccleſiaſtici paſtores, qui virã ſuã pro ouibus ſuis periculis obiectent, ſicut Dauid, qui Leones, & Vrſos in gregem ingruentes, expugnabat. Quare miſerrimæ Chriſti oues paſſim periclitantur, paſtoribus vitijs & delicijs affluẽtibus. Sequitur. *Et contigit dum iret à turbis cõprimebatur.* Surgens, ait Matthæus, Sequebatur eum. Surrexit enim, vt iret: quia ſedebat. Hoc enim opus & labor boni prælati eſt, vt ſcilicet, propter ſubditorum bonum, ſurgat: ſed nunquã ſuam & quietem relinquat. Sic bonus paſtor Iacob. Die (inquit) noctuque gelu vrgebat: ſomnus fugiebat ab oculis meis. Non ſic modo faciunt prælati otio & inertiæ vacantes: nec tantillem voluptatis, propter ſubditi vtilitatem relinquentes. Itaque abijt cum Iairo miſertus adoleſcentulæ. Expende autẽ hic Chriſti mitã diſpoſitionẽ, qui enim cũ regulo ire noluit, cum Iairo vadit: quoniã ſecundũ varia tempora & cauſas diuerſimodè ſe habebat in operibus ſuis. Vnde alijs tẽporibus iubebat miracula ſua occultari, alijs euulgari, vt vidimus ſuperius in hoc capite in damoniaco, qui legionem habebat. Et in hac hiſtoria duo contraria fecit diuerſis de cauſis. Nam mulierem ſanatam à fluxu ſanguinis coegit, vt ſanationem ſuam coram omnibus publicaret: & ſuſcitationem filiæ archiſynagogi præcepit ne cui dicerent. Ita hic & in regulo. Nam ibi Chriſtus voluit oſtendere virtutem fidei, vt homines digna de illo crederent, ſcilicet, quod poſſet abſens ſanare. Ideo dixit. Filius tuus viuit, & credidit. Quod autem ad oſtenſionem virtutis fidei fieret apparet. Nam increpauit regulum dicens. Niſi ſigna & prodigia videritis non creditis. Noluit igitur Chriſtus cum regulo deſcendere, ſed abſens curauit, vt daret ei occaſionem credendi. Hic autem Chriſtus non attendit ad oſtenſionem virtutis fidei, ſed vult oſtendere manſuetudinem ſuã, quia omnibus comis erat, & nõ dedignabatur ire quocunq; vocaretur. Rurſus cũ Iairo ire voluit propter magnitudinem miraculi nũc faciendi. Nam ſuſcitaturus erat puellam, qui anteà nullum mortuum ſuſcitauerat. Iudæi autem credebant hoc maius eſſe omnibus alijs miraculis: ideo nimium oportebat eſſe compertum, miraculum hoc Chriſti virtute fuiſſe factum. Nullam autem potuit maiorem Chriſtus certificationem dare, quam vocando ad puellam & manum eius tenendo dicere, Puella ſurge: & illo ſurgeret. Quod ſi abſens feciſſet, quanuis ipſa reuiuiſceret, putaretur fortaſsis hoc non feciſſe illum, quia tota nihil tale fecerat. Quare hæc fuit cauſa præcipua, cur ire maluerit ad adoleſcentulam ſuſcitandam. ¶ Expende autem, quomodo Chriſtus dimittens prædicationem (nam, vt Matthæus ait, ad populum loquebatur) ſequutus eſt Iairum. Quo facto docemur aliquando dimittendam eſſe orationem, prædicationem, & vitam contemplatiuam, vt proximis periclitantibus, aut afflictis ſubueniamus. Sic etiam Chriſtum ſcimus ſæpe legimus, cùm ter in horto orationem reliquit, vt diſcipulos dormientes excitaret, viſitaret, & moneret. Non ſunt contrarij Martha & Magdalena, imo ſorores ſunt. Sic vita actiua & contemplatiua inuicem ſunt amiciſsimæ & germaniſsimæ, ſequentiuò adiuuant, tantum abeſt, vt aduerſentur. Sub illis ſanctorum animalium alis vidit Ezechiel prophetæ manum humanam: vt hinc intelligas, vitam actiuam contemplatiuam non impedire, imò potius ſummè adiuuare. Ita Moſes diuinam contemplationem, qua in monte fruebatur reliquit, & deſcendit, vt populi neceſsitati, quia peccauerat, opem ferret. Duo Cherubim, quos Moſes ex Dei præcepto fecerat, extenſas alas ad volandum & cõtemplandum habebant: ſed reſpiciebãt ſe vertis vultibus: ita tu quanuis alas mentis extenſas ad volandum habeas, ideſt, licet ſis totus contemplationi traditus, non ideo vultum à proximo tuo auertas, ſed potius illi, vtcunque poteris ſubueni. Hac de cauſa duo illi Cherubini memorantur eſſe: quia charitas non, niſi inter duos, eſſe poteſt, alterum, qui faciat, alterum, qui accipiat. Diſce etiam ſecundo à Chriſto ſaluatore humilitatem & benignitatem maximam, qui Iairi petitioni nõ refragatus, illum ſequutus eſt, vt opus charitatis impenderet. Vide quemodo omnia relinquit ob proximi ſalutem, quantaque diligentia vadat: non in ſequentem lucem differens, ſed ſtatim ſuccurrit proximi infirmitati.

Exodo.32. Num.16. 2.Reg.17. Genes.31. Ioan.4. Ioan.4. Matt.26. Luce.10. Exod.33. Exod.33.

Quod ſecus facis, qui ſolicitatus & penè coactus duntaxat bene operaris. Non ſic faciebat ſanctus ille Iob, qui dixit. Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Non eſt differendum pauperi remedium, nec beneficia ſunt procraſtinanda. Vnde in Prouerbijs Salomon ait. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, cùm ſtatim poſſis dare. Ne ſis igitur piger ad iuuandum paupere m: ſed diligens & velox. In quo documentũ ſumeà Chriſto hoc in loco, & ab eius matre ſanctiſsima, quàm Lucas ſuperius commemorauit viſentem Eliſabeth cognatã ſuã, non lentè, ſed cum feſtinatione magna: vt nos doceret, proximis non pigritanter, ſed diligenter ſubueniendum eſſe. ¶ Expende etiam, vt hic ait Euangeliſta, Ieſus à turbis cõprimebatur, omnem tamen hanc moleſtiam & tædium charitate motus ferebat. Non ſic ſe habent nobiles, & potentes ſeculi qui nullo in loco ſe ab alio tangi patiuntur. Quin etiam ad templa euntes, quoties turba frequẽtior eſt, famulos afferunt, qui impulſu fuſtibuſque præcedentes plebem ſubmouẽt, omniaque ita turbant, vt exercitum ingruere credas: poſtquam vero ſedent, omnes circunſtãtes tam longè diſturbant, vt maximo interuallo à propinquiori diſtent. Nolunt ſimplices & pauperes ad ſe accedere, ſed tãtummodo aſpicere & ſequi: quod elationis & ſuperbię ſignum eſt. Sed dum ſic iret compreſſus à turbis, audi inſigne quoddam, quod fecit in itinere, miraculum. Ait ergo euangeliſta Lucas. *Et mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim.* Quę hæc mulier fuerit, dubium eſt. Ambroſius putauit fuiſſe Marthan Chriſti hoſpitam & Magdalenæ ſororem. ſed quæcunque illa fuerit, parum refert: hoc tamen ſcire refert, quid dominus in hoc itinere fecerit. Suſcitaturus enim filiam archiſynagogi, obiter hæmorrhoiſſam ſanat, vt fidem faciat Iairo de filia ſuſcitanda. Voluit dominus in itinere animum Iairi confirmare hoc miraculo & exemplo. Præterea antequam illum conſoletur, & gaudio repleat excitata filia, hoc præmiſit miraculum, ad illum ſuſtinendum in fide. Hoc modo ſolet Deus lætificare iuſtos in hac vita, quę via dubia eſt & amara atque laborioſa, conſolationibus, & refectionibus ſpiritualibus, ne deficiant in via: antequam pleno gaudio illos afficiat in patria cœleſti, & vita æterna. Non enim qui Chriſtum comitãtur, carent ſpe, & gaudio in hac lachrymarum valle. O ſi miſeri mortales intelligerent quibus & qualibus iuſti in hac vita conſolationibus recreantur: deſiſterẽt profectò à peccatis ſuis, quibus immerſi tenẽtur. Exul Iacob à parẽtibus ſuis chariſsimis in alienã regionem, triſtis, & pauper, & ab Eſau fratre ſuo male tutus ibat, quo tamẽ in laborioſiſsimo itinere Deus illũ ſolatus eſt, oſtẽſa ſcala cœleſti, & ſanctorũ angelorũ viſione. Defatigatus ſane, & ſolicitus populus Iſrael ad promiſſam terrã contẽdebat, à Deo tamen in itinere tam ęrũoſo mãna cœleſti, panęq; Angelorũ recreatur. Sic illis, qui cum Chriſto in hac vita incedunt, anteaquã ad illã optatiſsimam, ſupremamq; fœlicitatẽ perueniant, multis modis à dño confirmantur, & ſuſtinentur: ne deficiant. In hũc etiam modum, animum mærentem Iairi lætificare voluit hoc miraculo anteaquam omnino illum filię ſuſcitatæ gaudio perfunderet. ¶ Perpende quanta lætitia repleantur qui Chriſtum ſequuntur. Diſcamus etiam hæc terrena contẽnere & dũm ſequi, quandoquidẽ mercedem habebimus in futuro ſeculo, hic autẽ conſolatione non carebimus. Quanquã enim aquæ Marath amaræ ſint, ideſt, quanuis Chriſtiana vita ſit laborioſa: conięcto ligno crucis Chriſti in illam: dulcis & ſuauis reddetur. Si tecum Chriſtum portaueris: omnia, quę nũc tibi amara videntur, dulcia, & delectabilia videbuntur. Diſcamus etiam hoc Chriſti exemplo non defatigari operibus bonis. Ibat Dominus vnum opus bonum operaturus, & in itinere alterum facit: quia illi eſſe non poteſt vnum bonum opus alterius impedimentum. Tibi vero vnum opus bonum alterum impedit. Si enim eleemoſynam huic pauperi facis, illi non facis, inquiens te iam priori dediſſe. Diſcamus quam pretioſum nobis debeat eſſe tempus gratiæ, ne vel hora vna ſine fructu illius abeat. Huc pertinet, quod Paulus ait Romanis, vt tempori nos accommodemus. Et iterum. Redimẽtes tempus: quoniam dies mali ſunt. Rationem nãq; dabimus temporis otio & inertia perpetram conſumpti. Chriſtus in via nũquam ſtat otioſus, ſed ſanat, prędicat: & alia virtutis opera egregia operatur. Vide igitur, ne ſis otioſus, neu tempus inane abire ſinas. Agamus, ne tempus gratiæ ſine fructu nobis pereat. Si diu vixiſti, cogita, & reputa tecum quid tot annis, tot menſibus, tot diebus boni, vel mali feceris. Quòd ſi vocatus ad pœnitentiam,

Exod.15. Gen.28. Exo.16. Rom.13. Ephe.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne negligas: tempus enim breue est. Tu vero adolescens stude tempus vitæ tuæ ita collocare, ne in senectute eius te pudeat aut pœniteat. ¶ Præterea dum his duabus mulieribus opitulatus est, alteri in itinere, alteri verò domi, docuit ac manifestè demonstrare voluit, quid nos hic in via ab illo habere possimus: & quid illic in fine ab illo sperare debeamus. Etenim in via sanitatem mulier adipiscebatur, domi verò filia defuncta vitam. Hæc enim duo nobis promittuntur, nimirum sanitas, dū in via adhuc sumus, & vita, seu resurrectio, cum ad finem venimus. Quid autem sanitate iucundius in hac vita? Quid lætius erit vita in altero seculo? Hęc vtraque per Christum possumus cōsequi. De his duobus Dauid ante multa secula cecinit dicens. Misericordiam & veritatem diligit Deus gratiā & gloriam dabit dominus. ¶ Obserua autē, vt Christi potentia ex magnitudine miraculi ostenderetur, dupliciter demonstrat Euangelista infirmitatis huius mulieris grauitatē. Primò diuturnitate, quia duodecim anni erant, quod tam longa infirmitate premebatur, adeo vt iam incurabilis videretur: quia morbus inueteratus incurabilior censetur.

1.Cor.7.

Psal.32.

Secundò ostendit magnitudinem infirmitatis, eo quod non ab vno medico, sed à multis medicis curata nequicquam fuerit, infirmitatis sanitatem non assecuta. Et hoc secundum ostendit Euangelista, dicens. *Quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam*. Marcus plus dicit. Ait enim quod non solum non potuit sanari, sed deterius habebat. Itaque corpore non sanata est, imò in re familiari multo reddita est infirmior: vnde cùm antea vnā haberet, postea duas habuit infirmitates. Sanauit igitur Christus alteram harum infirmitatum non vtramque. Restituit nanque illi valetudinem, non substantiam. Sed quid illi substantiam daret qui discipulos suos vniuersam substantiam suam deponere iussit? Hinc expende quam plurimos homines esse peruerso iudicio, qui existimantes se scopum attingere, omnia bona in medicos consumunt, si forte quouis valetudinis vitio se grauates sensere: nec prius respiciunt, quam substātia consumpta, & valetudine non recuperata deceptos se viderint. Hi autem similes sunt illis, qui eiectis ciuibus vrbem alienigenis tradunt habitandam. Præterea in medicos dicit pluraliter: quia multitudo medicorū noxia est, infirmi sanitatem impediens, quoniam ipsi sibi mutuo contradicunt. Corporis tui vni fideli medico curam trade, ne in plurium errorem incidas. ¶ Derelicta à medicis seculi, ad medicum cœlestem confugit. Ita eos qui mundum relinquunt, Deus suscipit. Amissa prorsus terrena fiducia, conuertitur ad Deum, & illi soli fidit, perfectamque consequitur salutem. Non est salus in medicis, neque in filijs hominū: quod satis ostendit hæc historia. Quia in illos consumpsit hæc mulier substantiam suam, & deterior facta est infirmitas eius conuersa autem ad Deum, qui fons est, & origo totius sanitatis, inuenit salutem. Igitur in Deo ponespem tuam. Nimium cōfidebat Amā in opibus suis, & gratia, qua valebat apud Assuerum regem: à quo tandem inhonestissima morte affectus, palam docuit nihil esse inanius, quàm confidere in principibus, aut seculi bonis, quæ vsquequaque fidem seruare nesciunt. Propter quod Ecclesiasticum audi. Respicite filij nationes hominū: & scitote, quia nullus sperauit in domino & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Igitur in omnibus infirmitatibus tam corporis quàm animæ ad Deum currere discamus: & Christi pedes amplecti. Dic animæ meæ, salus tua ego sum: ipse enim est, qui illuminat cæcos & soluit compeditos. Dominus illuminat cæcos: dominus erigit elisos, dominus diligit iustos, &c. Ex hac historia vides quomodo homines nihil possunt sine Deo, & quantum ipse possit. Ideo Esaias obiurgans quosdam Israelitas ait. Væ qui confiditis in vmbra Ægypti. Hominum fauores, opes, & quidquid mundus poterit, re vera vmbra sunt Ægypti. Omnes enim res humanæ, soliditate & fundamento carent. Cur ergo habetis fiduciam in vmbra Ægypti? Cur confiditis in eis: Si quis sitiens relinqueret fontem amœnissimum, fistulis aureis aquam emittentem, & vmbram fontis sequeretur, vt sitim extingueret: nōne amens videretur? Quanto amentior est, qui relicto Deo vero, viuo, perennique fonte: vmbram rerum humanarum, & fauores hominū captat? Honores enim, diuitiæ, & quot quot sunt in terra bona, vmbra quædam cœlestium bonorum sunt. Fauor quidem hominum est quasi vmbra, quoniā nihil nos iuuare, aut prodesse potest. Accurramus ergo ad Christū, qui viuus fons est, & verus. Quid profuerunt medici, & diuitiæ huic mulieri certè

Mar.5.

Mat.4.

Psal.64.

Psal.144.

Esai.30.

certè nihil: atque ideo ad Christum veniens perfectam obtinuit sanitatem. Quare ait Euangelista. *Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius*. Retrò verecunda timens, ac tremens accessit. Ideò à tergo, quia præ pudore infirmitatis, conspectum domini refugiebat. Si quidem initium sapientiæ timor domini est. Et iterum. Scrute domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et Paulus etiā ait. Vestram salutem cum timore, & tremore operamini. Quid ni paueant in mundissimæ sordes coram oculis mundissimis & purissimis? Immundissimus enim est menstruus sanguis. Atque ideo retro accessit timens propter impuritatem suam: sed eam domini benignitas securam reddidit. ¶ Igitur sicut hæc mulier ad Christum accedere non audebat, sed indignam se iudicauit quam Deus intueretur: ita nos quoque ad Christum accedere debemus, nimirum in humilitate cordis. Nā illi, qui dignos se iudicant Christi conspectu, quemadmodum ille superbus pharisæus faciebat, longè sunt à vera salute. Indignum nanque se debet iudicare homo omni gratia, & beneficio Dei: si vult dignè ad Christum accedere. Est enim hæc præparatio ad gratiā Dei, cum quis humiliter confitetur se illa indignum: & tamen summopere opus habere. Quapropter accessurus ad Deum effunde cor tuum, vt Dauid ait. Agnosce te vacuum, illum omnium bonorum plenum: te peccatorem, illum iustum: te pauperem, illum diuitem: te peccatis plenum, illum autem omni gratia & veritate. Tetigit autem fimbriam, non pedes, vel aliam corporis partem: quia magna erat fides eius. Credidit enim se non solum tangendo corpus Christi, sed etiam eius vestem, saluari posse. Vnde intra se dicebat. Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero. Magnum ergo fidei & humilitatis documentum hæc mulier præstitit, quia credidit vestem domini tactam sanare posse. Vnde hæc fuit prima, quæ tetigit vestem domini, vt sanaretur, postea verò multi tetigerūt, vt habetur in Matthæo & Marco. Vbi dicitur, quod obtulerunt domino male habētes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Fuit etiam maior fides huius, quam illorum. Quia hæc cùm potuisset corpus Christi tangere nō curauit nisi de veste, credens hoc sufficere: illi autem potius tangere corpus petebant: quod si hoc non daretur, saltem fimbriam tangere orabant. Nā vt in Matthæo habetur, rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: idest, saltem fimbriam. ¶ Accessit autem tacita, quia putauit se à turba non permissum iri accedere propter immunditiem suam. Ideo tacuit & immiscuit se turbæ timens, ac verecunda. Dicebat enim intra se. Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero. De sacrificio, quod offerebatur pro peccato dicitur in Leuitico, quòd omnis qui tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Quanto magis sanctificabitur, & mūdabitur: qui tetigerit dominum Iesum, qui sponte se ipsum, sacrificium Deo acceptissimum obtulit pro peccatis Deo patri? Tu autem disce quod sicut hæc mulier prius intra se dicebat velle tangere fimbriam, & postea tetigit: vt nos sic cogitemus & ruminemus interius, quod postea facturi sumus. Considere mus prius in pectore nostro, quod facere intendimus, quam opere præstemus. Nam me lius sese haberent opera nostra, si ea primum adamussim expenderemus. Si Eglon Moabitarum rex præcogitasset summum esse inconueniens solum cum Aioth Israelis principe manere, cum decem & octo annos populum Israeliticum æua tyrannide oppressisset: minimam non subijsset mortem. Si Abimelech filius Gedeonis secum reputasset, quantum esset periculum ad turrim apud Thebē accedere, nō peruenturum molari à muliere desuper coniecto. Eodem etiam modo confusus Simon Ptholemæo, qui hostis fuerat Israel, cum filijs suis in conuiuio interijt. Hæc autem omnia inde fiunt quod non recte perpensis negotijs, homines ad agendum se cōijciunt. Non sic fecit hæc mulier, quæ prius intra se considerauit quod factura erat, & postea fecit. Cuius exemplo, tu si ductus fueris non errabis. Has autem fimbrias portabant Iudæi, vt habetur in libro Numerorum. Diuisum enim erat pallium ante & retro duabus diuisionibus, & duabus quatuor sunt extremitates, siue anguli in veste diuisa, in quibus quatuor angulis ponebātur quatuor particulæ panni hyacinthini, quæ vocabātur fimbriæ. Istæ verò fimbriæ erant ad duo. Primū ad distinguēdum Iudæos à cęteris gentibus: vt tam in veste per has fimbrias distinguerētur, quàm distinguebantur in carne per circuncisionem. Secundò (vt Deus ait) vt recordarentur mandatorum Dei. Christus etiam gessit fimbrias iuxta legis præceptum, quia legem Mosi seruauit. ¶ Obserua autem ex hoc

Mat.14.

Leui.7.

Iudi.9.

1.Mac.16.

Numer.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco aperte conuincit Lutheranorum errorẽ, qui sanctorum reliquias non venerandas esse docent. Cum ergo egrederetur Moses ab
Exod. 13. Ægypto tulit secũ ossa Ioseph. Quod si Moses & filij Israel ossa Ioseph defuncti venerantur: cur populus Christianus non venerabitur sanctorum pro Christo occisorum reliquias? Cur etiam nõ venerabitur Christi crucis particulas, vbi dominus operatus est salutem humani generis, quæ guttis sanguinis Christi quasi margaritis ornata est? O mutescite impij Lutherani, & deosculamini Christi & sanctorum reliquias. Quid respondere poteritis
Exod. 25. ad tummi Dei dispositionem. In arca illa testamenti vsque adeo celebrata, nihil aliud, nisi reliquiæ includebantur. Locus autem ille dicebatur sancta sanctorum. Quod si queras,
Hebre. 9. quid in illa seruaretur, respondet tibi Paulus arcam circũctã vndiq; auro, in qua erat vrna aurea habens manna: & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. Videte obseruatas reliquias & contectas: & sancta sanctorum dictus est locus, vbi hæc seruabãtur. Vide etiam quantum valeant sanctorum ossa, & quanta sint veneratione digna. Cum ad
4. Reg. 13. tactum ossium Helisæi defuncti surrexerit: vos autem dicitis impudentissimè, non esse sanctorum reliquias venerandas: Tanta sunt virtute prædicta ossa sanctorum, vt salutem & vitam ad eorum contactum dominus cõcedat. Sic etiam apud Ephesum, cum ibi cõmoraretur diuus Paulus, virtutes non mediocras faciebat dominus per illum. Deferebãtur
Actor. 19. enim sudaria & semicinthia à corpore eius super languidos, & recedebãt ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Vestibus Pauli sanantur infirmi, & dæmonia exeunt, & ad tactum corporis Helisæi surgit mortuus: & audent hæretici reliquias sanctorũ eleuare? Ecce hic quomodo ad tactũ fimbriæ Christi sanatur hæmorrhoissa. Quod si mihi non credis audi euangelistam dicentem. *Et confestim stetit fluxus sanguinis eius.* In eodem instãti quo fimbriã tetigit sanata est. Voluit enim Christus hunc honorem deferre vestimento suo, vt doceret sanctorum reliquias esse venerandas. Confestim autẽ stetit fluxus sanguinis eius, quia potestas quo maior est, eo celerius operatur. Potestas autem Christi secundum quòd Deus est, infinitæ est magnitudinis: illa vero qua humanitatem respicit maior est omnium creaturarum potestate. Ideo potuit in instanti & celerrime miracula operari. Quod si aliqua fecit lentius, illud non ex defectu potestatis: sed mysterij cuiuspiã gratia factum est. Nos vero exemplo huius mulieris ad Christum accedamus, vt fluxum peccatorum nostrorum curet. Oseas namque loquens de multiplicitate populi Israelitici dixit. Sanguis sanguinem tetigit. Vsque adeo properãt homines in peccando, vt peccata se inuicem tangant & premant. Quare ab animabus peccatorum vehementissimus criminum sanguis fluit. Quis autem hunc sanguinis fluxum sistere poterit: nisi ille, qui sanguinem huic mulieri restrinxit? Qui corporibus medebatur, nõ propter corpora, sed propter animas: nonne libentius animas nostras curabit? Reliquit nobis præclarissima sui monimẽta in sacramentis suis: in Eucharistia autem non solum fimbrias vestimenti, aut aliquam corporis sui supellectilem: at se ipsum nobis reliquit. Cùm ergo peccatorum nostrorum vulnera adeo sint grauia, fluxus autẽ sanguinis illorum adeo vehemens & periculosus: quare nõ ad proxima paratissimaq; remedia, & ad Christum, quem ad manum habemus, confugimus? Quare non occurrimus, & ad eius pedes prouoluimur: Quod si cogitationes seculi: & carnis nos impediunt, quo minus ad Deum veniamus, erum pendũ est per medias hostium turbas: sicut hæc mulier fecit quę multitudine vtrinq; coarctata erupit, & ad Christum peruenit. Omnis enim, qui ad Deũ accesserit, vt debet procul dubio salutem consequetur, &c *Et ait Iesus. Quis est, qui me tetigit?* Non quærit, vt doceatur: sed vt mulier confiteatur: ad miraculi manifestationem, Dei gloriam, & præsentium ædificationem, & Archisynagogi confirmationem. Iesus enim pro suo beneficio nihil amplius præmij efflagitat, quam confessionẽ mali & agnitionem clementię diuinę. Vide quam parum petat agnitionem nempe diuinorum beneficiorum, & ne sis ingratus. Præterea voluit Christus, vt hæc mulier sanationem suam manifestaret, quo illius eximiam fidem laudaret coram omnibus, illamque honoratissimam redderet. Hæc enim media solet Deus quærere: quibus fideles suos honorificet, publicatis illorũ virtutibus. Quare etsi ipse ignorabat illius mulieris virtutem, & fidem: quærit tamen vt quòd ipse sciebat aliis pateferet. Sed iam in superioribus, cum de Centurionis fi
Capitis 7 de agebamus, de his diximus. Denique hoc dominus interrogauit, vt populum prõ tum redderet

redderet & attentum ad miraculi manifestationem. Ideo interrogans dixit. Quis me tetigit? Nã ipsa mulier non interrogante Christo ptius, miraculum euulgasset, nemo ad eius dictũ attenderet: quia ibat omnes frequẽtissimi & penè abalienati cum Christo in domũ principis synagogæ. Sed eũ dominus dixit. Quis me tetigit? omnes autem dicerunt exspectantes, quid vellet dicere, & tunc potuit miraculum conuenientius aperiri. Quod si forte ad dictum mulieris attendissent, vt illã narrantem audiuissent, certè ei fidem nõ adhiberent, quia ægritudo occulta, occultam etiam curationem haberet, putaretque hoc non verè, sed ex quadam leuitate enuntiare. Nunc autem audientes Christum dicentem, quis me tetigit, planè aliquid suspicãtur fuisse factum. Quare mulieri postea confirmãti credunt: quoniam quasi coacta hoc dixit, & quia timens, ac tremens cecidit ad pedes domini. Interrogabat autem, quis per fidem eũ tangeret, secundum quàm virtus ab eo impetratur curationis. Nã alio tactu plurimi tangebãt: nemo tamẽ sicut ista mulier, quia hæc tetigit credens. Sequitur *Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum eo erant.* Hoc est, Apostoli existentes cum Petro sed Petrus loquutus est, quia erat os totius collegij Apostolici, & inter omnes eminebat. Sed illũ audiamus. *Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit?* Expende, Christum comprimunt turbæ & affligunt, ipse tamen tacet, sic afflictus, nec irascitur, neque conqueritur, neque vlciscitur. O quàm multi sumus, qui irreuerenter ad eum accedimus: ita vt si mortalis esset, iam periisset. Ideo ait. Laberati fustinens. Verùm ipse, qui hunc tacet, aliquando, vt parturiens loquetur, vt minatur per Esaiam prophetam. Exterea multi in Ecclesia reprobi Christum cõprimunt: quem bene viuendo tangere negligunt. Premunt, inquam, sed longè sunt: quia eidem fidei, quam loquendo asserunt, mala perpetrantes contradicunt. ¶ Obserua etiã, inter tot, qui Christum sequuntur vnum tantum sanari: sic modo omnes participamus sacramentis, sed pauci obtinẽt vim sacramẽtorũ. Non enim omnes qui in prædicationibus plorãt, contritionẽ habẽt: neq; omnes qui fatentur, absoluuntur: nec omnes qui corpus dñi sumunt sanctificantur. Multa hominum millia egressa sunt ab Ægypto, at duo tantũmodo ingressi sunt terrã promissionis. Multi infirmi erant in Bethsaida piscina, & vnus tã iũ curatus est à Christo. Multi etiã leprosi fuerunt in Israel tẽpore Helisæi prophetæ: sed
Ioan. 5. 4 Reg. 6. solus Amã Syrus sanitatẽ cõsecutus est. Sic multi loquebãtur Christũ & tangunt: at vna mulier sanatur. Potuisset quidẽ Christus omnes sanare: sed quia non veniebant fide & deuotione nixi, ideo salutẽ non potuerunt consequi. Videamus igitur & nos omnes, quemodo ad altare frequenter accedimus, ore mundo: ne de numero illorũ simus, qui Christũ tangunt & non sanãtur. Sed procedamus. *Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: Nam ego noui virtutẽ de me exisse.* Sicut in sexto capite dixerat Lucas, virtutẽ de illo exire & sanare omnes: sic modo dicit, q̃ de nemine, quantacũq; polleat sanctitate dici potest, nisi de domino Iesu. Cæteri omnes ab illo tanquã à fonte accipiunt q̃ dent, vt rectè Ioannes dixit. Omnes de plenitudine eius accepimus. Ideo cùm sancti edunt miracula, non habent quid glorientur: quoniam illa virtus non ab illis sed à Christo egreditur. Quòd optimè diuus Petrus de
Ioan. 1. Act. 3. claudo sanato dixit. Viri Israelitæ quid admiramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hũc ambulare: Deus Abraham & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, &. Aduerte autem nullam virtutẽ de illo realiter exiuisse. Quia aut ipsa esset virtus diuina, aut naturalis. Non diuina: quia virtus diuina non potest exire, quia non est nisi diuina essentia, quæ vbique est. Exire autem, & intrare, penetrare, & diuidere, solis corporibus competit, in quantum habent quandam quantitatem finitam. Nec poterat esse virtus naturalis: quia illa non sufficeret ad sanandũ ægritudines, eò quod quicquid erat in Christo præter diuinitatem erat creatum, & virtutis finitę: ideò ad operationem miraculorum non sufficiebat. Nulla ergo virtus exiuit de Christo: sed dixit exiuisse de se virtutem, vt intelligerent rudiores ipsum habere potestatem ad sanandum morbos. Ad ostendendũ itaque virtutis suæ plenitudinem & immensitatem, formauit eis conceptum: quasi totum corpus suum esset plenum virtute, quæ propter abundantiam effluebat etiam in exteriora, ita, vt in tangentes fideliter deriuaretur. Non ergo hoc intelligendũ est, vt verba sonant. Nã tunc inueretur, Christo aut nolente aut non iubente exire aliquam virtutem de illo: quia ait. Ego noui vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui virtutem de me exisse. Ac si diceret, Ego non imperaui virtuti, vt exiret: at ipsa exiuit, & ego ipsam exeuntem sensi. Nam ad hoc quod Christus voluisset hoc significare debet dici, Ego emisi virtutem de me: & nō ego sensi, vel noui exiuisse virtutē: quia nulla virtus erat in Christo, quæ posset exire, nisi eo iubente, & volente. Patet ergo Christum non intendere aliquam virtutem de se exiuisse: sed loquitur sic propter causam prædictam. ¶ Obserua etiam, non dixisse, virtus de carne exijt, aut de diuinitate, sed virtus de me exijt: quia actiones non sunt naturæ, sed suppositorum.

Esai. 66. Suppositum autem Christi hanc actionem & miraculum fecit, vt statim ad tactum Christi hæc mulier sanaretur. Rursus obserua quomodo diuina virtus non se contineat quin se ingerat in humilem, & trementem sermones eius. Nam vt natura vacuum non patitur: ita Christi virtus humilem vacuum esse nō sinit. Sed ad contextum reuertamur. *Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius.* In eo, quod ait, non latuit, ostenditur mulier hæc imperfectam cognitionem de Christo habuisse, quia putauit eū occulta nescire. Tremens autem venit: quia tanta fuit tremor interior, vt redundauerit in corpus & tremorem causauerit in ea. Forsitā autem timuit increpari à Christo: quia contra

Leui. 15. legem communem ipsa existens immunda, ausa fuit Christū tangere. Ad pedes vero procidit ex humilitate, & quasi gratias agens, & veniam postulans, si in aliquo ipsum offendisset. ¶ Expende autem quanto timore & tremore territa hæc mulier corruerit ante Christi pedes. Ex quo disce quàm timens & tre-

Dani. 10. mens apparere debes corā Deo. Si enim Daniel propheta sanctissimus coram Angelo cū ei apparuit sterit tremens: cur non timebis ac tremes tu apparens coram illo iudice seuerissimo, qui tot peccatis infectus es? Quid faciēt

Iob. 26. Greg. li. 17. mor. ca. 14. coram eo virgulta deserti, si corā eo columnæ cœli (vt ait sanctus Iob) contremiscunt: Si Angeli aut sancti Apostoli, & magni alij ecclesiæ partes (vt Diuus Gregorius interpretatur) tremunt coram Deo: quid nos peccatores faciemus? Duo docet locus hic. Primum quanto cum timore & reuerentia accedere debeamus ad sanctum Eucharistiæ sacramentum: si quidem hæc mulier tam trepida & sibi diffisa ad Christum accessit. Secundo quantum timere debeamus illud iudicium terribile, & horrendum cum coram Deo apparuerimus. Quoniam si hęc mulier ob eam tantummodo causam non audebat coram Christo apparere, quia se immundam putabat, neque corpus eius sed vestem tantummodo tetigit: quid nobis miserrimis fiet, quanto pudore, & tremore apparebimus in illo supremo terribilique iudicio, coram illo, qui nō ad eius vestes sed ad eius corpus in vita innumeris peccatis accessimus? Hæc mulier vestem dominicantū tetigit, nos autem sacerdotes eū quotidie accipimus. Quocirca si illa ob paruulam corporis immunditiem, & naturalem, corā Christo tremuit, & infirmitatis remedium quæsiuit: par est, vt nos in domini conspectu trepidemus & infirmitatibus nostrorum peccatorū tetetrimis consulamus. Sed de his satis. Docet etiam locus iste, vt quanuis sanus sis, & iā sacramenta susceperis, semper timeas: iuxta illud. Beatus qui semper est pauidus. Hæc enim mulier post sanitatem tremens ac pauēs venit ad Iesum. Vnde beatus Paulus. Qui stat, inquit, videat, ne cadat. Sed iā audiamus euāgelistam narrantem quæ vltrà fecit hæc mulier. Ait itaque. *Et ob quam causam tetigerit eū, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.* Quia miracula sua dominꝰ ordinabat magis ad propagādam fidem noui testamenti, quam ad salutem corporum, & sciebat tunc futurum esse, vt nunciaretur Iairo mors filiæ, & propterea oportere Iairi fidē confortari. Ideo miraculum manifestari voluit præsente Iairo, vt fides illius roboraretur & augeretur. Expende quātam habeat Deus curam eorum, qui ad illum confugiunt. Expo suit se in manibus eius Iairus, & se illi commendauit. Quem dominus, vt suo, sibiq; cōmendato ita consuluit, vt eum anteaquam filiam suscitaret, hoc miraculo hilarem & confidentem reddiderit. Vnde patet qua diligentia, & solicitudine dominus consulat omnibus mortalibus, in primis illis, qui Deo se tradunt & illi tota mente confidunt. De Susanna ait scriptura, quia erat cor eius fiduciā habens in domino. Et sic dominus illius curam gessit, & illam liberauit. Ideo Dauid. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Discamus etiā ab hac muliere grati esse Deo, & alijs enarrare miracula, & mirabilia, quæ Deus operatur in nobis. Sic Dauid narrabat in psalmis, & canticis & hymnis beneficia, quæ illi Deus impertiebatur: & vt alij eriam hoc facerent hortabatur dicens. Narrate omnia mirabilia eius. Quod ipse faciebat, vt alios

Prou. 28. 1. Cor. 10.

Psal. 54.

Psal. 104.

...m. 9. ...l. 21. ...m. 65. suo prouocaret exemplo. Narrabo omnia mirabilia tua. Et iterum. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Quos vt actius excitaret, inuitabat & conuocabat inquiens. Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quā ta fecit anime mee. Sic Moses narrauit fetro cognato suo omnia, quæ fecerat Deus populo Israelis. Ideo dominus præcepit, vt Iudæi narrarent mirabilia Dei, & præcepta eius filijs suis & posteris. Et Angelus Raphael Thobię dixit. Vos autem benedicite Deum: & narrate omnia mirabilia eius. Illi quoque duo discipuli, quibus dominus apparuit in Emaus in die resurrectionis eius reuersi narrabant discipulis quæ gesta erant in via, & quomodo cognouissent dominum in fractione panis. In Actis etiam habetur, cùm Paulus ascenderet Hierosolymam narrabat per singula Ecclesiæ quæ fecisset Deus per illum in gentibus. Denique consuetudo erat antiqua inter viros, & fœminas sanctas, siquid insigne aut mirabile Deus faceret, alijs narrare & cantica componere in Dei laudem, vt mentes illorum excitarent ad laudandum Deum. Sic Moses, Debora, Maria soror Mosi, Dauid, Esaias, Ezechias, Anna mater Samuelis, Iudith, Tobias, Abacuc, Simeon, Zacharias, & denique beatissima virgo Maria cantica composuerunt, & mirabilia Dei narrauerunt, nuntiantes alijs magnalia Dei: vt inuitarent eos ad diligendum & amandum Deum. Hoc enim est maximus virtutis in anima hominū effectus & fructus, vt scilicet, Deum verbis laudantes, illumque sanctificantes alios similiter hortemur, vt laudibus diuinis permoti, velint Deum, & amare, & colere. Nam si tu rebus gestis Alexandri Magni, aut Iulij Cæsaris auditis vsque adeo caperis, vt eos, quos nunquam vidisti & à quibus nullum accepisti beneficiū diligas: quid apud te deberent efficere laudes domini nostri Iesu Christi? Ideo ditit Angelus Tobiæ. Opera Dei reuelare, honorificum est. Sic ista mulier corā omnib⁹ mirabilia Dei narrauit, & alta voce quomodo sanata fuisset à Christo. Sic nos grati simus Deo: & beneficia, quæ nobis contulit alijs narremus. Sequitur in contextu. *Et ipse dixit ei. Fides tua te saluam fecit.* Quo pacto fides mulieris eam saluam fecit, quum dudum audiuimus, virtutem exijsse à domino quæ sanitatem contulit? Dicit autem fidem eam saluasse, quia fide opus est, vt quis cœlestia dona assequatur. Sicut ex bonis operibus dicimus hominem iustificari, quanuis Dei benignitati omnis iustificatio nostra ascribenda: quia sine illis nō datur. Veluti si quis medicus curaturus ægrotum moneat, vt si sanari velit medicis præceptis pareat. Quod si accurate præstiterit, potent ei medicus dicere. Tua obedientia te sanauit. Quoniam, nisi obtemperasset, medici remedia nihil profuissent. Sic Christi virtus sanauit hanc mulierem: ea duntaxat ratione, quia fidem viuam habuit. Ideò dicitur, fidē eam sanauisse. Expende autem hanc mulierem sanitatem suam tactui fimbriæ ascribere. Christus verò fidei illius salutē attribuit. *Quia* sicut reuera sanitas gratiæ Dei debetur: ita fides & contritio nostra eandem sanitatē operatur: quanuis Lutherus mēdacissimè dicat, nihil nos in nostra salute conficere. Imo sine dubio, vt gratia est fons salutis: ita & operatio nostra per gratiam adiuta saluti cooperatur. ¶ Præterea illa Christum laudat, & abillo laudatur, vt agnoscat sponsum, & sponsam seipsos inuicem laudantes. Dicit illa. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur, vt eius tactu pectus meum sanetur. Respondit ille. Ecce tu pulchra es amica mea, & oculi tui columbarum, quorū vno vulnerasti cor meum. Fidei enim oculus per dilectionem operās vulnerat sponsum. Respondit sponsa. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ac si diceret. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dixit autem illi dominus. *Vade in pace.* Hoc est, esto secura & in mentis tranquillitate Deo gratias age & permane. Ex hoc Christi facto cum hac muliere discamus tria. Primum discamus Christum non esse personarum inspectorem, sed æquissimum adiutorē omnium pauperum, ac diuitum, Iudęorum, ac gentiū, si modo fide formata crediderint. Petrus enim dixit. In veritate comperi, quia Deus acceptor personarum nō est: sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi. In Deuteronomio etiā dicitur, q̄ personam nō accipit. Idem habetur in secūdo Paralipomenon. Et Paulus etiā scribit in ea, quam ad Ephesios misit epistola, & iterum ad Colossenses: & princeps Apostolorum in prima epistola. Æquia enim benignitate excepit Christus mulierem pauperculā, atque venit ad ædes Iairi archisynagogi. Eodem modo nos diuites, & pauperes fanandos excipiet, si tamē ad ipsū venerimus. Festinemus ergo ad Christum

Can. 1.

Can. 4. Psal. 113.

Act. 10.

Deuter. 10. 2. Par. 19. Ephe. 6. Colo. 3. 1. Pe. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stium omnium; qui in aliqua calamitate sumus. ¶ Secundo discamus Christum in curandis ægrotis non modo verbis vti solitum, sed etiam membris suis, & vestimentorum suorum tactu. Voluit enim honorare corpus suum diuinitati coniunctum, & corporis indumenta. Sic etiam potest viuificare, & sanare animas nostras, & corpora. Quod si tactu potest viuificare mortuos; quanto magis immortales erimus qui Christi carnem, & languinem, non tangimus in Eucharistia sed comedimus & bibimus? Tertio quamuis mulier, quæ obnoxia sanguinis profluuio ab annis duodecim impendisset omnem in medicos substantiam suam, tamen à nullis fuerat curata: Quo exemplo non ideo medicinam esse contemnendam discimus, bonè enim ipsa fecit: sed ægrotos aliquos Deus sibi reseruat, in quorum sanatione glorificetur tempore suo, &c. Sed iam historiam prosequamur. Dicit itaque Euangelista.

Adhuc illo loquente venit quidam ad principem synagogæ dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. Mortem enim fecit Christus in via, vt interiret puella obiret. Vult Deus vt miserias & egestates nostras consideremus vt clarius cognoscamus beneficia, quæ in nos confert. Dixit Dominus Mosi. Quid habes in manu tua? Respondit, virgam. Quid ita? Nesciebat Deus Mosem virgam tenere? Sciebat quidem. Cur igitur quærit? vt ipse clare videat & aduertat quod clare virga sit. At præcepit vt illam ejiceret, & versa est in colubrum: & tùc aperte vidit miraculum. Sic in nuptijs in Cana Galilææ expectauit donec omnino vinum deficeret. Nam quando Virgo mater dixit, vinum non habent, adhuc vinum (vt ait Cyrillus) non defecerat. Quare idem fuit ac si diceret. Vinum in omnem cœnam non sufficturum: erat enim adhuc plurimum cœnæ resi, duũ: quare defectus vini, tæ indecorus foret, potebat mater à filio charissimo, vt antequã penitus deficeret prouideret. Dominus tamẽ expectauit, vt omnino vinum deesset vt in euidenti defectu euidentius miraculum ostenderetur, quo gloria Dei amplior fieret. Eodẽ etiam modo permisit dominus Lazarum in sepultura vsque ad corruptionem delitescere; quo miraculum in eius suscitatione clarius effulgeret: & Dei potentia magis omnibus pateret. Ita etiam hic euenit. Nam Iairus proficiscens, Christum vocaturus, puellam in vltimis non tamen mortuam relinquit: at de illa, quali obijsset iam, loquebatur: dominus vero, cui omnia patent, optimè sciebat ipsam adhuc non esse mortuam: qua de causa immorabatur in via, vt puella moreretur interea, vnde miraculum fieret maius, & patentius. Vult igitur Deus vt nos prius defectus nostros cognoscamus, vt ille nobis auxilium præster, quo nos liberati à criminibus cũ postea laudemus, & glorificemus. Hac de causa interrogauit nonnullos qui vellent, sicut eum, cui dixit: Quid vis vt faciam tibi? vt eo modo defectus & miseriam suam cognoscẽtes, salutem adipisci mererentur. Humiliemur igitur omnes nos, cognoscentes miseriam, inopiam, & mortalitatem nostram, si volumus à Deo sanari & suscitari. Animaduertamus igitur delicta nostra & fragilitatẽ, vt sic mereamur à dño seruari & exaltari iuxta illud Petri. Humiliamini sub potẽti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. ¶ Expende etiam istius hominis stultitiam. Noli, inquit, vexare illum. Vexationem vocat orationem. Orabat Iairus Saluatorẽ, qui eius precibus exoratus illum sequebatur in domum suam, & iste orationem vocauit vexationem. Multi autem sunt isti similes, qui putant se dominum frequenter orantes vexare: quare parum, aut nihil orant. At Deus non fatigatur orationibus, sed peccatis. Vnde per Esaiam ait. Seruire me fecisti in peccatis tuis, & tribuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vides, vt peccata vexent Christum, non orationes? Magis vexabat hic Christum infidelitate sua, quam Iairus solicita petitione sua. ¶ Obserua etiam hunc dupliciter errare. Primum quia putabat Iesum non posse suscitare defunctum: & ideo dicebat Iairo ne adduceret Christum. Ac si diceret. Non opus est iam eius aduentus: nam adolescẽtula mortua est, omnique prorsus caret remedio. Secundo errabat, quia putabat more aliorũ fatigari in eundo, cum tamẽ voluntate sua hoc fieret, piaque dispensatione, vt veritatem humanitatis in se ostenderet, & suis fatigationibus & laboribus gratiam multiplicẽ nobis mereretur. *Iesus autem audito hoc verbo respõdit patri puellæ.* Non respondit nuntio illi incredulo, qui dixerat Iairo, ne vexaret Iesum: quoniam puella esset mortua. Nam incredulitas non meretur Christi alloquutionem. Hac de causa in die iudicij, non disceptabit Christus cum infidelibus, iuxta illud Diui Pauli. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Hoc est, sine legis disceptatione, quemadmodũ ipse saluator mundi ait. Qui nõ credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Atque ideo respõdet patri puellæ dicens. *Noli timere: crede tantum, & salua erit.* Ac si diceret. Ne desistas à fiducia tua & fide in me. Nõ enim refert quã male habeat filia tua, viuatne, an mortua sit: fides nanq; tua illã saluare potest: si credideris videbis gloriam Dei. Eodẽ quoq; modo in Israelitis fides probabatur. Hilæti ex Ægypto discedebãt, sciebãt ex miraculis quæ per Mosem fiebant, se clementẽ habere Deũ. Verũ ad mare cũ venissent, & viderent à tergo imminentes Ægyptios, adeo debilitati sunt, & eorum fides imminuta, vt dixerint ad Mosem. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Vtinam in Ægypto mortui essemus, &c. Eodem modo res nobiscum habet. Credimus enim cũ prospere omnia succedunt: sed malis ingruentibus fides langue scit, nonnunquam etiam penitus extinguitur, nisi verbo & gratia Dei conseruetur. Ne autem Iairi fides quę Hemorrhoissæ miraculo erat confirmata, audito filiam esse mortuam languescereret, sicut accidit populo Israelitico, cui Moses dixit. Nolite timere, state & videte magnalia Dei, &c. Voluit illũ dominus his verbis corrobare. ¶ Obserua autẽ quomodo Christus consolatur nunc Iairum verbis; quẽ antea consolatus fuerat exemplo. Consolatus enim illum fuerat opere, scilicet, miraculo Hæmorroissæ: & nunc verbis illum consolatur. Vnde Paulus ait Benedictus Deus pater misericordiarum & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et *cùm venisset domum non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ.* Reiecta turba coram illis tantum miraculum facit. Primò quia voluit aliqualiter esse occultum propter inuidiam Iudæorum, ne per hoc daretur eis maior occasio persequendi eum ante tempus. Idcò noluit coram omni multitudine tam magnum facere miraculum, ne Pharisæorum inuidiam magis irritaret. Noluit tamen prorsus esse absconditum: ne omnino ignoraretur. De iure autem sufficiebant isti tres, quia in ore duorum, aut trium, stat omne verbum. Secundò hoc fecit, vt doceat nos ex operibus nostris gloriam hominum non quærere: sed soli Deo velle placere. Et quanto opera nostra fuerint excellentiora, tanto magis fugienda est hominũ multitudo. Tertiò quia hoc miraculum faciebat ad consolationem particularis personæ. Miracula enim, quæ Christus faciebat, non pro prio bonum commune, sed ob consolationẽ alicuius personæ specialis: non publicè, & palã, sed occultè faciebat. Et hos tres Apostolos voluit esse testes: quia digniores, & sanctiores cæteris erant. ¶ Docemur hic primò vt ab inuidis bona nostra abscondamus: ne illis demus occasionẽ maioris inuidiæ. Sic Christus sæpè fugit à Iudæa, & aliquando abscõdebatur: sciẽs inimicos suos eius præsentia deteriores fieri. Demus (iuxta Apostoli consiliũ) locũ iræ. Sic Iacob fugit à facie fratris sui Esau: ne eius præsentia scãdalizaretur. Hoc idẽ fecit Moses relinquens Ægyptum, & abiens in terrã Madian. Hoc etiam suos admonet Christus dicens. Si vos persequuti fuerint in vnã ciuitatem, fugite in aliam. Quod adhuc paruulum fecisse commemorat Euãgelista Mathæus, cùm fugit in Ægyptum, vt daret locũ iræ & sæuitiæ Herodis regis iniqui. ¶ Docemur secundò gloriã mundi fugere, & vanas hominum laudes non appetere. Stultum est enim thesaurũ tuum recõdere vbi non valeas sumere cùm volueris. Si ponis bona tua in ore meo, nõ in tua, sed in mea sunt potestate: cũ vtique pro meo libito te possim vel laudare vel vituperare. Sanum vas & inconcussum est conscientia, & seruandis secretis idoneũ, nullis patens insidijs: quod ibi reposueris nõ perdes, sed seruabit viuo, & defuncto restituet. Quocunque vadis, tecum portas depositum tuum: cum viuis adest, & in morte sequetur te gloria tua. Propter hanc Moses & Aaron non ingressi sunt terram promissionis. Sancti occultabant bona opera sua: instar illorum, qui candelam incensam portantes, illã à vento operiunt, ne extinguatur. Quomodo facere debent illi, qui bona opera faciũt: ea enim sunt occultanda, ne ab aura gloriæ inanis rapiatur. Christus ergo, vt nos hãc doceret doctrinam, coram paucis hoc miraculum fecit, eosque admonuit secreto vt nemini dicerent. ¶ Docemur tertiò meritoribus & dignioribus honorẽ & munera publica deferre: quotiescunq; (quod sæpè accidit) iudicũ aut electorum potestate functi fuerimus. Sic Christus hos tres Apostolos præsquam alios honorauit: quia digniores erant. Quanquam hac nostra tempestate secus multo fit, indigni nanque, ambitiosi, & impij, optimis vitis sæpenumero in prælaturis & dignitatibus præ

Exod. 3.

Ioan. 2.

Ioan. 11.

Luc. 8.

1. Pet. 5.

Esai. 43.

Rom. 2.

Rom. 12.
Gene. 28.
Exod. 2.
Mat. 10.

Mat. 2.

Numer. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus præferuntur, florentesque viuunt: at virtus vbique iacet. Isti autem similes sunt Sichimitis, impium Abimelech in regem eligentibus; quia postea Sichem funditus eruens sale superleminauit, dignũ sanè facti incolis præmium tribuens: at tãdem miserrime interijt. Eo pacto qui immeritos euehunt, seipsos destruunt, eosque, quibus honorem deferunt, simul. Nam omnes in infernum ruũt. Sequitur. *Flebant autem omnes, & plangebant illam.* Omnes qui erant in domo iam lamentabantur. Et in Matthæo habetur, erãt ibi tibicines, vt mos erat Iudæorum in morte magni alicuius viri cantus, & modulos facientium, vt alios prouocarent ad fletum. Sic in secundo Paralipomenon habetur Ieremiam lamentatum esse super Iosiam: & duxerunt cantores & cantatrices, qui replicarent lamentationes: vnde quasi lex obtinuit in Israel. In huiusmodi autẽ lamentationibus solebãt repetere præclara gesta defuncti, vt patet in Ezechiele, cui dominus dixit. Et tu fili hominis assume lamentum super Pharonem, &c. Hunc flectum compescuit dominus: unde subditur. *At ille dixit. Nolite facere, non est mortua puella, sed dormit.* Paulus Apostolus in epistola ad Thessalonicenses mortem somno comparat, inquiẽs: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Dic mihi ô Paule Apostole siccine agis: Christum dominum, qui vita omnium est, mortuum dicis: hominem autem, qui nihil aliud est, quam quoddam simulachrum & exemplar mortis, dormientem vocas. Hoc tamen non sine mysterio à Paulo dictum putes. Christum mortuum vocat, hominem autem, dormientem. Nos enim ideo dormimus, quia Dominus mortuus est, faciens, vt mors nostra in somnum verteretur, eius autem resurrectio obitum nostrum in requiem, & tranquillitatem conuertit. Si enim Iesus, inquit, mortuus est & resurrexit: ita & eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quia Deus morti se subiecit, mors nostra in somnum versa est: & quia Christus resurrexit, nos etiam resurgemus. Hoc autem eo dicitur quoniam moriẽs Dominus adeo dulcem mortem reddidit, vt iã nõ mors, sed somnus & quies dici debeat. Anteaquam enim Saluator noster moreretur, mirum erat, quam formidabilis omnibus, odiosa omnibus, neminique chara esset mors. At postquam dominus passus est: iam non est, quæ fuerat. Illa enim semper horrida & formidolosa, quæritur ab adolescentulis & à pueris, qui se voluntario offerunt martyrio. Recte igitur dici potest morte Christi morte nostram redditam esse suauem: & vmbram mortis tãtummodo. Quis igitur vmbram fugiet? Quis ignem pictum formidabit? Quis somnum timebit? Visa iam causa, quare mors nostra somnus dicatur, modo videre restat, quam habeat mors nostra cum somno similitudinem. Primum enim quoniam dormientes vocati expergiscuntur, mortui autem nequaquam, nec à sepulturis resurgũt: inde colligit peccatores verè esse mortuos licet inter nos viuant, mortuos autem qui in sepulchris sunt non esse mortuos, sed dormientes: quo pacto Christus hic hanc adolescentulam dormientem vocauit. Quemadmodum enim, si ex duobus iacentibus alterũ facile excitares, alterum vero nullis vocibus, nullis motibus, aut ictibus posses excutere à somno dicere quidem priori somno fuisse oppressum, alterum vero mortuum esse. Sic de peccatoribus & mortuis dicendum est. Isti enim in iudicio vocati resurgent: illi vero si ad finem vsque vitæ non expergiscantur mortui in æternum permanebunt. Nam sepulti omnes in iudicio resurgẽt, & Deo vocanti respõdebunt. Quoniam ipse dominus in voce, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo, vnica nanque voce vocati excitabuntur: neque expectabunt, vt secundo vocentur. At tu qui mille modis à Deo vocatus percussus multis laboribus, afflictus innumeris tribulationibus & aduersitatibus non resipuisti, neque experrectus es à peccato: nonne multo magis mortuus dicendus est, quã illi, qui in sepulchris vsque ad diem iudicij dormiunt? Quod si prædicatorum vocibus te vocantibus non obtemperas: cur tamen non auscultas Dei admonitionibus quoties te laboribus & aduersitatibus vocat? Iob posteaquã vehementer percussus fuit, dixit. Manus Dñi tetigit me. Quis esset tã stupidus qui à lecto, in quo decũberet deiect⁹, fracto crure, aut capite nihil tamẽ quereretur, aut mutiret? Hæc autem omnia Deus in te expertus est. Nã re in principio multis vocatum vocibus; quoniã audire noluisti, variis deinde calamitatibus affecit: quæ nihil eo magis profecerunt. Vnde restat te in vitijs non secus esse omnibus captum

tum sensibus, ac mortui in sepulchris suis iacent. Sic de quodã dixit Deus in Apocalysi. Nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Atque ideo in scriptura mors vocatur somnus, & peccatum mors atque adeo mortui dicuntur dormire, & peccatores vocantur mortui. In libris Regũ, sæpe dicitur, dormiuit hic, aut ille rex cum patribus suis. Hoc dicitur de Dauide, Salomone, Roboam, Abia, Ezechia, Ioachim, Ioatham. Et dominus dixit Dauidi, cum dormieris cum patribus tuis. Et Esaias. Omnes reges gentium dormierunt. Paulus quoque iterum ait. Ergo qui dormierunt in Christo. Verum peccatores mortui dicũtur. Sic Paulus ad Romanos ait. Si mortui sumus peccato, &c. Et ad Ephesios, cũ essemus mortui delictis. Et idem ait ad Colossenses. Petrus quoque princeps Apostolorum. Vt peccatis mortui iustitiæ viuamus. Et Ioannes: Qui nõ diligit manet in morte, &c. Et *deridebant eũ. Scientes quòd mortua esset.* Vnusquisque verba, quæ audit pro spiritu suo interpretatur. Loquebatur Christus metaphoricè, vocans somnum mortem iustorũ quoniam ad quietem moriuntur: isti autem, vt bruti & carnales pro libidine suorum intellectuũ illud interpretantur. Eodẽ modo loquutus est Christus cum Nicodemo de baptismo inquiens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nõ potest introire in regnũ Dei. Ille vero homo rudis & carnalis, rudius & cortice tenus dictũ intelligens, dixit. Quomodo potest homo cũ sit senex iterũ nasci? Summus quippe labor est sapientibus coram rudibus verba facere, & dolosis hominibus: qui verba accipiunt nõ iuxta verum & genuinum sensum, sed pro sui crassi & deprauati intellectus captu. Omnes autẽ prædicatores huic incõmodo subiecti sumus. Nã quãuis ea, quę dixeris, optima honestissimaque sint, ab hominibus vitiosis & captiosis ita torquẽtur vt plurimã decoris, & honestatis partem videantur amittere, &c. ¶ Obseruandum hic est hanc derisionẽ magnam fidem fecisse huic miraculo: ex hoc enim apparet verè esse mortuam. Ex eo nanque quod ridebant mortuam esse, tidebãt dicente Christo illam dormire. ¶ Discamus hinc non ægrè ferre si ab aliquibus irrideamur. Nam Christus patienter se habuit cum istis derisoribus, & nihil eis respondit: sed tacens trãsiuit, & fecit, quod facturus venerat. Hoc faciamus si volumus esse Christi discipuli. Etenim qui se dicit in Christo manere: debet sicut ipse ambulauit, ambulare. Omnes enim, qui piè volũt viuere in Christo, necesse est, vt ab impijs vexẽtur & derideantur. Propriũ enim malorũ est bonos irridere. Vnde in prouerbijs habetur. Ambulãs recto itinere, & timẽs Deũ despicitur ab eo, qui infami gradi tur via. Et iterũ. Abominãtur impij eos, qui in recta via sunt. Sed hoc re nõ mouear: quia virtuperiũ bonorũ laus est, si ab impijs irrogetur: & è diuerso, laus vituperiũ. Malis enim displicere, laudari est. Nõ enim potest censura aliquã habere autoritatẽ vbi qui dãnatus est dãnat. Quapropter tã turpe videri debet laudari ab improbis, quam si ipsa turpia laudarentur. ne igitur timeas irrideri ab ijs, qui irrisione digni sunt: sicut nec Christus horũ verba curauit. Nam quando mali irrident bonos de bonis operibus, quæ agunt: idem est ac si cæci videntes deriderent, quia vident, & claudi incedẽtes, quia rectè incedunt. Vnde ipsa irrisio, irridenda est. Quod si nemo sanæ mentis poterit non irridere claudum, qui bene incedentes deridet optimo iure ridendi & despiciẽdi sunt isti delusores, non imitandi. Quod si dicat aliquis. Derisio malorũ prævalebit, quia sunt plures: respondetur, Deum & sanctos in adiutorium bonorum contra malos descensurum. Vnde Psalmista ait. Qui habitat in cœlis irridebit eos: & dominus subsanabit eos. Nam non est vituperium soliis, si noctua vel non aspiciat, vel despiciat illius lucem: neque est vituperium auri & argenti si iumẽta ea nõ habeant in precio: quibus nihil, nisi fœnũ pretiosum videtur. Sic non est vituperiũ bonorum si ab improbis despiciantur: imo, ausim dicere, neminẽ adhuc esse fœlicem, qui à turba non irrideatur: cui, vt dixi, optima quæque despicibilia, & abiecta videntur. ¶ Docemur secundo Christi exemplo non respõdere derisoribus, ne illos in maiorem infamiã prouocemus. Vnde Ezechias rex Iudæ præcepit, ne respõderet Assyrijs qui irridebant Deum, & populum eius: ne in grauiores blasphemias proiaberentur. Quemadmodum enim aqua frigida in ollam feruore bullientẽ missa, eius æstum comprimit: sic silentium æstuantem blasphemorum & irrisorum hominum iracũdiam, & malitiam intercludit. Ideo Ecclesiasticus consulit dicens. Non incendas carbones peccatoris. Quapropter psalmista ait. Cũ consisteret aduersum me peccator obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis. Sed multi sunt, qui verbulo vno læsi sexcenta maledicta

Iudi. 9.

2. Par. 35.

Ezec. 32.

2. Thes. 4.

1. Cor. 15.

Apocaly. 3.

Psal. 2.

Psal. 11.

Psal. 14.

Psal. 15.

Psal. 19.

Psal. 20.

Psal. 24.

Act. 17.

Psal. 7.

Psal. 14.

Rom. 15.

Ephes. 6.

Psal. 2.

Psal. 3.

Ioan. 2.

Ioan. 3.

Ioan. 5.

Prouer. 14.

Prouer. 29.

Psal. 2.

Esaie. 36.

Ecclesi. 8.

Psal. 38.

1. Thes. 4.

Iob. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& conuicia iaciunt. Vt enim porticus Olympiæ artificio quodam vocem emissam septies reddebat: qua de causa h-ptaphonō vocabatur, eo quod nō semel, vt Echo, sed septies acceptam vocē referret: sic plurimi vna affecti contumelia, septem rependunt. ¶ Discamus tertio in bono incepto perseuerare, nec ab illo propter derisores desistere. Nam si aliquis studium suum cultui diuino applicat: statim à diabolo innumeris interpellatur modis. Sic Christo eunti, vt bonū opus, piumq; peragerer, conata est mundi nequitia obsistere: ne faciuus tam egregium perficeretur. Hæc enim est vna de astutijs diaboli, bonum inceptum videlicet, in germine, & principio suffocare.

Genes. 3. Vnde per serpētē, religionem in paradiso incipientem, & quasi nascentē suffocauit. Qua-

Eccles. 2. propter in Ecclesiastico dicitur. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore: & præpara animam tuam ad tentationē. Sed tu perseuera in bono incepto & procedens viam inchoatam prosequere: exemplo Christo domini nostri qui nihil impeditus ineptis derisionibus non cessauit, donec in locū peruenit, vbi adolescentula mortua iacebat. Vnde ait euangelista. *Ipse autem tenēs manum eius clamauit dicens. Puella surge.* Qui sola voluntate illam suscitauit, tenuit manum eius, vt sa-

Matth. 9. tisfaceret desiderio patris: qui secundū Matthæum dixerat. Impone super eam manum & viuet. Clamauit autem, ad ostendendum magnitudinē potestatis: quia clamor vox vehemens est. Ita vt ostenderet per fortitudinē

Ioann. 11. huius vocis animam cogi ad corpus remeare. Sic se habuit in Lazari suscitatione. Clamauit autem imperatiuo modo quasi potestatē habens, dicens. Puella surge. Non fecit autem orationem aliquam sicut Helias, & Eliæus.

3. Reg. 17. Et in hoc mirabantur magis Iudei, sicut in do-

4. Reg. 4. ctrina: quia nō prædicabat sicut doctor & expositor legis sed sicut legis lator & tanquam

Matth. 7. potestatem habens, vt inquit Matthæus. Admirabantur turbæ super doctrina eius: erat enim docens eos, sicut potestatem habens & non sicut scribæ eorum, & pharisei. Hoc etiā modo suscitabat mortuos, & miracula operabatur tanquam Deus: potestatem diuinam ostendēs illo modo imperatiuo, ad cuius nutum omnia subiiciebantur: atque ideo sequitur. *Et reuersus est spiritus eius & surrexit continuo.* Non poterat namque aliter fieri iubente Christo, quare eo volente puella necessario erat surrectura. Reuersus est autem spiritus eius ab occulto receptaculo suo ad corpus exanime Christo iubēte, & angelo sancto (vt creditur) ducente. Fuit enim anima illius puellæ in aliquo receptaculo, eo paruo tempore, quo fuit inter mortem & suscitationē. *Et iussit illi dare manducare.* Hoc fecit ne putaretur esse phantasma: sed per hęc signa ostenderet veritatē resurrectionis, sicut in resurrectione sua, qui comedebat cum discipulis suis. Nā si am- *Luce. 24.*
bularet, non constabat de vera resurrectione: *Ioann. 20.*
quia poterat dæmon arripere illud corpus, & mouere illo motu progressiuo: non tamē poterat facere has operationes vitales, vt comedere, loqui videre, audire: quoniā hoc nisi ab animali, fieri non potest. Et tamen si dæmon arriperet corpus puellę mortuę, illud nō ideo animatum redderetur: quia dæmon non potest formaliter vniri corpori, sed tantum, vt motor: & per consequēs nec comedere posset, neq; alias operationes vitales exercere.

¶ Obserua autem Christum non dedisse cibū puellæ: sed tantū iussisse ei dari, propter duo. Primum ad tollendam suspicionem, ne forte puella putaretur non vere comedere: sed propinante Christo oculos inspectantium obcæcari, quo vera cibi sumptio appareret, cū tñ præstigiosa, & falsa esset: parentibus autem id munus præstantibus omnis dubitatio sublata est. Secundo quia facere volebat ea, quæ nemo aliorum facere poterat, quę aūt per alios fieri potuerunt facere noluit: alij namque perarant cibum & potum illi ministrare. Sed sequitur. *Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit, ne alicui dicerent, quod factū erat.* Noluit vt omnino ignoraretur puellam ab illo suscitatam fuisse: quia miracula non faciebat, nisi ad ostensionem diuinæ virtutis, ideo nullum eorum voluit penitus latere. Sed voluit Christus, vt miraculum hoc aliqualiter ad tempus occultaretur, & postea manifestaretur. Fecit enim hoc miraculū, primo anno, quo cœpit prædicare, vel in principio secundi: & restabant ei adhuc anni duo. Ideo noluit, vt hoc miraculum esset apertum, ne incitaretur pharisæorum malitia ad illum occidendum, quo eius opera & prædicatio intercluderentur: sicut factum est illo anno, quo mortī traditus est. Nātanta surrexit contra dominū inuidia, vt non auderet palam loqui aut ambulare. Ideo recessit à Iudæa in Galilæam, & iterum *Ioan 7.* in regionem circa desertum in ciuitatem E- *Ioann. 10.*
phrem. Itaq; noluit modo talia miracula palam edere, quibus irritarentur magnopere cōtra ipsum

tra ipsum Iudæi: quoniam ex Lazari suscitatione statuerunt Iudæi Christum morte mulctare. Quod enim nunc, nisi Christus præcaueret, facerent. Qua de causa si in initio prædicationis suę Christus dominus mortuos publice suscitaret, occiderent eum ante tempus perfidi homines, nondum completis operibus, quæ ex prophetarum vaticinijs erant cōsummanda: vel saltem exularet, aut latereti lō go tēpore, aut se miraculose defenderet, quorum quodlibet erat inconueniens. Ideo his de causis operā sua modo occultauit, postea vero publicè mortuos suscitauit, sicut filium viduæ in Naim, & Lazarum: quos astante vniuerso populo suscitauit. Nunc autem Christus voluit vt suscitatio ista aliquanto tempore occulta maneret, vel saltē dubia redderetur: quod sufficienter factum est per modum istum occultationis, quem Christus seruauit. Sed quia noluit hanc suscitationem prorsus occultam esse, adhibuit quinq; testes, qui opportuno tempore de hoc testimoniū perhibere possent. Non autem tenebantur tacere nisi quatenus Christus aliud mortuum suscitaret publicè. Quare cum suscitauit filiū viduæ in ciuitate Naim, liberati sunt hi testes ab obligatione tacendi: quoniā ille coram omni populo fuscitatus est. ¶ Aduertēdum hic est, quoniam Christus paulo ante Genesarenum dæmoniacum voluit habere præconem miraculi facti, & diuinæ potentiæ: nam præcepit illi, vt miraculum euulgaret: at huic principi synagogæ insistere diceret, & illū noluit præconem habere, vt sic testaretur Deū humana prudentia aut sapientia parum vel potius nihil indigere. Ille dæmoniacus pauper homo erat, simplex, rudis, vilisq; conditionis: Archisynagogus, diues, prudens, peritus in lege, sapiēs ac potēs: erat diuina sapientia illum despectum dæmoniacum elegit in suorum mirabilium prædicationem, huic autem silentiū indixit. Non enim in sapientia humana fundatur predicatio euāgelij, sed in diuina virtute: nec diuites, potētes, aut sapientes elegit Deꝰ, sed apostolos discipulosq; homines piscatores & de media plebe, ac illiteratos. Ideo Paulus ait. Nō multi potentes secundum carnē, *1. Corinth. 1.*
non multi sapiētes, nō multi nobiles sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Sunt multi arrogantes, & superbi theologi qui quoniam peritiores in prædicando, & docendo sibi videntur, existimant doctrinam suā orbi omnino esse necessariam, nec posse aliter ad salutē viam patere. Verū isti procul dubio longe errant. Quauis enim concionentur, legant, aut scribāt ingentis librorū volumina: bene tamen sine istorū ope ecclesia poterit stare. Deus enim nullius indiget auxilio. Fuit enim Augustinꝰ summus doctor Christianæ ecclesiæ: non tamen ita vsque adeo necessarius, vt ab illo vniuersus reipublicæ Christianæ status penderet. Quam obrem, & si nūquam natus fuisset, nō propterea esset imminuta religio catholica. Fuit etiā Paulus maximus orbis prædicator; hic tamen tempore quo prædicationis summa erat necessitas, vinctus fuit duobus an- *Act. 24.*
nis, & sic cessauit tunc illius doctrina. Ne igitur superbias, neue te magnifacias credens omnes doctrina tua indigere: sine te enim optime agemus: quòd si obieris, Deus alios producet, quin & de puluere terræ potēs est summos viros suscitare, quibus tu tertio die oblitioni tradaris. Ideo concluſit Apostolus in prædicta autoritate inquiens. Vt nō glorietur omnis caro in conspectu eius. Qui plura à Deo beneficia, quàm alij, accepimus, maiori ad Dei cultum alijs, deuincti vinculo tenemur: quamobrē oportet nos supra omnes humiles, pij, & timentes dominū: propē enim adest tēpus, quo corpore vitaq; exuti feuentissimam reddemus talentorum, id est, donorū Dei, quę accepimus rationē, & quomodo illis vsi fuerimus: quibus vtinā in damnationē no- *Matth. 25.*
stram non abutamur. ¶ Secundo discamus nō reuelare proximorum nostrorum secretos defectus, neue eos in publicum efferre. Filius viduæ cum mortuus efferretur, ad portam ciuitatis positꝰ fuit: vbi ab omni populo esse de- *Lucæ. 7.*
functus iudicabatur. Lazarus itē publica fol- *Ioan. 11.*
lennique pompa tumulatus fuerat. Iste igitur mortes, quoniam constabant, non vetat Christus, ne manifestētur. Quoniam quotiescūq; mors publica est: id est, quoties cuiq; proximꝰ tuus ea licentia in peccādo se habet, vt nemini non sit notum, ipsum esse vel vsurarium, vel concubinariū, aut alio quouis modo peccatorem: impunè tu etiā de illius peccato loqui poteris. At vero peccatum occultum cur manifestabis? Cur mortem proximi secretam efferes? Cur insciēti & ignoranti occulta proximi tui vitia prodes? Sed multi sunt vanissimi hominēs, qui tāquā ciuitas sine muris, vas

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine operculo, equs sine fræno, nauis sine clauo, domus sine foribus: sic illi nihil pensi, nihil probitatis, aut prudentiæ habent. Verum homines isti proditores, & infidi, qui quæcũque sciunt, in publicum enuntiant, & cum iactura animarũ suarum fratres infamant ignominiaque afficiunt, stultissimi dicendi sunt, siquidem proximis nõ sine incommodo suo nocere volũt. De quibus ad literam ait Eccle *Eccles. 19.* siasticus. Sagitta infixa femori canis: sic verbũ in corde stulti. Canis enim sagittam infixam femori suo habens non quiescit donec remoueat illam: ita nec stultus quiescere potest, donec maledictum, quod de proximo suo audiuit, alijs dicat. Præterea sicut canes non solum carnes comedunt, sed etiam ossa rodũt: sic isti nõ solum carnalibus hominibus detrahunt, verum etiam spiritualibus. Et præterea quemadmodum canes in macello morantes sanguinolenta habent labia, & sanguini insidiantur: sic isti sanguine proximorum maledi, in ore suo peccata aliorum portant. Vnde ad eos pertinet illud prouerbiorum. Insidiemur sanguini. Quoniam igitur obitus istius *Prouerbi. 1.* puellæ occultus erat, vnde mortem occultã resurrectio occulta fuerat cõsecuta: ideo Christus iubet, vt occultetur. Discе hinc peccatũ proximi tui, ad pœnitentiam conuersi celare. Quod si conuersus non est, poteris quidem illum secreto admonere, vt à peccato exeat: quod si parum promoueris, seruabis ordinẽ à Christo in euangelio traditum, quẽ nos ex- *Matth. 18.* posuimus in capite decimo septimo huius. Verum si post peccatum vitam correxit quid opus est prælato aut cuiquam dicere? Ita hæc mortua est & resurrexit intra domum suam: quare præcipit domin⁹, ne manifestetur, &c. ¶ Tertio discamus omnem priorius arrogantiam & inanem gloriam contemnere, ne velimus bona opera nostra omnibus esse nota, ab omnibusque laudari. Imo potius ea Deo reseruemus: qui cum ea optimè omniũ nouerit, ea poterit laude & præmio digno afficere. Vt hoc igitur doceret Christus, præcepit miraculum tacere: quod idem in leproso fecit, *Luc. 5.* quem curauerat. Dixit etiam præcipiendo, vt nulli diceret miraculum, sicut in quinto capite huius iam vidimus & enarrauimus quomodo fugienda sit arrogantia & vana gloria: & omnia opera nostra propter Deum facienda. ¶ Denique docemur & quarto Deum nõ esse personarum acceptatorem, sed æquissimum adiutorem omnium tam pauperũ, quã diuitum, Iudæorum & Gentiũ: si modo crediderint. Vnde Petrus dixit. In veritate com- *Act. 10.* peri, quia Deus personarum acceptor nõ est: sed in omni gente qui timet eũ & operatur iustitiã acceptus est illi. Æqua enim benignitate accepit Christus mulierem pauperculã, & venit in magnificas Iairi principis synagogæ ædes. Eodẽ etiam pacto nos pauperes vel diuites æqua benignitate, & misericordia excipiet: si humili & contrito corde ad ipsum venerimus. Festinemus igitur ad Christum dominum, omnes, quotquot in aliqua calamitate & angustia sumus. ¶ Docet præterea hæc historia Christianorum bonorum mortem, nõ esse nisi somnum quendam. Ideo Ioannes au- *Apoc. 14.* diuit vocẽ de cœlo dicentem sibi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. ¶ Demum docet quantum profectum faciemus, quantumque commodum accipiemus, si ad eucharistiam, vt decet accesserimus: quã doquidem hæc mulier ad tactum tantũmodo vestimentorum Christi, sic sanata est. Sed iam nunc finem faciamus huic capiti, tempus exigit. Quam ob rem ad subsequentis capitis explanationem accedamus, Christo Iesu domino nostro auxiliũ suũ præstãte: qui benedictus in secula viuit & regnat cum Deo patre & spiritu sancto in gloria sempiterna: ad quã nos omnes misserrimos peccatores post hoc exilium perducere dignetur. Amen.

CAPVT. IX.

ENTER DEI MAGNAlia obseruatione & consideratiõe dignũ esse existimo modũ & ordinẽ quo Deꝰ salutẽ nostrã operatus est. Poterat enim Deꝰ qui omnia ex nihilo creauit vtẽs sua omnipotẽtia totũ mũdũ ad se cõuertere sine administriculo apostolorũ neq; hominũ aliquorum: sed sicut in cœlestib⁹ per angelos multa operat, ita in terra elegit apostolos, pphetas, & doctores, per quos populum erudiret. In hoc certe suam benignitatem ostendit, qui tam dulciter & benigne homines allicit: suamque sapiẽtiam declarauit qui totum mundum per discipulos simplices & paupertes edocuit. Iam in capite sexto huius euangelij vidimus quomodo Christus dominus ex multitudine suorũ discipulorũ segregauit duodecim, quos apostolos nominauit: nunc autẽ eos honorat mittens illos ad prædicandum & tradens potestatem vt miracula facerent, ideoque sequitur in contextu. *Conuocatis autem Iesu duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia & vt languores curarent.* Ostenditur hic deitatis Christi excellentia, quia nõ solum ipse facit miracula sed discipulis concessit hanc autoritatem: quæ tanta est vt facile superet omnẽ natura. Si enim super terrã nõ est potestas quæ dæmonibus cõ- *14.* paretur: planum fit vt Christus dans potestatem super spiritus, det & super omnem terrã. Habẽt etgo apostoli potestatem super cœlos, elementa, & super omnem carnẽ, quantum necesse est ad negotium euangelij: quod ipsa experientia monstrauit. Hæc autem potestas non fuit absoluta in apostolis vt possint quidquid vellent super dæmones, sed solũ vt pos- *rib. 10.* sint eos è corporibus ejicere vt in Matthæo dicitur. Dedit eis potestatem spirituum immũdorum: vt ejicerent eos. Non enim poterant quidquid vellent super eos, scilicet, claudere eos in abyssum, vel tollere potestatem tentandi homines: imo nec facere quod ipsimet apostoli non tentarẽtur: nam Iudam (cui etiã data est hæc potestas) tentauit Satanas, & post buccellam introiuit in illum: & Petrum etiã valde tẽtauit, & omnibus illis dixit Christus, *Luc. 22.* Ecce Satanas expetiuit vos vt cribaret velut triticum, &c. ¶ Aduertendum quod ista potestas non fuit in apostolis aliqua qualitas siue virtus actiua existens per quã possent aliquid facere quod prius nõ poterant: quia potestas faciendi miracula est infinita: ideo homini nõ potest dari ita quod efficiatur aliquid ipsius hominis, sicut potentia visiua est aliquid hominis: nam tũc homo efficeretur Deus quòd est impossibile. Præterea si talis potestas esset vere in apostolis, possent quandocũque vellent, miracula facere: sed non poterant, quia post collationem istius potestatis oblatus est eis dæmoniacus & non potuerunt eum sanare vt infrà videbimus in hoc capite & Mat- *rib. 17.* thæus & Marcus enarrant. Non ergo erat ista potestas vere aliquid in apostolis sicut character est in sacerdote, qui quantumcunq; impius sit, consecrat si vult. Sed ista potestas vere in Deo erat qui faciebat miracula sed concessit illã apostolis taliter quod quandocũq; ipsi inuocarent nomen Christi ad operationẽ alicuius miraculi, statim illud fieret si pereret cum fide, alias non: sicut dæmoniaco illo non præstiterunt sanitatem (vt Christus eis dixit) propter suam incredulitatem. Hanc potestatem tantum dedit Apostolis & nõ alijs: & licet Christus concesserit alijs qui fidem habuerint vt habetur infra & in Matthæo quia omnis qui habuerit fidem sine hæsitatione miracula faciet: hanc fidem nunc dedit apostolis, & illam conferẽdo insinuabatur conferre eis potestatem faciendi miracula. Cæteris vero non dedit hanc potestatem, quia non contulit eis istam fidem. Ideoque non erat alia potestas data Apostolis vt miracula ederẽt, quæ esset in eis aliqua potentia actiua: sed solũ ista fides, per quam volentes poterãt ea facere. *Mar. 9.* *Matth. 21.* *Luc. 17.* Aliquando autem deficiente in eis fide, defecerunt & miracula. ¶ Rursus obseruandum quod virtutem dicit & potestatem dedisse, quia discrimen est inter virtutem & potestatem. Virtus enim est in miraculis faciendis, & potestas in dæmonibus ejiciendis: propterea dicit quod misit illos vt dæmones expellerẽt & languores curarent, quia ad vtrunq; faciendum dedit eis potestatem plenariã. Fieri quidem solet vt nonnulli huius mundi principes famulos ad itinerandum mittãt, nec præbent illis necessaria ad viam perficiendam: vtuntur enim eis veluti mancipijs & abiectis seruis. Similiter & reges erigunt homines ad suprema officia & dignitates: nec tamen eis concedunt nec præstare possunt virtutem nec merita quibuscum dignitatem, ad quam assumuntur, exerceant. Non sic Deus non sic, imo Apostolis suis ad culmen Apostolatus vocatis, virtutem & potestatem ad dæmones ejiciendos languoresq; curãdos plenissime concessit. Differunt vero lãguor & infirmitas: nã lãguor morbus inueteratus est, atq; difficilis ad curandũ: infirmitas vero, pro quocunq; assumitur morbo. Vt ergo insinuaret q̃ morbos periculo mortis proximos & vicinos possint curare & inueteratos, explicuit languores. Vide etiam quòd sapientissime dedit eis potestatẽ faciendi miracula, vt per ea fides persuaderetur hominib⁹: licet enim homines ducti ab spiritu sancto & illuminati lumine fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei credant, nihilominus ad stabilitatem ere
dẽdorũ necesse fuit miracula edere, nõ enim
moueretur homo ad credendum nisi miracu
lorum testimonio adductus. Præterea, in hac
donatione apostolis facta vehementer humi
liata est altitudo diabolicæ superbiæ, dum ho
minibus literis destitutis atq; simplicibus pis-
catoribus & egenis super omnia dæmonia est
potestas distributa. Sic enim decuit superbiã
dæmoniorum opprimi & deijci: & iuste lues
pœnas, quia factũ est vt illi qui maiestati im-
mensæ assimiliari intendebant, pauperculis
piscatoribus subijcerentur. Principes & huius
mũdi reges cum ministros vel dilectos ad ali-
quod munus vel honorem promouendos de
cernunt solent quidem erga illos quibus pre-
ficere decreuerunt quam plurimum honora
re & auxiliũ præstare: & hoc sanè vt erga sub-
ditos talia videntes magno precio habeãtur,
ipsiq; illos reuereantur. Sic dominus volẽs
instituere Iosue in principẽ dixit Mosi. Tolle
Numer. 27. Iosue filium Nun, & pone manum tuã super
eum qui stabit coram Eleazaro sacerdote &
omni multitudine, & dabis ei præcepta cun-
ctis videntibus & partem gloriæ tuæ vt audiat
eum omnis synagoga filiorum Israel. Sic etiã
& pater æternus cum Christum doctorẽ cæ-
lestem in orbem misit, qualiter eum commẽ
Matth 17. det, audi: Hic (inquit) est filius meus dilectus,
ipsum audite. Similiter Christus cum apostolos ad prædicandum mittit honorat eos: dãs
eis hac potestatem. Docet locus iste homines
non ex meritis sed ex vocatione diuina eligi.
Genes. 25. Ita in Genesi dicit Deus de Esau & Iacob. Ma
Roman. 9. ior seruiet minori. De his egregie disserit Pau
Esaiæ. 49. lus ad Romanos. Esaias etiam: Dominus ab
2. Corint. 3. vtero vocauit me, de ventre matris meæ re-
cordat⁹ est nominis mei. Sic apostolos elegit
à mundi initio, vt idoneos faceret ministros
nouitestamenti, & apostolatus honore deco-
raret. Verum vt scias ad quid dederit eis hãc
potestatem, audi euangelistam. *Et misit illos
prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* Per-
pende hic verbum misit, alias enim absque
electione & potestate nõ licebat, nec licet mo
do nisi mittãtur. Vnde Esaias dixit Deo. Ec-
Esai. 6. ce ego, mitte me. Cui dixit dominus. Vade
Roman. 10 & dic populo huic, &c. Ideo Paulus. Quomo
Ieremi. 23. do prædicabunt nisi mittantur? Et de his qui
mutuus prædicationis ambiunt, & se in illud
intromittunt, ait dominus. Ipsi currebant, &
ego non mittebam eos: non loquebar ad eos,
& ipsi prophetabant. Tales quidem Apostoli
non erant: atque ideo Apostoli appellati sunt,
quod idem est quod missus: missi enim sunt,
ad prædicandum. Vnde Paulus. Non misit *1. Corin. 1.*
me dñs baptizare, sed euangelizare. Tu er-
go nõ more pseudoprophetarum sed aposto
lorum non te ingeras officio prædicationis
nisi vocatus. Præterea missi non sunt Apo-
stoli ad prædicandum parua, imo potius ma-
gna, hoc est regnum Dei: quod est diuina gra
tia, vera doctrina, & æterna gloria: non terre-
na promittens sed cœlestia. Moses quidem
atque prophetæ non promittebant regnum
cœlorum: licet sancti veteris legis meruerunt
illud & leges Mosi obseruantibus datum est
post Christi mortem. Age iam cõcionator ver
bi Dei, prædica regnum Dei & de ipso doce:
non vero placida, nec auditoribus delectabi-
lia: quibus ad risum moueas populum. Mu-
nus quippe euangelici prædicatoris est vera
prædicare & non mendacia, & ad planctum
audientes monere, nõ autem ad risum. Lege
Hieronymum ad Nepotianum scribentem.
Discant etiã nostri temporis episcopi qui suc-
cessores sunt apostolorum verbum Dei præ-
dicare, iuxta normam sacri concilij Triden- *Conci. Tri.*
ni expresse illis præcipientis vt prædicent per *sessio. 5.*
se ipsos: ideoque Paulus præcipit vt eligantur
episcopi qui sint idonei ad docendum, siqui-
dem proprium munus eorũ est docere. Apo-
stoli quidem vt instarẽt verbo Dei elegerunt *2. Timoth.*
septẽ diaconos qui ministrarent in opere ex- *Actu. 6.*
terno. Sed proh dolor quam peruerse se nũc
res habet: episcopi enim ipsi occupãtur in ex-
terioribus & negotijs secularibus, & munus
episcopale quod est propriũ ipsorũ exercetur
ab his qui nõ tantę sunt dignitatis quales sunt
monachi ac egeni clerici. Quare rogo expolia
uit Dauid Saulẽ scypho & hasta, nisi quia ille *1. Reg. 26.*
dormiebat? Similiter quia prælati dormiũt &
ociantur surripuerũt monachi prædicationis
munus, quod proprium episcoporum est: &
in ipsis vigilãtibus remanet. Sed de his alias.
¶ Secundo mittuntur hic apostoli non solum
vt munus prædicationis exerceant, sed etiam
vt miracula edant & ad languores curãdos.
In confirmationem veritatis quam prædica-
bant miracula faciebant, atque ideo doctrina
apostolorum infallibilem veritatem in se con
tinebat: quia cũ solus Deus autor sit miracu-
lorum, primaque veritas cui non possit sub-
esse falsum, impossibile erat mentiri in doctri
na quam Deus tantis miraculis approbabat.
Igitur vt mundus eis adhiberet fidem mira-
cula

cula operabantur, quæ nunc superuacaneum
esset: illa edere, quia iam creditur his quæ de
Christo prædicantur: & si talia miracula fie-
rent, potius infirmarent fidem quam adiuua
rẽt. Perinde ac siquis habet in iudicio aliquid
sufficienter notum & probatum: si rursus vel
let illud probare, per hoc redderetur negotium dubium ac si probatione indigeret. Simi
liter in nostro casu si nunc per miracula rur-
sus fides probaretur, esset ostẽdere quod ad-
huc de ea non constabat, esset q; tollere ei suã
dignitatem, satisque periculosum esset. Nec
desunt modo miracula & si inuisibilia quæ à
concionatoribus diuino afflãte numine fiũt:
id q; sanando ægritudines animæ & infirmos
curando abspiritualibus infirmitatibus. Sed
vlterius procedamus. *Et ait ad illos. Nihil tule
ritis in via, neque virgam, neque peram, neque pe
cuniam, neque duas tunicas habeatis.* Prohibet
hic dominus præsidium temporale: docẽs cõ
cionatorẽ soli Deo debere inniti, iuxta illud.
Omnem solicitudinem vestram proijcien-
tes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et
psalmographus. Iacta cogitatum tuum in do
mino, & ipse te enutriet. Aduerte quòd in
hoc non prohibet studiosam prouidentiam,
sed curiosam & superfluam solicitudinẽ. Sic
& alibi dominus ait. Nolite soliciti esse animę
vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro;
&c. Et iterum. Nolite soliciti esse in crastinũ:
crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Suf-
ficit diei malitia sua. Solicitudo enim super-
flua temporalium & cupiditas eorum, maxi-
mè impedit veritatem prædicationis: nã qui
talia quærunt se quuntur viam Balaã qui mer
cedem iniquitatis amauit, vt ait Petrus.
Non autem sic Paulus qui Thessalonicensi-
bus scribens ab Athenis ait. Non fuimus in
sermone adulationis sicut scitis, neque in oc-
casione auaritiæ, Deus testis est. Sciebat enim
quod ex hoc iram Dei prouocabat, sicut dici
tur. Principes eius in munenbus iudicabant,
& sacerdotes eius in mercede docebant: &
prophetæ eius in pecunia diuinabantur.
Ideo subditur. Sion quasi ager arabitur, &
Hierusalem quasi aceruus lapidũ erit, & mõs
templi in excelsa siluarum. Christus domin⁹
vehementer de paupertate amauit & relinquẽs
in hoc seculo suos vicarios voluit etiam pau-
pertatis amatores eos esse: quo circa aurum,
argentũ &c. illis prohibuit. Placuit Christo
Saluatori ecclesiam suam supra firmam petrã
fundare &c. non supra terram, quam ob rem
discipulos pauperes & alienos longè à curis
rerum temporaliũ esse voluit: modicũ enim
pulueris aut paleæ cessare facit oculum ab of-
ficio suo, ideoque placuit vt pauperes essent,
quia paupertas expedita est, nullisque curis
implicata. Et sic cætera corporis membra ad
alia officia conueniant, oculus tamen vti-
cum habet officium: & contactum terræ ma-
xime timet. Eodem modo ecclesiæ oculus cõ
templationi legis diuinæ intendere debuit:
ob idque à terrenis istis maxime separari. At
nunc in multis ecclesiasticis viris magis occu
pata est ecclesia in temporalibus, quam olim
synagoga: nam plures ecclesię ministri potius
Mosi discipuli esse eligunt, quam Christi: quia
temporalia inordinate quærunt: quæ Moses
promisit. Sed vere Christi discipuli illi cẽsen-
di sunt qui spiritualia appetunt, terrenaque
despiciunt. ¶ In eo autẽ quod dicit neq; duas
tunicas habeatis, superfluitatem prohibet, nõ
necessariũ vestimẽtum: nam Christus dupli- *Ioann. 19.*
cem habuit vestem: quia præter tunicam in- *Hieron q. ad Hedi.*
consutilem super quam missa est sors, habuit
alia vestimenta quæ fuerunt diuisa. Sic diuus
Hieronymus ad Hediuiã ait quod quicquid
corpori nostro sufficere potest & humanę suę
currere imbecillitati, hoc vnica appellãda est
tunica: & quicquid in præsentibus alimentis
necessariũ est, hoc vnicus dies victus appellat.
Ita necessariũ iuxta imbecillitatẽ vniuscuiusq;
vocatur vnum, superfluum vero duplex: nam
si de vnica tantum tunica intelligendum es-
set, quomodo Petrus contra domini iussum
fecit duas tunicas habens tum zonã tum etiã
calciamenta? Et Paulus etiam ait Timotheo.
Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ
veniens affer. Ecce penulã vnã habebat extra
se, & alterã portabat. Et ideo illud quod Ioã- *Matth. 5.*
nes dixit qui habet duas tunicas, det vnã non *Luc. 3.*
habenti, quod superfluum erogare pauperi- *Luc. 11.*
bus intellexit: ac si cũ Christo diceret. Quod
supereſt date pauperibus: Sed ad sequen-
tia. *Et in quamcunque domum intraueritis, ibi
manete: & inde ne exeatis.* Quasi dicat. Contẽ
tiestote illo hospitio: & propter melius inqui
rendum ne exeatis ab illo: nam sicut in Eccle- *Eccles. 19.*
siastico habetur, vita nequam hospitandi de
domo in domum. Mutatio enim hospitij de-
notat impatientiam in eo qui modicã existen
te causa mouetur & non potest quiescere,
iuxta illud. Hæc dicit dominus populo huic:
qui dilexit mouere pedes suos & nõ quieuit, *Ierem. 14.*
& domino non placuit. Alienum enim à con
cliona-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cionatore domos cursitare: & immobilis hospitis iura violare. Prohibet itaque hic dominus discursum leuitatis, & inanem loci mutationem: stultus nāque (vt Ecclesiasticus ait) vt luna mutatur. Aduertendum autem quod hoc non de quacunque domo esse intelligendum existimo, sed de honesta domo nam in Matthæo dicitur, In quamcunque ciuitatem intraueritis interrogate quis in ea dignus sit, scilicet vestro ingressu, videlicet vt sit laudabilis famæ & probatæ vitæ: ne ex hospiti vestri corruptis moribus vita vestra infamiæ macula notetur & alij vobis scandalum passi, vestram paruipendant doctrinam. *Et quicunque non receperint vos exeuntes de ciuitate illa etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimoniū super illos.* Flagitium est pauperes virtutū dedituos quales Apostoli & Christi discipuli erant, hospitio non excipere: quā ob rem eos derelinquere præcipit Christus. Vnde dominus per Mosen populum suum allocutus est. Recedite à tabernaculis hominum impiorum & nolite tangere quæ ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Esaias quoque. Recedite (inquit) & exite, & pollutum nolite tangere. Non autem solum recedere, sed excutere pulverem pedum præcipit Christus in testimonium quod nolebāt recipere neque audire, ob idque (iuxta Saluatoris sententiam) tolerabilius erit terræ Sodomorum quā illis. Secundo illud fiebat ad significandum quod nihil commune cum illa vrbe habere volebant: & per hoc terrorē damnationis habitatoribus incuterent: vnde nec pulverem (quæres minim erat) adhuc secū à tali gente & populo deduc re voluerunt. Hoc etiam fecisse Paulum & Barnabam scriptura commemorat: qui excusso pulvere recesserunt. Apostoli vero non portabant calciamenta sic clausa vt nostra, sed tantum soleas, vt videre est in Marci euāgelio: quapropter tollentes soleas de pedibus collidebant eas ad inuicem super ciuitatē. Faciebant hoc primo in platea: coīnibus cōstaret id quod fiebat: & quia exeuntibus illis extra vrbem vsque pulvis etiam adhærebat, excutiebant iterum extra vrbē, vt nihil de ciuitate illa exportarent. *Egressi autem circuibant per castella euangelizantes. & curantes vbique.* Per castella dicit ad ostendendum loca & si exigua sint non ideo propter habitantium penuriam negligenda, imo visitanda & docenda cum valde vtile sit & Deo pergratum, & vnum tantum conuerti. Non sic nostri tēporis concionatores quē multi, qui magnas ciuitates quærunt, & circuunt aulas regum & magnatum & principum domos: vt nomen & famā possint adipisci & gloriam mundi ambunt: vitam agentes vbi vini generosi, volatilium, atque deliciarum est abundantia: nihil de animarum salute curantes. Præterea multa inuenies oppida & castella ab agricolis & pauperibus habitata (non loquor apud Indos nec oras remotas, sed de nostra Hispania quæ tot diuitissimos episcopos, alit theologos, & viros literatos) vbi iam per lapsum triginta & quadraginta annorū nec isti nec ipsi verbum Dei docuerunt, nec illi ab ipsis audierūt, nec episcopi ad talia loca deuenerunt: eo quod non delitiosa sed arida sint. Nonne Christus pro istis pauperculis & humilibus sanguinem fudit & non dignatus est, sicut & pro animabꝰ regum & principum? &c. ¶ Secundo dicitur hic quod curabant vbique locorum corpora languida sine personarum acceptione: Ioannes etiam testatur quòd baptizabant: Discere ex hoc loco non superuire nec extolli pro vllo gratiarum genere aut doctrina: Iudas nāq; prædicabat, baptizabat, dæmonia eijciebat & plura signa fecit: nihilominus à tanto honoris culmine dejectus est, & ad inferos damnatus descendit. Sed de his alibi nonnulla diximus. *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam vero quia Helias apparuit, ab alijs autem quia propheta vnus de antiquis surrexit.* Audiuit quidē Herodes miracula quæ Christus per se & super suos discipulos operabatur, quia fama Christi vndique diffundebatur: nam vt Matthæus ait, abijt opinio eius in totam Syriam & obtulerunt ei omnes male habentes varijsque languoribus oppressos. Cum audisset (dicit hic Lucas) quod hæsitabat: sed Matthæus & Marcus dicunt quod affirmauit esse Ioannem. Sed nulla est contradictio: nam Herodes primo hæsitauit propter rumorum varietates, sed postea credidit Iesum esse Ioannem, sicut & alij quidam propter vitæ sanctitatē & famæ eminentiam, & quia per apostolos baptizabat. Nec dixerunt quod Helias surrexerit, sed quod apparuit, quasi de paradiso reuersus: quia sciebant illum non esse mortuū, sed translatū. Hi ergo putabāt Christū esse Heliā propter miraculorum potentiam & iustitiæ zelum.

Ecclesi. 27.
Matthæ. 10
Matthæ. 10
Actor. 13.
Mar. 6.
Nume. 16.
Esaiæ. 52.
Matthæ. 10
Cap. 6. huius
Matth. 4.
Matth. 14.
Marc. 6.

zelum. ¶ Aduertendum quod hæc quæ Lucas hic narrat facta fuerunt in vltimo anno prædicationis domini: nō enim ab initio audiuit Herodes de Christō, quia principes & magnates tarde audiunt, tardique sunt ad addiscendum. Prius quidē prædicator totā replet plebē sua doctrina, quam ad aures principū perueniat vox eius: hi enim parum curant de concione & verbi Dei auditione. Si tamē ad hoc mouentur, raro id quidem, ad summum in aduentu & quadragesimam: & hoc nō ex voluntate & amore audiēdi, imo potius ex verecundia vulgi & cæterorum, ne ab ipsis praui & iniqui reputentur. Itaque minor istorum cura & solicitudo est de audiendis concionibus, & sic fere venit ad suas aures. Et aliud malum occurrit in hoc: nam cum ex concionatoribus nonnulli ad illorum honores & amicitiam respiciant de hoc minime obiurgant: imo verō placentia eis dicere intendūt, & sic nunquam corriguntur. Celebrem illam Niniuē iam Ionas prædicatione repleuerat, antequam ad aures regis ciuitatis illius verbum Dei peruenirent. Nō sic decaducis rebus & pulchritudine vana. Nondum enim Sarra ingressa fuerat Ægyptum, cum iam iam eius pulchritudo laudatur apud Regem Pharaonem. Similiter fuit laudata corā Abimelech Rege Geratis. Ministri enim & serui principum iuxta ipsorum appetitum loquuntur: & laudant id quod illi amāt. Vnde citius inquirunt vbi habitet pulchra fœmina, vt principi enarrent, quām vbi prædicet vtilis concionator, &c. *Et ait Herodes. Ioannem ego decollaui, quis autem est iste de quo ego talia audio?* Quanuis multi multa dicerent de Christo: Herodi tamen magis vera vita est sententia eorū qui dixerunt Ioannem surrexisse à mortuis, & sic affirmatiue asserunt. Quem ego decollaui Ioānes ipse est: surrexit à mortuis & virtutes operantur in illo. Dubitationem Herodis solus Lucas refert, sed sentētiam eius alij duo scilicet Matthæus & Marcus: vt sæpe solet vnus Euangelista supplere quod alius prætermittit. ¶ Hoc autem credidit quia Herodes & Iudæi putabant sanctos post suam resurrectionem maioris esse potestatis quam fuerant viuentes: & ideo licet Ioannes viuens miracula non fecisset, poterat illa edere post resurrectionem. Et in hoc non errabant: quia multo fortiores & pulchriores erunt sancti susceptis duobus gloriæ tam animæ quā corporis quā hic fuerant. Laus tamē Christo erat maxima eo quod credidit Herodes quod nullus viuētium ea facere poterat quæ Christus fecit: sed oportebat à mortuis aliquem eximia sanctitate pollentem surgere. Quare tres euangelistę hoc literis mandauere velut altissimū Christi testimonium: quod facere non consueuerunt, nisi in his quæ valde necessaria esse intelexerunt ad ostensionem gestorum Christi. Credidit etiam Herodes Ioannem præstantiorem cæteris esse: ideoq; audito eo multa faciebat, vt videre est in Marci euangelio. Præterea dicens Ioannem ego decollaui, culpam propriam fatetur non ad pœnitentiæ humilitatem, sed in damnationis suæ testimonium: ita vt ei dici possit quod olim Dauidē dixisse Amalechitæ scriptura commemorat. Ostium locutū est aduersum te, dicens. Ego interfeci Christū domini. Illaqueatus est enim Herodes verbis oris sui: & ex eis iudicabitur. Vide etiam quam prepostera sint impiorum iudicia. De Ioanne enim qui nullis claruerat miraculis credit Herodes reuixisse: & Iesum qui tot miraculis ostendit virtutem suā pertinacissime negant surrexisse, & apostolis nec custodiibus sepulchri fidem adhibere voluerunt. Sed procedamus. *Et quærebat videre eū.* Si quæsisset sicut Zachæus videre illum profectò vidisset, sed iste nō quærebat videre illū vt cōuersus bonꝰ fieret sed vt suæ satisfaceret curiositati: ob idque non meruit videre eū, & Christus non fecit illi sui copiam. Vnde in Prouerbijs habetur. Quærit derisor Sapientiam, & eam inuenit. Perpende quomodo quærendus sit Iesus vt illum possis inuenire: nempe non ex curiositate & vanitate, sed dilectione & amore. Sic quæsiuit illum Ipōnsa in Canticis, & inuenire meruit. Et dominus. Quæretis me (inquit) & inuenietis: cū quæsieritis me in toto corde vestro. Verum, si iste Herodes tantopere Christum videre cupiebat, cur nō videbat? Quis prohibebat? In Galilæa tunc temporis dominus ambulabat: minimo ergo labore & facillimo negotio poterat illum quærere & videre: at licet illū videre cupiat non videt, eius ignauia in causa existente. Quærit videre Christum nec tamē vult facere gradum nec se mouere vt illum videat: quod facere posset si vel modicum vellet laboris sustinere. Plures huic similimos inuenies qui Deum videre volunt ipsoque frui: nec tamen in eius gratiā quidquam ferre ac pati volunt. Filij Israel libenter arripuerūt iter profecturi in terrā promissionis vt il-

Matth. 6.
Luc. 23.
Matth. 28.
Luce. 19.
Prouer. 14.
Cant. 3.
Ierem. 29.
Numer. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam posiderent: sed cœpit tædere populum itineris & laboris, ideoque renuebant. Multi eodem modo volunt Christum videre: verūtamen laborem propter Christum subire nolunt, quemadmodum Herodes, cum tamen videant quòdamici Dei non nisi magnis laboribus & tribulationibus beatitudinem sint adepti. *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt.* Fidelitas illorū apparet quippe qui ad diuinum consortium sicut colūba Noë redierunt: ipsi enim veluti columbæ simplicitate præditi erant. Ostenditur etiam eorum fidelitas, quia nihil Christum dominum latere voluerunt: sed narrauerunt omnia quę gesserant, non vt eum erudirent, cuius oculis omnia nuda & aperta fatetur scriptura: sed vt insinuarent se etiam nolle latere, si absconditi possent. Narrauerūt etiam quia de rebus pro be gestis proprium commodum non quærebant: sed omnia in Deum referūt, iuxta illud Apostoli. Omnia in gloriam Dei facite, sine offensione. Sequitur in contextu. *Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaidæ.* In desertum inquit noster Euangelista quod secesserit dominus, tradens in hoc Apostolis & eorum in eodem munere succesforibus, exemplum quia cū munus illud versandum erat inter homines, in qua consuetudine non potest non aliquantum distrahi prædicatorum animus: idcirco oportet vt verbi Dei prædicatores secedant interdum & ad solitudinem tendant: vbi Deum alloquētes ab eo accipiant quod rursus alijs impartiantur. Verum si ij qui semper in spiritualibus occupantur opus habent recessu ac solitudine: quāto potiori iure illis est necessariū qui tota die terrenis negotiationib⁹ & huius vitæ curis occupantur? Agricolæ enim non singulis annis perpetuo opere agros fatigant, vt quotannis fructum ferant: sed cessare eos faciunt vt ex illo interuallo & requie fœcundiores & copiosiores reddāt fructus. Sic & nos si terrenis occupationibus interdum pepercerimus, multo fœlicius nobiscum agetur etiam circa ea quæ ad egentem vitam pertinent. Præterea non sunt hic ciuitates & oppida, non delitiæ. &c. Hunc locum elegit dominus vbi pascat suos. Tale enim domini ingenium est vt præsto sit vbi minus remedij speratur. Ex eo quidē patet nam Iudæos in deserto manna cœlesti cibauit, Dauidi apparuit in terra deserta & inaquosa: & Helias pascitur à coruis in deserto. Ex his quidem deduci potest eos diuinæ gratiæ participes esse qui mundi tumultū & strepitum fugientes, solitudinem & quietem amplectuntur. Quapropter Mosi non dabatur videre Deum donec in desertum exiret, & Deus ad sponsam inquit. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Itaque quos Deus cōsolari vult hos in desertum primum adducit: & cum ab eo derelicti existimantur, procul dubio illis adest & præsto diuinum solatium, adfuitque istis qui secuti sunt eum in desertum. ¶ Denique derelinquens impios & incredulos Iudæos abijt trās mare Galilęę in desertum locum: ne tot & tam crebras inspirationes eis immitteret. Sciebat enim Christus quod Iudæi abeuntes beneficijs ab eo receptis arctiorem erant reddituri rationem, ad ideo acriores cruciatus passuri: quocirca misericordia motus, ab eorum præsentia recessit. Nec illud certe misericordia vacat, videlicet Deum nostrum iuxta hominibus breuē concedere, ne peccatores peccata augentes amplius ex eo punirentur. Et licet actus iustitiæ sit vt peccatori auxilia motiua tam inspirationis quam prædicationis denegentur, est etiā & actus misericordiæ: quia obstinat⁹ qui abutitur huiusmodi auxilijs diuinis, maiorē reddet rationem. Neigitur peccatores puniātur propter abusum tantæ gratiæ auxilij & inspirationum; auferet ea Deus ab eo quem abusurum prænouit. Demum vt Ioannes dicit subijt in montem Iesus vt doceat suo exemplo terrena hæc despicere & cœlestia quærere: ea enim quæ sursum sunt quæramus, vt Paulus docet, non quæ super terram arbitrantes omnia ista vt stercora, vt Christo ardentissimo amore vniamur. Porro hoc nomē Bethsaida æquiuocum est ad desertum & ad ciuitatem. Bethsaida nanque ciuitas est in Galilæa à qua erant Petrus, & Andreas, & Philippus: & hoc etiam erat desertum pertinens ad ciuitatem Bethsaidæ, vbi hoc miraculum fuisse factū memoratur iuxta mare Galilææ, nō longe à Bethsaida. *Quod enim cognouissent turbæ secutæ sunt illum.* Beatus Mareus de hoc scribēs ait quod pedestres sequebātur eum: quo verbo feruēs desiderium turbæ exprimitur. Turbam etiam dicit, hoc est, plebem & communem populū, non vero nobiles, principes, & magnates: tales enim nimis sunt delitiosi & indulgentiæ studiosi, nec possunt pedestres ambulare præsertim ad id quòd satis illis laboriosum esse solet, videlicet conciones audire nec diuinis officijs & ceremonijs interesse: missam autē necessario audiendam domi suæ à toto semper audire vellent si possent, tāntaque eorum erga ista pigritia est. Petrus Christo dixit. Si tu es, iube me venire ad te. At isti nolunt ire ad Christum: sed quod Christus veniat ad illos. Quomodo subsequētur Christum in deserto rogo, qui tam tardi & pigri sunt in eundo ad rempium vsque ad videndum & adorandum illum? Sed de his iam satis. ¶ Expende etiam vim & efficaciā verbi diuini & quā topere reddat suspensum humanum animū, & quantum eleuet corda, summa illa dulcedo, & fauus ille diuini verbi ac prædicationis Christi. Obliti enim sunt fœlices isti Christi sectatores, & auditores portare panē ad manducandum, quapropter necesse fuit vt permiraculū prouideret dominus huic vrgenti necessitati: cura enim spiritualium bonorū obliuionis causa tempora liū esse solet, & per oppositum cura & nimia solicitudo temporaliū, spiritualia in obliuionem adducit. Intellectui enim contingit plura scire, hoc est habitualiter: intelligere vero non item, hoc est actualiter. Nam cum intellectus actualiter occupatur in vno, non potest simul eodemque momento in altero occupari: quapropter fit vt qui in minimis occupat intellectum, nō possit cogitare maiora. Ideoque cùm occupamur in his minutissimis & temporalibus, non valemus præcipuis vacare & maioribus: fit inde salutis animi profligatio & omnimoda vitæ spiritualis obliuio: perinde ac si huius seculi perpetui ciues futuri essemus, & ad futuram vitam nunquam migraturi. Sed qui Deo vacant, ipsiquę totos tradunt, circa temporalia negligentes sunt: quemadmodum ista turba quæ Christum sequebatur ita in hoc intēta fuit vt nequę sui nec ciborum recordata sit. Porrò adimpletum hic esse cernimus illud quòd olim prædixerat Esaias. Fluent ad eum omnes gentes, & ibunt ad illum populi multi & dicent. Venite ascendamus ad montem domini & ad domum Dei Iacob & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Igitur vt ad alia procedamus sequamur non segniter Christum: feruor enim huius populi socordiam nostram redarguit multis in rebus. Primo nanque sequebantur Christum propria sponte nec vocati quidem: nos autē toties vocati, minime sequimur. Sequebantur præterea per mare in desertum, per rupes & montes arduos procul à suis domibus: nos vero propinquiorem Christum habemus in limine ecclę, & tamen tarde venimus eo vbi audire & videre possemus. Illi gregatim & milleni Christum sequebantur: apud nos vero vix hic & illic vnū videas qui Christo sync ero studio adhæreat. Tanto magis hoc exemplo edocti torporem nostrum excutere debebam⁹. Quo enim carere minus possumus quam Christo? Æquū igitur est vt omnem spiritualem cibum ab illo expectemus: & apud ipsum quæramus. Beati omnes illi qui cum Daniele dicere possunt. Et nunc domine quærim⁹ te, ex toto corde, & sequimur te. &c. *Et excepit eos.* In quo Christi benignitas insinuatur: ad quā hortatur Apostolus, dicens. Suscipite inuicem sicut Christus suscepit vos in honorem Dei. *Et loquebatur eis de regno Dei.* Attende non de ieiuniis, sed de regno Dei Christus loquebatur: quia qui de terra est de terra loquitur, Christus vero qui de cęlo venit, de cœlo loquitur. Maxime enim cognoscitur homo in verbis, quia voces signa sunt cōceptuum internorum: stat enim sententia. Ex abundantia cordis os loquitur. Sed cum Christus totum hominem sanū fecerit non solum animas sed & corpora sanabat: quapropter sequitur in contextu. *Et eos qui cura indigebant, sanabat.* In quo ostenditur perfectio dilectionis eius, de qua Ioānes ait. Filioli nō diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate: quia qui viderit fratrē suū necessitatem habere & clauserit viscera eius, quomodo charitas Dei manet in illo? Hic fuimos Christi Redemptoris nostri vt in actis legitur: qui pertransijt benefaciendo & sanādo omnes oppressos à diabolo. Docuit inquā & sanauit, vt tu discas quod vita nostra verbo & opere consteri: & neque dicenda sunt quæ facere non licet, neque facienda quæ dictu sunt absurda. Vide etiam quòd prius prædicauit & locutus est eis de regno Dei, & deinde sanauit eos a languoribus corporis: quia prius agendum est de animę salute, quam de corporis incolumitate. Vnde ipse Saluator ait. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis, scilicet, externa & temporalia. Principaliusigitur de animæ salute cura est habenda: quam de corpore. Sed iam nunc inter fideles quid nisi de corpore agitur? Quid quæritur nisi corporis valetudo & sensibus delectabilia? Hæc totis viribus appetunt homines: hæc diligentissime quærunt: propter hæc caduca & temporalia

Exod. 16. Psalm. 62. 3. Reg. 17. Genes. 8. Hebr. 4. 1. Cor. 10. Exod. 3. Osee. 2. Matth. 14. Ioan. 6. Colos. 3. Philip. 3. Mar. 6. Dan. 10. Rom. 15. Ioan. 3. Luc 6. Ioan. 7. 1. Ioan. 3. Act. 10. Mat. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia mare circunt & aridam: frigus, calorem, labores & sudores, pericula & vitæ discrimina in his aggregandis & adipiscendis facile tolerant. Curabat igitur Christus dominus prius animæ infirmitates, prædicãs illis regnũ Dei, deinde corporis languores: cuius gratia ipsum mundi redemptore omnis illa turba, hilari animo subit equebatur. Similiter paralyticum in Capharnaũ intra tectum demissum curauit ab animæ infirmitatibus dicens primo, fili remittuntur tibi peccata tua, & postremo curauit corporis languores. Sic etiam & alium paralyticum sanauit in corpore & anima qui iacuerat in piscina Bethsaida triginta & octo annos: cui postea dixit, Noli amplius peccare. Itaque omnes isti à languoribus oppressi ad medicum cœlestem celeriter currebant: & ideo meruerunt non solum à corporalibus infirmitatibus sanari, verum etiam ab animæ vlceribus. Nos etiam si laboribus aut infirmitatibus detinemur ad Christum accedamus veluti illi fecerunt iuxta illud. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Ad Deum ergo nos perducunt & ad auxilium implorandum cogunt: liberantq; à peccatis quæ alias committeremus, nisi ab ipsis infirmitatibus impediremur.

Matthæ. 9. Lucæ. 5.

Ioann. 5.

Psalm. 15.

¶ Expendentia quod tripliciter Saluator noster misericordiam apud illos operatus est. Primo fatigatus excipiebat eos. Secundo, insciis docuit. Tertio, infirmos curauit: & tandem famelicos satiauit. Ex his docet nos quid agere debeamus, quia omnis Christi actio est nostra instructio: & ipse ait, exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. Oportet enim nos hospitales esse: quemadmodum Paulus ait. Hospitalitatem nolite negligere. Secundo, docere alios. Docentes omnes gẽtes. Tertio infirmos curare, sicut dominus præcipit dicens. Infirmos curate. Denique hæc beneficia tribuit non omnibus, non inquam pigris: sed his qui studiose illum quærunt & sequũtur in labore itineris & in deserto. Illis inquam qui non segniter Deum quærunt, & qui libenter verbum Dei audiunt, & auditum non fastidiunt. Sequitur in contexru. *Dies autẽ cœperat declinare.* Assignat tempus euangelista ad maiorem certitudinem veritatis: & vt magis miraculum hoc commendaret. Statim post meridiem hoc miraculum factum fuisse constat: hucusq; enim detinuit Christus turbam, vt & patientiã eorum probaret, & locum daret miraculo cum

Ioann. 13. Hebre 4. Matthæ. 28 Lucæ. 10.

ex necessitate operaretur, & ipsi iam famem paterentur. Perpende autem quam assiduus fuerit Christus in docendo qui vsque ad diei vesperam nõ cessauerit docere turbas. Adeo Dei filius animarum saluti studebat, vt oblitus cibum & corpori humano necessaria aduentante iam vespere adhuc prædicationi vacaret, & adeo populus erat intentus verbis Dei vt nec recordaretur quidem huic necessitati prouidere. Hoc exemplum est imitandum certe nobis fidelibus tam concionatoribus quam auditoribus. Nũc tamen nondum plene eluceſcit dies cum iam agitur de cibo & potu, omnisque hominũ fere cura ad corporis alimentum dirigitur, & adeo est illis insita hæc cura ac si nulla alia esset futura gloria nec vita cũ tamẽ alia sit huic valde dissimilis alioq; vita quærenda, quo circa hanc stultã satis & nociuam solertiam ingemiscit propheta dicens. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam: & opus domini negligitis. Tandem Christus adeo erat prædicationi deditus & populus attentioni, vt necesse fuerit apostolos meminisse cibi: quapropter sequitur in contexru. *Et accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas vt eũtes in castella, villasque quæ circa sunt diuertãt & inuentãt escas: quia hic in loco deserto sumus.* Nulla est discordia inter euangelistas de hac re: quia considerantes discipuli quod tam transiret meridies & quod Christus adhuc prædicaret, dixerũt illi quod dimitteret turbas: quibus Christus iussit parari illis ad manducandum vt hic dicit Lucas: & statim post hæc dixit soli Philippo: Vnde ememus panes vt manducent hi? Ex his ergo dictis euangelistarum simul sumptis colligitur vna plena narratio: inter quos nulla est contrarietas. cum vnus euangelista suppleat, quod alius prætermittit. ¶ Obserua autem quod discipuli qui Christo familiares erant rogauerunt ipsum pro turba: sic etiam cum mulier illa Cananea clamabat post Christum Apostoli præces fuderunt pro illa: & quod notatu dignum est, mulier illa Cananea non petiuit ab Apostolis auxiliũ ad hoc, nec turba hæc sumpsit illos patronos: sed ipsimet sponte sua ad Christum accedentes rogauerunt illum pro turba. Discat ergo hoc populus Christianus, & semper intendat patrocinium miseris & egẽnibus præstare: potissime quibus ad hoc paret ad tus, vt illi qui appropinquant regibus & principibus & prælatis. Nobiles, diuites, & populorum capita, protegere

Esai. 5.

Matth. 15.

Ioann. 6.

gere debent pauperes & eos qui laborant infirmitate, & pro eis rogare & alioqui iudices: eosque tueri & defendere ab injurijs & dolis, quæ passim illis fiunt. Sed proh dolor, nõ modo opera hæc charitatis impendunt: imo multi istorum quemadmodũ Doeg illa Idumæus familiaritate coniunctus regi Sauli, cui obsecutus est zizania seminando dicens quod Abimelec sacerdos panes dederat Dauid: quæ quidem monitio ansam præbuit Sauli regi superbo vt interficeret octoginta quinque sacerdotes, & euerteret ciuitatem Nobe. Hoc idem fecisse viros Ceilæ & Cipheos adversus Dauidem scriptura cõmemorat. Tale quidem semper est patrocinium & auxilium istorum qui principibus & magnatibus adhærent: parui pendentes commodum pauperũ, nec dicentes principibus subditorum bona: sed potius ea quibus in iram promoueant illos vt puniant & persequantur subditos, quẽ admodum faciebat Saul contra Dauidẽ, motus zizanijs Doeg & aliorum. ¶ Præterea, nullus de turba hoc petit à Christo: quia nouerant illum prudentissimum, & consequenter non eum latere quid eis necesse esset. Sic tu omnia dispositioni diuinæ committe & commenda iuxta illud beati Petri. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. ¶ Denique nec Apostoli dixerunt Christo quod satiaret turbas sed quod dimitteret: nondum enim crediderant tantam posse satiare multitudinem, quia nihil tale hucusque viderant eum fecisse. Ideo ex fidei imperfectione hoc dixerunt quia adhuc non sufficienter de Christo sentiebant, quæ oportebat sentire & credere: nã quando Christus eis iussit parare turbæ cibũ respondere debuerant, nos non possumus, tu vero Domine poteris si vis: sed dixerunt, non habemus nisi quinque panes. Et Philippus interrogatus respondit ducentorum denariorũ panes non sufficient vt vnusquisque modicum quid accipiat. Verum licet ex fidei defectu argui possint discipuli: tamen laudandi ex alia parte videntur quia curam habuerunt turbæ, & dominum pro ea rogauerũt. Admonet locus iste prælatos, successores quidẽ Apostolorum vt solliciti sint & solertes pro necessitatibus pauperũ, sicut scimus ex historijs veteres episcopos fuisse: & Paulus sollicitus fuit de collectis pauperum. Sed non item nostri temporis prælati: quinimo multi eorum maiorem curam habent vt delitiose viuant, ita vt possimus lugere quod olim Ieremias. Parauli (inquit) petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Pascunt enim seipsos & nõ gregem, ita vt de eis vere dicatur, Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. *Aut autem ad illos Vos date illis manducare.* Discipuli dicunt Christo, dimitte turbas, sed Christus ait date illis manducare: quia diuinæ maiestati nõ placuit iciunos dimittere, nec licet quidem fidelibus & ecclesiasticis vitis dimittere pauperes famelicos, sed date illis manducare. Hoc enim munus est Ecclesiasticorum: & sic olim hospitalia pauperum cõsueuerunt iuxta ecclesias situari vt in promptu essent pauperes: & in hunc finem concessi sunt tot reditus ecclesijs, vt viri ecclesiastici haberent vnde subuenire possent pauperibus. Et Christus dominus non solum ad cantus & cæremonias instituit in ecclesia tot sacerdotes & ministros, imo adhoc vt post cantica hospitales & pauperes fautores perpetuo essent: magis enim diligit misericordiam quam sacrificium, & pietatem quam cantica & organa, quanuis cantica & organa bona sint. Vnde Amos propheta. Putant quod tangunt instrumenta & cantica Dauid bibentes in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Arbitrantur suis musicis instrumentis se dæmones expellere quemadmodum Dauid: dæmones autem magis timẽt Dauidis charitatem, quam ipsius cãtica. Qua propter vt ecclesiastici sint patres pauperum nolunt ecclesia quod sint vxorati: nam si modo consobrinis & cognatis remotis bona ecclesiæ applicant: quid fieret cum filijs legitimis? Charitas qua olim ecclesiastici personæ erga pauperes vtebãtur, fuit occasio Christianis, tot, tantaque prædia ecclesijs applicandi: confidebant enim id in obsequium Dei futurum, fructusque prædiorum recte distribuendos inter ministros & pauperes. ¶ Secundo commendat locus iste curam quam patres & prælati & gubernatores reipublicæ debent habere de suis. Iacob curam habuit cum audiuit quòd frumenta venderentur in Ægypto, & non filij eius. Vnde eis dixit, Quare negligitis? Sic nec hæc turba curam habebat de cibo, sed Christus illam habuit. ¶ Tertio insinuat quemadmodum Deus necessario præbet omnibus illis qui vestigia sua sequũtur & nunquam in necessarijs deficit. Fac vt officio præsules, & non deficiet tibi Deus sicut nõ defuit istis. Erat sanctus prophera Daniel in lacu leo-

Trem. 4. Ezec. 34.

Amos. 6.

1. Reg. 16.

Gen. 42.

Dan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dani. 14. 3. reg. 17. Exod. 16. seorum in Babylonia, atque ibi Deus victum ei præbuit. Sic prouidit Eliæ præcipiēs viduæ Sareptanæ vt pasceret eū: & etiā carnes ei ministrans. Sic filijs Israel prouidit in deserto panē cœleste & mānā suauissimo. Ideo dīs ait.

Matth. 6. Videte volatilia cœli, quæ non seminant neq; metunt: & dominus pascit illa. Quapropter Dauid ait in psalmo. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Necessarijs oblitī sequebantur hi homines Christū in deserto, sed nihil eis defuit. Fac vt officio præstes, & sequēte Christū, minime pertimescas: ipse tamen te iuuabit atque in rebus necessarijs tibi non deficiet: scriptū est enim. Non vidi iustū

Psalm. 54. derelictum, nec semen eius quærens panem. ¶ Quarto aduerte, quod sicut Christus dedit his victū per manus Apostolorū: sic dat pauperibus per manus diuitū. Bene poterat Deus ex nēre illos alere, vel facere quōd nō famescerent, & id ipsum nūc pauperibus concedere, quos Deus poterat diuitijs omnibus affluentes facere, cum nullo labore nec sumptu omnes possit diuitijs cumulare: sed voluit in mūdo esse pauperes, famelicos, atque omniū rerum penuria, indigētiaq; laborantes, vt in diuites beneficus esset, quia cupit hoc medio eos salutem consequi, & pauperes etiam patientiam habētes regnum cœlorum adipisci. ¶ Quinto obseruādum quod Philippo dicit, Vnde ememus panes vt manducēt hi? In quo verbo duo considerāda sunt. Primum quod de panibus interrogat. Cur domine non quæris nūi de solo pane? Vnde (inquit) ememus panes? sunt quidē alia multa de quibus esset curā habenda. Vnde ememus bombycem ad cōficiendam tunicam muliebrem aliasq; diuersi generis & artis vestes, quas hominum mulierumq; elatio & vanitas excogitauit? Dic quæso vnde ememus armillas, annulos, emblemmata, dextrocheria, strata, puluinos fericiga supellectilia, cæteraq; ad mundū muliebrē spectantia, quæ nō nisi multis nummis quibus caremus, cōparantur? Vnde ememus tot res quibus indigemus, vt possimus vanitatem & superbiam nostram diu sustinere? Vnde ememus ea, quæ seculi huius periturī, & caduci deliramenta fouēt, & enutriūt? Solius ne cibi domine curam habes? Nunquid ignoras multos esse, qui victui necessaria omnino spernūt, vt mundi vanitates possint conseruare? Sed esto te solius cibi curā habere, cur interrogas de solo pane? cur nō queris vnde habebimus capones, perdices, gallinas, phasianos, attagines, pauones, cerūos, vitulas? Quia hæc omnia superflua sunt, hoc autem necessariū: illud ad ostentationem, & istū d'od sustētationem. Vnde Paulus. Habentes alimēta, & quibus tegamur, his contenti simus. Paterfamilias, qui filijs suis alimenta tribuit, præbet fane necessaria, sed nō liguritiones, cupediasq;. ¶ Secundo interrogauit, vnde ememus panes? non quod aliquid ignoraret, quia Euangelista dixit. Ipse enim sciebat quid esset facturus: sed interrogauit Philippum, & suos discipulos consuluit, vt doceret ne consilia minorum patuipendamus: sed quamuis prælati simus, & docti, & literati, atque sapientes, sciamus hominis esse errare posse, & alios quāuis minores sint, aliquando bona consulere, & sapienter loqui. Moles vit sapientissimus, & qui cum Deo quotidie loquebatur, audiuit consilium Ietro Madianitæ, & gētilis. Nuamā etiā Syrus, cum indignans reuerteretur in curru suo, audiuit consilium seruorum suorū, quod non est aspernatus: sed illis acquiescens desce dit, & lauit se in Iordane, & mūdatus est à lepra Pyropus auro exaltatus pretium suum nequaquam perdit: sic etiam ille, qui sapiens est nihil suæ scientiæ deperdit cum alium consulit minus sapientem, sicut aurū minoris æstimatur, quām Pyropus seu carbunculus, &c. Iosepho ipsiusmet consilia obfuerunt, quia somniauit spicas ipsiusmet adorare, & Solē, Lunam, vndecimq; stellas cultum ei, & reuerentiam præbere, propter quod in odium fratrum incidit, & ab ipsis venditus est. Somnia vero aliorum ei maxime profuerunt, nā somnia pincernæ, & pistoris, & somnia Pharaonis eum magnopere in Ægypto exaltarūt, & in maximos dignitatis & honoris gradus collocauerunt. Eodem fere modo tibi ipsi propria consilia perniciem & calamitatem adferunt: aliena vero emolumentum. Multi prælati cōsilia subditorum superbe despiciunt, seipsos sapientissimos, & prudētes existimātes. Christus dominus omnīū, & æterna sapientia consulit Philippum & simplices, atque idiotas piscatores: sciens quid est facturus: & tu adeò arrogans es, vt consilium subditorum contēnas? Opus est vt Principes & prælati habeant iuxtā se viros sapientes, cum quibus consulāt sua negotia: ideo throni sunt in cœlo iuxta cherubin, vt scias quod illi qui in throno potestatis, & dignitatis sedent, sapiētes consulāt: & habeāt iuxtā se à quibus illuminētur. Quare in Apocalypsi legitur quod qui sedebat in throno

Exod. 18. 4. Reg. 5. Iosep. lib. 2. de antiq. in Exod.

Apoc. 4. throno habebat in circuitu iuxta se viginti quatuor seniores. Non poterat gressum dare, nisi impingeret in senibus, in quibus est sapiētia. Sic qui sedet in cathedra prælaturæ, circundatus esse debet senioribus, & sapientibus, non tantum ætate, quātum moribus, sensu & intellectu: nam vt sapiens ait, Senectus venerabilis est non diuturna, neque numero annorū cōputata. Sic dominus dixit Moysi, Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel: quos tu nosti, quod seniores populi sint, & magistri. Ij enim eligendi sunt ad cōsilia, & regimen populi; consilio enim istorū facilius operaberis, & moueberis. Orbes enim inferiores motu proprio ab occidente in oriētem parum ambulant: cœlum solis in vnico anno integro reuolutionem complet: alij etiam cœli per mille annos vix vnum circulū motu proprio perficiunt. Verum ad motum alterius cœli, scilicet, primi mobilis intra viginti quatuor horarum spatio ab oriēte in occidentem, omnes isti cœli inferiores totū circuunt orbem. Sic tu, qui per te ipsum solum, & tuo tantum fretus consilio pauca perficis, & operaris: aliorum suffragio multa plura, & maiora perficies. Subijce te aliorum cōsilio, libenter patere ab alijs moueri: & videbis quid sis acturus. Sed o superbia prælatorum nostri temporis, arrogantia, fastus, & ambitio. Plurimos inuenies, qui maiorum obedientię subiecti multis annis vixerunt: at postquam vident se prælatos & liberos ab obedientia, nolunt fatigari vlterius iugo obedientiæ, nec alicui obtemperare, sed voluntua libertate gaudere, & extendere habenas, quicquid cogitant, quicquid appetunt, & desiderant, denique & quicquid volunt, & cupiunt statim opere adimplēt. Hac de causa sapiētes odiūt, literatos, & viros probos, & cordatos abijciūt & à se elongant: stultos autem, & idiotas, insi pientes, & fatuos in socios aciscunt, & secum ducunt, & indiuidui comites sunt. Cur ita.

Iam. 11. Quia cum sapientibus subditi sunt, & cum stultis prælati, & domini. Dominari volunt, non subijci, & sua libertate gaudere: non cōsilio sapientum obtemperare. Cum pijs subditi sunt, nam ipsi in illicitis obuiāt prælatis: discoli tamen laudant prælatum licet malum agat: & si prælatus domum incendere voluerit, statim ignem adducunt. Per paucos inuenies subditos, qui positi in dignitate, & officio prælaturæ, velint consilio vti sapientum, & subijci viris optimis: quia dominari volūt, non subijci. Natura hęc infirma, & imbecillis, libertate gaudet, & fruitur illa, nisi ratione, & Dei spiritu, & virtute regatur, &c. Sed ad contextum. *At illi dixerunt, Nō sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces: nisi forte nos emamus in omnem hanc turbā escas.* Ex quo patet quod isti panes discipulorum erant, & nō aliorum: & etiam patet quia dixerunt, dimitte turbas, quod nō dixissent, si indiguissent ip si cibo sicut turba, sed dixissent eamus & quę ramus omnibus cibos. ¶ Quære, si dominus dixerat Apostolis, Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, &c. Quomodo hic panes portabant? Dicendum quod hoc illis præcepit cùm ad prædicandum mittebat eos: verùm hic à prædicatione redibant Apostoli sequuturi dominum, & ex consuetudine aliquid secum acceperant, sicut alio in loco commemoratur eos fuisse panis oblitos. Discant hic prædicatores verbi Dei, quā austeram oporteat vitam habere: cū hic Apostoli magni principes ecclesiæ non lauta conuiuia, aut cibos secum portabant, sed panes hordeaceos, & paucissimos. Discant etiam ab Apostolis humanitatem quam habebant, qui præsentem necessitatem videntes parati sunt omnes suas pecunias exponere, & ipsi ire emere escas ad turbas satiandas ne deficerent: exemplo enim magistri didicerunt esse hospitales. Arguitur nostra tenacitas, & animus nullo commiserationis affectu vincibilis. Ipsi necessaria impartiri erant parati: sed nos pauperibus de his etiam, quę superflua habemus, & quibus non vtimur, non largimur: nimiū nobis videtur quicquid alijs in necessitate impartimur, ita vt exempla sanctorum Apostolorum apud nos Christianos nunc sint quam rarissima. ¶ Obserua quod istos quinque pa-

Matth. 10. Ioan. 6. Ioan. 21. nes vnus puer portabat, & habebat: vt inquit Ioannes. Commendat Christus dominus ecclesiam suā Diuo Petro, constituitq; episcopos animarum pastores Apostolos sanctos, & virtute præditos: ijs animas commendat, & officium prædicandi: crumenam verò & pecuniam Iudæ tradit, & panis, alimentum corporeum, puero custodię dus datur. Quid hoc est domine? Puero ne cura panis & cibi comedendi commitenda fuit? In hoc videbis quā paruipendat Deus res has temporales, & in quanto pretio habeat res spirituales: animas & res spiritales commendat hominibus virtutis sectatoribus & sanctis & bonæ frugis: at res temporales cuiuis, etiam negligenti commit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittit curandas, & cibum victumque corporeum puero administrādū dat. Non sic faciūt multi episcopi, qui non constituunt sibi Oeconomos & obsonatores nisi homines prædictos & fideles, & bonæ mentis, ne furentur. Vt cō fidant claues pecuniarum, vel tritici, vel bonorum temporalium, quæ sunt meliorem, & optimæ conscientiæ: at verò ecclesiæ beneficia, & præbendas pueris conferunt, quia consobrini, & consanguinei sunt: res temporales commendant hominibus iam puberibus perfecti iudicij, & conscientiæ: at vero animarū curam committunt puero, & bona spiritualia commendant infantibus. E contra dominus Ioseph: Quando Deus prædixit mortē Mosi, statim ipse habuit curā quōd Deus tra- *Numer. 27.*
deret populū, cui ipse præerat, homini digno, & iusto, & dixit: Prouideat dominus Deus spiritum omnis carnis, hominū qui possit esse super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare, &c. ¶ Expende etiam hominum conditionem, quæ quidem hęc est impossibilia facere, quæ Deo facillima sunt. Sic Moses ferè *Nume. 1.*
dixit hæc verba, quæ apostoli dixerunt diffidentes. Sexcenta millia pedestrium huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mē se integro. Vides quid natura, & ratio facit, ac cogitat in necessitate quæ tantum præsenti frumento inhiat, & si quid horum deest, nullius consilij est. At fides longe alios oculos habet, qui non tantum ea, quæ in præsentia sunt vident, sed Dei omnipotentiam considerant. Multa miracula viderant apostoli, & ipsi fecerant: nunc autem cum necessitas adest, dubitare incipiunt & diffidere. Ioānes dicit quod Philippus diffidens dixit, ducentorum denariorum, &c. Et Andreas subdidit, est puer vnus hic habens quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter sē? Quod Lucas in genere de paucitate fidei apostolorum loquutus est: Ioānes specialiter dixit de Philippo, & postea de Andrea fratre eius. Vbi vide quomodo vnus homo peccans adducat alium ad peccandum. Diffidentia Philippi adduxit Andream post sui in peccatum: sic Eua traxit Adam ad peccandū, post- *Genes. 3.*
quam ipsa peccauerat: & filia minor Loth trahit minorem, &c. Hanc autem discipulorum incredulitatem scribunt Euangelistæ, vt ex *Genes. 19.*
ipsis discamus non diffidere, & ardentius petamus. Domine adauge nobis fidem: cum rā- *Luce. 17.*
men difficile sit in necessitate fidere. Erāt fere quinque millia hominum, & nullus alterū iuuare poterat, sed nec apostoli, nisi solus ipse Christus. sancti multum valent apud Deū ad nostrū adiutorium: attamen sine ipso Deo parū prosunt. Verum vt tu videas quod non tractat nos Christus iuxta exigentiam meritorū nostrorum, sed secundū suā bonitatē, & clementiam. Non enim secundū opera iustitiæ, *Psalm. 102.*
quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: sicut enim pater miseretur filiorum, misertus est dominus nobis, recordatus est enim quod pulvis sumus, &c. Ideoque non obstantibus quod apostoli non credebant, & quod diffidebāt: tamen dominus suæ benignitatis non oblitus, miraculum facere non dubitauit. Sed vt miraculi magnitudinem ostendat, scribit Euangelista numerum virorum, qui illic erant, dicens. *Erant autem fere viri quinque millia.* Dicūtur viri masculini sexus à viginti annis & supra valentes ad bella procedere. De mulieribus vero, & paruulis, qui forsitan numerum virorū vicerunt, non fit mentio, quia secundum consuetudinē legis, soli viri numerati consueuerūt. *Numer. 1.*
Matthæus & Marcus simpliciter dicūt quod erant quinq; millia virorum, non curātes de tali excessu, vel defectu tantillo. Consuetudo enim scripturę est, vt ponendo notabilē quātitatē in magnitudine vel multitudine, nō curat de modico quod fortè superfuit, aut defuit. Sic enim in veteri testamēto dicūtur homines tot annis vixisse, & raro, vel nunquā fit mentio nisi de annis, cū tamē nō sit verisimile, quod omnes illi vixerunt tot annis præcise, quasi codē die morientes, quo nati fuerūt. *Genes. 5.*
Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia. quinquagenos. Nō arguit eos de fide modica & fragili, sed dicit, facite discumbere: si autem illi tunc temporis instarēt dicentes. Quorsum debēt sedere cū quinque panes nō sufficiant vt quisq; possit ne buccellam quidē accipere? Tunc fanè Christus eos reprehēderet. Nō valde Deus miratur quod peccata & flagitia cōmittamus, quia ipse cognouit figmentum nostrū, & scit nos esse imbeciles & ad peccandū pronos: attamē maxime miratur cum ad peccandum renitimur, & cō tendimus, & ad peccatū tanquā ad vomitum reuertimur in ipso perseuerantes, & maxima cū obstinatione. Peccauerūt quidem apostoli credentes Christū haud quaquā posse quinq; panibus tot turbas reficere: Christus autem nullo modo eos reprehendit, aut verbum vllum durum illis exprobrat. Attamen si cū eis

eis præcepit vt facerent turbas discumbere, ipsi insisterent & replicarent dicentes nō opus esse, cum modici essent panes ad tantam turbam reficiendam; tunc equidem Christus tanquam renitentibus, & in sua modica fide persistentibus eis obuiaret. Sed ipsi Apostoli sancti, ad se reuertentes, & perpendentes miracula quæ paulò ante viderant Magistrum suum edere, pœnituerūt præteritę culpæ, credideruntq; Christū dūm posse totam illā multitudinē hominū satiare, & sic Magistro suo obtemperauerunt sine renitentia, & dubio suæ potestatis, sicut antea fecerant. Sic etiam Dauo Petro eūm nolebat Christum ei pedes lauare pēma vice non eum reprehendit, sed blandè eum alloquutus est, dicens. Quod ego facio tu nescis modo. *Quia* vero fuit pertinax, & contumax, & semel atque iterum fuit inobediens, tunc eum acriter redarguit dicens. *Si non lauero te*, nō habebis partem mecum. A duerte homo diligenter, quod si quidem tanquam imbecillis lapsus es, attamen surgere ne mores, & ad te iterum reuertaris, & conuertaris, teipsumque corrigas sicuti fecerunt sancti isti Apostoli. Hominum est peccare, dæmonū vero perseuerare, si quidē peccas, sit tanquam casu, & forte fortuna, nō vero data opera, vel prudens, & sciens, cum pertinacia tanquam proteruus, & versutus. Reuertere confestim ad Deum, nō autem sis obduratus tanquam dæmon. Hoc deflebat propheta Baruch super Israel dicēs. *Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? Inueteratus in terra aliena, coinquinatus es cū mortuis, deputatus es cū descendentibus in infernū.* Præterea etiā si Christus eos verbis nō reprehendit, operibus tamen obiurgauit: nam fatis eorum inuredulitatem taxauit cūm viderunt quid Christus fecerit & miraculum ingens quod patrauit, & ipsi confusi & suspensi essent propter incredulitatem quā prius affecti, & commaculati fuerant. Sic etiam Dēus reprehendit operibus, ægritudines, & æruas inferendo, vt resipiscas corrigas & emendes, & ad bonam frugem confugias: & non solum per sermonem, verum etiam per opera & exempla seruorum. Quid nam est, fu putas, cū vides vicium tuum tota integra quadragesima ieiunante, omnibusq; quadragesimalibus diebus sacrum & cōcionem audientem, nisi reprehēsionem, quam Deus tibi infert, tibi (inquam) qui cenā capis, & dormis vsq; ad meridiē. Sancta vita illius & exemplo te reprehēdit Deus, & castigat, &c. ¶ Obsetua autē q̄ præcipit, vt per cōmunia sedeant quinquageni ordinatim: quia, vt Paulus ait, *Rom. 13.*
ea quę à Deo sunt, ordinata sunt. Et iterum, *1. Cor. 14.*
Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Multū enim Deū offendit cōfundere, quæ ipse voluit vt essent discreta. Ideò pro *Leui. 19.*
hibuit dūs agrum diuerso semine seminari, animalia diuersarum specierum coire, & vestē diuersis licijs textam gestare. Hæc de causa lucem diuisit Deus à tenebris, aquas ab aquis, & à terra aquas segregauit. Et in Leuiti- *Gen. 1.*
co præcepit, vt membra victuli, qui offerebatur in sacrificium, essent ordinata, structa ligno- *Leuit. 1.*
rum ante composita. Vides quomodo Deus etiam ligna, & omnia vult quod sint composita, & ordinata? Ioseph etiam in Ægypto vo- *Gen. 43.*
luit vt fratres ordinatè federēt in mensa, primogeniti iuxta primogenita sua: & minimi iuxta ętatē suam. Sed iam nunc mundus immago est inferni: vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tanti se facit cerdo & *Iob. 10.*
sutor, quāti eques & nobilis: tū optime vultę comedere, tamq; sumptuosā, & nitida vti veste, qui paruos habet nummos, quàm qui ingentes. Nemo vult se ipsum agnoscere, nec expendere iuxta id quod possidet. Et sic videbis multos pigneratos, ære alieno oppressos, denique perditos eo quod nullum obseruant ordinem & modum in expendendo. Vnusquisque, & si non tantas habeat possessiones, & bona sicut alius, vult tamen haberi æquè bonus imo melior alio. Et sic mūdus ad interitum ruit, & homines consumuntur, & pereunt omnino: adeò, vt nullus sit, qui argēteum quidem possideat. Cur quæso? Quia in sumptibus, & expensis modus, & ordo nō seruatur vllus, &c. *Et ita fecerunt.* Sicut præcepit dominus ita Apostoli fecerunt, quod certè non facerent, nisi crederent quod posset illos satiare ex illis quinq; panibus, nam si non crederent, dicerent. Ad quid præcipis vt fiedeant, cum non sint nobis, nisi quinque panes? Tamen credentes fecerunt quod iusserat dominus, in quo facto duo considera. Primū est quomodo iam Apostoli profecerunt in fide, ita vt credant simplici verbo Christi, nihil interrogantes, neque dubitantes. Docemur eorum exemplo ne in Dei mādatis curiosē quid disquiramus? cur hoc, vel illud præceperit Deus, aut qui fieri possit, sed simpliciter credere, & morigerari debemus, sicut Abraham, qui credidit Deo, & reputatū est illi ad iustitiā. Cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genes. 28. Exo. 33. Galat. 2. Luc. 2. Ioan. 3.

Christus loqueretur cũ Nicodemo de arduis rebus fidei malè ille interrogauit dicẽs. Quo modo possunt hæc fieri? Noli meuri opera Dei, tam parua mensura sicut est tuus intellectus & mens. Si ego Deum, & res suas caelu impossibili comprehenderem, ob id solum Deo non crederem: non enim debeo ego credere Deo tam minimo, quem meus intellectus capit. Idcò quanto minus Deum assequor, tanto intelligo eũ esse incomprehẽsibilẽ, & immẽsum: & quia est tã incõprehensibilis & infinitus, propterea eum adoro, & habeo pro Deo meo omnipotenti, eiq; credo.

Nõ disputãt hic cũ Christo Apostoli: sed simpliciter audiũt, credunt, & obediũt. Cur quæso peccauit Eua? Quia cum da mone disputauit & differuit quid Christus ei præceperit.

Gen. 3.

Quando dæmon ei dixit, cur præcepit vobis Deus, vt de ligno vitæ ne comederetis id deberet sanè ipsa respondere. Deus nobis hoc præcepit, & hoc fat est, mi illi obedire. Cur præceperit, non est subditi inquirere: quoniã eius officium est obtẽperare, & nõ disputare. Vn de Paulus Corinthijs suis ait. Timeo autẽ ne

2. Cor. 11.

sicut serpens Euã seduxit astutia sua: ita corrũpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Sed de his aliàs. Secundò vide sanctorũ Apostolorum obedientiã, qui nihil cunctantes, aut interrogantes fecerãt quod dominus præcepit. Sic Abrahæ o-

Gen. 22.

bedientia multis nominibus in scriptura cõmendatur, qui sic dño præcipienti obediuit, cùm filium voluit sacrificare: vera enim fides & obedientia non disputant, sed simpliciter obediunt. Discamus ab Apostolis hanc prõptam obedientiam, & sedulo in omnibus obedire præpositis: obediẽtia enim qua equus in paradysum vadit alieno sensui, & alienę voluntati, quasi pedibus alienis, innitẽdo: ideo

Prouer. 3. Num. 19.

velocius vadit, quia pedes, quibus innititur, velociores sunt proprijs. De his Salomõ ait. Viæ eius, vitæ pulchræ. In numeris etiam habetur, quod vas, quod ligaturam desuper nõ habet, sit immundum. Alligatuam voluntatem, quę est vas Dei, submittendo illam, & colligando illam voluntati Prælati, si non

Gene. 16.

vis esse vas reprobarũ à templo domini. Omne malum & infortunium quod Agar contigit, vt à domo dñi sui exterminaretur, propterea ei accidit, quia noluit esse obediẽs dominæ suæ Sarrae: & sic ei inobedienti non defuerunt angustię, gemitus, ærumnæque in deserto, sicuti nec tibi deerunt nisi obedias: nec extra obediẽtiam inuenies requiem, nec perfectũ gaudiũ. Idcò. Reuertere (dixit Angelus) & humiliare prælato tuo, &c. Et *discubuerunt omnes*. Quemadmodum sancti Apostoli simpliciter credebant, & faciebãt quod illis Christus iniunxerat, sic faciebat & populus. Sic quando prælati Ecclesiæ bene viuunt, oues eadem faciunt. Nemo, cur discumbere debẽt interrogat, sed simpliciter obedientes, spe bona discumbebant. At vbi se parant homines, ibi Deus libenter sua opera facit: imò nulla est alia causa quod parcus Deus in nos sit, quàm quod illi obstamus. Iubet nos discumbere, sed nemo est qui obsequatur. Quisquis autem illo iubente non discumbit, & morem gerit, eum quę que non pascit. Nullus enim potest edere de panibus Iesu, nisi obedierit Iesu, & fecerit quod præcepit illi Deus: sic etiam non sedebit in mensa Iesu in regno eius cœlesti, si non obseruauerit præcepta, & mandata, quę ipse tradidit. Obserua etiam q discubuerunt omnes in deserto illo super terram, pauci enim eorum habebant vestes prætiosas, si enim habuissent, vix recumbere voluissent, super terram, vt intelligas non multos sapiẽtes, nobiles aut diuites ex Christi pane manducare: vel certè si diuites, & nobiles erant, hæc contemnentes in vili humo sederunt. Itaque hi diuitias, & delicias contemnant, & in nouissimo loco recumbant, vt edere possint. Ergo ad edendum panem hũc requiritur ea animi modestia, vt non te credas altiori lõco dignum, quam humili terra. Tũ requiritur ea obedientia ad domini voluntatem, vt si te ex regio throno ad puluerem descendere præceperit, non murmures, sed faciem te præbeas. Eant nunc pomposi homines, auro, & purpura tecti, eant superbi, eant præfati, vt cibo cœlesti satiẽtur. Non sapit cibus hic pleno stomacho: nec sapit manna his, qui cepis, & allijs sunt satitati. Sed proceda-

Num. 11.

mus. *Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, suspexit in cœlum.* Tã incipit Christus suam omnipotentiam declarare. Distulit dominus miraculum, & expectauit vt famem turbæ paterentur, & imbecillitatem discipulorum expertus est, & cũ iam omnia desperata sunt, facit miraculum, vt melius cognoscatur. Ita in nuptijs aquã non cõuertit in vinũ, donec vini penuria omnibus innotuisset: nam si statim succurreret, antequã necessitas esset manifesta, nemo crederet eã virtute id factũ fuisse. Sed duo hic dicit, primũ q

Ioan. 2.

accepit

accepit panẽ, & pisces: secundũ quod suspexit in cœlum. Sed singula hęc obseruanda sunt. Primò accepit panem: cum isti panes erant in manu pueri, non sufficiebant ad satiãdam illam maximam multitudinem. At cũ Christus illos in suis manibus sumpsit, creuerunt, & multiplicati sunt. Sic opera quæ tu facis per se, & in tuis manibus, parui momenti sunt: sed cùm in manibus Christi ea posueris multiplicabit illa diuina virtus, & augebit frugem iustitiæ nostræ. Nam, vt Paulus ait, nõ qui seminat, aut qui plantat, sed incremẽtũ dat Deus. ¶ Expende etiã, quod bene poterat Christus creare panes de nouo, absque eo quod multiplicaret illos quinque panes: sed noluit nisi quod discipuli eius ei offerrẽt illos panes. Vult nanq; nos ei offerre id q ex nra parte possumus: ipse vero reliquũ perficiet quod quidẽ est præcipuũ. Non ergo ij panes sufficiebant nisi Deus miraculum fecisset. Nequaquã vult Deus totum perficere: imò quod tu etiã aliquid agas, vt cœlum merearis. Verum tamen est quod opera nostra ex se non sunt digna, vt mereantur gloriam æternam: at per merita Christi & gratia diuina adiuuante, & fauente consequemur, & merebimur gloriam. Minimè vult Deus totum facere, imò quòd simus & nos adiutores Dei, & cooperatores Christi offerentes ei panes, & facientes ex nobis id quod possumus, tunc autem Deus nos adiuuabit, & gratiã dabit, eiusq; adiutorio, & fauore miraculũ fiet. Minimũ quidẽ fuit quod fecit Gedeõ & eius socij, quando Madian vicerunt: attamen voluit Deus illam victoriam dare Gedeoni, & illis trecẽtis viris: non vero propter illos timidos, & imbecilles, quos eiecerunt, & repudiarunt. Deus est qui facit sanctos iuxtã illud Pauli. Non ego, sed gratia Dei mecũ. Veruntamen hæc gratia nõ confertur à Deo nisi illis qui se disponunt & præparant, & vtuntur bene accepta gratia. Non totum es tu facturus: nec totum debes Deo relinquere te nihil agente, & operante. Tu ex tua parte fac quod teneris, & Deus ex sua faciet id quod est præcipuum, & vtroque operante, s. tu & Deus & Deus & tu, tũc fiet miraculũ. Homines offerũt panes, Christus autem miraculũ facit. Parũ prodesset q homines offerrent panes, ni Christus suã adiungeret omnipotentiã. Nec etiam Christus vult sua omnipotẽtia vti nisi ei dederimus panes. Rectè quidẽ poterat te in cœlum deducere, sine hoc quod tu aliquid adderes: attamen vult quod tu etiam labores, & offeras panes, & facias quod potes. Totum igitur gratiæ, magis quàm viribus nostris ascribendum: tamen & viribus nostris, quia gratia non facit sine viribus nostris, sed nec vires nostrę faciunt nisi per gratiam Dei cooperantis: illa excitante, illa dirigente, ac adiuuãte, fiunt à nobis opera euangelicæ functionis, grata Deo, & meritoria vitæ. Ideoque vult à nobis panes, quos accipiẽs in manibus multiplicauit, dedit que virtutẽ satiandi turbas. ¶ Secundò postquam accepit panes suspexit in cœlum. Docet totum q agimus, & quicquid in nobis est, Deo ascribere, siquidem omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Quicquid enim agimus propter Deũ facere studeamus, præsertim eleemosynam, intenti soli in Deo: & oculos nostros, & intentionem ad ipsum solum Deum eleuando. Vnde dominus, Cùm facis eleemosynam noli tuba canere ante te, &c. sed pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Viduæ Heliæ clausit post se ianuam. Docet etiam substẽtationem nostrã, quæ percibum est, à Deo expectare: ideò debemus oculos nostros ad Deum erigere quasi ab eo suscepturi quòd petimus. Et cùm in omnibus debeamus oculos nros attollere ad Deũ, præcipuè tamẽ in petitione cibi corporalis. Ideò dicitur in psal. Oculi omnium in te sperant dñe, & tu das illis escã in tẽpore opportuno. Et quia Deus, ad quẽ respicimus est in cœlis, debemus oculos in cœlũ erigere. Ideò Dauid. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Obserua autem q aliquando Christus facturus miracula, aspiciebat in cœlũ quasi potens aliquid ab eo interdum non aspicit, sed cũ potestate loquitur quasi nihil ab alio suscipiens. Volebat enim aliquãdo operari in potestate propria, vt nõ crederetur minor patre: vt Arriani putauerũt, cũ esset ei naturale operari miracula. Sed leuabat oculos aliquoties ad patrẽ: vt ostenderet quod in quantũ homo minor erat patre. *Et benedixit illis & fregit.* Solebant Iudæi benedicere eleuando manum, & ponẽdo illam apertã super id quod erat benedicendũ, vt in Leuitico habetur de Aaron summo sacerdote. Iacob etiã posuit manũ super capita Ephraim, & Manasses. Verba au-

Luc. 2.
Psal. 144.
Psal. 122.
Leui. 9.
Gen. 48.
Numer. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tē, quæ dicebant habentur in libro Numero rum. Potest tamen hic accipi, benedicere, pro multiplicare bona, vt sæpè sumitur in sacris literis de qua benedictione iā in superioribus loquuti sumus plura. Quomodo autē Iudæi benedicebant panem & vinum cùm sedebāt in mensa, inferius differemus cū venerimus ad locum vbi Christus corpus & sanguinem suum consecrauit. Hic verò nolo amplius immorati in ijs benedictionibus, quia vt ego existimo, hoc quod hic dicit Diuus Lucas sub nomine benedictionis, credo nō fuisse benedictionem, eo modo quo sumitur benedicere alijs in locis, nā hoc quod hic dicit, bene dixit, intelligitur & sumitur ꝓ gratias agere: & sic inquit. D. Ioannes, ꝙ accepit Iesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit: sæpè enim in scriptura sacra benedicere sumitur pro gratias agere, seu laudare. Sic in Deuteronomio dicitur. Obserua vt benedicas dominum cū satiatus fueris. Et illud. Benedixit Esdras dominum Deum altissimum. Et Tobias. Omni tempore benedic Deum. Et in libro Daniel dicitur. Benedixit Daniel Deum. Et Dauid sæpe hoc vocabulo vtitur pro gratijs agendis Deo. Potest etiam dici ꝙ benedixerit Christus panes more Iudæorum, dicens. Benedictus sis domine Deus noster, Rex mundi, qui educis panem de terra. Et post hæc gratias egerit, vt ait Ioannes. Itaque vtrumque verisimile est quod fecerit. Voluit autem benedicere, ac gratias agere pro corporali cibo, vt doceat nos Deo gratias agere cùm ad mensam accedimus, & quòd Deū benedicamus. Sic in primo Regum habetur quod puellæ dixerunt Sauli. Non est comesturus populus, donec ille (s. Samuel) veniat: quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent, qui vocati sūt. Propter hoc potius in isto miraculo benedixit, & gratias egit, quā in alijs: non enim inuenitur in alio benedixisse, nisi in hoc miraculo. *Et distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas.* Non ipsemet, sed per suos discipulos panes porrigit turbis, ne fraude, aut præstigio aliquo rem gerere suspicari quis possit. Vbique negotium ita instituit, vt fides nostra per id confirmaretur. Multiplicatio autem hæc fiebat tam in manibus Christi frangentis, quàm in manibus discipulorum porrectium quàm in manibus rursus turbarum frangentium, in ore mandurantium. Multiplicabat autem illos diuina potentia conuertendo aliquam materiam in panem: nam quælibet materia est in potentia obediētiali ad Deum vt de illa faciat quod voluerit: & cum natura per successiones alterationum suarum possit conuertere qualemcumque rem in panē, potest tamen Deus illud subito facere, & ita Christus poterat aërem, aut quamcumque aliam materiam subito in panem conuertere, de quo turba aleretur. Accipiendo igitur panis maiorem quantitatem siue hoc fieret per multiplicationem non addita aliqua quātitate, siue per conuersionem alicuius materiæ extrinsecę in panem: maximum erat hoc miraculum. ¶ Ad nostram verò eruditionem aliqua in hoc contextu obseruanda sunt. Primùm quòd discipulis suis, qui Apostoli erant, principes terræ, doctores orbis, & Seraphim Ecclesię militantis, iubet vt seruiant populis: vt tu discas humilitatem: quantuncunque enim aliqua dignitate fulgeas (quæ maior dignitate Apostolica esse non potest in tetris) debes humiliare teipsum, & pauperculis, & famelicis seruire, & ministrare. Hæc est Christi Iesu doctrina, in cuius schola docetur illud. Qui maior est inter vos, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. ¶ Secundò in hoc quod ait quod discipuli distribuebant, discimus munus esse prælatorum cibare & alere populum cibo spirituali intelligentię, & populi eum recipere. Non se insinuet vulgus, necse interijciat in officiū & munus prælati: sed contentum sit recipiendi cibum fractum per manus prælati. Hoc voluit nobis Deus significare & innuere cùm legem dixit, deditque Moysi. Noluit nanque populum in montem ascendere cum Moyse, sed quod maneret ad radices mōtis: & quòd ab ipso Moyse legē susciperet. Pernicies & nocumentum est Reipublicæ quod populus velit suffragia habere, & suum interponere cōsilium inter consules & primates, Reipublicæq; gubernatores: & sic incōmodum & infortuniū est, ꝙ vulgus & imperita multitudo velit per seipsam doctrinam accipere, & imbibere, non vero eam velle sibi cōmunicari per manus prælatorum & concionatorum. Sed nunc cerdones & sartores concionantur apud Lutheranos. Inter alia, quæ ab Ecclesiæ præsidibus optimè prouisa, & cōstituta sunt ab ipsis q; hæreticę impietatis disquisitoribus rectè animaduersa & ordinata, illud etiā nō minimam laudē meretur, quod vernaculas Biblias prohibuerunt & interdixerūt. Inscius populus doctrinā & scientiā cōcipiat à Theologis, & concionatoribus, & ab ijs tantūmodo, & per manus istorum sapiētiam accipiat, & per manus eorum comedant panē vitæ, & doctrinæ, sicut etiā populus hic comedebat panem, quē Apostoli illi administrabant. Ne quaquam contendat suismet manibus cibū percipere, ne illo suffocetur: sed cū discerptū manibus sacerdotum accipiat. ¶ Tertiò docemur hic quanta bona nobis largiatur Deus per manus sanctorum suorum in beatitudine sibi assistentium, prout experti sunt plurimi in prælijs beatum Iacobum cernentes, & in maris periculis alios cū inuocant sanctos. Hoc ꝙ Christus fecit cū hac turba distribuēs ei panem per manus Apostolorū: & nobiscū sæpè facit, largiēs bona plurima intercessionibus & meritis eorum. Sequitur. *Et manducauerunt omnes & saturati sunt.* Qui ad Dei mēsam comedunt, semper sunt saturi, & contenti. Sic Dauid in persona iustorum. Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Qui Deum diligit, est satur, quia, qui mundo obsequitur & obtemperat semper cibis inhiat, & est famelicus. Vnde egregius psaltes. Diuites egruerūt, & esurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Et filius eius Salomon. Iustus comedit, & replet animam suam, venter autem impiorum insaturabilis. Cùm quis plures habet diuitias, tunc plures habet indigentias: vbi multæ diuitiæ, ibi multi, qui comedunt eas: quāto ditiores & locupletiores sunt, tanto plures habent sumptus, & expensas, quas sustinere debent, & sic semper eis desunt nummi, & are alieno opprimuntur. Et si multas habeant dignitates, semper tamen plures alias affectant, & concupiscunt, nec eis vnquam saturantur, & ab ipsa dignitatum & honorum mensa insaturabiles surgunt, nam honoribus nunquam mundani saturantur. Vide Amā, cui rex Assuerus nimis fauebat, & quem maximè extollebat, cui omnia prosperè, & honorificè succedebant, eumque super omnes ab Assuero diligeretur, & solium eius super omnes principes regni collocatum esset: cūctique serui regis, qui in foribus palatij versabātur ei genua flecterent, & adorarent Amā: tamen tristis, & sine solatio erat, dixitq; ad vxorē & amicos, postquam eis omnes dignitates suas, & honores retulit. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto quandiu videro Mardochēū Iudæum sedentem ante fores regias. Multo minus saturant delitiæ & voluptates, & quicquid in mūdo est. Quāobrem in persona omniū mundanorū dixit filius ille prodigus. Ego hic fame pereo. Hoc inferius suo loco interpretabimur, & etiam illud ꝙ antea saluator dixit in parabola filij prodigi, quod facta est fames in regione illa. Lege ibidem. Sed cū tantam famē patiantur qui mundo seruiunt, tamen ij, qui à Deo pascuntur, saturantur, & contenti sunt, vt satis est hic videre. *Et sublatum est, quod superfluit illis, fragmentorum cophini duodecim.* Aduerte quomodo in mensa Dei omnia abundant: sicuti in mensa mundi omnia desunt. Voluit tamen dominus vt superesset ad euidentiam miraculi: nam poterat aliquis dicere quod illa non fuerit vera saturatio, sed quod imaginariè visum fuerit comedentibus ꝙ saturabantur. Sed manēdo reliquæ filius saturationis nullus dicere potorat ꝙ fuerat phātasia, sed veritas rerum. ¶ Ad nostrā vero eruditionem discamus quantum possit hospitalitas, & quomodo nostra multiplicantur cum damus ea indigentibus. Illa vidua, quæ pauit Heliā, ex eleemosyna ditata est, nec farina, neq; oleum defecerunt ei. Multò plura fuerunt collecta, quā administrata: plus lucri factum, quā datum. Quinq; panes appositi fuerunt, sed duodecim cophinos collegerunt. Crescit enim quod das pauperi famelico. Vnde in prouerbijs habetur. Honora dñm de tua substantia, & de primitijs omniū frugum tuarū da pauperibus: & implebūtur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Aliqui diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & sunt in egestate. Discamus ergo pauperibus eleemosynas elargiri, quandoquidē non solū interiori merito corā Deo erimus maiores, sed etiā in rebus externis augmentabimur. Manna si seruabatur, corrūpebatur, & vermibus scaturiebat. Sic bona tēporalia corrūpuntur si seruētur. Ideò dñs inferius admonet dicēs. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynā. Et iterū. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et quia hæc duo loca inferiꝰ exponemus de hac re aliquid dicturi, nunc cætera considerēmus. ¶ Aduerte quod præcipit Christus, vt colligantur fragmēta, ne pereant, quia non vult Deus, beneficia quæ in te confert, in te etiā perire: imò ꝙ gratus sis, & Deo acceptā referas. Sic Dauid. Quid retribuā dño, pro omnibꝰ, quæ tribuit mihi? Sic fratres Ioseph restituerūt pecunias, quas ille liberaliter

Cap. 2.
Ioan. 6.
Deut. 8.
3. Esdr. 9.
Tob. 4.
Dan. 2.
1. Reg. 9.
Luc. 22.
Exo. 19
Ier. 2.
Ier. 5.
Cap 15.
3. Reg. 17.
Prouer. 3.
Exod. 16.
Luc. 12.
Luc. 16.
Psal. 115.
Gene. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberaliter dederat. Prętereà, nec vult Dñs vt dona eius prodigaliter consumas, sed sumere solum quod tibi necesse est. Sic de mana noluit dominus vt colligerent filij Israel, nisi quod necessariũ erat. Colligite(inquit) ex eo ꝙ ad vescendum sufficit. Sed quid facitis qui necessaria, aut potius superflua in immensum multiplicatis? Suscipite ad mensuram necessitatis vestræ munera, & dona altissimi: vbi etiam docemur, quam mala sit superfluitas. Non est parcus dominus, sed quia nouit quanta mala pariat abundantia, voluit nos ad mensuram suis vti donis. Et cùm pluit manna de cœlo in magna copia descendere fecit, vt videas quam largus sit dominus: voluit tamen ex copia nos tantum quæ necessaria sunt sumere, vt discamus etiam in rerum affluentia seruare modestiam, & parcitatem. Ne donis Dei abutamur, neue committamus, vt pereat nobis quicquã quo pauperi succurri queat. Credũt nonulli honorẽ consistere in eo, quod res destruãtur, & pereãt: expendere ita, vt res consumantur & pereant, & nullus fructus, & emolumentũ ex eis percipiatur ab hominibus, ne quaquã est liberalitas, imò vanitas, & insania. Liberalis sane Christus erat, & sic abundè & liberaliter prouidit, quod potius superfluit, quã defuit. Attamen iubet vt colligantur, & seruentur res, quæ perirent nisi custodirentur. Cupit & vult Deus nos esse liberales, sed nõ prodigos, nec profusos & dispertos. Mala enim, quæ sequũtur ex prodigalitate, & profusione, hæc sunt, scilicet, paupertas vsq; ad mendicitatẽ, sicut filius prodigus, qui cupiebat implere ventrem suum de siliquis porcorũ, & nemo illi dabat. Frequenter etiam aliena aufert, qui prodigè confert: vt videre est in nobilibus, & equitibus, qui cùm grandi ære alieni summa sint onerati, & supra modum sumptuosi & profusi sint, versuram faciũt, suos oppidanos, & vilicos excoriãt, & deprædantur: vt pecunias, quas debent, soluant, & vt sibi victũ parent. Quorum stultitia tam magna est ꝙ rẽ illam, quã super omnia amant facere, ita volunt facere, ꝙ diu facere non possint. Hãc stultitiã ostendit nobis quidã Philosophus dicẽs. De re familiari impartiendũ est, sed moderate: quid enim stultius, quã ꝙ libenter facias, curare vt diu facere non possis? Prætereà stultitiæ prodigi magna est, qui nihil videtur de diuitijs quærere nisi peccata: peccat enim in acquisitione earum, & in largitione, & alius habet inde vtilitatem: & videtur plus diligere proximũ, quã seipsum, cùm tamen in veritate, nec proximũ, nec se diligat, licet ex stultitia sua effundat. Ipse quoq; doliũ est sine fundo, & ideò non est mirũ si effundat quicquid acceperit. Et vt concludã, insipientior videtur quã auarus quantum ad hoc, quia auarus insipiens est quantum ad Deũ solũ, sed prodigus quantum ad Deum, & quantũ ad mũdum. Dies me deficiet dicentem, si mala quæ ex prodigalitate proficiscũtur, & emanãt, persequi velim: quandoquidem multa bona essant, quæ faceret quidẽ prodigus, ni magnã æris alieni summã conflaret, &c. ¶ Obserua autẽ, quod vt Ioannes ait, cũ homines illi viderunt signum quod fecerat Iesus, laudauerunt illum dicẽtes. Quia hic est verè prophe ta, qui venturus est in mundum. Cũ Christus ejiciebat dæmonia, & alia miracula faciebat, non sic laudabant eum: sed nunc quia saturati erant, & dederat eis escas laudãt illum. Sic multi in prosperitate cùm Deus dat illis diuitias, honores, cibos, aut bona tẽporalia, laudant Deum: sed cùm venit tribulatio, aut deficiunt temporalia, siue cibi, murmurant, detrahunt impatientes fiunt. Sic filij Israel cùm exierunt de Ægypto, & viderunt Ægyptios mortuos in mari, quia Deus vindictam fecerat de inimicis eorũ, cantauerunt laudantes dominum, & dicentes. Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equũ & ascensorem proiecit in mare. Sed cùm non habebant quid manducarent: & defecerat farina, quam tulerunt de Ægypto: murmurare cœperunt contra dominum eo quod eduxerit eos de Ægypto, &c. Iucundum est igitur hoc miraculum, multo tamen iucundius fit si cõsideremus quid per hoc Christus significare voluerit nobis. Vt enim si quis indoctus librũ videat ornatum, & literis scriptum elegãtibus magnopere delectatur, & collaudat etiam scriptorem, sed quid scriptura cõtineat, ac complectatur, penitus ignorat: verùm si quis eiusmodi librum, nõ modo videat, verũ etiam legere: & intelligere possit, bis delectatur, primò ex aspectu libri, secundò ex intellectu scripturæ, & verborũ. Sic etiã fit cũ hoc, & alijs miraculis Christi. Eleuans itaq; Christus oculos, vt hoc miraculũ faceret, docuit omnes consolationes, & omnia auxilia ab illo nobis esse petenda, qui aperit manum suã, & implet omne animal benedictione: à quo (vt Iacobus ait) omne datum optimum, & omne

Exod.16.

Luc.15.

Exod.17.

Exod.16.

Psal.144.

Iacob.1.

omne donum perfectum, tanquam à patre luminum descẽdit pro quo gratiæ sunt Deo agendæ. Vnde Paulus omne quodcunque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. Et iterum: Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid faciris: omnia in gloriam Dei facite. Decet etiam hæc historia omnibus quærentibus Dei regnum, iustitiam, & gloriam, nunquam defore vitæ necessaria, sicut illis non defuit qui Christum sequebantur. Non defuerunt carnes Heliæ, nec Danieli cibus in lacu Leonum, nec filijs Israel manna in deserto, nec viduæ Sareptanæ, quæ pauit Heliã. Consolatur nos hoc miraculum, nam si ita potens est Deus, vt lilia, rosas, & flores agri vestiat, & volatilia cœli pascat: quãto magis credentes & in vocatione sua ex charitate per obedientiam ipsum sequentes, & in eo omnem spem suam collocantes, cõseruabit, pascet, & eorum curam geret? Ita promisit dicens. Querite primum regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia subijcientur vobis. Sic in psalmo. Non est inopia timentibus eũ. Et iterum: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Et rursum, Iacta cogitatum tuum in dñm, & ipse te enutriet. Ægyptum enim pauit per Ioseph, & Agar in solitudine. ¶ Docet etiam externa subsidia non esse reijcienda, quando haberi possunt. Potuisset quidem Christus ineffabili sua potẽtia sustentare istos, vt olim Mosem, & Heliã, sed noluit nisi ex quinq; panib⁹, quia illic aderãt. Poterat Noe liberare ab aquis constituẽs eũ in nubibus, vel in alio quouis loco, sed noluit nisi naturali remedio. Docet Episcopos, & prælatos Ecclesiæ, vt cũ gerant subditorũ, & vt sint solicit de eorũ nõ solum animabus, sed etiam de corporibus: sicut hic Christus qui postquam docuit turbas, pauit eas ex quinq; panibus, idcirco enim, vt recte monet Ambrosius, aurum habet Ecclesia, nõ vt seruet, sed vt eroget, & subueniat necessitatibus. ¶ Docet etiam nos hoc miraculum, corporalem cibum esse donum Dei: Deus enim est, qui dat escam omni carni. Et rursus. Dante, te illis colligent aperiente te manum tuã, omnia implebuntur vbertate. Et Salomon, Benedictio domini, diuites facit. ¶ Docet vt hæc vana mundi contemnamus, & Christũ sequamur in pœnitentię deserto, & vitæ austeritate. ¶ Docet fidem, obedientiam, denique & liberalitatem, atque pietatem, in subuandis proximorum nostrorum necessitatibus. ¶ Admonet prælatos qualẽ curã gerere debeant subditorũ, & pauperũ: & subditos docet optẽperare illis & obedire in omnibus his, quæ non sunt contra animam suam. Hæc doctrina scripta est in hoc miraculo, ꝙ similitudinem refert libri deaurati, emblemata teq; ornati, & depicti adfabre. Hanc legamus doctrinã ad nostrã vtilitate. Sed iã ad contextum accedamus, & audiamus Euangelistam dicentẽ. *Et factum est cùm solus esset orans, erãt cum illo & discipuli.* Solus dicitur ꝙ erat, quia tota turba iam abierat. Sic dicitur quis quod est solus, quãdo est tantũ cũ suis familiarib⁹, & domẽsticis. Docet vitare impedimenta distractiones, & ꝙ solus ores, & loca solitaria quæras. Tu autẽ cũ oraueris (docet Christus) intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio ora patrẽ tuum. ¶ Obserua etiã ꝙ Christus diuertit ad orandũ, & tamen non relinquit discipulos suos. At tu deseris, & relinquis oues tuas, nec te seggregas ad orandũ, sed ad oblectandum & voluptatẽ capiendam, ad bachandũ & crapulandũ. Moses cùm ascendit ad orandũ in montem: & si in locum suum substituit optimum coadiutorem, populus tamen idola coluit. Deniq; abijt Christus in montem, & segregatus est vt solus oraret: quia post miraculum quinque panum voluerunt turbæ facere illum regem, atque ideo, *vt ait Ioannes*, fugit in montem ipse solus. Docet hoc facto Christus mundi contemptum, & vt fugiamus honores & vanitates mundi. *Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbæ?* Non ex ignorantia quærit, sed vt occasione responsionis discipulorum, instruat eos. Prætereà. Quærit de eo, quod de seipso dicunt, nam prælatus (iuxta Apostoli doctrinam) non solùm debet bonus & sanctus esse in interiori conscientiæ suæ, sed etiam necesse est quod habeat bonum nomen & existimationem apud omnes exterius. Oportet illum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Deo debes bonam conscientiam, & proximis bonum exemplum. Sic in Leuitico habetur quod cùm Moses voluit vtigere ex Dei præcepto Aaronem in summum sacerdotem, elegit eũ coram omni plebe, vt scirent omnes, & certi essent ꝙ qui præstantior est in populo & sanctior, dignus sit sacerdotio. Vtinam tales essent prælati nostri temporis, & tales essemus omnes nos, vt verè de nobis posset illud prædicari, quod scriptura

Matth. 6.

Exod. 32.

Ioan. 6.

1. Tim. 3.

Leui 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

asserit de illa nobili & potenti fœmina Iudith. Non erat, qui loqueretur de ea verbum malum. Et Lucas noster de parentibus Ioannis Baptistæ dixit quòd erant incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine querela. Ex quibus sequitur barbaros inanimes, & excordes eos esse, qui dicũt, fecerim ego id ad quod teneor, & vnusquisq; asserat quodcunque ei placuerit. Rectè quidem facis, cùm præstas id quod debes, at vero contemnere & aspernari bonum nomen, & famam propriam, hominum est perditorum, & nullius frugis. Ideo Seneca *Qui famã* conteminit, hic flagitiosus est, aut inhumanꝰ. In Leuitico legimus quod non vult Deus sacrificium de fermento & melle: quia ista mali odoris sunt, si crementur. Deo displicet, quod mali odoris, & famæ sis. Non sat tibi est si bonus sis, & si mel dulcissimum retineas: nisi cum hoc bene oleas. Dulce est mel, sed quia male olet si comburatur, respuit illud Deus. Christus verò non contemnit famam, cuius exemplum, est regula & norma vitæ nostræ: & tu nihil curas, quid de te dicatur? Sed dices. Quomodo debeo ego tot hominum ora obstruere, præcipuè tempore, in quo sunt hominum linguæ adeò maledicæ, & procaces, vt etiam sanctorum & beatorũ vitas quidam hominum audeant proteruè commaculare? Ad hoc tibi doctrinam quandam in memoriam reuocabo. Quære quidnam de te dicatur ad similitudinem Christi, tunc autem cõsidera, num quod de te dicitur verum sit, an falsum. Nemo, te melius hoc scire potest. Tu nãque es iudex & arbiter tuæ propriæ cõscientiæ, & quid agas probè nosti. Ergo si q̃ malè de te profertur, verè narratur, corrige vitam, & reuertere ad frugem meliorem: de hoc autem nihil curare, brutorum proculdubio est. At si falso & cum mendacio ignominiam, & dedecus pateris, contemne dictum & sententiam, & tunc poteris dicere, fecerim quod debeo, & vnusquisque dicat quicquid libuerit, & solare cum Apostolo dicente, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ideoque sanum quidem est consilium quærere, & perquisitare quid de te dicatur, & de hoc curare: nam si vere de te queruntur & obmurmurant, proderit sanè tibi ad correctionem: si verò falsò, inseruiet ad maius meritum, imò vt cautius, & cum maiori cura vitam degas. ¶ Verùm hic tria obseruanda sunt. Primum horum est, quod non quæ-

Iud. 8.

Luc. 1.

Leui. 2.

Gala. 1.

rit Christus de alijs, sed de ipso solùm. Hoc tempore tota cura, & studium versatur circa inquirendum & inuestigandum de alijs, quid nam de Petro, vel Ioanne dicunt? Quomodo obit suum munus, quamnam viuendi rationem habet, qua via sibi victum parat? De teipso percontare: de alio verò nõ cures, nec sis solicitus. Ne scruteris vitam alienam, sed tuam. Te ipsum obserua, & cõsidera quid de te dicant. ¶ Secundò aduerte, quod hoc non interrogat iniquos & improbos, qui sunt mẽdaces: sed Apostolos, qui boni erant: nã quãuis tu bonus sis, si improbum & flagitiosum interroges, quid de te sentiat, iniquum sanè te esse proferet: si pecuniæ & eleemosynæ largiror, & erogator fueris, te prodigum esse affirmabit. Si deuotioni & orationi dedimus, hypocritam te esse inquiet. Si verò homo nequã & perditus fueris, sicuti ille sanctissimum te iudicabit. Propterea Christus non interrogat malos, sed bonos. Et in Euangelio Matthæi dixit. Quem dicunt homines esse filium hominis, Nam non solùm inquirit à bonis, sed etiam scire cupit quid de ipso dicant homines, qui vtũtur ratione, qui loquuntur vt homines: & meritò horum est habendus respectus, non verò quorundam qui tanquam canes famam & nomen bonum iustorum corrodunt, & bonos maledictis & conuitijs insectantur. ¶ Tertiò amicitia tibi coniunctos & socios interrogare debes quid de te alij sentiant: nam ipsi optimè te norunt. Sunt quidã qui apud externos & ignotos angeli iudicantur: sunt etenim circa omnes, vrbani, affabiles, & politici: & existimant oppidani eos nullo crimine & facinore omnes maculatos, imò vero esse angelos & sanctos: at intra proprios parietes & domos habent se ad suos tanquã dæmones. Si ex ciuibus tuis quæras, quis nã sis? te sanctum esse asseuerabunt: at si domestici eos interroges & seruos tuos, vxorem, & liberos, te draconem esse dicent & scorpionem, quia nullus tuam miseriam & asperitiam potest tolerare, nec bilem atram & pessimum tuum ingenium, & animi duritiem sufferre: denique affirmabunt te pestem esse infestissimam. *At illi respondentes dixerunt, Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò, quia vnus prophetarum de prioribus surrexit.* Deus bone quæ confusio maior nobis potest aduenire? Et quid aliud magis superbiam nostram & elationem arguit? Quid hic inquietiores ex lacerati, & delicioli mundani, confecti ex lacerigluti-

Matt. 16.

ri glutiõe, & penidio, qui ex minima quaque re, & dicto confunduntur, iniuriaque afficiũtur? De Christo cùm sit eadem met sanctitas, & bonitas, non omnes idem sentiunt, nec in vnũ conueniũt, sed alij hoc, alij verò illud de eo proferunt, eiusq; vita diuersas patitur opiniones, & sententias: & vis tu ò homo vas immunditijs plenum & flagitijs refertũ, vt omnes te in numerum Diuorum referant, omnes vno ore te laudent, & q̃ nemine discrepãte dicant te sanctum esse? Christi vita statera appendebatur, & ait Ioannes q̃ quidã dicebant bonus est, & alij non, sed seducit turbas: alij autem, non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit: alij verò, quomodo potest homo peccator hæc signa facere? ita vt schisma esset inter eos. Et tu cùm tot habeas, qui te laudent, & te in cœlum efferant cum sanctis, cur quæreris, & molestè fers, q̃ duo, vel tres de te murmurent? Si homines te cognoscerent, etiã illi, qui laudibus te exornant & decorant, te maledictis & conuitijs insectarentur: cùm verò tot habeas, qui (malus cùm sis) te bonum & sanctum prædicant, & iudicant: valdè insolens, & elatus es, quandoquidem vis, vt omnes (nullo dempto) te laudẽt & quereris si vnus vel alter hoc quoq; non præstet. ¶ Præterea solatur nos locus iste, vt si quãdo aliqui de nobis iniqua sentiant, diuersas aduersasq; opiniones de nobis habeant, patienter feramus, & cum Christo domino solatium capiamus: qui cum esset is, hominũ tamen flagitiosas, & proteruas linguas nequaquam potuit subterfugere, & alij hoc, alij vero illud de illo proferebant. *Sic Paulus.* Per gloriã, & ignobilitatem, per infamiam, & bonã famã. ¶ Discamus itaq; habere patiẽtiam, quando proximi & fratres nostri siniſtram aliquam & aduersam opinionem de nobis cõceperint, & quanuis in eo, quod de nobis dicunt, minimè peccauerimus: cogitemus nos aliqua occulta, & incognita crimina commisisse, quæ ipsi ignorant, & falsis confictisque illis criminibus quæ nobis confingunt, & obijciunt, soluimus verorum pœnam. Nec simus adeò vani & leues vt existimemus nos Christo domino meliores futuros & ab omnibus collaudandos. Discamus etiam sic viuere, vt quanuis reprobi velint nobis crimina obijcere, sit vita nostra tam sancta & pura, vt non possint nostra bona opera taxare, nec aliquid in ea inueniant reprehẽsione, & nota dignũ. Aduerte quod populus, & si Christũ non ratã

9.

6.

Ioan. 9.
Mat. 11.
Ioan. 8.

Prouer. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diens famam Iesu, dixit. Quem ego decollaui Ioannem, ipse est: surrexit à mortuis & virtutes operantur in illo. Et eadem verba ait Matthæus. Dixit Rex suis quandam ineptiam, & insciti am, & quamuis ineptia fuit & mendacium, tamen quia à Rege prolatum tantum habuit roboris, & auctoritatis, quod populus ei credidit: & inde exierunt omnes dicentes, Ioannes Baptista est, Ioannes Baptista est. Nihil amplius opus fuit, quam quod Rex id assereret, vt Christus pro Ioanne Baptista haberetur: cum tamen Ioannes non esset. Reges, Principes, & Prælati prius aduertant benè quid dicant, & quomodo loquantur: nam sciant, omnia sua verba transcribi. Homo abiectus, & popularis quicquid vult, effatur: & quidquid commentatur, & excogitat, eloquitur: nec tamen alicuius valoris est quicquid dicit. At verò cùm homo est grauis, cum suæ personæ qualitate dicta sua corroborat, & sic omnes eri fidem habent, & sic suis verbis auctoritatem & fidem adimunt quibus volunt. Ad vitandum hoc periculum debent prius cognoscere, & recognoscere quid dicant. Obid solum, quod Herodes semel tantum verbum insanum & ineptum protulit, obid (inquam) solum tota illa gens credidit quod Christus erat Ioannes Baptista. Ieroboam Rex Israel facillimè vniuerso illi populo vitulorum cultum, & veri Dei, ac legis contemptum persuasit. Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Discite bene viuere, & loqui diserte & sapienter: nam vos imitantur, & sequuntur reliqui omnes. Putauerunt autem esse Heliam propter veritatis, atque iustitiæ insuperabilem zelũ. Secundo propter miraculorum eminẽtiam: & tertiò, quia Helias credebatur venturus ad populum Iudæorum, iuxta illud Malachiæ. Ecce ego mittam vobis Heliam. Visis igitur populi sententijs & iudicijs, exquirit & interrogat dominus quænam sit opinio discipulorum: ideo sequitur in contextu *Dixit autem illis. Vos autem quem me esse dicitis?* Qui plus temporis in scholis consumpserunt, tenentur plus scire, quàm qui heri inceperunt dare operam. Populum qui non est adeo illustratus ac vos estis, nec tot conciones à me audiuit, nec tot miracula vidit, nõ est mirum esse insipientem & insciũm, nec me cognoscere. At vos quim estis Apostoli & familiares, quique semper me auditis & comitamini, obligati estis ad altiorem & præstantiorẽ cognitionem de me concipiendam. Vtinam pauperculi villici, qui montes incolunt ac terras vbi nunquam audiunt concionem, nõ sur gãt in die iudicij sicut Niniuitæ, multosque ciues & vrbanos homines ac sapientes condemnent: quandoquidem illi simplices & illiterati plus Dei attequuntur, & melius ei seruiunt, quam multi superborum sapientum, subtilesque Sophistæ. Aduertite quod qui plus à Deo accepistis, magis obnoxij, & deuincti estis ad ei seruiendum melius, quã rustici & simplices. Apostoli plus tenebantur ad cognoscendum Christum dominum, quã reliqui: & propterea ab eis scisciatur suam opinionem, & vt quam de ipso conceperũt opinionem proferant in medium. *Respondens Simon Petrus, dixit.* Petrus solus respondit, quia erat os totius collegi Apostolici: sicut caput, & maior, & excellentior non solũ hic pro omnibus respondit, sed etiam alibi sæpe. Cũ dominus de mundi contemptu loqueretur, pro se, & omnibus dixit, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et cũ loqueretur parabolam Christus de seruo vigilante, dixit Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Et cum Christus dixisset Apostolis, vultis & vos abire? Ipse respondit. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ habes. Sic modo respõdens solus ipse pro omnibus ait. *Christum Dei.* Ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationum de fide: & sic Papa Christi vicarius, & Petri successor iudicaturus est de dubijs fidei. Erauerunt aliæ ecclesiæ, scilicet, Antiochena, Alexandrina, Constantinopolitana, &c. Sed nunquam ecclesia Romana. Ambas naturas diuinam & humanam in vnitate suppositi confessus est hic Diuus Petrus: humanam quidem, vocando illum Christum Regem vnctum, & non sicut antiqui Reges, & Summi sacerdotes Israel, sed fuit anima Christi vncta ab instanti suæ conceptionis, vncta (inquam) oleo gratiæ & Spiritu sancto. Vnde Esaias, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, &c. Confessus est diuinitatem Saluatoris, appellãdo eum filiũ Dei verum, & vt inquit Matthæus, filium Dei viui, ad differentiam Deorũ mortuorum Gentilium, qui falsi & vani erãt, qui tanquam mortui, habentes oculos nõ vident, pedes habentes non ambulant, &c. Ideo vocatur à Christo beatus, quia fides principium est, & fons beatitudinis, & per quam peruenitur ad beatitudinem: per hanc enim beatitudo

Matth. 14.

3. Reg. 12.

Psal. 3.

Mala. 4.

Matth. 11.

Matth. 16.
Luc. 10.

Ioan. 6.

Matth. 16.
Psal. 113.

titudo meretur: quia actus fidei etiam tenet se ex parte voluntatis, & ideo possumus mereri per fidẽ, quia voluntas iubet intellectui vt assentiat articulis fidei. Et quia hæc fides est donum Dei, addidit saluator loquẽs beato Petro. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Per carnẽ & sanguinẽ intelligit omne q̃ est humanũ, citã rationem, & intellectum naturalem, aut doctrinam quæ non excedit capacitatem nostri intellectus. Et sic non potuit Petrus hoc assequi per seipsum, sed per diuinam reuelationẽ, quia omne datum optimũ (vt Iacobus ait) & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum. Essentialiter omnes diuinæ personæ reuelauerũt hoc Petro: sed dicitur quod pater reuelauit attributiuè, quia est fons & origo totius Trinitatis. Quapropter super hãc petrã, hoc est super hanc fidei firmitatẽ, quàm modo cõfessus es (ait Christus) ædificabo Ecclesiam meam. Et quia ecclesia est fundata super hãc firmã petram, & veritatem infallibilem, portę inferni non præualebunt aduersus eã. Per portas Christus intelligit potestatem, & belli instrumenta & apparatus, arma, &c. quæ solent esse in ciuitatibus bene munitis ac fortibus, quæ sunt inimicorũ terris oppositę. Sic intelligitur Genes. Possidebit semen tuũ portas inimicorũ suorum. Et quòd alibi ait scriptura. Portas hostium dñs subuertit. Sic etiã intelligendum est illud Ezechielis. Confractæ sunt portæ populorũ. Hoc est euersa est vrbs, quæ erat fortitudo populorũ: vel cuius fortitudinem homines admirabantur. Apud veteres enim in portis vrbiũ fiebant iudicia, ideò ait sancta scriptura in Deuteronomio. Deferẽt signa virginitatis eius ad seniores vrbis: qui in portis sedent. Et in psalm. Non cõfundetur cũ loquetur inimicis suis in porta. Ac si dicat. Non timebit vir iustus cum ei aduersari intenderint litem: nulla afficietur ignominia, cùm responderit accusatoribus in iudicio, quod fieri solet in vrbis porta. Ibi erant iudices, & satellites, & arma, & tormenta bellica. Et Hieremias volẽs significare nullum esse Hierosolymæ robur, & nullam fortitudinẽ dixit. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Itaq; portę inferi sunt dæmonis machinæ, & munitiones, & fortitudines, vires, & stratagemata ac artes: sicuti est robur & vires mundi, ac eius sapientia, diuitiæ, munæ, potestates & cauillationes. Omnes hæ copiæ & phalanges legionesque Ecclesiam sanctam oppugnarunt: sed tandem ipsa victrix euasit, semperque de exercitibus & copijs dæmonis triumphum egit. Potest quidem Petri nauis procellis maris turbulenti, & fortibundi agitari, attamen non obrui nec submergi. Potest Ecclesia Dei sancta pati molestias & persequutiones, attamen non vinci nec expugnari, aut corruere. Stat sententia. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Cui: Quia super hanc fidei veritatem ædificabo eam. Ruit domus, quæ falso nititur fundamento, & quæ super paleas & arenam est ædificata, & constructa. Domus illę duæ, de quibus falluator inquit quod quædam erat fundata super arenam: altera vero super petram firmã, cùm venti superuenerunt, & tempestates, corruit illa, quæ malè firmata & stabilita erat: altera verò immobilis & firma permansit, & incõcussa. Domum ędificauit, ac Ecclesiam erigere voluit Arrius, & posuit mendacia in fundamẽto, quia quicquid docebat, error erat & hæresis impudentissima. Quantum durauit hæc domus? Quanuis mille aureos promittas non inuenies aliquem Arrianũ. Quid de illis factũ? consumpti sunt: & tẽpus domũ hanc iniquam & turpem solo æquauit ac omnino subuertit: quia malè firmata. Vbi sunt? quo abiere Manichei, Priscilianistæ, Sabelliani, Armenij, ac alię penè innumeræ hæreticorũ peruersæ, & maledictæ sectæ, quæ contra sanctã Ecclesiã catholicã insurrexerunt? Perierunt omnino. Mendaciũ, ipsum per se corruit. Et quãuis hę hæreses habuerũt Reges, & Imperatores eas fouentes, & defendentes: attamen (vt videtis) omnes humanæ vires non potuerunt, nec possunt vnum mẽdaciũ defendere & tueri. Et hi Lutherani, qui nunc tã elatè, & superbè viuũt, quã citissimè erũt absumpti, tanquã sal in aqua: ita vt nulla vnquã sit reliqua recordatio eorum, sicuti nec aliorũ hæreticorum, qui præterierunt. Viuat fides catholica: viuat Ecclesia Romana, quę fuit tempore Apostolorũ, & est, eritque per secula sempiterna. Hæc est, quæ semper durat, manetq; firma, & constans: & quæ nũquã ruit, labitur, aut deficit. Habens vires, & robur veritatis pro fundamẽto, quomodo ea deij? Hoc solũ deberet cõfundere hos maledictos hæreticos, videre scilicet manifestè re ipsa, q̃ omnes, qui se segregauerunt & sciunxerũt ab obedientia summi Pontificis Romani, periere: & quod Ecclesia Romana in æternũ durat. Inlurgant Nerones, Diocletiani, Decij, Tur-

Luc. 6.

Mat. 16.

Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ci, Turcæ, Mauri, & denique Lutheranis nam ipsamet veritas Iesus Christus ait. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hos omnes suos inimicos conculcat, & aduersus omnes semper victor euasit. Discemus per tyrannorum sæuitiam, & hæreticorum persecutiones Ecclesiam Catholicã magis, ac magis illustrari, & corroborari. Quod loculenter testatur Hilarius de ecclesia loquens. Dum persequitur (inquit) floret: dum opprimitur, crescit: dũ contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dũ arguitur, intelligit: tunc stat, cum superari videtur. Lege Chrysostomum in sermone de Pentecoste. Et ait vlterius Christus beato Petro. Et tibi dabo claues regni cœlorum. O felix temporum mutatio, & vicissitudo. Beatæ & fortunatæ aures, quæ hoc audierunt. Solet faber ferrarius ex veteri gladio, qui iam habet assumptum chalybem: & plenus est ærugine, & rubigine, cum incudi reddendo, conficere claues. Ejecto primo parente è paradiso, & clauso cœli ostio propter peccatũ, posuit Deus Cherubin, vt esset custos ianuæ cœlestis, gladium in manu habentem. Et sic clausum fuit cœlum, & paradisus, vsque ad obitũ filij Dei, absque eo quod aliquis illuc ingrederetur.

Hila. lib. 7. de Trin.

Gen. 3.

Sed nunc ex gladio conficit Christus Iesus claues, mutans iustitiam in misericordiam, & aperiuntur ianuæ regni cœlestis per sanguinẽ Christi, & conceditur Diuo Petro, eiusq; successoribus, auctoritas & facultates obserandi & referandi, quæ est auctoritas, & iurisdictio ecclesiastica. Si olim claudebatur cœlum, nũc homines habent auctoritatem illud aperiendi. Et si olim de Deo dicebat Dauid, Deus vltionum Deus: nunc de eo inquit Diuus Paulus, Pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis. Ingredimini ergo Christiani per has portas misericordiæ, antequam omnino vobis claudantur, ficuti accidit virginibus fatuis & insipientibus. Introite in hanc vitam, pœnitentiam agentes, antequam vobis dicatur. Clausa est ianua. Et vt intelligatis quod in hac vita hæ portæ aperiuntur, non autem in alia, & quod hic absoluuntur peccata mortalia, non vero postea addidit Christus dicẽs. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Super terram, inquit, non autem sub terra: vt intelligas, quod nunc, quandiu super terram degis, debes ad pedes sacerdotis genua flectere, vt te à peccatis absoluat: nam post hanc vitã,

Psalm. 93.
2. Cor. 1.

Matth. 25.

si in peccato mortali obieris vt in infernum detrudaris, non tibi Ianuam cœlestis habitaculi aperient claues Diui Petri. Ideo nunc debes emolumentum & vtilitatem excerpere ab ista Petri potestate, quandoquidem viuis super terram te prosterne sacerdotis pedibus, qui claues habet regni cœlestis in manibus suis. &c. ¶ Sed vt concludam, vnum hic obseruandum esse censeo. Quod scilicet Diuus Petrus hoc tamen celebre testimonium fidei quod præstitit propter quod tantopere fuit à Christo exornatus, hoc (inquã) testimonium protulit cum esset inter Apostolos, & reliquos suos condiscipulos. Inter bonos Christum confitetur beatus Petrus esse filium Dei: quem postea inter impios in atrio Pontificis iuramento negauit. Ex quo docemur, & admonemur consortium malorum fugere, & bonorum societatem amplecti. Homines iustos comparat scriptura lignis, quæ plantãtur secus decursus aquarum: malos autem spinis, iuxta illud, quod egregius Psaltes Israel loquutus est dicens. Prævaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi. Homines in vere cum æstu mt, ad vmbras arborum confugiunt: sed colubri, lacerti, & ista animalia venenata sub spinis, & vepribus confugiunt, & ibi latent. Sic vir bonus, & pius ad bonos confugit, & cum iustis sociatur, tanquam ad arbores. At tu, qui solùm vadis ad malos, & iniquos, & solum communicas, atque agis cũ peccatoribus, & infamia ignominiaque aliqua notatis, quid vis me de te affirmare, nisi quod malus & iniquus sis, & lacertus, ac vipera, vel coluber, liquidem spinis te admigis? Vt speculum, quanuis mundum, & splendidum sit, contaminato tamen flatu circunflantium, inficitur: sic qui est honestate prædi tus, impiorum conuersatione contaminatur. Vnde ait Ecclesiasticus. Qui retigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Si contigerit vt planeta alioquin beneuolus, & salutaris alijs astris maleuolis, & male influentibus fuerit coniunctus, malam influẽtiam mitter. Ita vir pius si impios nimia familiaritate comprehẽderit, impius efficietur: vnusquisque enim eorum mores, quibus familiariter vtitur, plerũque imitatur. Iudei, quia conuersationem habuerunt cum gentibus, idola eorũ coluerunt: & (vt ait psalmographus) commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis

Psalm. 1.
2. Reg. 22.

Eccles. 13.

Psalm. 105.

in scandalum. Sicut dulcis Iordanis fluuius, cùm in Asphaltitem inslubrem Palestinæ lacum ingreditur, redditur insuauis, & virtutem amittit: sic qui est cum sceleratis amicitia coniunctus, eorum vitijs contaminatur, etiam si antea virtutem incubuisset. Meritò igitur dicebat Ecclesiasticus. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Et Apostolus ad Corinthios, & ad Galatas. Modicum fermentum totã massam corrumpit. Saul Rex Israel inter suos insaniebat, sed inter prophetas, prophetabat. Sic Petrus inter Apostolos Christum confitetur esse filium Dei: & inter impios Iudæos, in domo Caiphæ negat. Discere ergo consortium bonorum diligere. Sed ad contextum reuertamur. *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens. Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere.* Hoc dixit ne impediretur passio sua, vt satis ex litera colligitur: quia venit redimere nos per mortem suam: nam si dominum gloriæ cognouissent, non crucifixissent illum Iudei, quia populus illum defenderet. Oportuit autem filium hominis pati, non quia aliter genus humanum liberari ab omnipotenti Deo nequiuerit absolute loquendo: sed quia nullus fuit alius modus tam aptus. Rursus necessarium fuit nõ necessitate absoluta, sed ex suppositione, quia Deus ita prædixit: & necessitate conditionata, videlicet scripturæ verificari deberent. Bene autem dixit resurgere, tanquam potestate propria: non suscitare, tanquam virtute aliena. Vnde in psalmo ait dominus. Ego dormiui & soporatus sum, & exsurrexi, quia dominus suscepit me. Præterea à senioribus principibus & doctoribus dixit quod erat reprobandus, qui sanctiores, & doctiores, & principaliores esse videbantur. Sic in libro Daniel, inscribitur. Egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbantur regere populum. Hoc sanè videbis etiam sæpissimè in ciuitatib⁹, & reb⁹ publicis huius sæculi, quod gubernatores & rectores, qui debebant vitia corrigere & emendare, & reficere, ad meliorem quę formã reducere Respublicas: potius illas vitijs suis perdunt & destruunt. Et vtinam hoc etiam non peruenisset ad religiones, vbi vt plurimum, prælati, & seniores, & doctiores, præcipuique sunt magis dissoluti, & plus luxui dediti & prophani, & id ꝙ professi sunt, minus obseruantiæ cũ hi secundũ rationem, & vt par erat deberẽt alios ad meliorem formam, & viuendi rationẽ restituere (non solo verbo, & nunc est in vsu) at opere virtutis, sanctitatis, humilitatis & exẽplo virtutũ. Sed de his satis, quia hi & si malè viuũt, nolunt tamen redargui, & reprehẽdi: imò vero collaudari in suis vitijs, & illi tãtummodo, qui eos laudant, & in cœlũ eueh unt, plurimũ apud eos pollent, maximeq; gratia & autoritate præstant, &c. Sequitur in cõtextu. *Dicebat autem ad omnes*: videlicet ad turbã in genere i. secretiora nãq; sua mysteria solis reuelauit discipulis: sed quæ ad salutem omniũ exiguntur, omnibus patefecit. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: &c.*

Psal. 7.
Psal. 5.

Psalm. 103.

Optimè postquam loquutus est dominus de sua passione, agit de sequela eius & negatione sui ipsius, & crucis labore vnius cuiusque nostrũ: vt doceat atq; insinuet quod non sufficit eũ fuisse mortuũ pro nobis, & ꝙ sanguinẽ suum effuderit, sed ꝙ etiam opus est nos eũ sequi illũ imitantes, & nos ipsos abnegantes, frænantes & cohibentes appetitum sensitiuum, & tollentes crucem pœnitentiæ & laborũ. Ne vanè & insanè aliquis existimaret solam Christi passionem sufficere, & mortẽ ipsius ad nos saluandos, absque eo quod nos nihil faceremus. Optimè quidẽ Christus mũdi saluator cùm suæ passionis mentionem facit, & eius quod pro nobis præstitit, statim agit de eo, quod nos præstare debemus, si volumus frui fructu, & meritis suæ passionis sãctissimæ. Ait. Si quis vult, propter arbitrij libertatem: voluntariè enim vult Deus vt seruiamus ei, non coactè. Ideò Dauid in psalmo. Voluntariè sacrificabo tibi domine. Et iterũ. Voluntaria oris mei bene placita fac domine. Voluntarius militiæ habet præmiũ: coactus dispensat obsequiũ sicut Apostolo dicente, cognouimus. Dicit enim. Vę mihi si nõ euangelizauero. Si enim volens hoc ago mercedẽ habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Vide voluntarium executorem cœlestis arbitrij. Liber erat ex omnib⁹, & omnium seruus est factus, voluntate vtique, nõ necessitate: vt plurimos lucraretur. Sic Esaiæ dicit dñs. Quem mittã? Et dixi. Ecce ego, mitte me: & dixit. Vade & dices populo huic. Poterat dominus seruo suo Esaiæ imperare, quem sciebat dignum vt mitteret: sed maluit eum spontaneæ oblationis non fraudare mercede, qui vt ipse offerret, præstolatus est. Et quanuis eius sciret affectum, expecta-

Psalm. 53.
Psal. 118.

1. Cor. 9.

Esai. 6.

uitea

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit tamen vocem, vt cumularet gratiam. Et quia ipse voluntariè se offert, mittitur ad populum. Ideo Dauid non solum voluntaria operis, sed voluntaria oris beneplacita vult esse: quia ea, quæ dicimus bona voluntaria esse debent. Prophetauit & Caiphas dicens, quod expediebat quod vnus homo moreretur: sed hoc non erat voluntarium ministeriũ, quia loquebatur inuitus, & quid diceret nesciebat. Nequaquam Deus acceptat nisi voluntaria obsequia. Sed dices, quandoquidem scit Deus multos esse, qui malè libero arbitrio vtuntur, & qui condemnantur, ac nolunt ad Christum dominum accedere, quãuis eos vocat. Nonne melius erat Christum eos post se etiam inuitos, & repugnantes trahere, quam in voluntate ipsorum suam salutem relinquere? Dico quod non: nam si Deus hominem vi, & inuitè hominem in cœlum raperet, non ei tantum contulisset beneficium: quantum si ipsemet homo illuc tenderet sponte: nam relinquendo hominem in manu consilij sui, vt eligeret quod ei magis placuisset, egit cum homine honorificentissimè, & secũdum dignitatem suæ personæ. Sit ita, quod homo quidam in foro, vel platea posuisset ingentes diuitias auri & argenti, & pretiosorum lapidũ. Et præconi iuberet, vt omnibus alta voce referret, quod quicunque vult diuitias eat in forum vbi quantum earum libuerit accipiet ad libitum. Dic (amabo) si hic homo hoc nõ faceret, sed homines inuitos, & renitentes traheret in forum ad captendas diuitias, nõne eis iniuriam inferret? Quod nam maius beneficium, quænam maior dignitas, & vrbanitas, relinquere hominem istum diuitem reliquos homines in libertate sua vt eant sponte in forum quærsitum diuitias: aut inuitos secum ducere? Manifeste sane constat, quod maior est vrbanitas, & longè maius beneficium, relinquere in vniuscuiusque arbitrio sumere quãtum diuitiarum placuerit: quàm inuitos eos trahere. Hoc equidẽ modo Dñs Deus nobis pecunias & diuitias cœlestes elargitur, quas tamquam poterimus comprehendere sensu, & cogitatione, & inquit. Si quis vult venire post me, Aduertite, quod quicumque eas vo lucrit, accipiat libenter. Ipse dominus eas confert, ipse nos vocat, ipse nos inuitat, imò & adiuuat, & gratiam suam nobis confert, vt eamus, & accipiamus his diuitias. Maius est hoc beneficium, quàm si nos inuitos duceret. Agit nobiscum vrbanè & maxima cum comitate: tanquam cum hominibus in dignitate, & honore constitutis. Ideò ait, si quis vult. Relinquit hoc in manu nostra, & suppliciter à nobis petit, non verò compellit: & adiuuat nos vt eamus, & accipiamus has ingentes diuitias. Eques, & nobilis aliquis habet duo seruorum genera. Quosdam captiuos, & emptos: quosdam verò cognatos & consanguineos; qui sunt nobiles, & honorati: prioribus imperat velint nolint: at à posterioribus vrbane & comiter petit. Sic nos sumus serui nobiles, & consanguinei Dei: at reliquæ creaturæ, sicut cœlũ & terra, Sol, Luna & stellæ, & omnia reliqua, sunt tanquam mãcipia Dei, à quibus nõ petit, sed imperat. Sic tempore Iosue imperauit Soli vt staret, & gressum comprimeret, & cœlestibus orbibus ne mouerentur: & motum cohibuerunt statim. Tempore passionis suæ præcepit Soli, & Lunæ ne lucẽ præstarent: præcepit igni ne comburet sicuti fecit in clibano Babyloniæ, & sic nõ combusit Sidrac, Misac, & Abdenago. Præcepit aquæ Iordanis vt retro flueret, & Leonibus ne comederent Danielem, & coruis vt cibũ ministrarẽt Heliæ, & Balenæ vt Ionam seruaret & postea imperauit vt eum in terrã euomeret. Cũ his creaturis non egit vrbanè & cũ comitate: sed absolute eis imperauit. Sed non sic egit cũ homine qui nobilis & præstans est, quia non vult ei imperare tanquam seruo, sed petere tãquam nobili, & illustri & cognato: relinquendo totum in manu ipsius, & prius voluntatẽ suam exigendo. Inuenit paralyticum in pilcina, & ait ei, Vis sanus fieri? Occurrit ei cęcus, & ait illi. Quid vis vt faciam tibi? Quod si dominus hoc præstabat in corporis infirmitatibus: multo melius in infirmitatibus animæ: quia si Deꝰ vult quod aliquis credat, nõ vult eum credere, nisi volendo credere. Idem facit in amore, nam non vult vt eum amemus, nisi velimus amare sponte. Sic Deus creauit hominem, vt Ecclesiasticus dicit in hunc modum. Deus ab initio constituit hominem, & dereliquit eum in manu consilij sui. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Voluntas est libera nec potest ei vis inferri, nec compelli: & sic dixit Dius Augustinus, quod inintelligibile erat quo pacto voluntas sit voluntas, & non sit libera. Hanc ergo hominis voluntatẽ nõ vult Deus cogere, & compellere, sed relinquere hominem liberum, vt eligat quicquid ei placuerit, & sic ait hic, si quis vult: tum, quia (vt dicebamus)

Ioan. 11.

Eccle. 15.

Matth. 17. Dan. 3. Ioſue. 10. Dan. 14. 3. Reg. 17. Ionæ. 1.

Ioan. 5. Luc. 18.

Eccleſiaſt.

bamus) eũ homine ageret vrbanè & comiter tum etiã, vt maius præmium, & ampliorẽ gloriam homini tribueret. Maius est meritũ hominẽ suæ industria cõsequi gloriam, quàm eam gratis, & nullo merito cõsequantur: quia honorificentius est mereri coronam propriis meritis, quàm sine illis. Cùm Deus ponit gloriã, & infernum similiter in manu hominis, & quod eligat gloriam, & viã cœli, cũ posset viam inferorum ingredi: hoc est maius meritum & maior honor, quàm si vi ei gloriã condonaret sine meritis & gratis. Et sic Deus nõ cogit: nec cõpellit aliquem, imò vero inquit. Si quis vult venire post mẽ. In manu tua relinquit, & in tua voluntate hoc ponit, vt facias quòd tibi placuerit. ¶ Obserua autem q̃ non in numero plurali, sed in singulari ait. Si quis vult venire post me: vt significet quàm pauci sint, qui Christum sequantur: & quàm pauci sint, qui seipsos abnegantes, crucem Christi tollant. Ac si clarius diceret. Inter tot & tãtos, qui sponte carnis desideria perficiũt & viam concupiscentię ingrediuntur, mundoque & dæmoni obsequũtur: est ne aliquis qui me sequi velit? Inter tot, qui propere, & veluti gramma ophobi, & rabellatij ad inferos currunt, nũquid reperitur aliquis, qui velit in cœlum ãbire? Inter quã plures, qui amplã, & latam vitiorum, ac perditionis viam ingrediuntur: est ne aliquis, qui compressum & arctũ virtutis iter, & quod in bestorum sedes recta ducit, velit conficere? Prò dolor, quæ est ista confusio, & verecundia nostra, vt sint penè innumerabiles, qui mundi vestigia sequantur, & pauci admodum, qui Christi vestigia terant? O facinus indignum, & flagitiũ execrandum. Cecinit buccinam Siba filius Boeri, & sequutus est eum omnis Israel: pauci autem Dauid. Vocat proditor ille Siba, & omnes eum sequuntur. Vocat mundus vt decipiat te, vocat caro vt fœdet & maculet te, vocat dæmon vt te perdat & prosternat omnino: & vocat Christus Iesus Rex gloriæ vt te saluet; & vt in cœlũ euehat: & tamen sunt tot, qui Sibam sequuntur, & tam pauci Christum Iesum verum Dauidem sequantur. Dolendum sanè est quod quærat Christus dominus, vel vnum saltem qui eum sequi velit, & dicat. Si quis vult venire post me. Pauci sequuntur Christum, quod plorat Michæas. Heu mihi, quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumno: non est botrus ad comedendum, &c. Præterea sub hac particula, si, intelligit & significat desiderium quod habet, vt similes ei efficiamur. Samaritanæ ait, Si scires donum Dei. Paulus etiam Agrippæ. Opto in modico, & in magno non tantum te, sed omnes fieri tales, qualis ego sum. Et alibi. Imitatores mei estote sicut filij charissimi. &c. ¶ Expende etiam Christi bonitatẽ, & elementiam. Si quis vult, cuiuscunque cõditionis sit aut status. Principes huius sæculi: non quoscunque ad suum admittunt obsequium, sed eos, qui apud eos gratia, & nobilitate pollent: at Christus dominus omnes indifferenter admittit. Ideo Paulus. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, nec liber, non est masculus, neque fœmina. Sed miserum sanè & dolendum est, videre quã parũ ipendimus nos seruos Dei effici, & transcribi in albo suæ domus. Si Rex iuberet præconi vt intonaret quod quicumq; vellet scriberetur in ipsius albo, nullus esset qui non scribi vellet: & tamen nolumus ad Deum accedere nos inuocãrem. ¶ Obserua etiam quòd venire, hic, non est venire gressu pedum, sed affectuum & morum sic in Genesi dicitur, quod Rebecca abijt interrogare dominum. Quo abijt ex loco in quo non erat dominus, ad locum in quo erat? Non: quia vbique est Deus. Cœlum, inquit, & terram ego impleo. Non de loco ad locum abijt: sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora transiuit. Absurdum enim esset Rebeccæ mulieri sanctæ, & sapiẽti, & à viro eruditissimo edoctæ vt putaret aliquo loco dominum esse conclusum. Sic tu mutando affectus & vadens de vita ad vitam, opus est vt vadas ad Christum, & sequaris illum. ¶ Perpende quoque quod non dicit, si quis vult venire post me, sed post me. Multi Christum sequũtur non propter Christum, sed propter bona quę habet: hi non Christum sequuntur, sed ipsius bona. Sunt mercenarij & serui, quod eorum interest, sequentes, & seipsos amantes: quandoquidem suum proprium lucrum, & commodum quærunt. Sic Sichem, & Emor pater eius, & populi Sichimitarum circumciderunt sese, in quo videbantur idola despicere & vilipẽdere, & sequi veram religionem: sed non acceptum fuit Deo hoc obsequium & seruitium, nec eis fœliciter cessit, quia nõ fecerunt hoc propter Deum, sed propter proprium commodum, & vtilitatem. Dixerant enim. Si circũcidimus masculos nostros, substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident,

Ioan. 4. Act. 26. Ephe. 5.

Gala. 5.

Gen. 29.

Hiere. 23.

Gen. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sident, nostra erunt. Aduerte quod debes sequi Christū, propter Christum. Dignus sane est vt eō obsequamur, & interuiamus propter ipsum. Et quia amor proprius maxime obstat Christi sequelæ, inquit statim dominus, *Abneget semetipsum*. Qui Christum sequi debet, necesse est vt Christum diligat, & quòd cum propter ipsum diligat, ipsum abnegans: nam aliter, non Christum, sed bona ipsius sequitur. Abneget itaque semetipsum. Non tantum sua, aut ea, sed semetipsum: hoc est propriam arbitrij sui voluntatē, quia homini æque proprium nihil intimius, & nihil potest esse amabilius. Per hanc brutis animantibus præstat, per hanc frui, & vti valet, per hanc ipsius potens, suarum actionū dominus constituitur, vt agendo bene laudem mereatur: malè autem, vituperio, & punitione dignus habeatur. Quapropter rectè seipsum abnegasse dicitur, quicunque arbitrij sui libertatem sibi adimit, statuens nihil deinceps prosua voluntate gerere, sed in omnibus Matth. 26. dicere cum Christo. Non mea voluntas, sed tua fiat: atque ex animo precari, non mea voluntas sed tua fiat, sicut in cœlo, & in terra. In cœlo enim non fit nisi Dei volūtas. In omnibus Dei voluntatem obserua, non vero tuā propriā sensualē, & appetitiuā. Et hoc est seipsum abnegare. Da Deo voluntatē tuam. Hæc est quam Deo reddere debes abnegando temetipsum. Si hanc habes, nullam habebis requiem: & si hanc derelinquis, vires sicut in paradiso super terram. In tricemi manducāt, & bibunt, & capcinus habet aliquam requiē. Sed qui propriam voluntatem sequitur, nullam habet otium, nec requiē vllatium. Vnde dominus, Seruiet is dijs alienis qui non dabunt Iere. 16. vobis requiē die ac nocte. At si hanc deseris habebis tranquillitatem, & quantus parum laboret, emolumentum merebaris: & si hanc habes, quantumuis multum insudes & labores, nihil meriti consequeris. Vnde quidam dixerunt, Esa. 58. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras, &c. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. O quantum debent ad hoc attendere religiosi, ne scilicet inueniatur in illis sua propria voluntas, quandoquid in eam abnegarunt sein sua professione perdant meritum obœdientiæ, & multorum bonorum quæ faciūt, & laborum quæ sustinent. Aduerte ergo, quod vera abnegatio sui ipsius est quod te offeras Deo in holocaustum. Holocaustum est, quod te totum offeras Deo, absque eo quod aliquid reseruēs tuæ propriæ voluntatis: sed quod totus te Deo sacrifices. Hoc enim inter holocaustum, & sacrificium interest, quia omne holocaustum, oblatio, & sacrificium est: non tamen vice versa. Holocaustum dicebatur sacrificium illud, quod totum igne cremabatur: ita vt nihil ex eo in sacerdotis vsum remaneret: qua- Leui. 1. lis erat obligatio ouis & bouis, & capræ, & turturis, & colūbæ, hæc enim tota igne cōburebantur, & ideo holocaustū dicebatur. Oblatio autem erat, quæ non tota consumebatur igne, sed ex ea aliquid in sacerdotis vsum fer- Leui. 2. uabatur, vt panis, farina, & oleum, & similia. Oblationem facit, qui sua pauperibus distribuens partem aliquam, qua se alere possit in suos vsus seruat. Holocaustum verò facit qui vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus: vt sequatur Christum liberius. Holocaustum fecerunt Apostoli, & holocaustum faciunt monachi, qui omnem suam supellectilem, & corpus suum, & suam voluntatem sic Deo consecrarunt, vt negantes seipsos in omnibus, nihil volunt, nisi prælati voluntatem explere. Opus est vt holocaustū fias domino, & igne dilectionis Dei totus cremeris. Propriam voluntatem, quam multi pro Deo habent, & pro Deo colūt, debes tu comburere, & sacrificare Deo in holocaustum, nolendo Exo. 3. nisi solum id quod Deus vult. In Exodo habetur quod Ægyptij colebant pro Dijs bruta animantia, & tanquam tales ea adorabāt. At vero contra filij Israel appellabant abominationes, quos Ægyptij Deos dicebant, & sacrificabant, & occidebant in honorem & obsequium veri Dei, animalia illa quæ ipsi loco Deorum colebant. Hoc ergo modo iusti tanquam veri Israelitæ, appellant & dicunt abominationes Deos huius seculi, qui sunt appetitus & propria voluntas quam iniqui adorāt tanquam Deum suum. Sacrificant boni & iusti hos Deos falsos, & abominantur eos, & execrantur, & vilipendunt pro gloria veri Dei. Et sic quicunque voluerit Deo offerre sacrificium gratum, videat quid mundus adoret, & hoc Deo offerat, & sacrificet. Nec rem nimis ardua facis cum te ipsum negas propter illum, qui propter te voluit tantopere se negare, vt diceret. Non veni facere voluntatem Ioan. 5. meam, sed voluntatem eius qui misit me. Est enim propria voluntas sicut coruus, qui ei, qui nutrivit eum, oculos eruit. Et quod peius est, quod suam cæcitatem, & pernicicm non intue

ntu etur. Vt enim ceruus fœminæ cupiditate incensus accurrit ad absconditum venatorem, rugitum ceruæ fingentem, ductuq; appetitu, dum existimat se ad desideratam ceruam festinare, currit velocissimè ad mortem ipsam, & ad venenatam venatoris sagittam suscipiendam: sic qui propria voluntate & appetitu ducitur, quanto celerius ad res desideratas contendit, tanto perniciosius ad mortem ipsam amplectendam accurrit. Iter facis super equm infrenem, alligas calcaria pedibus, & habenas fers in manu, si autem vult in præcipitium te conijcere, refrenas illum: quod si consistit, adhibes calcaria. Sic te habere debes cum corpore tuo & sensualitate, si aliquando voluerit cibis se explere & ingurgitare, vitijsque sese immergere & commaculare, suffrenationem adhibe diligenter. Post concupiscentias tuas non eas. Ne incedas post bestiam, nam te ad præcipitium deducet: sed dic cum Dauid. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia vt iumentum factus sum apud te. Sunt Plures, qui patrem ac matrem, insuper & vitam propriam contemnunt: at pauciss imi qui se ipsos abnegent sensualitatem frenando rationique subijciendo, vitia comprimendo, ac propriæ voluntatem & iudicium abnegando. Per propriæ voluntatis nostræ abnegationem Dei voluntas habet plenum dominium in nobis: & hominis voluntas sic est in Dei voluntate transformata, quod omnia aduersa propter ipsum Deum æquo animo ferat. Qui in via perfectionis laborat sequi Christum Iesum, abneget semetipsum. Merito enim debemus nos abnegare cum nihil iuris habeamus in nobis. Sunt autem septem causæ quarum quælibet sufficeret hominem compellere, vt faceatur in se nihil iuris habere. Has late scribit Diuus Anselmus in libro de Mensuratione crucis, quas breuitatis causa hic nō referimus. Sed quia non sufficit quòd tuæ voluntati non obsequaris, sed quod etiam te exerceas in operibus virtutis & religionis: sequitur in contextu. *Et tollat crucem suam quotidie.* Ponit duas partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, quia ait, abneget: & aliam, facere bonū, tollat crucem. Expende quod non dicit ferat crucem: sed tollat. Ponit differentiam Basilius inter ferre crucem, & tollere: quia ferre crucem, est ferre labores à Deo dolatos, & immissos, vel æquo, vel iniquo animo. Sed tollere est animo lato, & auido non solum accipere, sed rapere crucem libēter, gratāter, & voluntariè. Vult Deus suos sponte, & cum lætitia labores sufferre: nec solum hoc sed etiam præcurrere ad agendum vitam asperam, & pœnitentem. Ideo de Christo ait Euāgelista non sine mysterio quod baiulans sibi crucem exiuit in Caluariæ locum. Non inquit Ioannes quod eam super Christi humeros imposuerunt, sed quod ipse eam assumpsit: sed Simoni Cyrinæo imposuerūt crucem Christi. Iob nō solū sufferebat crucē, sed etiam deferebat eam: quandoquidē post tor- Iob. 2. nūas, & labores dicebat. Dominus dedit, Colossi. 1. dominus abstulit, &c. Sic Paulus ad Colos- Actu. 4. senses ait, Gaudeo in passionibus pro vobis. De apostolis etiam legitur in actis. Ibant apostoli gaudentes à conspectu cœcilij, &c. Quapropter Christus ait discipulis. Cum vos oderint homines, gaudete. Igitur non solum fera- Matth. 5. mus, sed tollamus gaudentes, & libenter crucē: tollere aūt crucē est veteres exuere mores, affligere ac macerare carnē ieiunijs, orationibus, & vigilijs. Sic Paul⁹. Castigo corp⁹ meū, 1. Corin. 9. & in seruitutē redigo: ne forte cū alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Castigare se, est præscindere concupiscentias, frenare gulā, arcere ardentem libidinis flammam: cæteraque vitia radicitus euellere. Id, quanquam horreat caro, mire tamen probat spiritus, mire placet & Christo. Sic enim euades superior te ipso, si per crucem à victoria tui ipsius inceperis. Hæc crux pœnitentiæ, & mortificationis est: quam nos portare debemus. Non enim solum istam quā milites sancti Iacobi, & Benedicti, & hospitalis beati Ioannis Baptistæ fixam pectori gestant: quia quanuis hæc crucem portare bonum sit, portemus tamen nostri potius abiectionem, & mortificationē. Nam eorum multi, quos nunc reprehendimus, in suam damnationem crucem illam deseruerunt. Diabolus enim qui olim fuit deiectus per crucē hac ipsa nisi crucem ab illis gestata in veste, & non in corde, plurimos eorū secum trahit in chaos: non enim decet superbire, eo quod crucem in pectore geris, non decet per auaritiam redditus decimales congregare, non in vxoris & filiorum vestibus fericis, & prolixioribus caudis, & deauratis fandalijs aliarumq; vanitatum ineptijs, ecclesiæ bona consumere. Non decet (inquam tibi canibus, & auibus, nec patrimonium Christi aleæ exponere. Atqui in honesta tui, & tuorum substentatione huiusmodi redditus expende: armis, & equis

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper te paratũ exhibero. Sed de his, alias.
¶ Obserua autem quod duobus modis crux tollitur: cum per abstinentiam affligitur corpus, aut cum per compassionem proximi affligitur animus, iuxta illud Pauli. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego non vror? Corporalis vero dupliciter tollitur, cum suapte sponte sumitur: vel cũ ab alijs imponitur in afflictionibus, & patienter tolerat. De hac Paulus ait. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circunferẽtes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vnde sicut angelus occidebat Ægyptios, & pertransibat domos in quarum postibus erat sanguis agni in superliminari: sic tu secuti & illi Israelitæ, debes inũgere sanguine agni Christi Iesu fores externas tuæ domus, quod sit ferendo mortificationẽ crucis Christi in corpore tuo. ¶ Obserua etiã quod dicit, crucem suam: vnusquisque crucem suã portet: nam crucem Christi portare, impossibile nobis est, impossibile humanis viribus prorsus: nostram vero ferre, gratia cooperãte & facta facile, & iucundum, etiam si caro reluctetur. Neminem Deus obligat ad impossibile: vnusquisque secundum vires, quas habet, tollat crucem suam, & præstet quod potest, laboretque pro viribus. ¶ Præterea dicit etiam suam, nam vnusquisq; debet ferre crucem propriam, & desinere alienam. Non est status, quamuis magnus & augustus sit, qui non suam habeat crucẽ. Crux regis, est labor ille, quem habet in audiẽdo tot gentes, & in subscribendo, & negocia expediendo, iubendoque, vt omnibus iustitia præstetur. Crux prælatorum, est obligatio illa, quã habent inuisendi omes suos docendi, & curam illarum gerendi. Crux sacerdotum est pensum horariũ persoluere, & preces assiduè fundere castèq; & sanctè vitã degere. Crux religiosorum est ieiuniũ, orationes, vigilię, & obedięntia quã prælatis præstare & exhibere tenentur. Suam quoq; crucẽ habent coniugati, & sine grauissimã, præcipue si forte mulieri rigidæ & ferocì litigiosęq; se copularunt & adiunxerunt: & satis grauis crux est familiam alere, honorem & dignitatem domus augere, filijs necessaria parare. Omnes habent crucẽ in hac vita, nullusque laborem potest subterfugere. Ait ergo Christus. Tollat crucẽ suam suam vnusquisque. Aduerte quod crucem tuam attripias, alienam vero desinas. Quamplurimos videre licet, qui omnẽ suam curam, & solicitudinem collocant in persecutanda clericorum vita, & monachorum, precesne fundant, nũ præsentent id ad quod secũdum professionem suam tenentur. Desine & omitte hæc. Tolle crucem tuam, & sine alienam. Sunt multæ cõiugatæ quæ omittentes curã domus suæ, & obsequium quod viris suis debent, & obediẽtiam, quæ crux earum est: hanc crucem prætermittunt, & abijciunt, & suscipiunt monialium crucem, & induunt vestes inclusarũ cilicium & inordinata ieiunia: quibus omnibus maritorum fruitiam, & feritatem in se conuertunt & inflammant, vnde rixæ, & discordiæ ingentes oriũtur. Sacerdos inspiciat quæ eius crux sit, & hanc tollat, & sinat alienam: nec se immiscеat vitæ nonachi. Coniugatus similiter obligationem suam consideret, perspiciat statum suum, & vocationem, & vnusquisque solicitus sit de sua vocatione, vita & statu: de alieno vero non curet. Quia homines se immiscent ijs, quæ ad se non pertinent, oriuntur sæpissimæ dissensiones, & discordiæ maximæ in hoc seculo calamitoso: nam sunt multi, qui alios volunt reficere, & in meliorem formam restituere, se verò nullo modo corrigunt, nec emendant: imo vero obliuiscuntur, de vita aliena agũt, non de sua. ¶ Obseruãdum quoque est quod quotidie dicit vt tollamus crucem nostram. Quotidie ferre crucem, est semper animum habere paratum ad crucem, & nulla pati: sine Christi gloria exigeret. Siquidem multa præcepta Christiana ad hanc solam obligant animi præparationem, vt est præceptum de fouendo, & pascendo inimicum, & alia. Ideo Paulus dixit. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circunferentes, vt vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vide quod non dicit aliquando, sed, semper: hoc est, vt quotidie, & omni tempore cum Christo moriamur, sperantes cum ipso resurgere. Igitur is fert crucem suam quotidie, qui se quotidie mortificat, suas affectiones & voluptates negat, se ab hac terrena vita seiungit, &c. Quotidie itaque Christi crucem accipe, & pœnitentiam age. Nam qui propter crimina ducuntur ad suspendium (si sapiunt) nihil aliud curant, quàm animã suã vt pote qui breui exactam dabunt Deo vitæ rationem. Diuitias autem, honores, delitias, nec cogitant quidem. Vult ergo Christus nos horum, qui ad crucem feruntur, factum imitari, vt semper de animæ nostræ remedio

solliciti, nihil terrena curemus: vt qui cito, & exactè ratione vitæ nostræ simus daturi. Verum quia non satis est vt crucem baiules, nisi Christum sequaris, adiungit. *Et sequatur me.* Quia laboriosum, & molestum est seipsum abnegare, & crucem tollere, ad laborem exeruandum inquit quòd sequamur eum: nã in Christi societate omnes labores, & erumnæ fiunt dulces, & suaues. Si thoracem, vel loricam induis rectè & sine molestia incedis: at si super humeros conijcis eam, numis te onerat & grauat. Sic Christus, & iugum eius, qui illud nõ induit sentit onus & grauitatẽ sed qui induit, dulcedinem, & iucunditatem. Ideo Paulus. Induimini dominum Iesum Christum. Et Christus nos vocat, quia si nobiscum vadit omnia nobis fiẽt dulcia, iucunda, & suauia. Obserua autẽ quod multi portant crucem, & diabolus etiam crucem portat & satis graue, sed nõ propter hoc beatus est, nec erit, quia non sequitur Christum. Portant malè crucẽ suam velint nolint: sed dominum non sequuntur. Lassati sumus (dicunt ipsi) in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles. Sed qui dominum sequitur, huic mũdus crucifixus est, & ipse mũdo: imo qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Is maximè attingit euangelicæ legis summam, quæ charitas est, qui maxime contendit Christum amore, factisque imitari, Christus ante oculos inscribitur ex cuius vita viuendi regula sumẽda est. Quapropter aduerte quod quatuor sunt genera hominũ, qui crucem portant. Alij enim voluntariè eam portant, vt pij homines: alij inuiti, vt mundani, & impij, qui & ipsi non sine cruce sunt, sed repugnantes, & renitentes eam portant, quemadmodum Simõ Cyrenæus: alij crucem portant, sed alienam: suam enim fugiunt, & abijciunt, vt hypocritæ: sed alij crucem quidem portant, sed Christum non sequuntur, quin potius diabolum, vt omnes impij. Turgitur vide vt crucem tuam portes, & Christum sequaris: tunc enim sequimur Christum cum eius vitam imitamur. Sic Iacob dixit Esau. Præcedit dominus meus ante seruum suum, & ego sequar vestigia eius: sicut videro parnulos: hicos posse. In libro enim Iudicum habetur quod Abimelech, iudex & princeps terræ præcidit ramum arboris, & posuit in humeros suos dicẽs suis. Quod me videritis facere, facite. Et illi præcidentes ramos de arboribus sequebatur ducem. Sic Christus dux noster & magister, & iudex accepit super humeros crucis arborem, & illam baiulauit, atque in ea pependit. Nunc vero ad suos clamat. Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Ac si diceret quod olim suis dixit Abimelech. Quod me videritis facere, cito facite. O quam bonus Dux & imperator est Christus, qui suis militibꝰ nihil præcipit, quod ipse priꝰ non præstiterit. Sequamur igitur nostrũ Imperatorẽ & Ducẽ, & exeamus, vt ait Paulus, extra castra improperium eius portantes: sicuti Isaac secũ ducebat patrem suum Abraham oneratus lignis, quibus in sacrificium erat coburendus. Si non sequeris Christum dominũ in pœnitentia, & carnis macerationẽ, imitans vitam ipsius: signum est euidens quod nõ sub eius vexillo militam exerces. Sed quam mali sunt qui nomen Christiani habent, sed in vita sunt inimici Christi Iesu, quorum Deus venter est! Horũ sequela Christi est vitijs, turpitudinibus carnis indulgentiæ, & omni generi lasciuiæ, & luxuriæ incumbere, &c. Alij sunt, qui cum audiunt, quæ de cœlo & gloria nunciantur, vel quæ & quanta bona iustis & sanctis Deus in cœlo elargitur, maximè excitantur & impelluntur ad Christi Dei vestigia vrgenda, & ad crucem manum injiciunt, incipiuntq; pœnitentiam agere, & orare & ieiunare: sed pœnitentiæ duritie perterriti, metuq; grauitatis pœnitentiæ percussi, animis fragilitate, & imbecillitate animi ad vitia, & flagitia reuertuntur, crucemq; pœnitentiæ deserere linquunt. Filij Israel audientes fertilitatẽ terræ promissionis præparauerũt se ad pugnam, & ad possidendam eam: sed cum audissent quod ibi erant gigantes robustissimi voluerũt reuertiin Ægyptũ, & etiã ob itineris difficultatẽ cepit populũ taedere. Sic multi audiũt exploratores exli dicẽtes bonamque Deus habet in gloria. Nõne exploratores gloriæ est Paulus, qui ait. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Cum homines audiunt hæc nuntia, maxima afficiuntur hilaritate & gaudio: ingẽ cesq; concipiunt animos ad expugnandam, & obsidendam gloriam ipsis promissam: sed cum audiunt quod arcta est via quæ ducit ad vitam & quod tollant crucem, & Christum sequantur, ob itineris difficultatem & laborem reuertuntur ad Ægyptum: & ad ea quæ sunt mũdi, quæ iam reliquerant. Audiant illi quod Paulus ait. Si fuerimꝰ socij passionis, eri

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, & consolationū. Multi volunt socij esse consolationum, sed non passionū. Multos habet Christus, qui eum sequuntur vsque ad cibum capiēdum: sed paucissimos, qui se ipsos abnegent, & eum sequantur baiulantes sibi crucem. Omnis itaq; qui Christum sequi voluerit, abneget semetipsum & crucem suam tollat. Sed quia alicui molestum & arduū videretur labores & ærūnas vitæ præsentis sufferre, quia naturaliter homines carnē & sanguinem & seipsos diligunt, tollit modo hoc impedimentum dicens. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.* Ac si diceret. Existimatis ne quod quia corpus affligitis, ei nocetis? At fallimini: nam in hac re euāgelica, qui perdit, lucratur: & qui lucrū capit, perdit. Qui corpori indulget, illud destruit: & benefaciendo ei, nocet omnino: nam nutrit illud in gehennam: & è contra, qui illud affligit & castigat nocumentum ei inferendo, ei omnino prodest, & benefacit, nam aliter nutrit illud in gloriam sempiternam. Itaque crucem pœnitentiæ, & ærumnas corporales nequaquā debemus perhorrescere & formidare: nam si vos ipsos diligitis, & amatis, vos ipsos affligite, nam hoc est omnino vobis ipsis prodesse. Qui volunt vitam suam corpoream cōseruare, eique indulgere, nec eam propter me perdere, sicut faciunt qui ne corporis vitam amittant, metu mortis Christum negant, ij (inquam) perdūt corpus & animam simul propter quod igne inferni in sempiternum torquebuntur. At vero illi, qui propter Christum vitam perdunt. & martyrio exponunt eam, & eam Christo domino offerunt, ij lucrantur illam quia in æternum viuent in cœlo: perdere hoc modo, est lucrum facere. Perdidit vitā pro Christo
Act.7. diuus Stephanus, & consecutus est vitā æternam in cœlo. Sic eam perdiderunt Apostoli, & martyres, & oēs illi, qui pro Christo mortui sunt: sed visi sunt oculis insipientium moti, ipsi autem sunt in pace. Sic dixit sanctus ille martyr Machabæus Antiocho tyrāno Regi. Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. Sic ergo perdere animam pro Christo
Roman.8. est saluare: velle animam saluare, est eam perditioni exponere, iuxta illud Pauli. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autē spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Ponit, & constituit Apostolus in vno homine duos homines, quorum alter est homo interior, & alter exterior: vnus est lex spiritus: alter vero est lex carnis: et sunt tam vniti, quòd ambo sunt vna, & eadem res: & tam differentes, & diuersi quod vita vnius est mors alterius: & tam contrarij, quòd vt vnus viuat debet alterum destrui. Et propterea vt vni deturvita, necesse est alterum occidere. Si ergo interficimus hominē carneū, qui est vita hæc corporea perdendo eam cum Christo, in spiritu viuemus, & viuet postea corpus simul cū anima in æternum. Aduerte autem quod anima in scriptura tripliciter accipitur, vno modo pro homine toto, iuxta illud quod in Leuitico dicitur. Anima, quæ obtulerit sacrificiū, id est, *Leuitic.2.* homo, qui obtulerit. Et septuaginta animæ dicūtur egressæ de femore Iacob, & intrasse in *Genes.46.* Ægyptū. In Genesi etiā habetur. Et animas, *Genes.12.* quas fecerāt in Aram: hoc est, seruos, & ancillas, quas emerant dum manerent in Aram. Secundo accipitur pro vita. Sic psalmista accepit cum dixit, Anima mea in manibus meis *Psalm.118.* semper, id est, vita mea semper est in periculo, quia habeo eam in manibus. Et in primo Regū, si quis quæsierit animā meā: quæret & animā tuā. Id est, qui voluerit me occidere, *1.Reg.22.* volet occidere te. Tertio accipitur pro spiritu, & sic in cōmuni vsu accipimus. Sic in Leuitico dicitur. Anima carnis in sanguine est. *Leuitic.17.* Accipitur hic pro vita, & tunc dicitur quod perdere accipitur dupliciter, vno modo pro amittere: alio modo pro destruere, & secūdū hoc est duplex sensus. Primo modo, qui animā, id est, qui vitā saluat hic, & cōseruat, nolens pati aliquod malū, sed frui voluptatibus, perdet eam, scilicet in futuro amittet, quia nō inuenit eā pro gloria, sed pro gehenna. Secundo, qui vult animā suā saluā facere, id est, saluare in futuro, perdet eam, id est, necesse est quod destruat eam in præsenti. Qui enim spō te labores toletant, dicuntur animā destruere, id est, vitam, quia moriuntur in laboribus. Et vtertq; sensus redit ad idem: scilicet, quod non potest haberi simul hic, & in futuro iucūditas: sed necesse est hic, aut illic iucunditate carere. Sed iam homines nihil aliud curant quam animā seruare, & crucē repellere. Tot sunt apothecæ vini generosi, tot delicata, & lauta conuiuia, tot vestes prætiosæ, tot delitiarum inuenta. Nunquid hæc crucem Christi sapiunt? Væ vobis, qui habetis hic consolationē vestrā. Væ his, qui ducunt in bonis dies *Luca.6* suos. Væ his qui in labore hominum nō sunt,

Iob xi. *Psalm.72.* *Psalm.143.* *Sapien.6.* Væ his quibus non est ruina macerię, nec trā situs, aut clamor in plateis eorum. Væ his, qui nunc rosis coronantur, & non est prati quod luxuria eorū non pertranseat. Sanè inuenīūt animam suam nunc, sed in futuro perdent eam. ¶ Obserua autem quod non quomodocunque opus est vt perdas illam, sed propter Christum: ideo dixit. *Propter me.* Non martyrem efficit ipsa mors, sed causa mortis. Etiam se morti obtulit Cosdrus Atheniensium rex, & Curtius ille, qui se misit in hiatum tērræ: at tamen nec ij, nec alij quam plures Romani, & antiqui Gētiles martyres fuerūt: nec quia hanc perdiderunt vitam, aliam inuenerunt, quia non eam perdiderunt propter Christū, sed propter suam vanitatem. Finis, quem habere debemus, cum mundo renuntiamus, & cum carnem frenamus vitamque perdimus, denique in omnibus quæcunque agimus, debet esse Christus dominus: & hic solus finis nostris operibus, & actionibus valorē, & meritum tribuere debet. Et sic Saluator noster magna cura & diligentia, cum agit euangelio de eo quod prestare debemus, loquitur sępissimè de causa, & fine propter quē nostra opera, & actiones fieri debent. De mundi contēptu, & diuitijs dixit. Omnis qui reliquerit pa-
Luc.19. *Matth.5.* trem, aut matrem, aut filios, &c. propter me. Et de persecutionibus ait. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint propter me. Et nunc de mortificatione carnis, & de martyrio loquēs ait, propter me. Docet itaque locus iste omnia quæ facimus propter Christum facere, & quòd nō solum nihil iacturæ est perdere propter Deū, sed lucrosum valdè. Sunt multi, qui se perdere putant quod sibi propter Deum auferunt, nempe quod pauperibus tribuunt, quòd sibi propter ieunia subtrahūt, quòd salutis esse mul-
Roman.8. ta loca scripturæ testantur. Et mirum valdè videtur quod gratissimus sit homo, qui cum decem docuerit, viginti lucretur: & ingratus sis ei, qui te perdendo miseram vitam, & qui vix est vnius die, lucrari te docet sempiternā. Sed procedamus. *Quid enim proficit homo si lucretur vniuersum mundū, se ipsum autē perdat, & detrimentum sui faciat?* Hoc dixit ad tollendum argumentum, quod posset oriri ex præcēdentibus. Nam dixit. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet illā: & è cōtrario, & ita videbatur dari commutatio vitæ pro vita. Et quia magis mouent præsentia, quam futura, quia certiora esse videntur hominibus, quapropter magis velēt homines perdere vitam in futuro, & habere in præsenti, quā perdere in præsenti, & habere in futuro: ideo ostēdit quod bonū illud, quod in futuro expectatur, est valde maius, quam quod in præsenti est: omnia enim, quę hic perdūtur parua sunt: ideo potius debemus perdere bona hęc, quā animam in futuro, quia nullum æquiualens pro anima potest dari. Quod enim lucrum poterit subuenire tam magno dāno? Vnde im *Sapien.5.* pij positi in inferno dixerunt. Quid profuit nobis superuia, aut diuitiarū iactātia quid cō tulit nobis? Obserua quod in hoc significatū est fere fieri non posse vniuersum mundum sine animæ detrimento lucrari. Qui enim volunt *1.Tim.6.* diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Iulius Cæsar, Alexander Magnus, qui ferè totum mūdum subiugauerūt, quid ex hoc lucrati sunt? An non & animæ, & corporis necem? Quam ergo commutationē poterit dare homo pro anima sua? Dū vnius ergo peccata eleemosynis redimimus: cōmutamus lachrymas, contritionem, ieiunia pro *1.Petri.1.* anima nostra. Ille siquidem sanguis redēptio nostra est. Sed post mortem non est pretium, non est commutatio: iam frater nullo nō redimet, redimet homo. Quid habet homo de *Psalm.48.* vniuerso labore, quo laborat sub sole? vanitas *Eccleb 1.* vanitatū, & omnia vanitas. Dormierunt som- *Psalm.75.* num suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarū in manibus suis. Si habueris in sermio & ea plā tua Venerarum thesaurum, & dominus fueris totius orbis quid inde? Nunquid hæc omnia poterunt te à morte liberare? Num ab inferis te reuocabunt, si in peccato ab hac vita decesseris? In rigurosō, & ærumnolo illo mortis conflictu quid proderit Regem aut potentem fuisse, aut diuitijs, voluptatibus & honoribus huius seculi abūdasse? Sed procedam. Forsitan aliquis timore gehēnę, vel attractus gloriæ dulcedine, vellet perdere vitam temporalem, & secūli lucra, sed erubescet habere Christum hominem crucifixum in Deum: ideo subdidit protinus *Nā qui me erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris & sanctorum Angelorum.* Non solum quicunque non crediderit sed qui erubuerit me, hoc est, erubuerit confiteri fidem meam, laudē meā, doctrinam meam & huiusmodi: est enim de necessitate salutis exterior confessio quam amittit erubescens. Intelligo concurrentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dubitis circunstantijs: quia est præceptum affirmatiuum. Erubescere tamen Christum ex suo genere mortale peccatū est: posset tamen propter imperfectionem actus esse veniale, sicut in qualibet transgressione præcepti. Verum multi sunt, & nūc qui erubescunt Christianī esse. Verè nō desunt Nicodemi qui minimè audent confiteri publicè Christū: quapropter venit ad eum nocte. Et sunt quos pudet pietas, & erubescunt esse pauperes Christi, humiles & ministrare pauperibus, & infirmis. Non sic ille, qui dicebat. Non erubesco euangelium, virtus enim Dei est Præterea, multi non erubescunt confitendo per humilitatem sequi Christum. Ideo Ieremias. Confusi sunt quia abominationem fecerunt, quin imo confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Hi quidem qui de peccatis non erubescūt, de Christi humilitate erubescunt: hunc filius hominis erubescet, quia nō cognoscet eum inter suos: abijciet eum à suis, & indignum suis habebit illum. Vnde ipse dominus alibi ait. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Non est, ô anima, tuus sponsus tā ignobilis, quod de eius ignobilitate erubescas. Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terræ. Nec est difformis, quia speciosus forma præ filijs hominum: & candor est lucis æternæ, & splendor gloriæ. Petro videbatur quod erat dedecus Christi vt ei pedes lauaret, sed Christus de hoc se honorat. Sic multi erubescunt seruire Deo in officijs humilitatis. Hodie apud multos Christianos, viuere Christianè, dedecus est. Mira insania. Ipsi pagani fidem Christianā honorabilem reputāt, multi vero Christiani opprobriū reputant. Recordare tu opprobrij quod Christus pro nobis sustinuit, & ne erubescas eum. Si quis viderit Christum in solennitate paschali coram tot nationibus in cruce nudum, paruam reputabit verecundiam quam pro Christo sustineret. Vnde Paulus admonet dicens. Curramus ad propositū nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consumatorem Iesum. Et si hoc satis non est, vt nō erubescas Christum, vide quod maiorem erubescentiam patietis in iudicio. Vnde in Proverbijs dicitur. Quod timet impius veniet super eū. Et Iob. Qui timet pruinam, veniet super eum nix. Et Ieremias. Confundentur vehementer: qui non intellexerūt opprobrium sempiternum, & ignominiam æternam, quæ nunquā obliuione delebitur. Et iterum. Dabo vos in opprobriū sempiternū, & in ignominiā æternā, &c. Tūc enim Deus ridebit de morte eorū. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, &c. Obserua autē loquēdi modū. Primū de se loquitur, cum ait. Qui me erubuerit: deinde tanquā de altero loquens, ait hunc filius hominis erubescet quia scilicet ad iecturus erat, cū venerit in maiestate sua & patris: vbiq; nos docēs cum magnifice quicquā dicturi de nobis sumus, oportere id omni cū modestia fieri, & semper fugiendā esse iactantiā. Sic Paulus post multa bona ait. Non ego, sed dominus. Et alibi cū diceret reuelationes, & scientiam, tanquā de alio loquens ait. Scio hominem ante annos quatuordecim raptum huiusmodi vsq; ad tertiū cœlū, &c. Aduerte autē ꝙ metaphorica est hæc locutio, sicut dicitur Deus irasci, quia Christus nō erubescet in die iudicij sed erubescet quoad effectū. Sed quia ardua erāt, quæ Christus dixerat de abnegatione sui, & crucis baiulatione, consequēter promissione quadā solatij, & remuneratione ad illa inducit dicens. *Dico autem vobis verè sunt aliqui hic stantes: qui non gustabūt mortem donec videant regnum Dei.* Non solū vt cōsolaretur suos hæc dixit, sed etiam ne quis putaret hæc vana esse, quæ de maiestate dicit, & de patre, & de angelis, certo affirmat aliquos ex suis auditoribus non visuros mortem, nisi prius videant regnum Dei, quod jam iā maiestatem dixerat. Loquitur tamē de transfiguratione sua post paucos dies futura, quia in trāsfiguratione monstrata est quædam species regni Dei. Et hoc dixit pro Petro, Iacobo, & Ioāne qui post hæc, vt statim sequitur, viderunt Christum transfiguratum in lumine, & claritate, in summitate montis Thabor. Vide quomodo Christus non vult omnia præmia, quæ dat suis remittere in aliam vitam. Cognoscit fragilitatem nostram, & vult nos consolari in hanc vita. ¶ Expēde etiam ꝙ bene dicit quod sunt aliqui hic stantes. Si volumus mortem non timere, stemus vbi Christus est: vita nostra Christus est, & ipsa est vita, quæ mori nescit. Nō ergo satis est stare, nisi vbi Christus est, stetur. Soli illi non gustabunt mortē, qui possunt stare cum Christo. Præterea gustare mortem dicit, & non mori, quia pij non moriuntur sed gustant mortem, quia fere nō sentiūt eam: nam sicut qui solum dapes prælibat, nō vero comedit, nec in stomachū mittit: sic iusti maxima cum dulcedine moriūtur, & transeunt ex hac vita non sentientes mortem. Iniqui mortem comedūt, at vero boni tantummodo gustant: & quā citissimè pertransit per bonos mors: & ipsam mortem viuunt in æternum. Sed iam nunc scribit noster euangelista Lucas quod modo dixit, quod non essent aliqui gustaturi mortem, donec videant regnū Dei, ideo subdit dicens. *Factum est autem post hæc verba fere dies octo, & assumpsit Petrum Iacobum, & Ioannem, &c.* Mos est ducum, & Imperatorum suis militibus in memoriam reuocare diuitias spoliorum illius prouinciæ quā expugnare volūt, vt milites animos adsumāt ad prælium, cupiditate spoliorū allecti & inflammati. Non aliter Christus dominus, cum suis Apostolis dixisset, Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucē suā, &c. Hoc enim totū est laboriosum & nimis durum corpori nostro mortali, & passibili: ne examinentur, & deficiāt propter hos labores, ostendit eis modo præmium magnum, quod consequentur in gloria illi, qui se ipsos abnegauerint, & crucem pœnitentiæ acceperint. transfigurās se in monte, & ostendens gloriā suam coram tribus discipulis ex precipuis significauit illis, quod sic videbunt Christum Iesum transfiguratum, & gloriosum in cœlo, qui in hac vita sumerent crucem pœnitentiæ super humeros, & cum sequerentur: ostendēs eis diuitias spoliorum cœlestium, vt animos præstantes concipiant exhortatur, & animū eis addit & vim, vt possint quoscunque perferre labores (quanuis ingentes) Hæc cogitatio tantam vim & robur addebat Paulo apostolo, vt diceret in secūda epistola, quam Corinthijs scribebat. Propter quod non deficimus, sed licet is, &c. Id enim quòd in præsenti momentaneū est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū gloriæ pōdus operatur in nobis, nō contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videtur, temporalia sunt; quæ autē nō videtur æterna sunt. Et rursus in alio loco ait. Nō pugno quasi in incertum sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Et ad Timotheum. De cætero reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Ostēdit ergo Christus Iesus discipulis suis indiciū quoddā seu adūbratam quandam effigiem gloriæ quam possidebunt, & habebunt in cœlo: vt sic bene spērare discant, nec deficiant in laboribus vitæ ptęsentis in memoriam reuocantes magnum præmium & retributionem, quam sperant.

Ioann. 3.
Roman. 1.
Hieremi. 8.
1. Reg. 2.
Prouer. 31.
Psalm. 44.
Sapien. 7.
Ioann. 13.
Hebre. 12.
Prouer. 10.
Ioh. 6.
Ierem. 20.
Ieremi. 51.
Prouerb. 1.
1. Cor. 15.
2. Cor. 12.
Corint. 9.
Tim. 4.

¶ Præterea loquutus de passione ducit illos ad transfigurationem, quia passio Christi via est ad gloriam, per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Amplectamur Christi crucem in hac vita, si volumus Christum in gloria videre. Igitur quia res valdè notabilis est mysteriū hoc transfigurationis dominicæ exprimit euangelista tempus, personas, & locum in quo accidit, tanquam res memoratu digna. De tępore sic ait. *Factū est autem post hæc verba ferè dies octo.* Alij euangelistæ dixerunt, post sex dies, sed nulla est repugnātia, quia hic inclusiuè loquitur Lucas: alij vero exclusiuè. Illi enim loquūtur de sex diebus intermedijs: Lucas autem diem illū, in quo dixit illa verba, & diem trāsfigurationis includit. Vide quomodo Christus nō tardat implere quòd ꝓmisit. Dixerat enim apostolis quod aliqui eorum non essent morituri donec prius viderent regnum Dei, loquēs de sua transfiguratione gloriosa: sed nunc ꝙ promisit impleuit. Non debuit inter promissionem, & impletionem promissi nisi modicum temporis spatium interuenire, scilicet vnius septimanæ. Vtinam nos sic seruemus, quæ promisimus Deo, & sic opere adimplea mus fidē quā ei dedimus in baptismo quod videlicet ei seruire, & dæmonis operibus renūtiare deberemus, sicut Christus adimplet promissa. At cum Deus tam fideliter promissis ster quod prius cœlum & terra transibunt, quam verba ipsius: nos è contra passim frangimus fidem quam ei dedimus. Sed de his aliàs. Qui autē fuerint cū Christo in hac gloriosa transfiguratione, insinuat euangelista dicēs. Et assumpsit Petrū, & Iacobū, & Ioānem. Iacobū hūc fuisse fratrem Ioannis & filiū Zebedæi, qui Iacobus maior dicitur, nemini dubium esse oportet cum id expresse dicat Matthæus. Solet enim scriptura, quæ in vno loco dimisit, in alio supplere. Fratres Ioseph dixerunt in Ægypto. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animę illius dum deprecaretur nos: & non audiuimus. Non tamē legimus quod eos deprecatus fuerit quando eiecerunt eum in cisternam: neque quando vendiderunt illū: sed scriptura supplet in vno loco, quod dimisit in alio: certum est enim quòd Ioseph deprecabatur illos. Multa sunt alia loca, quæ alibi memini me adduxisse ad hoc propositum ex scriptura. Itaq; vnus euangelista declarat sæpe aliū & dicit vnus ea, quæ alius prætermi

Actor. 14.
Luca. 23.
Matth. 17.
Genes. 42.
Genes. 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit. Quapropter in interpretatione vnius euã
gelistæ meminisse semper oportet illius Au-
gustini dicti quod videndũ est quid alij euan
gelistæ de illa re dicant, cum sæpe vnus decla
ret aliũ, & suppleat, quæ alius dimisit. Sic in
Matthæo legimus quod Iesus dixit Petro. An
tequã Gallus cantet, ter me negabis. Hoc in-
telligere non poteris, nisi Marcum consulas,
cuius sunt verba. Priusquam Gallus vocẽ bis
dederit, ter me negabis. Intelligendus est er-
go Matthæus ante quam Gallus cantet id est,
antequam desinat canere, vt absoluat cantũ
suum, ter me negabis. Solet enim Gallus cir-
ca mediam noctem, & manè cantare. Et ad
hunc sensum facilè trahitur quod Lucas, &
Ioannes dicunt. ¶ Aduertto autem quod, vt
posit pauca dicemus expediens fuit vt Chri-
stus transfiguraretur, & quod essent testes ip-
sius transfigurationis, etsi omnes apostolos se
cum adduceret cum hoc oportebat vt in se-
creto esset vsque post resurrectionem, & ali-
qui eorum essent imbecilles, non expediebat
vt omnes viderent Christum trãsfiguratum.
Secundo nõ expediebat quod Iudas videret
hãc transfigurationẽ iuxta illud Esaiæ. Tollat
impius, ne videat gloriam Dei. Si Iudas hanc
gloriã videret, fortè secretũ quod oportebat,
nõ seruaret; & etiã ei maius supplicium, & pœ-
nam afferret cum se damnatũ videret, & glo-
riam quam perdidit, cum vidit Christũ trãsfi
guratum in monte. Et sic Christus misericor
diter cum eo egit celãdo ei gloriam, qua frui
non debebat. Si autem alios vnde cum secum
in montem duceret relicto solo Iuda in con-
valle, esset scandalũ notabile Iudæ, & obmur-
muraret, & affligebat Christus occasionẽ scan
dali dedisse oportebat quod esset sufficientes
testes huius transfigurationis, & quod nõ ora
nes essent Apostoli sed aliqui. ¶ Sed cur tres
Apostolos assumpsit, & nũ plures, aut pau cio
res? Hyp. adimplere legem, quam ipse fecerat.
Nihil enim fecit Christus casu, sed omnia fe-
cit magno consilio. Dedit enim legem, & in
ea dixit, In ore duorum, vel trium stat omne
verbum. Et hanc legem vult Christus seruã-
te. Sed cur hos tres potius adduxit, quã alios? Chrys hom.
Primo, vt Chrysostomus ait, quia isti excel- 57 super
tiores erant aliis. Scit Christus vnũquemque Matthæ.
iuxta merita tractare, & secũdum rationem,
& iustitiam laudare. E contra mũdus, qui Iu-
dam in montem erigit & extollit, & Petrum
in conualle relinquit. Malos dignitatibus, glo
ria, & diuitijs cumulat, & in montes euehit

Augusti de agone xpiano cap. 11. & 12.

Matth. 26. Mar. 14.

Esaiæ 26.

Deute. 17.

dignitatum: bonos vero in angulis inclusos
sinit, & prætermittit, & dedecore, ignomi-
niaque maxima afficit. In curijs regũ, & prin-
cipum plus fauor, quàm virtus, valet: pluris
diuitiæ & pecuniæ, quam iustitia, æstimatur.
Qui apud reges fauore, & autoritate pluri-
mum pollent, nolunt sapientes, & probos ho
mines ad reges aditũ habere. Maximè enim
timent quod si à regibus cognoscantur, ma-
ioribus afficiantur honoribus, quàm ipsi. Et
propterea alios quærunt ignobiliores se, insi-
pientes scilicet, & stultos, quos sibi submittere
possint, vt hoc modo dignitatem, & fauorem
suum conseruẽt. Et hoc est causa cur semper
ostium claudatur viris insignibus, & prudẽ-
tibus & reseretur stultis, & imprudentibus, nã Daniel. 4.
sic grati regibus melius se conseruant. In ar-
bore illa quam vidit Nabuchodonosor, aues
superuolitabant, bestiæ vero sub arbore incu-
debant. At vero nunc videmus bestias, hoc
est homines bestijs similes, & vitijs deditos,
ac stultos sicut bestiæ, collocatos super fron-
des arboris, & dignitates, diuitias, imperiũq;
obtinere: bonos vero & sapientes, qui sicut a-
ues, suis ingenijs maximè in altum efferun-
tur, hos (inquam) demissos & abiectos, & ab
omnibus conculcatos & contritos cernimus.
De istis Salomon dixit. Sicut qui mittit lapi- Prouer. 26.
dem in acervum Mercurij: ita qui tribuit in-
sipienti honorem. Gentiles, qui vanè colebãt
idolum Mercurij, vnusquisque secum fere-
bat lapidem in honorem Dei sui. Ergo, sicut
qui idolum colit, sustinet honorem quẽ Deo
debet, & idolo impiè defertur ita qui honorat,
& dignitatem tribuit insipienti, est tanquam
idolatra, qui furatur honorem debitum sapiẽ
ti, & eum applicat stulto, qui similitudinem
& effigiẽ refert idoli quod nec intelligit, nec
audit, quamuis autem oculos & manus habeat.
Sic de illis ait Zacharias. O pastor, & idolum Zachar. 11.
derelinquens gregem, &c. Sic tribuere hono-
rem insipienti, est mittere lapidem in acervũ
Mercurij. In Hebræo autem habetur, sicut
qui ligat in funda lapidem, sic est, qui dat stul
to gloriam. Lapis natura sua deorsum fertur,
quia omne graue appetit deorsum rendere.
Atsi ponas eum in fundibulo, propter vim
brachij illi impressam, ascendit per aërem cõ-
tra suam naturam, veluti si esset aues. Sic nec
stultus, nec improbus homo ad ascensum, &
imperium nati sunt: nec ad gubernationem
aliorum procreati: attamen tanta est vis, & Iob. 39.
robur fauoris, & nummi vt contra omnem
natura-

naturalem rationem volent, & imperẽt, quos
potius decebat subditos esse, & alijs parere,
omnibusque demitti. Sic videbis stultum ani-
mis elatum & erectum. Quid stultus ille, cũ
sit velut lapis insensibilis sine mente, & iudi-
cio superuolitat? Extulit & erexit illum vis fa
uoris: habuit in curia brachium: & quia corã
rege, aut coram summo pontifice habuit bra-
chia tam altè ascendit, cum reuera esset sicut
lapis grauis, & immobilis. Sed non sic Chri-
stus, imo vero aliter, nam meliores, & magis
benemeritos in altum euehit, & ad gloriam
montis extollit relinquens cæteros in valle.
¶ Secundo assumpsit hos tres, quia tempore
prospero debent homines se parare ad tem-
pus aduersum, & similitum. Hi tres erãt visu- Matth. 26.
ri Christum trembundum in horto tempo-
re passionis, & ne tunc scandalizarẽtur in eo
propter carnis infirmitatem, ostendit modo
gloriã suã, vt tũc non diffidant. Et sic modo
voluit eos præmio præuenire, quod eis esset
daturus in retributionem laboris quem pro-
pter Christum pati debebant. Nam si diuus
Petrus (cum tamen ante vidisset hanc glorio-
sam transfigurationem) cum negauit in pas-
sione, & omnes illi scandalizati sunt in eo,
quid quæso fecissent nisi hæc diuinitatis signa
vidissent? ¶ Tertio assumpsit hos tres, quia erãt
arcanorum obseruatores, & necesse erat cu-
stodire, & celare mysterium transfiguratio-
nis vsque dum Christus resurgeret, sicut Chri
stus iis tribus præcepit dicens. Nemini dixeri
tis visionem hãc, donec filius hominis à mor- Matthæ. 17
tuis resurgat. Erant ij discipuli maximè secre-
ti obseruatores. Aliquos homines videbis,
qui sunt veluti cribrum, & vannus, quæ tota
aquam inficiam, effundit: sic ij nullum non
secretum manifestant. Inquit Plinius, & Po-
ponius Mela quod in Palestina est quidam
lacus, in quo quicquid proijcitur, supernata-
tat: non vero submergitur. Sic ij nihil in intri-
mam sui cordis partẽ proijciũt, & immũ:
imo vero arcana, & secreta omnia patefaciũt.
¶ Obserua autem quod Christus corã paucis
transfiguratus in monte, & paucis ostẽdit glo
riam suam: ignominiam autem ostendit in
mõte coram multis gentibus in sua passione
publicè, & in die paschæ. Similiter quãdo vo-
luit Deus dare legem in monte Sina, & osten
dere gloriam suam, solus Moses ascendit cũ
Deo, & præcepit ne vllus homo ascenderet,
nec iumentum accederet ad montẽ. Sed nos
superbè agimus ostendentes omnibus si quid

gloriosum, si quid laude dignũ habemus: infir
mitates autem, & defectus nostros abscondẽ
tes, & celantes. Si quis nobilis est ex parte, ac-
cipit cognomen patris. Quod si nobilior est
ex parte matris, relinquit cognomẽ patris, &
accipit matris, imo in prouis quærit cogno-
men aliquod honorificum & illustre, &c. Lo
cum autem transfigurationis ostendit euãge-
lista dicens. *Et ascendit in montem vt oraret.*
Hic mõs dicitur Thabor, distans à Naim per
septem milliaria, & per decem à Nazareth: ia
cet ad orientalem partem cuiusdam amplissi
mi agri, solus, absque eo, quod aliquis alius
mons sit iuxta illũ per quatuor, aut quinque
milliaria. Latitudo eius à meridie ad Septen-
trionem excurrit: & sic per has partes ad me
ridiem protenditur, vt super planiciem illã
exædificatus videatur, ita vt sine labore, aut
defatigatione aliqua possit quilibet ad eum as-
cendere. Est editissimus amplus, & æqualis,
& taliter proportionatus, vt nec terræ pugil-
lum habeat, quin ei proportionẽ suam & æqua
litatem admiti. In hunc montem excelsum
seorsum ascendit Christus vt oraret: docens
nos, quòd si eos sequestratus à turbis, & ne-
gotijs secularibus aptus esset orationi. Sic Mosi ap- Exod. 3.
paruit dominus in rubo in monte Dei cum
minasset gregem ad interiora deserti. Simili-
ter in mõtis altitudine suscepit legẽ, & Agar Exod. 15.
in solitudine vidit angelũ domini. Sic etiam Genesi. 21.
Heliæ apparuit angelus in monte, & cibauit 3. Reg. 19.
illum. Et Christus sæpe montem ascendebat
ad orandum. Mons igitur, & solitudo, locus
aptus est ad diuinas apparitiones, instructio-
nes, & contẽplationes. ¶ Obserua autẽ quod Orig. hom.
hic ascensus in monte, cũ affirmatiuo inscrip- 15. in Gene.
ta de personis virtute prædictis, semper (vt Ori
genes ait) intelligitur ad maiora bona. Filij Ia
cob quãdo prima vice ascenderunt de Ægy-
pto in Canaam ad patrem suum Iacob cum
triticũ, nõ dicit scriptura quod ascenderunt,
sed quod fuerunt, ait enim. Portantes fru- Genesi. 42.
menta in asinis, profecti sunt. Sed secunda
vice postquam venerunt in Ægyptum, quã-
do reuertebantur in Canaam dicit scriptura
quod ascenderunt de Ægypto & venerunt
in terram Canaam. Cur hoc? quia prima vice Genesi. 43.
tenebatur Simeon in vinculis, & afflicti erãt
atque ideo non dicit, ascenderũt in Canaam
sed cum secunda vice reuertebãtur gauden-
tes ibant, & ad nuntiandum patri quomodo
Ioseph viueret, & dominaretur in omni terra Matthæ. 5.
Ægypti. Sic Christus daturus legem ascen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit in montem, vidēs enim turbas ascendit in montem, & docebat eos. Cum satiauit turbā ex duobus piscibus & quinque panibus ait Ioannes quod subijt in montem Iesus, & ibi docuit, & dedit manducare. Ascendit etiam in crucem, & mundum redemit, ascendit etiā in ascensione, & dedit dona hominibus. Ascēdisti in altū (ait egregius psaltes) cœpisti captiuitatem, dedisti dona hominibus. Itaq; semper ascensus est ad faciendum aliquid bonū: sicut hic ascendis vt gloriam suam ostenderet discipulis. Itaque ascensiones Christi sunt vt faciat bonum, & aliquid boni impartiatur. Sed non sic ascendunt homines, nam multi ascendunt, sed non ad benefaciēdum, sed ad nocendum: & ad suum damnum, & detrimētum. Ad suum nocumentum oriuntur alæ formicis. Quàm plurimos vidimus honestos, humiles, & virtute præditos: postquam vero ad honores & dignitates sunt promoti, eos vidimus elatos, tumidos, vanos, tyrānos, denique insanos. Multi infernum sunt detrusi, qui forsitan, non eo descenderent, nisi prælati crearentur. Multi etiam sunt in inferno, qui si pauperes fuissent agricolæ salutem consecuti essent. Et quia mercaturam exercuerūt vsurisque & negotiis se tradiderunt hic diuites facti sunt, & tandem fuerunt dānati. Saul bonus erat, & humilis, postquam autem regia dignitate, & imperio se vidit exornatum, superbus effectus est, & damnationis pœnam incurrit. Dauid quoque qui sū affligeretur, & persequeretur bon⁹ erat, nec voluit occidere inimicū suū cū posset, postq̄ se vidit euectū & dignitate condecoratū, adulter fuit, & Vriā iussit interfici, populumque numerari. Sed tamen videmus quod quanuis ascensus tanto-perè sit periculosus, omnes tamen ascendere niruntur: omnes gubernare cupiunt, honorari, ac magnifieri. Aduerte ergo quod si ascendis, tanquam Christus ascendas, vt benefacias, non autem vt noceas, nec vt inique, & turpiter vigas, nec vt elatè incedas. ¶ Præterea obseruandum est, quod in montem excelsum adduxit hos tres discipulos, vt gloriam suam illis ostenderet: vt doceat omnes qui hanc videre desiderant, non infimis iacere voluptatibus, non illecebris capi carnalibus, nō terrenis adhærere cupiditatibus: sed æternorum amore ad superna semper erigi: & Angelicæ munditiæ, pietatis & pacis, & dilectionis, & bonitatis, & iustitiæ vitam, quantum mortalibus possibile est, semper imitari debere, iuxta illud Apostoli. Conuersatio nostra in cœlis est. ¶ Tertiò, vt frui possimus visione gloriæ debemus in montem ascendere: nam nisi quis exaltetur, non est dignus diuinis cōtemplationibus. Moses solus in montem ascēdit ad recipiēdam legem: at populus tanquā carnalis, mansit ad montis radices. Oportet in altum ascendere, & affectus penitus euellere, & desideria nostra extirpare & à terrenis, & infimis abducere, & super omnia, quæ mundi sunt ascendere, taliter, quod omniū terrenorum domini efficiamur, nec ijs seculi rebus subiaceam⁹. Quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā: hac via sternitur nec tibi difficile & arduum fiat, quandoquidem Deus præit. Ascendere aduersō itinere, laboriosum sanè est: sicut Paulus ait, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. In Canticis legitur, quod Salomō fecit ferculum, columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum, sed ascensum fecit purpureum. Vide quod per sanguinem debes ascendere ad montis verticē, & ad gloriæ requiem, & tranquillitatem: & quod si nunc non sunt martyria, est tamē tui-ipsius abnegatio, & tuæ proprię voluntatis, & sic ad cœlum debes ascendere. ¶ Denique in montem ascendit, & trāsfiguratur, vt doceat quod non est quærenda gloria in valle huius mundi, sed in cœlo. In illo monte quærenda est gloria, in quo beneplacitum est Deo habitare: sursum corda habētes. Multi enim sunt qui viuunt vitam terrestrem, qui semper cogitant terrena, qui semper loquuntur aut de diuitijs, aut honoribus, aut delitijs. Sunt vero qui viuunt vitam cœlestem, vt qui cogitant quomodo placeant Deo. Hi, qui sic viuūt gloriabūtur in mōte. De his Dauid inquit. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondit, dicens. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam. &c. Per innocentiam manuum, intelligit opera bona. Sunt bona opera, sed sordida. Das eleemosynam propter vanam gloriam, opus sordidum est. Dicis missam in peccato mortali: op⁹ est sordidum, non prodest ad gloriam. De istis operibus ait Esaias. Vniuersæ iustitię nostræ tanquā pannus menstruatæ. Opus innocēs, est opus optimis circunstantijs vestitum, vt eleemosyna propter Deum, & missa in statu gratiæ celebrata. Ait, Et mundo corde, cor mūdum, id est alienū ab omni cōcupiscentia, à cōcupiscē-

Ioan. 6.
Psal. 97.
1. Reg. 9.
1. Reg. 24. & 26.
2. Reg. 11.
2. Reg. 24.
Philip. 3.
Exo. 19.
Psal. 67.
Psal. 83.
Esai. 64.

tia delitiarum, & auaritiæ, &c. Non enim sat est abstinere à malis operibus nisi abstinea-
Augu. li. de diligen. Deu. cap. 13. mus etiam à malis cogitationibus. Addidit. Qui non accipit in vanum animam suam. Ac-
cipit animam in vanum, qui nō accipit eā in illud, ad quod accepit eam. Creatus est homo (ait Augustinus) vt summum bonum intelligeret intelligendo, amaret: & amando, possideret: & possidendo, frueretur. Si circa Dei amorem, & cognitionem versaris non accepisti in vanum animam, aliàs in vanum accepisti illā. Quartò ait. Nec iurauit in dolo proximo suo: ideſt, vt non decipiat proximū. Decipiūt proximum, qui in dolo iurant fallum, vt mercatores, & vendentes, & homines bifrontes, qui aliud coram te dicunt, & contra tium cū absens es. Isti grauius sunt puniendi quàm fures, & latrones, quia illi auferunt pecuniam: & isti famam, & honorem, qui multo pretiosior est. Si ergo vis ascendere in mōtem domini, & in locum sanctum eius, & ibi videre Christum gloriosum, & transfiguratum: opus est vt habeas istas quatuor conditiones. Sed ad contextum. *Et factū est dum oraret species vultus eius altera.* Orans, transfiguratus est, quia in oratione transfiguramur ex bestijs in homines: & oratio non est nisi medium vt transfiguretur homo in Deum, Ideo
39. Iob. Nunquid ad præceptum tuum elevabitur accipiter, & c. quatit alas ad aerem, & est ibi ingemiscens, & suspirās. Sic renouatur homo interior, & spoliatur homine veteri peccati, luce diuina illustratus. Trāsfiguratur in oratione & contemplatione ex superbo, in humilem: ex inuido, in charitatis amatorem & fectatorem, & c. Et transformatur ex homine in
34. Deum. Sic filii Israel non poterant videre faciem Mosi, quia erat splendida facies eius ex domini consortio. Reuertebatur transfiguratus & resplendens. ¶ Porrò transfigurari est figuram mutare, quæ dupliciter accipitur. Primo modo accipitur figura pro qualitate resultante ex terminatione lineamentorum, & cō sideratur in superficie corporis, & est de quarta specie qualitatis, quæ vocatur forma: & isto modo nō potest aliquid transfigurari, nisi mutet lineamenta. Alio modo accipitur pro habitudine eorum, quæ exterius apparent in homine, siue sit dispositio in corpore, siue in vestibus, siue in vtroque. Et isto modo dicitur aliquis transfigurari, quando mutatur color eius vel aliquæ qualitates de his, quæ apparere possunt, non facta mutatione aliqua in qua-

tirate, nec in lineamentis. Sic etiam transfiguratur aliquis, quando mutat vestes, & accipit alias omnino distantes in figura, & colore: quia tunc homo non cognoscitur, & putatur esse alius, sicut si vere figurā mutasset. Primo modo Christus non est transfiguratus, quia semper tenuit quantitatem sui corporis, & figuram corporis humani, ita vt ex figura sua solita posit cognosci quod ipsemet erat. Sed secundo modo transfiguratus est, quia fuit facta quædam mutatio in eo tam ex parte corporis, quam ex parte vestium: nam color vultus eius apparuit nitidior, & resplenduit sicut Sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Et istud dicitur transfigurari, quasi aliam haberet figuram. Non tamen mutatus est vultus eius ad aliam figuram, sed ad aliā qualitatem lucis, vel fulgoris. Hanc mutationem vocat hic noster Lucas alterationem speciei, quia dicit quod facta est species vultus eius altera. Non dicit, alia, sed altera: quia nō fuit alietas substantiæ, sed alteritas superueniens gloriæ: gloria enim non tollit, sed perficit naturā. Ideoque facies Christi non fuit variata, nam manente veritate carnis, & eadem figura corporis Christi, claritas ista superuenit: quæ quidem claritas fuit vera corpore perceptibilis, in corpore Christi verè existens ad ostensionem claritatis, quam promiserat in sanctis post resurrectionem esse futuram. ¶ Obserua autem quod hæc claritas trāsfigurationis, & resurrectionis, siue glorificationis, in tribus cōueniunt: in tribus verò differunt. Conueniunt primo in substantia, quia eadem claritas substātialiter est vtraque. Sed differunt perfectione, quia claritas gloriæ perfectior est, & maior. Secundò conueniunt in existentia, quia vtraque vera claritas est: differunt autem quia claritas gloriæ habet esse permanens, claritas autem transfigurationis in transitu fuit. Tertio conueniunt in subiecto: vtraque enim est in corpore hominis, naturā eius non trāsmutans substantialiter: differunt autem quia corpus subiectum claritatis transfigurationis est corruptibile, claritas autē gloriæ est in corpore incorruptibili. Gloria hæc corporis nihil aliud fuit, quàm quædam redūdantia, quam anima corpori communicauit. Ad quod sciendum est quod anima Christi in suæ conceptionis instanti, fuit vnita verbo, & Deum vidit, & gloria plena fuit. Attamē hac animæ gloria nequaquam corpus fruebatur, nec anima corpori eam communicabat: nam

si cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si corpus huius gloriæ particeps fieret, esset impassibile, nec moreretur. Ergo vt Christus posset nos redimere, erat hæc animæ gloria detenta, & repressa, absque eo quod corpori communicaretur. Cum filij Israel in terram promissam proficiscebãtur, necessario transire debebant mare Rubrum, in quo eis dominus singulare cõtulit beneficium. Nam vt siccis pedibus transirent, impetus aquarum retrocesserunt contra propriam inclinationẽ & naturam, vt populus pertransiret. Sic etiã necessarium fuit, quod (vt dominus Iesus moreretur, & pateret pro nobis) animæ eius gloria retrocederet, & se colligeret, nec se corpori communicaret: nam si corpori se communicaret, nõ poterat sanè mori. In anima Christi erat portio superior, & inferior: secundum superiorem Deum contemplabatur, Deoq; fruebatur, & ad eum habebat respectum, & secundum inferiorem habebat respectũ ad creaturas. Secũdum superiorem minimè patiebatur: at verò secundum inferiorem sic, & dicebat. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Habet se hoc negotium portionũ animæ Christi ad modũ illius quod agitur inter clericos habentes beneficia ecclesiastica, & bona patrimonialia: nam de bonis & redditibus ecclesiasticis decimas non solvũt, at vero de patrimonialibus sic. Eodem modo Christus secundum bona superioris portionis, decimas non soluebat: secundũ bona inferioris, sic. Quod si gloria animæ in corpus resultaret, pati non posset, & sic passio eius impediretur, & nostra redemptio: & sic mirabiliter repressa fuit animæ gloria, ne in corpus resultaret. Nõ tamen obiit miraculosè passus fuit sed naturaliter fame, siti, & frigore laborauit, &c quẽadmodum cæcus ille, cui Christus dominus oculorum lumen, & splendorem tribuit, qui cæcus à suæ vitæ initijs & exordio extitit: qui & si per miraculum visum recepit, tamen postea per naturã cuncta prospiciebat. Sic Christus naturaliter patiebatur, quamuis miraculo non carebat, ipsam animæ gloriam in corpus non emergere: nam si gloria corpus ipsum afficeret, & imbueret, Christus minimè flagella, clauos, &c. persentiret: nam vsq; adeo ipsa delectaretur gloria, qua perfruebatur, quod his corporis sui pœnis, nequaquam commoueretur: illa enim, quæ summam afferunt voluptatem, & iucunditatem, solent efficere plerumque non solum ne suaui aliarum rerum delectabilium gustu teneamur, sed etiam nõ dolorem & cruciatum rerum asperarum sentiamus. Diuo Tiburtio incensæ pœnæ, rosæ purpureæ videbantur. Mosestanta capiebatur voluptate dum Deo in monte familiariter vtebat, vt per quadraginta integros dies famis cruciatu nequaquam opprimeretur vel xareturq;. Hoc idem Paulo accidit, qui Damasci tribus diebus, & tribus noctibus mãsit absque cibi, & potus sumptione, intentus totus rebus diuinis, conspiciensque diuinis numinis fulgentissimam speciem & naturam, Adamus in ipso somno, quem Deus in artubus ipsius profundè immisit, magnas cœlestiũ arcanorum habuit præsentiones, & notitias: quo facto est, ne coalescente ablationem ex qua constitit Eua, sentiret. Hic est præcellens ille beatorum status, quos nullo modo huius miseræ vitæ pœnæ conturbant, aut aliquo mœrore vel tristitia miserabiliter, & luctuose conficiunt & contorquent, non solũ quoad ipsam animam, sed nec quoad ipsum corpus: nam ipsa animæ gloria corpus etiam ipsum mirificè complet. Quod vsque adeo verum est vt si vnus beatorum cum gloria quam habet infernum ingrederetur, & in medio pœnarũ, quæ illic malis irrogantur: constitisset, fruitio illius beatitudinis, quam possidet, sufficeret ei pœnarum molestiam & angorem auferre penitus. Hoc ergo maximo priuilegio caruit Christi anima, quæ cum primo temporis momẽto, quo fuit condita beata extitisset, quoad superiorem portionem, & quoad inferiorem, nequaquam: imo in cruce habuit maximum dolorem & corpus ipsum adeo nudum illius animæ gloria erat, vt ne minimum quidẽ haberet, & ideo patiebatur pœnas. Sed in transfiguratione anima, corpori, gloriam hanc, quã repressam habebat, communicauit: & resplẽduit facies eius sicut Sol, & vestimẽta eius facta sunt alba sicut nix. Itaque in transfiguratione nouum non extitit miraculũ, imo vero antiquum miraculum fuit dissolutum. Vnde, vt Augustinus ait in epistola ad Dioscorũ, claritas corporum in gloria beatorum procedet ex beatitudine animæ: sicut laterna ex natura sua est opaca, sed si intromittitur illic lucerna, incipit splendere, non luce sua, sed lucernæ intro existentis. Ita corpora nostra tenebrosa sunt, lucebũt tamen in die iudicij, nõ luce propria, sed luce animæ intra corpus inexistentis, & ita hic in transfiguratione resplenduit corpus Christi, nõ ob aliud, nisi quia anima erat beata & illa retinebat gloriam suã ne redundaret in corpus: sed hodie soluit repressionem ad tempus, sicut qui obstruit aquæ ductus alicuius fontis ne exeat aqua, & postea soluit. Gloria itaque animæ redundauit in corpus, & hoc ad tempus, & per modũ qualitatis, non quidem permanentis, sed transeuntis: ideo corpus Christi non fuit beatum, sicut nec Paulus in raptu, quamuis viderit diuinam essentiam. Et fuit in hac gloriosa transfiguratione tanta claritas corporis, quod ait Euangelista, quod factus est vestitus eius albus, & refulgens. Data fuit vestibus Christi miraculosè quædam qualitas ad modum albedinis vetimanentis. Et cum isto colore fuit quidam fulgor, vt esset ille color quasi radios quosdam nitoris mittens. Nam colores participant lucem, & quanto fuerit color perfectior, participat magis de luce, quousque veniat ad emissionem quandam radiorũ. Matthæus dicit quòd fuerunt vestimenta alba sicut nix: quia nix habet excellentiam quandã, quia non solum habet albedinem intensam, sed etiam propter magnitudinem lucis participatæ, radios aliquos emittit: & ideo oculos offendit, & ob hoc nix non solùm dicitur alba, sed etiam splendens. Alia etiam sunt albæ quæ non habent splendorem: sed quia Christi vestimenta alba fuerunt & splendida, assimilata sunt niui, quia fuit ibi albedo radiosa. Totum itaque corpus fuit gloriosius, vsque ad vestimenta. Igitur vestimenta in se non fuerũt gloriosa, sed sicut pars cœli, quæ vicinior est soli, est magis lucida: sic ex illustratione aeris vestimenta Christi lucida, & alba fuerunt. Moses habebat claritatem in facie prouenientem ex splendore, sed manus eius erat leprosa. At vero hic omnia sunt referta & cumulata immensitate gloriæ: corpus, facies insuper & vestimenta. Facies enim eius resplẽduit sicut Sol, & vestimenta eius sicut nix fuerunt alba. De facie, quamuis dicat Matthæus quod resplenduit sicut Sol, intelligit tamen q, maximo incremento, multisq; nominibus solis splendorem superauit: comparauit tamen eã euangelista cum illa re cum qua potuit eam conferre, sol enim splẽdidior est omnibus planetis, & syderibus cœli. Cur ergo suum splendorem per totum non sparsit orbem, vt non solùm discipulis suæ transfigurationis gloria innotesceret: sed omnibus hominibus per totum orbem dispersis? Dico quod in potestate corporis glorificati est ostendere suam claritatem, vel non. Sic Christus post resurrectionem suam apparuit gloriosus, & tantum discipulis, & non alijs. Miraculũ sanè fuit quod Christi anima gloriam suam corpori nõ communicaret, miraculum etiã extitit quod postquam eam communicat, totum non implebit lumine orbem. Si ergo illa ipsa gloria, quam tunc discipulis ostendit, minor erat ea, quam nunc in cœlo beatis manifestat, & tribuit, nec tamen imbecilles discipulorum oculi eã percipere & sufferre valuerũt: quid (amabo) erit in cœlo, quando videbimus eum, & fuerint corpora nostra glorificata? Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplenduerunt mõtes ab eis. Mentionem facit cuiusdam tam clari, & rutilantis exercitus: quod sole radijs suis arma feriente, & percutiente, vicini montes fulgebãt, propter lumen radiorum per montes dispersum reflexumque. Quando exierit Sol iustitiæ, & induerit animas nostras, fulgebũt corpora nostra propter participiũ, quod corpus consequitur ex animæ gloria. ¶ Hactenus de Christi gloriosa transfiguratione: sed nũc operæ pretium est scire cur Christus voluerit trãsfigurari, & hanc gloriam istis discipulis ostendere? Nihil enim Christus sine causa egit. Trãsfigurari itaque voluit triplici ratione. Primo, vt labores nostros leuiores. & iucũdiores redderet, & vt in illis animos nobis adderet, cũ videamus quanta sit gloria, quæ nobis tribuetur in cœlo quandoquidem tanta fuit hæc, quam in transfiguratione aperuit vt Petrus eius immensitatem admiratus, dixerit. Faciamus hic tria tabernacula, &c. Oportet enim vt finis cognoscatur: nam cognito fine, & gloria, quam operamur, nequaquam deficiamus animoque linquamur. Sagittarius non rectè iacit sagittam, nisi prius signum, & scopum mente oculisque attigerit: in quo sagitta est affigenda. Sic populo Iudaico, vt eos in terrã promissam deduceret, eo quod iter esset laboriosum, & asperum, in columna nubis eis præibat. Quemadmodum in circumcisione principium stipendij nobis contulit, sic hic in trãsfiguratione præmij principium nobis est elargitus. Proposuit nobis hic quandam gloriæ effigiem, vt nos ad eam alliceret, & incitaret: sicuti filijs Israel per speculatores ostẽdit magnum illum vuarum racemum supra lignum transuersum, & pendentem, vt desiderio terræ promissæ eis adderet atque augeret, fastidiumque atque tædiũ Ægypti ingereret. Optimè norat Christus dominus ignauos & pigros esse homines ad labores, nisi spe præmij ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad eos impellerentur: vnde hic quoddã præmij proponit principium, ne in laboribus deficiamus, & vt animos assumamus. Vnde Paulus. Debet qui in spe arat arare; & qui triturat spe fructus percipiendi. Sic Dauid antequam certamen iniret cum Goliath Gigantem, dixit. Quid dabitur viro, qui percusserit eum? Et 1.Reg.17. respondérunt. Dicabit eum rex magnis diuitijs, & filiam suam dabit ei: & domum suam faciet absque tributo in Israel. Proposuerat Christus discipulis suis id quod propter nomen suũ pati deberent. Qui vult venire post Matth.10. & 16. me, &c. Et in synagogis suis flagellabunt vos, ante reges, & præsides ducemini. Et iterũ. Si me persequuti sunt, & vos persequẽtur. Sempet itaque prædixit eis plures labores, Poterãt illi dicere. Domine nullus laborat sine præmio, id circo, pro laboribus, & pro morte quid Matthæ.19 nobis præstabis? Atq; ideo Petrus dixit. Ecce Lucæ.17. nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid erit nobis? Quid dabitur viro, qui percusserit Philistæum hunc? Poterat tunc eos Esaiæ 64. ad Elaiam remittere, qui ait. Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligẽtibus te. Attamẽ vouit eis ipsius gloriæ partẽ ostendere, quæ fuit ipsius corporis claritas, & splendor. Loquitur Christus, quã solent mercatores huius ætatis, quibus mos & consuetudo est, id quod est melius in panno, ementibus exhibere: vnde nos hoc facto, fallere interdũt, sicq; deteriore panno emimus. Christus dominus descendit, vt hominibus gloriã venderet: at poterat mũdus dicere, Domine exhibe istius merci aliquod signũ. Noli nos clausis oculis emere. Libet (inquit dominus.) Atque ita in montem ascendit, veridicos testes, numeroq; sufficientes, secum ferens qui de merce, quam vendere instituit, abundẽ, & fideliter testentur. Exhibuit signũ panni, quia nõ ostẽdit totam gloriam, sed partem, scilicet claritatem. Fecit Christus nobiscum, quod solent facere parentes cum filijs paruulis, quos teneriter diligunt. Dicit pater filio, vt pergat in schola: ipse vero flagellorum metu, formidat. Pater autem illum inducit ad idem dicens illi, dabo tibi gemmam. Et filius dicit. Ostende illam, ô pater. Ecce illam: & clausa manu nõ ostendit totam, sed partem gemmæ. Tunc filius ductus cupiditate gemmarum pergit in scholam. Ita à simili Christus optat vt omnes seruemus præcepta, quæ sunt multis laboriosa. Prædixerat Apostolis plures labores, & flagella, & promiserat dicens. Merces vestra copiosa est in cœlis. Poterant Apostoli dicere. Ostende nobis istam gemmam. Ait Christus. Ecce eam. Ostendit itaque eis in hac transfiguratione, partem gemmæ: quam eis integrã, & perfectam erat daturus. Et vt nobis omnibus, & toti ecclesiæ esset solatiũ in hac peregrinatione, & labore itineris, transfiguratus voluit. Considerato enim premij (vt Gregorius ait) minuit vim flagel. i. Nam si illi milites Assyrij videntes pulchritudinẽ Iudith, dixerũt: Iudi.10. Quis nõ pugnabit pro Israel, qui tam decoras habet mulieres? quãto magis pugnare debemus nos cõtra mundi illecebras, & diabolicã tamenta, pro pulchritudine patriæ cælestis? Hac consideratione animũ sumebat Paulus Philip.1. in omnibus laboribus suis: atq; ideo dixit. Saluatorẽ expectamus dominum nostrũ Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Quosdam videre licet, qui per sterquilinia, & loca immunda diuagantur, obsoletos, sordidos & veteres pannos colligẽtes, quos aspicere tantũmodo, nauseam, & vomitum excitat. At deferũt eos in molendinũ, conijciũtq; in aquam, post modum vero diligenti (si mẽ cõterunt, ac tandem optimam & candidissimam conficiunt papyrũ. Sic ait Paulus quòd reformabit Christus corpus humilitatis nostræ. Necesse est quod corpus nostrum subeat iudẽ reuocetur, & renouetur, & deniq; multis ieiunorum, flagellorum, vigiliarum & pœnarum ictibus perficiatur, vt hoc modo cohibitũ, fatigatũ, humiliatũq;, dominus Deus illud reformet, & glorificet, candidumq; vt papyrus reddat. Quid si vidisses corp° aliquod gloria repletum & beatum? in maximum lanc stuporẽ tapeteris: quales erant discipuli, Christum dominum transfiguratum conspicientes Petrus dixit. Domine bonum est nos hic esse: faciamus tria tabernacula. Si nobis Deus corpus affectum gloriæ decore, & splẽdore ostenderet illud; super nubes constitueret & collocaret: quod si aspiceremus maximo stupore perfunderemur, tantaq; admiratione affieremur, vt neq; cibi potusq; sumptio in mentẽ veniret, nec pœnam aut dolorem aliquẽ sentiremus. Fulgebunt enim iusti sicut Sol, in conspectu Dei. Quis crederet Matth.13. quod ex vilissimis & sordidis panis conficiendã esset tam candida, & excellentissima papyrus? Attamẽ hoc possunt humani ingenij vires & acumẽ: & si hoc possint, post papyri cõtritionẽ, & veluti quoddã eius martyrium.

Quis

Quis etiam crederet, quod corpus adeo graue, tam crassa materia affectum, tamque corruptibili compositum massa, posset Aquilam agilitate & pernicitate superare, atque adeo solem ipsum claritate, & nitore vincere? At hoc, ingenium præstat diuinum. Id quod homo in vereri, & sordido pãno agit prius eum conterendo: hoc ipsum dominus Deus efficit in hoc nostro corruptibili, & mortali corpore, prius in hoc seculo illud laboribus cruciãs & affligẽs. Aduerte ergo, ô homo quod quo magis obsoletus & sordidus pannus teritur, & conculcatur: eo papyrus candidior, & præstantior est atque tenuior. Et quod quo plus hic afflictus & attritus fueris, eo plus in cœlo eueheris. Omnes quidem resurgemus (ait 1.Cor.15. Paulus) sed non omnes immutabimur. Boni, & mali omnes resurgemus: sed nunquid omnes immutabimur à corruptibilitate in incorruptibilitatem, & gloriam? Non omnes immutabimur, Qui mutabimur? Qui corpus humiliauerint. Reformabit (inquit) corpus humilitatis nostræ. Non superbos, non deditos delicijs, & voluptatibus. &c. Sed mortificatos, & humiles, & pœnitentes. Aduerte etiã quod mali, sicuti bibula papyrus exibunt obscuri, & fetidi, non verò sicuti candida papyrus: sic enim solũm exibũt iusti. Ideo Paulus. Non omnes immutabimur. Optimè igitur postquam labores, & pœnitentiam prædicauit, transfiguratur, propter eorum & omniũ nostrum consolationem, vt sciamus cũ Christo glorificaturos, & ascendere in cœlum. Expectemus Saluatorem nostrum, qui reformabit, &c. ¶ Sed dices. Et hoc etiam Christus poterat facere ostendens infernum, nam etiam ex timore pœnæ, & tormentorum poterant Apostoli amplecti labores, & fugere delicias. Cur non ostendit inferni pœnas, sicuti ostendit gloriam? Imperfectis, & incipientibus inferni metus, & terror est antè oculos proponendus: perfectis verò, gloriæ amissio exhibenda. Fortiores minæ bonis sunt, cum audiunt. Non commigrabis in cœlum: quàm detruderis in tartara. Vult Christus nobiscũ agere, tanquam cum vitis tam adultæ ætatis, & grandioribus: non vero tanquam cum impuberibus, & infantibus, qui flagellis indigent. Matth.18. & 16. ideo Christus sæpè. Non intrabitis in regnũ cœlorum. Auarus ille diues, qui quinque germanos fratres habebat, volebat eos inferorũ durissimis & atrocibus pœnis deterrere, sed respondit Abraham. Habẽt Mosem, & prophetas audiant illos. Nõ vt tu vis, sed alijs grauioribus pœnis perterrefient: cum illis dicetur, quod non intrabunt in regnum cœlorum. Sic perterrefecit Christus Diuum Petrum dicens ei. Non habebis partem mecum. Cùm Ioan.13. verò Diuus Petrus istius comminationis vim intellexit, multo plus ea territus est, quàm si eum in mille conijceret inferorum habitacula. Hęc est differẽtia legis gratiæ, & scripturæ: quod illa fuit lex timoris, sed hæc amoris. Descendit Christus in hũc calamitosum mũdum, vt homines amore ad se traheret, & alliceret: & vt eis dona cœlestia, æternaque exhiberet, nõ vero vt timore, & per vim eos ad cœlum deduceret. Ideo posuit Deus hominẽ sub cœlo, supraque terram collocauit, & elementa, quæ inter nos & ipsum cœlum adiacent, nos adiuuant vt cœlum melius videamus: sunt nanque transparentia. In quo nobis significauit, velle se nos cœlum intueri, & ad illud anhelare, atque illud obnixè diligere. Ac proinde noluit cœlum occultare, vt videntes illud, dies noctesque illud contemplemur, meditemurque. At vero terra, & aqua sunt elementa crassa, & obscura, suaque densitate impediunt nos, quominus inferorum retertimas sedes conspiciamus: quia multò maior comminatio, & labor est tantum bonum amittere, quale est illud, quod oculis ipsis intuemur, quàm quòd nobis malum & infortunium illud, quod nobis terra ipsa & aqua occultant, adueniat. Ecce cur Christus gloriã suam Apostolis aperuit, non vero inferorum horrendas, & calamitosas sedes. Igitur vt cõcludam, voluit Christus transfigurari, vt vidẽtes Apostoli & nos ipsi gloriæ immensitatẽ, & præmij celsitudinem, quæ nobis parata est, labores huius seculi nequaquã formidemus: imò vero omnem curam & diligentiam constituamus in mandatorum Dei sedula obseruatione: ac, si opus fuerit, sanguinem effundamus, vitamque ipsam morti exponamus pro Christo domino, quandoquidem tam ingẽs: tam excelsum tamque præstans præmiũ nobis post hanc miseram vitam, manet in cœlo. ¶ Secundo, voluit Christus transfigurari, propter ecclesiæ consolationem. Nam nisi Christus (cum pauper esset bonorum temporaliũ, afflictus, & crucifixus) aliquod suæ gloriæ signum, & specimen diuinitatis exhibuisset, ecclesia à gentibus deridereturasperneturq; & insuper affirmarent nos insanos & fatuos esse, quandoquidem homini adeo pauperi, spreto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

to, abiectoq; fidē habebam⁹. Propterea oportebat Christū honori suo prospiscere, & ecclesiæ suæ ingentes suæ diuinitatis diuitias patefacere in ipsa transfiguratione. Hoc est flagitabat, à Deoq; petebat Dauid in Psalmo. Memor esto dñe opprobrij seruorū tuorū: quod continui in sinu meo multarū gentiū. Prospice igitur dñe honori tuo, & ostende quis sis. Si hic esset nobilis, & pulchra, honestaq; fœmina, eamq; parentes eius cuidā viro nuptui daret, eo q; fama increbuisset ipsum ex India quā plures opes aduexisse, isq; multa scrinia in soceri domum grauia, clausaq; asportasset: post modū vero, cum vidisset per plateas deābulante incomitatū, pauperē, attritis vestib⁹ & obsoletis, sanè doleres vicem illius honestę adolescētulæ, diceresq; Sanè fœmina illa decepta fuit: existimauit nanq; se diuitē coniungi, at cōtrà accidit, decepta fuit. Ipsa vero marito suo sic inclamaret, ô sponse, si dives es, signum præbe aliquod diuitiarū, quod nullū aliud melius est, quā si vestibus ornatis indutos incedas, mihiq; dextrocheria, & annulos, aliaq; huiusmodi ad mundū muliebrem spectantia, contribuetis: ne vicini me contēnāt, & abijciāt, addantq; me deceptam esse: Si hoc mo hic tunc tēporis scrinia reserasset multo auro, argentoq; conferta, vestesq; sericas, purpureasq; eduxisset, easq; mulierem induisset ac si regina foret, ipsē vero auratis, & pretiosis vestibus indutus incederet, famuli autem cum aureis cathenis ad collum appensis post ipsum sequerentur, quid iam totus populus intonaret nisi, videte quam bene, & feliciter nupsit vicina nostra, fortunata equidē & beata qualis. Sic gentes ecclesiā Christo dūo pueris, & afflicto desponsatā intuētes, eam deludebant, viliq; pendebant. Sic Paulus: Nos prædicamus Christum crucifixū: Iudæis scandalū, gentibus stultitiā. Ideo ad solamē ecclesiæ suæ, ostendit dñs in transfiguratione sua diuitias ingentes, quas reconditas, & inclusas in animæ suæ scrinio præcellenti habebat. Et ad ruborem & confusionē incredulæ, & pertinacis synagogæ ad verecundiam q; & stuporem ineptæ gētilitatis gloriæ suæ imminuit splendorē, & diuinitatis incōprehensibilitatē manifestauit in monte. Quid quæso narras? Eum à discipulo, & famulo traditū ac venditum? Aspice ergo quo pacto duo tantæ autoritatis viri (Moses scilicet, & Elias) ei in mōte Thabor, famulētur atq; obtemperēt diligenter. Quid? ei fuisse in facie excreatū? Verum quidē est, sed respice, & perge in montē, & videbis faciē eius fulgentē sicut Sol, vsq; adeo vt Sol respectu illius nigredinē tetertimā referat. Quid? verberibus fuisse affectū, cruciq; crudeliter affixū? Vade igitur in montem, & aspice eū plenū gloria, & splēdore immenso. Vide etiā montē illū splendentē ad multam noctē, ac si esset meridies. Si spoliāri eū vestibus suis tanquā maleficū, & perditū hominē, superq; illas sortes mittūt: aspice quæso nunc eas splendidiores auro, nimeq; candidiores. Prospicit ergo Christus dñs honori suo. Nos autē fideles lętemur in transfiguratione dñi, nostra vero fides vires roburq; sumat: quādoquidē homo hic abiectus, & summissus, est verus Dei filius. Caput eleuet ecclesia fidelis, obmutescat synagoga, taceāt gētes in stupore & confusionē maximā adductæ propter gloriā ælmæ transfigurationis Regis nostri Iesu Christi. ¶ Tertio transfigurari voluit propter seipsum, vt celebraret Pascha corpori suo. Triginta annorum spatiū excedebat, ex quo Christi sacrū corpus acerba & frequenti pœnitentia macerabatur, dilaniabatur, male tractabatur, afflictabat, & deniq; ieiuniorū asperō cruciatu in pernicię, & interitū ruebat, nec diē aliquē lætū & festiuū ducebat. Et præter labores, quos Christus ob nostra scelera perpeti voluit, ex eius oculis aquarum fluenta in dies promanabāt, cor autē eius tristitia operiebatur, cum videret flagitia hominū, ludos, luxurias, adulteria & blasphemias, quas frequēter audiebat, & multitudinē animarū, quæ in infernū præcipites ducebātur. Vt ergo tantis per corporis sui labori, & fatigationi consuleret, voluit trāsfigurari celebrās, saltē semel in vita, festū & Pascha corpori suo afflicto, & calamitoso. Sicut tu facis festū quotidio corpori ferē nūquā animæ: sic Christus (qui semper festū animæ celebrabat, nunquā vero corpori) voluit nūc corpus exhilarare, eiq; aliquid solatij & gaudij concedere, vt vltrà in laborū aspero itinere progrederetur, cū tot, & tatis magni eum à frōte manerēt labores. Vt ergo nos docere, q; etsi vitæ progressus & excursus sit nimis durus, & acerb⁹, expedit tñ aliquādo aliquid solatij corpori cōcedere, q; propterea voluit trāsfigurari. Sed hoc tēporis iā nō licet, homines doctrinā hāc docere, nec eis dicere, vt corpori indulgeāt, & moré gerāt quādoq; imo vero è cōtra necesse est eis in memoriam reuocare vt animæ suæ saluti consulant: quāndoquidē eius tātō pere obliuiscūtur, corporis verò, neq; quā: nā vt est hominū vita flagitijs cooperta & coinquinata, videtur innuere & significare se animā carere & destitutos esse, nullāq; post hanc, vitā manere. Igitur cùm Christus transfiguraretur, quid contigerit audiamus euangelistā dicentē. *Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autē Moses, & Helias visi in maiestate.* Vt oculis innotesceat dñm nēm Iesum Christū à lege, & propheris testimoniū suæ diuinitatis habere, eundemq; esse dñm legis, & prophetarū: cuius ad obsequiū legislator Moses, & prophetarū Zelotes Helias venerunt. Accusabāt Iudæi Christū dñm tanquā legis Moſi transgressorē, & violatorē: & quāuis ipse dixerat. Non veni solurre legē, sed adimplere, non tamen credidērūt ei, imò potiùs dixerūt. Tu testimoniū perhibes de te ipso, testimoniū tuū nō est verum. Si ergo eius testimonio fidē nō vultis habere, credite legislatoris vestri testimonio: nēpe Mosi, & credite testimonio tā præstātis, & magni prophetæ, vt est Helias: magnus legis Zelotes; quando quidē in ore duorū, vel trium, stat omne verbū, præsertim cū hi duo testes adeo sint veraces, & tantæ existimationis. Nam si Christus (vt asseritis) est legis transgressor: cur Moses ipse, qui vobis dedit & constituit legē, venit ad obsequendū, & obreperandum ei? Quod si legis coreptor, & violator à vobis iudicatur: cur etiā adest vt ei cultū, & reuerentiā exhibeat magnus ille legis Zelotes Helias? Aduerte autem q; Moſis (qui mortuus erat) anima, accepit aliquod corp⁹ ex aēre, in quo apparuit, & loquebatur sicut faciunt Angeli, quando nobis apparent, & hoc sufficiebat, & non ab aliquo portatus ex sinu Abrahæ, venit, quia erat purus spiritus, & nullius grauitatis, & sic subitò poterat ire, quò vellet. Helias autem homo erat viuēs, & mortalis, quia nō habebat dotes gloriæ vt posset subitò per dotē agilitatis ire, quo vellet, oportuit quod ab aliquo portaretur. Credo q; ab Angelo portatus sit, sicut portauit Abacuc de Iudæa, in Chaldæam, & ita in prima vice portatus fuit in curru igneo. Visi sunt autem in maiestate: hoc est in magna claritate, & dignitate. ¶ Obseruandum autem quòd claritas Moſi, & Heliæ, non fuit eiusdē generis cum claritate corporum in patria, sicut fuit claritas Christi: sed fuit quædā claritas, sic se habens ad illā, sicut fides in via, ad visionē in patriæ: & ideo aspectum Apostolorū non offendebat, quod nō fuit de claritate Christi. Et huius ratio est, quia anima Christi glorificata fuit, non tamē anima Moſi, nec Heliæ: & ideo corpori eius potuit cōuenienter attribui claritas gloriosa: non autē corpori Moſi, aut Heliæ, ne prius esset gloria in corpore, quā in anima. Aliter tamē fuit in apparitione Samuelis, quia ibi fuit vnū corpus formatū ex aēre, & apparuit esse corpus Samuelis per opus diaboli. Anima etiā Moſi, quæ venit de lymbo, non amisit pœnā carentiæ visionis. ¶ Aduerte etiā q; testes ex veteri, & ex nouo testamēto adduxit Christus, quia ad gloriā creati sunt tā antecedētes, quām præcedentes. Sed præcipuè qui erant ex nouo testamēto, quā qui ex veteri, plures enim ex nouo testamento saluātur, quā ex veteri: vtrique tamē pauci sunt, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Adduxit autem hos duos, potius quam alios, quia cùm Christus dixisset antea, qui voluerit animam suam salnam facere, &c. Vt corda discipulorum confortaret, adduxit hos duos in exēplum, quia Moses exposuit vitam pro Christo, quando se obtulit Phataoni, & Helias Regi Achab. ¶ Aduerte etiam quòd hic Deus promissis stetit, promiserat Moſi, posteriora mea videbis, quia vidit Christum in carne. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, idest, supra humanitatem Christi. ¶ Præterea inter viuum, & mortuum transfiguratur Christus, ex quo vtilissimum datur nobis exemplū, vt si volumus Deum in cœlo transfiguratum videre, omnia nostra inter mortem, & vitam collocemus, vt vno oculo in vitā directo, alterū in mortē flectamus: & tanquā in sequentē mortē, omnia ad nihilū reditura. ¶ Expende quopacto Christus in gloria suæ transfigurationis mortuū ante oculos constituit. In quo docet, q; diebus festiuis & iucūdis memoriā mortis habeamus, nobilēq; ante oculos obuersetur præsens: ne magnitudo honoris, & fœlicitatis mūdanæ nos extollat, & in superbiā deducat. Ideò sapiens ait. Si annis multis vixerit homo, & in ijs omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi tēporis, & dierū multorū. Et Moses etiā. Vtinam saperēt, atq; intelligerēt: & nouissima prouiderent. Mors cū venerit, victa erit, si antè quā venerit præmeditabitur. Nullū telū poterit à morte me lius defendero, quā ipsius met mortis memoria, & recordatio. Nec aliquid reperies, quòd te melius à morte liberet: quā ipsius cōtēplatio. Vita sapientis, est mortis meditatio. Ninuitæ audiētes sentētiā mortis quā Ionas præ

Psalm. 88.

1. Cor. 1.

Ezech. 5. & 8.

Mat. 17.

1. Reg. 28.

Mat. 20.

Exod. 5. 1. Reg. 17. Exod. 33. Psalm. 118.

Eccle. 11.

Deuter. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicabat, pœnitentiã egerunt. Aduerte quaſo quantũ emolumenti ſecũ ferat mortis cogitatio, quãdoquidẽ in illis peccatoribus tãtæ extitit cauſã mutationis. Caue dixeris mortẽ te imparatũ adorirí: cũ te quotidie aliorũ interitu cõmoneat. Si mortẽ cõtempletis, in timore vitã deges. Qui per vias niue multa cooperas iter faciũt, nihil omnino vidẽt, cũ domũ aliquã ingrediũtur, ideò periculoſum tũc eſt ingredi loca periculoſa. Sic, qui per vitæ huius arbores, & proſperitates pergunt, quę ſicut nix, liquefiunt, & in nihilũ vergũt; quãdò altioris vitæ domũ ingrediuntur per oſtium mortis, nihil vidẽt. Sic moriũtur impij turbati, & furibũdi, ſe ipſos omnino neſcientes. Ex diuitijs ad paupertatẽ gradũ faciũt: ex honore, & trãquillitate, in ærũnas, & miſerias rendũt. In morte obliuiſcũtur ſui, quia in vita obliti ſunt Dei. Minimè poteſt rũc malus ſalutiſuæ proſpicere, propter huius mũdi lucẽ cõmẽtitiũ. Nullũ præſentius remedium habẽt, quã cũ multò antè, id q̃ poſtẽa accidet, ſpeculãtur, mortẽ ipſam in vita præmeditãtes: tanquã Helias, qui ad os ſpelũcæ erat aſpiciens, & contẽplans. Sed de his ſũ ſatis. ¶ Obſeruandũ eſt etiã q̃ fecit Chriſtꝰ in hac ſua glorioſa trãſfiguratione, q̃ imperatores facere ſolẽt in regnis ſuis. Ad comitia cõuocare magnates, & ciuitatũ oratores, negotiaq; ipſarum agentes. In cuius curia duo fiũt. Primũ iurãt principẽ in regẽ. Secundò tractãtur ea, quæ ſpectãt ad vtilitatẽ publicã. Ita Chriſtus conuocauit hodie magnates omniũ ciuitatum. Ex ciuitate Iymbi, venit Moſes: ex paradyſo, venit Helias & ex mundi ciuitate, venerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes, tanquã procuratores, negotiorumq; geſtores. De ijs comitijs dicit Dauid. Principes populorũ congregati ſunt cũ Deo Abrahã. In ijs comitijs primũ iurauerũt Chriſtũ Redẽptorẽ nr̃m in regẽ: & licet euãgeliſtæ non dicant, maximè credendum eſt, quòd proſtrati cum multis lachrymis, & deuotione adorauerunt Chriſtum in regem. Et Moſes, qua ſenior, dixit illud. Magnus es tũ & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. Helias etiã nomine ſuo, & nomine Enoch dixit. Verè tu es Deus abſconditus. Videris mortalis, finitus, & limitatus: & es immortalis, infinitꝰ, & omnipotẽs. Cõfeſſus eſt etiã Petrus dicẽs. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Eece quomodo iurauerunt cum in regẽ. Secundò, quòd ſic in comitijs, eſt q̃ tractent, & loquantur de his, quæ pertinẽt ad vtilitatẽ publicã & bonũ commune. Nihil tam neceſſarium fuit mũdo, & lymbo, quã Chriſti paſsio, & noſtra redemptio: & ideo hoc negotium tractarum eſt in ijs comitijs, propter q̃ ait Euãgeliſta. *Erdiebant exceſſum eius, quem completuras erat in Hieruſalem.* Loquebantur de exceſſina paſsione, & agebãt ei magnas gratias, & deprecabãtur vt eã acceleraret. Dicitur autẽ paſsio Chriſti exceſſus, quia ſoluit pluſquãm debebamꝰ. Fecit Deus legem de non remittendo peccatum Adæ, & filiorũ eius ſi non offerretur ei obſequium maius in genere obſequij quàm peccatũ Adæ fuerat diſplicens in genere delicti. Conſtituit ſe Deus fideiuſſorẽ pro nobis & ſoluit pluſquã debebamus: vna enim gutta ſanguinis Chriſti ſuffeciſſet pro redemptione totius generis humani: tamen dedit totũ ſanguinẽ ſuũ. Ecce quomodo fuit exceſſina, quo ad ſatisfactionẽ. Sed obſecro dñe, ſi vna gutta ſufficeret, cur ſoluiſti totum ſanguinẽ? Ad oſtendendum exceſſiuum amorem. Accidit nonnunquam te inimicum in vincula cõiecíſſe ruum, propter centum aureos, quos ei credidiſti, tuque adeo bonus, & mitis es, vt non ſolùm pro eo cẽrum illos aureos ſoluas, ſed etiam mille. Si à te quærerent, cur hoc facis? Reſpondebis, vt eum in meum amorem plus deuincã, obnoxiumq; reddã. O immenſa Dei bonitas: quandoquidẽ vt nos obligaret ad ſui amorem, non ſolũ (cũ ei eſſemus inimici) pro nobis exoluit quod debebamus: ſed etiã vlterius proceſsit. Sufficiebat gutta vna ſanguinis ſui: vt nos redimeret: ſufficiebat ſanguis in citcũciſione effuſus: nã propter ſuppoſiti infinitatẽ, omnes eius operationes infiniti ſunt meriti, & valoris. Attamẽ tãtã ſanguinis copiam effundere voluit (iuxta illud pſalmi, copioſa apud eũ redemptio) vt nos ad ſe amandũ plus adſtringeret. Hoc Paulus ait. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quod cùm inimici Dei eſſemus, &c. & Ioãnes ait. Maiorẽ charitatẽ nemo habet, quã vt animã ſuã ponat quis pro amicis ſuis. At Chriſti charitas maiorem omniũ charitatem antecelluit: eũ pro inimicis mortuus ſit. Exceſſus etiam fuit ex parte Chriſti in dolore nã dolor ipſe, adeò extitit exceſſiuus, vt omnes dolores & ſęculi huius mortes multis nominꝰ ſuperaret. Exceſſꝰ fuit etiã in perſona: cũ caput, vt mẽbra euaderẽt illæſa, periculo & mortis patibulo ſe expoſuit. Chriſtꝰ caput nr̃m, morti ſe obtulit, vt nos, ipſius mẽbra, p̃ regerer, atq; defẽderet. Cogitare debes, nõ ſolùm immenſitatẽ prætij, quod pro te exhibuit, nec ſolum etiam exceſſiuum quẽ pro te pertulit dolorem: ſed etiam, quis ſit ille, qui patitur, & quis pro quo patitur: & ſic videbis amorẽ exceſsiuũ, ſi cogitas Deũ eſſe qui patitur, pro homine vili, atq; abiecto. Hoc cõſiderabat Paulus dicens. Qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius portanſq; omnia verbo virtutis ſuæ purgatione peccatorũ faciens. Priuſquã dicat, quo nos pacto à peccatis noſtris mundauit, oſtendit immenſitatẽ, & præcellentiam Saluatoris, aſſerẽs eſſe ſplẽdorem gloriæ, & figuram ſubſtantiæ patris. Splendorem gloriæ vocauit illũ, quia eſt immẽſa claritas patris: nam nomen gloria, nõ ſignificat, ſed auget ſignificationem. Nam ſplẽdor ſuam habet ex igne ſubſtantiam, & eſt ſimul cum igne, & radius cum ſole. Ex quo enim ſoleſt, illico radij. Sol radiorũ cauſa eſt & ignis eſt ſplẽdoris. Nõ ſol ex radijs, ſed radij ex ſole gignũtur: & ſplẽdor ex igne producitur. Ita vnigenitus ex patre eſt genitus, eſt autẽ vnã cũ mẽte, vt verbũ cum eo qui genuit, & ſplẽdor cũ igne, & radijs cũ ſole. Sed vnumquodq; non per ſe ſubſiſtit, ſed in illo, ex quo productũ eſt, habet ſubſiſtentiã: filius autem Dei ſplendor gloriæ non eſt aliqua patris operatio non ſubſiſtens: ſed ſubſtantia viuens. & per ſe ſubſiſtens. Sed ne quis exiſtimaret verbum æternum aliquid eſſe accidentale, eo quod Paulus dixerit illud figuram, addidit dicens. Figura ſubſtantiæ eius. Sigillum exprimit in cera figuram, quæ ſunt lineæ, & armorũ ſigna & imagines, quas inſculptas habet: nõ verò imprimit metallũ & ſubſtantiã illã, ex qua ſigillum cõſtat. In æterna ergo filij generatione non ſic contigit: nam cũ pater hãc eduxit, & extraxit figuram, nõ fuit aliquid extrinſecum & accidentale ſed ſubſtantialis figura, quia genitus fuit ex omnibus quæ ſunt de ſubſtantia patris. Ideò ne aliquis in errorẽ laberetur, credens figuram hanc accidẽs eſſe: dixit Apoſtolus. Et figura ſubſtãtiæ eius. ¶ Aſpice ergo quã exceſsiuus fuit hic amor, quo te Chriſtus fuit proſequutus, qui cũ is eſſet, nẽpè ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, ſeipſum obtulit morti, & improperio: vt nr̃a peccata purgaret. Ipſe pharmacũ accepit, fel, & acetum guſtans, ſeq; morti tradidit, vt ſeruũ liberaret. Igitur exceſsiua fuit Chriſti paſsio ex parte ipſius redẽptoris. Primũ, propter exceſsiuum ſanguinem & pretiũ, quod ſoluit. Secũdò, propter exceſsiuũ dolorẽ, quẽ paſſus fuit. Et tertiò, quia paſſus eſt, cũ caput eſſet pro mẽbris, & cũ eſſet filius Dei, & ſigura ſubſtãtiæ eius, pro nobis peccatoribus. ¶ Ex parte etiã Iudæorũ fuit exceſſus paſsio Chriſti. Primò in malitia, quia eorũ malignitas, & peccatũ exceſsit omnẽ malitiã: & ſic adeo fuit magna, vt omnẽ malitiã & mũdi peruerſitates ſuperaret maximo interuallo. Sic aſſeruit Dauid in perſona Chriſti. Ego autẽ ſum vermis & nõ homo, opprobriũ hominũ, & abiectio plebis. Cõparat Chriſti mortẽ morti vermis, nã doletis cũ videtis taurũ interfici, aut arietẽ occidi, vel aliud quoduis animal obire: at vermis morte nequaquã dolẽre ſoletis, imò vero illũ cõculcatis, nec eius doletis, vicẽ. Sic de Chriſto non doluerunt improbi illi, & perfidi Iudæi: ſiquidẽ nec illi potũ cùm expoſceret, dederũt, ſed fel & acetũ porrexerũt ei & quãuis viderent eũ morti dãnatũ & cruci affixũ, non tamen ipſorũ ſatiata erat malitia, imoverò illic deludebãt ei ac opprobrijs afficiebãt. ¶ Ex parte etiã Iudæorum ſecũdò fuit exceſſus in modo, nã adeo cõcitate, & ꝓperè fuit iudicatus, vt iuſtitiæ modũ nõ ſeruauerint, nec habuerint: nã eadẽ die captus, & crucifixus fuit, nullũ appellationi locũ relinquẽtes, nec teſtes ipſos examinantes nec rati habitionẽ exigẽtes, &c. De hoc itaq; exceſſu loquebãtur Moſes & Helias, reddẽtes illi gratiã pro tãto beneficio. ¶ Obſerua autẽ q̃ quẽ admodũ doctoribus, dio ipſo, quo gradus honore cõdecorãtur, reprehẽſionis nota afficiũtur: ſic nũc, quãdo Pater æternus doctoris honore filiũ exornat (dicens. Hic eſt filius meus dilectus ipſum audite) eũ paſsionis acerbę nota, & ignominia afficiunt. Similiter in magno illo, & honorifico palmarũ feſto, videns ciuitatẽ, fleuit ſuper illã. ¶ Expẽde ex ijs, quã varij, & mixti ſunt omnes huius vitæ honores, & iucũditates: quãq; plenæ luctus, & amaritudinis ſunt oẽs mundi lætitiæ, & feſtiuitates. Omnes iſtius vitæ hilaritates, & cõſolationes refertæ ſunt & cumulatæ triſtitia: nec in ea licet inuenire perfectũ & purũ gaudiũ, ſed omnia ſunt infecta infinitis miſerijs, & laboribꝰ. Hoc voluit dñs hic innuere: quãdoquidẽ cũ vellet tantiſper gloriæ corpori impertiri, hic etiã acerbæ paſsionis recordatio non defuit, quã paſſurum erat hoc ipſum corpus q̃ tunc tanta fruebatur gloria, & proſperitate. Amã maxima pollebat gratia, & fauore apud Regẽ Aſſuerũ, maximeq; lætus erat, eo q̃ à Regina Heſter inuitatus erat, ſed illico triſtis remanſit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

manuit, quia ante Mardocheum incedebat, honorem & reuerentiam prębens ei, quem antea oderat. Tristitia & dolor, omnes huius vitæ res comitantur: & illis, qui beatè, & fœliciter viuunt, minima quęque dolorem & merorem afferunt acerbissimũ. Quod cùm Dei permissu contingat vt veram amplectamur vitam cœlestem, nunquã tamẽ desunt (proh dolor) qui eam dulcem, & suauem esse existiment. Cogitatio tantum amaritudinis, quæ per mundi voluptates, & delicias diffusa latè est sufficiebat, vt omne terrenæ cõsolationis genus odio haberemus. Cùm Rex Dauid esset nimis lętus ob partam de inimicis insignẽ victoriam, spoliaque multitudinis diuidens: ecce ex improuiso ingreditur nuntius, mortem Saulis enarrans, fuitque fidelissimi amici Ionathæ & totius Israelitici populi amissionẽ nuntians, subitòq; omnem victoriæ lætitiam in lachrymas, & tristitiam acerbissimam commutauit, & conuertit. Meditare, quàm subitò tristitia cor occupat iucunditate expletũ. Disce non diligere gloriam mũdi præsentis, si non vis acerbã, turbulentam, & funestã vitã degere. In hac transfigurationis gloria, cũ sit adeò sancta, honesta, & debita laboribus, quos Christi sacrũ corpus patiebatur, tamen voluit dñs eam memoria durę passionis cõmiscere. Cur ergo permittet mundi voluptates, & sordidas delitias à tristitia & dolore immunes & alienas esse? &c. ¶ Obserua etiã qm gloria loquuntur de passione: vt discas q; nemo potest ire ad gloriã, nisi per passionẽ & ignominiã crucis. Sicuti qui vult vinu vẽdere, præconi prius parũ ei⁹ exhiber, vt qui emere velit, prælibet, & degustet: præconiq; cõmendat, vt pretiũ intonet. Sic Christus volens ostendere supernam & cœlestẽ gloriã, & exhibere eã venalẽ, dedit eam præconi, qui est pater æternus quãdo dixit. Hic est filius me⁹ dilectus, ipsum audite. Æstimatores fuerũt Moses, & Helias, qui pretiũ istius gloriæ cõstituerũt, q; fuit Christi crudelis passio, nã sine hac nõ sufficiũt omnia nostra opera ad cõsequendã nec promerendã gloriã. ¶ Sed est hic magnũ mysteriũ non prętereũdũ. Obsecro dñe, vocas magnates ad comitia, vt tractent de tua morte? Quis vnq; Regũ hoc tractauit in propria curia? Reges quando vocant ad comitia, potius tractãt de vtilitate propria, scilicet de reditibus, & exigenda pecunia & postea de communi vtilitate. At Rex hic cœlestis multo aliter, nam potius agit de nostra, quàm de

2. Reg. 1.

sua vtilitate. Loquebãtur de passione, nõ vero de resurrectione: quiare surrectio, fuit Christi specialis vtilitas: & quãuis etiã exiterit nostrũ cõmodum, tamen abundantiorẽ ex Christi passione fructũ excerpimus. Et sicut in comittijs, nõ est attendendũ, nec curandũ propriũ Regis emolumentũ, sed regni & cõmunitatis: sic Moses, & Helias, qui munus & officiũ legatorũ obibant, tanquã boni negotiorũ gestores non agũt in ijs comitijs de resurrectione, quæ Christi propriũ & speciale fuit cõmodũ, sed potius de passione, per quã totus mundus fuit redemptus & in libertatẽ iucundissimã assertus. Omne regni incõmodũ & detrimentũ ex contrario oritur: quia oẽs conantur regi blanditi, volũtati eius obsequi, & parere, cõmodis inseruire, vt in eos beneficia conferat, dignitatibus efferat, diuitijs cumulet & amplificet: paucissimi vero agũt de cõmunis cõmodi conseruatione, deq; Reipublicæ amplificatione. Causa vero cur Resp. tã præposterè gubernatur, & regitur, ea est, quia omnes quærũt, quę sua sunt, & non quę Iesu Christi. Hinc est q; vocauit Mosem & Heliã & nõ alios, vt ait Chrysost., vt Petrus qui illic aderat & futurus erat prælatus, & pastor Ecclesiæ, acciperet exẽplum in Mose, & illũ imitaretur, qui adeò cõmune bonũ dilexit, & populũ sibi cõmissum, vt vellet potius vitã, & populi salutẽ, quã saluté suã: dicebat enim dño. Dimitte illis hãc noxã, aut dele me de libro, quẽ scripsisti. Adducitur ergo Moses vbi erat Petrus, ac si Christus diceret ei. Inspice, & fac secundũ exẽplar q; tibi in monte monstratũ est. Sed Euangelistã audiamus quid de Petro, & de suis socijs dicat. Ait ergo. *Petrus vero, & qui cum eo erant, grauati erant somno.* Hinc apparet nocte, aut matutina hora octaui diei, hæc fuisse gesta: ideò Lucas dixit, fere dies octo. Iesu siquidẽ orãte, Petrus, & Iacobus, & Ioannes à prolixa oratione repente somno retrahũtur: propter q; verisimilius est q; post aliquas noctis horas hoc fierit. Crediderim etiã, q; Christus immisit in illis istũ soporẽ: & hoc innuitur, quia dicit, grauati erãt, q; notat quandã violentiã ab aliquo, idest, ab extrinseco fieri. Sic Deꝰ immittit somnũ, quibus vult, vt Deus immisit soporẽ in Adã, quãdo extrahere voluit vnã de costis eius. Sic misit soporẽ super omnia castra Saulis, nam dicitur. Nõ erat, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed oẽs dormiebãt: quia sopor dñi irruerat super eos. Idest, sopor immissꝰ à Deo.

Philip. 2. Chry. hom. 57. super Matth.

Genes. 2.

1. Reg. 26.

Fuit

Fuit autẽ iste sopor immissus à Deo super discipulos, vt non viderent ea quæ quomodo Christus incipiebat trãsfigurari: quia illud erat admirãdũ, & fortè eis esset occasio ad paradoxũ fiebat res fantasticè, & magicè. Sic nõ viderũt quãdo veniebat Moses, & Helias, nec quãdo recesserunt, & cessauit fulgor in facie Christi, sed solũ viderũt eũ redactũ ad statũ: in quo prius erat antè trãsfigurationẽ. *Et ecce duo stantes viderunt maiestatẽ eius, & duos viros, qui stabant cũ illo.* Viderũt claritatẽ magnificã & eminẽtiã eius supra Mosem, & Heliã. Cognouit autẽ Petrus illos esse Mosem, & Heliã, quos antea nũquã viderat, quia Christus audientibus Apostolis alloquebatur nominatim Mosem, & Heliã, sicut amici cõuenientes solẽt se inuicẽ ex nomine salutare. Potuit etiã cognoscere eos ex verbis eorũ vel ex similitudine ad pictos Mosem, & Heliã. Potest etiã dici q; cognouerũt eos in illo lumine gloriæ. Sic & nos in beatitudine cognoscem⁹ oẽs, quos voluerimus: quãuis antea nõ vidermus eos. Tuq;, qui nũquã tuũ vidisti patrẽ, quia antequã in lucẽ fuisses editus, è vita migrauit, eũ iucũdè fœliciterq; in gloria cõspicies, atq; probè cognosces. Et beatus cũ Adamũ, aut Ioannẽ Baptistã, aut D. Petrũ, vel aliũ quẽcũq; sanctorũ, videre voluerit: illico eius intuebitur ora, & dulci fruetur cõspectu, quẽ dũ hic agerẽt habebãt, quãuis splẽdidiorẽ, & nitidiorẽ nũc in beatorũ præcellẽti domicilio gestent. ¶ Obserua autẽ, q; vigilãtes viderũt maiestatẽ eius: vt tu discas, q; nemo nisi vigilãs, videt Christi gloriã. Ideò Paul⁹. Vigilate iusti, & nolite peccare. Mirabilis erat somnus Ionæ, qui cũ periclitarentur oẽs, qui erãt in nauigio, & esset in medio maris, circũdatus tãtis periculis, ipse dormiebat sopore graui obrutus. Quã ti etiã & nũc in hac vita periculis plena, & miserijs abũdãti, nescientes an fortè hodie redditurí sint rationẽ iusto iudici, ipsi vtraq; dormiũt aure? Hoc plorãs Paulus dicebat suis Corinthijs. Ideò inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Oportet ergo, vt vigiles, & à somno cõsurgas, vt cũ mors venerit videas Christũ glorificatũ in cœlis: nã si mors te dormientẽ inuenerit, fcito q; nunquã vigilabis, sed vsq; in æternum dormies, iuxta illud q; in Hieremia habetur. Inebriabo eos, vt sopiatur & dormiant somnũ sempiternũ. *Et factum est cũ discederent ab illo ait Petrus ad Iesum. Præceptor, bonum est nos hic esse.* Matthæus ait, q; Petrus respondit dicẽs. Bonum est nos hic esse. Ad quid respondit Petrus: Non est respõsio sine quęsito. Vocat Deus ad comitia, & negotiorum gestorum ciuitatum suffragia expoſcit, & agitur in ijs comitijs de communi bono, & de humani generis libertate. Quid vis tu Moses: Domine vt moriatis, noſque à sordido illo limbi retetrimoque carcere extrahas. Te expectant, qui illic detinentur: ad te anhelant: teque vnum verum liberatorem expostulant. Et tu Helias, quid ais? Dñe, vt vitam pro nobis exhales, & effundas omnino, totus enim orbis ad interitũ præceps ruit: nisi tu succurras, sanguinẽq; pro nostra liberatione penitus effudas. Et tu Petre quid dices? Respondens autẽ Petrus ait. Dñe bonum est nos hic esse. Ego cõtrariã statuo sententiam, meaq; opinio, & consiliũ illud est dñe, vt hic nos tueamur, impetũq; inimicorũ frãgamus: deniq; ne te neci tradas: sed hic consistamus, & faciamus tria tabernacula. O quàm malè procuratoris munus obibat D. Petrus agit de proprio commodo: non autẽ de cõmuni Rei publicæ vtilitate: Ideò B. ait Augustinus. OPetre mundus perit, & tu secretum quæris. Nescis Petre quid dicas. Restant magna peragẽda negotia, & magna statuẽda sacramẽta. Nõ dum enim stabilitũ est sacramentum Eucharistiæ, humanum genus non est redemptum. Detinẽtur animæ in limbo vinculis constrictæ, & colligatæ expectãtes dulcẽ libertatẽ. Et quia Petrus fruitur gloria mõtis iuxta suũ desiderũ, & animi votũ, elatus, & hilaris ob magistri sui indulgentiã erga se mortuorũ, & victorum cura nequaquam angitur, & constrictatur. Attẽdite, ne ſpe vestrorum hærtedũ innixi, & fulti, somno indulgeatis. Quot & quãti è vita decedunt, qui malè parta minimè restituũt nec debita sua soluunt, omnem spem & curã in hæredes suos transmittẽtes? Hæres vero diuitijs, & voluptatibus affluẽs, cõquiescit, cibo, & potu minimè indigens, bonis defuncti iucundè perfruẽs, defunctus vero meritas peccatorũ pœnas in purgatorio luẽs: hæres vero nihil aliud dies noctesque meditatur, nisi voluptates, vitã iucundã, & lętam agens: nec sacris, aliisq; suffragijs afflictã defuncti animã à purgatorio extrahere contendẽs. Petrus non curat de animabus, quæ erant in inferno, quia ipse dulcem, & iucundã ducit vitam, secundaque fortuna fruitur & gloria. Quando defunctus te hæredem constituit quid aliud agit, nisi quandam sempiternã sui memoriam animo tuo inũxã, & impressam

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquere quam nulla obliuione deleres, & raderes? Ne sis segnes in vita, nec obliuiscaris bonorum operum, credens & sperans hæredes, & fidei cõmissarios pro te soluturos: nã ij sæpenumero, id, q̃ hic Petrus, agunt. In vita eleemosynis incũbe, bene, & honestè actis tẽpus consume: non vero hæc in tẽpus mortis trãsmittas. Idcò Christus loquens de eleemosyna dixit. Te autẽ faciente eleemosynã. Non dixit, te testante, sed te faciẽte. Pium quidem & sanctũ est testamẽto bona pauperibus largiri: præstantius vero vt dũ viuis id facias. Tuis manibus eleemosynam, aliaq; bona opera miseris, & iqualidis contribue. Nolũt multi eleemosynas facere, sed morientes: quæ secũ ferre non possunt pauperibus erogari cõmendant. Nõ ergo eleemosynę nos sequãtur, sed præueniant nos, vt recipi mereamur in cœlum: sicut munera præmittimus his, quorũ gratiã habere volumus: & victũ ante mittimus ad locũ, quo vadimus. Idcò in Ecclesiastico habet. Ante mortẽ benefac amico tuo: & secundũ vires tuas exponẽs da pauperi. Nõne valde ames & insanus es, dũ existimas & credis plus te amaturũ amicũ tuũ, quã tu te ipsum amas? Si ergo tu nullã tui curã geris cur credis aliũ habiturũ? Cũ tã segniter tecũ te habeas, & te tantoperè diligas: crede alios etiam negligẽter tua pertractaturos negotia: quãdoquidem nõ te plus diligunt, imò verò minus, ac tu te diligis. Si tu erga te ipsum iniquus es, & segnis: non credas alios tibi profuturos, tuiq; curã habituros. Episcopi eiusq; vicẽ gerẽtes, magnam deberẽt curam gerere vt testamẽta exequerẽtur, statimq; in nostra Hispania hęc segniter pertractãtur, &c. ¶ Ob seram autẽ, q̃ non solũ hac vice, sed alia etiam vice voluit Petrus impedire Christi passionẽ, quando dixit. Absit à te dñe. Cur Christus respõdit. Vade Sathana, quia nõ sapis, quæ Dei sunt. Nunc in eadẽ perstat insciti, quia vidit q̃ Moses, & Helias agebant de passione Christi. Ab hac appellat sententia. D. Petrus, & ait, minimè sed in hoc monte ruti etimus ab Iudæorũ impetu, & incursu, tranquilleq; degemus. Et sic hoc, q̃ dixit, D. Petrus ait Origenes dæmonis suggestione, & impulsu accidisse. Sicut Deus vtitur iniquis & sceleratis, vt [illegible] ministerio & opera, bonos torqueat & [illegible] sicut Assure vsus fuit tanquã virga furoris sui, vt Israel supplicio afficeret, & pœnas. Et Nabuchodonosor appellatur seruus Dei, [illegible] quod inuitus Dei exiliteret sed quia Dei voluntatem exequebatur cùm Israel eruciabat: Sic dæmõ è contra vtitur bonis, vt eis mediantibus iniqua agat. Bonus & sanctus erat D. Petrus, sed tamẽ hoc, q̃ dixit, dæmone suggerente, asseruit. Voluit enim Sathanas ore diui Petri nostrã impedire libertatẽ. Nã si benè D. Petrus loquutus fuit, cur ergo inquit Euangelista, quod nesciebat quid diceret? Quemadmodum omnis virtus donum Dei est, & ab ipso Deo profluit, sic omne mẽdacium, à dæmone tanquam ab impuro fonte promanat. Et mendaciũ sanè erat asserere bonũ esse illic consistere, & manere: nam nõ bonũ, sed malũ, & pernicioſum erat. Hoc etiã facit nunc frequẽter diabolus, nam vtitur ijs, qui homines bonæ frugis videntur, sicuti clericis insciis & religionis vinculo sacramentoq; colligati, quos cùm credas esse sanctos, & doctos, te decipiunt aiẽtes. Abi sis, ne existimes hoc esse peccatum, & flagitium, rectè tu quidem facies hoc exequendo. Horum ductu, & ministerio quàm plures secum dæmon in infernũ præcipitat, &c. ¶ Sed dic, amabo, vnde initium traxit hoc imprudens Diui Petri, assertũ? Sanè ab inordinato, & imprudẽti amore, quo Christũ dñm cõplectabatur. Nõ diligebat Christum eo modo, quo ipse vult diligi. Inurbanè & imprudenter Christi diligebat humanitatẽ. Amor hic imprudens creaturarum rerum sæpenumero ansam ad Dei offensam præbet. Adamus nobis exemplo est, de quo inquit Augustinus quod peccauit Adã, ne constristaret delitias suas, scilicet Euã. Et hinc oritur quãplures homines matrimonio colligatos, in infernum recta ire, quia imprudenter, & prepostere vxores diligũt suas: quãpluresq; patres, quia plus satis inuerso ordine liberos amant suos, & vt eis ingentes diuitiarũ cumulos relinquant: denicq; multos inferorũ sedes recipiunt, eo q̃ amicorũ gratia mortiferè delíquerunt, &c. ¶ Secũdò potuit hoc etiam euenire Petro, vt hęc diceret, quia dulcedine glorię captus, optabat ibi permanere. Sic ait D. Chrysost. In quo datur nobis doctrina, q̃ ideo non obliuiscimur terrenorum, quia non amamus cœlestia. Nam (vt Anselmus ait) quo amplius quisque vitæ cœlestis dulcedinem degustat, eo amplius fastidit omnia, quæ placebant in infimis. Merito Petrus visa domini maiestate, repentè cũcta rum, quæ nouerat, terrenorũ obliuiscitur, & solis ijs, quæ videbat cupit adhærere, ibiq; cũ Iesu optat habitare. Cũ quis incipit Dei degustare

stare dulcedinem, omnino renuit mundi gustare iniquas & turpes voluptates. Quidnec in sermone mũdi incidere, nec de eo aliquid narrare, aut audire. Si in altũ cõtemplationis & considerationis diuinarũ rerũ ascenderes, repentè omnia quæ in mũdo sunt fastidires, respueres, & abijceres. Paulus, tanquã homo cuius cõuersatio in cœlis erat, omnia abiecta, & vilia esse censebat, ac prorsus aiebat. Omnia arbitratus sum vt stercora. Si tantilla cœlestis gloriæ gutta sic Petrũ inebriauit, quid erit, cũ tã ingẽs diuinitatis aliuuies animas nostras plene irrigauerit in cœlis? Inebriabũtur à torrente vbertatis tuę. Si tantillũ delitiarũ omniũ terrenarũ voluptatũ: omnes mũdi illecebras, & cupedias cõtẽnit, & fastidit Deũ q̃; apertis alis concupiscit, ad eũq; contendit. Quando seruus ille Abrahã iussu dñi abijt in Mesopotamiã, quærsitum vxorẽ Isaac, cũ ei obuiã veniret Rebecca, freit periculum, quo cognouit Dei voluntatem esse, vt illa vxor Isaac existeret. Dedit ei inaures aureas, & armillas in manibus eius. Potestcà in vxorẽ filio dñi sui eã à parentibus expoleit, qui mentẽ adolescentulæ cognoscere cupientes, interrogauerũt eam. Vis ire cũ homine isto? Respondit illa, vadã. O magnũ Dei mysterũ, & arcanum: nã mox vt alicui gloriæ obsides præbes dñe, te q̃ illi aperis, & manifestas per fidẽ (hoc est enim inaures aureas, & armillas ei in manibus dare, qui sunt amor & charitas delitiæq; cœlestes) ex tẽplo omnia terrena despicit & contẽnit, delitiasq; paternas patui pendit teq; sucũdissimè sequitur. Cùm Helias propheta Dei gloriã & maiestatẽ coram se pertransire videret, pallio suo oculos texit: nam mox vt quis Dei fruitur delitijs, omnibus terrenis oculos claudit, & obtuit. Ideo Petrus omniũ mundanorũ oblitus, & Magistri sui gloriã delinitus, ait Bonum est nos hic esse: omnium huiusce sæculi obliuiscitur voluptatũ, omnia deserit & respuit, vt cũ Christo dño cõmoretur. Præterea, si sic absortus est Petrus, videns Christi humanitatẽ glorificatã: quid erit in cœlo cũ videbimus Dei maiestatẽ gloriosam? &c. Quã to major erit dulcedo videre regẽ Angelorũ in cœlo in decore suo. Ideo Dauid in psalm. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te? Quo amplius quis degustat dulcedinem vitę cœlestis, eo amplius fastidit terrena. Vnde Dauid, Quid mihi est in cœlo, & à te quid voluisuper terrã? Deus cordis mei & pars mea in æternũ. Admonet hoc ipse, vt omnia hæc terrena, diuitias, delitias & quicquid mũdus habet contẽnamus amore cœlestis patriæ: quando quidẽ tanta dulcedine repletus est Petrus videndo Christi metamorphosin, vt omniũ rerũ sit oblitus, & quasi à seipso alienatus. Nã si tã bonũ est nos hic esse, videndo Christi transfiguratione: quãto melius erit videre Deũ, & frui diuina essentia in cœlo in omnẽ æternitatẽ? ¶ Exponde etiã nõ esse crucẽ, nec afflictionẽ, tota iustorũ vitã: sicuti existimãt multi hominũ mũdanorũ. Pius dominus, & iustorum pater, suorum electorum curam gerit: scitq; in hoc mundo eos consolari, tempore que opportuno eos conuenire, eisque apponere delibados gloriæ gustus, & delitias, ne oneri sue cumbant, aut in via deficiant, imò verò animos sumant ad labores futuros. Quam magnæ vero sint hæ delitię Diuus Petrus nobis significauit, quando quidem tam erat à sensu alienus tunc temporis, vt quid diceret prorsus ignoraret: nec memoria tenebat res humanas præ magnitudine gustꝰ, quę illic capiebat. Existimãt mũdani, & perditi homines, se solos perfrui hoc mũdo, cũ reuera minimũ solatij spiritualis, q̃ hic iusti habẽt, multis nomi nibus lõgoq; interuallo superet omnes omniũ malorũ voluptates, & delitias. Ne existiment totũ solatiũ Deũ in alia vita reseruasse, quãdoquidẽ in hac etiam vita multas suis tribuit, & cõcedit delitias, vt ex ijs, quæ hic ait, D. Petrus, intelligere licet. Sed Petrũ vltra audiamus. *Faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Mosi, & vnum Heliæ.* Tu vero Petre, Vbi nam eris? Vbi nã erit Iacobus, & Ioannes soci, comites tui? Quod si inquis, q̃ eritis cũ Christo: quæro nunc: vbi erit frater tuus Andreas? cur ei nõ recordaris? Attẽdite quãtũ malũ inuehat prospera fortuna: D. Andreas; adduxit Petrũ in Dei cognitionem, vt D. Ioannes in suo scribit euãgelio: Et Andreas intro duxit Petrũ in palatiũ, eũq; corã Rege statuit. nunc vero cùm se Petrus regi acceptũ videt, & in dignitate & honore constitutũ, tãpenitus obliuiscitur eius, q̃ cũ in tãta exiit amplitudinẽ, & gratiã Regis. Quotidie hoc accidit, q̃ quis aboruculatus, gratia & fauore plurimum valet apud principes: postquã verò omnia prosperè & fœliciter sibi contingere videt, obliuiscitur illius, qui ei aditum ad tãtæ dignitatis gradus præbuit, nec aperuit, nec; eius aliquã rationẽ habet. Quapropter vi

Mat. 6.

Ecclesia. 14

Mat. 16.

Orig. hom. 5 super Mat.
Esa. 10.
Hiere. 25.

Aug. lib. 14 ciuit. Dei cap. 11.

Psal. 35.

Gen. 24.

Anselm. in enar. eius.

Psal. 30.

Psal. 72.

Philip. 2.
1. Philip. 3.

Psal. 118.

Iean. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debis qui cùm in cœnobijs suis agunt, humiles, atque probi sunt: at cùm Episcopi, præsides, Abbates, aut domini creantur, neminẽ non respuunt, omnes ignorant, imò vero seipsos nesciunt. Prospera fortuna homines insaniam cõijcit, efficitque ne seipsos cognoscant, & amicorum oblitionem ingerit, & ne eorum à quibus quamplurima receperũt beneficia, recordentur. Ioseph, pincernæ Pharaonis dixit. Memẽto mei dum benè tibi fuerit. Cùm (ait) omnia tibi ex animi sententia succedent, quod est tempus oblitionis, ora te vt mei recorderis. Probè norat Ioseph, secundam & prosperam fortunam homines in oblitionem aliorum inducere, ac proinde dixit vt tempore prospero eius memoriam cordi infixam haberet. Ideo etiam dominus in Deuteronomio, cùm promitteret vrbes, quas ipsi non ædificauerunt, dixit. Caue tibi ne obliuiscaris domini Dei tui. Summè debet in hoc laborare seruus Dei, vt cùm ditior fuerit, & opulẽtior tunc plus Dei sui, qui omnia contulit, recordetur. Non sicut Petrus, & sicut alij multi faciunt. Olim vir desideriorũ Daniel, qui præpositus à Rege Nabuchodosor, recordatus est sociorum eius Sidrach, Misac, & Abdenago, vt etiam ipsi essent principes super prouincias. De Petro autem dicit Euangelista, quod hæc dixit. *Nesciens quid diceret.* Errabat (Petrus, quia finem suum ponere volebat in hoc mundo, cùm Paulus dicat quod non habemus hic ciuitatem manentẽ, sed futuram inquirimus. Cùm esset peregrinus, cupiebat esse terræ habitator. Non ergo in hoc mundo viuere debemus tanquam habitatores eius: quandoquidem sumus viatores, & peregrini, in cœlumque iter facimus. De veteris testamenti sanctis inquit Paulus quod fatsi sunt se peregrinos esse in terra, & tanquam viatores degebant in spheluncis & tuguriis, nec aliquã in hac vita requiẽ habuerũt, cũ semper peregrinarentur. Artẽde ergo, ô charissime, ne vitam ducas in hoc sæculo, ac si esses habitator, cùm verè viator sis, velocissimeque in aliam tendas vitam. Cain incepit ædificare ciuitatem in terra, & amisit ciuitatẽ in cœlo. Primus (qui voluit in hac vita degere, ac si esset habitator, cùm verè esset viator) extitit Cain, qui fuit damnatus. Si te viatorem & peregrinum ducis quemcunque huius vitæ laborem bono, æquoque animo feres: in mentem reuocans te eras in cœlestẽ domum, & habitaculum peruenturum, vbi requiem & solatium capies sempiternum. Et quemadmodum viatores, & peregrini nihil aliud dies noctesque cogitant, nisi domos, ad quas gressum tendunt: sic etiam tu nihil aliud quàm cœlum meditari debes, semperque tibi dies noctesque ante oculos obuersetur æterna illa vita, ad quã incitato cursu iter facis. Properas in domum patris tui, nihil aliud cogita, quàm quo pacto accedere debes quàm iucundè recipieris, oblitus omnium rerum huius infœlicis & turbulenti exilij. Nesciebat Petrus quid diceret, quia volebat huius sæculi habitatorem constituere. ¶ Secundò errabat quia suum proprium quærebat & affectabat solatium, non vero populi, & commune. Sic etiã & nunc aliqui successores Petri, & prælati Ecclesiæ seipsos & suos pascũt, non autem oues Christi. Vnde Ezechiel plorans dicebat. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, &c. Nonne greges à pastoribus pascuntur? Quid ergo hoc est, quod nũc iam non pastores oues, sed ipsæ oues pastores pascunt? Oues ipsæ pastores alunt, crassos, rubicundos, & nitidos reddunt: ipsæ vero macie penè concidunt. ¶ Tertiò errabat, quia cũ esset Apostolus, & vocatus, vt animabus salutis iter ostenderet, & vt eis vtilis foret, volebat tamen ipse vitam tranquillam, & quietã ducere in eremo. Optima quidem Maria: at necessaria Martha. Pulchra fanè Rachel, ac fecunda Lia. Publici & communes viri, non debent vitam agere eremiticã. Dixit dominus Mosi. Descende peccauit populus tuus. Domine (poterat ille dicere) versabor in contemplatione tui. Nolo, sed descẽde. Esse Christianum, idem sonat, ac pictoris, vel aurificis, vel alicuius alterius artificij officium: & sicut artifices, non sibi ipsis, sed alijs viuunt, sic Christianus tãtum alijs, ac sibi viuere debet. Ideò Paulus. Nemo quod suum est quærat. Et alibi. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat: vnicuique enim mandauit Deus de proximo suo. Quapropter idem Paulus dixit. Cupio dissolui, & esse cum Christo: manere autem in carne, magis necessariũ propter vos. Sed ad contextum. *Hæc autem ille loquẽte facta est nubes, & obumbrauit eos.* Hoc est discipulos præstitit enim temperamentũ discipulis vmbra sua, ne à multitudine lucis splendentis in facie Iesu sicut Sol, opprimerentur oculi corporei. Præterea in eo, quod ait, quod *facta* est innuit quod tũc facta est miraculosè: & ideò non naturaliter facta est, sed supernaturaliter: nã

Genes. 40.
Deut. 6.
Dan. 2.
Hebr. 11.
Hebr. 11.
Gen. 4.
Luc. 10.
Gen. 29.
Exod. 2.
1. Cor. 10.
Rom. 15.
Eccl. 17.
Philip. 1.

ter: nam ista nubes duravit paruo tempore, nam mox vt intrauerunt discipuli Christi in nubẽ & audita est vox de nube, statim soluta est: quæ si naturaliter facta esset, maiori tempore duraret, & non solueretur sic, quasi ab intensione. Fuit etiam facta ad occultandum cessationem claritatis Christi. Noluit enim Christus, quod discipuli viderent quando ille incepit transfigurari, sumendo fulgorem, neque quando illum deposuit. Demum, sicut in veteri lege loquebatur Deus de nube densa, & in datione legis loquebatur de medio caliginis, & fumi, quæ vocabatur nubes densissima: quia vox non poterat formari, nisi in aliquibus organis, & illa necessario sunt densa: nam si in aëre claro, & liquido formaretur vox, viderentur illa organa aut ipse formans, quæ Iudæis esset occasio idolatriæ: idcirco fecit in nouo testamento, ne etiam discipulis esset occasio idolatriæ, quia infirmi erant. *Et timuerunt intrantibus illis in nubem.* Helias, scilicet, & Moses. Quia non dicitur quod nubes venit ad eos, sed quod ipsi intrauerunt in nubem, quæ teste Petro, supereminẽs describitur, dicendo de ecclesia nam si non esset eminentior, non sonuisset vox de ipsa exiens tanquam de cœlo. Ideò intelligendum est quod Moses, & Helias eleuati sunt paululum à terra vsque ad nubem illam inclusiuè: & hoc significatur per id, quod dicitur, intrantibus illis in nubem. Vnde hinc dicit Lucas causatũ timorem discipulorũ: & merito, timebant enim se relinqui videndo Iesum cum Mose & Helia intrare ibi nubem. Timebant etiam Dei maiestatem admirantes. Hinc Ezechiel de pennatis animalibus ait. Cùm fieret vox, quæ erat super firmamentum eorum, submittebant alas suas. Sic cum fieret vox patris super Christum, Apostoli Ecclesiæ firmamentũ in tanta maiestate virtutes suas humiliãt. Sic insti in Dei cõtemplatione, perfectiones Dei speculantes, omnem de suis viribus præsumptionem deponunt: & maculas cordis, & minima peccata venialia, in luce diuini radij videntur. Atomi non apparent, nisi ad solis radiũ ad quod videntur, quamuis minutissima quę dã sint corpuscula, eo quod aër radijs solaribus illustratur. Sic iusti luce ipsa, quam ipsis Deus communicat, vident manifestè culpas suas & imperfectiones, quamuis minimæ sint: quod non fit in iniquis, & sceleratis: accidit, qui cùm inter densissimas & obscuras tenebras versentur, separati, & remoti ab iustitiæ sole, non vident magna sua scelera: ideò cùm sint mali, se bonos iudicant, quia non se vident: quemadmodum iusti cùm sint boni, se peccatores esse credunt, quia à Deo illuminantur, suaque propria cernunt errata, & si minima, seque humiliant & prosternunt coram infinita illa luce, & maiestate Dei. Vnde Iob. Oculus meus vidit te, propterea ego in cinere & fauilla pœnitentiam ago. Homo etsi nimis iustus sit, intrans in Dei lucem, & immensam maiestatem, videbit se nihil esse, imò puluerem, & cinerem se esse affirmabit. Sancti Apostoli in maiestate illius lucis, quam in monte conspexerunt, & coram illa beatifica visione se demittunt, & abijciunt penitus. Et ceciderunt in facies suas. ¶ Expende etiam, quod super facies suas ceciderunt: nam vnusquisque cadit iuxta modum, quo ambulat. Cùm Apostoli incederent tanquam boni, comminus, sic etiam comminus ceciderunt super facies suas. Sic cecidit Abdias coram Helia. At verò mali retrorsum gradum faciunt sicq; cadunt vt ambulant. Sic Iudæi ceciderũt retrorsum. Sic etiam Heli sacerdos de sella cadens. Dic mihi nunc & tu, si discipuli Christi tam iusti, & perfecti, tantum timuerunt videntes Christum in nube cum maiestate, & audiẽtes vocem patris tam gloriosam, & tam dulciter resonantem, nec de pœnis comminantem: quãto magis timebunt & terrore concutẽtur reprobi in die iudicij, quando quidem audiunt illam horrendam & tremendam vocem, dicentem, ite maledicti in ignem æternũ? Quid facient, cùm videbunt Christum in nube cum potestate magna, & maiestate? &c. ¶ Obseruã dum denique est, quod non ceciderunt antè facies suas quando viderunt Christi faciem transfiguratam, & splẽdentem: sed quando audierunt vocem tremendam. Quando peccator aliquis beatitudinem audit, non humiliat se, nec dimittit caput, imò vero stat: & sic non quæres à peccatore, etiam si magnus sit, & multis flagitijs inquinatus, velit nõ beatus esse, qui nõ dicat, maximè. Si vero addas, existimasne te gloriam assequuturum? maximè inquiet. Si vero dicas. Quid ergo iniquè viuis? respondet, pœnitentiam agam, nam & latro misericordiam assequutus est. O ingens dementia, & insania. Nam in sacris voluminibus lego Latronem istum, cùm malè vixisset, sa autem ademptum fuisse: at innumerabiles lego, qui cùm iniquam & perditam transegissent vitam, damnati sunt. Imò aliqui, sicut

Iude. 25.
Iud. 19.
Prou. 1.
Prou. 1.
Iob. 42.
Matt. 25.
Luc. 23.
1. Reg. 18.
Ioan. 18.
1. Reg. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saul, & alij, qui aliquādo sanctè vixerunt, tādemque damnati sunt è gratiaque excidērūt. Cum ergo tot sint dānati, quia vitam iniquā transegerunt: vis tu vnum sequi, qui salutē adeptus est, cum esset antea iniquus, & perditus homo? At quādo nubes Etiam & Mosem circūdedit, valdè timuerunt lōgeque magis audiendos vocem, natā memoria iudicij, & horrenda vox, quæ intonabit, surgite mortui, venite ad iudicium, peccātores timidos reddit. *En vox facta est de nube, dicens.* Hæc vox facta est per Angelum, nam diuina substantia, vel persona, percipiūtur nunquam formata aliquam vocem. Angelus itaque loquutus est, qui tamen nomine Dei hoc dixit: & ideo potuit formare verba, quasi Deus Pater loqueretur, quia vice eius prolata est, vt daret testimonium de Christo, qui erat testificabatur complendæ esse in eo omnia quæ scripta erant in lege & prophetis. Verum quia de hac voce plura diximus in superioribus, cum de baptismo agebamus, nunc quid vox dixerit, videamus. *Hic est filius meus dilectus.* Non affuerunt in baptismo discipuli, ideo conueniens erat, qui ma audirent hanc vocem. Et hic addidit vnū aliquid quod prius non fuerat dictum, scilicet, ipsum audite, quod non poterat cognosci, nisi præcederet, Hic est filius meus dilectus. Dixit autem hic est filius dilectus ad ostendendum eius excellentiam: quia non est filius eius adoptiuus sicut nos, sed naturalis. Matthæus addidit, quod hæc vox facta est in quo mihi bene complacui, quæ etiam verba nostri Lucas in Baptismo Christi dixisse ait, vbi ea exposuimus. Nunc Lucam audiamus. *Ipsum audite.* Apte diceret. Non audiatis Mosem, qui ita transfiguratus fuerat, ideo, necesse est, vt legis translatio fiat. Non audiatis mundum, qui docet delitias, & honores appetendos. Ipsum audite, qui præcepit contemptum diuitiarum dicens. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Non audiatis mundum, qui præcipit dignitates, & honores optādos: sed ipsum audite, qui ait: Nisi quis humiliauerit se sicut parvulus iste, non intrabit in regnū cœlorum. Non audiatis mundum, qui dicit, vobis, vobis diuitiæ apparatis: sed ipsum audite, qui ait, diligite inimicos vestros, &c. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & sinistram. Sinite falsas principum expositiones, qui aiunt Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & audite illum, qui ait. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros & benefacite his qui oderunt vos. Ipsum audite, qui si vobis inferorum pœnas comminatur: potēs est ad vos flagellandum, & torquendum, Ipsum audite: quia si vobis gloriam polliceretur, potens est vobis eam cōtribuere. Ipsum audite: quia Deus est, & doctrina eius non est huius seculi, sed ex cœlo. In his verbis resoluit totam legem Euangelicam, eamque in Christi ore cōstituit: qui eius est filius vnigenitus. Ad ostendendum quod discipuli deberent per omnia obedire Christo, dixit hoc verbum, ipsum audite. Ostenderat Deus Christum per fulgorē corporis eius magnæ esse authoritatis: ideo restabat quod obediretur ei. Sic fecit Deus cū Mose, nam non voluit per se dare populo omnia præcepta legis, sed pauca: cætera vero per Mosem: vt autem populus crederet Mosi, voluit eum facere magnæ authoritatis: & ad hoc loquutus est cum eo audiēte populo vniuerso: & ex tunc crediderunt quidquid Moses diceret. Ita Christus coram discipulis accepit authoritatem magnam, & postea dictū est ipsum audite. Ac si diceret. Iam non est opus quod ego loquar vobis dando præcepta: sed quicquid iste dixerit tenete auribus cordis, & corporis ei obediendo. Si grauiter peccauerunt qui Mosem seruum Dei non audierunt neque eius iussibus paruerunt: quā enormiter peccant, qui vnigenitum Dei filiū non audiunt, nec per obedientiam venerātur? Si ergo illum misericorditer nunc vocantem non audieris, audies illum postea in iudicio venientem, & pœnas committātem. Sed procedamus: *Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus.* Hoc est à Mose, & Elia separatus. Quando hæc vox prolata est, iam recesserant Moses, & Elias: nam dum facta esset hæc vox audientes eam discipuli, ceciderunt in facies suas, timuerūntque valdè. *Et accedens Iesus dixit eis. Surgite & nolite timere:* Et tunc inuentus est ab eis Iesus solus, cessauitque claritas sui vultus: & ita poterant eum irreuerberatis aspicere oculis. Hinc habetur quod Apostoli nec viderunt incipere gloriam Christi, nec desinere: sicut nec viderunt venire, nec recedere Mosem, & Eliam. *Tunc attexit Iesus, & tetigit eos.* O fœlix tactus. Tetigit Ezechielē, & Danielem, & ad tactum eius confortati sunt. Tetigit Saulum, qui magno impetu & furore ad destruendam Ecclesiam properabat, & dixit: Domine quid me vis facere? Tu ergo

ergo roga eum vt tangat te, & excitet à sopore peccati. *Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerūt in illis diebus quicquam ex his quæ viderāt.* Hoc fuit ex præcepto Christi ne alij discipuli tristarentur, aut inuiderēt, & ne passio Christi impediretur: ideo dixit eis, vt Marcus dicit. Postquā silentium imposuit Apostolis, quia oportebat ire Hierosolymā, & multa pati & reprobari, &c. Nā si maiestas eius diuulgaretur, populi impediret passionem eius resistēdo, & sic impediretur redēptio nostra. Ideo præceptum hoc silendi obligabat tantū vsq; ad resurrectionē: & post tenebantur alijs discipulis reuelare & prædicare illud, sicut cætera gesta. Tertiò oportebat silere, nam si discipuli tā admirādā & excelsa de Christo prædicarēt, & postea iudæi viderent eū tam acerbā & ignōminia dedecoreq; plenā pati mortē: suæ doctrinæ minimè fidē haberent: sicq; iacturam facerent, res tantopere fidei conducētes. Quartò, quia eū gentij prædicatores primū, & gentibus euulgare & concionari debent, est mors, & crux dñi nostri Iesu Christi: quo experientia cognito, diligēterq; perfecto concionētur post modū Christi diuinitatem, & Apostoli fecerunt, præstiterūtq; diligenter. Ideo Paulus. Non prædicamus Christū crucifixum. Ingens esset insania, & stultitia si puerulū, qui adhuc prima literatū ignorat rudimenta docere velles elegantes depingere exarateq; characteres. Decebat sanè prius populo pœnitentiam, crucem, mortem, passionēq; prædicare: postea verò immēsam transformationis gloriā, & præcellentiā. Sequitur in contextu. *Factum est autē in sequenti die descendentibus illis de mōte occurrit ei turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicēs, Magister obsecro te respice in filiū meū, quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eū, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum.* In primis verbis huius contextus vbi ait, q; hoc sit factum in sequēti die descendentibus illis de monte, insinuat Euāgelista quod vt iam diximus, in nocte facta fuerit transfiguratio: & sequens dies est artificialis, hoc est ab ortu solis: non enim est verisimile quod tota illa nocte, & nocte sequēti perseuerauerint soli in monte. In tortura, & persequutione, quam spiritus malus huic adolescentulo infligebat, insinuatur graue odium, quo dæmon genus prosequitur humanum, quantūque dæmonem ipsum hostem nostrum odisse debemus, nec ei in aliquo obedire, & morem gerere, nec cōsensum præstare eius iniquis & falsis persuasionibus, quā doquidem nobis tantopere nocent. Respice, inquit, in filium meum. Respicere, idem est quod oblectari aut misereri. Sic Dauid. Iniquitatem si aspexi in corde meo, nō exaudiat dñs. Hoc est, si ego in animo meo delector iniquitate, non exaudiet Deus preces meas. Ita intelligitur illud Geneseos. Dixit Deus, fiat lux & facta est lux. Et vidit Deus lucē. Et paulo post. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Hebraismus est, quo sæpè vtitur diuina scriptura, vbi, videre, idem est q; delectari: & non videre est iratū se ostendere, vt apud Iob. Cur faciem tuam abscondis: & arbitraris me inimicum tuum? Respice ergo filium meum ait pater, & auxiliare ei. Aduerte autem quòd iste filium infirmum: & sic dū è à dæmone vexatum ad Christum adducit. Multos & nūc inuenies huic similes, qui sem per deteriora, & peiora dāt atq; offerūt Deo. Si filius gibbosus, lippus, fœtidus, aut claudus est, ad Monasterium adducunt, Deique obsequio consecrant, si quis vero aspectu pulcher aut robustus est, hunc mundo, & nuptijs, ac eorum ministerio seruant. Quapropter Deus insic primogenita, & meliora ei offerri. Ita & de iumentis fit, ita vt per Malachiam dicat. Maledictus dolosus, qui cū in grege suo masculum, & robustum habuerit, debile domino offert. Ideo voluit, vt asinus non offerretur, sed redimeretur oue, quia dominus respuit. *Et rogaui discipulos tuos, vt eijcerent eum, & non potuerunt.* Non satis erat precari Magistrum, vt curaret eius filium, sine vlla discipulorum vel commemoratione, vel taxatione. Cogitare debuerat vel se vel ipsum filiū in causa esse cur non eiecerint: non culpam in Christi discipulos reijcere. Sic nunc multi tunc bene orare putant, cùm in alios culpam reijciunt, & aliorum defectus carpunt. Illi qui abscederunt caput Isboseth petebant à Dauide mercedem, dicentes mala de Saule, & appellantes eum inimicum Dauid, vt sic gratiam eius conciliarent. Sed puniti sunt à Dauide. Sic iste hic facit, accusans discipulos. Et Christus punit illum increpans eum, sicut Dauid Recab, & Baana. ¶ Sed ijs dimissis, aduerte quod discipuli non potuerunt illum eijcere, & defectus iste fuit partim ex imperfectione fidei patris huius vexati, & afflicti adolescentis partim vero ex incredulitate discipulorum. Ait enim Matthæus. Accesserunt discipuli

Luc. 3.
Luc. 3.
Hebre. 7.
Matth. 16.
Matth. 18.
Mat. 5.
Exo. 33.
Ezec. 1.
Dan. 9.
Act. 9.
Psal. 65.
Gen. 1.
Iob. 13.
2. Reg. 4.
Exod. 13.
Mala. 1.
Exod. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matthæ.17. discipuli ad Iesum secreto,& dixerunt.Quare nos non potuimus eijcere eum?Et dixit illis Iesus.Propter incredulitatem vestram.In Marco etiã legimus, ꝙ Christus dixit patri huic. Si potes credere,omnia enim sunt possibilia credenti.Et exclamans pater pueri cũ lachrymis dixit.Credo domine,adiuua incredulitatem meam. Obserua autem quod multi etiam in hoc sunt similes huic,qui quando

Mar.9. non possunt excusare peccata sua , maioribus impingunt peccata. Sic Adam Deo impingit culpam suam dicẽs. Mulier quam dedisti mihi. Hic ex paruitate fidei non meruit salutem filio suo,& Apostolis ingerit culpam.Vn

Gene.3. de egregius psaltes dominũ orat dicens. Nõ declines cor meum in verba malitiæ,ad excusandas excusationes in peccatis. *Respondens autem Iesus dixit ei.* O *generatio infidelis & peruersa: vsquequo ero apud vos? & patiar vos?* Infidelis,quia non creditis:& peruersa quia male de discipulis narratis,& dicitis Hæc est gene-

Psal.11.4. ratio de qua in psalmo habetur Hæc est generatio quæ non direxit cor suum:& nõ est creditus cum Deo spiritus eius.Et in Deute-

Psal.77. ronomio. Generatio prauа , atque peruersa. Non tantum istum hominem arguit,sed totum populum Iudæorum propter incredulitatem. Vsquequo ero apud vos? Hoc est, non

Deute.31. multum tempus eo,quia infrà dixit eis Ecce dæmonia eijcio,& sanitates perficio hodie,&

Luc. 13. eras,& tertia die consummor. Veruntamen apud fideles semper præsens futurus erat,per sacramentalem præsentiam,ipse enim ait.

Matt. 28. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.Fuit enim dominus non sicut cum lucifero fuerat in cœlo,neque sicut cum Adam in paradiso,neque sicut cum Mose in synagoga,cum ijs non fuit vsque in finem seculi:fuit cum illis quidem,sed non vsque in finem perseuerauit.Sicut humanitatem,quã semel assumpsit nunquam dimisit, neque dimittet,ita nec Christianitatem.Ea enim ratio

Esa 7. ne Messias noster dicitur Emanuel,id est,nobiscum Deus:vt quandiu duraret ipse , eius etiã duraret nomen, duraret item & nominis veritas. Vide quid synagoga meruerit , eo ꝙ dominus seipsum,& suam gloriosam præsentiam tulerit ab eis.Hæc maxima punitio est. Quod autem Christus tam feuerè respondeat,& ipsos obiurget,non rædio fit,sed multo magis ex commiseratione:quia dolet infirmitatẽ fidei nostræ.Ac siquis medicus ægrotum videat, contra sua præcepta agere dicat. Vsquequo accedam ad domum tuam?quoniam artis perdam industriam:me aliud iubente,& te aliud agente? Vt autem videas compassionis & non iracundiæ verba esse, statim iubet Christus,patrem dæmoniaci bene sperare,& filium adducere, ideo ait. *Adhuc filiũ tuum.* Poterat absentem curare,sicut filium reguli,sed magis oportebat ad Christi gloriam, vt præsenti opitularetur:nam alias potuissent inuidi Pharisæi dæmonium à se ipso voluntariè,& non ex imperio Christi exijsse.Miraculum enim coram omnibus erat magis insigne & apertum:& patrem,& alios, qui illic aderant voluit Christus de incredulitate sanare, in qua laborabant. *Et cum accederet elisit illum dæmonium , & dissipauit.* Scilicet ad terrã deijciẽdo.Cernebat dæmonium illud sibi esse ad Christi imperium exeundum,& idcirco tanquam hostis hominum omnes vires exercuit,vt ante discessum quanto posset malo illum afficeret.Eadem feritate vtuntur dæmones aduersus hominum animas cum eos cernunt velle ab eorum potestate ereptos ad Christum redire. Tunc enim grauiores in eos excitant pugnas,varijsque tentationibus tanquam machinis oppugnant,vt ab optimo instituto auocentur. Quare tunc maiori vigilantia standum in acie est , & non solum illi hominum conatus pertimescendi,sed pro certo indicio,hoc est appropinquantis salutis. Ideo *Eccle.2.* ait sapiens. Accedens ad seruitutem Dei,præpara animam tuam ad tentationem. Non sentit homo tẽtationes,cum agit vitam quæ diabolo placet:quia ipse sponte sese diabolo subdit,quem pacifice possidet. Sed cum diabolus videt quod è manibus vult prædа fugere, tunc mouet machinas,ne fugiat , vt cum isto dæmoniaco fecit Dissipabat itaque illum, & ad terram deijciebat. ¶ Perpẽde quod prima intẽtio diaboli,est ad terram deijcere:& deinde per diuersa vitia præcipitare. Præterea sæuit,dum cogitur exire,quia inuitus & renuẽs relinquit hominem. Deinde,si sic sæuit in puerum,quid de nobis cogitandum censes , qui diu,noctuque nulli,nisi sathanæ inseruimus? Considera etiam modum loquendi scripturæ sacræ,nam cum de bonis loquitur , quanuis labores,famẽ,dolores patiantur non tamen inquit scriptura,quod labores apprehendant iustos & sanctos , nec quod bonos elidant,& dissipent , quo pacto hoc affirmat de malis. De Ægyptijs inquit scriptura,quod obtinuit *Gene. 47.* eos fames:quod tamen non ait de Hebræis, quan

quannis in eorum promiscuis esset etiã fames: licet scriptũ sit quod inualuit fames super terram,non tamen est scriptum quod obtinuit fames Iacob, aut filios eius,sicut scriptum est de Ægyptijs.Quãuis veniat ad iustos fames, tamen non obtinet eos,quia gloriantur in ea. Paulus,In fame,inquit, & nuditate:in ijs,ait,gloriabor . Quod istis exercitium virtutis est, pœna est peccati iniustis. Sic etiã tẽporibus Abrahæ dicit scriptura ꝙ facta est fames super terrã.Vide elegantiã scripturæ(vt optime disserit Origenes)quia poterat dicere, defecẽ dit Abrahã in Ægyptũ,quia inualuerat fames super eũ,sed nõ dixit sed inualuerat fames super terrã: sed cũ loquitur de peccatorib⁹,ait, Inualuit fames super eos.Idẽ dicitur de Isaac. Ex quo sequitur ꝙ terra potest pati famẽ,id est, hi, qui terrena sapiũt:sed fames,& tribulatio nõ iustos,sed peccatores inuadũt.Sic dẽ mõ inuaserat hunc puerũ,& illi debat eũ , ꝙ iustus non foret facere,nec de illis sic loquitur scriptura. *Et increpauit Iesus spiritum immundum,& sanauit puerum , & reddidit illum patri eius.* Non puer vim patiens , sed diabolus vim inferens increpatur,quia qui peccantem vult sanare,vitium debet arguere, & repellere:sed hominem amando refouere. Dilige inimici naturam,quia bona est : non tamen vitia,quæ odisse debes . Dominus enim diligit omnia,quæ fecit:& diabolum diligit, non peccatum,sed naturam . Malitia itaque inimici odio habenda est,non tamen natura. Sanauit autem puerum expellendo dæmonem. Dices forsitan,nõne spiritus ille immũdus voluntate domini inuaserat puerum illũ? Vtique,nam si in porcos illa legio intrare nõ poterat,nisi permittente Christo?multo minus sine domini authoritate in homines habent potestatem.Cur ergo Iesus hunc increpat?Reprehendit deprauatum eius animum, & male affectam erga homines voluntatem. Non enim torquent homines, vt Deo obediant:sed odio,quod in homines,& in ipsum Deum habent.Sic in prophetis reperies Deũ conqueri quod gentes,quæ captiuum duxissent Iudæorum populum,crudelius eum tractauissent,quam ipse voluisset:quanuis Deus ipse eundem popu lũ in hostium manus tradidisset.In eundẽ modum nõ iudices solum cũ iniquam sententiam dant,sunt reprehendendi,verum etiam si dum iustẽ,quempiam castigant,si id cum odio faciunt,& vlciscendi , & lædendi appetitu.Arguit itaque illũ,& expellit,& sanat puerũ.Discę quod non poteris salutẽ acquirere,nisi prius expuleris dæmonẽ, & eieceris,quia ipse est causa mortis. Quid prodest si vulnus curas:intus verò sagittæ speculum relinquis?Radicitus malũ deues euellere herbam:& vitia,peccataque cum incitamentis,& malis propensionibus penitus eradicare.Ita Christus tãquam peritus medicus principium,& causam infirmitatis abstulit,eijciens prius dæmonium,& postea sanans puerum. *Stupebant enim omnes in magnitudine Dei.* Ideſt in tam magnifico signo diuinæ potẽtiæ ostẽsiuo,tam imperialiter facto vehemẽter admirati sunt:imo ex cõsideratione effectus ad cõtemplationẽ,admirationemq; causæ permoti sunt,ita vt diuinæ potentiæ immensitatẽ,& amplitudinem fine admirati. *Omnibus autem mirantibus in omnibus,quæ fiebant, dixit ad discipulos.* Apostolis loquutus est tanquam familiaribus,& amicis,& istis reuelauit sua secreta sicut dixerat eis. Vobis datum est nosse *Luca. 8.* mysteria regni Dei,cæteris autem in parabolis. *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.* His verbis significauit rem de qua loquuturus esset,maximi esse momenti , & ponderis: is enim est communis loquendi mos,vt quãdo insigne aliquid. & quod maioris sit vtilitatis,& periculi,dicturi sumus,prius moneamus,vt quod dicimus diligenter obseruetur. Ideo nũc antequam de re tam mirabili,sicut fuit Christi passio,loqueretur , commendat quod vult dicere:vt attentiores eos faciat, & memoriter eam teneãt:vt cum eam viderint, ne offendantur,sed paratos inueniat eos illa tribulatio. Ait ergo . Ponite in cordib⁹ vestris sermones istos , ac si diceret. Alij mirantur in me opera diuinæ potestatis,quæ facio: vos autem quoniam estis mei secretarij , & amici mei,non solum hæc debetis ponere in codicibus,vt faciũt multi,sed in cordibus.In corde enim meo abscondi eloquia tua.In cordibus iniquam vestris,non in alienis,& non ve- *Psal.118.* stris:sicut illi,qui benè prædicant,& in cordibus aliorum imprimunt: quæ tamen ipsi nõ agunt,facientes contra illud Apostoli. Non *Rom.15.* audeo aliquid loqui , quæ per me non efficit Christus.Ponite ergo in cordibus vestris,illa- *Prouer.3.* ta illud Prouerbiorum. Describe illa in tabulis cordis:& inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo,& hominibus. Quid igitur tã tenaciter memoriæ cõmendabunt?Christi passionem?ideo sequitur in contextu *Filiũ enim hominis futurum est vt tradatur.* Optime loquu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquuturus de passione, filiũ hominis se nominat: vt scias quod secũdum humanam naturam passurus est, non secundum diuinam.
In manus hominum. Scilicet à Iuda in manibus Iudæorum, à Iudeis autem in manibus gentilium. Quod autem hic dicit, hominum, sonat non in naturam, sed in vitium. Vnde Paulus. Cùm sit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Obserua autem quod loquutus est Christus de sua passione, cùm omnes mirarentur de omnibus quæ faciebat, vt præueniret suos apostolos, ne deficerent in suis passione: ac si apertius eis diceret. Si factũ hoc meum arguit in me diuinã esse potestatem, videte ne excidat, videte ne obliuiscamini, tẽpore enim futuro efficacia videbitis argumenta humanæ infirmitatis in me. Sicut ergo vos delectat diuina mea potestas, ita nec vos offendat humana mea infirmitas: licet enim tãta mea potestas sit, vt possim quæcũq; volim, vt possim pellere vnico verbo omne demoniorum genus: tam en futurum est vt filius hominis tradatur in manus peccatorum. Futurum est, vt qui etiam dæmones fugat, ab hominibus vinciatur. Futurum est, vt qui homines ab omnibus malis liberat, ab hominibus capiatur. Sed quid Apostoli? *At illi ignorabãt verbum istud, & erat velatum ante eos, ut non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc verbo.* Præ nimio enim amore non poterant credere ipsum esse moriturum. Non tam de tarditate intellectus hęc ignorantia, quàm de amore nascebatur. Non tamen audebant de hoc interrogare, quia iam antea audierunt Petrum ducẽ increpari à Christo, se occidendum prænuntiante, eo quod persuaderet oppositum, & audiuit: vade post me Sathana, non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Verum si hac de causa timebãt eũ interrogare de intellectu verborum istorum, apparet quod vtiq; cõsiderauerũt eũ de passione sua profari. Ad quod est dicendum ꝙ quidã eorum suspicabantur hoc ipsum, sed dubij erant non intelligendo plenariã, & ideo cupiebãt interrogare, sed formidabant redargui. *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.* Ex hoc orta est causa hæc cogitandi (vt ait Chrysostomus) quia audierunt quod Christus dixerat Petro quod daret didrachma pro se, & Iesu, & ei promiserat primatum. Diabolus mouit corda eorum ad hanc contentionem, nam videns proficere viros bonos in virtute, nititur eijcere eos ab illo bono: quia quos tentatione carnis non superat, videns illos victores, tentat de vana gloria, vt sic deijciat, & faciat credere quod magnus sit, & sanctus, & tunc ingerit desiderium principatus. Nunquã enim diabolo deest tentandi occasio: & si vincere iterum atq; iterum reuertitur ad certamen, vt vincat. Permisit autẽ dñs tantam imperfectionem suis charissimis inesse discipulis, non sine maxima, & rationabili, & vtilissima causa. Ex hoc enim fides Christiana potissimum confirmatur quod primi illi prædicatores tantę imperfectionis fuerunt, & subitò tantæ perfectionis in omni sapientia, virtute, atq; constantia sunt effecti: quod certissimum est argumentum non nisi diuinitus fieri potuisse. ¶ Obserua autem quod sciens diabolus dominandi ambitionem, certã esse ruinam hominum & Angelorum, tet discipulos domini hac adortus est tentatione: videlicet in hoc loco, & cùm Iacobus, & Ioanes ad dex terã, & sinistram sedere petierunt: & cũ imminente passione domini facta est contentio inter eos, quis eorũ videretur esse maior. Multo studio cauenda est dominãdi cupido, quæ non parcit Apostolis dñi, pauperculis viris, qui simplici tunica amiciebantur, & parco cibo contenti erãt, qui nullos redditus, aut villas, aut castella possidebant: nihilominus in hominib⁹ ita nudis, & omni destitutis auxilio humano, exardescit ambitionis ignis. Ideò hoc dixerim, vt caueat vnusquisq; ab hac pestę, quæ hominibus etiam tam spiritualibus aduersatur. Nutritur in domibus regum, & ad paupercolas agricolas vsque diffunditur: si quidem beatos Apostolos Christi ausa est aggredi, bis inter se contendentes de dignitate, & præcellentia. Admoner locus iste vt in omni statu simus suspecti de hac maledicta peste: & licet aliud malum non haberet nisi crucem, & torturam quam dat ambientibus, summopere fugienda est ambitio. Sunt enim quædã peccata, quæ crucem suã secum baiulant. Non (inquã) Christi crucem, nec boni latronis, sed durissimũ mundi supplicium. Ea sunt ambitio, odium, & inuidia: quæ maxime vitia torquent cor, somnum, & quietẽ auferũt, ac totum hominem inanibus curis, & solicitudine obtundunt. Quapropter secũ crucẽ baiulare dicũtur, in qua peccator in singulos dies, & noctes suppliciũ patitur. Si enim inuidus es, omnia proximi bona erunt tibi tormẽtũ. Si odium geris: quicquid boni accidit illi quẽ odis,

i. Cor. 3.

Mat. 16.

Chrys. hom. 61. in Mat.

Matth. 17

Luc. 22.

quem odis, immanium cruciatuum causa existit. Si ambitiosus, quoties alios euectos cernis, nimio dolore compressus, cogitabundus semper incedis, tecum reuoluens cuiusmodi dignitatẽ à Rege, vel Papa vel à quouis alio principe, seu prælato decorari possis, atq; quibus modis sit consequendum, exquiris. Et sic totus disturbatur cœlis ambitiosus, omnibus inseruit, vrbanissime omnibus loquitur, omnes veneratur: vt illum iuuẽt in sublime ascendere. Miserum vtique seruitutis iugum, & nimium auersatos à sanctorum cogitationibus. ¶ Obserua etiã quomodo in cogitatione sit peccatum: nam Apostoli in cogitatione peccauerunt cogitãtes quis esset maior, quos Christus arguit, quod non fecisset, nisi peccassent. Vnde Saluator remouens falsam doctrinam scribarum, & pharisæorum dixit prædicans in monte. Audistis quod dictum est antiquis. Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Non solum consentiendo in quocunque peccato mortali, licet verbis, aut facto nõ compleat, mortaliter peccat, sed etiam quantumuis non consentiat in opere nefario si aduertit ad delectationem morosam & impiam cogitationem, & positiuè consentit in eam. Sed de his nolo modo longum protrahere sermonem. Noluit autem pius dominus impias ambitionis cogitationes apud suos dilectissimos discipulos permanere, atque ideo ait Euangelista. *At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum: & statuit illum secus se, & ait illis.* In hoc ostendit Deum esse, cuius solius est hominũ cogitationes cognoscere. Vnde dominus Samueli dixit, Homo videt, quę apparent, Deus autem intuetur cor. Et Paulus. Tu nosti corda filiorum hominum. Hoc deberet aduertere omnis qui in occulto peccat, Deum scilicet habere inspectorem suorũ actuum, insuper & cogitationum. Bene etiam dicit cogitationes eorum, nam cogitationes elationis hominum sunt, non Dei, neque à Deo: Deus enim non immittit tales cogitationes, imò eas detestatur, iuxta illud quod in Prouerbiis ait. Superbiam, & arrogantiam ego detestor. Vide etiã quam diligenter Christus statim occurrit cogitationibus iniquis, ne crescerent, docens vt vitia in initijs extinguamur: nam plerumque inutilis sit medicina cũ morbi ob diuturnitatem fiũt robustiores. Videmus arbores, quæ nunc immẽsis radicibus terræ adhærent, quo primum tempore plantatæ fuerunt virgas fuisse, quæ tũc leui manu euelli potuissent, nunc vero fortissimis machinis nõ possunt euelli. Atque hoc est quod imparentibus vehemẽter reprehẽdo, qui si filios in ætate teneriori castigarent, ac minima eorũ vitia obseruarẽt, non haberent eos dum adoleuerint, ita cõrumaces. Non enim repẽtè fit homo scelestus, sed ab exiguis initijs paulatim erescit. Nõ vides flumina, quo pacto hant magna? Nã vbi ortũ habẽt, exigui riuuli sunt, sed collectis per ipatis aquis multiplicãtur. Si videris puerũ mendacem, vel ad ludendũ acrius affici, corripe illũ in tenera ætate, ne postea facinorosum illũ habeas. Virga atq; correptio tribuit sapientiã, ait Salomõ. Puer autẽ, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrẽ suã. Et rursus. Erudi, inquit, filiũ tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Nũc vero parentes ipsi fouent filios suos in his vitijs: cum eis ludunt, & iocãtur, nec cogitãt ꝙ ait quidã Sapiens. Lacta filium tuum, & pauẽtem te facient: lude cũ illo, & contristabit te. Et Salomõ. Institue puerũ iuxta viam suam, etiã cum senuerit non recedet ab ea. Igitur cum omnia vitia in initio sint euellenda, & pestis ambitionis omnia corrumpat bona, optimus magister Christus statim curat hoc maximũ malum. Posuit autem puerum in medio eorum, vt humilitatem doceret, & suaderet nõ solum verbis, sed & actibus, & exemplo: magis enim facta mouent, quã verba, & plus gestis quis mouetur ad bonum agendum, quã verbis. Ad hoc deberent multi prælatorum aduertere, multique prædicatorum attendere, qui alios solo verbo virtutes docẽt, verbisque multi sunt, & prolixi, nec inopia laborãt: vitam vero perditam, & sceleratã agunt. Posuit Iacob virgas corã oculis ouium, vt hædos parerẽ maculosos suos iuxta varietatẽ & diuersitatem colorũ virgarũ. Nõ aliter Christus statuit corã discipulis hunc infantẽ, vt cernerent discipuli humilitatis exemplum, quod sequi deberent, optimè enim nouit dominus quod magis mouent ad bene agendũ, facta, quàm verba. Vnde & alibi ipsum dãs in exemplum, dixit. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Igitur cum stetisset puerũ in medio eorum, dixit eis. *Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo me suscipit, & quicunque me receperit: recipit eum qui me misit.* Docet his verbis Christus non prælationem: sed humilitatẽ, & paupertatẽ esse quãdam.

Proue. 29.
Proue. 22.
Eccles. 30.
Proue. 22.

Gen. 30.

Matth. 11.

Poteſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest enim ita exponi, iuxta propositũ ad ꝙ adduxit hunc paruulum, quicunq; susceperit puerum istum in nomine meo, idest, proprietates, & formam huius innocentis pueri propter me in se acceperit, imitatusq; fuerit, me recipit: dest me spiritualiter induit, & mihi verè vnitur, placet ac incorporatur, sicut ait Apostolus. Induimini dominum nostrum Iesum Christum. Qui autem ita me recipit, recipit eum qui me misit, quia in eo pater per gratiam magnam manet. Porro mitti convenit Christo qui à patre mittitur, quia ab ipso procedit. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Docet etiam pauperes pro eius amore esse suscipiendos. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nam sicut qui recipit Christum recipit patrem, quia ipse & pater vnum sunt, pari ratione, qui paruulum recipit, recipit Christũ, quia ex charitate, qua diligit eos, efficiuntur vnum cum eo, quia dilectio vnit amantes & ex duobus facit vnum. Et simili modo soluriam eis illaram, sibi iudicat factã, quemadmodum per Zachariam dominus fatetur dicens. Qui te tigerit vos, tangit pupillam oculi mei. ¶ Aduerte autẽ, quod hoc nõ solũ de illo puero, quem Iesus posuit in medio, intelligitur, quãuis videatur de illo solo loqui, dicens. Quicunq; susceperit hunc puerũ sed etiam de omnibus alijs pueris, hoc est humilibus & paruulis, intelligitur. Singulare enim nomen pro plurali, & vniuersali ponitur, vt mos, & cõsuetudo est apud Hebreos. Vnde illud Pauli. Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Abraham pro quouis homine accipitur. Et illud Matthæi. Rachel plorans filios suos: id est mulieres omnes, filios suos trucidatos, plorabãt. Et in psalmo. Vnguentũ quod descendit in barbam, barbã Aaron, scilicet summi sacerdotis. Et sicut in scriptura Babylon, Sodoma, Ægyptus, pro qualibet gẽte iniqua sumitur: ita Hierusalẽ, & Bethleẽ pro iusto, & electo. Et in Abdia. Quomodo scrutati sunt Esau? Idest, Idumæos vastarunt? Et Iob. Implebit vento lubsolano ventrem. Sic in præsentiarum. Qui cunq; susceperit puerum istum, idest, omnem humilem, & abiectum. Deinde hæc verba corroborat Christus dicens. *Nã qui minor est hic maior est.* Et hoc quia ad magna præmia ordinatus, iuxta illud. Qui se humiliat, exaltabitur. Et pari ratione, qui magis se humiliat, magis exaltabitur: quia quanto

Rom.13.
Gala.4.
Matt.25.
Ioan.10.
Zacha.2.
Hebr.2.
Mat.2.
Psal.132.
Abd.1.
Iob.15.
Luc.14.

sumus humiliores, tanto sumus à tumore superbiæ inaniores: & quanto inaniores à tumore superbiæ, tanto pleniores dilectione: & quanto hac pleniores, tanto maiores: de ipsa enim scribitur. Maior horum est charitas. Et in Ecclesiastico. Quanto maior es humilia te in omnibus & coram Deo invenies gratiã. Vel ideo, quãto quis minor, est maior, quia quanto quis humilior, tãto Christo similior & per hoc tanto Christo proximior. Christus autẽ est maximus, sed quanto aliquis est maximo propinquior, tãto est maior: igitur quãto quis minor: tanto est maior. Ideo inter viros spirituales non debet esse contentio de primo loco, sed de postremo. Nam qui desiderat primatum in terris, inveniet confusionem in cœlo: nec inter filios cõputabitur, qui de primatu tractauerit: nec aliquis festinet quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam nõ qui maior fuerit in honore, ille iustior est, sed qui iustior, ille maior est. ¶ Obserua autem quod inter Theologicas virtutes maior est charitas, sicut inter Cardinales est maior prudentia, quia alias gubernat virtutes. Quapropter si queras quomodo humlior erit maior, cùm charitas sit maior virtutum: dico quod Christus non dicit humilem maiorem esse in cœlo ratione humilitatis, sed ratione aliarum virtutum, quas assequetur quis per humilitatem. Cùm cernimus quod domus alicuius fundamentum, magnum, amplum, & profundum est, dicimus magnam, & augustam futuram domum, quæ illic est construenda: magnitudo verò domus, cuiusque amplitudo non est ratione fundamenti, nam fundamentum domus nõ nitidum nec politum est, sed rude, crassum & impolitum: sed quia erigitur & educitur, nimis profunde, colligimus domum magnam & sumptuosam enasurã. Sic in proposito ait Christus. Si vultis scire, quis sit maior, dico vobis quòd qui est minor, licet non solum ratione humilitatis. ¶ Expende etiam in hoc loco nullos magis à Christo diligendos, quam qui nulla ambitione tenentur, sed humiliter de semetipsis sentiunt: hi enim tales similes sunt domino, quo nemo alius. Hinc Christus. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Illi vero, qui honores & dignitates ambiunt, maximè Deo dissimiles existunt. *Respondens autẽ Ioãnes, dixit: Præceptor vidimus quendã in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia nõ sequitur nobiscum.*

1.Cor.13.
Eccl.3.
Mat.11.

nobiscum. Dixerat Christus, quicunque receperit puerum istũ in nomine meo: intellexerat Ioannes, & bene non de sola receptione ad hospitium, sed instructorem & doctorem, aut etiam quomodolibet approbando: & propterea inquirit de ejiciẽte dæmonia in nomine Iesu an sit prohibendus, vel approbandus. Solis apostolis dederat Christus potestatẽ sanandi morbos, & expellẽdi dæmones, & quia putabant hanc dignitatem nulli alij communicandam, nisi solis duodecim, ideo ejecerũt eum, & prohibuerunt illum qui dæmonia ejiciebat, & cum Christus loqueretur de susceptione hospitũ: ideo rectè quærit an fecerint bene, vel malè illũ expellendo: in quo ostenditur quod bono animo egerit, & si malũ forsitan fuerit, quod paratus est corrigi. Humilitatem exemplo Ioannis docet locus iste: hic nanque sanctus apostolus, ea quæ bona intentione fecit, dubitans de facto an sit bonum, ita humiliter suum opus Christo manifestat animo humili, vt correctionẽ suscipiat. Tu vero de his quæ aperte mala sunt, nõ vis argui, neq; corripi. ¶ Vide etiã quãta sit virtus nominis Christi, vt etiã ij, qui indigni erant tãto munere, & Christum non sequebantur, ad appellationem nominis Christi ejicerent dæmonia. ¶ Ad nostram autem eruditionẽ discamus ex hoc loco non gloriari in donis ijs gratuitis, vt prædicationis gratia, literatura, pulchritudine, aut quolibet alio dono cũ hæc dona cõmunicari videam*, & dari etiã illis, qui Christum non sequũtur. Vnde dãs. Multi dicẽt mihi in illa die. Nõne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia ejecimus, &c. Sequitur, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et Paulus apertè dicit. Si habuero spiritum prophetiæ, & nouerim mysteria omnia, charitatem autẽ non habeam, nihil sum. Christiana enim perfectio in Dei dilectione consistit, quæ quidem in voluntate est: spiritus autem prophetiæ, & scientia, in intellectu, cuius actus prius est, quam actus voluntatis, ideo hæc dona esse possunt sine charitate, sicut res prima, sine secũda. Itaque poteris scire mysteria omnia, & habere prophetiæ spiritũ, & non esse in charitate: similiter, & fidem, sicut iste habebat, quia sine ea miracula non faceret, & hac fretus dæmonia ejiciebat, & nihilominus Christum non sequebatur, &c.
Discamus secundo non habere de alijs inuidiam quamuis aliqui habeant ea, quæ nos habemus. Multos reperies, qui singulares esse volunt, si aliquid bene & probe faciũt cupiũt se solos, & non alios hoc facere: ægreque ferunt si alij simili gratia polleãt, qua ipsi: quod si alij simili ingenio & gratia præstẽt qua ipsi, mordent illos, & lacerant corrodunt; que alio rum ingenia, ac si Deus memor esset solum illorum, & nõ aliorum. Vt alius prædicet, quid ad te? Tu etiam prædica. Non tollit ille quod tuum est, sed adiuuaris ab illo. Volebat Ioannes, quod tantum ipse, & sui condiscipuli ejicerent dæmonia, & non alius, quamuis ejiceret in nomine Christi: quia non sequebatur eos. & quia non erat ex eorum consortio, & gremio. Sic etiam inuenies inter monachorũ ordines aliquos, qui si vident in alia religione aliquos doctos & literatos homines, qui aliquem dissertum, & doctũ componunt libũ, quique insignes concionatores sunt, ægrẽ, & molestè ferunt, quòd eorum religioni nõ dederint nomen, institutisque addicti non sint. Cuperent Deum illos huiusmodi gratia priuasse, quia sue factionis nõ sunt: sicuti hic Ioãnes nolebat illum gratiam, ad faciendã miracula habere: ratio verò quam præbet est, quia non sequitur nobiscum: quasi verè Deus alligaretur & teneretur solum beneficia illis conferre, qui sunt tui cœnobij, & ordinis, non verò alijs. Hæc est impia, & iniqua emulatio: alienaque ab omni charitate, & virtute. Hanc eandem æmulationem habuit olim Iosue, qui cum vidisset Heldad, & Medad prophetantes dixit Mosi. Domine mi Moses prohibe eos. Et discipuli Ioannis hoc liuore agita- ti æmulãtes magistri honorẽ, dixerunt Ioannis Rabbi, qui erat tecum trans Iordanẽ, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Hoc modo apostolus Ioãnes loquit' est Christo, quia volebat quod illa potestas daretur solis ipsis apostolis, & nõ extraneis. Sicut multi nunc omnia officia, & dignitates conferũt suis: nec sciunt bonũ facere nisi proprijs, & necessarijs. Sed quid Moses respondit Iosue, audi. Quid (inquit) æmularis pro me: quis tribuat vt omnis populus prophetet: & dedit eis dãs spiritũ suũ? Hæc magna Mosi charitas deberet per oẽs religiones diuersas, omnes Christianos amplecti, æmulique vero magno affici gaudio deberet cum oẽs Dei munere ingenio & gratia, qui præstat, frui videret. Ioannes etiã Baptista respondit suis discipulis, qui suũ honore nõ vt decebat, æmulabãtur. Hoc ergo gaudiũ meũ impletũ est, illum oportet crescere, me autem minui.

Numer.11.
Ioann.3.
Matth.7.
1.Corin.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic tu deberes gaudere de bono, & gloria tui fratris: deque bono nomine, & fama, quã habet. Quid autem Christus respondeat apostolo Ioanni, & discipulis, qui prohibuerãt illũ, qui demonia eijciebat, audi mus. *Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere qui enim nõ est aduersum vos, pro vobis est.* Nullus est medius inter eos, qui sunt pro Christo, & inter eos, qui sunt contra Christũ, tam in moribus, quã in religionis actibus: deo qui nõ est contra nos, pro nobis est. Ideo iste, qui actũ religionis exercebat, pro Christo erat. Loquitur tamẽ hic Christus de actione deliberata specialiter in genere moris per operationem ad operantem. Nam tunc nullum opus est indifferens, nam bonum, & malum opponũtur priuatiuẽ: habitus verõ, & priuatio immediate opponuntur circa proprium susceptibile in determinato tempore. Ideo nolite prohibere bonum facientem. Vnde in Prouerbijs dicit Salomon. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. Sed historiam prosequamur. *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciẽ suã firmauit, vt iret in Hierusalẽ.* Quia imminebat tempus passionis eius, & mortis, sed vsus est euangelista vocabulo digno maiestate Christi, nã moriturus quidẽ erat, non tamẽ detinẽdus à morte, sed luctaturus, & assumẽdus in cælũ. Vel, sicut ait Paulus, in gloria cum scribens Timotheo, inquit, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gẽtibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Præterea ostendit locus iste magnanimitatẽ in Christo, qui mõstrabat etiã exterius volẽdo ire in Hierusalẽ nõ obstãte quod Iudæi volebant illũ occidere. Ostẽdit etiã quod sponte patiebatur, & non inuitus: quandoquidẽ voluntatiẽ ibat & sponte obtulit se corã inimicis, & potuit se in manibus eorum Ideo Esaias. Oblatus est, quia ipse voluit. Præterea in eo quod ait Lucas, quod faciẽ suã firmauit, eius constantiã, & animũ perpendẽ, prædixit enim euangelista in facie, animi constantiã ostendere & magnanimitatẽ. *Et misit nuntios ante conspectũ suũ, & euntes intrauerũt in ciuitatẽ Samaritanorũ, vt parauerent ibi.* Samaritam, nec Iudæi, nec gentiles erãt, sed mixti: quia Assyrij erant, & quinque libros Mosi receperant postquam Salmanasar Rex Assyriorum captiuas duxit decem tribus: & nihilominus idola colebant, vt hystoria quarti libri Regum refert. Christus vero quanuis sciret quod Samaritani non illum erãt recepturi, nihilominus mittit ad eos nũtios, vt eis impossint se excusare dicẽtes, Si misisset ante, fuisset susceptus: sed nõ venit ad nos, ideo nõ recepimus. Multo minus poterãt se excusare coram Deo, quandoquidem tot nuntios ad se mittit, & tot conciones, & inspirationes, tot sacramenta, totãque vocandi modos & vias. Inexcusabilis est enim homo. Minorẽ excusationẽ habebunt Iudæi, quam Samaritani siquidẽ eis Christus dixit. Si opera nõ fecissem, quæ nullus alius fecit, peccatũ non haberent: nonne aut ẽ excusationẽ nõ habent de peccato suo. Nullus itaq; cerã Deo potest se excusare, quãdoquidẽ ad omnes nũtios mittit, omnesque vocat, & inuitat, omnibus necessaria subministrat, & nemini negat suũ auxiliũ & fauorẽ: nec Pharaoni suũ auxiliũ & fauorẽ libertatis & negauit, sed prædicatorẽ Mosem misit, & multa miracula fecit coram eo.

¶ Secundò misit nũtios ad Samaritanos, quãuis sciret quod nõ erãt illũ recepturi propter bonũ, & comodũ discipulorum, vt discerent Christi magistri sui exẽplo patientes esse quandoquidem illos nõ recepissent hospites ad quod diuertebant, scientes etiam quod patrẽfamilias non receperint. Misit itaq; nũtios ad ciuitatẽ Samaritanorũ. Sed quid illi? *Et non receperũt eũ, quia facies eius erat euntis in Hierusalẽ.* Fuit autem duplex ratio quare non receperint eum: vna fetio, quia Iudæi non coutunt Samaritanis, sicut olim Hebræi cum Aegyptijs. Illicitum est Ægyptijs cum hebræis edere cum Hebræis. Quia autem Christus erat Iudæus, noluerunt eum recipere. Tantumque erat dissidium & discordia inter Iudæos & Samaritanos, vt non solum hospitium & cibum, verum etiam potum aquæ existimaret mulier illa Samaritana nephas esse Iudæo porrigere: ac proinde cum Christus ab ea petiit aquam, respondit illa. Quomodo tu Iudæus cum sis, poscis à me bibere, quæ sum mulier Samaritana? Tam acerbæ & atroces erant discordiæ, & factiones quæ inter vtrumque populum intercedebant, vt etiam aquæ potum ministrari mulier illa Samaritana homini lasso, & defatigato præbere inullam aliam ob causam, nisi quia Iudæus erat. Non desunt nunc similes dissensiones, & discordiæ, inter Christianos: imo vero atrociores & crudeliores, quas dñs sua misericordia auertere dignet &c. Alia ratione, propter quã illũ recipere noluerũt, fuit ista, quã dat euangelista, dicens. Quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Dicebãt enim Samaritani quod locus orationi aptus erat apud illos in illo monte Garizim. Sic dixit mulier illa Samaritana. Patres nostri adorauerunt in monte hoc, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Et ideo Samaritani odio prosequebantur omnes euntes in Hierusalem ad adorandum: & quia Christus ibat ad solennitatem Paschalem ad adorandum in Hierusalem & propterea tanquam directe euntẽ cõtra ipsos Samaritanos, noluerunt illum suscipere. Phrasim vero scripturæ, & modũ loquẽdi obserua in eo quod dicit, quod facies eius erat euntis in Hierusalẽ. Deum enim ostẽdere faciem alicui, est illi fauere: sicut abscondere est non fauere. Ideo Dauid. Deus virtutũ conuerte nos: ostende faciem tuã, & salui erimus. Hoc est, prosequere nos fauore tuo, & salutẽ consequemur. Et ostendens dominus Mosi quomodo iratus esset punitur populũ Israel dixit, Abscondam faciem meã ab eo, & erit in deuorationẽ. Et apud Esaiã. In momento indignationis abscondi faciem meam parũper a te. Et rursum idẽ prophera impios Iudæos alloquẽs, aiebat. Peccata vestra abscondẽrũt faciem eius à vobis. Et Dauid. Faciem tuã, inquit, illumina super te nos tuum tuũ. Igitur, quia Christus volebat honorare Iudæos sua præsentia proficiscens Hierosolymam, dixit Lucas quod facies eius erat euntis in Hierusalem.

¶ Expende Iudæorum ingratitudinem. Christus propter ipsos à Samaritanis ejicitur & exterminatur, quia ad visitãdos Iudæos pergebat, & ad eos honestandos, & fouendos iter faciebat: Iudæi vero impij, & scelerati (qui mirifico gaudio, & lætitia Christum recipere deberent qui vt eorum opinioni, circa adorationem in Hierusalẽ faueret à Samaritanis male tractabatur) sunt præcipui carnifices qui se Christo proteruè opponunt & obijciunt. Quod si Samaritani Christum (eo quod Iudæis fauebat) è sua ciuitate scelerate expellũt: ob eam ipsam causam deberent Iudæi vrbane Christum recipere, eique mirifici fauere. At vero ipsi non solum illum non recipiunt, nec ei fauent, sed etiam è suis finibus exterminant, eique crudeliter vitam adimunt. Vnde Esaias in persona domini cõqueritur de ipsis dicens. Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, &c. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Sed vide ingratitudinem Iudæorum miraris: tuam tamen non intueris. Similiter etiam eo quod Deus in te beneficia confert, honoribus ornat, diuitijs cumulat, aliisque infinitis donis & gratijs quotidie complet à tuis inimicis, de honestatur, eiusque autoritas, & grauitas imminuitur, quia inimici tui, & inuidi dolent de bono, & felicitate tua. Tu vero propter cuius amorem Deus inimicis afficitur, cum ei ob hoc ingentes gratias agere deberes, eum in dies magis ac magis offendis. Propter beneficia in te à Deo collata, ab inuidis, & inimicis tuis laceratũr, & eiuitijs commaculatur: gratiæ vero, quas ei refers, nulla alia sunt, quam expellere eum ab animæ tuæ domicilio, & iniqua & perdita vita tua eum deinceps cruci affigere, (sicut tempore Iudæi faciebant. Sequitur. *Cum vidissent autem discipuli Iacobus & Ioannes dixerunt, Domine vis dicamus vt ignis descendat de cœlo & consumat illos.* Quia isti duo fuerant cũ Christo in mõte in transfiguratione, & viderãt illi potestatẽ, & maiestatẽ quod despiciebatur in terra, quia magni erãt zelatores honoris magistri sui, commoti furore volebant perdere eos ad similitudinem Eliæ, quem in monte viderant: qui zelãs Dei honorem, fecit iguem de cœlo descendere, & occidere duos principes quinquagenarios cum militibus suis. Sed quia Dei honorem non secundum scientiam zelabant, poterat eis dici illud quod Paulus Romanis scribens ait. Testimonium perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent non secundum scientiam: sicut duo filij Iacob, Simeon, & Leui zelo iniuriæ sibi factæ commoti destruxerunt vrbem Sichimorum.

¶ Obserua autẽ quod quanuis isti duo apostoli inniterentur autoritati scripturæ, scilicet in facto Eliæ, qui nuntios Ozochiæ igne de cœlo missos combusit, tamen non audent hanc exercere castigationem sine magistri voluntate. Hic etiam mos à nobis seruandus est: quanuis enim aliquid agamus, quod videatur inniti scripturis sacris: videndum tamen est an rectè eas scripturas præsenti negotio accommodemus: quod nisi rectè fiat, nihil profuit sacras literas consuluisse. Nam & hæretici putant se suas rationes iuueti diuinis autoritatibus: sed falluntur. Quare? Quia Christum non consulunt, nec eius in terris vicarium. Si Papam, qui Christi vicarius est, & eius omnimodam potestatem habet in terris consulerent, non errarent. Ioannes & Iacobus scripturam habebant: sed ne errarent,

Christum

Proverb. 3.

1. Timot. 3.

Esaiæ. 53.

4. Reg. 17.

Ioan. 4.

Exod. 5.

Deute. 1.

Psal. 79.

Esai. 54.

Esaiæ 59.

Psalm. 118.

Esaiæ. 1.

Ioan. 4.

Genes. 49.

Ioan. 4.

Ioan. 4.

Romanis. 1.

Ioana. 10.

4. Reg. 1.

Roman. 10.

Genes. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum consulunt. Docet enim locus iste ne in rebus agendis curramus tantum ad scripturam, eam ad libitum interpretantes, sed consulamus sanctam ecclesiam Romanā quę nunquam errauit nec errare potest. Docet etiam locus iste, vt nihil velim' sine Christo. Est & forma quædam orandi nobis præscripta, vt sic oremus, vt nostram voluntatem resignemus dicentes Deo Sitvis, fiat, &c. Sic isti discipuli dicūt. Domine vis dicamus, &c. In omnibus quæ agere destinas, voluntatem tuam cum Dei voluntate coniungere & conglutinare debes: temperque te illi submittere sic, vt nihil facias, priusquam Deum diligēter consulueris, eiusque voluntatem probè inuestigeris. Sic sanctus Rex Dauid orabat Dominum dicens. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Quapropter, & filius eius Salomon Reges & principes arguit, eo quod secundum Dei voluntatem non ambulauerunt. Non custodistis legem iustitiæ, nec secundum Dei voluntatem ambulastis: Sed quid dominus respondit discipulis, audiamus. *Et conuersus increpauit illos dicens Nescitis cuius spiritus estis.* Nō discernitis differentiam inter vetus & nouum testamentum. Tempore Eliæ erat tempus iustitiæ, & vindictæ: nunc autem tempus est misericordiæ: hæc enim est gratia noui testamēti. Nō discernitis inter spiritum, & spiritum: hoc est inter spiritū noui testaméti, & veteris. Sic in psalmo Dauid, qui veteris erat testamenti, cecinit dicens. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Sed Zacharias, qui gratiam noui testamenti nuntiabat, non ait. Ad faciendam vindictā, sed, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Præterea credebant se moueri isti apostoli zelo & spiritu rectitudinis, & ipsi mouebantur zelo amaritudinis: quod non debebant facere, sicut dicitur in epistola Iacobi. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Alibi etiam monet scriptura. Nolite omni spiritui credere, sed probate si spiritus ex Deo est. spiritus enim Christi, spiritus mansuetudinis est, secundum illud. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me, ad annūtiandum mansuetis misit me. Et iterum. Ecce seruus meus suscipiam eum: dedi spiritum meum super eum. Sequitur. Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans nō extinguet. Hunc spiritū isti debuerūt habere ranquā boni discipuli, & imitatores magistri. Christus enim non venit peccatores destruere, sed vt illos saluos faciat: vt statim ipse dicit. Vnde Paulus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. ¶ Discamus ex hoc loco non contēnere peccatores, siquidem Deus eos, qui hodie iniqui sunt, potest cras æquos, & bonos reddere. Si quispiam, quia in manu statuarij vidit ligni stipitem vilem, contemneret lignum, quia informe videtur, velletque illud in ignem conijcere, ma è faceret sinè. Artifex illum dolabit, & optime expoliet, sic, vt postea ex eo imaginem quandam, & statuam perfectam, pulchram, omnibusque numeris absolutā conficiat. Potētior est Deus homine. si ergo homo potest ex vili & rudi ligno pulchram reddere, & effingere imaginem: cur Deus non poterit ex peccatore iustum, & sanctum hominē conficere? Multi sunt, qui hac in re diuum Ioannem & Iacobum imitantur. Cuperent enim quod statim peccatores obiten. Sic fit multi qui cum aliquem vident, rectè non incedentem, eius obitum, & necem statim vellent. Velles ne, ô homo, similē supplicij Deū in te exercere? cupis etne cum peccas, super te cœlestem ignem descendere quite absumeret? Nunquid vellent ij apostoli, quod quando peccauerunt, simili punitione ergastos dominus vteretur? Non ergo proximis similia mala & flagella imprecari debent aut exoptare. Quod tibi non vis, alteri nō facias. Vnusquisque misericordiam sibi desiderat, iustitiam vero aliis conc piscit. Vna mensura à Deo metiri volumus, alios vero alia diuersa. Sed scriptum est. Eadē mensura qua alijs mē si fueritis, eadē remetietur vobis. Apostolus etiam ait. Qui stat, videat ne cadat. Si superbè rigidus, & acerbus iudex erga fratres extiteris, permittet Deus te in similia peccata prolabi, de quibus proximos condemnas, vel in alia deteriora & grauiora, vt superbiam tuam cohibeat. Sicuti se habuit cum Petro, qui eū minimum sibi tribueret, alios verò despiceret, vilius omnibus cecidit. Sed ne aliunde exempla petamus, aspice hos Samaritanos quos apostoli cupiebant cœlesti igne cōburi & cōcremari, postquam spiritus sanctus suis eos radijs collustrauit, primi in fidei receptione extiterunt. Propter q̄ scriptū est in apostolorū Actis. Cum audissent apostoli, qui erant

Psalm. 142.
Sapien. 6.
Psalm. 149
Luce. 1.
Iacob. 3.
1. Ioan. 4.
Esaiæ. 61.
Esai. 42.
Actor. 8.

erāt Hierosolymis quod Samaria receperit verbum Dei, miserūt ad eos Petrum & Ioannē. Si ergo Christus Ioannis & Iacobi precibus annueret, quomodo ad frugem se reciperent meliorem, salutē adipiscerentur? Si Deus Dimam latronem occideret, cū furabatur, alijsque peccatis coinquinabatur: quomodo postea cōuerteretur in cruce dum cum Christo erat? Si Deus mortem Paulo afferret cū Dei Ecclesiam vexabat: quomodo rāto concionatore frueremur, eiusq; mirificis epistolis delectaremur? Deus bone, quam longo interuallo Deus hominibus melior extat? Igitur procul sit à Christianis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis. Non commouetur Christus contra Samaritanos, vt doceat quod non habet vltionis studium perfecta virtus, nec vlla est iracūdia, vbi plenitudo est charitatis: nec excludenda est infirmitas, sed iuuanda. Docet enim locus iste ne vindictam sumamus, de his, à quibus iniuriam patimur. Maior enim perfectio requiritur, exigiturq; à nobis tempore gratiæ: quam ab illis, qui sub lege fuerant. Sic dominus in Matthæo loquitur. Dictum est antiquis. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis nō resistere malo. Et iterū Audistis quod dictū est antiquis. Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Ergo necesse est vt discipuli domini ducantur spiritu mansuetudinis, & dilectionis: non spiritu odij, & inuidiæ. Nescitis, inquā cuius spiritus estis. Nō regimini cœlesti spiritu, sed terreno. Serui Dei spiritu cœlesti debent regi nō mūdano. Quapropter (vt similitudine beati Anselmi vtar) in anima tres sunt naturæ, scilicet ratio, volūtas, & appetitus. Ratio assimilatur angelis: appetitus, brutis animalibus: voluntas vtrisque. Voluntas inter rationē, & appetitum media est, aliquando enim ad rationem, & aliquando ad appetitum se habet. Sed quando ad rationē se conuertit, & sapit rationabilia, & spiritualia, dicitur homo rationalis & spiritualis: quando vero ad appetitum se tenet, & sapit quæ sunt carnalia, & irrationalium animaliū, dicitur homo carnalis, siue animalis. Vnde Paulus. Animalis homo non percipit ea, quę Dei sunt: spiritualis autem dijudicat omnia, ita secundū affectionem dicitur homo, cuius spiritus sit cœlestis, vel terrestris. Isti vero apostoli nescibant, quo spiritu ducebantur, quia putabāt se duci spiritu zeli Dei, & honoris magistri: & ducebātur spiritu vindictæ, & terrestri, nō tamē cœlesti. ¶ Deniq; obseruandum quoq; hic est, quod hoc nomen spiritus varia acceptione sumitur in scripturis, aliquando pro vento, vt in psalmo. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Et in Ioāne. Spiritus vbi vult spirat. Cum vero dicitur de Christo: Clamans emisit spiritum: indubie pro anima ipsius ponitur. Cū autē dicitur de seruo Amalechitæ Ægyptio. Cum comedisset reuersus est spiritus eius, & refocillatus est, accipitur pro viuacitate, seu fortitudine. Et cū Paulus dicit. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulem⁹, accipitur pro spiritu sancto. Et cum dicitur. Nolite gaudere, quia spiritus subijciūtur vobis: accipitur pro dæmonibus. Porrò cum hic dicitur. Nescitis cuius spiritus estis, accipitur pro vehementi zelo, seu impetu animi, siue ad bonum, siue ad malum. Christus vero increpauit eos quia peccabant hoc dicendo: & credo quod tantum venialiter peccauerūt isti duo apostoli. Et fuisset fortasis affectus ille vindictæ mortale peccatum, nisi extenuasset illud ignorantia, vel impetus animi non deliberatus, vt venialis esset. Sed iam Christū audiamus vltra dicentem. *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Hoc est, iam non est tempus vt contēptores meos perdā, sed vt ipsos beneficijs, mansuetudine, verbis, & factis ad resipiscentiā alliciā. Non enim misit Deus filium suū in hunc mundū, vt iudicet mūdū, sed vt saluetur mūdus per ipsum. Primus aduentus filij hominis est iudicari, & occidi ab impijs, ad quos saluādos venerat: secūdus verò aduentus erit, vt impij iudicentur ab ipso. Si Deus puniret peccatores, & illos nō expectaret ad pœnitentiam: qui saluarentur? Non tanti steterūt tibi animæ, quanti Christo, siquidē pro eis sanguinem suum effudit, quod tu nequaquam præstitisti. Si tanto pretio eas emisses, quāto Christus: non tantopere velles Deū statim peccatores disperdere, & penitus extinguere. Peccatorum causa è cœlo in terras descēdit, magnaq; patiētia eos expectat, & suffert, orans, & potens ab eis vt conuertantur, & vsque ad exactam ætatem & postremam senectutem eos præstolatur, & expāsis brachijs in vltima eos recipit canicie. Vnde ipse dominus per Esaiā ait. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Qui portamini à meo vtero, qui gestami ni à mea vulua. Vsque ad senectam ego ipse & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, &

Luce. 23.
Actor. 9.
Ansel. lib. de similit. cap. 69.
Luce. 9.
1. Corinth. 2.
Matth. 5.
1. Corinth. 2.
Actor. 8.
Psalm. 47.
Ioann. 3.
Matth. 27.
1. Thess. 5.
Luce. 10.
Ioann. 2.
Esai. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ego feram: ego portabo, & saluabo. Discamus fortitudinem, & virtutem nostram in Deum exercere. Volebant Iacobus, & Ioannes fortitudinem suâ ostendere in vindicta: sed aliter dominus, cuius potentia est ad subleuandum miseros. Didicit hoc Dauid ab eo, ait; ideo dixit. Fortitudinē meā ad te custodi. Non ad inimicos meos debellandos, sed ad te placandū. Sed cum Christus fortissimus gigas esset non indebellandis inimicis, sed in subleuandis pauperculis exercuit, non enim venit destruere, sed saluare. Docet Christus non ideo esse plū eo quod nō possit offensas sibi illatas vindicare, cū sit fortis: aut necessitate, sed potius voluntate. Docet etiā cū mala in proximos videmus, ex intimis cōmoueri. Docet demū nō expectare vindictā de his qui te contēnūt, aut offendunt: sed patienter eorū conuersionē expectare, exemplo eius: perfecta enim virtus nō habet studiū vltionis. *Et abierunt in aliud castellū.* Meruerūt sanè optimè Dei irā, & supplicia: sed dīs mitigauit legē, & iustitiæ rigorē. Sic enim Mosen fecisse legimus, qui videns vitulū, quē filij Israel fecerāt vt adorarent, proiecit de manu tabulas legis ad radicē montis, & fregit eas. Vt populo parceret, fregit tabulas legis: quomodo nisi tabulas fregisset, populo non pepercisset. Nā lex dicit Qui immolat Dijs occidatur, præterquam Deo soli. Noluit Moses cum tabulis, hoc est, cum rigore legis ad populū delinquentē venire, sed tabulas fregit, & legē euacuauit, vt populo delinquenti parcere posset. Parū enim profuisset Deū ratione sua placare, si ipse legis rigore vtens, eos occidisset. Ad hūc modū cū præclarius aliquis instigante pietate iusta legis rigorem peccatoribus subduxi nō punit, sed illi miseretur, timēsne ex atroci punitione exarcebatus in penas ruat, tūc tabulas frangit, & legis auctoritatem relinquit. Hoc autem nullus sanè meatus dicet esse peccatum, si instigante charitate id factum fuerit: cum videlicet remissione illa præclarus, spiritualibus saluti prospiciat. Pastor enim non tam curare debet legis aut statuta cum obseruantiā, quām ouium lucrum profectum. Si timet ex obseruantia legis subditum deteriorem fieri, & sperat per mansuetudinem, & misericordiam se lucraturum subditū, rigorem legis cum flectere oportet, vt subditum animam, pro qua Christus mori dignatus est, lucretur. Nam Moses pro eo quod tabulas fregit, non legitur à Deo reprehensus. Deus enim ipse sæpè facit hoc ipsum, parcens peccatoribus, sicut nunc fecit cum istis Samaritanis: nō punies homines impios, & barbaros, qui hospitium quod ex lege natura itinerantibus debetur, nō dederūt Christo, & hominibus sanctis, sed diuertens ab illis & vadens in aliud castellū. Hoc idem nobis fecū quotidie facis, nam si iuxta merita puniret, væ nobis, vbi nunc essemus? Sed vt ait Dauid sicut pater miseretur filiorū, misertus est nobis Deus, & recordatus est quoniā pulueris sumus. Vadit & diuertit in aliam viam, quasi non videat peccata nostra, nec illa sciat, vt nō puniat iuxta demeritorum exigentiā. Ideoq; abijt in aliud castellum, dissimulans peccata eorū, & nolens cogere eos ad hospitiū contra voluntatem ipsorum. ¶ Ad nostrā autē eruditionē, admonet locus iste potius fugere homines impios, quam cum illis contendere, aut litigare. Quia erat iurgium inter pastores Abrahæ, & Loth, diuisio facta est inter eos: dixit enim Abrahā ad Loth. Ne quaso sit iurgium inter me, & inter te, & inter pastores tuos, & inter pastores meos. &c. Quāuis bonus esset Loth, tamen vt iurgia, & quæstiones fugeret, voluit Abrahā separari à Loth. Tantum bonus Christicola pacem debet diligere, & horrere quæstiones & discordias, vt omnia tēporalia, si res postulauerit, perdat: quā vt pacem perdat, aut amittat. Docet igitur locus iste perfectam mansuetudinē, quæ decet Christi seruos, iuxta illud Seruum domini nō oportet litigare, sed mansuetum esse. Sed de his aliàs, nunc autē ad contextum. *Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, sequar te quocunq; ieris.* Ostendebat voluntatē sequēdi perfectè, sed aliud habebat in corde. Volebat enim sequi Iesum, intentione, qua Simon Magus desiderabat habere potestatem miracula faciēdi, vt de miraculis diuitias lucraretur. Ne accesseris (inquit Ecclesiasticus) duplici corde. Sed Christus, qui corda intuetur, & cogitationes hominum videt: vt potè quæ Deus, non ad verba, sed ad cogitationē, & intentionem illius, qui Christum sequi volebat, vt detexerat, respondit dicens. *Vulpes foueas habēt & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet.* Ac si diceret. Cur sequi me vis, vt diues sias, me (inquam) pauperem & nudū hominem: ad diuitias, & opes, & rebus omnibus destitutum, quod nō habeo domū, nec locum, nec vbi caput meum reclinem? Erras, si me sequi vis hac intentione, cum ego pauperrimus sim, & discipulis meis, ea quæ habebant, relinquere præceperim. O quot habet etiā nunc iste imitatores. Multos videbis, qui se faciunt ecclesiasticos, & sacris initiantur, non vt Deo seruiant nec vt illū sequātur, nec vt ad eum proprius accedant: sed vt sibi victum, & vestitum parent, vt diuites fiant, & quia credunt se hac via facile posse creari Canonicos, Abbates, & Episcopos. Hi Christū sequuntur, nō ut ei inseruiāt, sed vt diuescāt. Existimant se abundantiorem victum habituros per Ecclesiam quam per seculum, ac proinde sacris initiantur. Similes sunt ij Sichem & Emor patri eius, qui sibi præputia abciderunt vt opes adipiscerentur ingentes: diuerūt enim. Si circūcidimus masculos nostros: ritū gentis imitantes, & substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident nostra erūt. Dereliquebāt hi idola, & ad verū Deū appropinquabāt, vt diuescerent. Quod quidē tu quoq; hos imitans gentiles cum mundo renūtias, & ad Deū accedis, ad eiusq; altare vadis, non vt sanctior fias, aut melior, & deuotior, sed vt ris diues, credens consanguineū tuum in re bene ficia, & dignitatem quam habet collaturū, & Regem, & Papam rei in Episcoū promoturū. Illi magi, qui venerunt ab Oriēte, accesserūt ad Christum natum in Bethleem, non vt diuites fierent à Christo, sed è contra vt Christū pauperem ditarent, atque ideo obtulerunt ei munera ex apertis thesauris. Sic tu accedisti ad altare, vbi Christus est aduertre ne eo animo id agas vt bonis tēporalibus abundes, sed spiritualibus. Et sicuti illi sancti Magi, noli à Christo ditari, sed è contrario debes Christo bona elargiri, pauperibus elemosynā erogando: siquidē Christi agūt personam, ipse enim ait: Quod vnum ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. At verò tu Christum sequeris, & suscipis vestem clericalem, & ordines sacros quia habet Ecclesia Episcopatus, Abbatias, Canonicatus, & redditus. Ioseph venditus in Ægypto fuit, postea verò diues & potens effectus est: & quamlis illic filios habuit non tamen legimus reditus aliquos, aut prouentus illis relictos fuisse, aut primogenita. Quid, quæso, fuit in causa cur cū maximas haberet Ioseph opes, non tamen filijs primogenita cōstituit? Illud sanè, quia in promissam terram ituri erant, quod si primogenita, & diuitias haberent, negrè, & molestè ab illis separarentur: ideo nolunt aliquid eis relinquere. Sic Christus dominus discipulis suis tantum virtutum primogenitum statuit, eisque præcipit, vt parū, quod habent, deserant, nec hunc in numerū discipulorum ascisci, quia animo discedendi accedebat. Plutarchus dixit, quod paupertas est instrumentum philosophiæ, *Sint* mundi philosophiam intelligamus conferre maximè paupertas: quāto magis vtilis erit vt percipiamus Dei sapientiam. Qui Christum sequi cupit, & ab eo cœlestem discere philosophiā, tā quam eius verus discipulus despiciat, & pertinendat diuitias, nec eas apud pauperē Christum exquirat. Ideo huic qui Christum sequi volebat, vt discederet, dixit illi dominus. Vulpes foueas habēt, & volucres cœli, &c. Sed singula uerba expendamus. ¶ Poterat dicere lepores, aut, cuniculi, aut aliquod aliud animal, sed potius dixit, vulpes: quia est animal caullosum, & astutum, propter quod Christus Herodem vulpē appellauit. Vide tu quāta sit mea paupertas quod animal illud tam astutum, quod propter suam malitiā indignū erat foueam habere nihilominus illam habet: sed filius hominis non habet vbi caput reclinet.

¶ Expēde quod non dicit. Egonō habeo, vbi caput reclinem: sed filius hominis non habet vbi caput reclinet, loquitur in tertia persona modestiæ causa (vt Chrysostomus ait) vt ad aliam personam referri videatur illa narratio. Sic sancti Euangelistæ loquuntur multoties de se ipsis, quasi de alijs vt Matthæus dicit, quod inuenit hominē sedentem in theloneo: & non dixit, inuenie me. Et Ioannes. Venit alius discipulus, qui erat notus pontifici. Et Paulus. Scio hominem ante annos quatuordecim raptū. &c. Hoc etiam Moses quasi de alio loquēs sæpè dicit. Loquutus est dominus ad Mosem dicens. Et Ioannes iterum. Erat recumbens vnus ex discipulis Iesu, & nō dicit, Ego. &c. Sic Christus in tertia persona loquutus est dicens, filius hominis nō habet vbi caput suū reclinet. ¶ Præterea vocat se filiū hominis, vt se verum hominem, & humilē, obnoxium calamitatibus, & doloribus insinuaret. Sic Esaias vocat illum virū dolorum, & sciens infirmitatem. Et quia filius hominis accipitur pro re abiecta, appellatur Ezechiel filius hominis, vt eum de fragilitate sua admoneret, ne ob diuinas visiones sibi ostensas, nimio gaudio efferretur. Et ideo sæpè Christus se vocat filium hominis, vt ostēdat, cum esset Deus, infirmitates nostras suscepisse.

¶ Vide etiam quomodo qui quærit, & qui quæritur in hoc differūt, quod qui quærit, domum non habet, nec in domo est, sed huc, illuc

Psalm. 58. Exod. 32. Exod. 32. Gene. 34. Matth. 2. Matth. 25. Gene. 37. Gene. 41. Gene. 13. Act. 8. Eccles. 1. 1. Tim. 2. Psalm 102.

Luca. 13. Chrys. hom. 28. in Ioan. Matthæ. 9. Ioann. 18. 2. Corin. 12. Ioann. 12. Esaiæ. 53. Ezechiel. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudatur otiũ Mariæ, quam solicitudo Marthæ atque ideo, quia spiritualia præstantiora
Luc. 10. sunt, non relinquenda sunt pro temporalibus. Præterea noluit dominus vt adiret domum patris, quia occupatio illa poterat nocere ei, quia forte oriretur occasio quòd nunquam rediret ad Christum: quia cupiditas rerum temporalium in successione patris defuncti & affectio cognatorum forte causarẽt ei contrarium desiderium, vel tepiditatem aliquã desiderij prioris. ¶ Ad nostram eruditionem doceamur hinc bonum propositum conceptum citò operi, & executioni mandare: ne aliquid succedat quod impediat bonum illud, ita vt nõ possera fiat. Ideo huic noluit dñs permittere, vt iret in domũ patris, & expectaret mortẽ eius, ne mutaret propositũ: sed voluit vt statim cum sequeretur relictis omnibus. Docemur etiam spiritualia nõ relinquere propter quodcunque bonum temporale, &c. Sed de
3. Reg. 19. his satis. Et *ait alter, sequar te domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, qui domi sunt.* Sic dixit Elisæus ab Helia vocatus, Osculer (inquit) oro te patrem meum, & matrẽ meã,
Psalm. 44. & sic sequar te. Afficiebatur hic circa suos, cõtra illud quod in psalmo habetur. Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Aliter fecit Paulus qui dicebat. Postquam autem
Galat. 1. placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & reuocauit per gratiam suam, &c. Cõtinuo non acquieui carni & sanguini. Caro,
Matth. 10. & sanguis tanquam aduersarij non sunt admittendi. Quapropter Christus ait. Veni separare hominem aduersus patrem suum, &c. Sequitur. Et inimici hominis, domestici eius.
Præterea aliqui dicunt quod iste voluit renũtiare domesticis suis, seu cognatis, siue parentibus suis duntaxat vale dicẽdo, seque ab eis licentiando, ne quærerent eum. Alij dicunt quod volebat eorum consensum exuirere, & eos super re ista consulere. *Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manũ ad aratrum & aspiciẽs retro aptus est regno Dei.* Omnis arans si retro respiciat inutilem, aut tortuosum facit sulcũ, aut arantium boum suorum vestigia vulnerabit. Sic qui directo tramite, aut spirituali vomere vitia humana perfulcãs incedit ad Dei regnum: si aspectum suum ad vitia & impia, & vana conuertit, animam suam vulnerabit.
Genes. 19. Ille aspicit retrò qui à bono inchoato desitu, qui à Sodoma exisli, & mundum iam dereliquisti, vt iterum mentis affectu ad illũ reuertatis. Sic filij Israel postquã de Ægypto exierunt corde, & mente reuersi sunt in Ægyptum, cupientes illic esse, & ollas carniũ maducare. Quapropter nullus istorum, qui reuertere voluerunt in Ægyptum, ingressus est in terram promissionis: sed mala morte perierunt in deserto. Sic etiam perdet Deus monachos illos, qui postquam è mũdo fugerunt & seculo renuntiauerunt, & monasticam disciplinam vouerunt, reuertũtur ad seculi negotia, ab inceptoredeũtes itinere. De talibus ait Petrus. Melius enim erat illis nõ cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo: quod illis traditũ est, sancto mandato. Cõtigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum: & sus lota, in volutabro luti. Hoc volens significare apud Ezechielem dominus, præcepit ne homines templum ingressi, eo ostio exirent, quo introierant, sed vltra tenderent: ne tergaverterent, Deumque relinquere viderentur. Iusti ibunt de virtute in virtutem, vt ait Dauid. Dolenda est sanè inconstantia nostra, & lachrymis deplorãda. Vt enim subtilis & delicata artificis statera paruo pondere mouetur, vt quoliber grano superposito, deorsum tendat: sic nos quacunque re, siue prospera, siue aduersa, perturbamur, & viam optimam, & rectã relinquimus, ab eaque deflectimus. Quemadmodum Chamæleon ad species rerum, quibus admouetur sese & conuertit, mutat colorem: sic nos quacunque tentatione obiecta, mutamus virtutis propositum, & quæcunque impie cogitationes nos mouent, & quo volunt, impellunt, transuersosq; agũt. Et sicut Chamæleon colorem album non recipit, licet alios recipiat: sic nos ad omnia facilè, & frequenter præterquam ad animi candorem, mutamur. Oportet ergo in bono proposito perseuerare, & semper à bono in melius tendere, & proficere. De sanctis illis quatuor animalibus ait Ezechiel, quod nõ reuertebantur, cum ambularent: sed vnunquodq; coram facie sua ambulabat. Æterna sunt antenos, & retro temporalia, pergentes enim inueniemus æterna: & retro relinquemus ista temporalia. Igitur ante faciem suam gradiebantur sancta animalia, quia ea, quæ relinquerunt, nullo iam appetitu reuertentes, aspiciebant. Quapropter iusti ne velut inepti à regno Dei abiiciantur, semper ad anteriora se extendunt. Vnde Paulus ait. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora extẽdens

Num. 14.
Psal. 83.
Sapi. 8.
Psal. 33.
Gene. 19.
Exodi. 14
2. Petri. 2.
Ezech. 1.
Psalm. 83.
Philip. 3.

dens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis in Iesu Christo. Iustus enim semper proficere optat, semper ad vlteriora opera exercenda, procedere satagit, vt pergẽs de virtute in virtutem, videat Deum Deorum in Sion. ¶ Obserua autem quod hic ex numero discipulorum erat, alioquin non assimilaretur ei, qui applicuit manum suam ad aratrum. Aduerte etiam quisquis putas Christianitatem delitias esse, aut voluptates, aratrum in manus tuas commendat Christus: non rosas, non pecunias, aut delitias, & id genus reliqua, quibus mundus nõ tam allicit, quam decipit. ¶ Admonet igitur locus iste, vt in bonis cœptis & initijs perseueremus. Perseuerantia enim est illa sapientia, quæ attingit à fine vsque in finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Primus finis est, bonum opus incipere, siquidem illic finitur malum iuxta illud. Diuerte à malo, & fac bonũ. Alius finis est, in bono persistere incepto vsque ad eius absolutionem & exitum. Primũ finem habuit mulier Loth, malum deuitans consortium, & societatem ad Dei præceptũ: sed defuit ei alter finis, qui est perseuerantia, nam in itinere retrò caput voluit, propter quod grauiter fuit punita: conuertit enim Deus illam in salis statuam, non lapidis, vel arboris, sed salis infructiferi, & sterilis: nam sale illo voluit nostræ corruptioni remedium adhibere, nostræque fragilitati mederi, vt tã grauem timentes animaduersionem & supplicium, Deo obediremus, in viaque virtutis perseueraremus. Ideo perseuerantia vocatur donum Dei, & merito: nam sicuti non possumus primam mereri gratiam, quæ nos Deo gratos reddit, sic etiam viribus naturæ nõ possumus mereri perseuerantiam: nam liberum arbitrium nequaquam per gratia destruitur nec perditur: imò vero perficitur, & sic quicquid ei hbuerit, faciet, etiam in bono non perseuerare. Ideo perseuerantia Dei donum est, sicuti est prima gratia, quã nostris conatibus mereri non possumus. Etiã ait Sapiens quod perseuerantia ordinat, & componit res suas cũ fortitudine: nã præcipua fortitudinis pars, est perseuerantia, sine qua corona non datur victoriæ. Ideo Paulus. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Hæc perseuerantia consistit in eo, quod minimè terga vertamus timidi, sicut fecerunt filij Effrem, de quibus Psalmista, quod conuersi sunt in die belli. Vnde, quia perseuerare est donum Dei, sicut boni operis initium præcipitur in Leuitico non minus seruari decimas, quam primitias. Seruans decimas sicut primitias docuit boni operis perseuerantiam ab ipso Deo esse sicut initium. Sicut enim sufficientia ad bonum aliquod cogitandum, non ex nobis, sed ex Deo est: ita etiam diuinæ dispositionis est, non electionis humanæ, vt bono vel malo fine, vita nostra terminetur. Vtrunque horum Dauid confessus est dicens. Misericordia eius præueniet me. Et misericordia egere, vt perseueraret, in alio psalmo testatus est dicens. Misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Decet Christus suo exemplo hanc virtutem. Opus consummaui quod dedit mihi Pater, vt faciam. Et Paulus. Bonum certamen certaui, cursum consummaui. Videmus debiles mulieres senilis ætatis perseuerando, peregrinationes lõgas perficere. Videmus naturam continuè operando ex modica nuce additione imperceptibili magnam arborem erigere. Et aqua cauat lapidem assiduè cadẽs superillum. Vtinam Deus Optimus, Maximus, det nobis in bono perseuerare, vt desideratam coronam adipiscamur. Amen.

Num. 14.
Psal. 77.
Leui. 27.
2. Cor. 3.
Psal. 58.
Psalm. 26.
Ioan. 17.
2. Timo. 4.

PRIMI TOMI ENARRATIONUM in Beati Lucæ Euangelium finis.

Fue visto y corregido por el expurgatorio nuebo con acuerdo de los Sres Inquisidores de logroño a 4 de Mayo 1585.

Fray Lope de Cegama

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca